

6
42 E
31

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
12. c.

6 . E . 10.

0.3.10. 6
E
10

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARIA
Seu Catholicæ Veritates
IN SACROSAN. D. N. IESV CHRISTI Euangelium Secundum Ioannem.

Ad normam Concluſionum (quæ maxima fidelium vtilitas eſt) mirabiliter,& ex ipſo Euangelico textu exculptæ,redactę,& probatæ.

HIS CONNECTVNTVR SINGVLÆ ANNOTATIONES, *in quibus ab ipſis intacti, quorundam textuum ſenſus intimiores examinantur, & grauiſſima Sacrarum Scripturarum , Patrum , Doctorum , Conciliorum , Summorum Pontificum atteſtatione ponderantur atque probantur.*

PRÆTEREA IN PRÆMISSARVM TRACTATV PRO Sacrorum textuum exigentia occurrenti, egregiæ admodum diſputationes inſeruntur,& declarationes de plurimis hęreſibus à Chriſto pręuiſis,ac paſſim damnatis; De Sacramentis præcipuis , Baptiſmo , Pœnitentia , Euchariſtia ; De primatu Petri ab eo ſollemniter inſtituto; De regulis multis pro intelligentia Scripturarum, ac de pluribus alijs ad varios errores profligandos, vnicè facientibus.

PER F. SERAPHINVM, CAPPONI, A PORRETTA Almi Ord. Præd. S. Theol. Magiſtrum.

EDITAE; DEO OPT. MAX. DICATAE; S. R. E. Correctioni ſubmiſſæ.

Ad hæc omnia aliaque digito monſtranda ſatisfacient tres copioſiſſimi Indices.

Non ego autem , ſed gratia Dei mecum. 1. Cor. 15.

Cum Licentia , & Priuilegio.



Ex Legato … Illustriss: Foscini.

VENETIIS, M. DCIIII.

Apud Iuntas.

Digitized by Google

PRO NOTITIA LIBRI

SVMMARIA,

AD PIVM LECTOREM,

PRAEFATIO.

EXPLANATIONES huius ſicut & totius Euangelij pretitulatæ ſunt VERITATES CATHOLICAE (vt in Præfatione ſuper Matth. patet.) Et meritò quidem. Nam inter omnes canonicarum ſcripturatum veritates, quę (vtpotè ad fidem Theologicam virtutem pertinētes, 2.2.q.1.art.1.6.) dicuntur catholicæ primum eccellentioremq; locum abſque vllo dubio tenet Euangelium Chriſti: prout in Epiſtola ad Hebr.c. 1.2.&c. Apoſtolus optimè probat. Hac de re igitur fit: vt in Euangelium nomen hoc toti ſcripturę commune, ſcilicet veritatem catholicam, iure cuiuſdam eccellentiæ maioris ſibijpſi quaſi proprium vendicet. Porrò iſtarum expoſitionum veritates non dicuntur Catholicæ (ſi rectè intelligatur titulus) niſi pro quanto dependent ex ipſo Euangelio ſecundū ſenſum, non quemcunq;, 1.q.1. art. 10. ſed literalem. Nón enim noſtræ intentionis eſt velle vel in modico nouitates (abſit in æternum) quaſcunque circa fidem catholicā ſerere, aut eandem vel in minimo alterare, aut quaſi recētem conſtituere, ſed eam ipſam, quæ iam à principio diuinitus conſtituta eſt declarare fideliter: vti ſcilicet in textu Euangelico & bene poſitā, & efficaciter probatam, facilè inuenias. Vt autem piam hāc tuæ, omniumque ſaluti conſulendi, intentionem meam ad effectum melius perducere poſſem, Catholica ipſa dogmata inſtar, ideſt per modum concluſionum in toto hoc opere collocaui: ſic enim (quod temporis

a 2 huius

huius turbulentiſſimi res vehementer expoſtulāt) & fidei catholicæ, cui ſemper in primis militare mihi ſententia eſt, dogmata eminētius (velut in ſpecula) vniuerſis citò apparent ex, & in, petra firmiſſima Euangelij promanantia, ac ſtabilita, & hæreticorum inania deliramēta mox, quòd ſuper infirmiſſimam phantaſiarū ſuarum arenam ædificata ſint, ex oppoſito conſpiciuntur.

CAETERVM veritates alias à concluſionibus capitulorū prędictis, in præſenti quadripartito libro inuentas nomine illo excellentiſſimo, catholicas, inſignire nolui, quandoquidem non omnia vera ſunt catholica nec ideò talia appellari debēt. Hac de cauſa titulus totius voluminis in frontiſpitio poſitus taliter eſt, vt præmiſſam veritatum differentiā bene conſiderans breuibus oſtendere poſſit. dicebat enim. VERITATES CATHOLICAE, INSTAR CONCLVSIONVM, ſuper totam legem nouā. CVM ANNOTATIONIBVS TEXTVALIBVS (quo nomine comprehenduntur, & corollaria, & epilogi, & reliqua, in gratiam expoſitionis quatundam ſententiarum Euangelicarum pro loco, & tēpore occurrentium.) Ecce quam differenter ex induſtria loquitur titulus, faciendo ſcilicet, quòd eſſe veritatem catholicam cadat ſolummodo ſuper concluſiones, capitulorum videlicet Euangelij, quamuis cætera omnia in Annotationibus, &c. dicta præſupponantur rationabiliter eſſe vera.

PORRO, ad corroborationem eorum, quæ dicentur inuenies per totum librum ſepiſſimè allegatā S. Thomę Doct. Angelici Summam Theologiæ, vel quod liberales quæſtiones, vel opuſcula, vel ſcriptum, ſententiarum, vel &c. Ideò enim tantus Eccleſiæ S. Doctor frequenter ibi allegatur, quia VNIVERSALEM ECCLESIAM (teſte Papa Vrbano in Bulla confirmationis) SVA DOCTRINA ET VERIDICA ET CATHOLICA ILLVSRAVIT: & quia ſapientia eius à Sede Apoſtolica tanti æſtimatur, vt Papa Innocentius ſic de ſancto hoc Doctore teſtatum in ſcriptis reliquerit: QVI EVM TENVIT, NVNQVAM INVENTVS EST A VERITATIS TRAMITE DEVIASSE, ET QVI EVM IMPVGNAVIT, FVIT SEMPER DE VERITATE SVSPECTVS. Hæc ille. Nec mirum. Quia (teſtante Papa Pio V. & Sacro Cardinalium Collegio ſubſcribente,) Chriſtus Dominus noſter eius doctrinam cōmendans ſic approbauit, BENE SCRIPSITI DE ME THOMA. Teſtimonium hoc cum Dei ſit maius eſt omnibus (vt patet.) Vbi pondera illud BENE. Melius enim admodum eſt, ſcribere bene, quam ſolum ſcribere bona.

PORRO, ſi plura de ſapiētia ſancti huius firmiſſima mirabiliaq; teſtimonia vis, vide in frontiſpicio Elucidationum formalium, ſuper primam partem eiuſdē Doctoris, ibi: de altitudine doctrinę Thomiſticę

ſticæ proloquium omni veritate ſubnixum. Allegationes igitur præfatæ pro ſummæ illius prima parte (puta quæſtione quadrageſima articulo tertio.) Sic fiunt, 1.q.40.art.3.pro prima ſecundæ partis, ſic,1.2.q.40.art.3. pro ſecunda ſecundæ partis, ſic 2.2.q 10.art.3. pro tertia de Saluatore, ſic 3.de Sal q.40.art.3. pro tertia de Sacram. &c. ſic 3.de Sacram.q.40.art.3. Pro de Additionib.3.de Sacram. Additio q 40.art.3. Pro quodlibetalibus quæſtionibus, ſic. Quodlib.3.ar.3. Pro opuſculis, ſic, Opuſ.40. Pro ſcripto primo ſentẽtiarũ, ſic 1.diſt.40.q.3.art.3. Pro ſecundo ſic, 2.diſtin.40.q.3.art.3. Pro tertio, ſic, 3.diſt 40.q.3.art.3. Pro quarto, ſic, 4 diſt.40.q.3.art.3 Aduerte, quòd plerunque allegatam inuenies ſummam illam per numerum articulorum, ut puta pri par. articulorum nu.1.2. articulorum num.2. 2. articulorum num.3.de Sal. articulorum num. &c. Tunc acceptis illis partibus ſummæ, quæras per ordinem numerorum, quibus articuli ſinguli à principio vſque in finem ſignantur. Reliquas tum Conciliorum, tum ſummorum Pontificum, tum aliorum Doctorum, tunc &c. per te faciliter intelliges. Nota denique, quòd Veritates aureæ ſuper totam legem Veterem, quæ ſępius allegantur, ſunt vnus liber, ſic prætitulatus. Ne mireris autem, ſi hanc, quæ ſuper Matth. eſt, præfationem replicauimus hic, quoniam cum ſeparatim poſita ſint vtriuſque Euangeliſtæ in diuerſis voluminibus Commentaria hæc, neceſſarium fuit, vt eadem præfatio in vtriuſque frontiſpicio poneretur. Continget enim quandoque Lectorem, in cuius gratiam præfatio ipſa facta eſt, non habere vtrumque volumen; Quòd ſi aliquando quattuor Euangeliorum cõmentaria in vnum volumen tantum cogerentur, ſufficeret tunc omnibus ſola præfatio illa ſuper Matthęum.

Legas itaque, captiuaturus iugiter intellectum tuum in obſequiũ Chriſti, & ſcrutare profundius quę legeris, quoniam doctrina hęc Euangelica eſurientes implet bonis, & faſtidioſos diuites dimittit inanes. Vale fœlix in Domino.

Digitized by Google

NOS F. HIERONYMVS XAVIERRE Cæſaraguſtanus, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Generalis Magiſter, & ſeruus ſalutem.

CVM ea nobis maximè cordi ſint, quæ & totius ALMAE noſtræ Religionis decorem concernunt, & ſtudioſorum profectui pro animarum ſalute in primis cognoſcimus opportuna: accepimuſque, te Admodum R. P. Magiſtrum Seraphinum Capponi à Porrecta noſtræ Prouinciæ LOMBARDIAE egregia in quatuor Euangeliſtas edidiſſe Commentaria (quod ſanè inter alia præclarum, ſummaque laude opus digniſſimum eſſe conſtat:) Iccircò nè quantum ad nos attinet glorioſos hoſce labores tuos negligentiæ vitio deperire, atque eorum fructibus Chriſti fideles priuari contingat, ſi quàm primùm ad publicam vtilitatem non fuerint typis excuſſa. Harum ſerie Authoritate, qua fungimur, tibi in ſanctæ Obedientiæ meritum mandamus, (vt ſeruatis his, quæ iuxta ſacroſancti Concilij Tridentini Decreta, & noui Indicis Canones ſeruanda ſunt) dicta Commentaria imprimi facias, & euulgari procures. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

In quorum fidem, his noſtro Sigillo munitis manu propria ſubſcripſimus.

Datum Romæ die 17. Septemb. 1601.

F. Hieronymus Xauierre qui ſup.

Locus Sigilli.

Aſſump. noſtræ Anno primo.

F. Ludouicus Yſtella, Mag. Prouinc. Terrę Sanctę.

Digitized by Google

NOS F. PETRVS MARTYR FESTA VRCEANVS, Sacræ Theologiæ Magiſter, Ciuitatis & Diœceſis Bononienſis Inquiſitor Generalis, ac Prouinciæ vtriuſque Lombardiæ Prior Prouincialis, Ordinis Prædicatorum.

CVM ad nos peruenerit, Admodum Reuer. Pat. Magiſtrum F. Seraphinum Capponi à Porrecta Prouinciæ noſtræ LOMBARDIAE virum iam innumeris, & glorioſis ſuis ſcriptis toti Chriſtiano Orbi clariſſimũ (quẽ Dominus magno voluit ſpiritu intelligẽtiæ replere) in lege teſtamenti Domini die ac nocte meditando, hauſiſſe aquas in gaudio de fontibus Saluatoris; & palã faciendo diſciplinam doctrinæ Domini; Commẽtaria Summa cum laude digniſſima, in quatuor Euangelia edidiſſe, nè tàm præclarum Opus diutius maneat ſub modio occultatum; verùm ad Chriſtianæ Reipublicæ vtilitatem Religioniſq; noſtræ decus, ſupra cãdelabrum poſitum, toti mundo luceat: pręſentium tenore, noſtri auctoritate officij in meritũ ſanctæ Obedientiæ, peccaminumq; ſuorum remiſſionem, eidem mãdamus, vt (his obſeruatis, quę iuxta ſanctiones ſacroſancti Concilij Tridentini, & recentis Indicis ſtatuta ſeruandà ſunt) dicta Commentaria imprimi faciat, & in lucem emittat, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

In quorum fidem his noſtro Sigillo munitis manum propriam appoſuimus.

Datum Piſauri die 4. Septemb. 1601.

Ita eſt F. Petrusmartyr Feſta Vrceanus, manu propria.

Locus Sigilli.

F. Angelus de Piſauro Lector, Prior Chienſis & Socius.

INDEX PRIMVS CONCLVSIONVM SINGVLARVM,

EX TEXTV B. IOANNIS ELICITARVM, Per textumque probatarum : iuxta eiuſdem capitula omnia.

CAP. I. Concluſio Prima.

FILIVS Dei ante omnia ſecula erat, & à Deo Patre genitus, & ab ipſo perſonaliter diſtinctus, & ei conſubſtantialis, atque coęternus.

Concluſio Secunda.

Filius Dei, eſt ęqualis cooperator Patri, in creatione omnium rerum factibilium, tam viſibilium : quam inuiſibilium, & quantum ad ipſarum eſſe, & quantum ad viuere, & quantum ad cognoſcere, excellentius tamen pręmiſſa Filij Dei cooperatio, manifeſtatur circa homines, quos omnes, etiam, quantum eſt in ſeipſo, ad ſalutem ęternam adducit, quamuis eam non omnes, ex defectu ipſorum, conſequantur.

Concluſio Tertia.

Filius Dei vnigenitus ante omnia ſecula, & ex ipſo natus, & ab eo perſonaliter diſtinctus, & eidem conſubſtantialis, atque coæternus, (quod dixit prima Concluſio.) ac per hoc Deus verus, per quem omnia nullo excepto facta ſunt, ille ipſe abſque vlla ſui mutatione, remanendo apud Deum Patrem, in ſuam perſonam diuinam aſſumpſit, in fine temporum naturam humanam integram, ideſt animam, & corpus, vniuitque eam ſibi, ſubſtantialiter, abſque vllo peccato, & ignorantia, ac tandem ex obedientia, pro ipſis Patri immolatus eſt, & ſecundum quod Deus omnia totius mundi peccata, per abſolutam poteſtatem abſtulit.

CAP. II. Concluſio Prima.

Matrimonium ſecundum ſe eſt licitum, non ſolum apud leges humanas, ſed etiã apud diuinę legis latorem Chriſtum (contra hęreſes Tatianorum, Traclitarum, pauperum de Lugduno, Chatarorum, & Manichęorum.)

Concluſio Secunda.

Miracula Chriſti fuerunt in ſemetipſis vera, & pro veris ab hominibus publicè ad

ad manifeſtum ſenſum probata, & à Chriſto ipſo per virtutem ſuę diuinitatis facta, qua & ipſe non ſine neceſſitate, nec ſine animarum ſalute, nec extra tempus opportunũ à ſe præcognitum, atque pro ijs faciendis pręfixum operatus eſt.

Concluſio Tertia.

Vetus teſtamentum non à diabolo, ſed à Deo eſt, (contra hæreſim Manichæorum) cuius Dei honorem, cum periculo etiam vitę propriæ, feruenti ſolicitudine, & verbis, & factis, (quantum poſſumus) defendere debemus, (contra hæreſim Georgij Dauid, ac Barbarę cuiuſdam) cui Deo Chriſtus, ſecundum quod filius eius, non eſt inferior, ſed æqualis (contra hæreſim Arrianorum.)

C A P. I I I. Concluſio Prima.

Sacramentum Baptiſmi eſt ſimpliciter primum, inter omnia Eccleſię ſacramenta, ad ſalutem animę omnino neceſſarium, ſemel baptizato non reiterabile, nulli, quocunque tempore poſt carnalem generationem, nec etiam in infantilitati ętate, eſt denegandum.

Concluſio Secunda.

Filius Dei vnigenitus, poſt Incarnationis miſteriũ, & filius hominis non duę ſunt, ſed vna perſona, qui à Deo Patre hominibus ex pura dilectione ſui ipſius, ad illos datus eſt, & vt pro ipſis crucifigeretur, & vt in virtute talis crucifixionis Baptiſmus fidē charitate formatam, vitamque æternam hominibus conferret. Sed multi hominum abuſi ſunt tanto beneficio, & hanc ingratitudinis eorum cęcitatem cauſarunt peccata ipſorum pręcedentia.

Concluſio Tertia.

Ieſus Nazarenus eſt Chriſtus, & ſponſus Eccleſię, de qua virginitate vtriuſque permanente, generat ſibi filios, & filias, quem ſponſum, non obſtante quorumcunque inuidia, in contrarium varijs modis adnitente oportet creſcere ſuper omnia in mentibus hominum, qui homines per veram fidem, qua credunt in ipſum, & Deum, magnum honorem, & ſibimetipſis magnam vtilitatem afferunt, cuius rei oppoſitum verificatur de infidelibus.

C A P. I I I I. Concluſio Prima.

Iudęi dicentes, quòd tempus Meſſię à Deo ipſis in legē promiſſi, nondum venit, per publicam ex rerum euidentia natam, redduntur inexcuſabiles, & negantes, quòd Ieſus Nazarenus ſit ille Meſſias, de falſitate conuincuntur ex ore proprio ipſius Domini, magnoque teſtimonio Samaritanorum.

Con-

Concluſio Secunda.

Deus adeo bonus erga homines eſt, vt ab ipſis bene honorari dignetur, immo, & uehementer exoptet, & hoc ex mera bonitate ſua, abſque ulla ſua, ſed ſolum noſtra utilitate motus: cuius honor principaliter conſiſtit in interioribus, ſcilicet intellectu, & uoluntate, ita ut exterior cultus (qui bonus eſt ex approbatione Chriſti) non ſit per ſe ipſum, ei gratus, niſi pro quanto procedit ab interiori, & ad interiorem ordinatur.

Concluſio Tertia.

Chriſtus deſiderat magis donare gratiam ſuam nobis, quàm nos recipere quæ gratia, & uiuificat animas noſtras, & à concupiſcentijs terrenorum refrigerat, & ad appetitionem diuinorum trahit, & ad opera vitę ęternę meritoria facienda ducit, & in ipſam uitam ęternam (quantum eſt de ſe) actualiter introducit.

C A P. V. Concluſio Prima.

Chriſtus eſt Dominus naturę, & legis diuinę, (ergo eſt uerus Deus) cui Chriſto ſimpliciter obedire tenemur, cuius mandatum, adducere pro ratione facti ex obedientia ſufficit contra quaſcunque tentationes tendentes, in oppoſitum, qui & nos ad ſupplicãdum ſibi per orationes excitat, & nobis orantibus dat plura quàm petimus, quàm ſperamus, quàm intelligimus.

Concluſio Secunda.

Chriſtus poteſt uiuificare animas, ideſt iuſtificare ipſas à peccatis, nec errare poteſt in uiuificando iſtas, & non illas, poteſt & uiuificare corpora, ideſt reſuſcitare ipſa mortua, qui etiam iudicare ad uitam uel pœnam ęternam habendam poteſt omnes, & ſuum iudicium nullo modo poteſt eſſe iniuſtum, quapropter adorandus eſt, adoratione latrię, ideſt adoratione omnium ſuprema, ſicut & Pater, qui dedit ei omnem potentiã pręmiſſã, vnde qui non honorificat ipſum filium, honore illo ſupremo, non honorificat Patrem. (contra omnes infideles, ſpeciatimque Iudęos, fingentes ſibi in phantaſia honorare Patrem, quamuis non honorent Chriſtum, immo, et modo indecentiſſimo, hũc quandoque dehonorent.

Concluſio Tertia.

Fundatiſſima, maximeque ac inæſtimabilis auctoritatis, et certitudinis, eſt fides Chriſtianorum, ut quæ teſtimonijs omnino, irrefragabilibus, et quocunque alio teſtimonio indubitanter maioribus, innitatur, quapropter Chriſtianorũ, ut Chriſtiani ſunt, collectio iure optimo vocatur Eccleſia magna, populus grauis Pſal. 34 Genus electum, Gens ſancta 1. Pet. 2. Ab oppoſitis autem quorumcunque aliorum fides (quam uocant) immo (quod uerum eſt) perfidia, eſt uaniſſima, nullius authoritatis, et diaboli illuſionibus

Digitized by Google

bus plena, quapropter etiam quorumcunque aliorum, ut infideles ſunt, congregatio iure optimo uocatur populus cito ideſt ſine ſufficienti motiuo credens, et leuis corde Eccl. 19. Argentum reprobum Hierem. 6. Generatio mala et adultera Matth. 11. 16.

CAP. VI. Concluſio Prima.

Miracula Chriſti fuerunt patenter vera, & in caſu neceſſitatis, & per virtutem diuinam facta, & tum corporibus, tum animabus, aſtantium fructuoſa. (ut ex his conditionibus manifeſta fiat differentia à miraculis Antichriſtorum Matth. 24. Marc. 13. 2. Theſ. 2.) Cum tamen eſſent tanta, Chriſtus non quaſiuit ex his honores mundanos, immo ſibi inde à toto populo oblatos conſtantiſſime de facto recuſauit (ut & hinc ab Antichriſtis mira facturis differre ſe, oſtendat.)

Concluſio Secunda.

Chriſtus de cœlo deſcendit vt eſſet panis noſter ideſt ut nos per ſui comeſtionem aſcē deremus in cœlum, quę comeſtio eſt duplex, ſcilicet ſpiritualis, & ſacramentalis; in quo quidem Sacramento comeſto (hoc vocatur Euchariſtia) tria, ſunt ſcilicet id, quod eſt ſolummodo Sacramentum, & id quod eſt res ſignificata, ſimulque realiter contenta, & id quod eſt res ſignificata, ſed non contenta.

Concluſio Tertia.

Sufficit non celebranti communicare, ideſt Euchariſtię Sacramentum ſumere ſub ſpecie tantum panis, ad habendum vitam æternam, & alia ſub vtraque ſpecie communicanti promiſſa in Euangelio (contra ignorantiam malitioſam aſſerentium, communionem ſub vtraque ſpecie eſſe neceſſariā, ad ſalutem etiam non celebrantibus,) quam communionem ſub ſpecie ſolumodo panis, prædixit Chriſtus futuram eſſe in Eccleſia ſua, poſtquam in ea fuiſſet communio ſub utraque ſpecie, qui & Chriſtus carnem ſuam realem, & ſanguinem inuiſibili modo à ſe dandam, à nobiſque manducandam teſtatus eſt.

CAP. VII. Concluſio Prima.

Euangelium non eſt humana, neque Angelica ſed diuina ideſt, totius ſummę Trinitatis immediate, ueritas, & uniuſcuiuſque hominis rectę rationi concors (ita ſcilicet, quod quicunque non credit Euangelio eſt inexcuſabilis,) cuius Euangelicę ueritatis primus feruentiſſimuſque Prędicator Chriſtus eſt, Deus patri coęqualis, & homo eiuſdem ſpeciei nobiſcum, in una tantum perſona, quę increata eſt, exiſtens.

Concluſio Secunda.

In rebus fidei declarandis, perſpiciendis, definiendis debemus ſequi teſtimonium ſcripturarum, ſecundum iudicium Eccleſię Apoſtolicę intellectarum, nec tamen hęc

uera

Digitized by Google

uera fides ad ſalutem ęternam ſufficit, niſi coniungatur ei charitas, quę (ut patuit in Apoſtolis) magna operatur faciliter, & promptè pro Deo, & proximorum ſalute.

Concluſio Tertia.

Chriſtus in primo Aduentu ſuo, uenit in iudicium diſcretionis huius, ut non uidentes, ex ipſius gratuito adiutorio, uideant, & uidentes, ex ipſorum ingrato beneficiorum diuinorum abuſu, cæci fiant, nec miracula adhibuit doctrinę ſuę, quaſi quòd doctrina ipſa non eſſet ſufficiens per ſe ſolam conuertere homines, ſed ad abondantiorem erga nos bonitatem oſtendendam id fecit.

C A P. V I I I. Concluſio Prima.

Chriſtus diligit iuſtitiam, & odit iniquitatem, qui, ut Deus, remittit peccata hominibus pœnitentibus authoritate principali, & ut homo, miniſteriali, quę poteſtas excellentiæ uocatur, quibus etiam ex ſua ipſius bonitate erubeſcentiam eorum de peccatis computat pro parte pœnitentię.

Concluſio Secunda.

Omnis noſtra, & cuiuſcunque creaturę cognitio eſt à Chriſto, qui licet ſit homo non eſt ſimplex creatura (contra Arrian. hęreſim) neque eſt ſoliſtę cœleſtis materię (contra hęreſim Manichęorum,) neque eſt in quo, tanquam in domo, Deus habitat (contra hęreſim Neſtorianam,) ſed idem, qui homo, eſt in perſona Deus (ſecundum fidem Catholicam dicentem, Deus & homo non duo, ſed unus eſt Chriſtus,) et ideo neque à clara iuſtitia in ullum peccatum, neque à ſyncera ueritate in ullum mendacium aut falſitatem, poteſt unquam ullo modo declinare.

Concluſio Tertia.

Crux Chriſti attulit nobis multiplices, atque mirandas utilitates, ſcilicet, ut per ueram fidem cognoſceremus ipſum et eſſe Deum, et eſſe Dei filium, et eſſe ex eius obedientia incarnatum, et ipſi iam incarnato patrem inſeparabiliter adeſſe: illum, ut hominem continue in omnibus et per omnia gubernando, et eundem iſtam à patre continuatam gubernationem meruiſſe ab inſtanti ſuę humanę conceptionis, et deinceps ſine ulla intermiſſione. Non mirum igitur, ſi Chriſti fidelis ſponſa Eccleſia Catholica adorãdo ſanctam eius Crucem, pro tantorum beneficiorum inde profluentium gratitudine, ut ueraciter, ita cordialiter dicit, O Crux Aue ſpe unica.

C A P. I X. Concluſio Prima.

Non omnes infirmitates corporales proueniunt ex actuali peccato, (contra opinionẽ amicorum Iob,) ſed omnes proueniunt uel ex actuali peccato, uel ex Dei flagellantis intentione ad aliquod bonum ſic, ideſt medio talis infirmitatis, conſequendum (contra

hęreſim

hæreſim Athęorum) nulla ergo pœna contingit hominibus ſine cauſa, licet aliqua eis contingat ſine culpa.

Concluſio Secunda.

Chriſti omnia opera ſunt inreprehenſibilia, & ipſe ea omnia fecit propter illuminationem atque inſtructionem noſtram, ut ſcilicet inde nos illuminati, atque inſtructi operaremur meritoriè pro uita æterna conſequenda, quod quidem tempus merendi durat ſolummodo uſque ad mortem, uel hominis (ſi de tempore illo reſpectu cuiuſque particularis loquamur,) uel totius mundi (ſi de tempore illo abſolutè loquamur:) in quo tempore toto Chriſtus, quantum in ſe eſt, adeſt continuè per auxilium ſuum omnibus hominibus indifferenter, ideſt nemine excepto, ad cooperandum meritoriè. Vnde totus defectus hominum ſi non ſic operantur, eſt tantummodo ex parte ipſorum.

Concluſio Tertia.

Chriſti humanitas, ut eſt deitati eiuſdem perſonaliter unita, habet uirtutem faciendi miracula perſonaliter inquam, non quod in Chriſto ſint duæ perſonę ad inuicem unitę (contra hęreſim Neſtorianam,) ſed quia eius perſona diuina eſt perſona etiam humanitatis, cuius Chriſti bonitas in ſe, & dilectio erga nos, tanta eſt, ut nobis, à nullo etiam rogatus, beneficia magna conferat. Quid ergo in noſtrum fauorem faceret ſi rogaretur?

C A P. X. Concluſio Prima.

Chriſtus nouit in ſingulari omnes ſaluandos, quos etiam de medio luporum ſua omnipotenti virtute educit, & ex bonitate ſua ipſis, tanquam idoneis (quales ipſe facit) inſtrumentis utitur ad ſalutem multorum procurandam, eoſque à quibuſcunque aduerſis, ne eis noceant, protegit, atque vt in via uirtutum pedibus humilitatis proficiant, verbo, & exemplo docet, & inuitat eoſdem.

Concluſio Secunda.

Chriſti fideles, multas aduerſitates ſemper paſſi ſunt, quorum tamen plurimi ab obedientia fidei, & mandatorum Dei, propter aduerſa nec diſceſſerunt, nec diſcedent in ęternum, & hoc totum, ex munere prędeſtinationis diuinæ. Hoc eſt. Eccleſia Dei, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium fuit, eſt, & erit, pro aliqua ſui parte ſemper in gratia Dei, & opera uitę ęternę meritoria faciens, cum perſeuerantia vſque in finem, & hoc totum operante omnipotenti manu eiuſdem ſponſi ſui in ipſa.

Concluſio Tertia.

Voces ſcripturarum ſanctarum, ſunt communes bonis & malis, Catholicis, & infidelibus,

Digitized by Google

delibus, ideſt hęreticis atque Iudęis, ſed verus earum ſenſus non eſt eiſdem communis, quandoquidem boni ex ſcripturarum auditu proficiunt in melius, mali autem his auditis, ex proprio uitio proficiunt in peius, item catholici ſcripturas, ſiue intelligant, ſiue non intelligant eas, in magno honore, & reuerentia habent, nihil falſitatis in eis contineri conſtanter aſſerentes, hęretici autem ſcripturas illas nimis deſpiciunt, inquantum peruerſitate proprię mentis confiсta multa irrationabilia, & falſa eiſdem ſcripturis, tanquam ipſę falſa, & irrationabilia illa dicerent, inferunt, id quod eſt maximè blaſphemum.

CAP. XI. Concluſio Prima.

Amicos Dei ualde affligi in hac uita, eſt quidem mirabile, non tamen hoc eſt ſignum (ut impiorum uox eſt) quod Deus uel minus diligat eos, uel non habeat prouidentiam de illis, immo ipſę amicorum Dei afflictiones & cedunt uniuerſaliter in magnam eius gloriam, & oſtendunt ſpecialiter dilectionem, ac prouidentiam DEI erga illos.

Concluſio Secunda.

Nihil eſt tam bonum, ut eo malitia humana non poſſit abuti, ex eo ſcilicet malum eliciendo, uel aliàs modo aliquo illud peruertendo, quę etiam eos, quos perfectè poſſederit, adeo uaſtat, ut faciat illos inde ex ſe ipſa deteriorari, unde ex natura rerum deberent meliorari, ſed & eorum intellectum in iudicando, & uoluntatem in eligendo, corrumpit.

Concluſio Tertia.

Quærere terrenum dominium, poſtpoſita bona conſcientia, acquirere ſeu conſeruare modis illicitis eſt uia de ſe, ideſt ex proprio merito, efficax & ad perdendum illud, ſi prius haberetur, & ad non conſequendum illud, ſi ante non habebatur, nec tantum eſt ex merito talis uia (quod ſemper uerum eſt,) ſed etiam quandoque conducit actualiter ad hoc, ut perdatur, uel non acquiratur (quamuis non ſemper.)

CAP. XII. Concluſio Prima.

Saluator noſter uoluntariè obtulit ſemetipſum paſſioni, ſecundum tempus, & modum per ſcripturas ueteris teſtamenti prӕfixas, quo facto eſt manifeſtè Iudęis ex lege illis diuinitus data declaratum, quod ipſi ſunt in excuſabiles tenendo, & eum non eſſe uerum Meſſiam ſibi à Deo promiſſum, & Meſſiam ipſum eſſe futurum Regem temporalem, ideſt mundiali pompa regnantem.

Concluſio Secunda.

In Chriſto ſunt duę naturæ, diuina ſcilicet, & humana (contra hęreſim Appollinaris).

tis,) & ſimiliter duę voluntates (contra hęreſim Sergij Conſtantinopolitani,) & ſimiliter duæ operationes (contra hęreſes eorundem prima conſequentes.)

Concluſio Tertia.

Chriſtus eſt Deus & homo, conceptus eſt ſine peccato, legiſlator, & Saluator uniuerſalis eſt, & uerus Meſſias, qui requirit à nobis non ſolum fidem, ſed etiam receſſum à peccatis, & cuſtodiam omnium mandatorum eius perſeuerantem.

CAP. XIII. Concluſio Prima.

Chriſtus ſeruos ſuos diligit, & feruenter, & pręuenienter, & illorum neceſſitati correſpondenter, & perſeueranter, atque omnino perfectè.

Concluſio Secunda.

Chriſtus, in quo erat gratia vnionis, atque gratia viatoris, omnipotens, & cum ſit talis, ac tantus, prælegit tamen per humilitatem magnam, quam per magnam potentiam pugnare contra diabolum, & expugnare illum, qui præ ſua maxima ſuperbia auſus eſt omnia contra ipſum Chriſtum, quę pertulit aduerſa, & interiori (quantum potuit) & exteriori ſuggeſtione commouere, ſeu procurare.

Concluſio Tertia.

Non derogare perfectioni paupertatis habere aliquid in communi, mõſtrauit Deus, qui etiam, licet nullius peccati quantumcunque minimi ſit cauſa, nec directè, nec indirectè, tamen peccata ipſa, ad quæ facienda iam homines ex ſui ipſorum mala voluntate determinati ſunt, permittit, illeque contra, & eorundem peccatorum naturam, & hominum peccantium intentione, ordinat ad bonum, cuius Dei permiſſiones tales, ſicut & cętera opera ſua, uerbaque ſcripturarum ſuarum, tantam profunditatem habent, ut nec homines aliàs perfecti poſſint talia veraciter capere (niſi hoc eis Deus reuelauerit.)

CAP. XIIII. Concluſio Prima.

Ille, qui pro nobis eſt crucifixus, & mortuus, eſt verus Deus, unum in eſſentia cum patre, & ab eo alius in perſona, qui per crucem ſuam aperuit ianuam Paradiſi, deditque facultatem dilectis ſuis intrandi actualiter in æternam beatitudinem.

Concluſio Secunda.

Ad receptionem Spiritusſancti, pręrequiritur neceſſario, & ex parte noſtra amor cordis, ſimulque obedientia operis, & ex parte Chriſti oratio, quæ fiat ad hunc finem, ſcilicet vt Spiritusſanctus à Deo detur nobis, à nobiſq; accipiatur, qui Spiritusſanctus eſt procedens à Patre, & Filio.

Con-

Digitized by Google

Concluſio Tertia.

Potentia eſt appropriatum patris, non autem proprium, item ſapientia eſt appropriatum filij, non autem proprium, item benignitas eſt appropriatum Spiritusſancti, nō autem propriū (contra hæreſim Petri Abbailardi,) cuius filij natura humana, quamuis ab eo in vnione perſonali aſſumpta ſit, non eſt tamen veraciter Deus naturalis, & proprius (contra hæreſim cuiuſdam Auguſtini de Roma Archiepiſcopi Nazareni,) qui filius ſecundum naturam humanam, paſſus, crucifixus, & mortuus eſt, non pro vlla ſua culpa, ſed pro charitate Dei, & proximi (contra hereticales blaſphemias impijſſimorum Iudęorum, & Paganorum.

C A P. X V. Concluſio Prima.

Chriſtus eſt vnus Deus cum patre, qui Eccleſiam ſuam bonos maloſque continentem, conuenientiſſimè, licet diuerſimodè cuſtodit atque conſeruat, cuius verbum prędicatum multas affert animabus audientium vtilitates, cui adhærere, adducit omne verum bonum tam hic, quam in futuro, & non adhærere cauſat totum oppoſitum.

Concluſio Secunda.

Nihil fuit in homine boni à Deo præuiſum, propter quod ab ipſo eligeretur ad conſortium, & ſuorum fidelium in hac vita & ſuorum comprehenſorum in vita ęterna, ſed hæc tota electio ab æterno facta fuit ab eo ex mera puraque bonitate ſua diuina contradicentibus etiam (quod valde ad bonitatem hanc Dei cognoſcendam, ad noſtramque gratitudinem in hoc excitandam, ponderandum eſt,) peccatis hominum illorum, ab eodem æternaliter exactiſſimè pręuiſis, quapropter, & auxilium efficax ad fructum afferendum, iuxta menſuram, illius æternę ſuę intentionis, confert in tempore ipſis uiatoribus electis, ex pura, meraque ſua miſericordia, ex qua etiam donat eis, ut conſentiens ſibi eos vocanti, facitque eoſdem voluntariè ſuſcipere auxilium illud efficax, ita ut actiuè libero ſuo arbitrio tunc ad ſalutem propriam concurrant, vnde hoc ſcilicet ſic concurrere non habent de ſuo, ſed ex dono Dei gratuito.

Concluſio Tertia.

Chriſtus eſt uerus Deus, à quo, ſimul & patre procedit Spiritusſanctus, ſic tamen quod Pater à nullo, Chriſtus autem à Patre, habet, quod ſpiret Spiritumſanctum, qui ſpiritus per Apoſtolos teſtificatus eſt de Chriſti uera & diuinitate, & humanitate, & ſanctitate vitæ, & ſanitate doctrinæ, & miraculorum, aliorumque omnium eius operationum irreprehenſibilitate, quo iſta omnia teſtificantur de Chriſto, Apoſtoli quoque liberæ, & actiuę ad huiuſmodi teſtificationem dandam concurrerunt, tum per eorum liberi arbitrij conſenſum, tum per exteriorem ad opus Spirituſſancti cooperationem.

Con-

CAP. XVI. Concluſio Prima.

Spirituſſanctus eſt uerus Deus, coæqualis filio, qui ſpiritus & mundo per reprehenſionem, & Apoſtoli per inſtructionem, & nomini Chriſti per clarificationem, attulit vtilitates maximas, ex quibus etiam ſe eſſe Deum verum comprobauit omnibus.

Concluſio Secunda.

Dona maxima, & pretioſa ex amore Dei erga nos totaliter gratuito nobis ea donantis, ſunt fides, & charitas, in Chriſtum, qui ſcilicet ipſe, vt Deus, ſit & Patri conſubſtantialis, & ab eo perſonaliter diſtinctus; item quod fuerit propter nos incarnatus, paſſus, crucifixus, mortuus, quodque ad vitam glorioſam reſurrexerit, aſcenderit ad cælos, vbi ſeſſurus ad dexteram patris, & poſtea venturus ad eleuandum bonos in vitam ęternam, ab oppoſitiſque detrudendum malos in mortem ęternam.

Concluſio Tertia.

Quę in toto Euangelio locutus eſt Chriſtus, ad vnum hunc finem ordinantur omnia, (ſecundum tamen magis, & minus,) vt Deo ipſi per ueram viuamque fidem, quę per charitatem operatur, coniungamur, coniunctique eidem maneamus ſemper, non obſtantibus quibuſcunque aduerſitatibus, contra nos ſuſcitatis, & ſuſcitandis, ab inimicis ſpiritualibus; ſpem ſemper firmiſſimam, de obtinenda in omnibus victoria collocantes. Et reponentes in ipſo omnipotente Principe noſtro, qui eſt inuictiſſimus, immo & victorioſiſſimus dux belli, ideſt in Chriſto.

CAP. XVII. Concluſio Prima.

In Chriſto nihil fuit non fructuoſum, ad dandum nobis vitam ęternam, quę (ſi de patria loquamur) conſiſtit principaliter, in fruitiua viſione clara eſſentiæ diuinæ, & minus principaliter in fruitiua viſione humanitatis Chriſti Saluatoris noſtri, conſiſtit autem (ſi loquamur de via) in cognitione per fidem viuam, & quod Deus eſt Deus, & quod filius Dei factus eſt homo.

Concluſio Secunda.

Quotquot ſaluantur, ſiue ſalute in via, ideſt habendo fidem, aut formata, aut informem, ſiue ſalutem in patria, ideſt habendo claram viſionem eſſentiæ diuinę, & glorioſæ humanitatis Chriſti, omnes hi ſaluantur propter Chriſti orationem, & paſſionem, quicunque verò damnantur ſiue damnatione in via, ideſt non habendi fidem vel formatam vel informem, ſiue damnatione poſt viam completam, ideſt non habendo claram viſionem eſſentię diuinæ, nec glorioſæ humanitatis Chriſti, hi omnes damnantur ex ſuo ipſorum vitio.

Concluſio Tertia.

Deus veteris teſtamenti eſt idem Deus, qui noui, & ille Deus eſt pater Domini noſtri Saluatoris, & idem iuſtè, ideſt propter peccata eorum reprobat, quoſcunque reprobat.

CAP. XVIII. Concluſio Prima.

Chriſtus Dominus noſter voluntariè paſſus eſt, non quidem propter impotentiam, ſed propter obedientiam patris, & noſtram ſalutem, tum corporalem, tum ſpiritualem.

Concluſio Secunda.

Ille, qui iam conſecutus eſt gratiam, non poteſt operari bonum, & vitare peccatum, abſque alio auxilio gratiæ, & ſi talis non reſiſtit efficaciter tentationi in principio, tentatio augetur aduerſus eum, & ipſe, vtpotè debilior à ſemetipſo factus, cadit ſemper in peius, niſi iuuetur auxilio ſpeciali à Domino.

Concluſio Tertia.

Euangelium nihil falſi, aut ſuſpecti continet, ſed quoad omnes, & ſingulas, partes ſuas eſt tantæ veritatis, ut nec ab inimicis poſſit rationabiliter de falſitate aliqua taxari, licet ab ipſis ex inſano quodam mentis eorum furore non acceptetur, ſed ex prauæ diſpoſitionis ignorantia vel in totum, vel in partem, aut reijciatur, aut male interpretetur.

CAP. XIX. Concluſio Prima.

Intentio bona, opus quod de ſe eſt malum, non poteſt facere bonum (contra inſaniam Almarici.) nec ſuperiores excuſantur à ſubditorum peccatis, ſi ipſis conniuentibus, cum debeant, & poſſint impedire, ſubditi mala operentur (contra quorundam phantaſias,) ſcientique bonum, & non facienti, ſcire ipſum, eſt peccatum, ac diſpoſitio etiam quandoque efficax, ad facienda alia maiora peccata (contra Lutheri dolos)

Concluſio Secunda.

Chriſti veram diuinitatem apparituram tempore paſſionis ſuę & per conſequens illum qui patiebatur, eſſe verum Deum, fuit antiquitus prophetatum, quam prophetiam ipſe tunc adimpleuit pluries, cuius, & innocentiam vt homo erat, futuram maximam Propheta docuit, eamque Pilatus etiam ſepius agnouit, & coram Chriſti accuſatoribus, ad ipſorum confuſionem pertinaciamque (ſi poſſibile fuiſſet) reuincendam, manifeſtauit.

Con-

Digitized by Google

Concluſio Tertia.

Cauſa ſola, quare Ieſus Nazarenus, eſt à Iudęis crucifixus, fuit hęc ſcilicet quia ipſe erat Chriſtus, ideſt, Meſſias, quam cauſam licet Iudæi ipſi mendaciter, & audacter negent, tamen Spirituſſanctus, quondam per os Prophetę & nunc per os Pilati, ueram eſſe confirmat.

C A P. X X. Concluſio Prima.

Quod Diſcipuli Chriſti furati ſunt corpus eius de monumento, eſt apertiſſimum mendacium (contra perfidiam Iudæorum narratam in Matth. 28.) quem Chriſtum tanquam hominem ſanctiſſimum, ſibique benefactorem, pręcipuè in dimittendo peccata, ſingulariſſimum, Maria Magdalena præ cæteris (excepta Beata Virgine Dei Matre) feruentiori ſpiritu ſynceriſſimæ deuotionis diligebat, licet nundum eum credere firmiter eßе verum Deum, & à mortuis reſurrecturum, ſed nec diſcipuli etiam primores eum tunc reſurrecturum firmiter credebant.

Concluſio Secunda.

Chriſtus eſt fideliſſimus in promiſſis ſuis, & coram omnibus Diſcipulis tunc verbis tunc factis ſufficienter, & euidentiſſimę probauit, ſe eundem numero à mortuis reſurrexiſse ad vitam glorioſam, id quod tandem, ipſo adhuc corporaliter pręſente, crediderunt firmiter, & fide per charitatem formata.

Concluſio Tertia.

Chriſtus Sacramentum pœnitentię ex ſola ſua pietate motus inſtituit, quod Sacramentum declarauit à Spirituſancto principaliter, quem à ſe procedere monſtrauit, remitti peccata hominibus per Sacerdotes miniſterialiter eadem remittentes, contritis ſolum atque confeſſis, & fructus dignos pœnitentię in voto ſaltem habentibus, quod eſt Chriſtum ipſum declaraße, pœnitentię Sacramentum tunc à ſe inſtitutum habere tres partes, ſcilicet Contritionem, Pœnitentiam, Confeſſionem, & Satisfactionem, (per quę omnia plurimas hęreſes præuiſas Chriſtus condemnauit, & miſericordiarum ſuarum magnitudinem omnem intellectus creati capacitatem, & maiorem admodum eſſe omnibus iniquitatibus noſtris, quantumcunque magnis, oſtendit.

C A P. X X I. Concluſio Prima.

Vicarium Generalem ſuum inſtituit Chriſtus Petrum Apoſtolum ſolum, & ſub eius perſona quemlibet ipſius legitimum ſucceßorem vſquequo durabit mundus, dans ſoli Petro, in eoque ſucceſſori eius, plenam poteſtatem paſcendi, regendi, & gubernandi, vniuerſalem Eccleſiam, (& hoc eſt Chriſtum nunc actualiter ędificaſſe Eccleſiam ſuã ſuper Petrũ, petram ideo, ideſt ratione congruitatis ędificandi, nominatum Matth.

16. *Clauesque cælorum ad ligandum & ſoluendum ei tradidiſſe, ſecundum quod ipſi promiſerat ibid.) Quod totum tam apertiſſimè, & certiſſimè factum etiam ſecundum iudicium legum humanarũ, Chriſtus eſſe voluit, & fecit, ut prorſus inexcuſabilis ſit qui vicariatum Petri præmiſſum negat, aut etiam ſine obedienti ſubiectione ad Petrum ſalutem ſe conſequi poſſe arbitratu.*

Concluſio Secunda.

Chriſtus maximè odit ſchiſma in Eccleſia ſua ſancta Petro commiſſa, ac ideo unum tantummodo ſummum Pontificem in terris vſque ad mortem eſſe vult, diſplicetque multum ei, quod illud Pontifice adhuc uiuente tractetur de alio eligendo, quantumcunque aliàs idoneo electoribus caro ſanctitatiſque ſingularis uiro.

Concluſio Tertia.

Apoſtoli non fuerunt ſtolidi, cum nolentes abiurare Chriſtum permiſerunt ſe occidi (contra hereſim Georgij Dauid,) & peccatores uerè pœnitentes ab Eccleſia ſunt recipiendi (contra hæreſim Nouatianorum) & poſſunt ab eadem ad priſtinas dignitates admitti (contra hereſim quorundam.)

F I N I S.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDVS INDEX ANNOTATIONVM,

Et aliorum locorum, vbi ſpecialiter examinantur quidam alij textus ſecundum Capitulorum ordinem.

IOAN. CAP. PRIMVM.

Anno. 1 MISERVNT Iudęi ab Hieroſolymis, Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, tu quis es? Et confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus.

Anno. 2 Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ad Ioannem, vt interrogarent eum, tu quis es?

Anno. 3 Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.

Anno. 4 Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.

Anno. 5 Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.

Anno. 6 Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo.

Anno. 7 Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a Patre.

CAP. SECVNDVM.

Anno. 1 Excitabo illud in tribus diebus.

Anno. 2 Soluite templum hoc, & in tribus diebus &c.

Anno. 3 Nemo tollit à me animam meam, ſed ego pono eam à me ipſo.

CAP. TERTIVM.

Anno. 1 Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cœlo.

Anno. 2 Niſi fuerit ei datum de cœlo.

Anno. 3 Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cœlo.

Anno. 4 Non poteſt homo accipere quicquam niſi &c.

Anno. 5 Sequitur circa illud, non poteſt homo &c.

CAP. QVARTVM.

Anno. 1 Credidit ipſe, & domus eius tota.

Anno. 2 Interea rogabant eum eius diſcipuli dicentes; Rabbi manduca.

Anno. 3 Ecce dico vobis leuate oculos veſtros, &c.

Digitized by Google

Anno. 4 Qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam.

Anno. 5 Alij laborauerunt,& vos in labores eorum introiſtis.

Anno. 6 Sequitur circa illud præcedentis textus alij laborauerunt,&c.

CAP. QVINTVM.

Exam. 1 Hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam.

Exam. 2 Non poſſum ego à me ipſo facere quicquam.

Exam. 3 Qui bona fecerunt,ibunt in reſurrectionem vitæ.

Exam. 4 Qui mala egerunt in reſurrectionem iudicij.

Exam. 5 Honorificent filium,ſicut & patrem.

Exam. 6 Et vos,non vultis venire ad me.

Exam. 7 Non vultis venire ad me.

Anno. 1 Claritatem ab hominibus non accipio.

Anno. 2 Sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei &c. ſi alius venerit in nomine ſuo,&c.

Anno. 3 Quomodo vos poteſtis credere,qui gloriam ab inuicem accipitis?& gloriam,quæ à ſolo Deo eſt,non quæritis?

Anno. 4 De eadem textuali re,proſecutio.

Anno. 5 Si crederetis Moyſi,crederetis forſitan & mihi de me enim ille ſcripſit.

Anno. 6 Nolite putare,quod ego accuſaturus ſum vos apud patrem eſt,qui accuſat vos Moyſes,in quo vos ſperatis.

Anno. 7 Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

CAP. SEXTVM.

Exam. 1 Qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet vnquam.

Exam. 2 Qui videt filium,& credit, habet vitam ęternam.

Exam. 3 Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

Exam. 4 Viuet in æternum.

Anno. 1 Durus eſt hic ſermo,&c.Verba vitæ æternæ habes.

Anno. 2 Multi &cæt.Durus eſt hic ſermo &cæt. Verba vitæ æternæ habes.

Anno. 3 Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me,traxerit eum.

Anno. 4 Nemo poteſt venire ad me,niſi pater, qui miſit me &c.

Anno. 5 Nemo poteſt venire ad me, niſi pater &c.traxerit eum.

Anno.

Digitized by Google

Anno. 6 Nemo poteſt venire ad me, niſi &c. traxerit eum.
Anno. 7 Si ergo videritis filium hominis aſcendentem, vbi erat prius.

CAP. SEPTIMVM.

Anno. 1 Non volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.
Anno. 2 Ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſtè, ſed quaſi in occulto
Anno. 3 Aſcendit ad diem feſtum quaſi in occulto.
Anno. 4 Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.

CAP. OCTAVVM.

Anno. 1 Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.
Anno. 2 Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati ſeruus autem &c.
Anno. 3 Amen, Amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati; ſeruus autem non manet in domo in æternum.
Anno. 4 De eadem textuali re, proſecutio.
Anno. 5 Deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit.
Anno. 6 Quia non eſt veritas in eo, cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater eius.
Anno. 7 Ego autem ſi veritatem dico, non creditis mihi.
Anno. 8 Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes. Ego Dæmonium non habeo.
Anno. 9 Sed honorifico Patrem meum. Ego non quæro gloriam meam, eſt, qui quærat, & iudicet. Amen, Amen, dico vobis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non vidébit in æternum.
Anno. 10 Ego non quæro gloriam meam, eſt qui quærat, & iudicet.
Anno. 11 Si ego glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt Pater meus, qui glorificat me.
Anno. 12 Quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt. Et non cognouiſtis eum. Abraham pater veſter exult. vt videret diem meũ: vidit, & gauiſus eſt, ante quam fieret ego ſum.

CAP. NONVM.

Exam. 1 Nunquid, & vos vultis diſcipuli eius fieri?
Exam. 2 Credis in filium Dei? Quis eſt Domine, vt credam in eum?
Exam. 3 Credo Domine, & procidens adorauit eum.
Anno. 1 Fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius.

Digitized by Google

Anno. 2 Liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei. Vade ad &c.

C A P. D E C I M V M.

Exam. 1 Illas oportet me adducere, & vocem meam audient.
Exam. 2 Eiuſdem proſecutio.
Anno. 1 Ego, & pater, vnum ſumus. Suſtulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum.
Anno. 2 Si illos ſcriptura dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, quem Pater ſanctificauit, & miſit in Mundum, vos dicitis, quia blaſphemas, quia filius Dei ſum?
Anno. 3 Quem Pater ſanctificauit, & miſit in Mundum, &c.
Anno. 4 Miſit in mundum.
Anno. 5 Miſit in mundum.

C A P. V N D E C I M V M.

Exam. 1 Domine quem amas, infirmatur.
De eadem textuali re, dubium.
Eiuſdem examinis proſecutio.
Exam. 2 Lazare veni foras, & prodijt ligat. man. & ped. inſtitis.
Exam. 3 Ab illo ergo die cogitauerunt eum interficere.
Anno. 1 Vt audiuit quia infirmatur, tunc manſit in eodem loco duobus diebus.
Anno. 2 Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit.
Anno. 3 Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit. Si dimittimus eum ſic &c.

C A P. D V O D E C I M V M.

Exam. 1 Nunc Princeps mundi huius eijcietur foras.
Exam. 2 Omnia traham ad meipſum, ſi exal fuer. &c.
Exam. 3 Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum &c.
Exam. 4 Ego ex me ipſo non ſum locutus, ſed &c.
Exam. 5 Ex me ipſo non ſum locutus &c.
Exam. 6 Si quis audierit verba mea, & non cuſtodierit, ego &c.
Anno. 1 Vt ſermo Iſaiæ impleretur, quem dixit: Domine quis credidit &c.
Anno. 2 Non credebant in eum, vt ſermo Iſaię impleretur, quem dixit &c.
Anno. 3 Cum tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum.
Anno. 4 Non credebant in eum, vt ſermo &c.

Anno. 5 Quis credidit auditui noſtro? Et brachium Domini cui reuelatum eſt?
Anno. 6 Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis,&c.
Anno. 7 Non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias. Excæcauit &c.
Anno. 8 Ex textu præmiſſo in Annot 7. ſequens.

CAP. DECIMVMTERTIVM.

Exam. 1 Ante diem feſtum Paſchæ,ſciens,quia venit hora &c.
Exam. 2 Si non lauero te,non habebis partem mecum.
Anno. 1 Nunc clarificatus eſt filius hominis.
Anno. 2 Clarificatus eſt filius hominis.
Anno. 3 Et Deus clarificatus eſt in eo.
Anno. 4 Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo,& continuò clarificabit eum.
Anno. 5 Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.

CAP. DECIMVMQVARTVM.

Exam. 1 Non credis quia ego in Patre,& Pater in me eſt?
Exam. 2 Si præparauero,&c.veniam,& aſſumam vos ad meipſum.
Exam. 3 Et ſi abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam &c.
Exam. 4 Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et ego &c.
Exam. 5 Ego rogabo patrem,& alium paracl.dabit vobis,vt maneat vobiſcum in æternum.
Exam. 6 Et nunc dixi vobis, priuſquam fiat, vt, cum factum fuerit, credatis.
Exam. 7 In me non habet quicquam Princeps mundi huius.
Exam. 8 Vt cognoſcat mundus,quia diligo patrem &c.
Exam. 9 Sed vt cognoſcat mundus,quia diligo &c.
Exam. 10 Sicut mandatum dedit mihi Pater,ſic facio.
Anno. 1 Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam.
Anno. 2 In nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur Pater in filio.
Anno. 3 Verba,quæ ego loquor,à me ipſo non loquor.
Anno. 4 Non creditis,quia ego in Patre & Pater in me eſt?
Anno. 5 Qui credit in me, opera, quæ ego facio,& ipſe faciet,& maiora horum fa.quia &c.

CAP.

CAP. DECIMVMQVINTVM.

Exam. 1 Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum &c.
Exam. 2. Quia ſine me nihil poteſtis facere.
Exam. 3 Ego elegi vos,& poſui vos &c.
Exam. 4 Vt eatis,& fructum afferatis, & fructus veſter maneat.
Anno. 1 Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos,& poſui &c.
Anno. 2 Ex eadem textuali re,proſecutio ſcilicet,Non vos me elegiſtis,ſed ego elegi vos.
Anno. 3 Ex eadem textuali re,proſecutio,ſcilicet Non vos me eleg. ſed ego &c.
Anno. 4 Ex eadem textuali re,proſecutio,ſcilicet Non vos me eleg. ſed ego elegi vos &c.
Annot. 5 Ex eadem textuali re,proſecutio, ſcilicet Non vos me eleg. ſed ego &c.
Anno, 6 Ex eadem textuali re,proſecutio, ſcilicet Non vos me eleg. ſed ego elegi vos.
Anno. 7 Ex eadem textuali re,proſecutio, ſcilicet Non vos me, ſed ego elegi vos.
Anno. 8 Ex eadem textuali re,proſecutio, ſcilicet Non vos me eleg. ſed ego elegi vos.
Anno. 9 Ex eadem textuali re,proſecutio, ſcilicet Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.
Anno. 10 Ex eadem textuali re, proſecutio, ſcilicet Non vos me, ſed ego eligi vos.

CAP. DECIMVMSEXTVM.

Exam. 1 Si non abiero, paraclitus non veniet ad vos, ſi autem abiero,mittam eum vobis.
Exam. 2 De iudicio autem, quia Princeps huius mundi iam iudicatus eſt.
Exam. 3 Docebit vos omnem véritatem, non enim &c.
Exam. 4 Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.
Exam. 5 Omnia, quæ habet Pater,mea ſunt, propterea dixi,quia de meo accipiet.
Exam. 6 Confidite, ego vici mundum, ſcilicet à quo preſſuram habebitis.
Exam. 7 Vici Mundum,in quo vos preſſuram habebitis.
Anno. 1 Amen, Amen dico vobis,ſi quid petieritis Patrem in nomine meo,dabit vobis.

Anno.

Anno. 2 Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Anno. 3 Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Anno. 4 Si quid Patrem petieritis in nomine meo,dabit vobis.

Anno. 5 In nomine meo ſi quid petieritis patrem, dabit vobis.

Anno. 6 In nomine meo ſi quid patrem petieritis, dabit vobis.

Anno. 7 De eadem textuali re,proſecutio.

Anno. 8 In nomine meo ſi patrem petieritis,dabit vobis.

Anno. 9 In nomine meo ſi quid petieritis patrem,dabit vobis.

Anno. 10 Dabit vobis, ſi quid petieritis ipſum patrem, in nomine meo.

CAP. DECIMVMSEPTIMVM.

Exam. 1 Te ſolum verum Deum,& quem miſiſti,&c.

Exam. 2 De eadem textuali re,proſecutio.

Exam. 3 Pro eis ſanctifico meipſum, vt & ipſi ſint ſanctificati in veritate.

Exam. 4 De eadem textuali re, quia dilexiſti, &c.proſecutio.

Exam. 5 Ex eis nemo perijt, niſi filius perditionis.

Exam. 6 Ego cuſtodiui eos,quos dediſti mihi.

Anno. 1 Rogo, vt omnes vnum ſint ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint, vt credat mundus, quia tu me miſiſti.

Anno. 2 De eadem textuali re,proſecutio.

Anno. 3 Tu Pater in me, & ego in te, vt & in nobis vnum ſint.

Anno. 4 Vt credat mundus, quia tu me miſiſti, & ego claritatem &c.

Anno. 5 Ego, cum eſſem cum eis, ſeruabam eos in nomine tuo, quos dediſti mihi.

CAP. DECIMVMOCTAVVM.

Exam. 1 Dixit ergo ancilla oſtiaria: nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius?

Exam. 2 Dixerunt ergo ei, nunquid, & tu ex diſcipulis eius es?

Exam. 3 Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt, quid locutus ſum ipſis.

Exam. 4 Si autem bene, quid me cędis? Et miſit eum &c.

Anno.

Digitized by Google

Anno. 1 A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me?
Anno. 2 Nunquid ego Iudæus ſum? gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi.
Anno. 3 Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet &c.
Anno. 4 Non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei &c.
Anno. 5 Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati &c.
Anno. 6 Omnis, qui eſt ex veritate, audit vocem meam.
Anno. 7 Quid eſt veritas? Et cum hoc dixiſſet, exiuit iterum ad Iudæos.
Anno. 8 Dicit eis, ego nullam inuenio in eo cauſam.
Anno. 9 Cauſam in eo nullam inuenio.
Anno. 10 Eſt conſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Paſcha.
Anno. 11 Vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum.
Anno. 12 Non hunc, ſed Barrabam: Erat autem Barrabas latro.

CAP. DECIMVMNONVM.

Exam. 1 Vt cognoſcatis, quia nullam inuenio in eo cauſam.
Exam. 2 Reſpondit Pilatus; Quod ſcripſi, ſcripſi.
Anno. 1 Scripſit titulum Pilatus, & poſuit ſuper Crucem; Erat autem &c.
Anno. 2 Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari.
Anno. 3 Rex Iudæorum.
Anno. 4 Reſpondit Pilatus, quod ſcripſi, ſcripſi.
Annot. 5 Titulum, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, Pilatus poſuit ſuper Crucem.
Anno. 6 Vt ſcriptura impleretur &c.
Anno. 7 Alia ſcriptura dicit; Videbunt, in quem transfixerunt.
Anno. 8 Facta ſunt hæc, vt ſcriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo.
Anno. 9 De eadem textuali re, proſecutio.
Anno. 10 Stabat autem iuxta Crucem Ieſu, Mater eius, & ſoror matris eius &c.

CAP. VIGESIMVM.

Exam. 1 Linteamina, & Sudarium vidit, quod fuerat ſuper caput eius &c.

Digitized by Google

Exam. 2 Ad monumentum primus, & vidit, & credidit. Nondum &c.
Exam. 3 Maria ſtabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret inclinauit &c.
Exam. 4 Vbi poſuiſti eum? dicito mihi, & ego eum tollam.
Exam. 5 Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meũ.
Exam. 6 Tangere, nondum enim aſcend. ad Patr. m. Vade ad fratres meos &c.
Exam. 7 Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.
Exam. 8 Inſufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum.
Anno. 1 Dicit ei Ieſus, Maria; conuerſa illa dicit ei Rabboni, quod dicitur Magiſter.
Anno. 2 Dic eis: Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum.
Anno. 3 Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſt. Deum meum, & Deum veſtrum.
Anno. 4 Multa quidem & alia, &c. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis &c.
Anno. 5 De eadem textuali re proſecutio.
Anno. 6 Vt credatis, quia Ieſus eſt filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.
Anno. 7 Vt credatis, quia Ieſus eſt filius Dei, & vt cred. &c.

CAP. VIGESIMVMPRIMVM.

Dub. 1 Diligis me plus his? Diligis me? Amas me?
Dub. 2 Sic eum volo manere: Quid ad te?
Dub. 3 Quid ad te. Tu me ſequere.
Dub. 4 Quo tu non vis, hoc autem dixit, ſignificans qua morte eſſet clarificaturus Deum.
Anno. 1 Exijt ergo ſermo iſte inter fratres, quia diſcipulus ille non moritur, & non dixit ei Ieſus non moritur, ſed ſic eum volo manere.
Anno. 2 Et non dixit ei non moritur, ſed ſic eum uolo manere donec veniam.
Anno. 3 Sic eum volo manere, donec veniam.

FINIS.

TER-

Digitized by Google

TERTIVS INDEX
RERVM MEMORABILIVM.

A

ARTICVLI Græci vide hæc pulcherrima. fol. 8
Anthonomaſia ex contextu habita fol. 10
Agnus Chriſtus quomodo ſit iuge ſacrificium. 37
Auſteritas vitæ quid faciat. 42
Applicatio mirabilis. 70
Amor proprius obcæcat oculos mentis. 88
Auctoritas conciliorum prouincialium. 111
Adoratio Dei ab Eccleſia. 120
Adoratores falſi. 127
Abundantia ineffabilis miſeriarum noſtrarum. 132
Actiones hominum bonæ quare attribuantur magis propriè Deo, quàm hominibus. 578
Abſtractio optima. 150
A voluntate propria ſemper timendum eſt. fol. 160
Ambitio eſt via Iudæis ad recipiendum Antichriſtum, in pœnam peccati, quia non receperunt Chriſtum. 196
Affectus ad Mundi Gloriam quid ſit. 197
Ad Iudæos Chriſtus ſæpè loquitur de ſe ſecundum opinionem Iudæorum; non ſecundum rei veritatem. 200
Aptiſſima figura hæreticorum proceſſus. 226
Arma Chriſti efficaciſſima contra hoſtes. folio. 258
Aurea ſententia Cæleſtini Papæ contra arrogantiam Pelagianorum. 274. contra quam vide etiam. 282
Aduerſus arrogantiam Pellagianorum. 282
Amen quid importet in ore Domini. 288
Auidiſſimè ſuper omnia perſequitur Diabolus fidem catholicam. 292
Aduerſus luciferi naturam 361
Appropriatio quid ſit. 500
Articuli Græci ſignificatio. 503
Ad Diabolum pertinentia. 506
Agricola exterior, vt homines apud nos, & interior vt Deus. 516
Aduerſitates quomodo ſint medicina bonorum. fol. 521
Ad obſtruendum os loquentium iniqua 531
Aurea Papæ Verba omnem arrogantiam hominum conculcantia. 540
Abſque ſpeciali auxilio Dei non poſſumus conſentire alicui bono. 541
Aſſentire in bonum eſt actio vna procedens à duobus. 545
Arrogantia Pelagiana ortum habuit in Lucifero in cælis. 549
Apoſtoli per ſpiritum veritatis ſecundum promiſſionem Chriſti intellexerunt totam ſacram ſcripturam. 560
Amen, quid eſt, & quid ſignificet. 584
Auxilium efficax, & ſufficiens. 620
Argumentum Arrianorum. 624
Affectus noſter ad bonum eſt à Deo. 662
Aliquod tangere Chriſtum, & aliquod ſuam paſſionem plangere eſt bonum; aliquod autem non. 713
A duobus impediebantur diſcipuli ne ex viſis recte diſcurrerent ad reſurrectionem. 715
Ad vtilitatem noſtram oſtenſa eſt diſcipulis reſurrectio Chriſti. 721
Aliud eſt eſſe ſupra aliud & eſſe contra. 723
Articulus quid importat. 729
Auricularis Confeſſio tempore Apoſtolorum ſeruabatur. 741
Ad confeſſarios monitio neceſſaria ſit a ſancto Thoma. 744
Ad hoc quod voluntas noſtra ſit recta quid requiratur. 780

B

BENE, id eſt in ſpiritu, & veritate laudemus Dominum. 119
Beata Virgo mater corporaliter reſuſcitata. 160
Bonum ex integra cauſa 169
Bonum multis modis ſit. 170
Benignitatis fructus eſt pax. 500
Bonitas Dei. 513

Bona

Digitized by Google

Bona conſcientia eſt viuere conformiter ad fidem. 521
Bonum ſemper ex oratione procedit. 589
Bona quanta ex coronatione Domini. 672
Baptiſmus præcedit ſacramentum Pœnitentiæ. fol. 737

C

CONCEPTIO *intellectus Diuini dicitur duo.* 5
Clamores eoſdem ad aſpides ſurdas repetere eſt prudentia. 9
Creatio qualis ſit. 13
Contraria omnia reducuntur ad unum non contrarium. 19
Cognitio & amor naturalis de Deo. 22
Cognitio ſupernaturalis de Deo. 22
Conuerſatio Christi nobiſcum in quo conſiſtebat. 36
Crudelitas diſcipulorum. 60
Contra inſipientiam mulierum. 62
Chriſtus per apoſtolos deſtruxit idolatriam. fol. 66
Chriſtus & Deus & homo; in morteque eius remanſit deitas vnita animæ, & corpori, diſiunctis. 71
Chriſtus non occidit ſeipſum licet deſiderauerit pati mortem pro nobis. 73
Characterem imprimi in baptiſmo. 78
Concilium Tridentinum eſt aliorum conciliorum complementum. 81
Chriſtus monſtrat ſe habere duas naturas. fol. 83
Chriſtus ſe ipſum denominat quandoque a carne, id eſt ab humanitate; quandoque a Deitate. 90
Chriſtiani per hoc quod Chriſti fideles, teſtificantur Deum eſſe veracem. 96
Cæleſtinus Papa damnat totaliter Pelagianos, fol. 98
Chriſtus quomodo ſit de ſurſum, vt homo eſt. fol. 98
Cognitio Samaritanorum. 113
Contra Pelagianorum ſuperbiam. 112. 145. 158
Contra ſuperbiam Pelagianorum. 145
Contra ſuperbiam Pelagianorum. 158
Continuatio ſucceſſiua ſemper in Eccleſia Sancta Dei. 142
Chriſtus eſt omnino impeccabilis. 148
Cur animarum iuſtificatio à peccatis ſit maximum opus Dei. 156
Chriſtus conuincit Iudæos ex ore eorum. 179
Chriſtus condemnat vno verbo multas hæreſes. fol. 184
Confictio punctorum à Rabbinis perfidis adinuenta. 189
Chriſtus deducit gloriam humanam pro nihilo. 193
Condemnantur Lutherani. 227
Confutatio inimicorum veritatis Euangelij. fol. 237
Chriſtus ſeruat proprietatem nominum in loquendo. 240
Chriſtus ſæpiſſimè dicit ſe à patre miſſum. fol. 240
Credulitas & confeſſio turbarum de Meſſia, vnde nata. 246
Correſpondent noua, & vetera feſta. 262
Condemnat Chriſtus hæreſes. 267
Chriſtus exurgit contra Pelagianos. 274
Crux Chriſti vere dicitur exaltatio. 280
Contra Arrianum damnatum à Chriſto. 304
Cur quædam pœnalia habeant rationem medicinæ. 307
Contra Pelagianos ex Concilio Trid. 315
Contra ſuperbos. 315. 487
Chriſto etiam ſine miraculis tenebantur homines credere. 502
Chriſti fideles opera miraculoſa faciunt. fol. 513
Chriſtus eſt caput verum non tamen naturale, ſed myſticum Eccleſiæ. 519
Clericatu deficiente Eccleſia deficeret. 523
Carere malo eſt bonum. 524
Contra Pelagianorum ſuperbiam. 525
Capite nobis vulpes paruulas, quid ſit. fol. 525. 582
Confutatur Lutherus. 550
Concilia prouincialia à quibus confirmentur. fol. 552
Cur circa tria principaliter fuit Apoſtolorum prædicatio. 557
Chriſtus omnia ſua ordinauit ad noſtram ſalutem. 560
Contra ſuperbiam Pelagianorum. 582
Conditio liberaliſſima donantis Dei in ſuis donis. 592
Chriſtus totus eſt vita æterna. 602
Credere explicitè Trinitatem Diuinam eſt de neceſſitate ſalutis. 606
Chriſtus vt homo quomodo ſit vnus cum patre. 606
Chriſtus quomodo pro omnibus paſſus ſit. 612
Chriſtus de omnibus adimplet voluntatem ſuam. 614
Chriſtus quia eſt ſummè dilectus à patre, dicitur filius dilectionis. 616

Digitized by Google

Cauſa omnium noſtrorum bonorum eſt dile ctio: qua à Deo diligimur. 617
Comeſtio Chriſti & Angelorum. 722
Cauſa quid ſit. 617
Contra ignorantem malitiam Arrij hæreſiarchæ. 7
Chriſtus probat ſe eſſe Deum. 298
Chriſtiani non ex aliqua vanitate ſed ex magna veritate mouentur ad credendum. fol. 665
Chriſtus non potuit offendere ſeu ſcandalizare aliquem. 686
Conditio peſſima Iudæorum. 686
Crucis Titulus non exponitur modo titulorum latronum. 696
Chriſtus eſt perfectiſſimus adimpletor ſcripturarum. 697
Cur Dominus ſuam matrem non vocet matrem ſed mulierem. 702

DEus vult omnes peccatores, quantum in ſe ipſo eſt, ſaluare. 24
Diſcrimen & cognitio miraculorum Dei ab alijs. 61
Dubium cum optima ſolutione. 73
Dilectio Dei mirabiliſſima ad nos. 84
Dæmonium meridianum quid ſit. 90
Dubium notandum cum optima ſolutione. fol. 108
Deus eſt ſpiritus non autem corpus. 125
Deſiderium Gratiæ quale ſit. 135
Docet nos Chriſtus factis ſuis duo vtiliſſima. fol. 138
Dignitas Apoſtolorum. 140
Deo ſoli ſeruies, quomodo intelligendum. 561
Dignitas dignitatum eſt aſſimilari Chriſto. fol. 146
Digreſſio neceſſariſſima. 157
Doctrina Sancti Thomæ eſt approbata à Chriſto. 173
Deus non eſt cauſa veritatis Iudæorum ſed illuminationis. 183
Deus ordinauit omnia dicta in ſcripturis. 194
Deus non eſſet Deus ſi vllam falſitatem in ſuis dictis poſſet admittere. 279
Damnantur hæreſes. 291
Diabolus merito damnatus eſt. 291
Deus intendit dum punit aliquem manifeſtare miſericordiam, vel iuſtitiam ſuam in illo. 307
D... ... Chriſti qui ſint. 313
[illegible] 315

Deus eſt tota ſalus noſtra. 497
Dignatio Dei contemplanda. 530
Deus ſemper vincit. 508
Duodecim fructus offerendi ab electis. 532
Deus in nobis operando facit, quòd nos propriam operationem liberè exequamur. 537
Duo auxilia diuina quæ ſint. 539
Deus in nobis operatur, quoties bona agimus. fol. 540
Diſpoſitio requiritur ad gratiam ſpiritus ſancti recipiendam. 554
Deſcriptio iudicij Diuini. 557
Demonſtratio Dei notanda. 566
Dicta Aurea S.S. Auguſtini & Thomæ. 567
Differentia magna inter corporalem & ſpiritualem exitum. 569
Duo itinera Chriſti quæ ſint. 569
Diabolus quomodo vincatur à Chriſto. 581
Dominus quare & in veteri, & in nouo, teſtamento iurat. 584
Dicere Credo in Deum, quare ſingulis mandetur. 585
Dignitas obedientiæ Chriſti notabilis valde. fol. 594
Demonſtratio efficaciſſima quod numquam ex Deo, & ſemper ex nobis eſt ſi non exaudimur ad ſalutem. 597
Diabolus infidelem totaliter poſſidet. 618
Duæ res mouerunt Iudæos ad mutationem tituli petendam. 687
Duplex ſenſus litteralis in antiquis ſcripturis. fol. 700
De figura & figurato Regula. 700
Dies prima poſt Sabbathum quare dicatur dominica. 716
Diſplicentia peccati quando ſit perfecta. 743
Dans occaſionem mali quis eſt. 790

ERAT dictio, quæ importat ſempiternum eſſe 3
Epilogus, pulcher. 3
Expoſitio pulcherrima. 53
Expoſitio notabilis; quid mihi & tibi eſt mulier. 56
Enim quid importet. 87
Ecce qui decipiuntur à Dæmonio meridiano. fol. 90
Eccleſiæ Romanæ authoritas maxima. 101
Eccleſia nomine quid ſignificetur. 103
Eccleſia eſt omnia opera Dei, quomodo intelligatur. 122
E... iſtarum cuilibet præſtitus eſt finis tro- p...

Digitized by Google

prim à Deo. 147
Exemplum irrefragabile. 166
Epilogus de conditionibus Antichriſti. 207
Eucharistia prodeſt omnibus perſonis mundi. 218
Exemplum bone voluntatis. 236
Efficacia verbi Dei. 257
Eccleſiaſticis prælatis maximum periculum imminere. 266
Ex interrogationibus patet, quod ſum eſt nomen Dei. 280
Eccleſia Catholica adorat Crucem *adoratione latria.* 288
Exemplum aptiſsimum pro textus intelligentia. 319
Effectus ſingulorum ſacramentorum. 523
Efficaciſsima ſententia Domini contra Pelagianos. 528
Electio Diuina aliter ſe habet, quàm electio humana. 530
Electi tenentur ex æterna ordinatione Dei facere opera bona. 533
Exit Chriſtus à patre, quid. 568
Exitus duo importat. 569
Eccleſia mater ſancta eſt nobis pro bona regula fructuoſe erandi. 598
Eſſe cum Chriſto eſt omne bonum. 613
Ex ſuperbia, & inuidia ad tituli corruptionem mouebantur Iudæi. 693
Efficacia conuincendi intellectum ſolus literalis ſenſus habet. 699
Euangeliſtarum Regula. 701
Errando Maria Magdalena quomodo non errauit. 711
Eccleſia Catholicæ libertas data a Domino. 740

F

FILIVS Dei tribus de cauſis non poteſt nō eſſe coæternus patri. 9
Fides catholica quid ſit. 15
Figura minus dicēdo ſignificans maius eſt multum vſitata in ſcripturis. 46
Facta omnia Chriſti quare & ſunt ſapientiſſima, & non ſolum irreprohenſibilia. 46
Finis templorum. 68
Filius Dei & hominis quomodo mortuus ſit. 83
Finis quis perſecutionum contra Chriſtū. 94
Fidem catholicam eſſe, tria continet. 95
Facilitas & firmitas magna Samaritanorum in credendo damnat Iudæos. 116
Flectere genu quid ſit. 128
Fides quando maxime eſt laudabilis. 137
Formalitas exponendi ſcripturas vniuerſas datur a Chriſto. 157
Fides ficta pulcherime exponitur. 244
Filius Dei quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit. 285
Fruſtra, & non fruſtra affligitur aliquis. fol. 507
Fructus prædicationis eſt duplex. 512
Fructus quadruplex manentium in Chriſto. fol. 525
Forma orationis communis vna vitanda omnino, & altera omnino amplexanda. 586
Fides affectuoſa qua ſit. 727
Feruor Charitatis. 788

C

GENERIS maſculini & neutri regula notabiliſſima pro ſcripturis intelligentiis. 5
Gratia & veritatis plenitudo duplex. 34
Generatio quare ſit modo perfectiori in diuinis, quàm in quibuſcunque alijs. 4
Grauiſſimis rationibus mota eſt Eccleſia ad confirmandum Sancti Thomæ doctrinā pro catholica. 177
Gaudium de Deo & pax vera quare dicantur regnum Dei. 718
Gratia vnionis perſonalis quid ſit. 753

H

HÆRESIS Appollin. confunditur totaliter. 28
Hæreſes excluduntur. 31
Hæres duas Chriſtus damnat. 51
Hæres duo condemnantur. 57
Hæreſis contra diuinitatem Chriſti condemnatur. 65
Hæreſis Pelagiana euertitur. 108
Humilitatis virtus multum placet Deo. 115
Hæreticū eſt & damnatū a fidei Symbolo. 128
Homo ſe debet totum Deo. 130
Homo quàm ſit ingratiſſimus ad præmiſſam bonitatem Dei. 131
Humilitas eſt via ad recipiendum donum gratiæ. 132
Hæreſes quattuor Chriſtus per breuem ſententiam damnat. 141
Habere vitam in ſemetipſo quid ſit. 161
Hæretici nominātur Antichriſti; ergo plus alij ſunt contra Chriſtum. 176
Humilitas eſt vtiliſſima. 213
Hora Chriſti quid eſt. 247
Hæreſes multorum à Chriſto damnantur. fol. 271

Hæreſis nouatiana damnatur. 281
Homo quandocunque loquitur ex proprijs, dicit mendacium. 292
Hæreticorum eſt, & non videre verum, & pro vero falſum ſibi fingere. 501
Humilitas Chriſti notanda. 537
Hæreſes multa condemnantur. 611
Hereſes due Arrij damnata. 615
Hæreſes due condemnantur. 617

I

IVDICIVM *iuſtum contra inobedientes.* 16
Idaa quid ſit. 19
Intellectus quare dicatur lux ſeu lumen. 22
Inexcuſabilis eſt omnis qui non ſaluatur, & Deus ſemper laudabilis. 26
Incarnationis myſterium. 32
Iudai ex ſane intellectu ſcripturarum tunc venisse Meſſiam credebant. 40
Iudai interrogant Ioan. de Meſſia. 43
Iudai quando antiquitus petierunt Meſſiam. fol. 45
Infidelibus cur omnia Chriſtianorum officia ſpiritualia ſunt ſtultitia. 77
Iuſtitia Dei reddit etiam poſt mortem vnicuique quod ſuum eſt. 105
Intentio Samaritanorum in ſua interrogatione. 121
Irrefragabiles propoſitiones. 158
Iuditium diſcretionis nunc, poſtea diſcuſſionis. fol. 158
Iuditium diſcuſſionis operum, & retributionum non eſt paris formæ. 165
Iuditium Chriſti numquam poteſt non eſſe iuſtiſſimum. 176
Innocentia Chriſti. 503
In via Dei progredi poteſt homo vſque ad mortem. 522
Iniquos nos ab æterno præuiſos eligit Deus, vt faceret iuſtes. 529
Infallibiliter fit res & eo modo, quo Deus voluntate beneplaciti ſtatuit. 531
Infirmitas noſtra magna deſcribitur, licet non totaliter. 535
Inſignia tria obedientia Chriſti. 593
Inſignia tria Paſſionis Chriſti. 595
Ignorantia diſtinguendi, benèque intelligendi ſcripturas eſt cauſa hæreſum. 611
Inimici noſtri ſunt iudices. 661
Innocentia Chriſti eſt cognita a Pilato. 667
Ita ex odio cupiunt nocere proximo differenter. fol. 673
Imitatur B. Ioannes per mortem tranſire ad nuptias. 791

L

LEX *vetus data per Moyſem.* 15
Lux hominũ quadruplici de cauſa dicitur Ioan. cap. 1. magis quàm Angelorum. 23
Laborat ſibi ipſi etiam prædicator ſeu doctor bonus. 141
Locutiones in ſenſu formali ſunt intelligenda. fol. 156
Lingua moderationem non ſeruans, ſeipſum alioſque damnificat. 168
Latria eſt honor Deo vero proprius. 171
Locutio per figuram figura hyperbole contrariam. 268
Latus perforatum ad fidem induxit diſcipulos. fol. 725

M

MESSIAE *credendum eſt ſi miter etiam ſine miraculis.* 42
Medius veſtrum ſtetit, quid ſit. 43
Modus dicendi Chriſto ſoli proprius. 50
Miracula quoties fecit Chriſtus toties probauit ſe eſſe Deum. 59
Miſericordia Chriſti. 59
Malum ab vno peccato qualiter augeatur. 89
Miſſio quot, & quanta importet. 97.681
Miſerrima impotentia hominis. 107
Meſſiam eſſe debere Deum, & hominem. 11
Multum refert videre in quo ſenſu de ſe loquebatur Chriſtus. 178
Mira prò veritate humilitas Beati Ioannis. fol. 179
Miſſio quid importet. 181
Modus cauſatiuus, & conſeruatiuus vita ſpiritualis. 218
Malum grauiſſimum eſt mala conſcientia. 282
Mala affectio ad alium, cauſat peruerſum iuditium de bonis illius. 294
Miraculum de cæco nato nec ab inimicis poteſt labefactari. 308
Miſſi importat duo. 497
Manet Deus diuerſimodè in diuerſis. 415
Miraculoſum beneficium donat Deus homini, quando. 536
Malleus grauiſſimus ſuperborum Pelagianorum conterens eorum ignorantiam vſque in finem. 542
Motio rerum à Deo conſeruat naturam rerum. 546

Mirabilis conſenſus dictorum Eccleſiæ apparenter. 546
Maior poſtea libertas eſt, infallibiliter obedire Deo. 551
Macedonius Hæreticus damnatur à Chriſto. fol. 553
Modus quo impediebantur Apoſtoli à melieri bono per præſentiam magiſtri. 555
Multis datur bene incipere, ſed non bene perſeuerare. 664
Mendaciter loqui quid ſit. 687
Monumentum Chriſti eſt ſpelunca ſancta ad protegendum ab inimicis. 695
Maria Magdalena excedit omnes Apoſtoles in amando Chriſtum. 707

N

NEceſſitas magna dandi capitis viſibilis in Eccleſia. 101
Neceſſitas maxima eſt nobis de auxilio Diuino. 107
Nomen Dei dicit prouidentiam de rebus omnibus. 119
Nemo etiam antiquorum ſaluatur, niſi per interceſſionem Chriſti in quem per fidem aſpiciebant. 119
Notandum pro ſemper. 160
Non ſufficit facere bonum niſi fiat bene. 168
Nomen veri abſolutè cui conueniat. 209
Non poteſt quis preterire ordinationem Dei. fol. 259
Neceſſarium fuit valde Chriſtum oſtendere ſe eſſe impeccabilem ex omni parte. 283
Non videre mortem in æternum, quid ſit. 298
Non propria, ſed Chriſti virtute, omnes alij miracula fecerunt. 516
Nullum eſt peccatum, quod quilibet homo, niſi à Deo ſuſtineretur non faceret. 520
Nota maximā abundantiam contra Pelagianos. 534
Nota, & pro ſemper fuge ſuperbiam hanc. fol. 542
Nihil boni, ſine auxilio Dei præueniente, eſt in actibus liberi arbitrij noſtri. 544
Nemo etiam antiquorum potuit vnquam reſiſtere diabolo, niſi per fidem Paſſionis Chriſti. 559
Nihil reputandum eſt precioſum ad ſeruiendum Deo in comparatione. 709
Nullas oues in terris habet Chriſtus quas non commiſerit Petro paſcendas. 769
Non datam occaſionem mali accipiens quis eſt. 790

O

ORDO rectiſſimus quatuor interrogationum de filio Dei. 6
Omne quod factum eſt quomodo ſit vita in Deo. 20
Origo peccandi. 35
Ordo Prædicatorum parat viam Chriſto ad immitationem Beati Ioannis Præcurſoris. fol. 93
Oportet Chriſtum creſcere. 95
Opera meritoria in gratia quæ ſint. 99
Optimum ſignum quod Deus amet aliquem. fol. 567
Obedire ſimpliciter quid ſit. 148
Oratio quid ſit. 152
Obligatio noſtra infinita ad Deum. 179
Origo mali fermenti Phariſæorum. 190
Omne, quod ſcripſit Moyſes, de Chriſto eſt. 198
Opiniones Iudæorum de Chriſto. 237
Omnia fecit pro nobis Chriſtus. 295. 312
Omnia in figura. 261
Obſtructum eſt vniuerſaliter os loquentium iniqua. 284
Omnis peccans mortaliter facit abſque dubio contra naturam. 286
Ordinatiſſimè ſemper loquitur Chriſtus. 293
Optima reſponſio aduerſus Arrianas illuſiones. 300
Optima diffinitio Charitatis. 786
Omnia Chriſti opera quomodo nobis proficiant. 312
Opera hic, & in futuro. 313
Obedientia Chriſti ad Patrem propter nos promptiſſima. 508
Oratio Chriſti quid cauſauit. 517
Officium viatoris quatenus viator eſt. 531
Obedientia, humilitas &c. eſt donum Dei. 541
Omnium Sanctorum humilitas. 548
Orationes multorum quare non exaudiuntur. fol. 585
Oratio Chriſti, & paſſio numquam ſine intento fruſtrantur. 608
Oratio Chriſti, quomodo fieri intelligatur. 611
Occaſionibus ſcandalorum debet Chriſtianus remedium adhibere. 660
Omnia quæ antiquitus apud Iudæos agebantur erant figura futurorum. 694
Operari bonum conuenit etiam malis. 708
Orbis terrarum, Petro commiſſus eſt. 771
Oratio breuiſſima & pleniſſima. 792

P

PATER & ſilius diſtinguuntur perſonaliter. 6
Per, præpoſitio quid ſignificet. 12
Peccata impediunt cognitionem peccatoris. 25
Peccant venialiter omnes homines puri, excepta B. Virgine. 35
Per peccata mundi quid intelligatur. 38
Purificatio Iudæorum. 54
Peccatum originale eſſe in infantibus. 54
Perſona Meſſiæ monſtratur a B. Ioanne Baptiſta. 92
Portæ inferi non prævalebunt aduerſus Chriſtum. 96
Proprietates Eccleſiæ. 104
Pſalm. 125. Niſi Dominus ædificauerit, quomodo intelligendum ſit. 526
Peccata multis modis fiunt. 170
Pericula magna rectoribus imminere, fuga Chriſti denotat. 205
Populus ceuit eſſe magnæ humilitatis virtutem in Chriſto. 205
Panis duplex. 209
Perſona humanitatis Chriſti eſt Deus. 241
Pulchra expoſitio Pſalmi. 244
Peccatum inducit triplex impedimentum Iudicandi. 266
Poteſtas ligandi data à Chriſto quid ſit. 270
Pater tribus modis eſt in filio vt Deo, & quinque modis eſt in eo vt homine. 283
Peccator non manet in domo. 289
Pelagianorum eſt appetere aſſimilari Deo ſecundum Iuſtitiam. 296
Plurima de perfectione habeat. 302
Ponderandum eſt verbalum nihil. 525
Ponderationem tam nobis ſufficienter fructiferam aufert Pelagiana ſuperbia. 528
Pelagianorum arrogantia lætatur in nihil. 547
Pulchrum exemplum. 555
Per crucem Domini debilitatus eſt Diabolus. fol. 558
Plurima, & mirabilia, veriſſimaque de Santa Trinitate. 563
Patri, & filio omnia ſunt communia præter id in quo relatiua oppoſitione diſtinguuntur. fol. 565
Pacem habere in Chriſto, quot quanta, & qualiter contineat. 574
Pacem mundi ſimul ſtare cum pace Chriſti impoſſibile eſt. 576
Pelagius confidebat in ſeipſo. 577
Peius eſt homini confidere in ſeipſo, quàm in homine alio. 579
Puriſſima virginitas Chriſti. 580
Practica ad bonam ſpem excitandam, erigendam & conſeruandam. 589
Præparat ſe Chriſtus ad faciendam orationem ad exemplum Chriſtianorum vt ſe ipſos præparent. 599
Plurimos vitæ æterna quomodo priuari intelligatur. 600
Prædicari Euangelium in toto mundo quid importet. 600
Principale in quo conſiſtit eſſentia beatitudinis, eſt cognitio clara de Deo. 601
Pater ſolus eſt verus Deus, & filius ſolus eſt verus & tota Trinitas eſt vnus verus Deus. fol. 605
Per id quod eſt per accidens non falſificatur id quod eſt per ſe. 613
Pater & voluntate genuit & non volantate, ſed natura genuit Filium. 613
Prædeſtinationem ſemper in bonam partem ſummi probatur. 621
Pilatus quare flagellauerit Chriſtum. 678
Pulcherrima figura tituli crucis. 693
Pilatus quare ſcripſit rex Iudæorum. 695
Petrus & Ioannes reliquis feruentiores animoſioreſque ſunt. 704
Proprietas & actus furtiui & furum deſcribitur. 705
Pluſquam fideliſſimus eſt Chriſtus in promiſſis ſuis. 717
Pietatis Diuina viſcera. 717
Promiſſa ab inimicis Chriſti inania. 717
Proprium ſapientis eſt operari diuerſa. 724
Propoſitum charitatis. 788

Q

QVOD eſſe ſine Deo in hoc mundo eſt habere hic arram inferni. 76
Quid expectandum, et non expectandum à Chriſto. 114
Qualis proceſſus via, à ſtatu Catholico receſſerunt heretici. 167
Quod eſt ſufficientiſſimum per ſe, eſt quandoque inſufficiens per accidens. 182
Quare Euangeliſtæ allegant ſcripturas antiquas. 185
Quando maxime cœperunt Iudæi falſificare ſcripturas. 188
Quicquid medijs cauſis ſecundis facit Deus poteſt faciliſime facere ſine illis. 210
Quomodo Deus intelligat, vt a nobis mandata ſua cuſtodiantur. 230
Qualis fides ſit, & non ſit, fundamentum. fol.

fol. 244
Quomodo accipientes Spiritum Sanctum loquantur omnium linguis. 245
Quare erubeſcentia pro ſatisfactione valeat. fol. 272
Qui aſtimentur pro veris ſeruis ſuis a Chriſto. fol. 290
Quanta mala ſecum portet iniuria illa demeritum habes. 295
Qualitas doctrina Chriſti. 297
Quare Chriſtus alta de ſe dicebat. fol. 299
Quomodo intelligatur textus de irreprehenſibilitate operum Chriſti. 311
Quod Chriſtus habitauit in nobis, ideſt conuerſatus eſt. 315
Quid ſit diabolum fuiſſe praliatum, vt principem. 504
Quare Satanas mundi principatum perdidit. fol. 505
Quomodo ijdem dicantur verè & amici, & inimici, Dei. 510
Quomodo ſeipſum Chriſtus reſuſcitauit. fol. 512
Quàm difficile ſit cognoſcere an in nomine Chriſti oremus. 514
Quid eſt hominem à Deo vocatum. 516
Quando ſcripſit Ioann. Euangelium. fol. 777
Quare Mundus arbitrabatur ſe Deo ſeruire perſequendo vſque ad mortem Chriſtianos. fol. 556
Quid intelligatur per ſpiritum veritatis. fol. 559
Quanta authoritatis ſint traditiones Apoſtolorum. 560
Quantitas valoris humilitatis Chriſti. 590
Quantitas valoris obedientia Chriſti. 590
Quantitas valoris paſſionis Chriſti. 591
Quid eſt miſericordiã Dei eſſe ſuper nos. 591
Quid demonſtretur per illud nos, tu, & ego. fol 609
Quanta ſit inclinatio Chriſti ad tuendum veritatem fidei. 662
Qua ratione Chriſtus à Pilato iuſtificetur. fol. 669

R

RES debent iudicari ſecundum naturam earum. 40
Regula vniuerſaliſſima. 61
Ratio adultorum ab infantibus differentia operandi. 99
Radix errorum & veritatum contrariarum. fol. 123
Regulus vtrum ex fide motus ſit ad rogandum Chriſtum. 136
Reſponſio obedientis qualis debeat eſſe. 149
Remedium efficax contra diſuadentes obedientiam. 154
Reſponſum per ſingula optimum. 162
Regula catholicorum. 163
Reprobi non damnantur niſi iure. 171
Regula de conſenſu magno ſcripturarum inter ſe verbaliter diſcordantium. 210
Ratio inuincibilis ſumtq; demonſtratiua quod homo, vt ex ſe nihil boni poteſt incipere; cogitarem. 231
Regula de operibus authoritate Dei factis. 263
Radix firmiſſima de iuſtitia Dei in eligendo homines. 531
Regula Concilij ex Euangelio concludens proceſſionem Spiritusſancti. 537
Radix infecta erroris Pelagianorum. 539
Regula vniuerſalis. 560
Ratio fundamentalis ad intelligendam de Chriſto a ſe dicta. 569
Regula euangeliſtarum vniuerſaliſſima. 572
Regula gramaticalis de ego & tu. 581
Regula vniuerſalis, quod patre, & filio nominatis, cointelligitur ſemper Spiritus ſanctus. 593
Reſponſiones quomodo ſint temperanda. 657
Regnum Chriſti eſt regnum veritatis. 663
Regula de vſu lingua Chriſti. 679

S

SIMILIA pulchra. 31
Solutio dubij notabilis. 34
Sine baptiſmo praſuſcepto nihil ſacramentorũ ſuſcipitur. 75
Sancti etiam in Cœlo indigent auxilio Dei. 110
Samaritani unde moti fuerint ad recipiendum legem Dei. 113
Symbolum fidei probat adorationem etiam externam. 128
Sabbathum quid ſit. 153
Sic, ſicut, ſimiliter, quid ſignificent. 155
Spes vera ſemper eſt cum bonis operibus. 167
Superbia eſt cauſa ruinarum maximarũ. 196
Sanctificare Deum quid ſit. 197
Spes falſa & mala qua ſint. 199
Sufficientiſſima vis paſſionis Chriſti ad ſaluandos infinitos mundos, ſi eſſent. 215
Sub vna ſpecie ſacramentali tantum continetur, quantum ſub vtraque. 216
Superbia hominum occultat eis verum ſenſum ſcripturarum. 225

Sententia

Digitized by Google

...entia B. Auguſtini ad obſtruendum os omnium iniquorum. 230
Signum veræ fidei. 243
Superbia, quæ ex amore ad ſe inordinato naſcitur, eſt omnibus hereticis amica valde. 246
Sub ſpecie ouina ſæpius latet rabies lupina. 251
Summæ Trinitatis veſtigium eſt in omnibus creaturis, licet imago ſit in ſolis intellectualibus. 275
Superbia Pelagianorum extirpatur à Chriſto. 282. 309
Seruitus corporalis quantumcunque dura nihil eſt ad ſeruitutem peccati. 286
Seruus Dei, & verè liber, ſeruitus Dei & vera libertas, conuertuntur; & ſunt idem. 289
Solum peccato quis diabolo conſociatur. 295
Superbia Pelagianorum eſt plusquam deteſtabilis. 309
Summaria declaratio circa intentionem Iob diſputantis amicis ſuis. 309
Sol materialis ad omnia illuminanda extenditur. 314
Simile pulchrum. 507
Sanctorum dicta quomodo ſemper veneranda ſint. 509
Sic, ſicuti, non ſemper idem ſignificant. 509
Simile quotidianum, 517
Subtiliſſima ſuperbia Phariſæi. 547
Spiritus ſanctus fuit in Apoſtolis ſecundum officium loquendi. 561
Spiritum ſanctum non procedere à filio eſt hæreſis manifeſta. 564
Solus Chriſtus & vincit mundum, & aſcendit in cęlum, verè; quomodo intelligatur. 582
Solus Deus ſcientiam docet. 588
Sancti quare etiam ſi orauerint pro aliquibus hic viuis non exaudiuntur. 598
Sanctificare ſeipſum quid ſit. 610
Senſus reprobus hæreticorum. 658
Scripturarum ſenſus ignorare eſt cauſa maximarum ruinarum. 685
Saluatoris noſtri Regula. 697
Senſus citationum antiqua ſcriptura quis ſit. fol. 699
Seminare Zizania in medio tritici quid eſt. 720
Scientia qualis neceſſaria confeſſario. 737
Satisfactio ſequitur contritionem & confeſſionem. 745

T

TRINITATEM attributorum non autem perſonarũ nouerunt Philoſophi. 10
Textus ſine ipſo factum eſt nihil, exponitur optime. 15
Trinitatis veſtigium inuenitur in omni creatura. 16
Thomas Sanctus vbique ſplendidiſſimus ſol, quia vbique diſſipat nubes hæreticorum. 71
Textus quare dicit pono animam, non ponam. fol. 73
Templa quare fiant ad adorandum Deum. 119
Textus expoſitio notabilis. 150
Triplici ex capite iuditium fit iniuſtum. 158
Tribus modis Deus pater de filio teſtificatur. fol. 180
Trinitati toti omnia ſunt communia exceptis perſonalibus cum modo originis. 563
Tanta eſt vna perſonarum quanta omnes tres ſimul. 564
Tota vita Chriſti fuit Paſſio. 570
Timor ſeruilis multa bona operatur. . . .
Tria ſigna ducunt Nathanaelem in notitiam Meſſiæ. 254
Timor mundanus fuit ruina Pilati. 665
Tribus de cauſis lauat manus Pilatus coram populo. 670
Teſtamentum pietatis à Chriſto in Cruce factum. 702

V

VERBVM, quia procedit à principio viuente coniunctio ſecundum rationem ſimilitudinis in eadem natura, eſt filius. 2
Verbum, nomen, ſignificat multa. 9
Verbum quid referat. 27
Vniones duæ in Chriſto. 72
Vox fidelium, vox infidelium. 117
Veri adoratores ſunt pauciſſimi, & vt exaudiantur, digni. 126
Vide Pelagianam ſuperbiam in diabolo figuratam. 296
Veſtis nuptialis quæ ſit. 317
Vniuerſaliſſima notatio. 377
Vnde procedat cęcitas Iudęorum de Meſſia. 183
Veriſſima tranſlatio totius ſcripturæ veteris quando facta ſit. 187
Vnde moti ſint Iudæi ad perſequendum Chriſtum. 199
Viſio ſub ratione credibilis quid ſit. 212
Vna tantum perſona diuina in Chriſto habente duas naturas. 233
Via cognoſcendi veritatem Euangelicam. 235
Vna vox Chriſti plurium hæreſes damnat. 278
Vtilitas mundi maxima quæ ſit, & vnde ſit. 507
Verum dicitur multipliciter. 519
Voluntas multipliciter conſideratur. 778

Valdo

Valde ſaluberrimum eſt verbum Dei. 522
Verbum Dei quid faciat in ſingulis ſacramentis. 522
Vocatorum à Deo duplex eſt genus. 552
Vincere mundum, non niſi per agnum occiſum ab origine mundi, quis nunquam potuit. 582
Valor orationis. 582
Virtus Paſſionis Chriſti eſt æterna & infinita. fol. 586
Vita æterna quid ſit. 602
Voluntas vt concomitans, vt principium. 615
Vnio, quam facit charitas hic, & in patria, proportionaliter tamen ad vtrunque ſtatum. fol. 624
Vnde ſunt regna mundana, & regnum Chriſti. fol. 661
Vniuerſalis regula ruinarum plebis. 669
Vitium familiare Iudæis. 689
Vindicta Pilati contra Iudæos. 691
Vera confeſſio Pilati quare crucifixerit Chriſtum. 696
Vnctio facta à Magdalena quid comprehendat. 709
Vere pœnitere quid ſit. 784

Z

Z*ELVS quid ſit.* 60
Zelus indiſcretus mala cauſat. 91
Zelotes fortiſſimus eſt Deus pro cuſtodienda Eccleſia ſua ſancta, catholica. 142
Zelus charitatis comedit me. 788

F I N I S.

C O P I A.

GLI Eccellentiſſimi Signori Capi dell'Eccelſo Conſeglio di X. infraſcritti, hauuta fede dalli Sig. Reformatori ſopra del Studio di Padoua, per relation de li doi à ciò Deputati, con loro giuramento, cioè del Reuerendo Padre Inquiſitor, & del Circ. Sec. del Senato Lorenzo Maſſa, che nelli Commentarij ſopra li Euangelij di San Giouanni, del Padre Maeſtro Seraffino della Porreta dell'ordine de Predicatori. Non ſi troua coſa alcuna contra le leggi, & ſono degni di ſtampa; concedono licentia che poſſino eſſer ſtampati in queſta Città.

Dat. die 24. Aprilis 1604.

D. Lorenzo Loredan.
D. Marin Falier.
D. Antonio Lando.
} Capi dell'Illuſtr. Conſi. di X.

Illuſtr. Conſi. X. Secr. Petrus Peregrinus.

1604. à dì 26. Aprile. Reg. in libro.
Anton. Laured. Officij.
Con. Blaſp. Coad.

Corrigente Doctore Vberto Faber Vbio
Agrippinate ſeniore.

IN SANCTVM EVANGELIVM

SECVNDVM IOANNEM

Commentaria.

PER F. SERAPHINVM CAPPONI
à Porrecta Almi Ord. Præd. S. Theol. Magiſtrum.

EDITA; DEO OPT. MAX. DICATA;
S. R. E. Correctioni ſubmiſſa.

Non ego autem, ſed gratia Dei mecum. 1. Corinth. 15.

CAPITVLVM PRIMVM.

In principio erat verbum. Et verbum erat apud Deum. Et Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt; & ſine ipſo factum eſt nihil &c. Vſque in finem Capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

Filius Dei ante omnia ſecula erat & à Deo patre genitus; & ab ipſo perſonaliter diſtinctus; & ei conſubſtantialis; atque coęternus.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM Concluſionem què ad omnes ſuas partes, probat ſanctus Euangeliſta per textum, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, Hoc erat in principio apud Deum. Prima ſi quidem pars ſcilicet, quod ante omnia ſecula filius Dei ſit à Patre genitus, demonſtratur ex eo: quod verbum erat in principio. Nomine enim verbi propriè ſumpti (quomodo hic ſumitur) intelligitur Filius Dei: ſi procedamus (vt procedit Euangeliſta) ad ipſius Filij cognitionem ex notioribus quò ad nos; vt facilius aſcēdamus ex his ad ignotiora nobis. Sciendum eſt igitur, quòd hoc nomen, Verbū, quandoque apud nos ſumitur largè & denominatiuè; ſicut quando vox exterior ſignificatiua dicitur verbum. Ideo enim ipſa dicitur verbum, quia denominat, ſeu ſignificat noſtræ mentis interiorem conceptum (quemadmodum & vrina vocatur ſana, eò quod eſt indicatiua ſanitatis) Quandoque autem illud nomen ſumitur propriè, & (vt ita dicam) eſſentialiter; ſicut quando id, quod illa voce exte-

Maximè neceſſaria circa hoc nomē, verbum, conſideratur hic, & in ſequentibus.

A tiori

riori ſignificatur, ideſt ipſe mentis conce
ptus, dicitur verbum (quemadmodum &
illud, quod per vrinam illam deſignatur,
vocatur propriè, & eſſētialiter, ſanitas.)
Mentis enim noſtræ conceptus nō habet
ab exteriori voce ſignificatiua, quod dica
tur verbum, ſed eſt verbum, antequam
per vocem ſignificetur (quemadmodum
& ſanitas animalis non habet ab vrina,
quod ſit ſanitas, ſed eſt ſanitas, antequā
per vrinam ſignificetur:) & ideò conce-
ptum ipſum interiorem diximus eſſe ver
bum propriè, & eſſentialiter. Ex his ergo
cognitis in nobis manuducendo nos Euā
geliſta ad diuina, quæ ſecundum ſe exce-
dunt rationem humanam, filium Dei vo
cat verbum; dicens: In principio erat ver
bum. Ac ſi apertius dicat Filius Dei eſt
conceptus mentis diuinæ: & iſte conce-
ptus erat in principio, ideſt ante omnia
ſecula. Clarum enim eſt: & quod Deus
non eſt corpus, iuxta illud Ioan. 4. Spiri-
tus eſt Deus; 1. q. 3 ar. 1. & quod Deus eſt
intellectualis naturæ, iuxta illud Pſal.
32. Qui intelligit omnia opera eorum; 1.
q. 3. ar. 2. item q. 14. ar. 1. 4. ideò nomine
verbi non poteſt Euangeliſta intelligere
verbum largè dictum, ideſt vocem exte-
riorem ſignificatiuam: ſed tantummodò
verbum propriè ſumptum, ideſt interio-
rem conceptum mentis, ideſt intellectus.
Similiter, cùm in Deo nihil ſit imperfe-
ctum, ſed ipſe ſit omninò perfectiſſimus,
1. q. 4. ar. 1. 2. de neceſſitate in textu acci-
pitur verbum non pro conceptu imperfe
cto, vt in nobis quandoque eſt; & vocari
etiam ſolet cogitatio) ſed pro conceptu
totaliter perfecto. Item, quia in Deo nul-
lum eſt accidēs, 1. q. 3. art. 6. ſed quicquid
in eo eſt, Subſtātia eſt, 1. q. 3. ar. 3. 4. & q.
34. ar. 11. ideo verbū, ideſt conceptus ille
diuinus, non poteſt eſſe Accidens, ſed eſt
neceſſariò Subſtantia. Denique cùm no-
tiſſimum ſit: quod conceptus mentis de
ratione ſua habet, quod ab alio procedat
ſcilicet à concipiente; oportet dicere,
quod verbum in textu poſitum, ſignifi-
cat aliquid ab alio procedens; & conſe-
quenter, quod verbum illud eſt nomen
perſonale. Nam procedere ab alio, perti-
net ad rationem nominum perſonalium
in diuinis: eò quod perſonæ diuinæ di-
ſtinguuntur tātùm ſecundum originem.
1. quæſt. 27. art. 1. 3. & quæſt. 42. arti. 3.

EX PRAEMISSIS ERGO
omnibus patet, quòd verbū ab Euange-
liſta dictum eſt perſona diuina; quæ non
eſt Pater, nec Spirituſſanctus, ſed Filius.
Non enim Pater eſt conceptus procedēs
ab intellectu, cùm nec ab vllo procedat,
ſed ſit principium aliarum duarum per-
ſonarum 1. q. 33. ar. 1. nec Spirituſſanctus
eſt conceptus procedens ab intellectu,
cùm procedat per modum amoris ſecun
dum actionem voluntatis, 1. q. 27. ar. 3. 4.
vndè reſtat, qđ ſolus Filius ſit conceptus
ꝓcedēs ab intellectu, 1. q. 27. ar. 2. Ex præ-
dictis igitur, ad probandam partem illā
concluſionis primam, formetur ſic ratio.
In principio erat verbum. [En propoſi-
tio maior:] ſed illud verbum eſt filius
Dei procedēs ab intellectu paterno, quæ
proceſſio eſt generatio; & illud, In prin-
cipio, ſtat pro Ante omnia ſecula [En pro
poſitio hypothetica, minor:] ergo filius
Dei antè omnia ſecula erat à Deo patre
genitus. [En concluſionis capituli illa
pars.] Rationis huius maiorem ſolùm
ponit Euangeliſta explicitè: minorem ve
rò ponit implicitè (vt partim ſuprà decla
ratum eſt, & partim nunc declarabitur.)

> *Verbum. hic eſt perſona diuina, quæ dicitur Filius Dei.*

PROCESSIO VERBI AB intellectu eſt generatio.

DE minori illa hoc, quod In princi-
pio, ſtet pro Ante omnia ſecula, ex-
poſitum eſt ſuprà. Supponebatur enim
veritas hęc, ſcilicet, quod ibi Euangeliſta
ſumit principium non pro principio tē-
poris, ſed pro principio durationis. Et
meritò. Quod patet ex eo, quod adiun-
git, Erat; non autem eſt, nec fuit. Præui-
dit enim (inquit Baſilius) Spirituſſan-
ctus futuros quoſdam inuidentes gloriæ
vnigeniti; qui perferrent ſophiſmata ad
ſubuerſionem auditorum dicentes: Quia
ſi genitus eſt, non erat; & antequam ge-
nitus eſſet, non erat. Nè igitur talia garri-
re præſumant; Spirituſſanctus ait, In
principio erat verbū. Vndè & Hylarius,
tanquam pro expoſitione huius vocabu-
li, Erat, loquens, in libro 2. de Trinit. ait.
Tranſeunt tempora, tranſeūt ſecula, tol
luntur ætates; pone aliquod, quod voles,
tuæ opinioni principium, non tenes tem
pore:

Digitized by Google

pore: Erat enim vnde tractatur. Ad quod etiam propoſitum poteſt conuenienter adaptari illud, quod idem ſanctus pro declaratione ſempiterni eſſe (quod, vt ex eod. & Baſilio diximus, importatur ab hoc vocabulo, Erat) dicit in eod. lib. 2. de Trinit. Curre ſenſu, ſi quid putas ei vltimum eſſe, id ſemper inuenies: quia cùm ſemper intendas; ſemper eſt, quò intendas. Sermo in eo deficiet; non natura claudetur. Iterum reuolue tempora, eſſe ſemper inuenies: & cùm calculi numerus in ſermone defecerit, Deo tamen ſemper eſſe non deficit. Ex dictis ergo iſtorum ſanctorum habetur: quod Euangeliſta de verbo non dixit, Eſt, quaſi non fuerit; nec dixit, Fuit, quaſi eſſe deſierit; ſed dixit, Erat (quod valet directè contra Arrium) vt ſempiternum eius eſſe importaretur. Dico, hoc ipſum Erat, valere directè contra Arrium: quoniam de filio Dei ipſe dicebat; quod erat, quando non erat (ideſt erat tẽpus, vel aliqua duratio; quando filius Dei non erat;) & quod non erat, antequam fieret; & quod ex non extantibus factus eſt; & quod non ex ſubſtantia, ſeu eſſentia Patris eſt. Contra cuius blaſphemias hæreticales has Concilium Nicænum primum 318. Patrum aduerſus Arrium legitimè congregatum, & à B. Syluestro Papa approbatum, loquitur cum execratione; in fine ſymboli fidei, dicens. Dicentes autem, Erat, quando non erat; aut non erat, antequã fieret; & quia ex non extantibus factus eſt; Aut ex altera ſubſtantia, vel eſſentia dicentes eſſe; aut creatum, aut conuertibilem, filium Dei; hos tales anathematizat catholica, & Apoſtolica Eccleſia. Hæc ibi.

Dictio, Erat, importat ſempiternum eſſe.

CAETERVM DE ILLA eadem minori ſupra in argumento probationis poſita illud ſcilicet quòd in diuinis procedere ab intellectu eſt generatio, nunc probandum remanet. Pro huius ergo rei declaratione ſciendum eſt; quod dupliciter vtimur nomine generationis. Primo modo communiter ad omnia generabilia & corruptibilia; & ſic generatio nihil aliud eſt, quàm mutatio de non eſſe ad eſſe. Talis autem generatio non facit ad propoſitum de filij Dei generatione: quandoquidem ipſe nec eſt corruptibilis, nec procedit de non eſſe ad eſſe; cum ſit æternus (vt dictum eſt, examinando erat 1 q. 10. ar. 2. & q. 42. ar. 2.). Secundo modo ſumitur generatio propriè; & ſic generatio (quæ etiam propriè dicitur natiuitas) eſt in viuentibus, ſignificatq; originem alicuius viuentis à principio viuẽte coniuncto ſecundum rationem ſimilitudinis in natura eiuſdem ſpeciei. Vnde propter defectum ſimilitudinis, capillus naſcens ex homine, non habet rationem geniti, & filij; propter defectũ verò ſimilitudinis in eadem ſpecie, vermes ex animalibus naſcentes non habent rationem generationis & filiationis, licet animalibus, vndè naſcuntur aſſimilentur ſecundum genus: propter ſimilitudinem autẽ eiuſdem ſpeciei habitam homo procedẽs ab homine dicitur propriè genitus, & filius. Porrò in viuentibus, quę de potentia in actum vitę procedunt (ſicut ſunt homines, cæteraq; animalia) generatio tùm primo, tùm ſecundo, modo dicta ſimul inuenitur. Si autem ſit aliquod viuens, cuius vita non exeat de potentia in actum, proceſſio, ſi qua in tali viuente reperitur, non poteſt habere rationem generationis primo modo dictæ; ſed tantum, rationem ſecundæ ideſt generationis viuentium. Proceſſio igitur verbi diuini ab intellectu diuino habet tantummodò rationem generationis ſecundo modo dictæ. Ipſum enim verbum procedit à principio viuente (cũ non ſolùm pater ſit viuens, ſed etiam actio intelligibilis, qua producitur, ſit operatio vitæ: vt patet) & coniuncto (cum proceſſio intellectualis non attendatur ſecundum actionem ad extrà tendẽtem, ſed intrà manentem) & ſecũdum rationem ſimilitudinis (cum conceptio intellectus ſit ſimilitudo rei intellectæ) & in eadem natura exiſtens (cũ in Deo intelligere, & eſſe, ſit idem 1. q. 14 ar. 4.). Quia igitur illa diffinitio generationis viuentium conuenit per ſingulas partes (vt nunc explanauimus) proceſſioni verbi ab intellectu paterno, ſequitur de neceſſitate: quod proceſſio ipſa verbi ſit generatio, & conſequenter quod ipſum verbum procedens verè dicatur filius.

Verbum, quia procedit à principio uiuẽte, coniuncto ſecundum rationem ſimilitudinis in eadem natura, eſt filius.

DVBIVM CIRCA præmiſſa.

Primo. IN diffinitione generationis illius ſecũdo modo ſumptę vna conditio erat, quod productum debet eſſe ſecundum ſimilitudinem naturæ in eadem ſpecie. Cũ igitur in Deo non ſit ſpecies, ſicuti nec genus, 1. q. 3. ar. 5. non videtur, quod ibi poſſit ſaluari diffinitio ipſius generationis, & conſequenter nec generatio. Ad hoc facilè reſpondendo dicitur: quod obiectio iſta non valet contra prędictam veritatem de generatione in diuinis, ſed ſtat pro illa. Licet enim in diuinis non ſit ſimilitudo producti ad producẽtem in natùra eiuſdem ſpeciei, quod conſtituit rationem generationis: eſt tamen ibi producentis & producti ſimilitudo, immò identitas, in eadem natura numerali, id quod non tollit, nec diminuit, ſed potiùs auget rationem ipſius generationis. Nam in diffinitione generationis pręmiſſa non ponitur ſimilitudo eiuſdem ſpeciei, ad denotãdum, quod ſimilitudo maior, puta eiuſdem numeri, excludat generationis rationem: ſed ad ſignificandum quod ſimilitudo minor, puta eiuſdem generis non ſufficit ad rationem proprię generationis conſtituendam. Conſtat enim cuiq; rectè diſcurrenti: quod ſi ſimilitudo minor ideſt ſpeciei eiuſdem, cõſtituit generationem propriè dictam; tunc ex hoc de neceſſitate ſequitur: quod ſimilitudo maior ideſt eiuſdem numeri, conſtituet multò magis generationem propriè dictam. Illa itaq; obiectio non monſtrat (quod volebat) generationem propriè ſumptã non eſſe in diuinis: ſed monſtrat (quod nolebat) generationem propriè eſſe magis, ideſt perfectiori modo, in diuinis, quàm in quibuſcunq; rebus creatis. Porrò ſignificauit, & ex conſequenti confirmauit, hoc ipſum Apoſtolus per illud, Epheſ. 3. Flecto genua ad patrem domini noſtri IESV Chriſti, ex quo omnis paternitas in cęlis & in terra nominatur. Patet enim quod denominatio fieri ſolet à nobiliori: vnde paternitatem illam, quę in diuinis eſt, indicauit eſſe omnibus alijs paternitatibus nobiliorem, per hoc, quod, ab ea cęteras omnes denominari, affirmauit. Quòd ſi nobilior eſt alijs, atq; perfectior: ergo ratio generationis (quæ eſt eius diffinitio) qua mediante aliquis dicitur pater, nobiliori perfectioriq; modo in diuinis, quam alibi, reperitur. Reſtat itaq; ex his manifeſtum: quod Deus per hoc, quod ſuam eſſentiam eandem numero communicat verbo, verè dicitur generare ipſum, ideoq; dicitur vere & ille Pater, & verbum filius. Cæterum, occaſione præmiſſæ ſolutionis, dicet quis. Ergo ſtantibus ſupradictis de generatione filij Dei, illa generationis diffinitio de ſimilitudine ſpecifica generantis ad generantem loquens non erit vniuerſalis: id quod eſt apud philoſophos (vt patet expertis in doctrina eorum) magnum inconueniens. Reſpondetur negando conſequentiam. Non enim ex hoc, quod illa diffinitio quo ad ſimilitudinem ſpecificam non conuenit generationi diuinę, ſequitur, quod non ſit vniuerſalis, modo illo ſcilicet quo vniuerſalis eſſe debet. Et quis eſt ille modus? Intentio philoſophorum: qui diffinitionem illam tradiderũt. Patet namq; quod tunc eſt vniuerſalis ad ſufficientiam: quando ad ea omnia vniuerſaliter extenditur, ad quæ ipſam extẽdi, philoſophi voluerunt. Cùm igitur philoſophi illi, vtpotè infedeles, generationẽ in diuinis dari ignorarent 1. q. 32. ar. 1. non intenderunt, ſuam diffinitionem illã extendere ad diuinam, ſed ſolum ad omnem generationem repertam in creaturis. Nulla verò in creatis generatio reperta importare poteſt inter generantem & genitum ſimilitudinem naturę eiuſdem numeri: quod patet ex hoc, quod omnis natura creata eſt finita. Licet enim natura ex eo, quod infinita eſt, poſſit eſſe vna numero in ſuppoſitis pluribus diſtinctis numero (vt eſt in diuinis): tamen naturam finitam vnã numero in pluribus ſuppoſitis numero diſtinctis eſſe, impoſſibile eſt. Reſtat ergo, & quod omnis generatio propriè dicta in rebus creatis importet ſolùm ſimilitudinem naturę eiuſdem ſpeciei; & quod eius diffinitio tunc vniuerſaliſſimè prædicetur, quando de omni generatione rerum omnium creatarum, tantummodò prædicatur.

Quare generatio ſit modo ꝑfectiori in diuinis, q̃ in quibuſcũq; alijs.

Secundo. RVRSVS DICTVM EST, quod illa verbi proceſſio à Patre eſt ſecũdum modum intelligibilem: ſed talis pro-

ceſſio

ceſſio in nobis non dicitur generatio; ergo nec in Deo proceſſio talis debet dici generatio. Reſpondetur ad hoc: quod licet proceſſio ſecundum modum intelligibilem in nobis non ſit generatio, tamen falſa eſt conſequentia, & neganda, deducens ex hoc, quod proceſſio ſecundũ modum intelligibilem in diuinis non ſit generatio. Huius autem negationis ratio eſt diuerſitas in intelligere noſtro ab intelligere diuino reperta. Nam intelligere noſtrum non eſt ipſa ſubſtantia intellectus: vndè verbum, quòd ſecundum intelligibilem actionem procedit in nobis, non eſt eiuſdẽ naturæ cum eo, à quo procedit, vnde non propriè, & completè, competit ſibi ratio generationis. Sed intelligere diuinum eſt ipſa ſubſtantia intelligentis. 1. q. 14. ar. 4. vndè verbum procedens procedit, vt eiuſdem naturæ ſubſiſtens; & propter hoc dicitur propriè genitum & filius. Vnde & ſacra ſcriptura ad ſignificandum proceſſionem filij Dei, qui eſt diuina ſapientia, vtitur his nominibus, quæ pertinent ad generationẽ viuentium, ſcilicet conceptione & partu. Dicitur enim ex perſona ipſius ſapientiæ diuinæ, Prouerb. 8. Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram; ante omnes colles ego parturiebar. In intellectu autem noſtro non vtimur nomine conceptus, ſeu conceptionis, niſi ſecundum qđ in verbo noſtri intellectus inuenitur ſimilitudo rei intellectæ: licet ibi non inueniatur naturæ identitas: cum tamen iſta duo nomine conceptionis intellectus inueniantur in diuinis, inter intelligentem ſcilicet patrem, & intellectum filium.

Conceptio intellectus diuini dicis duo: noſtri autẽ vnum ſolummodò

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, filius Dei erat ante oĩa ſecula à Patre perſonaliter diſtinct⁹, demonſtratur ex tex. verbum erat apud Deum. Patet enim, quod hæc præpoſitio apud, ſecum fert diſtinctionem ſuppoſitorum, ſimul cum eorundem contiguitate (vt ex quotidianis ſermonibus conſtat): & conſequenter quod nulla res dici propriè poteſt eſſe apud ſemetipſam, ſicut nec aliquis eſt in ſeipſo (vt habetur 4. Phyſic.). Per hoc ergo, quod Euangeliſta dicit verbum eſſe apud Deum ſcilicet dicentem verbum (qui pater eſt) indicat nobis manifeſtè, quod filius Dei eſt perſonaliter diſtinctus à patre ſuo. Nec veritati huic obſtat, quod verbum ipſum maneat in eo, cuius eſt verbum (vt patet in verbo interiùs concepto ab intellectu noſtro) & conſequenter quod filius Dei maneat in patre, Ioan. 14. vtpotè ab eo ꝓductus non per actionem tranſeuntem ad extrà, ſed per actionem manentem intrà (vt ſupra diximus:) hoc inquam, non obſtat, quoniam talis manſio in patre infert quidem neceſſario amborum indiſtinctionem eſſentialẽ, ideſt quod ambo ſint idẽ eſſentialiter (iuxta illud, Ioa. 10. Ego & Pater vnum ſumus) ſed non infert indiſtinctionem perſonalem ideſt quod ambo ſint idem perſonaliter (iuxta illud, Ioã. 8. Duorum teſtimonium verum eſt; ego teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet de me Pater). Manet igitur filius in patre, quia eſt verbum; & diſtinguitur ab eo in perſona, quia verbum erat apud Deũ ideſt Patrem. Vnde duas de filio inuenimus ab Euangelio dici quaſi contrarias præpoſitiones ſcilicet In, Ioã. 14. Ego in patre. &, Apud, Ioã. 1. verbum erat apud Deum, ideſt apud Patrem. Nam, In, vnitatem quandam, &, Apud, diſtinctionem importat. Euangelium itaq; vnitatem ponit cum diſtinctione in filio reſpectu patris. Ergo contraria in filio? Abſit. Quomodo enim vel minima contrarietas in Deo, vbi eſt ſumma tranquillitas? Non ergo ibi attendũtur ſecundum idem (quod contrarietas requirit) illæ prępoſitiones: quoniam, In, cadit ſuper eſſentiam, & Apud, ſuper perſonam, quæ ſcilicet eſſentia & perſona non ſunt idem formaliter, 1. q. 39 ar. 1. Dum igitur Euangelium de filio affirmat &, In, & Apud, ratione In, oſtendit vnitatem filij cum patre, quò ad eſſentiam, ratione Apud, monſtrat diſtinctionem realem perſonalem eiuſdem à patre. Nã perſonæ ad inuicem realiter diſtinguuntur, 1. q. 39 ar. 1. Ex his omnibus ergo relinquitur cõcludendum quod filius eſt alius, ſed non eſt aliud, à patre. Nam quia genus maſculinum dicit quid formatum, & diſtinctum, genus verò neutrũ dicit quid informe, & indiſtinctũ (vt patet conſide-

Regula notabiliſſima de genere maſculino, & neutro, & ſcripturis intelligendis.

 ranti)

ranti:) ideò conuenienter per neutrum genus ſignificatur eſſentia communis, per maſculinum autem ſuppoſitum determinatum in natura communi. In ſignum huius videmus in rebus humanis, quod ſi quæratur, quis eſt ille, reſpondetur, Antonius; quod nomen eſt ſuppoſiti. Si autem quæratur, quid eſt iſte, reſpondetur, Animal rationale, quod nomen eſt naturæ. Quia ergo in diuinis diſtinctio eſt ſecundum perſonas, & non ſecundum eſſentiam (vt declaratum eſt) dicimus catholicè, quod filius eſt alius à patre, ſed non eſt aliud, è conuerſo autem dicimus quod filius & pater ſunt vnum, ſed non ſunt vnus. Vnde & in textu dicitur, verbũ erat apud Deum ideſt patrem non autem verbum erar pater: quinimmò non tantũ hic, ſed in toto Euangelio nec explicitè, nec implicitè dictum inuenies hoc ſcilicet quod filius ſit pater.

CVM DICTVM SIT, propter illam textus præpoſitionem, Apud: quod filius, quo ad perſonam, diſtinguitu à patre: ideò, ad plenam probationis notitiã, reſtat uidendum, quid ſit perſona. Sic itaque diffinitur ſecundum Boetium, in libro de duabus naturis. Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. Hoc eſt: perſona eſt quædam res ſubſiſtens incommunicabiliter, in natura intellectuali. Quando igitur Euangeliſta in ſenſu dicit, quòd verbum eſt perſona diſtincta à patre; hoc eſt, ac ſi apertiùs diceret; quòd verbum non eſt accidens, ſed eſt ſubſtantia quædam in natura intellectuali; alteri incommunicabilis; & ideo diſtincta à Patre. Duæ ergo ſunt perſonæ, Pater & Filius: quoniã ſi filius diſtinguitur perſonaliter à patre, ſequitur de neceſſitate, quod etiam pater diſtinguatur perſonaliter à filio. Et hæc omnia importauit textus, dũm inquit; verbum erat apud Deũ.

Pater, & Filius diſtingũtur perſonaliter, per tex. Apud &c.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Filius Dei erat ante omnia ſecula Patri conſubſtantialis; demonſtratur ex tex. Deus erat verbum, Cõſtruitur enim ſic iſta ſententia; qđ verbũ, ſe tenet à parte ante, Et, Deus, à parte poſt: vt dicamus, verbum erat Deus. Vnde patet: quod hic oſtenditur quid ſit ideſt cuius naturæ ſit, verbum. Et quidẽ ordine rectiſſimo proceſſit Euangeliſta ad oſtendendum (contra ſui temporis hæreticos) diuinitatem Chriſti. Ac ſi interrogaretur. A quo genitus eſt Chriſtus, ſecundum naturam: quæ non dependet à matre virgine Maria? Reſpondet. A principio abſolutiſſimè dicto, i. à principio ſine principio, ideſt à Deo patre: ita tamen, vt non exierit extra ipſum principium, ſed remanſerit in illo principio. Et hoc totum eſt: quod ſignificare intendit, ibi: In principio erat verbũ. Itẽ. Quãdo genitus eſt Chriſtus, ſecundum eandem naturam? Reſpondet. Ante omnia ſecula, ideſt ab æterno, hoc eſt (vt dicit textus.) In principio, ſcilicet durationis, cuiuſcunque etiam imaginabilis. Duobus ergo modis exponitur ſecundũ Euãgeliſtam, particula hæc, In principio ſcilicet durationis, nõ temporis: &, In principio ſcilicet in patre Vbi erat ante omnia ſecula Chriſtus, ſecundum eandem naturam? Reſpondet. Apud patrem, & hoc eſt, quod dicit ibi, verbum erat apud Deum. Quid erat Chriſtus, ſecundum eãdem naturam? Reſpondet. Deus verus. Et hoc eſt, quod in textu ait, Deus erat verbum Hoc enim nomen, Deus, eſt nomen quidditatis, ideſt naturæ 1.q.13.art. 8. & hic ab Euangeliſta ſumitur pro vero Deo. In cuius ſignum certum eſt: quod idem B. Ioannes, in epiſtola ſua prima, loquens de verbo illo, quod ibid. cap. 1. vocauerat verbum vitæ, dicit, cap. 5. vt cognoſcamus verũ Deum, & ſimus in vero filio eius: hic eſt verus Deus, & vita æterna. Verbum ergo erat Deus: hoc eſt, habebat veram naturam diuinam. Ergo erat (inquiebat probatio) conſubſtantialis patri, ideſt habebat eandem numero ſubſtantiam, ideſt eſſentiam cum patrẽ. Natura enim diuina, cùm ſit infinita, 1. q. 7. art. 1. non eſt vllo modo multiplicabilis, ſed eſt maximè vna, 1. q. 11. art. 4. & omninò ſimplex. 1. q. 3. art. 7. Quia ergo eſſentia illa eſt maximè vna, & ſimpliciſſima, oportet: quod eadem eiuſdem penitus numeri ſit communicata à patre filio, quando per generationem communicat eam illi. Oportet igitur: quod filius genitus ſit coeſſentialis (quod con-

Rectiſſimus ordo quattuor interrogationum in textu.

concluſio

Contra ignorantē malitiam Arrij hæreſiarchæ.

cluſio dixit, Conſubſtantialis, & Synodus Nicæna prima, Homouſion) patri ſic eum generanti. Et verè, à rebus humanis etiam procedendo, patet: quod filius eſt conſubſtantialis ſuo patri. Homo enim generat hominem, Leo Leonem, Bos bouem, ideſt pater homo per generationem communicat homini filio naturam humanam, pater Leo Leoni filio naturam Leoninam, Bos pater boui filio naturam bouinam, & ſic de alijs ſimilibus. Verum, quia apud nos natura omnis eſt finita, 1. q.7.art.2.ideò non poteſt eadem numero quæ eſt in patre, communicari filio: ſed eadem ſpecie, vel ſaltem genere (vt in Mulorum generatione patet). Quia verò natura increata, ideſt diuina, non eſt finita, ſed infinita (vt dictum eſt): ideò non poteſt, quando communicatur, non communicari eodem penitus numero, quo in communicante exiſtit. Sic itaque filius Dei non poteſt non eſſe conſubſtantialis ſimpliciter, ideſt ſecundum numerū penitus eundem naturæ, patri naturam ſibi per generationem cōicanti: qua etiam ratione ſpiritusſanctus non pōt nō eſſe conſubſtantialis patri & filio naturā diuinam ſibi per ſpirationem communicantibus. Hinc eſt: quod tres illæ perſonæ non poſſunt nō eſſe vnum, ideſt vnius numero eſſentiæ 1.q.39.art. 2. Dicit ergo Euangeliſta, & Deus erat verbum. Ac ſi, adiuncta immediata prædicta ſententia (id quod inſinuatur per iſtud, &) dixerit. Licet verbum ſit apud Deum, non tamen eſt aliquid extraneæ naturæ, ſicut eſt de verbo noſtro exiſtente apud intellectum: ſed eſt naturæ diuinæ, quæ indiuiſibilis omninò eſt.

Sententiam ergo hanc, ſcilicet Deus erat verbum, mox præmiſſæ coniunxit B. Ioannes, nè erraremus, malè intelligendo diſtinctionem verbi à Deo dicente importatam per præpoſitionem, Apud: nè videlicet intelligeremus, verbum illud eſſe quidem apud Deum, non tamen eſſe Deum.

CAVILLVS QVIDAM Arrianorum remouetur.

VIDENTES nonnulli hæreticorū (quos Arrij ſectatores vocant) quod in libris Græcis (quādoquidē B. Euāgeliſta Ioannes Gręcè ſcripſit) apponitur articulus dictioni, Deum, ibi, verbum erat apud Deum, & non apponitur dictioni, Deus, ibi, & Deus erat verbum, dixerunt: quod Euangeliſta non loquitur de eodē Deo in hic primo allata ſententia, & in ſecundo allata. Sed (inquiunt ſubiungētes) in illa prima loquitur de Deo vero, id quod deſignat articulus: & in iſta ſecunda de Deo non vero, ſed de Deo per ſingularem præ cæteris omnib. de quibus dicit Pſal. 81. Ego dixi Dij eſtis, gratię participationem. Reſpondetur ſummatim & quidem faciliter, quod nihil valet argumentum in rei veritate, licet appareat, ſed ex ignorantia, circa ſenſum textus, in eis oborta procedit: id quod nunc magis patebit deſcendendo ad reſpondēdum per partes ad ipſum cauillum. Negatur ergo deductio illa ſuper non appoſitionem articuli fundata. Non enim valet conſequentia hæc, ſcilicet articulus non apponitur dictioni, Deus, ſecundo loco poſitæ: ergo verbum non eſt Deus verus, ideſt per eſſentiam, ſed per quandam gratiæ excellētiſſimam ſuper omnes alios participationem. Ratio huius negationis eſt, quia committitur hic ab argumentatore fallacia ſecundum non cauſam, vt cauſam. Non enim tacuit ibi Euangeliſta articulum motus ab iſta cauſa (vt putabat argumentator,) quod verbum non eſſet Deus verus, cum ipſimet conſtaret de oppoſito, quod & expreſſit in epiſtola ſua prima, capitulo quinto (vt ſupra verbatim recitatum eſt:) ſed motus ab alia cauſa, & quidem grauiſſima, nè ſcilicet verbum crederetur eſſe Pater. Quòd ſanè pater ſic. In illa prima ſententia, ſcilicet verbum erat apud Deum, quid intellexit Euangeliſta exprimere per articulum appoſitum dictioni, Deum? Quòd Deus ille, apud quem erat verbum, erat Deus pater. Hic enim ex ſe principio in principio durationis, ideſt ante omnia ſecula, genuerat verbum remanens in ſe principio (vt intellexerat idem Ioannes ibi, In principio erat verbum.) Vnde mox ſubiungendo, & verbum erat apud Deum illum [Ecce articulus Græcus ad Latinum flexus], non poteſt nomine Dei illius, non intelligere Deum patrem,

Contra hanc fallaciam argumentatoris, legas totam reſponſionē vſq; in finē, & diligenter.

Digitized by Google

Si ergo adhuc ſubiunxiſſet cum articulo, & Deus ille erat verbum, id eſt (nominibus tranſpoſitis) verbum erat Deus ille: quis non crediдiſſet, quod Euangeliſta in ſenſu dixiſſet: Et verbum erat Deus pater? Filium ergo Dei eſſe patrem, non eſſe hæreſim (vt uerè eſt) ſed eſſe catholicam veritatem, vtpotè ſecundum mentē Euangeliſtæ, affirmaſſent ipſius textus lectores. Beatus Ioannes igitur præuidens (quod facile erat) ruinam magnam, quæ dicta eſt, ex his primis ſui Euangelij ſententiis in cordibus hominum naſcituram ſi diceret cum articulo, & Deus ille erat verbum prælegit tanquam à charitate proximorum coactus: ſine articulo ſententiam hanc proferre dicendo; & Deus erat verbum. Sic enim remanet ad planā literam intelligendum: quod verbum erat Deus verus, non autem pater. Quomodo, ad planam literam? Quia patet; quod in præſenti capitulo Euangeliſta nomine Dei etiā ſine articulo poſiti ſemper intelligit Deum verum, id eſt Deum per eſſentiam: vt, fuit homo miſſus à Deo: Deum nemo vidit vnquam, &c. A Deo enim vero per naturam Ioannē fuiſſe miſſum conſtat: &, Deum verum à nemine vnquam viſum, &, filios Dei veri fieri credentes, &, Saluatorem noſtrum eſſe agnum Dei veri; in his enim ſententijs ponitur Dei nomen ſine articulo. Sufficit enim illum ſemel appoſuiſſe. Non ergo, loqui de Deo hic ſine appoſitione articuli, infert: Euāgeliſtā loqui de Deo non vero, ſed per gratiæ participationē (vt opinabatur arguens.)

De articulo Græco vide hic pulcherrima.

PORRO ARTICVLVS Græcus idē valet, ac ſi diceretur ꝑ anthonomaſiam, id eſt per excellentiam. Vt: Deus ille, Pater ille, Agnus ille, &c. id eſt Deus per excellentiam, Pater per excellētiam, Agnus per excellentiam, &c. Excellentia autem ponderatur, ſecundum ſubiectam materiam, de qua tunc fit ſermo. Vt, ſi loquaris de Deo, excellentia attenditur ſecundum Deitatem, ſi de patre, ſecundum paternitatem, ſi de agno, ſecundum agni laudabiles conditiones, &c. Expoſitio igitur horum fiat ſic, Deus per excellentiā, id eſt Deus ſecundum rationem Deitatis excellentiſſimus [& quis eſt hic: niſi Deus verus per naturam?] Pater per excellentiam, id eſt pater ſecundum rationem paternitatis excellentiſſimus [& quis eſt hic, niſi pater omnium patrum, ex quo omnis paternitas in cęlo & in terra nominatur? Epheſ. 3.] Agnus per excellentiam, id eſt agnus in ratione agnorum excellentiſſimus [& quis eſt hic; niſi agnus innocentiſſimus, ſecundum totum, quod habet vtiliſſimus, pro immolatione aptiſſimus, Deoque ad ipſum placandum acceptiſſimus? Et talis ſolus Chriſtus,] &c.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, filius Dei erat ante omnia ſecula patri coęternus: demoſtratur ex tex. Hoc erat in principio apud Deū Id eſt. Hoc Dei verbū, de quo hactenus locuti ſumus, nunquam à patre extitit ſeparatum. Ex eo igitur, quod non fuit vnquam aliquod inſtans durationis, quo non fuerit filius apud patrem (cùm ſemper hoc uerbum eſset in principio apud Deum: ut dicit textus) patet probatam eſſe partem illam concluſionis, ſcilicet quod filius Dei erat ante omnia ſecula patri coęternus.

Subtiliter ergo Euangeliſta in hoc, ꝙ verbum à Deo patre genitum (vt dixerat ibi, In principio erat verbum) teſtatur eſſe ipſi patri coæternum, inſinuat: quod illa verbi generatio fuit à potentia generatiua perfecta, & fuit in inſtanti durationis, & fuit de neceſſitate naturæ. Pro cuius rei faciliori captu aduertas, ab oppoſitis: quod tribus de cauſis contingit, rem ab alio procedentem non eſſe æqualis durationis cum eo, à quo procedit. Primò, quia producens ab initio ſuæ durationis potentiam productiuam non habet perfectam. Exemplum. Homo à principio ſuæ pueritiæ generatiuam potentiam non habet perfectā: ideoque tunc generare non poteſt, & conſequenter filius genitus poſtea ab eo eſt de neceſſitate ei inæqualis ſecundum durationem. *Primo.* Secundò illud contingit ex eo, quod aliquid producitur per motum. Exemplū. Fructus producitur ab arbore non in inſtanti temporis, ſed per motum, id eſt ſecundum temporis ſucceſſionem (vt patet:) ideoque fructus ab ea productus *Secundo.*

non

non eſt æqualis durationis cum ea, ſed duratione poſterior. *Tertiò.* Tertiò idem contingit: quia producens ſecundum voluntatem ad producendum, & non producendum liberam, & non de neceſſitate naturæ, agit. Exemplum. Domificator, eò, quod libera voluntate, & non de neceſſitate naturæ, mouetur ad ædificandā domum: ideò poteſt expectare parum, vel multum temporis, ſecundum quod ſibi placuerit (cum à nullo ad oppoſitum conſtringatur) ad hoc, vt actualiter ædificet: ideoque domus eſt de neceſſitate eo poſterior ſecundum durationem plus, & minus, ſecundum quod ei placuerit. Hæc autem tria conuenire non poſſunt Deo patri in productione filij.

Filius Dei trib. de cauſis non poteſt non eſſe coæternus patri.

Nam patris generatiua potentia nunquam fuit vllo modo imperfecta; immò ſemper ab æterno fuit perfectiſſima. Item, Pater generando filium non agit per motum, ſed per ſimplicem & inſtantaneam operationē: quoniam (vt in nobis etiam patet) conceptus intellectus produci poteſt in inſtanti. Item, Productio filij fuit de neceſſitate naturæ, inquantum non potuit non eſſe, non autem fuit per voluntatem liberam ad vtrumque, quaſi quod pater potuerit non generare filium: quia ſic & filius eſſet creatura; & hoc dicentes in excommunicationem hæreticis debitam inciderēt, ſecundum illud, in libro de Synodis, Si quis, voluntate Dei, tanquam vnum aliquid de creaturis, filium factū dicat, anathema ſit. 1. q. 41. art. 2. Relinquitur ergo clarum ex ijs: quod filius Dei non potuit non eſſe coæternus patri.

Ad aſpides ſurdas repetere clamores ſæpè, eſt prudētia.

Videtur autem Euangeliſta replicare quod dixerat: & tamen indè non tanquā ſuperfluus, ſed tanquam multum prouidus, iudicandus eſt. Quid dixerat? In principio verbum erat, & erat apud Deum. Quid nunc dicit? Hoc (ſcilicet verbum) erat in principio apud Deum. Quare non eſt indè ſuperfluus, ſed multum prouidus iudicandus? Quia non ſine ratione, ſed magna ratione, mouetur ad replicandum. Loquebatur enim in his ſententiis Beatiſſimus Ioannes contra hæreſim aſſerentium, quod Chriſtus initium totius ſui eſſe habuerat ex virgine Maria eius matre, & ſciebat etiam ꝙ hæretici ſunt pertinaces in erroribus ſuis, ac veluti aſpis ſurda ad veritatem ſibi ipſis oppoſitā obturantes aures ſuas Pſ. 57. (Id, quod nobis per talem replicam inſinuauit) ideò non ſolū dicere, ſed & replicare, ad ſurditatem illorum retundendā, optimum eſſe cenſuit, quod verbum in principio erat apud Deum, ideſt quod Chriſtus, vt verbum, erat ante omnia ſecula coæternus Deo patri, & per conſequens, quod habuerat eſſe ſuum principaliſſimum, ideſt eſſe diuinum, multò ante matrem ſuam.

DE MVLTIPLICI Verbo.

Nomen. Verbum ſignificat multa.

DESIGNAVIT Euangeliſta, & quod multa verba dentur, & quod ipſe de vno tantum illorum, & quidem præ alijs omnibus excellentiſſimo, loquitur: cum huic dictioni, verbum, adiunxit articulum, in Græco idiomate, ac ſi in Latino dixiſſet, illud verbum. Et verè ſic ēt apud nos experimur, & in ſcripturis. Nā plurima in nobis reperiuntur verba tùm intelligibilia, quæ intellectus conceptiones multæ ſunt, tùm ſenſibilia, quæ oris noſtri voces in multitudine conceptionibus illis ad extra notificandis correſpondentes exiſtunt. In ſcripturis item multoties legimus; factum eſt verbum Domini ad hunc, vel illum, prophetam, vbi & quandoque accipitur verbum pro re ſignificata per verbum, vt Exod. 9. Cras faciet Dominus verbum iſtud, & Num. 14. Cur tranſgredimini verbum Domini? itē Pſal. 148 Quæ faciunt verbum eius, item Luc. 1. Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Veruntamen (vt diximus) de verbo ſolo, excellentiſſimoque ſe loqui, teſtatur Euangeliſta, dùm articulis vtitur dicens: In principio erat illud verbum, & illud verbum erat apud Deum. Per articulum enim denotatur, quod nō de quocunque verbo, nec de ſenſibili, ſed de intelligibili, nec tamen de omni tali, ſed de talium omnium principaliſſimo, fit ſermo. Licet autem Latinus interpres articulo huiuſmodi non vtatur, ſed ſimpliciter dicat; In principio erat verbum & verbum erat apud Deum (ſicut & alibi, vbi Græcus adhibet articulum, loquitur ſimpliciter, ideſt nullo addito:) tamē

veri-

veritati ab Euangeliſta intentæ nihil deperit. Abſit enim, vel leuiter, ſuſpicari; quod in Latina veteri vulgata editione, quæ per tot ſeculorum ætates eſt ab Eccleſia ipſo vſu probata, aliquid veritatis ad fidẽ, aut mores, neceſſariæ deſit. Hoc namque, imò nec alio prætextu, editionẽ talem non debere ab aliquo reijci, ſacrũ decreuit Concil. Triden. ſeſſ. 4. Quod vtique non feciſſet, ſi illam in aliqua veritate neceſſaria deficere cognouiſſet: & hoc ipſum deficere, ſi affuiſſet, concilium nõ latuiſſet, quandoquidem ad legitima cõcilia generalia (cuiuſmodi eſt ipſum Triden.) ratione aſſiſtentiæ Spirituſſancti ſub perſona Apoſtolorum, quibus Epiſcopi, Patres conciliorum, ſuccedunt, dictum fuit à Chriſto, Ioan. 16. Ille (Spirituſſanctus) docebit vos omnem veritatẽ. Quare igitur nihil veritatis neceſſariæ deeſt deficiente articulo Græco in illa editione Latina, ſi rectè, vt oportet, intelligatur? Quia locum articuli, apud Latinos expoſitio per anthonomaſiam, ideſt per excellentiam, ſupplet. Vt ſub præſenti, tanquam omnium ſimilium exemplo, dicamus. In principio erat verbum, ſcilicet anthonomaſicè dictũ: & verbum ſcilicet anthonomaſicè dictum, erat apud Deum. Huiuſmodi autem expoſitio oritur ex circunſtantia literæ Latini interpretis: nè quis dicat, ex hac bona expoſitione non haberi, quod Latina editio ſit in veritatis oſtenſione ſufficiens. Nam præmiſſarum ſententiarum contextus, ſcilicet, & Deus erat verbum, cogit omnem rectâ ratione vtentem ad hoc, vt fateatur: verbum in primis duabus ſententijs poſitum non poſſe intelligi de verbo quocunque, ſed tantum de inſigni quodam & per ſingularẽ excellẽtiam dicto. Quis enim audiens hanc tertiam ſententiam ſcilicet verbum eſſe Deum, non continuò dicat: quod Euangeliſta ibi, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, acceperit verbum pro quodam, tùm ad humana tùm ad Angelica verba, ſupremo? Homo ſiquidem intelligens format ſuum intelligibile verbum rei illius, quam intelligit: & Angeli formant ſua verba earum rerum, quas naturali lumine intelligunt: & Deus pater intelligendo ſe, omniaque alia in ſeipſo, 1. q. 14. art. 6. producit vnum verbum ipſius Dei patris, omniumque aliorum expreſſiuum, 1. q. 34. art. 3.

Anthonomaſia ex contextu habita ſupplet vim articuli Græci.

PORRO SINGVLARI numero verbum, non verba, dicit textus: ad ſignificandum, quod verbum Dei patris eſt & vnicum, ideſt non conſtans ex pluribus verbis Nam vnico verbo exprimitur à patre totus Deus ſimul cum toto vniuerſo, & quocunque quouis modo tũ poſſibili tùm imaginabili, 1. q. 14. art. 9. Ex his ergo patet, quod ſic exponendus eſt, ad mentem Euangeliſtæ, textus; In principio erat verbum, ſcilicet repræſentatiuum omnium abſolutè, ideſt, & Dei & vniuerſarum rerum tàm ſenſibilium, quam intelligibilium, tàm uiſibilium, quam inuiſibilium, tam in natura ad extra poſſibilium, quam imaginabilium. Verbum hoc ergo (vt epilogus fiat totius concluſionis) erat æternum, (quia in principio) à patre realiter diſtinctum (quia apud Deum) patri conſubſtantialis (quia Deus) ſemper cum patre, ideſt patri coæternus (quia in principio apud Deum.)

Notato & verbũ, & epilogũ pulchrũ.

QVID ADHVC EX ijs habes? Quòd dicere, Deum patrem fuiſſe quandoque ſine verbo, eſt dicere, patrem ipſum quandoque fuiſſe ignorantiſſimum: cùm verbum ſit conceptus intellectus, quo ipſe aliquid intelligit. Quo peſſimè, & ignorantiſſimè dicto, quid peius, & ignorãtius, etiam apud Ethnicum philoſophum? Metaphy. 12. Naturali, qdem ratione concedit philoſophus in Deo eſſe verbum, nè ſit ignorans: licet non concederet, verbum illud eſſe filium Dei. Nam quamuis attributa Dei cognoſci poſſint naturaliter: non tamen Trinitas perſonarum diuinarum, vt perſonæ ſunt, 1. q. 32. art. 1. Hoc enim ſuperat omnem ſenſum naturalem non tantùm humanum, ſed & Angelicum vſque ad Seraphicum incluſiuè. Attributorum ergo Trinitatem, non autem perſonarum cognouerunt philoſophi, ideſt cognouerunt, quod potentia, ſapientia, bonitas, eſt in Deo: ſed non cognouerunt, quod ille cui illa potentia, attribuitur eſt Pater: &, cui illa ſapientia, eſt Filius; &, cui illa bonitas, eſt Spirituſſanctus.

Attributorum Trinitatẽ, nõ autẽ perſonarum, nouerunt philoſophi.

CON-

Digitized by Google

CONFIRMATIO Concluſionis Primæ.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD hæreticum eſt, dicere, Deũ non habere filium (vt eſt apud inſaniſſimos Agarenos pluſquam ignoranter dicentes: quod Deus non poteſt habere filium, quia vxorem non habet. Et iterum. Si Deus haberet filium: omnis res eſſet in periculo, tanquam futura inde ſeditio, & neceſſariò inter eos ſchiſma oborſurum:) vide, ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis, vel maximis Põtificibus eſſe definitum, in Elucidationibus primæ partis, Sancti Thomæ, articulorum numero 178. 185. 217. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. cap. 1. Concluſ. 19. cum alijs etiam locis primæ partis ibi citatis (id quod ſemper in quibuſcunque ſimilibus hoc in Euangeliorum ſcripto allegandis eſt obſeruandum.) Quòd hæreticum eſt, dicere; Filium non eſſe Dei verbum: vide, ex ſacroſanctis &c. in Elucidat. pri. par. articulorum num. 190. Quòd dicere Homouſion, ideſt patris, & filij eandem conſubſtantialitatem non eſſe, eſt hæreticum: vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidat. pri. par. articulorum numero 201. Quòd hæreticum eſt, dicere; patrem & filium eſſe vnam tantum perſonam diuerſis nominibus nominatam: vide, ex ſacroſanctis &c. in Elucidationib. pri. par. articulorum numero 173. 174. 176. 177. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 1. Concluſ. 19. Quòd hæreticum eſt, & dicere, quod pater non ſemper erat, ſed erat aliquãdo tempus ſeu duratio, cùm Deus pater nõ erat: & dicere, quod pater Deus eſt, antequam eſſet Dei filius: & dicere, quod pater & filius ſunt diuerſæ naturæ ac inæquales: vide, ex ſacroſanctis &c. in Elucidation. pri. par articulorum numero 187. 190. 220. 221. 202. 224. Item in Veritatibus aureis &c. Exod. 20. Concl. 9. Et verè, non poteſt eſſe inæqualis, qui eſt conſubſtantialis patri. Vnde Concilium Nicænum primum omnimodam filij cum patre æqualitatem tùm in potentia, tùm in ſcientia, tùm in perfectione, tùm in virtute, tùm in bonitate, tùm in miſericordia, iuſtitia, ſapientia, & alijs, ſi qua ſunt, attributis concludere breuiter volens dixit filium Homouſion, ideſt conſubſtantialem patri. Nam in hoc ſcilicet eſſe eiuſdem numeraliter ſubſtantiæ cum patre, omnia alia attributa eſſentialia de neceſſitate includi, cointelliguntur: vt facillimè patet conſideranti. Hinc fit: quod ſicut filius & pater ſunt conſubſtantiales, ita ſint coomnipotentes, coomniſcientes, &c. ideſt ſicut in ambobus eſt vna numero eſſentia, ita in eiſdẽ ſit vna numero & potẽtia, & ſciẽtia, & pfectio, & virtus, & bonitas, & miſericordia, & iuſtitia &c. Solũmodò relinquebatur dubium, audito quod ſunt conſubſtantiales: vtrum eſſent coæterni. Poterat enim quis imaginari, quod pater poſt aliquod æternæ ſuæ durationis inſtans genuiſſet filium: cui tamen per generationem talem communicaſſet ſuam eiuſdem numeri eſſentiam. Et ſic fuiſſent quidem conſubſtantiales, ſed non coæterni. Quapropter Euangeliſta, etiam quod dicturus eſſet, verbum erat Deus, ideſt conſubſtantiale patri (vt ſuprà ſuo loco explicauimus) ſolicitus fuit dicere ſeorſum, quod verbum erat in principio apud Deum, ideſt coæternum patri, à ſe perſonaliter diſtincto. Quòd ergo hæreticum, vtpotè contra Euangelium, ſit dicere, quod filius non eſt coæternus, ſeu (quod idem eſt) conſempiternus, patri. [Contra hęreſim Pauli Samoſateni dicentis: Filium non ſubſtantiuum, ac perſonalem, & ſempiternum, eſſe cum patre; ſed prolatiuum tãtum, ideſt quaſi aerem quendam, eſſe, non autem perſonam viuã & ſempiternam cum ſempiterno patre credendam:] vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 172. 121.

Multa mirabilia cõtinẽtur in hoc vno, Homouſion.

CONCLVSIO SECVNDA. Cap. I.

FILIVS Dei eſt æqualis cooperator patri in creatione cùm rerum factibilium; tam viſibilium, quam inuiſibilium, & quantum ad ipſarum eſſe, & quantum ad viuere, & quantum ad cognoſcere: Excellentius tamen pręmiſſa filij Dei coope-

Digitized by Google

operatio manifeſtatur circa homines, quos omnes etiam, quantum eſt in ſeipſo, ad ſalutem æternam adducit, quamuis eam non omnes, ex defectu ipſorum conſequantur.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quo ad oẽs eius partes, probat Euãgeliſta per tex. Omnia per ipſum facta ſunt, &c. vſq; ad tex. Tenebræ eã noncomprehenderunt. Prima itaque pars, ſcilicet quod fil. Dei ſit æqu. coop. pa. in cre. om. rer. factibilium patet ex eo: quod omnia à Deo patre per ipſum facta ſunt, ſicut & Apoſtolus conteſtatur dicens, Hebr. 1. Per quem fecit & ſecula. Hic enim iſta præpoſitio, Per, nõ poteſt denotare inſtrumentum (ſicuti cũ dicimus, faber operatur per martellũ) cum idem Euangeliſta nunc, nunc dixerit, quod Deus erat verbum, ideſt quod filius eſt conſubſtantialis patri, vtpotè verus Deus exiſtens. Abſit ergo, vt filius ſit organum, ſeu inſtrumentum, patris ad operandum: qui ei per omnia coæqualis eſt. Sed nec aliquam ſubiectionem, vel minoritatem inducit ſemper præpoſitio iſta, Per: alioquin eam de patre non diceret, neq; de Deo abſolutè 1. Cor. 1. Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius. & 2. Tim. 1. Paulus Apoſtolus per voluntatem Dei. Aliud eſt enim, quod in omnibus locutionibus, in quibus dicitur aliquis per aliquem operari, hæc præpoſitio, Per, deſignet cauſam cooperatiuã illius operationis (quod verum eſt): & aliud eſt, quod cauſa illa deſignata per præpoſitionem, Per, ſit inſtrumentalis, ſubiectiua, ſeu minor (vt hic falſo vult Arrius.) Dicimus namq; cum B. Hilario, in lib. de Trinit. quod ſpiritusſanctus procedit à patre per filium. Nunquid per hoc aliquam minorationem in filio ponimus? Abſit in æternum: quod Hilarius pro veritate illa, Homouſion, à Concilio Nicæno prolata acerrimus vſq; ad mortẽ propugnator, ſenſum illum falſiſſimum in verbis ſuis habuerit. Sic autem loquẽs voluit exprimere: quod filius hoc ipſum, quod procedat ab eo Spiritusſanctus, habet à patre. Nec mirum quod à patre habeat virtutem ſpiratiuam filius: quia & eſſentiam in qua ſimpliciſſimè omnia (puta, bonitas, ſcientia, potentia, &c) continentur, habet à patre. Illud ergo Hilarij dictum, ſcilicet à patre per filium procedit Spiritusſanctus, ſeu (quod idem eſt) pater per filium ſpirat Spiritum ſanctum, vtitur hac præpoſitione, Per, ad connotãdum ordinem originis abſq; prioritate, quem B. Auguſtinus vocat ordinem naturæ, non quo alter ſit prior altero, ſed quo alter eſt ex altero 1. q. 42. art. 3. Hoc & nos modo Euangeliſtam hic, ſcilicet omnia per ipſum facta ſunt, vſum fuiſſe hac præpoſitione, Per, dicimus: quoniã filius ſecundum ordinem illum originis habet à patre virtutem totius mundi creatricem. Vndè licet dicamus de filio, vtrumq; ſcilicet ꝙ ipſe creauit omnia, & quod per ipſum pater creauit omnia 1. q. 45. art. 6. non tamen dicimus de patre, quod per ipſum filium creauerit (non enim pater originem habet à filio 1. q. 33. art. 1. 4.) ſed ſolũ dicimus, quod pater creauit omnia. Hinc igitur patet, quod ad originem potentiæ creandi nobis indicandã dictum eſt, omnia per ipſum facta ſunt: non autem ad aliquam inæqualitatem ipſius potentiæ in filio ad patrem importãdam. Aequalem enim poteſtatem filij ad patrem in creando (præter illa, quæ ſupra dicta ſunt) habemus ad planam literam in ſcripturis. Nam Apoſtolus inquit, Heb. 1. Ad filium autem. Tu in principio Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt Cœli. Cæterum & cur in ſymbolo fidei aſcribatur patri eſſe creatorem, & quod aliis quoque modis à prædictis ſumatur vniuerſaliter illa præpoſitio, Per, vide in Eccleſiæ Catholicæ fideliſſimo doctore Sãcto Thoma, 1. q. 36. art. 3. & q. 45. art. 6. 7.

Præpoſitio Per, ſignificat multa.

Sanctus Thomas eſt Eccleſiæ Catholicæ Doctor fideliſſimus.

PROSECVTIO EIVSDEM Probationis.

IN creatione, dicebat concluſio. Per qđ dictum ſupponebatur, Euangeliſtam hic loqui de creatione, affirmando, ſcilicet ipſam dari. Probatur ergo hoc præſuppoſitum: & ſic. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Hoc eſt. Omnia, quæ aliquo modo ſunt, præter

ter

Digitized by Google

ter facientem, nulla re dempta, ſunt facta per verbum. Ergo & materia prima, cũ ſit aliquid (Eſt enim pura potentia: lib. phyſic. & metaph) eſt facta per ipſum, ſecundum Euangeliſtam. Quid verò ſupponitur materiæ primæ: vt ipſa poſſit fieri ex illo? Nihil prorſus: quinimmo nec fingi poteſt contrarium, ſcilicet quod materia prima aliquid prius ſe habeat, ex quo fieri poſſit. Quomodo enim materia abſolutè prima poteſt fingi non eſſe prima, aut aliquod eſſe prius illo, quod abſolutè primum eſt? Hinc eſt, quod ipſe philoſophus à veritate, quam inuenerat, coactus dixit 1. phyſicor. quod materia eſt ingenerabilis. Relinquitur ergo, quod ipſa non poſſit fieri, niſi per creationem propriè dictam, id quod eſt fieri ex nihilo. Porrò ſicut illud, quod procedit ſecundum emanationem particularẽ, non præſupponitur emanationi (vt, ſi generatur homo, non fuit prius homo, ſi album, non fuit prius album,) ita illud, quod procedit ſecundum emanationem vniuerſalem (hæc eſt, quando producitur non tantum forma, vel compoſitum, vt fit in emanatione particulari, ſed etiam materia prima) non põt aliquid præſupponi illi emanationi. Sicut ergo homo fit ex non hoĩe, albũ ex nõ albo, 1. phyſ. ita materia ex nõ materia, & totũ ens ex totaliter non ente, ideſt ex nihilo. Quomodo textus vocat totum ens? Omnia, nihil excipiendo. Ergo textus loquitur de rerum emanatione vniuerſali: ergo de creatione, quæ eſt ex non ente, quod eſt nihil. Loquitur etiam de creatione cum innouatione eſſendi, (vt intendebat concluſio ibi, in creatione,) ideſt exiſtente in tempore non autem de creatione ſine innouatione eſſendi (quæ ſecundum rei veritatem non datur,) ideſt exiſtente ab æterno: hoc eſt, loquitur de creatione temporali, non autem de æterna. Vnde ſcis? Ex eo: quod dicit, facta ſunt. Nomen enim factionis importat ſecundum ſcripturas, temporalitatem. Cuius ſignum certum eſt illud, Deuteron. 3. Ipſe eſt pater tuus. Qui poſſedit, & fecit, & creauit, te. Ecce. Scriptura diſtinguit duo hæc, ſcilicet creauit, & fecit. Potu iſſet enim quis putare, quod Deus Iſraelem (ſub hoc intellige hic totũ mundum) creaſſet ab æterno: & ideò, nè

Creatio ex textu declaratur qualis ſit, & à factione differens.

in hunc errorem incideret, coniunctum eſt hoc aliud, ſcilicet fecit. Ac ſi apertè dixerit Moyſes. Deus te creauit in tempore: & hoc, nè forſan crederes, ſi te creaſset ab æterno, quod ipſe tui indiguiſset ad ſuam beatitudinem, vel aliquale commodum. Ad ſuperbiam ergo iſtam reuincendam, quæ tibi, totique mundo occurrere potuiſset: Deus te, totumque vniuerſum noluit creare ab æterno, ſed in tẽpore. Hoc idem, ſcilicet quod facere importet temporalitatem, patet ex declaratione concilij Nicæni ſuper ſymbolum Apoſtolorum. Nam vbi Apoſtoli dixerãt creatorem cæli & terræ, concilium ibi declarando dixit factorem cæli & terræ, Viderat enim concilium, quod creare poteſt dupliciter intelligi, ſcilicet ab æterno, & in tempore præcauenſque in futurum, ne quis legens Deum creatorem mundi incideret in errorem quorundam philoſophorum, quod videlicet mũdus ſit æternus, ſolicitum fuit locò declarationis apponere factorem, & ſic reſtringere nomẽ Creatorem ad ſtandum ſolummodo pro vno, ideſt pro creare in tempore. Ex omnibus ergo præmiſſis exponatur ſic textus Euangelicus, omnia, nihil excluſo, per ipſum facta ſunt, ideſt creata in tempore ſunt. De creatione hac duplici, videas, 1. q. 45. ar. 1. 2. 4 & q. 46. art. 1. 2. 3.

RERVM Factibilium, dicebat concluſio. Per quod dictum ſupponebatur, quod res aliquæ ſunt infactibiles, & conſequenter quod propter hoc non comprehenduntur ſub hac tex. ſententia, omnia per ipſum facta ſunt (vt ex terminis patet.) Quæ ſunt res infactibiles? Deus pater, Verbũ, & Spiritusſanctus, 1. q. 2. art. 3. & q. 3. art. 7. & q. 4. art 1. Quod & B. Athanaſius, in ſuo ſymbolo Quicunque (qđ eſt fidei regula, vt dicit Concilium Florentinum, & D. Thomas 2. 2. q. 1. art. 10.) confirmarat dicens: Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus, Filius à patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus, Spiritusſanctus à patre & filio, non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens. Hoc ipſum, ſcilicet quod illæ tres, perſonæ (quæ ſunt vnus numero Deus) ſint infactibiles, habetur quoque ex textu præſenti, Omnia per ipſum facta ſunt, Patet enim claram neceſſariamque eſſe

conſe-

Digitized by Google

conſequentiā hanc; Si omnia per ipſum verbum facta ſunt, ergo verbum ipſum non eſt factum. Vnde B. Aug. tanquā confirmans claritatem neceſſitatemque talis conſequentiæ, dicit ſuper Ioannem Quomodo ergo poteſt fieri, vt verbum Dei factum ſit: quando Deus per verbum omnia fecit? & ſi verbum ipſum factum eſt, per quod aliud verbum factum eſt? Hęc ibi. Quam deductionem ipſemet proſequens, lib 1. de Trinit. ait. Et, ſi factum nō eſt, creatura non eſt. Si autem creatura non eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ eſt. Omnis enim ſubſtantia, quæ Deus non eſt, creatura eſt, & quæ creatura non eſt, Deus eſt. Hæc ib. Vbi notandum eſt, quod B. Aug. pro impoſſibili habere ſe, monſtrat, quod verbi Dei ſit aliud verbum: cùm interrogando, velut exprobratiuè, inquit, ſi verbum ipſum factum eſt, per quod aliud verbum factum eſt? Et re vera impoſſibile omninò eſt, quod verbum multiplicetur in diuinis: quoniam vnico, & ſimpliciſſimo conceptu Deus intelligit & ſe totum. Et creata quæque, & creabilia etiam quæ actu nunquam creabuntur 1. q. 34. art. 2. 3. Nec poſſibile eſt, quod ſcientia ipſa Dei ſit aliquo modo variabilis, 1. q. 14. art. 15. Vnde patet, quod Filius Dei non tantum eſt ab eo genitus, ſed etiam eſt ei vnigenitus: ita vt non poſſint eſſe plures filij, 1. q. 41. art. 6. Porrò ſi verbum non eſt factum (vt ſupra deducebatur) ſequitur, quod nec pater, faciens per verbum omnia, ſit factus. Idem ergo & de Spirituſancto dici oportet: quandoquidem tres illæ perſonæ in eſſentialibus idem ſunt, 1. q. 39. art. 2. & q. 92. art. 1. ita vt qualis eſt Pater, talis ſit Filius, talis & Spirituſanctus (vt Beatus Athanaſius, in Symbolo, dicit.)

Pulchra ſunt, & vera hic ex B. Auguſtino notanda.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, tùm viſibilium, quam inuiſibilium, demonſtratur ex tex. omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Vt ſic argumentemur. Si per hoc nomen, Omnia, intelligis non tātùm viſibilia, ſed etiam inuiſibilia, habeo ſtatim ſine vlla diſceptatione intentum: ſi autem per, Omnia, intelligis tantum viſibilia, habeo adhuc, ratione tamen ſequentis clauſulæ, intentum. Clauſula enim immediatè ſubinferens, & ſine ipſo factum eſt nihil, etiam ad inuiſibilia ſe extendit. Vt per ſufficientem diuiſionem dicamus. Inuiſibilia aut ſunt facta, aut non. Si non ſunt facta, aut ſunt Deus (ſolus enim Deus eſt, qui & eſt aliquid, & nō eſt factus vt ſuprà per D. Auguſtinum patuit) aut ſunt nihil. Nam ſine verbo factum eſt nihil, id eſt ſi eorū, quæ poſſunt fieri, id eſt ſi creaturarum, aliquid per verbum non eſt factum, illud eſt nihil. Sic ergo Angeli omnes tùm boni tū mali, & animæ intellectiuæ, & ſi quæ ſunt alia inuiſibilia, eſſent nihil. Oportet igitur affirmare aliud præmiſſæ diuiſionis membrum, ſcilicet, quod inuiſibilia ſunt facta: & ſic (niſi ea velis eſſe nihil) habetur intentum, quod videlicet inuiſibilia per ipſum verbum facta ſunt, & conſequenter, quod ipſa etiam continentur ſub illo vniuerſali ſigno, Omnia

Exponitur optimè ad literā text. Sine ipſo factū eſt nihil.

Ergo Euangeliſta ſermonem de creatione ad plura explicitè extendit, quam Moyſes, Geneſ. 1. Nam ſpiritualia etiam & inuiſibilia omnia hic ad literam (vt patuit) continentur: in Geneſi verò ſolùm corporalia & inuiſibilia (vt legēti patet.) Dixi, Explicitè: quia, ſi loquamur quò ad ſenſum implicitum, Moyſes etiam de ſpiritualibus, ſeu inuiſibilibus ibi locutus eſt. Dicit enim Beatus Auguſtinus 11. de ciuit. Dei, quod Angeli non ſunt prætermiſſi in illa prima rerum creatione, ſed ſignificati nomine lucis, vel cœli. [Motores enim cœlorum ſunt.] Ideo autem ibi expreſsè non ſunt nominati, ſed rerum corporalium nominibus ſignificati, quia & Moyſes rudi populo loquebatur, qui nondum incorpoream naturā capere poterant, & ſi eis expreſſum fuiſſet, aliquas res eſſe ſupra omnem naturam corporeā hoc fuiſſet eis occaſio idolatriæ ad quam proni erant, & à qua Moyſes eos reuocare præcipuè intendebat. Nè igitur daret illis hominibus, aut ipſi ex verbis ab eo expreſſis, acciperent peſſimi peccati occaſionem, & nè ſuam ipſius piam intentionem impediret, Moyſes de inuiſibilibus creaturis expreſſam ibi mentionem facere noluit.

MANI-

Digitized by Google

MANICHAEORVM Hæreſis excluditur.

EX præmiſſis apertè conſtat, quantis mendacijs innitantur, & contra ſcripturas à diabolo illuſi, Manichæi loquãtur: dùm & corporalem creaturã à Deo ſummè bono eſse negant, & eandẽ à Deo ſummè malo (ſic.n. ipſi diabolũ vocant) fuiſse factam affirmant. Nec excuſantur, imò damnabiliter accuſantur, ex hoc qđ pro ſuis illis phantaſmatibus ſuſtinẽdis, & Moyſis totiuſque veteris teſtamenti authoritatem, vt falſam, reijciunt, & huius Euangelij verum ſenſum peruertunt. Nam à tempore etiam Apoſtolorum recepti ſunt quinque libri Moyſis, tãquam à Spirituſſancto dictati, cum reſiduo teſtamenti veteris: vt patet in canonibus ipſorum, quos (vt tolleretur omnis ambiguitas) vſque ad canonem octuageſimumſextum recepit, atque probauit, ſexta ſynodus (vt videre eſt in Decreto Gratiani, diſtinctione 16.) dicens: Placuit huic ſanctæ Synodo, vt ammodò confirmata & rata, ſint canonũ Apoſtolorum octuagintaſex capitula. Hæc ibi. Porrò, ſic legitur in eorundem Canon. 84. Sint omnibus vobis clericis, ſimul & laicis, uenerandi ac ſacri libri, ueteris quidem teſtamenti Moſis quinq; Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu filij Nauè vnus, Iudicum unus, Ruth unus, Regum quattuor, Derelictorum ex libro dierum duo, Eſther unus, Iob unus, Pſalterij unus, Salomonis tres, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Cãticum canticorum, Prophetarum duodecim unus, Eſaiæ vnus, Hieremiæ unus, Ezechiel unus, Daniel unus, De geſtis Machabæorum tres. Noſtri uerò, hoc eſt, noui teſtamenti, Euangelia quattuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, Pauli epiſtolę quatuordecim, Petri epiſtolæ duæ, Ioãnis tres, Iacobi una, Iudæ una. Hæc ibi. Nonne & in Euangelio ſæpè honorabilis mentio fit de Moyſe; Matth. 8. 17. 23. Mar. 1 Luc 9 20 24. Ioan. 3. 5. ſed & Hebr. 3. dicitur, quod ipſe fuit fidelis in omni domo Dei. Nonne & dicta Moſis allegantur, tanquam dicta a Deo vero? Matth. 19 22. Mar 10. 12. Luc. 20. Ioan. 1. Cæterùm conſequenti ordine dicamus nunc, quomodo uerum Euangeliſtæ huius ſenſum peruertũt, in illis uerbis. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Omnia (inquiunt) ſcilicet inuiſibilia, ſunt facta per ipſum: & ſine ipſo factum eſt nihil, ideſt uiſibilia. Cum enim (inquiunt) uiſibilia modicum habeant de entitate, reſpectu inuiſibilium, & quod modicum eſt pro nihilo reputetur, non eſt mirum quod hic exponatur affirmatiuè hoc nomen, Nihil, ideſt corporalis creatura. Vides ne quam diſtortè, quam impiè, quam falsè, interpretentur Euangelium in ſuam ipſorum (utinã non & aliorum) damnationem? 2. Petr. 3. Quid magis diſtortum, falſum, & impiũ: quam ſcripturam repugnantem trahere ad hoc, ut ſtet contra fidem catholicam? Quæ eſt fides catholica? Fides ab initio Apoſtolicę doctrinæ continuis horis, atque temporibus, in Eccleſia Chriſti ſine intermiſſione perdurans. Quid uiuentes adhuc in terris, Spirituſſancto de cœlis uiſibiliter miſſo pleni Apoſtoli, nobis, tanquam primum fidei catholicæ dogma, dederunt: & illud à nobis, tanquam ſuis uerè filijs, hæreditario iure uſque in finem firmiter, integrè, ac inuiolabiliter, cuſtodiri uoluerunt? Credo in Deum, patrem omnipotentem creatorem cœli, & terræ. Quid nomine cœli, & terræ, intellexerunt? Illud profectò: quod eodem ſpiritu Patres eorundem ſucceſſores inſpirati pro catholica expoſitione ad huiuſmodi uerba affixerunt, ſcilicet uiſibilium omnium, & inuiſibilium. Propitius ergo ſit nobis Dominus: nè deſeramus hæreditatem patrum noſtrorum antiquorum tàm ſapientia, quam moribus, grauiſſimorum, ad ſuggeſtionem unius ſceleſti Manetis (à quo Manichæi: qui & ſecũdum nominis ſui interpretationem inſaniens eſt, & ſecundùm uitæ ſuæ meritum à ſuo rege Perſarum (nam erat & ipſe Perſa) uiuus excoriatus eſt.

Quòd vetus lex data ꝑ Moyſen, & ꝙ omnia corporalia ſũt à Deo ſecundum textum & fidem.

Quid ſit fides catholica: vide.

Veruntamen, dato etiam per impoſſibile huic inſano, quod & authoritas Moſis præallegata non ualeat, & Euangelij textus ſic (ut ipſe fingebat) intelligatur: manifeſtiſſimè de mendacio conuincitur ab Apoſtolo de uiſibilibus ſeu corporalibus dicente, 1. Tim. 4. Abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum

gratia-

Digitized by Google

gratiarum actione fidelibus,& his qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura Dei bona eſt: & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Ecce bis teſtatur hic ille: corporalia eſſe creata à Deo fidelium, qui non niſi verus Deus ſummè bonus eſt. Ex abundanti nihilominus ad pleniorem oris eius loquentis iniqua obſtructionem ſuperaddamus quoque rationes naturales: quibus pateat vniuerſis ipſum eſſe datũ in ſenſum adeò reprobum, vt nec etiam humanæ rationi peruia videre potuerit. Et hoc iuſto Dei iudicio. Nam intellectum proprium voluntariè ſubducens ab obedientia Eccleſiæ, Patrum Sanctorum, maximèque Apoſtolorum iuſtiſſimè punitur per hoc, quod proprio ſuo intellectui aliàs naturali lumine veritatem aliquam cognoſcere potenti, fantaſią, quæ valde minor potentia eſt, non obedit ipſum ſequendo, ſed eundem miſerrime à ſeipſa illuſum trahit ad proprios fantaſiatos errores auida tenacitate ſequendum, & pro magnis veritatibus complexandum.

Iuſtum iudicium cõtra inobedientes, maximè hæreticos.

RATIONES CONTRA
Primum dictum Manetis.

MANES hæreticus dicebat primò (vt ſuprà afferebatur:) quod viſibilis, ſeu corporalis creatura, non eſt facta à Deo ſummè bono. Hæc autem poſitio eſt omninò impoſſibilis. Nam ſi diuerſa in aliquo vniantur, neceſſe eſt, eſſe huius vnionis aliquam cauſam: quoniam diuerſa ſecundùm ſe non vniuntur. Hinc eſt, quod quandocunque in diuerſis inuenitur aliquid vnum, oportet, quod illa diuerſa illud vnum ab aliqua vna cauſa recipiant (ſicut diuerſa corpora calida habent calorem ab igne.) Porrò videmus quotidie ad ſenſum, quod hoc, quod eſt, eſſe inuenitur communiter in omnibus rebus quantumcunque diuerſis. Neceſſe eſt ergo quod ſit vnum eſſendi principiũ à quo eſſe habeant quæcunque ſunt, quomodocunque, ſiuè ſint inuiſibilia, & ſpiritualia, ſiue ſint viſibilia, & corporalia. Illud autem vnum eſſendi principium nõ põt eſſe niſi ille, de quo dicitur & Exod. 3. Qui eſt, miſit me ad vos, & à S. Tho. 1. q. 13. art. 11. quod hoc nomen. Qui eſt, eſt maximè proprium Dei: & à Philoſopho etiam 12. Metaph. Vnus ergo princeps, à quo pendet cęlum, & tota natura. Rurſus. In qualibet creatura etiam corporali reperiuntur tria, ſcilicet, quod ipſa, & ſubſiſtit in ſuo eſſe, & habet formam, per quam determinatur ad ſpeciem, & habet ordinem ad aliquid aliud: hæc autem tria inferunt, quod talis creatura à Deo vero facta eſt, quoniam huiuſmodi tria ſunt veſtigium ſummæ trinitatis. Nã creatura corporalis, ſecundum quod ſubſiſtit in ſuo eſſe, ideſt, ſecundum quod eſt quædam ſubſtantia creata, repræſentat cauſam ſuam ſeu principium [quapropter demonſtrat perſonam Dei patris, qui eſt principium de non principio,] ſecundum autem quod habet quandam formam, ac ſpeciem, repręſentat verbum, prout forma artificiati eſt ex conceptione artificis (ſic ergo demonſtrat perſonã filij: qui eſt verbum,) ſecundum verò quod habet ordinem ad aliud, repræſentat amorem, quia ordo alicuius effectus ad aliquid aliud eſt ex efficientis voluntate, in qua eſt amor (& ſic demonſtrat perſonam Spirituſſancti, inquantum Spirituſſanctus eſt amor 1. q. 37. art. 1.) Ex his igitur tribus in corporali creatura viſis, cogitur vnuſquiſque ſapiens ad confitendum: quod creata ſunt à ſumma trinitate omnia corporalia, ſicut videns veſtigiũ pedis in puluere cogitur fateri: quod illud veſtigium fuit factum à pede. Rurſus. Creaturæ corporales, quantum eſt de ſe, ducunt homines in Deum, ſecundum illud Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ergo ſunt à Deo creatæ. Quam conſequentiam eſſe veram manifeſtauit Sapiens per hoc, quod ex viſibilibus cognitum dixit eſſe eorum creatorem, Sap. 13. A magnitudine ſpeciei, & creaturæ, poterit cognoſcibiliter creator horum videri.

Tria quæ ſunt veſtigium Sanctæ Trinitatis inueniuntur in omni creatura.

NEC PRAEDICTAE veritati obſtat (ſicut putauit Manes, inſaniens) ſententia illa 2. Cor. 4. Deus huius ſeculi (ideſt Diabolus) excæcauit mentes infidelium, nec experientia hæc triplex, ſcilicet, quod corporalia retrahunt homines à Deo (vndè fit, vt ſancti ea fugiant, ſecundum

Digitized by Google

cundum illud 2. Cor. 4. Nõ contemplãti bus nobis, quæ videntur:) & quod multa corporalium ſunt mala, ideſt noxia (id ꝙ videtur eſſe contra illud Gen. 1. vidit Deus cuncta, quę fecerat, & erant valdè bona) & ꝙ corporalia non durant in ęternũ, cũ ſint corruptibilia (contrarium tamen de creatis à Deo dicitur Eccl. 3. Didici quod oĩa, quæ fecit Deus, perſeuerẽt in ęternũ) Iſta, inquam, veritati pręmiſſorum non obſtãt: vt nũc patebit, ordine illo ſeruato.

DILVTIO OBIECTORVM.

SENTENTIA illa primò adducta Diabolum vocat Deum huius ſeculi, non creatione, i. non quia creauerit hoc ſeculum, ſed imitatione, i. quia Diabolum imitatur ſeculum hoc, ſ. homines ſecundũ deſideria ſecularia viuentes (contra illud Tit. 1. Abnegãt. impiet. & ſecularia deſideria.) Ibi namq; ſimili modo ſentit Apoſtolus (, quo & dixit Phil. 3. Quorũ Deus venter eſt: & Chriſtus ſentiebat dicens, Ioa. 8. Vos ex patre Diabolo eſtis. Ad experiẽtia illam Secundò loco adductam reſpondetur, ꝙ res corporales, quantum eſt de ſe, non retrahunt à Deo, ſed potiùs ad illum. i. ad illius cognitionem, & amorẽ ducunt (vt ſupra Rom. 1. & Sap. 13. dictũ eſt.) Quod ergo auertant hoĩes à Deo, hoc eſt ex defectu hoĩum illis corporalibus vtentium, i. non vtẽtium illis, ad quod facta ſunt, ſed ad ꝙ facta non ſunt, puta ad ſuos inordinatus appetitus explẽdos. Et hoc totũ procedit ſolum ex talium hominum inſipientia, quod nobis indicauit Spiritusſanctus per illud Sap. 14. Creaturę factæ ſunt in muſcipulam pedibus inſipientium. Vndè experientia hęc nõ põt concludere, quod corporalia non ſint à Deo bono creata, ſed concludit, ꝙ multi hoĩes, ad quorum vſum bonũ facta ſunt, eis per inſipientiã abutuntur. Ad experientiam verò Tertio loco poſitam, negatur, quod ex nocumento rerum corporalium poſſit verè inferri, ipſa non eſſe à bono Deo. Pro cuius meliori captu dicitur, quod omnis creatura corporalis, ſecundũ ſuam naturam, bona eſt, non tamen hoc eius bonum eſt vniuerſale, ſed particulare quoddam, & contractũ. Propter hanc ergo boni ipſius particularitatem, & contractionem ſequitur contrarietas in ipſa corporali natura, per quam vna res contrariatur alteri, licet vtraq; rerum iſtarũ ſibi inuicem contrariantium in ſe ſit bona. Cæterùm, quidam æſtimãtes ipſas res non ex earum natura (quòd tamen facere deberent) ſed ex ſuo proprio commodo (quod facere non deberent) quæcunq; ſibi nociua ſunt, eſſe ſimpliciter mala arbitrantur. Qui tamen ſi tunc etiam conſiderarent (vt oporteret) quod id, quod vni eſt nociuum quò ad aliquid, eſt quoque eidẽ vel alteri proficuum, quò ad aliquid aliud, viderent, ꝙ tales res nõ ſunt dicẽdę ſimpliciter malæ, ſed tãtũ ſecũdum quid. Non enim ſecundum naturam ſuam, ſed huic, malæ ſunt; puta ignis ſecundum naturam ſuã bonus eſt, malus tamen eſt ei, qui comburitur, venenum ſerpẽtis ſm̃ naturam ſuam bonum eſt (in cuius ſignum, ex eo ingrediẽte multa medicamina ſalutifera fiunt,) ſed eſt malũ ei, qui ex veneno læditur. Certum ergo eſſe cõcludas, quod corporalia ſi (ſecũdum ſe eſſent mala, & noxia, nulli rei poſſent vnquam eſſe vtilia. Vndè ex hoc, tanquam ab effectu manifeſto, quod, ſi res nociua vni eſt quãdoq; eidem, vel alteri vtilis, efficaciter cõuincitur, quod nihil corporalium ſecundum ſe eſt malũ. Ad experientiã denique Quarto loco allatam reſpondetur, ꝙ ideò fallitur eam obijciens, quia nõ intelligit verum ſenſum ſcripturæ illius, quaſi contra ipſam experientiam, adducta (ſicut ẽt contingit ſemper hęreticis circa alias ſcripturas ad obuelandos ipſorũ errores adductas.) Verus enim ſenſus illius eſt, quod oĩa opera, quę fecit Deus, perſeuerent in ęternũ, ſm̃ quid, non aũt ſm̃ totum. Et ſic nihil valet cõtra veritatẽ ex Euãgelio habitam, quod. ſ. omnia corporalia per verbum facta ſunt. Nam creaturę corruptibiles non perſeuerant quidem in ęternũ, ſi ſecundum ſe totas conſiderentur, quia corrumpuntur: ſed, ſi conſiderentur ſecundum aliquid ſui, i. ſecundum materiã ſuam, perſeuerant in ęternum, quia materia prima eſt incorruptibilis (vt dicitur 1. Phyſ.) & ideo creaturarũ illarũ nulla vnquã in nihilũ redigetur, 1. q. 104. ar. 4. Qđ autem ſenſus hic ſcripturæ illius ſit verus conſtat manifeſtè ex eod. lib. & ex Apoſtolo, legitur. n. ſic, Eccl. cap. 1. Generatio præterit, & generatio aduenit, & 1. Cor.

Res debẽt iudicari ſecundũ naturam earum non ſecundum commodũ aut affectum hominis huius, vel illius.

Quartò.

Digitized by Google

7. Prçterit figura huius mundi. Et tamen hic mundus per ipſum verbum factus eſt Ioan. 1. Quid ergo? Generatio ſecundũ ſe totam conſiderata, & mundus ſecundum ſe totum conſideratus, præterit, ſecundum autem aliquid ſui, tam generatio illa, quam mundus ille, perſeuerat in æternum. Per ſucceſſionem enim formarum diuerſarum, atque ad inuicem contrariarum, in eadem materia, corruptio accidit in rebus, & conſequenter corruptibilia ſemper manent ſecundum materiam licet non ſecundum formam ſubſtãtialem. Vndè differunt & ab incorruptibilibus, quia ſecundum totam ſubſtantiam ſuum ſemper manent, & ab ijs, quæ annihilari poſſent 1. q. 104. art. 3. quia nec ſecundum materiam, nec ſecundũ formã nec prorſus ſecundũ aliqd ſui remanerẽt.

RATIONES CONTRA ſecundum dictum Manetis.

HAERESIARCHA ille Manes dicebat ſecundò (vt ſuprà referebatur) quod corporalis creatura à ſummo malo, ideſt à diabolo, facta eſt. Quod quidem omninò impoſſibile eſt: tũ quia non poteſt dari ſummum malum, tũ quia diabolus nihil, nec minimam quidem formicam, quantumcunq; conaretur, poteſt creare. Solius enim Dei veri eſt poſſe creare, cum ad hoc requiratur omnipotẽtia in creante (in cuius ſignum in Symbolo fidei apponimus omnipotentẽ ad creatorem:) & ſolus Deus eſt omnipotens 1. q. 25. art. 2. 3. Vnde B. Aug. 3 de Trinit. dicit, quod neq; boni, neq; mali, Angeli poſſunt eſſe creatores alicuius rei. Quinimo, vt declarat efficaciterq; probat S. Thom. 1. q. 45. art. 5. non ſolùm propria authoritate, non poſſunt aliquid creare, ſed nec etiam per miniſterium. De hoc vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Gen. 1. concl. 1. Porrò, quod non poſſit dari ſummum malum, patet. Primò quidem ab interpretatione ſeu intelligentia huius vo-
Primò. cis, ſummum malum. Quid enim eſt ſummum malum niſi illud, in quo nihil vllo modo eſt bonum, ſed ex omni parte eſt malum? Hoc ſiquidem ita intelligi debere monſtratur ex ſuo oppoſito, quandoquidem ſummum bonũ eſt illud, in quo nullo modo eſt aliquod malum, ſed ex oĩ parte eſt bonum. At nihil poteſt aut eſſe *Nihil eſt*
aut ſaltem fingi eſſe (niſi forſan à totali- *ſũmè ma-*
ter inſaniente;) in quo non ſit aliquod bo *lum.*
num. Oportet enim id quod eſſe in rerũ natura fingitur, eſſe ens (vt ex terminis patet:) ens autem, quatenus ens eſt quid bonum quoniam ens & bonum realiter conuertuntur 1. q. 5. art. 1. Ex his ergo manifeſtum reſtat, quod dicere, dari ſummũ malum, eſt ignorare propriam vocem. Secũdò idipſum, ſ. quod ſummum malum nõ poſſit dari, patet ex eo, quod malum non eſt, niſi in bono tanquam in ſubiecto (vt SS. Aug. in Enchirid. & Thom. 1. q. 48. ar. 3. dicunt.) Et hoc ex prçcedenti ratione ſequitur: quoniã neceſſe eſt, quod omne ſubiectum, & conſequenter & ſubiectum mali, ſit ens, Ens aũt & bonum cõuertuntur. Si ergo tolleretur quodlibet bonũ tũc de neceſſitate tolleretur & ſubiectum mali. Quomodo igitur ſine ſubiecto ſuo poſſet conſiſtere malum? Quòd ſi dixeris, quòd ſummum malum conſiſtet in ſemetipſo: iam per hoc ſimul dicis (vt patet cõſideranti terminũ, conſiſtet) quod ſummum malum erit quoddam ens, & conſequenter, quod ſummum malum non erit ſummum malum, id quod eſt dicere ſimul contradictoria. Propter huiuſmodi ſignificãda dicebat philoſoph. in 4. Ethicor. ꝙ ſi malũ integrũ eſſet, deſtrueret ſeipſum.

NEC valet contra prædictam veritatem (vt ſibi confinxit Manes) cõtrarietas effectuum inuenta in rebus contrariorũ (inquiebat) effectuum contrarię ſunt cauſę: ergo, cum inueniãtur cõtrarij effectus iuxta illud, Eccl. 33. contra malum bonũ eſt, & contra vitam mors, ſic & contra virum iuſtum peccator, ſequitur, quod cauſæ ipſorum ſint contrarię, ergo ſicut reperitur ſummum bonum ita reperiri debet ſummum malum: quæ ſunt cauſæ contrarię. Reſpondetur ſiquidem ad hoc, ꝙ argumentum valet tantummodo de cauſis particularibus. Vndè ſi de vniuerſalibus primis loquatur (ſicut intendit loqui) negatur totum, nec illa Eccl. authoritas tũc ſuffragatur, quoniam non de primis vniuerſalibus cauſis, ſed de rebus infrà repertis, loquitur. Dicitur ergo formaliter ad anteceden. Contrariorum effectuũ cauſæ, ſ. particulares, ſunt contrarię. Tunc, i. ſic gloſſato antecedẽte conſequentia pri

ma

Digitized by Google

ma in eodem ſenſu conceditur, & ſecũda negatur. Non enim indè ſequitur, ꝙ ſicut ſummum bonum reperitur, ita ſummum malũ reperiatur. Ad cuius rei notitiã aduerte, ꝙ contrarietas inferiorum rerũ nõ põt aſcendere adeò ſurſum, vt perueniat ad primas cauſas (ſicut nubes, pluuiæ, tonitrua, fulgura, ventoruq; contrarietates, nõ poſſunt pertingere ad perturbationẽ tranquillitatis ſupra cęlum ſydereum repertę) tanquam in terminis tantum ſuis reſtricta. Cùm. n. omnia contraria in aliquo vno communi conueniant (puta in genere vno, & in hoc ꝙ ſunt.) neceſſe eſt, tu eis ſupra cauſas proprias contrarias inueniri vnam cauſam cõem. Sicuti patet, ꝙ ſuprà cõtrarias qualitates elemẽtorum inuenitur vna virtus cæleſtis, & ſupra oĩa quę quocunq; modo ſunt, inuenitur vnũ primum principium eſſendi 1. q. 44. ar. 1.

Omnia cõtraria reducuntur ad vnum non contrarium.

Redeundo igitur ad argumenti ſolutionẽ magis ſpecificandam, dicimus, quod contraria oĩa conueniunt in genere vno, & ẽt in rõne eſſendi (nam oĩa ſunt:) & ideò quamuis habeant cauſas particulares cõtrarias, tamen vnam tm̃ primam omnib. cõem ipſa oportet habere. Sic ergo patet, quod diuerſorum effectuum non ſunt diuerſæ primæ cauſę, ſ. ſummum bonum, & ſummũ malum, ſed oĩum illorũ, & bonorum, & malorũ (dempto malo culpæ) eſt cauſa prima ſolummodò vna hęc, videlicet ſummũ bonũ 1. q. 45. & q. 49 art. 1. 2. 3. 5. 6. Vbi ẽt multa alia illuſoria argumẽta, ex quib. honorabatur Diabolus ab ipſo Manete, dũ per iſta contẽdebat aſtruere Diabolũ, tanquã ſummum malum eſſe creatorẽ mundi viſibilis, quæ oĩa velut ludibria quędã, puerilia, & furioſa dicta ac ſcripta (talibus. n. nominib. hęreticorum argumenta deſcribit Conciliũ Nicęnũ 2. Can. 9.) inuenies facillimè eſſe ſoluta ab eodẽ S. Th. Catholicę veritatis vbiq; ſtrenuiſſimo ꝓpugnatore. ꝓpea nil aliud hic contra inſanum Manetem affertur.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, & quantũ ad ipſarũ rerũ eſſe, & quantũ ad viuere, & quantum ad cognoſcere demõſtratur ex tex. **Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Hoc eſt.** Qđ factum eſt in rerũ natura extra Deũ hoc erat vita in ipſo Deo. Ac ſi aperti⁹ dixerit Oĩa antequã à Deo fierent ad extra, prius erant in ipſomet Deo ꝑ ideã. Sicuti dom⁹ anteq̃ ab hoĩe artifice fiat ad extra, prius eſt in ipſo artifice per ideã, i. in mente ipſius artificis per deſignationẽ modi talis, vel talis, quo fieri debeat exteri⁹ in opere. Idea ſiquidẽ illa eſt exẽplar domus, ad cuius exemplaris imitationem fit poſtea ab eodẽ artifice domus materialis taliter, vel taliter, ſe habens ad extra. Ab interiori ergo domo ſic, vel effigiata proficiſcitur domus exterior, cũ omnib. ſuis modis exterius in ea repertis, ſm correſpondentiam ad priùs effigiatos modos in intellectu artificis. Porrò talis, tãtaq; eſt exterior hæc correſpõdentia ad interiorẽ, vt tu, qui nec mentem artificis, nec domũ ibi exiſtentẽ, in ſeipſa cõſpicere potes, vtrãq; faciliter ĩ effectu extriſeco videre poſſis. Viſa. n. exteriori domo ſic, vel ſic ſub oculis corporeis modificata, venis mox in cognitionẽ certam hanc, ſ. quod domificator & habet mentem, & ꝙ formata erat ſic, vel ſic domus in mente ipſius. [Hęc formatio vocatur Idea, quoniã idea Græcè eſt forma Latinè.] Quidam itaq; circulus in artificialiter factis attenditur: quandoquidem ſm realis exiſtentiæ progreſſum ab interiorib. ad exteriora tenditur, ſecundum verò cognitionis noſtræ acquiſitionẽ ab exteriorib. ad interiora procedimus. Format namq; artifex in intellectu ſuo prius quicquid, & quomodo in opere ad extrà facturus eſt: & ex hoc taliq; modo opere extrinſecè facto cognoſcimus quicquid circa tale negociũ intra ſe priùs ipſe formauerat. Aſſimilatio igitur magna eſt ideæ ad rem ideatam, & ẽ conuerſo, puta domus in intellectu, & in re exteriori, fabricatæ: ſalua tamen differentia hac, qđ idea puta domus interior eſt immaterialis, iuxta proportionẽ intellectus, in quo conſiſtit, & res ideata, puta domus exterior eſt materialis, iuxta proportionem naturæ ſuæ ſic, vel ſic, materiam aut aliquid pro materia requirentis, Exemplũ. Domus extrinſecè facta materialis propriè eſt, quia materiam propriè dictam; quæ ſecundum rerum naturam requirebatur, habet: Angelus aũt ad extra creatus eſt materialis impropriè, quia mate-

Idea quid ſit, etc. pulchrè declaratur.

riam impropriè dictam, ſ. potentiam, quę ſecundum rerum naturã in re creata quãtuncumq; ſpirituali requiritur, habet. Eſt enim compoſitus ex potẽtia & actu quaſi ex materia, & forma, cùm eſſe ſuum, tãquam actus recipiatur in eſſentia ſua realiter ab eo diſtincta, tanquam in potentia quamuis ipſe Angelus ſecundum ſe ſit omnino incorporalis, ſecundum illud pſ. 101. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus 1. quæſt. 50. artic. 1. 2. Taceo, quod quælibet res ideata exterius producta dici ſemper poſſet materialis, ſeu corporalis, reſpectu ideæ in intellectu, præcipuè diuino, exiſtentis.

PER Hoc ergo, quod textus dicit, Quod factum eſt, in ipſo vita erat, declaratur & quod Deus fecit oĩa tanquam artifex ſua artificiata (vnde etiam legitur, Sap. 7. omnium eſt enim artifex) & quod rerum omniũ factarum, Deus præhabuit ideam ſecundum quã res illas ſic, vel ſic, diſponeret ad extra: & ꝙ ex rebus factis poſſumus venire in cognitionem ideæ illius, quatenus ideæ, i quid Deus præconceperit circa factionem talis, vel talis, rei agere ſiue de ſubſtantia, ſiue de accidentib. aut modis eiuſdem rei loquamur. Dixi, Quatenus ideæ: ad differentiam ideæ, quatenùs eſſentiæ diuinæ. Nam idea in Deo ſecundum rem eſt eſſentia Dei, licet formaliter differat ab ea 1. q. 15. artic. 1. 2. eſſentiam aũt diuinam cognoſcere ex rebus factis, eſt impoſſibile 1. q. 12. arti. 12. Ex his igitur omnibus patet, quod Deus intendebat agendo aſſimilare mundum ideæ, i. formę, illi, quam mente conceperat, hoc eſt, intẽdebat ad illius ideę ſimilitudinem tàm quo ad rerum fiendarum ſubſtantiam, quam quo ad alias ipſarum conditiones, facere mundum.

APPLICATIO DICTORVM Ad probationem.

Quomodo omne, qđ factum eſt ſit vita in Deo.

EX præmiſſis igitur conſtat, quod illud omne, quod factum eſt erat vita in verbo ipſo (vt inquit Euãgaliſta,) ideſt erat idea in verbo illo, ad cuius ideę imitationem eſt factum, & propter hoc erat vita, quĩ idea illa eſt vita. Dictum eſt. n. ex S. Doct. 1. q. 15. ar. 1. 2. ꝙ idea rerum factarum ſẽn. rẽ eſt eſſentia diuina; certiſſimũ ẽt eſt, ꝙ eſſentia diuina eſt vita feliciſſima 1. q. 26. ar. 1. 2. vnde ſequitur neceſſario, quod illud omne, quod factum eſt, licet, vt in ſe eſt, ab eſſentia ſeu vita diuina interuallo infinito diſtet, tñ vt in verbo eſt, ſit eſſentia & vita diuina. Quod, vt melius capiatur, dicamus ſub exemplo Domus actualiter exteriùs ſabricata differt nè ab idea ſui exiſtente in mẽte artificis? Vtiq; ſi in ſeipſa, i. vt ad extra, eſt, conſideretur. Nam, ſi eadem conſideretur, put eſt in mente artificis, non differt à ſui idea, ſed eſt numeraliter idem. Sic ergo domus ſabricata exteriùs, in ipſo artifice eſt domus interior, i. eſt illa idea, quã de ſe exteriùs fabricandã conceperat artifex, & quia illa idea realiter eſt immateriale accidens, ideò domus exterior, vt in artifice, eſt accidens immateriale, licet, vt in ſe ad extrà, ſit ſubſtantia materialis. Vnde patet, quod ſi illa idea realiter eſſet artificis eſſentia, & vita, tunc procul dubio domus illa exterior prout in artifice, eſſet eſſentia, & vita, ipſius artificis. Tunc ergo verè diceretur imitando Euangeliſtam: Domus exterior per artificem facta eſt; & eadem domus, in ipſo vita erat. Relinquitur itaque clarum ex notiori nobis exemplo nunc dicto, & ſuperioribus ſimul, quomodo intelligi debeat hic textus, quod factum eſt, in ipſo vita erat. Quæ vita à Anthonomaſicè dicta, ideſt vita intellectiua. Cùm enim ſint quattuor gradus vitæ, vt dicit Philoſophus, 2. de anima,) ſcilicet vegetatiuum, ſenſitiuum, motiuum ſecundum locum, & intellectiuum, inter hos gradus primatum tenet intellectiuum.

Vita intellectiua &c.

PORRO VITA Intellectiua ſecundum ſe includit (vt patet) & eſſe, & viuere, & cognoſcere, cum ipſa ſit ens viuum, & cognoſcens. Ergo idea, quam habuit Deus de omnibus rebus faciendis, includebat, & eſſe, & viuere, & cognoſcere: quoniam idea illa ſecundum rem erat vita intellectiua. Si ergo ad ſimilitudinem ipſius fecit omne, quod fecit (vt verum eſt. Alioquin idea mundi non fuiſſet idea mundi) ſequitur neceſſario, quod Deus fuit cauſa rerum à ſe exterius factarum, & quantum ad ipſarum eſſe, & quantum ad ipſarum viuere, & quantum ad ipſarum cogno-

ſcere

ſcere. Propter hoc etiam faciliori modo nobis notificandum, vſus eſt Euangeliſta potiùs nomine vitæ, quam nomine eſſentiæ: quia prælegit dicere, Quod factũ eſt, in ipſo vita erat, quam dicere (cum tamen ſecundum prius declarata, poſſet) Quod factum eſt, in ipſo eſſentia erat. Nam quamuis in eſſentia diuina, ſecundum rei veritatem includantur illa tria, ſcilicet eſſe, viuere, & cognoſcere, cum omnes etiam alias perfectiones contineat 1. q. 9. ar. 2. tamen hoc nomen, eſſentia, non manifeſtat nobis (ſtando præcisè in nomine, eſſentia) ſe includere, niſi vnum illorum, ſcilicet eſſe. Nomen autem vitæ, vltra quod ſecundum rei veritatem vita diuina omnes omnium perfectiones continet, manifeſtat nobis, ſe includere illa tria (vt ſupra vidimus.) Hinc igitur fit: quod audito hoc, ſcilicet quod factum eſt in ipſo vita erat, faciliori modo ducimur in cognitionem, quod Deus ſit cauſa factorum, & quantum ad eſſe, & quantum ad vniuerſa, & quantum ad cognoſcere: quam ſi loco eius audiſſemus. Quod factum eſt, in ipſo eſſentia erat. Hæc dicta ſint; probando concluſionem ab idea ad ideatum.

CAETERVM EANDEM concluſionis partem probare poſſumus, iuxta prædicta, ordine retrogado, ſcilicet ab ideato ad ideam procedendo. Dictum eſt enim ſuperius, quod tanta eſt correſpondentia rerum ideararum ad ſuam ideam, puta domus ad extra fabricatę ad domum in mente artificis præconceptam, vt viſa re ideata; ſcilicet domo exteriori veniamus faciliter in cognitionem ſuæ ideę, ſcilicet domus intra mentem exiſtentis. Nam ex hoc effectu viſo, quod domus exterior habet tot cameras, tot ſolaria, tot feneſtras, tot, &c. mox argumentamur confidenter, & neceſſaria ſequela, quod domus interior habebat in mente artificis totidem, & cameras, & ſolaria, & feneſtras, &c. Similiter ergo ex effectu iſto apud nos manifeſto, ſcilicet, quod in rebus à Deo creatis reperitur & eſſe (vt in omnibus) & viuere, vel ſecundum vegetatiuum tantum (vt in plantis) vel etiam ſecundum ſenſum (vt in animalibus) vel etiam ſecundum intellectum (vt in hominibus) & cognoſcere,

Ab idea ad ideatū firmus proceſſus.

vel ſenſu tantùm (vt in brutis) vel ſenſu ac intellectu ſimul (vt in hominibus) vel intellectu ſolo (vt in Angelis.) ex hoc, inquam, triplici effectu viſo, mox confidẽter neceſſariaque ſequela argumẽtamur; quod iſta creata, vt in mente Dei exiſtebāt (id quod eſt omnium creatorũ idea) habebant & eſſe, & viuere, & cognoſcere. Vlterius, hoc concluſo progredimur dicentes effectus iſtos ad imitationem illius ideæ diuinæ fieri oportuit (Alioquin neq; ideatum eſſet ideatum, neque idea eſſet idea;) ergo de neceſſitate ſequitur, quod Deus ſit horum creator non ſolum quò ad eorum eſſe, ſed etiam quo ad eorum viuere, & cognoſcere. Ecce: quomodo ex proceſſu ab ideato ad ideam probatur eadem tertia pars cõcluſionis; quæ ſupra ex proceſſu ab idea ad ideatum probata fuerat.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Excellentius præmiſſa filij Dei cooperatio manifeſtatur circa homines, demonſtratur ex rex. Vita erat lux hominum. Cum enim ex præcedenti immediatè ſententia habeamus, quod verbum eſt lux omnium creatorũ, inquantum dedit illis omnibus pulchritudinem [En lucis comes, ſiuè effectus, inſeparabilis] & eſſendi, & viuendi, & cognoſcendi, conſequens eſt, quod per ſententiam hanc, Erat lux hominum, ſignificetur aliquam lucis ipſius participationẽ ſpecialibus, ideſt excellentiori modo factam fuiſſe circa homines: hoc eſt, quod homines à verbo habuerint, & eſſendi, & viuendi, & cognoſcendi, pulchritudinem nobiliorem, quam habeant cætera animalia, & verè, cum vnumquodq; ex coniunctione ad rem nobiliorem fiat nobilius, (ſicut argentum ex coniunctione ad aurum in aliqua rectè facta compoſitione ſortitur quandam maiorem nobilitatem) nulli dubium eſſe debet, quod & eſſe, & viuere, & cognoſcere licet alijs etiam cõueniant, ſint nobiliora in hominibus ex coniunctione ad intellectum in ſolo homine exiſtentem. Nobilitas ergo ſecundum ſe ſumpta, quę ſingulariter deſignatur per illum textum, lux hominum eſt

Digitized by Google

eſt intellectus: ac ſi apertè dixiſſet, vita Erat lux hominum, ideſt ſpecialiter prę cæteris animalibus illuſtrabat homines, dando ſcilicet ipſis lucem magnam, ideſt intellectum. Ergo intellectus hominis eſt quædam lux participata ab illa vita ſuprema, & luce eſſentiali, quæ Deus eſt.

Intellectus quare dicatur Lux, ſeu Lumen, magna.

Quare intellectus vocatur lux? Quia facit cognoſcere, imò etiam quia ipſe cognoſcit: omnis enim cognitio fit in aliquo lumine (vt patet ad ſenſum:) vnde nõ mirum, ſi ipſum cognoſcens, tanquã dignius cognitione, vocetur lux. Quare intellectus vocatur lux magna? Quia facit cognoſcere, & cognoſcit magna? Quæ magna? Antonomaſicè dicta, quibus ſcilicet nil maius eſt, imò quæ omnibus alijs quantumcunque magnis maiora ſunt. Quæ ſunt iſta? Deus ſolus. Quia ergo intellectus poteſt attingere ad cognoſcendum Deum: ideò, ad lucis paruæ, ideſt cognitionis ſenſitiuæ differentiam, meritò vocatur lux magna. Quòd autẽ ipſe poſſit cognoſcere Deum, habet ex illa ſui creatione: quia & omnia, vniuerſaliter nullo excepto, per verbum facta ſunt: & vita ipſa ſuprema, ideſt idẽ verbum, erat ſpecialiter lux hominum. Eo ipſo ſiquidem, quod creatura intellectualis tunc facta fuit ad imaginem Dei, eſt capax ipſius Dei per cognitionem, & amorem (vt dicit B. Aug. 14. de Trinit.)

VERVNTAMEN cognitio Dei, & amor, poſſunt ſumi dupliciter: & per conſequens, vtroque iſto modo nunc declarando, intelligetur ille text. Vita erat lux hominum. Primo igitur modo poſſumus de cognitione, & amore Dei loqui, ſecundum quod poſſunt haberi ex naturalibus, quæ ideò vocantur cognitio Dei & amor, naturalis. Secundo autem de cognitione Dei, & amore, ſecundum quod non poſſunt haberi ex naturalibus, ſed ſolùm ex infuſione gratuita à Deo in nobis facta: quæ & ideò verè nominantur cognitio Dei, & amor, ſupernaturalis. Verbũ ergo, quod eſt illa vita ſuprema, Erat lux hominum; quò ad vtranque cognitionem & amorem: inquantum ſcilicet vtraque cognitio, & amor, à verbo nobis communicantur, vel per creationem (ſi de primo modo dictis loquamur) vel per ſpecialẽ infuſionẽ gratuitò factã (ſi de ſecundo dictis.) Quæ eſt cognitio de Deo naturalis? Eſt illa, qua intellectus noſter ex ſenſibilibus principium ſumit ad cognoſcendum Deum, nec plus extenditur in cognoſcendo illum, quam poſſit per ſenſibilia ad eius notitiã duci. Quia enim ſenſibilia ſunt effectus à Deo, tanquam à vera ſua cauſa, dependẽtes: ideò poſſunt intellectum noſtrum perducere ad hoc, vt cognoſcamus de Deo & an ſit, & ea, quæ neceſſe eſt ei conuenire, ſecundum quod eſt prima omnium cauſa ſuperexcedens omnia. Hinc eſt: quod naturali cognitione de Deo cognoſcimus, & habitudinẽ ipſius ad creaturas, quod ſcilicet eſt omnium illarum cauſa, & differentiam creaturarum ab ipſo, quod ſcilicet ipſe non eſt aliquid eorum, quę ab eo creantur, & quod hæc non remouentur ab eo propter eius defectũ, ſed quia ſuperexcedit. Vnde etiam B. Dionyſius, quaſi confirmans hæc, dicit: quod ex ſenſibilibus cognoſcimus Deum, & per exceſſum, & per remotionem. 1. q. 12. art. 12.

Cognitio, & amor, naturalis de Deo.

Quis eſt amor de Deo naturalis? & ille, quo aliquis amat ſuper omnia Deum, prout eſt principium, & finis boni naturalis. Hoc enim eſt connaturale homini, vt amet bonum proprium propter bonũ commune totius vniuerſi, quod eſt Deus. Vnde, qui non amat Deum ſuper omnia hoc amore naturali (id quod eſt dilectionem & ſuipſius, & omnium aliarum rerum, referre ad amorem Dei, ſicut ad finem) peccat contra naturam humanam agendo, ideſt non faciendo id, ad quod natura humana, quantum eſt de re inclinat. 1. 2. q. 109. art. 3.

Supernaturalis cognitio, & amor de Deo.

Cæterùm, cognitio de Deo ſupernaturalis, quæ eſt? Eſt illa, quæ ex fide diuinitus infuſa ſibi intellectus noſter principium ſumit ad cognoſcendum Deum, nec plus, aut minus extenditur in cognoſcendo illum, quam ex fide ipſa traditum ſibi eſt; ſecundum declarationem Sanctæ Matris Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ, Eccleſiæ Romanæ. 2. 2. q. 5. art. 3. Amor denique de Deo ſupernaturalis, quis eſt? Eſt ille: quo per charitatem diuinitus infuſam ſibi voluntas noſtra amat ſuper omnia Deum, prout eſt obiectum beatitudinis æternæ, & prout homo habet quandam ſocietatem ſpiritualem cum Deo, qua ſcilicet ſeruit

ei

ei cum promptitudine quadam, & delectatione. 1.2.q.109.artic.3. experimento quodam interiori ſentiens illud Eccl. 23. Nihil melius eſt, quam timor Dei, & nihil dulcius, quam reſpicere in mandatis eius. Quibus, cognitione videlicet, & amore ſupernaturali, ad perfectiſſimam, & in æternum manſuram ſocietatem cũ eodem (id quod eſt, clarè videre diuinam eſſentiam) perducitur.

DVBIVM EX TEX.
Præmiſſo, cum Reſponſ.

CVM Deus non ſolùm homines, ſed etiam Angelos, creauerit ad imaginem ſuam. 1.q.93. art.3. cognitionemque, & amorem, tùm naturalem tùm ſupernaturalem, in eiſdem quoque cauſauerit, 1.q.54.artic.5.& q.60.art.1.5.& q.62.art.3.& 2.2.q.5. art.1. Cur Euangeliſta, qui ratione horum beneficiorum hominibus à Deo collatorũ dixit, Vita erat lux hominum (vt ex prædictis patet) non adiunxit Angelos dicens, Vita erat lux hominum, & Angelorum? Nam beneficia illa Angelis etiam communicata ſunt ratione quorum vita illa ſuperna hic dicitur fuiſſe lux hominum. Quare igitur eadem ratione nõ dixit textus; quod erat lux Angelorum? Adde vlterius, quod de Angelis mentio magis facienda fuiſſe videtur, quam de hominibus: quia Angeli ſunt hominibus nobiliores, 1.q.50.art.1.2.3.& quæſtionibus articuliſque, nunc ſuprà citatis. Reſpondetur: quod multis de cauſis motus eſt Euangeliſta ad dicendũ potius, Vita erat lux hominũ, quam lux Angelorum. *Primò.* Primò: quia Euãgelium ſcribebat hominibus; non, Angelis; propterea ergo ſciens, quod Deus vehementer deſiderat, vt ſciamus, quæ ab ipſo donata ſunt nobis, 1. Cor. 2. Ad hunc finem, ſcilicet vt & de perceptis muneribus ei gratias condignas exhibeamus, & ſic grati exiſteres beneficia potiora ſumamus, ideò beneficium hoc inæſtimabile, ſcilicet lucem intelligibilem modo ſuperius declarato multa nobis bona importantem, voluit ſpecialiter explicare nobis p illud, Vita erat lux hominum. Nouerat enim Euangeliſta: quod beneficia, ſi ſpecialiter facta ei narrentur, cui loquimur,

Quadruplici de cauſa dicitur magis in tex. Lux hominum, quã Angelorum.

mouent magis eum & ad attentionem, & ad benefactoris amorem: quam ſi cõmuniter facta etiam alijs narrarentur (vnde eſt quoque illud à Spirituſancto dictatum Dauid, Pſal 30. Redemiſti ME; Domine Deus veritatis.) *Secundò.* Secundò: quia ex notis nobis, vel ſaltem ex notioribus, lucem illam nobis, tanquam diſcipulis ſuis manifeſtare (vt bonum Doctorem decet) prælegit. Porrò nos lucem ipſam intelligibilem participare in noſtro intellectu per experientiam cognoſcimus, id quod nobis de Angelis vel ignotum, vel nõ ſic notum eſt. Propterea conuenientius dixit, Vita erat lux hominum, quam ſi dixiſſet, Vita erat lux Angelorum. *Tertiò.* Tertiò; quia per hoc voluit excludere erroneum illud quorundam temerè philoſophantium dogma, qui negant, ſupremam lucem extendi per ſeipſam ad intellectum humanum, putantes noſtrum intellectũ illuminari ſolum ab infima luce, id eſt ab infima intelligentia, hoc eſt, infimo Angelo. Credebant enim: quod illa prima lux non poſſet per ſeipſam extendi ad intellectum noſtrum, id eſt, quod non poſſet immediatè illuminare intellectũ noſtrum, ſed tantum mediantibus cauſis ſecundis, Et hinc cadebant in alium errorem, ſcilicet quod noſtra beatitudo conſiſteret in vnione ad ipſam vltimam intelligentiam. Propter igitur illius erroris intentam excluſionem ſic exponatur textus; Vita erat lux hominum, id eſt vita ſuprema, quæ eſt lux prima, erat immediatè lux hominum, id eſt ad illuminandum humanum intellectum per ſeipſam extendebatur, (quod eſt magna illius primæ lucis dignatio.) Contra eundem illorum errorem, vnde & textus huius ſana expoſitio à te confirmari poterit, vide Elucidationes pri. par. articulorum numero 41.419.465.& 1.2.articulorum numero 23.38.& 3.de ſacram. Addition. articulorum num. 396. Item Veritates aureas ſuper totam legẽ veterem, Geneſ.15. Concluſ. 2. *Quartò.* Quartò, quia dicendo: Vita erat lux hominum, ſatisfecit pro Angelis, & ſi dixiſſet, Vita erat lux Angelorũ, non ſatisfeciſſet pro hominibus: & ſic Euangeliſta remanſiſſet diminutus; qui nunc ſine ſuperfluitate eſt in textu ſuo ad ſufficientiam completus. Nam ho-

Digitized by Google

mo inter omnes creaturas intellectũ habentes eſt infima creatura. Dicendo igitur, quod ſuprema vita erat lux hominum, conſignificauit, quod multò magis erat lux aliarum creaturarum intelligentium, ideſt Angelorum. Naturalis enim ratio dictat conſequentiam hanc: quod ſi ſuprema lux eſt lux infimi intellectus, multò magis ſit lux intermediorum intellectuum. Sed ſi dixiſſet, Erat lux Angelorum, nobis defuiſſet conſequentia hæc, quod eſſet lux hominum: quoniam à maiori ad minus non valet conſequentia affirmatiua (vt docet philoſophus, in lib. Topicor.) & Angelicæ naturæ conditio atque ſtatus excedit valde naturam humanam. Vnde fit: vt multa ſimpliciter digna cõueniant Angelis: quæ non conueniunt nobis.

Ex præmiſſis ergo omnibus facilè patet, quid reſpondendum ſit ad obiecta in principio poſita.

QVINTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Deus omnes homines, quantum eſt in ſeipſo, ad ſalutem æternam adducit, quamuis eam nõ omnes, ex defectu ipſorum, conſequantur, demonſtratur ex tex. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Aſcendit enim Euangeliſta de lucis eiuſdẽ actione minori ad actionem maiorem, ideſt de lucere hominibus in eſſe naturæ, dando ſ. eis intellectum, ipſum naturaliter illuſtrando (vt immediatè prędixerat per tex. Vita erat lux hominum) ad lucere lumine gratiæ: Vt etiam ex tali ordine declaratum relinquat nobis, quod, ſi quis luminis naturalis dono rectè vtetur (puta, benè viuendo moraliter, ſecundum quod naturalis ſibi ratio dictat) talis à Deo lumen gratię conſequetur: ſi enim natura non deficit in neceſſarijs (vt dicit Philoſophus 3. de Anima) multò magis Deus naturæ inſtitutor non deficiet in neceſſarijs. At facienti, quod in ſe eſt, ideſt, quod naturalibus viribus poteſt, eſt neceſſarium adhuc, quod ſupernaturaliter operetur, ſi vult ſaluari: id quod nõ poteſt facere, ſine ſupernaturali adiutorio Dei. Ergo Deus dat ei tale adiutorium. De hac re autem nullo modò dubitandum eſse, Euangeliſta monſtrat à fortiori per hoc: quod Deus etiam tenebroſis hominibus, ideſt non facientibus quod in ſe eſt, ſed in peccando perſeuerantibus, non deeſt in neceſsarijs. Dicit enim, Lux in tenebris lucet, ideſt lux illa ſuprema non ceſsat inter tenebras peccantium lucere. Nam ex hoc, quod non dicit in præterito luxit, neque in futuro lucebit, ſed in præſenti lucet, vult oſtendere indeſeſsam huius lucis actionem, quod continuè lucet, nec aliquando à lucendo deſiſtit, in tenebris. Et quare? Hoc non explicat Euangeliſta, ſed tanquam omnibus notiſſimum, tacendo inſinuat. Et verè ſic eſt: quoniam idipſum per ſe ex terminis vniuerſaliter patet. Quis enim tam ſtolidus, qui, audito, quod lux in tenebris lucet, non mox naturali quodam inſtinctu inferat: Vt tenebras ipſas illuminet? Alioquin, quomodo poteſt lux intelligi lucere in tenebris? Lucem hanc, quam videmus, corporalem nunquam lucere in tenebris dices: niſi quando illuminabit tenebras, ideſt faciet luminis ſui aduentu apparere aliquid in loco prius tenebroſo, quod antea impedientibus tenebris, non apparebat. Ab effectu ergo hoc quẽ ex lucis corporalis ſplendore in tenebris vides, diſce: quid importetur per hoc, q lux ſpiritualis (ſecundum Euangeliſtam) lucet in tenebris. Audito igitur hoc textu, quid inferes? Quod lux illa, cum ſit voluntaria, ideſt voluntatem habẽs, vult illuminare tenebras illas, ideſt peccatores, faciendo, ſcilicet, quod illis appareat turpitudo, magnitudo, multitudo, fœditas, damnificatio, peccatorum ſuorum, quæ prius, peccatis ipſis, tanquam tenebris, impedientibus illorum cognitioni nec apparebat, nec, quandiu ibi tenebræ eſſent, poterant apparere. Sic enim in locis tenebroſis fieri patet corporaliter, q ibi, apertis etiam oculis, nihil videmus, donec aliqua lux externa in tenebris illis lucere incipiat: & ab iſto corporali tenebrarum effectu venimus in cognitionem prædictæ ignorantiæ à peccatis noſtris cauſatæ in nobis, quod ſcilicet quãtarum miſeriarum propter noſtra pecca-

Deus vult omnes & peccatores, quantum in ſe ipſo eſt, ſaluare à peccatis.

ta

ta ſimus pleni, non cognoſcimus: quoad vſque lux illa ſuprema, quæ in tenebris lucet, noſtras tenebras illuminare dignetur, ideſt donec fugata peccatorum obſcura caligine, faciat nos ad vtilitatem æternam animarum noſtrarum penetrãdo videre, quantas habemus iniquitates, & peccata: ſcelera noſtra, atque delicta oſtendunt nobis. Ecce: quod à lucere quo ad eſſe naturæ aſcendit Euangeliſta (vt dicebamus) ad lucere lumine gratię, oſtẽdens, quod Deus, qui eſt illa lux, omnes homines vult, quantum in ſeipſo eſt, ad agnitionem veritatis venire, & tandem ſaluos fieri. 1. Tim. 2.

Peccata impediũt cognitionem peccatoris de ſemetipſis.

LVX (inquit) IN TENEBRIS lucet. Quamuis tenebrarum nomine intelligi poſſint cuiuſcunque generis peccata ſecundum illud, 1. Ioan. 1. Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ; quo etiam modo nos ſuprà de tenebris loquebamur: tamen iuxta quandam inter cætera peccata inſignem deformitatem, infidelitas, ideſt non credere Deo, nomen tenebrarum ſibi ſpecialius vendicat. Vt ergo maximam bonitatem Dei erga principales ſuos inimicos, qui ſunt infideles, oſtendat, dicit Euangeliſta: Lux in tenebris, anthomaſicè, ſcilicet dictis, lucet. Hoc eſt. Diuina lux ad infideles illuminandos lumen fidei ſparſit in mundum etiam ab initio, & nunc, & vſque ad conſummationem ſeculi. Ab initio quidem mundi per Patriarchas, & Prophetas, poſtea autem. Nunc, & vſque in finem, per Apoſtolos illorum ſucceſſores, ac ſanctæ eorundem doctrinæ Prædicatores. Quomodo ſparſit, ſpargit, & ſparget, lumen fidei? Reuelatione deſuper à ſeipſo primitus illis Patribus facta; deinde per ipſos Patres ſucceſſiuè ad filios promulgata, & ſic quaſi de manu in manum fideliter augmento pleniore (prout cælitus ab eadem prima luce informabantur, ſecunda, ſecundæ, quæſtione prima, articulo ſeptimo,) vſque ad nos tranſmiſſa, poſt quos à filijs natis pro Patribus, Pſalmus quadrageſimuſquartus, ſine vlla temporis interruptione ad naſcituros vſque in diem finalis iudicij integraliter eſt tranſmittenda.

CONTINVATIO
Probationis.

ET tenebrę (inquit) eam non comprehenderunt. Iſta eſt probatio reſiduæ particulæ, ſcilicet, quod non omnes homines ſalutem, ad quam à Deo illuminante eos vocantur, conſequuntur, id quod ex defectu illorum procedit. Ac ſi contextura ſua Beatus Ioannes dixerit. Deus eſt ſemper paratus illuſtrare homines peccatores, imò de facto eos continuè illuſtrat; Quoniam lux in tenebris lucet: ſed illi homines illuſtrationem ipſam gratis pro eorum ſalute immiſſam recipere noluerunt. Per voluntatis ergo ſuæ ingratitudinem cæcitate plenam (nam ſedere in tenebris, & vmbra mortis, erant aſſueti) ſimiles illis ſeipſos fecerunt: qui rebellarunt lumini dicentes Deo illud offerenti; Recede à nobis, ſciẽtiam viarum tuarum nolumus: Iob 21. Mentientur ergo peccatores, quicunque ſint illi, qui in die magni iudicij dicent illud, Sap. 5. Iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Quare ſic dicẽdo mentientur? Quia, teſte Euãgelio, lux in tenebris lucet. Sed, quia tenebræ eam non comprehenderunt, debuiſſent pro veritate dicere; Iuſtitiæ lumen nobis immiſſum non fuit acceptatum à nobis, & ſol intelligentiæ nobis deſuper oriens fuit reiectus à nobis. Texturæ huic Euangelij ſimilem ſententiam, quæ & iſtam apertius declaret, legimus Ioan. 3. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quã lucem. Quid eſt; Lux venit in mundum? Lux in tenebris lucet. Nam mundus tenebra erat: vtpotè totus in maligno poſitus, 1. Ioã. 5. Quid eſt; Dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem? Tenebræ eam non comprehenderunt. Ergo non ex parte lucis, quaſi deeſſet eis in lucendo, ſed ex parte tenebrarum, ideſt hominum tanta peccatorum ſuorum mole preſſorum, vt tenebræ meritò appellati ſint, fuit: quod deſcendentem ſuper eos lucem nõ comprehẽderint. Ex eo enim, quod homines illi plus, quam recta ratio naturalis dictabat amarunt ſemetipſos, factum eſt, vt eligerẽt magis tenebras, ideſt manere in peccatis, quam ad

lucis

lucis ſplendorem è tenebris illis exire.

EX PRAEMISSIS, ſecundum textum Euangelicum, patet: quod nulla excuſatio relinquitur peccatoribus quibuſcunque, ſi non ſaluantur. Neque enim poſſunt dicere: Deus non adiuuit nos, &, ſi adiuuiſſet, recepiſſemus nos libenter adiutorium nobis ab ipſo oblatum. Falſum quippe eſt primũ, ſcilicet, quod non adiuuit: Quia lux in tenebris lucet: falsũ eſt & ſecundum, ſcilicet quod ſi adiuuiſſet &c. quia Tenebræ eam non comprehenderũt. Quid ergo dicemus? Quòd iſti ſpiritualiter cæci, proptereaque tenebræ vocati, ſimiles ſunt corporaliter cæco exiſtenti ſub meridiana luce. De quo B. Auguſtinus ſuper Ioã. dicit. Quomodo cæcus homo poſitus in ſole, præſens eſt illi ſol, ſed ipſe ſoli abſens eſt: ſic omnis ſtultus cæcus eſt, & præſens eſt illi ſapiẽtia. Sed, cum cæco præſens eſt, oculis eius abſens eſt: non quia illa ipſi abſens eſt, ſed quia ipſe abſens eſt ab illa. Hæc ibi. Ad antedictam hominum peccatorum ignauiam magis & cognoſcendam & deteſtã dam iuuabit videre Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ.3. Concluſ.24. in Appendicis tertio loco, & ibi citatis.

Inexcuſabilis eſt omnis, qui nõ ſaluatur, & Deus ſemper etiam tunc laudabilis.

Cæterùm, pulcherrimam expoſitionẽ (quamuis extra probationis concluſionis noſtræ propoſitum ſit) Beati Chryſoſtomi ſuper Ioannem, afferre libeat: quæ eſt hæc. Lux in tenebris lucet. Tenebras mortem, & errorem, dicit. Nam lux quidem ſenſibilis non in tenebris lucet: ſed ſine illis. Prædicatio verò Chriſti in medio erroris regnantis fulſit, & eum diſparere fecit: & in vitam mortem fecit mortuus Chriſtus, ita eam ſuperans, vt eos, qui detinebantur, reduceret. Quia igitur neque mors eam ſuperauit, neque error, ſed fulgida eſt eius pdicatio vbiq;, & lucet cum propria fortitudine: propterea ſubdit, & Tenebræ eam non comprehenderunt. Hæc ille. Vbi per Lucem, interpretatur, lucidam Chriſti doctrinam, per lucere in tenebris, exponit, ipſam fuiſſe in toto mundo, adhuc regnantibus erroribus pro veritate æſtimatis, apertiſſimè prædicatam: per, Tenebræ eam non comprehenderunt, intelligit, errores omnes non potuiſſe præualere Euangelicæ veritati coram ipſorum authoribus ac defenſoribus prædicatæ, neque eam quibuſcunque obſtaculis omni conatu contrapoſitis (vt patet de tyrannis aduerſus Apoſtolos, aliosq; Prædicatores, & Martyres) efficaciter impedire. Quinimò, tenebris eam comprehendere, ideſt impedire aut ſuffocare volentibus, mirandis etiam tum minarum, tum quorumlibet tormentorum furijs adiunctis, lux ipſa, ideſt veritas Chriſti, & prædicationis, & efficaciæ, & fructificationis, & ſplendoris, & per orbem fulgentiſſimæ diffuſionis augmenta immenſa, humanamq; mẽtem ſuperexcedentia, recepit: ita vt quilibet verè prudens, rectèque ex his viſis diſcurrens, cogatur omninò firmiter dicere, illud Exodi 8. Digitus Dei eſt hic, ſcilicet: Quod lux in tenebris luceat, &, quod tenebræ eam non comprehendant. Porrò, hoc non ſolùm factum eſt: ſed & fit, & fiet. Nota: quod expoſitio prior concluſionis noſtræ probatiua fuit literalis, ſed communior: hæc autem Beati Chryſoſtomi etiam literalis eſt, ſed minus cõmunis. Poteſt enim vna litera ſcripturarum ſacrarum habere plures ſenſus literales, 1.q.1.artic.10.

Euangelij miraculoſa cõtradicẽtibus omnibus mũdanis, Actu. 28. fructificatio.

CONFIRMATIO Concluſionis Secundæ.

CONTRA HOSTES Eccleſię Sanctę Dei.

QVOD Deus bonus eſt totius mundi, ideſt omnium creaturarum, & inuiſibilium creator, non autem (vt Manichæi dicebant) malus Deus, ideſt Diabolus, neque alius quiſquam (vt alij dixerunt:) vide, ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis, &c. definitum eſſe, in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 234.333.335.336.456. Iuuabit etiã videre ibid. 238.308. Quod autem filius ſit cooperator Deo Patri in prædictorũ omnium creatione patet ex eo, quod Filius eſt ei conſubſtantialis. Et ideò de tali conſubſtantialitate videas (contra hæreſim Arrianorũ Elucidationes pri. par. articulorum numero 201.220.190.172. 221.216 Item Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ 1. Conclu.19.

&

Digitized by Google

& Cap. 6. item Exodi 20. Concl 9. Quòd Deus creauit hominem ad imaginem ſuam, animæ non autem corpori impreſſam (ſic enim excellentius facta ſunt etiā illa, quæ dicit concluſio capituli, erga homines:) vide ex ſacroſanctis &c. definitū eſſe, in Elucid. pri. par. articulorum numero 14. 468. Itē in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 3. Concl. 20. Quod Filius Dei eſt Saluator, omnium hominū (id quod originaliter eſt, vt concluſio capituli dicit, ipſum, quantum eſt in ſe, adducere omnes homines ad ſalutem:) vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationib. 3. de Sal. articulorum numero 2. 261. 247. 168. & 3. de ſacram. articulorum num. 332. Item in Veritatibus aureis &c. Leuit. 16. Concl. 8. Veruntamen (vt dixit concluſio capituli) ipſi homines ex defectu ſuo, non conſequuntur omnes ſalutem eis à filio Dei allatam. Quod optimè confirmatur à Concilio Triden. Seſſ. 6 cap. 3 his verbis. Etſi ille (Chriſtus) pro omnibus mortuus eſt: non omnes tamen mortis eius beneficiū recipiunt. Hæc ibi.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. I.

FILIVS Dei vnigenitus ante omnia ſecula, & ex ipſo natus, & ab eodē perſonaliter diſtinctus, & eidem cōſubſtantialis atque coæternus, ac per hoc verus Deus, Per quem omnia, nullo excepto, facta ſunt, ille ipſe abſque vlla ſui mutatione, remanendo apud Deum patrem, in ſuam perſonam diuinam aſſumpſit, in fine temporum, naturam humanā integram, ideſt animam & corpus: vniuitque eam ſibi ſubſtantialiter, abſque vllo peccato & ignorantia: idemque & ſecundum quod homo, viſibiliter cum hominibus conuerſatus: ac tandem ex obedientia pro ipſis Patri immolatus eſt; & ſecundum quod Deus, omnia totius mundi peccata per abſolutam poteſtatem abſtulit.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes, & per tex. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & per tex. Plenū gratiæ, & veritatis, & per tex. Vnigenitus, qui eſt in ſinu patris, enarrauit nobis. & per tex. Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Prima igitur pars, ſcilicet quod filius Dei vnigenitus ante omnia &c. aſſumpſit naturā humanam integram, patet ex eo, quod dicitur in textu, Verbum caro factum eſt. Cùm enim in Græco huic dictioni, verbum, additur articulus, (ſicut & in primis huius Euangelij verbis, vt vidimus, additus fuerat) manifeſtum fit per hoc: quod in hac ſacratiſſimæ Incarnationis ſententia de eodem numeraliter verbo loquitur Euāgeliſta, de quo in ſuperexcellentiſſimæ diuinitatis ſuæ ſententijs fuerat prælocutus. Dicendo ergo nunc; Illud verbum, refert implicitè totum id, quod in principio dixerat, & nos in prima huius capituli concluſione explicauimus. Ac ſi per appoſitionem articuli ſeipſum ſic expoſuerit. Verbum illud, ideſt quod in principio erat, & erat apud Deum, & erat Deus, & per quod omnia facta ſunt, Caro factum eſt. Vel, vt verbis primæ concluſionis clarius, idem exponatur, dicamus. Verbum, ideſt filius Dei vnigenitus ante omnia ſecula, & ex ipſo natus, & ab ipſo perſonaliter diſtinctus, & eidem omninò conſubſtantialis, atque coæternus, per quem (vt ſecunda concluſio ſentit) omnia, tùm viſibilia, tùm inuiſibilia, quò ad eſſe, quò ad viuere, quò ad cognoſcere, facta ſunt, Caro factum eſt.

Nota, q̄d referat dictio illa vltimi text. Verbum.

Verbum itaque non factum, vtpotè per quem omnia, nullo excepto, facta ſunt, permanendo quod erat, ideſt permanendo non factum, caro eſt factum. Hoc eſt. Verbum nō incœpit eſſe verbum: ſed verbum incœpit eſſe caro. Nec mireris de tali modo loquendi: quoniam & ante Euāgeliſtam Propheta regius Deo vero ſecūdum ſe non facto dixit, Pſal. 89. Domine refugium factus es nobis. Hoc eſt. Deus incœpit eſſe refugium nobis (eò quod nos nō ſemper fuimus.) licet Deus non incæperit eſſe is, ad quem poſſet refugium haberi (eò quod non incæpit eſſe Deus, ſed ab æterno ſemper fuit.) Talium ſiquidem locutionum cauſa eſt relatio ad creaturam.

Digitized by Google

ram: puta, ad carnem (vt in præſenti Euangelio) vel ad nos (vt in Pſalmo.) Nomina enim quæ importãt relationem ad creaturam, poſſunt de Deo dici ex tempore, & non ab æterno. Nam, cum Deus ſit extra totum ordinem creaturæ, 1. q. 3. artic. 5. & omnes creaturæ ordinentur ad ipſum, 1. q. 44. art. 4. non autem è conuerſo, manifeſtum eſt: & quod creaturæ realiter referũtur ad ipſum Deum, & quod in Deo non eſt aliqua relatio realis ad creaturas, ſed rationis tantum, inquãtum ſcilicet creaturæ referuntur ad ipſum. Sic ergo nihil prohibet: noĩa importãtia relationẽ ad creaturam, quæ videlicet cõſequuntur actiones ſecundum modum intelligendi procedentes ad exteriores effectus, prædicari de Deo ex tempore: non propter aliquã mutationem ipſius, ſed propter creaturæ mutationem (quo & modo videmus, columnam fieri dextram animali, nulla mutatione facta circa ipſam, ſed ſolùm animali translato.) Sicut ergo relationes, quæ de Deo ex tẽpore dicuntur, non ſunt in Deo, niſi ſecũdum rationem: ita nec fieri, nec factum eſſe, dicitur de Deo niſi ſecundum rationẽ, nulla mutatione circa ipſum exiſtẽte, 1. q. 13. artic 7. Patet igitur: quomodo verbum non factum in ſe, dicatur veraciter ſecundum relationem ad creaturam factum, in tex. Verbum caro factum eſt.

PORRO, nomine carnis ſolet in ſcripturis intelligi homo: vt Eſai. 40. Videbit omnis caro &c. Omnis caro fænũ. Dum enim poſtea adiungit, fænum eſt populus, declarat, quod nomine carnis intellexerat hominem. Item cap. 49. Sciet omnis caro, quia ego Dominus ſaluans te Et Pſal 64. Ad te omnis caro veniet. Et Pſal. 143. Benedicat omnis caro nomini ſancto eius. Cum igitur Euangeliſta ſeruãs morem ſcripturarum, dicit: verbũ caro factum eſt; ſignificare intendit, qđ Deus filius factus eſt homo. Sed cũ apertius hoc ſuum intentum ſignificaſſet per nomen, Homo; quam per nomen Caro: quare potius dicere voluit, verbum caro, quam verbum homo, factum eſt? Vt maximam verbi, & ad nos benignitatem, & ſuiipſius exinanitionem, oſtenderet, & nihilominus à fortiori, quod homo factũ ſit, connotaret. Certè in nobis nihil infimius, nihilq; infirmius, carne: & oĩs recta ratio dictat, quod qui non dedignatur vilius, is multo minus dedignabitur nobilius. In hoc ergo, quod ad carnem propter nos aſſumendam inclinauit ſe Deus, & declarantur duo, ſcilicet, quod Deus ſe erga nos maximè amicum oſtendit (In triſtitia enim amicus agnoſcitur, Eccleſ. 12.) ſeipſumque maximè exinaniuit, & implicitè à fortiori continetur, ꝙ Deus animam illius carnis humanæ formam coaſſumpſit, ideoque quod verbum homo factum eſt, ideſt quod natura humanam integram aſſumpſit.

Quare potius dicit tex. Caro, quam homo?

COROLLARIVM
Primum.

EX præmiſſis ergo conſtat: rectè damnatam eſſe, tanquam hæreſim, opinionem Appollinaris dicentis, quod verbum non aſſumpſit animam ſenſitiuam, vel ſaltem intellectiuam [Hoc vltimum poſtea dixit, tanquam corrigens ſuum prius dictum:] ſed verbum ipſum fuit loco intellectiuæ animæ in illa carne aſſũpta. Ex dictis enim patet: quod ſecũdum dictamen rectæ rationis vera eſt conſequentia hæc: verbum aſſumpſit carnem, ergo multò magis animam ſenſitiuam, &, ſi ſenſitiuam, ergo multo magis intellectiuam. Recta enim ratio (vt pro fundamento præadducebatur) dictat: quod qui non dedignatur vilius, ipſe multò minus dedignabitur nobilius. Veruntamen ille Appollinaris, vt datus in reprobum ſenſum, ſibi per illuſionem diabolicam obcæcatus fingebat, contrariam illi rationis dictamini conſequẽtiam eſſe veram, dicens: Verbum aſſumpſit carnem, ergo non aſſumpſit animam. Nec attendit iſte miſellus id, quod mox ſequitur, ſcilicet vidimus plenũ gratiæ, & veritatis. Quid viderunt? Verbum carnem factum. Quale eſſe ipſum viderunt? Plenum gratiæ, & veritatis. Vbi conſiſtit gratia? In anima intellectiua, tanquam in ſubiecto, 1. 2. q. 110. art. 4. vbi conſiſtit veritas? In ipſius animæ intellectu. 1. q. 16. art. 1. Si ergo verbum caro factum erat plenum gratiæ, & veritatis, patet ad literam: quod illud verbum habebat cum carne animam intellectiuam ſuis potentijs, ſcilicet intellectu,

Confunditur totaliter hæreſis Appollin. per cõtextus Euangelicos ibi.

&

& voluntate adornatam. Intellectus etenim trahit ſecum voluntatem, tanquam prior & ei obiectum offerens, 1.2.q.3.artic.4.& 1.q.82.art.3. propterea que ſolo intellectu nominato (vt hic, ſub nomine veritatis: ſecũdum quod declaratum eſt) cointelligitur neceſſariò ipſa voluntas. Idem ergo fuit ſecũdum rem dicere, verbum caro factum eſt, ac ſi dictum fuiſſet, verbum homo factum eſt (vt etiam beatus Auguſtinus contra ſermon. Arriani probat.) Nec poteſt dici (vt Appollinaris ille fingebat:) quod verbum ibi eſſet loco animæ intellectiuæ, & conſequenter quod eſſe plenum gratiæ, & veritatis, intelligi debeat de verbo, vt ſupplebat locum ipſius animę & intellectus: quoniam impoſſibile eſt, verbum, cum ſit Deus, venire in compoſitionem alicuius, 1.q.3.art.8 puta, quod ſit forma carnis, ſeu informet corpus. Rurſum, de verbo nõ poteſt verificari, quod gratia ſua, & veritas, ſit participata (vt patet a ſimili, 1.q.27.art.2.ad tertium.) cum ipſum ſit eſſentialiter charitas, & veritas, 1.q.16.art 5.& q.20.art.1. Sed ibi, Plenum gratiæ, & veritatis, fit ſermo de gratia, & veritate, à Deo participata (vt patet, Ioan.3.) Ergo oportet, quod verbum aſſumpſerit animam intellectiuam, ratione cuius dicatur verè plenum gratiæ, & veritatis. Quid ad propoſitum oſtendendum habetur Ioan.3. Nõ ad menſuram dat Deus ſpiritũ. Ibi enim Beatus Ioannes Baptiſta ſuis diſcipulis, qui Chriſtũ, ſecundum quod homo erat, tantũ cognoſcebant, & de eo ſic ad ipſum locuti fuerant, reſpondens inter cætera de Chriſto dicit: quod Deus dedit ei ſpiritum, id eſt gratiam, & alia dona, ſcilicet virtutes, &c. nõ ad mẽſuram. Quid eſt ergo Chriſtum habere ſpiritum, non ad menſuram? Eſt; verbum caro factum, id eſt poſt aſſumptionem carnis, eſſe plenum gratiæ & veritatis. Ergo, cum Beatus Ioãnes Baptiſta manifeſtè ibi loquatur de ſpiritu participato per gratuitã infuſionẽ à Deo, reſtat; quod iſta plenitudo gratiæ, & veritatis, non poſſit verificari de verbo, quatenus verbum eſt, ſed tantum de verbo quatenus habet animam intellectiuam per aſſumptionẽ ſibi vnitam. Cæterum pro abundantiori doctrina videas, quod caro non fuit à verbo aſſumpta, niſi mediante anima, 3. de Sal.q.6.art.1.2.3. Non ergo hic tex. verbum caro factum eſt, verus eſſet, niſi anima coaſſumpta fuiſſet: quia caro non erat conuenienter aſſumptibilis, niſi per animam. Sic igitur in hoc, quod dicitur, verbum caro factum eſt, includitur de neceſſitate anima coaſſumpta ſimul cum carne: quoniam Deus quæcunque facit, & maximè in tanto etiam Angelicis ſpiritibus incõpræhenſibiliter admirando incarnationis myſterio, non niſi cõuenienter facit. Magis tamen dixit Euangeliſta, verbum caro factum eſt, quam verbum anima factum eſt: nè talis locutio eſſet occaſio aliquibus cogitandi, illam verbi vnionem eſſe ſolummodo factam ſecundum actũ animę, id eſt ſecundum cognitionem, & amorem. Sicut etiam, magis elegit dicere, verbum caro factum eſt, quam uerbũ homo factum eſt: nè occaſionem daret errori illi (quem tamẽ poſtea Neſtorius de ſuo inſano capite adinuenit,) quod ſcilicet natura humana à verbo aſſumpta habet propriam perſonam creatam. Nam hoc nomen, homo, ſignificat naturam humanam perſonatam, id eſt in perſona, id quod non importat hoc nomen, caro.

COROLLARIVM Secundum.

EX eiſdem quoque præmiſſis (ut in probatione) excluditur tanquam hęreſis multiplex opinio quorundam, qui, audita hac ſententia, verbum caro factũ eſt, dixerunt, verbum fuiſſe conuerſum in carnem, aut carnem fuiſſe conuerſam in verbum, aut ex verbo & carne factam fuiſſe unam naturam. Iam enim declaratum ſuprà fuerat, quod illud Euangelij dictum intelligitur per aſſumptionem ſolam: & conſequenter neque per conuerſionem alterutrius in alterum, neque cõmixtionem utriuſque ad componendam unam naturam. Et reuera opinio illa triplex non tantum eſt inde damnata, ut hęreſis, ſed etiam ſecundum ſe eſt multiplicis ignorantiæ plena. Primò, quia verbum eſt omninò immutabile, 1.q.9.art.1. cum ſit uerus Deus (ut patuit per primã concluſionem.) Conuerſiones autem illæ, ſiue uerbi in carnem, ſiue carnis in uerbum, non poſſunt eſſe, immò nec intelligi, *Primo.*

telligi, ſine hoc: quod ibi interueniat verbi mutatio, vel per modũ termini à quo, vt ſi fieret eius conuerſio in carnem, vel per modum termini ad quem, vt ſi fieret conuerſio carnis in illud. *Secundo.* Secundò: verbum eſt actus purus, 1.q.3.art.2.3.4.5.6. & ita omninò ſimplex, vt nullam patiatur compoſitionem cum alijs, ibid.art.7.8. Ex quibus patet cuilibet rectè diſcurrẽti: quod impoſſibile eſt: & verbum recipere cõuerſionem, uel carnis in ſeipſum, vel ſuimet in carnem, & ex verbo atque carne conſtitui vnam naturam. *Tertio.* Tertiò: quia, dato per impoſſibile, quod ex vtroque, ſcilicet verbo & carne fieri poſſet vna natura, tunc natura illa neque diuina eſſet, neque humana. *Multa, q mixtio ſecundũ naturã mixtionis concernit, dicuntur & totum.* Natura enim cõpoſita ex duabus rebus non eſt aliqua illarum rerum, ſed quoddam tertiũ ex eis reſultans: vt ad ſenſum probat experientia de mixto ex elementis. Nam mixtum (puta, caro) non eſt aliquod elementorũ: ſed quoddam alterum ab ipſis reſultans ex ipſis. Si igitur ex verbo & carne fieret vna natura, illa eſſet quoddam tertiũ ab vtriſque diuerſum: & ſic Chriſtus neque Deus, neque homo, verè eſſet, cum tamen contrarium habeatur in ſcripturis. Hinc etiam ſequitur: quod quandocunque ſcriptura ſacra Chriſtum affirmat, vel eſſe Deum (vt Rom 9. Ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula) vel eſſe hominem (vt, 1 Tim.2. Vnus mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus I E S V S,) tũc per huiuſmodi affirmationem cõteſtatur, quod ex verbo & carne non eſt facta, ſeu compoſita, vna natura. *Quarto.* Quartò: quia ſi ex eis fieret mixtio illa, tunc eadem ratione ſequeretur, quod Chriſtus neque cum patre, neque cum matre, eſſet eiuſdem naturæ. Mixtum enim (vt ex dictis patet) non eſt idem alicui miſcibilium. Et tamen Chriſtus à ſcripturis vocatur Deus, & propter hoc eiuſdem naturæ cum Patre: vocatur & homo, ideoque eiuſdem naturæ cum Matre. *Quinto.* Quintò: quia, ſi commiſcerentur adinuicem naturæ illę, tunc, ſola diuina remanente, humana conſumeretur. Et ſic patet, quod mixtio illa non eſſet mixtio, & conſequenter quod dicentes mixtionem eſſe factam, vel potuiſſe fieri, ex diuina, & humana natura, dicunt impoſſibilia, & ignorant propriam vocem. Experimento enim ſenſibili didicimus: quod ex ijs, quæ maximè diſtant, non poteſt commixtio fieri, ita quod vtraque remaneant, ſed oportet vnum illorum conſumi. Vt, Si quis guttam aquæ dolio vini pleno appoſuerit, mox ſoluitur natura aquæ, & ſolum vinum remanet, & conſequenter mixtio inter illa ſtare non poteſt. A fortiori ergo dic. Si natura diuina pluſquam maximè, immò in infinitũ, diſtat ab humana: quomodo, ſi commiſceantur, fieri poterit, vt humana ab ea totaliter non abſorbeatur? Inſipientiſſimi ergo eſt, ponere: quod ex verbo & carne mixtis reſultet quædam altera natura.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Filius Deus abſque vlla ſui mutatione, & remanẽdo apud patrem aſſumpſit naturam humanam in ſuam perſonam diuinam, demonſtratur ex text. Verbum caro factum eſt, & text. Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit nobis. Nam ex termino illo, verbum, patet illa particula, ſcilicet abſq; vlla ſui mutatione. Diximus enim ſuprà ex D.Thoma, 1.q.9.art.1. quod verbum eſt omninò immutabile. Ex quo dicto apertiſſimè conſtat: quod nulla alteratio, nulla mixtio, nulla cõuerſio, in verbo ſignificatur, cum dicitur, verbum caro factum eſt. Alioquin, quomodo ſtare poſſet: quod verbum eſſet alienum ab omni mutabilitate: ſecundum illud, Malach.3. Ego Deus, & non mutor? Ex illo igitur termino patet: quod nulla alteratione alterarum eſt verbum, vt fieret caro, nec vlla verbi mixtio cũ carne interceſſit, quando factum eſt caro, nec verbum in carnẽ eſt cõuerſum, aut caro in verbum (vt etiã contra hæreſes ſuprà dictum eſt.) Licet ergo propter terminũ, factum eſt, aſtringamur ad dicendum, quod verè, & propriè incarnatio verbi facta fuit: tamen propter hunc alium terminum, verbum, aſtringimur ad confitendum, quod illa ſine ulla verbi mutatione extitit. Nec tãtum ſine mutatione illa tripliciter aſſumpſit carnem, ſed etiam (quod mirabile ſatis apparet) remanendo apud patrem (vt dicebat

dicebat alia particula concluſionis) venit ad nos. Quod probat Euangeliſta dũ ait, Qui eſt in ſinu patris. Vide. Prius dixerat, quod filius Dei uenerat ad nos per aſſumptionem carnis (hoc enim ſignificat, verbum caro factum eſt) & poſtea dicit, quod idem filius Dei eſt in ſinu patris. Idem inquam, quia ad hãc eius identitatem ſignificandam adiungit, ipſe enarrauit nobis. Ac ſi manifeſtius dicat. Ille eſt in ſinu patris, qui factus eſt caro. Non enim niſi indutus carne, per uocem ſenſibilem enarrauit nobis: ſicut nos non enarramus alijs uerbum noſtrum, id eſt conceptum interiorem, niſi aſſumpta voce exteriori. Vndè & ſicut conceptus ille noſter remanet adhuc interius, ubi erat, etiam quod per uocem exteriorem alijs manifeſtetur: ita multò magis (cum ſit infinitum) verbum Dei remanet in ſinu patris, ubi in principio, ideſt ante omnia ſecula, erat; etiam poſtquam caro factum eſt. Quid ergo mirũ, ideſt quid difficultatis in credendo habet, quod verbũ Dei exierit à patre, & uenerit in mũdum (ut etiam ipſe teſtatur Ioan. 16.) & dum à patre exiret ueniendo in mundum, remanſerit in ſinu patris: quando verbum noſtrum, licet ſit finitum, dum exit à nobis per ſui externam media uoce ſenſibili manifeſtationem, remanet in nobis? Grandis quidem res, ſed tamen uera, & quotidiano experimento comprobata; Exire foras, & manere intus: ſimulque dum exitus ſit vnius extrà, tunc eiuſdem perſeueret manſio ad intra: & dum ad extra verbum ſit manifeſtum, illud idem reſtet intus occultum: dumque foris per uocem aſſumptam quaſi mouetur remaneat intus in ſe penitus immotum. Teſtimonia ergo Domini iſta credibilia facta ſunt nimis, Pſal. 92. Quod ſimul verbum Dei dum procederet ad extra, ideſt dum fieret caro, perſeuerabat in eſſe immutabiliter intus, ideſt in ſinu patris: ſimulq; dum nobis per carnem manifeſtabatur, reſtabat intus occultum: & dum per carnem aſſumptam quaſi mouebatur comedendo, bibendo, prædicando &c. remanebat ſecundum ſe intus totaliter immotum.

Simile pulcherrimũ de voce, & conceptu, &c.

DENIQVE alia Concluſionis particula, ſcilicet in ſuam perſonam diuinã, demonſtratur ex text. Vnigenitus Dei filius. Ecce. Illud verbum, quod caro factũ eſt, uocatur filius unigenitus Dei. Quid eſt, ſecundum ſeriem textuum Euãgelij, dicere: quod verbum, exiã poſtquam eſt caro factum, eſt filius Dei unigenitus? Eſt apertè ſignificare: quod perſona carnis aſſumptę à verbo eſt illa diuina perſona, quæ ab æterno erat filius Dei vnigenitus. Patet ſiquidem, quod hoc nomẽ, filius, eſt nomen perſonæ: cuius ſignum certum eſt, quod in diuinis cum ponimus Patrem, & Filium, & Spiritumſanctum, dicimus per hoc ibi ponere tres perſonas. Verbum ergo caro factum ideò uerè dicitur filius Dei vnigenitus: quia eadem numero perſona, quæ erat perſona deitatis verbi, ut verbi, nunc eſt etiã perſona humanitatis verbi, ut caro facti. Hinc eſt: quod idem numero Chriſtus uerè dicitur verbum, & caro, ideſt Deus & homo, quia utriuſque naturæ in Chriſto exiſtentis, ſcilicet diuinę, & humanę, vna tantum perſona numerabiter eſt. Quomodo id factum eſt? Non quod verbum prę-exiſtentem carnem aſſumpſerit, & perſonam carnis corruperit (inquit ſententialiter Euangeliſta,) ſed quia verbum, dum fieret non præexiſtens, ſed noua caro, pręuenit perſonã carnis creatam, quæ alias carni illi ſubſecutura fuiſſet (ſicut fit in omnibus puris hominibus.) Ex hoc enim Euangeliſtæ uigilãtiſſima contemplatione, correſpondentique ſingulorum uerborum ponderatione dicto in text. verbum caro factum eſt, habentur illa omnia. Nam ex eo, quod verbum factum eſt caro, habentur, iuxta rectè diſcurrentis rationem duo. Primum, quod verbum nihil carnis abiecerit: ſecundum, quod caro non pręextiterit aſſumptioni, ſed tunc fuerit facta de nouo, quando à verbo aſſumpta eſt. Porrò, ad euidentiam illius primi facit experientia quotidiana: quoniam uidemus, quod homo, cũ ſit albus, nihil albi abijcit, & quod aqua, cum ſit aer, nihil aeris abijcit, & quod aer, cum ſit aqua, nihil aquæ abijcit: & uniuerſaliter loquẽdo,) quod nihil termini ad quẽ, abijcitur in factionibus. Ad euidentiam autem illius ſecundi ualet ratio hęc, ſcilicet, quod terminus in omni factione ſit tunc, quãdo factio terminatur. Cũ enim

Similis pulchra & facili captu &c.

homo

Digitized by Google

homo fit niger, tunc noua eſt nigredo: cũ aqua fit aer, tunc nouus eſt aer: & ſic de cæteris.

Ex notioribus ergo quò ad nos, patet: & quod quando verbum factum eſt caro, tunc illa caro facta eſt, & quod illa caro tunc facta eſt non vt exiſtens in ſemet ipſa, ſed ut exiſtens in perſona diuina, id eſt in verbo, qđ tũc ipſam carnẽ aſſumebat. Tunc namque fieri non potuit caro, vt exiſtens in ſemetipſa, id eſt in ſua perſona creata: quoniam, dato hoc, ceſſaſſet verbi ſacroſancta Incarnatio, & ſic falſum eſſet Euangelicum dictum, ſcilicet verbum caro factum eſt. Nam ſi caro illa noua extitiſſet in ſua perſona creata: tũc verbum aut non aſſumpſiſſet eam, quia perſona eſt inaſſumptibilis, 3. de Sal. q. 4. art. 2. 3. aut ſi eam aſſumpſiſſet, deſtruxiſſet eius perſonam creatam, & ſic in ipſius locum ad perſonandum illam carnẽ ſubintraſſet. Hoc autem nefas eſt non tantũ dicere, ſed etiam cogitare: quod ſapiẽtia diuina, de qua ſcriptum eſt, Sap. 8. Diſponit omnia ſuauiter, ita in omnium ſuorũ operum excellentiſſimo, id eſt in Incarnationis myſterio, proceſſerit inſuauiter, vt à deſtructione perſonæ carnis aſſumendæ inciperet. Vlterius. Quomodo ille, qui veniebat Saluator, Matth. 1. Hoc eſt, omnia opera ſua conſeruaturus, & perfecturus, perſonam illam creatam (ſi aſſumpſiſſet) cum eſſet opus ſuum, deſtruere voluiſſet?

Non aſſũpſit creatam perſonam, quæ nec ibi p̃extitit.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Filius Dei naturam humanam ſibi vniuit ſubſtantialiter, in fine temporum, demonſtratur ex text. verbum caro factum eſt, & text. vnigenitus Dei filius enarrauit nobis, & tex. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Patet enim, & quod fieri terminatur ad eſſe: & quod eſſe carnem eſt eſſe ſubſtantiam. Quia igitur verbum caro factũ eſt, ita quod iam eſt caro, manifeſtè ſequitur, quod hoc fieri terminatum eſt ad eſſe carnem, ideoque ad eſſe talem ſubſtantiam: id quod eſt, filium Dei humanam naturam ſibi vniſſe ſubſtantialiter. Hinc patet: quod ex hoc Euangelij dicto, verbum caro factum eſt (ſi, vt oportet, rectè intelligatur) condemnantur, pro erroribus, opiniones quoruncunque dicentiũ, quod verbum vnitum eſt carni aut relatione, aut negatione, aut quocunque alio eſſe accidentali. Licet enim relatio aliqua, vel negatio, vel aliquod eſſe accidentale ſufficeret ad verificandum propoſitionem hanc, ſcilicet, verbum inhabitat carnem, aut verbum eſt carneũ, & huiuſmodi: nulla tamen relatio, aut negatio, aut eſſe accidentale ſufficit ad verificandum proprietatem locutionis huius, verbum caro factum eſt. Nam eſſe carnem non eſt denominari à ſubſtantia, ſed eſt eſſe ſubſtantiam. Quia ergo B. Ioannes non dixit, verbum factum eſt carneum, vel ſimilia, ſed dixit, verbum factum eſt caro: ideò expreſſè ad literam ſignificauit, quod verbum incœpit eſſe caro, quæ eſt ſubſtantia, & non denominatio à ſubſtantia, non relatio, non negatio, neque accidẽs aliquod aliud. Vbi & nota, quod ab hoc mirabili facto ipſe excluſit omnem modum, quo apud nos aliqua res præexiſtens fit alia: ac propter hoc monſtrauit, quod ipſum factum Incarnationis eſt quid ſupernaturale, ſupermirabile, & ſuperexcedens totam rationis humanæ capacitatem naturalem. Si enim conſideremus (vt oportet) verba hæc, verbum caro factum eſt, quod ſcilicet verus ipſorum ſenſus eſt, quod verbum in ſua integritate remanens verbum (vt ſupra probatum fuit) factum eſt caro, apparebit id, quod nunc dicebamus, ſcilicet ꝙ ab hoc mirabili facto, præ ſua ſingulari excellentia excluditur omnis noſtrarum factionum modus, id eſt nullus ei propriè ſimilis inuenitur. Aqua ſiquidem, quæ fit aer, non remanet aqua, cum tamen hic verbum, quod fit caro, remaneat verbum: & homo, qui fit albus, nõn fit albedo, cũ tamen hic verbum, quod fit carneum, fiat caro: & vniuerſaliter nec materia fit forma, nec forma fit materia, licet magna ibi mutatio interueniat, inquantum materia informatur à forma, cum tamen hic verbum ſine vlla ſui mutatione fiat alterum extremum, ſcilicet caro, etiam quod non informet ipſum, ſeu ipſam.

Hæreſes excluduntur p̃ tex.

Supra omnem rationis naturalem captũ Incarnationis myſteriũ eſt.

EADEM QVOQVE particula concluſionis, ſcilicet vniuit eam ſibi ſubſtantialiter, demonſtratur ex text. vnigenitus

Digitized by Google

nitus Dei Filius enarrauit nobis. Per hæc enim verba contextui prius ab Euangeliſta dicti coniuncta (ut ſupra declarauimus) importatur: quod vnio diuinæ, & humanæ naturæ facta eſt in perſona diuina: Verbum autem vniſſe ſibi naturam humanam in ſuam et diuinam perſona eſt ipſum eam ſibi vniſſe ſubſtantialiter. Nam perſona diuina, in qua fit unio, non eſt accidens, ſed ſubſtantia. Vnde in ſexta Synodo, poſt mentionem factam de hæreſi Theodori, & Neſtorij ponentium vnionem hanc factam eſſe accidentaliter, dicitur. Sancta verò Eccleſia, perfidiæ impietatem reijciens, vnionem verbi Dei ad carnem ſecundum compoſitionem confitetur, quod eſt ſecundum ſubſiſtentiam. Hæc ibidem. Pro eodem verò nunc ſumitur, vniri ſubſtantialiter, & ſecundum ſubſiſtentiam.

PARTICVLAM AVTEM illam, ſcilicet in fine temporum, demonſtrat eſſe veram Euangeliſta dicendo. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Iſte enim fuit Præcurſor Verbi incarnati, iuxta illud, quod ſequitur, Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine: & præceſſit incarnationem verbi menſibus ſex, iuxta illud Angeli ad Beatam Virginem, Luc. primo. Hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis, idest Eliſabeth, quæ fuit mater illius Ioannis. Cum ergo Ioannes natus ſit in fine temporum (regnabat enim Auguſtus tunc, Luc. ſecundo,) Conſequens neceſſario eſt, quod verbum ſit caro factum in fine temporum. Porrò per finem temporum intellige finem ſeculorum, iuxta illud, primo Corinthiorum decimo. Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt: & hæc eſt ætas ſexta, ſiue ſenectus mundi, de qua propter abundantiam inæſtimabilem diuinæ pietatis ſuper nos in opere Incarnationis relucentem, dictum eſt in Pſalmo nonageſimoprimo. Senectus mea in miſericordia uberi. Quod totum ab Apoſtolo vocatum eſt, Plenitudo temporis: Galat. 4.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Filius Dei aſſumpſit eam abſque vllo peccato, & ignorantia: demonſtratur ex tex. Plenum gratię, & veritatis. Patet ſiquidem, quod gratia Dei, quantumcunque minimi gradus ſit, non poteſt ſtare cum peccato mortali, ſecunda, ſecundæ, quæſt. 24. artic. duodecimo. Et ex terminis conſtat, quod veritas atque ignorantia ſimul ſe compati non poſſunt. Cæterum dicet quis. Cum vltra peccatum mortale, detur ueniale, quod ſimul cum gratia manere poteſt, 1. ſecundæ, quæſtione octuageſimanona, articulo primo, & ſecunda, ſecundæ, quæſtione 24. art. 10. Quomodo per hoc; quod verbum eſt plenum gratiæ ſufficienter probatum eſt, Quod verbum caro factum, ſit abſque vllo peccato? Gratiæ enim plenitudo videtur poſſe compati ſecum veniale peccatum: quoniam tale peccatum non ſolum non excludit, ſed nec diminuit charitatem, ſecunda, ſecundæ, quæſtione vigeſimaquarta, articulo decimo. Quæ gratiæ comes indiuidua eſt, prima, ſecundę, quæſtione 110. artic. 3. 4. Reſpondetur, quod per illud dictum, Plenum gratiæ, probatum eſt non tantum ſufficienter, ſed etiam ſufficientiſſimè: quod verbum caro factum eſt abſque vllo peccato. Nam licet gratia, & quædam etiam plenitudo gratiæ, poſſit compati ſecum aliquod peccatum veniale (vt ab interrogante adducitur:) tamen plenitudo gratiæ, de qua ibi Euangeliſta loquitur, nec veniale, nec veniaſſimum peccatum, immò nec potentiam peccandi, poteſt ſecum admittere. Propterea dicebatur: quòd per illum textum, Plenum gratiæ, probata fuerat ſufficientiſſimè, & non tantum ſufficienter, illa pars concluſionis, ſcilicet abſque ullo peccato. Idem ergo eſt dicere, Quod verbum caro factum, eſt plenum gratiæ, quod eſt dicere: Filius Dei incarnatus, ſecundum quod homo, fuit ſemper abſque ullo peccato, & in actu, & in potentia, ideſt nunquam peccauit, nec peccare potuit, quantumcunque leuiſſimè.

Dubij pradicti ſolutio notabilis per totum.

Ad cuius reſponſionis euidentiam ſciendum eſt: quod plenitudo gratiæ poteſt dupliciter conſiderari. Primò, ex parte gratiæ: ſecundò ex parte habentis gratiam. *Primo.* Primò quidem modo dicitur eſſe plenitudo gratiæ ex eo, quod aliquis pertingit ad ſummum gratiæ, & quantum ad eſſentiam, & quantum ad virtutem gratię: quia ſcilicet habet gratiam, & in maxima excellentia, quæ poteſt haberi, & in maxima extenſione ad omnes gratiæ effectus. Nam & ſecundum nominis, Pleni, etymologiam idipſum patet: quoniam illud plene haberi dicitur, quod perfectè, ac totaliter, habetur. Totalitas autem (vt apud nos experientia docet) ſeu perfectio poteſt attendi dupliciter, ſcilicet, vel quantum ad quantitatem eius intenſiuam (puta, ſi dicam: aliquem plenè habere albedinem, ſi habeat eam, quantum nata eſt haberi) vel quantum ad eius virtutem (puta, ſi quis dicatur plenè habere vitam, quia habet eam ſecundum omnes effectus, ſeu opera, vitæ: quomodo dicimus, hominem plenè habere vitam, non autem animal irrationale, nec plantam.) *Plenitudo tum gratia, tũ veritatis duplex.* Secundo autem modo, ſcilicet ex parte ſubiecti habentis gratiam, dicitur gratiæ plenitudo: quando aliquis gratiam habet plenè ſecundum ſuam conditionem, ſiue ſecundum intenſionem eſſentiæ (prout, ſcilicet in illo gratia eſt intenſa vſque ad terminum et præfixum à Deo, ſecundum illud Epheſ. quarto. Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti) ſiue ſecundum extenſionem virtutis (prout ſcilicet ille habet facultatem à gratia ſufficientem ad omnia pertinentia ad ſuum ſtatum, vel officium: iuxta illud Epheſ. 4. Mihi ſanctorũ minimo data eſt gratia hæc, illuminare omnes &c.) Porrò, plenitudo gratiæ primo modo dicta, ſcilicet ex parte gratiæ, competit ſoli Chriſto, ideoque de hac plenitudine intendebat Euangeliſta, dum ſingulare quoddam de verbo dicturus, præmiſſa viſione ſua gloriæ eius quaſi vnigeniti à Patre, ſubiunxit, Plenum gratiæ, & ueritatis. Et quia ueritatem coniunxit gratiæ: ideò tenendum eſt, quod de conſimili plenitudine veritatis, quæ ſcilicet ex parte ueritatis ſiue ſecundum eſſentiam, ſiue ſecundum virtutem attenditur, loqui ſpecialiter intenderit, quæ etiam veritatis plenitudo nulli, niſi Chriſto, conuenit. Gratiæ autem (&, à ſimili, veritatis) plenitudo ſecundo modo dicta, ſcilicet ex parte ſubiecti recipientis illa, conuenit & Chriſto, & alijs, per Chriſtum tamen ipſis communicata. Hanc enim communicationem ab eo gratis factam, ne quis glorietur (quandoquidem nemo habet de ſuo, niſi mendacium, & peccatum. Vt verbis Concilij Arauſicani, Canon. 22. vtar) ſignanter indicauit Euangeliſta dicens, De plenitudine eius nos omnes accepimus. Duplicem ergo tum gratiæ, tum veritatis, plenitudinem habet verbum caro, ſeu (quod idem eſt) Chriſtus: vnam communicabilem, alteram incommunicabilem, & conſequenter hanc ſibi ſoli propriam, illam uerò non item. Exponatur ergo textus ſic. Plenum gratiæ & veritatis, ſcilicet plenitudine nulli membrorum ſuorum communicanda, & plenitudine aliquibus ipſorum quandoque communicanda. Vide pro huius rei meliori captu 3. de Sal. quæſtione 7. art. nono, decimo, duodecimo.

PRAEMISSORVM Applicatio propior ad Reſpon.

DICEBATVR ſupra pro reſponſione: quod plenitudo quædam gratiæ erat in Chriſto, quæ nullum omninò peccatum, immò nec vllam vmbram peccati, poterat unquam ſecum admittere: concedendo tamen, quod quædam alia plenitudo dabatur, quæ ſecum aliquod peccatum compatitur in illis tantum, in quibus ipſa ſola reperitur, ideſt non in Chriſto, ſed in alijs. Declaro ſingula. *Primo.* Plenitudine gratiæ, quantum eſt ex parte ipſam habentis, fuerunt repleti Apoſtoli in die Pentecoſtes, Actu ſecundo, fuit & Beatus Stephanus plenus, Actu. ſeptimo, & Beatus Ioannes Baptiſta, adhuc ex utero Matris ſuæ repletur, Luc. 1. & plenitudinem ſimilé, inquantum, ſcilicet ſufficit ad merendum uitam æternam, & ad explendum officia neceſſaria cuiuſque ſtatui, deſiderat Apoſtolus omnibus ſanctis uiatoribus dicens,

Epheſ 4.

Digitized by Google

Ephef. 4. Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei, Beata quoque virgo Maria ab Archangelo dicitur, Luc. primo. Gratia plena: & tamen hi omnes, excepta Beata virgine, peccauerunt aut venialiter, dum actu in plenitudine illa gratiæ perſeuerarent, aut mortaliter, excluſa à ſe per hoc gratia totaliter, ideoque à fortiori gratiæ plenitudine. Venialiter quidem ſolum peccarunt Apoſtoli (vt de eorum principe patet, Galat. ſecundo. Quia reprehenſibilis erat) Stephanus, Ioannes Baptiſta (vt à ſimili ſaltem conſtare poteſt. Si enim Petrus, qui prima Eccleſiæ columna erat, Galat. 2. Non fuit a veniali peccato immunis: quis aliquem aliorum nunquam peccaſſe uenialiter, affirmare audebit?) mortaliter verò peccarunt quidam de illis alijs viatoribus ſanctis, ſanctitate amiſſa. Vnde Concilium Triden. ſeſſ. 6. Canon. 23. ait. Si quis hominem ſemel iuſtificatum dixerit, poſſe in tota vita peccata omnia etiã venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio (quemadmodum de Beata virgine tenet Eccleſia:) anathema ſit. Hæc ibidem. Ecce: quod quædam plenitudo gratiæ veniale compatitur (vt dictum ſupra fuerat;) & conſequenter de hac plenitudine præciſè, non loquitur ille tex Plenum gratiæ, & veritatis. De plenitudine igitur ſpecialiſſima loquitur principaliter, & conſequenter hanc ſoli Chriſto attribuit, ſicut & eſſe vnigenitum à patre: quandoquidem (vt ex contextu colligitur) exiſtit in anima Chriſti plenitudo hæc, tanquam præfulgidum ornamentum pro dignitate unigeniti à patre, cuius eſt illa anima, ſingulari artificio confectum. Hinc & alia de hoc ratio magna conſurgit: quæ eſt maxima ipſius animę propinquitas principio influenti gratiam, & veritatem. Scimus enim (docente etiam experientia:) quod quanto magis aliquod receptiuum eſt propinquum cauſæ influenti, tanto abundantius recipit influxum. Cum igitur anima humana illius vnigeniti à patre ſit prę omnibus creaturis tum præteritis, tum in actu quandoque creandis, tum in potentia tantummodò creabilibus, propinquior Deo gratiæ & veritatis authori, vtpotè ei perſonaliter unita, concludendum firmiſſimè ex textu relinquitur: quod anima ipſa habet quandam gratiæ & ueritatis plenitudinem ſibi propriam omnibus alijs plenitudinibus excellentiorem.

Peccant venialiter omnes puri homines: excepta B. Virgine.

Secundo.

QVOD AVTEM ISTA omnis gratiæ & veritatis copioſiſſima plenitudo nullum peccatum, nullamque ſecum peccandi facultatem compati poſſit (vt ſuprà dicebatur) patet ex abundantiſſimo gratiæ ipſius cumulo. Si enim gratia quantuncunque minima non ſecum admittit peccatum mortale: conſequenter eſt, quod quanto fuerit maior gratia tantò magis à talis peccati conſortio elongabitur, ideoque venialia etiam, vt quæ ad mortale diſponant, prima, ſecundæ, quæſtio. 88 articulo tertio, iuxta ſuum poſſe proportionaliter euitabit, ideſt illum, in quo eſt, euitare faciet (recolendo ſæpius illud cum tremore, Eccleſiaſtici decimonono. Qui ſpernit modica, paulatim decidet, & illud Prouerb. decimonono. Qui negligit uiam ſuam, mortificabitur.) At, dices. Nonnè talem gratiam habens poterit peccare etiã mortaliter, quamuis non peccet, niſi uenialiter, & rarò? Vtique ſi nihil aliud pro ipſius plenitudinis complemento ad datur continua aſſiſtentia auxilij diuini efficacis ad euitandum mortale, prima, ſecundę, quæſtio. 109. artic. nono. Si uerò tanta ſit gratię illius altitudo, vt non quã doque ſolum, etiam frequentius, ſed ſemper ſine vlla etiam minima intermiſſione in Deum per intimam eius cõtemplationem immediatè intendat: hæc procul dubio (vt ex terminis patet) nullam cum peccato quocunque ſocietatem habere poteſt. Quare hic, vel ille peccat? Quia in Deum actu non fertur. Si enim actu ſuo in Deum ferretur, ideſt Deo per cognitionem & amorem actualiter inhæreret, non poſſet, dum ſic ei coniungeretur, peccare. Nam peccare eſt à Deo per amorem diſiungi. Vnde tunc ſolum quando aliquis non fertur actu in Deũ, poteſt ei occurrere aliquid ab itinere in Deum vel totaliter remouens, (hoc eſt peccatum mortale) uel ſaltem retardans, (hoc eſt peccatum veniale.) Si ergo quis feratur ſemper actu in Deum, nec poſſit non ferri ſemper actu in ipſum. (quod

Origo peccandi, & non peccãdi.

eſt proprium comprehenſorum :) talis non ſolum nunquam vllo modo peccabit, ſed nec peccādi potentiam habebit, ideſt peccare nunquam poterit. Implicat enim contradictionem, quod ſtent ſimul termini iſti, ſcilicet ferri actu in Deum, & peccare. Vnde & iſti non poſſunt (contradictione impediente) ſtare ſimul, ſcilicet ferri ſemper actu in Deum, & aliquādo peccare: ſimiliter & iſti, ſcilicet non poſſe non ferri ſemper actu in Deum, & poſſe peccare. Quia igitur Chriſtus ab initio ſuæ ſanctiſſimæ Conceptionis in virginali ventre materno fuit perfectiſſimus comprehenſor, ideſt actu ſemper neceſſaria, clara, & continua viſione vidēs Deum, ipſoque fruens, 3. de Sal. quæſt. 15. art. 10. & quæſt. 34. art. 4. & quæſt. 46. art. 8. Ideò impoſſibile erat, contradictionemque ſecum trahebat, quod Chriſtus aliquando peccaret, vel etiam peccare poſſet.

PRAEDICTA OMNIA DE omnimoda impeccabilitate Chriſti veriſſima ſunt: propter rationem irrefragabilem comprehenſibilitatis adductam. Sed ſuper omnia, & radix omnium, ratio hęc eſt, quia Chriſtus erat vnigenitus Dei patris. Hinc enim quoniam, & peccatum omne remotiſſimum eſt à Deo, prima, ſecundę, quæſt. 79. art. 1. item 1. q. 63. articulo primo, & in coniunctione ad Deum beatitudo creaturæ conſiſtit, prima quæſt. vigeſimalexta, artic. 3. procedebat neceſſario: quod anima Deo perſonaliter vnita & omni peccato, ſimulque peccandi potentia careret, & coniunctione minori, ſcilicet per cognitionem Dei claram, prima, ſecundæ, quæſtione tertia, articulo octauo. Vtpotè ab illa perſonali, quæ maior eſt, quaſi per redundantiam cauſata, coniungeretur Deo. (Quod ultimum eſt, eſſe comprehenſorem.)

QVINTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Vnigenitus Dei incarnatus, ſecundum quod homo, cum hominibus uiſibiliter conuerſatus, tandemque ex obedientia pro ipſis patri immolatus eſt, demonſtratur ab Euāgeliſta ex tex. Habitauit in nobis, & tex. Ecce Agnus Dei. Exponitur enim ſic ille tex. Habitauit in nobis, ideſt inter homines conuerſatus eſt. Id quod habetur ex Prophetia illa Baruch 4. Poſt hæc in terris uiſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Nam pro correſpondentia ad particulam illam, In terris viſus eſt, Euangeliſta ponit, Verbum caro factum eſt (in cuius ſignum Eccleſia vtitur frequenter hoc verſiculo die Natalis Domini, quando, ſcilicet in terris uiſus eſt) pro correſpondentia verò ad particulam illam. Cum hominibus conuerſatus eſt, ſubdit, Habitauit in nobis: Et benè poſt Incarnationem, quam importat, Verbum caro factum eſt, apponit immediatè conuerſationem eius dicens, Et habitauit in nobis (licet non tunc ſtatim, ſed poſt ſuo tempore actualiter palam conuerſatus ſit:) vt ex iſta ſententiarum proximitate det nobis intelligere, qualis fuerit eius inter homines conuerſatio: quod ſcilicet fuit talis, ut conueniret fini Incarnationis. Ac ſi per talem contexturam diceret. Habitatio, id eſt. Conuerſatio, verbi incarnati nobiliſſi tota, ordinata fuit ad exequendum finē incarnationis, ideſt illa, propter quæ verbum ipſum caro factum fuerat. In hac ergo breuiſſima Euangelij textura continetur implicitè, quod in cōuerſatione Chriſti practicaliter executioni mandatum eſt, quicquid intendebat verbum per Aduentum ſuum in mundum facere. Quid intendebat? Id, quod eſt explicatum, Ioan. decimonono. Ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati. Et Luc. 4. Oportet me Euangelizare regnum Dei, quia ideò miſſus ſum. Et 1. Timot. 1. Chriſtus uenit in hunc mundum, peccatores ſaluos facere. Et Rom. 5. Per Chriſtum habemus acceſſum ad Deum per fidem. Et 1. Ioan. 3. In hoc apparuit filius Dei, ut diſſoluat opera Diaboli. Et Ioan. 10. Ego ueni, ut vitam habeant, & abundantius habeant. Conuerſatio ergo Chriſti ſecundum illam Euangelij texturam tota conſummata eſt in perhibendo teſtimonium ueritati, & in Euangelizādo regnū Dei, & in faciēdo ſaluos peccatores, & in dādo nobis fiduciā pp ſum accedēdi ad Deū, & in diſſoluēdo opera Diaboli,

Conuerſatio Chriſti nobiſcum, i quo cōſiſtebat.

Diaboli: & in procurando tum uerbis, etiam per orationes ad Deum directis, tum multiplicibus, mirabilibuſque, ac exemplaribus factis, ut haberemus uitam non qualicunque modo tantum, ſed abundantius (quod totum per ſingula patet paſſim in Euangelijs.) Porrò, quia conuenientiſſimum eſt, ut is, qui cum aliquibus conuerſatur, ſe eis in conuerſatione (quantum decet) conformet, ſecundum illud, primo Corinth. nono. Omnibus omnia factus ſum: ideò Chriſtus ijs, cum quibus conuerſabatur, ſe conformare uoluit in cibo, & potu, iuxta illud Matth. vndecimo. Venit filius hominis manducans, & bibens, ideſt utens illo uictu, quo communiter Iudæi utebantur (ut patet ex oppoſita comparatione ibidem. Venit Ioannes non manducans neque bibens, ideſt non utens uictu illo, quo utebantur communiter Iudæi;) ſed & in veſtitu (unde & à Samaritana pro Iudæo eſt agnitus, Ioan. quarto. Et quod fimbrias portaret, quod ſoli Iudæi ex lege faciebant, apertè deſcriptus, Matth. 9. decimoquarto,) & tandem in ſepultura, ſecundum illud Ioan. decimonono. Ligauerunt corpus linteis cum aromatibus: ſicut mos eſt Iudęis ſepelire. Quia item Euangelizandi officio congruum eſt, Prædicatores à rerum ſecularium cura omninò eſſe abſolutos: & ut ſe totaliter prædicationi dedicent (ut patet ex eo, quod Dominus ad prædicandum mittens diſcipulos dixit eis. Nolite poſſidere aurum, neque argentum,) & nè, ſi de pecunia, vel de ſimilibus, ſe intromitterent prędicatio eorum cupiditati aſcribatur (vt colligitur vniuerſaliter ex Beato Hieronymo, ſuper Matth. dicente. Si Diſcipuli Chriſti, diuitias habuiſſent, viderentur non cauſa ſalutis hominum, ſed cauſa lucri, prædicaſſe:) ideo Chriſtus conuenientiſſimè pauperem vitam elegit. Quia etiam eos, qui volunt alios à peccatis ad bonam vitam reducere, decet, immò & oportet: vt ipſi ſecũdum legis pro tempore vigentis mandata viuant (quandoquidem magis mouent exempla, quã verba:) ideò Chriſtus voluit ſecundum legem, quæ tunc vigebat in omnibus cõuerſari, ſecundum illud, Galat. 4. Miſit Deus filium ſuum factum ſub lege, & illud Matth. 5. Non veni legem ſoluere, ſed adimplere. Ex præmiſſis ergo omnibus expones ſic Euangeliſtæ ſupradictam texturam, verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, ideſt Chriſtus cum hominibus viſibiliter eſt conuerſatus, communem in victu atque veſtitu cum eis vitam ducens, ſed tamen pauperem, ac ſecundum iudicium legis irreprehenſibilem: & hoc totum, vt conuerſatio ſua correſponderet fini in carnationis.

Epilogus expoſitionis totius text. Verbum &c. Et hab. in nob.

ALTERA PARTICVLA, ſcilicet immolatus eſt Patri ex obedientia pro nobis, patet ex eo: quod verbum caro, ideſt Chriſtus, vocatur ab Euangeliſta Agnus Dei. Agnus enim erat animal immolaticium (vt patet in libro Exodi, &c.) & cæteris animalibus immolaticijs præponebatur in hoc, quod ipſe erat iuge ſacrificium (Exodi 29. Numer. 28.) Chriſtus ergo metaphoricè vocatur agnus, vt hinc oſtendatur, quod erat immolandus, tali immolatione, cuius virtus iugiter permaneret: ſecundum illud, Hebręo. 10. Vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Hoc eſt: illa oblatio ſemel facta ſufficiens eſt ad ſanctificandum conſummatè, ideſt perfectè, homines pro quocunque tempore, etiam ſi tempus in ſempiternum duraret, & illius oblationis virtus in ſempiternum quoque æuum perſeuerabit, quoniam, quod ſanctificati per ipſam in ſeculo præſenti poſtea beatificentur in uita æterna, procedit exinde, ideſt ab illa oblatione. Quò ad virtutem ergo illam Agnus Chriſtus eſt occiſus ab origine mundi, Apocal. decimotertio, & ſempiterna ſanctificatorum beatitudo uocatur cœna magna nuptiarum Agni, ibidem decimonono, & ipſius ciuitatis, ubi tam bonæ nuptię celebrantur, lucerna eſt Agnus, ibidem vigeſimoprimo. Meritò itaque Verbum caro dictum eſt Agnus: cum ipſum magis abſque proportione excellentius, præ illo figurali Agno, ſit iuge ſacrificium. Propterea, ad tantam ſuæ immolationis excellentiam intimandam Agno apponitur articulus in Græco: puta, ſi Latinè dicamus, Ecce ille Agnus.

Agnus Chriſtus quomodo ſit iuge ſacrificium, &c. per totum.

Nota emphaſim in articulo Ille. Ac ſi dicat. Ecce Agnus ille, qui à lege in ſuis omnibus ſacrificijs præfigurabatur: Ille, qui à Prophetis ſub multis nominibus prænunciabatur; Ille, qui à iuſtis omnibus magno deſideriorum æſtu quotidiè expectabatur; Ille, qui in eſſe, ſine macula, in innocentia, in immolationis virtute (vt ſuprà declaratum eſt) nunquam habuit, nec habet, nec habebit, parem. De quo audi Beatum Auguſtinum dicentem. Iſte ſingulariter dicitur Agnus, ſolus ſine macula, ſine peccato, non cuius maculæ abſterſæ ſunt, ſed cuius macula nulla fuerit. Singulariter hic eſt Agnus Dei: quia ſingulariter huius Agni ſanguine ſolo homines redimi potuerunt. Hic eſt Agnus, quem lupi timent: qui Leonem occiſus occidit. An non & Ioannes eſt Agnus innocens? Sed omnes ex illa propagine veniunt, de qua cantat gemens Dauid: In iniquitatibus conceptus ſum. Solus ergo ille Agnus, qui non ſic uenit (non enim in iniquitate cõceptus eſt, nec in peccatis mater eius in utero eum aluit:) quem uirgo concepit, uirgo peperit. Hæc ille. Porrò Agnus Dei dictus eſt in textu, non tantum quia à Deo fuit miſſus, ſed (ſpecialiter in hoc loco) quia ex uoluntaria obedientia ad Deum patrem, pro nobis hędis ut ex hędis faceret agnos, & oues, Matth. 25. Ioan. 21. eſt ei immolatus. Sicut etiam dicere conſueuimus, Hęc oblatio eſt talis hominis, ideſt, quam talis homo obtulit: ſic & Chriſtus dicitur Agnus Dei, dãtis, ſcilicet filiũ ſuum, pro noſtra ſalute in mortem. Rom. 8.

SEXTA PARS Concluſionis.

SCILICET, verbum caro, ſecundum quod Deus eſt, omnia totius mũdi peccata per abſolutam poteſtatem abſtulit, demonſtratur ab Euangeliſta ex text. Ecce qui tollit peccata mundi. Ad differentiam, ſcilicet Agni figuralis, qui multum omninò tulit ab homine peccatum: iuxta illud. Heb. 10. Impoſſibile eſt: ſanguine taurorum, & hircorum (intellige à ſimili, aliorum brutorum) auferri peccata. Patet igitur veritas concluſionis ex eo: quod non dicitur de figurato Agno, quod quaſi mendicans authoritatẽ ab alio, tollat peccata: ſed quod ipſe tanquam poteſtatem primariam habens tollat illa. Nam ſimpliciter, ideſt nullo addito dicitur in textu: Ecce q. tollit peccata. Hoc autum, ſcilicet auferre peccata per poteſtatem primariam, conuenit ſoli Deo, ut Deus eſt: ſecundum illud Iſa. 43. Ego ſum, ego ſum ipſe: qui deleo iniquitates tuas propter me. Vbi etiam explicatur, quod in textu Euangelico tacetur quamuis ſubintelligatur, ſcilicet cauſa, quare Deus deleat iniquitates noſtras. Quæ eſt illa? Propter me, vt ex Propheta illo & nos explicitè dicamus hic: Ecce, qui tollit peccata ꝓpter ſemetipſum, ideſt ex bonitate ſua motus, nõ ex meritis mundi, ſecundũ illud ad Tit. cap. 3. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit, ſcilicet à peccatis noſtris. Per peccata, intellige hic, & originalia (ſunt enim plura ſecundum numerum ſubiectorum, licet ſit ſolummodo unum, ſecundum quod ad primum principium refertur, ſcilicet ad Adam, cuius unum tãtum peccatum per originem traducitur, 1.2.q.81.art.1.& q.82.art.2.) & actualia, tum mortalia, tum uenialia (differũt enim à ſe inuicẽ, 1.2.q.88.art.1.2.) & defectus oẽs ex quolibet ipſorum peccatorũ conſequentes, ſiue ſint ſpirituales ſiue corporales vt macula in anima, &c. mors, febris, &c. de quibus diffuſè habes in 1.2. q. 85. art. 3.4.5. & q. 86. art. 1.2. & q. 87. art. 1. 2.3.4.6.7.)

Quid intelligatur in textu ꝑ peccata mundi, & quę, &c.

CAETERVM SICVT Agnus ille, ut Deus, fecit omnia in tempore ſuo, ideſt opportuno, quandoquidem omnia diſpoſuit in numero pondere, & menſura, Sap. 11. ita peccata ipſa cum ſuis annexis (ut declaratum eſt) tollit in tempore ſuo, ideſt in tempore ablationi cuiuſque ipſorum determinato: puta uel hic, uel in futuro, uel in nouiſſimo die. Hic: Vt peccata formaliter ſumpta, ideſt quatenus dicunt offenſam Dei, & maculam in anima: Hic partim, & partim in futuro, ſcilicet in purgatorio: vt effectus peccatorum quò ad reatum pœnæ temporalis (niſi reus totaliter ſatisfecerit

rit

rit hic :) In nouiſſimo die, vt effectus peccatorum quoſcunque per glorioſam Reſurrectionem 3. de Sal. Addition. quæſtione 75. artic. 1. 2. & quæſtione 76. artic. 1. & quæſtione 82. artic. 1. & quæſtio. 83. artic. 1. & quæſtione 84. artic. 1. & quæſtione 85. artic. 1. & quæſtione 92. artic. 1. 3. & quæſtione 95. artic. 1. & quæſtione 96. artic. primo, quinto, ſexto, ſeptimo, decimo. Sed quia non à toto mundo, ideſt non ab omnibus in mundo pro tempore exiſtentibus, tollentur peccata formaliter ſumpta, nec illis annexa (vt de infidelibus patet, & de omnibus alijs morientibus in peccato mortali :) ideò oportet pro bono ſenſu, textum loquentem vniuerſaliter, exponere ſic, Ecce Agnus, qui, quantum eſt in ſe, tollit peccata totius mundi, omnia, ſcilicet cum omnibus ſuis annexis. Quòd verò iſtis, vel illis, non tollantur hæc omnia, neque hic neque in futuro, nec per conſequens reſurgant glorioſa Reſurrectione, quæ cōplectitur omnia ſuperius citata de Additionibus, hoc totum ex defectu mundi procedit, & conſequenter non facit, quod ſententia illa de operatione Agni ſit falſa, quoniam de Agno formaliter, ideſt de Agno quātum eſt ex parte Agni, intelligitur. Sic etenim, ideſt formaliter ſolet loqui ſcriptura, & vera eſt : quamuis poſtea materialiter, ideſt ex uitio hominum, de quibus loquitur ſcriptura, eueniat contrarium. Vt eſt ibi, Ioan. 6. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum, ſcilicet quantum eſt ex parte panis. Et ibid. Caro mea eſt pro mundi uita, ſcilicet quantum eſt ex parte carnis ſub ſpecie panis manducatæ. Et ibidem. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Item. Qui manducat me [en quod ex reali concomitantia ſub pane illo eſt totus Chriſtus, alioquin de manducante panem illum non diceret, Manducat me] uiuet propter me, ſcilicet quantum eſt ex illa manducatione. Sicut ergo cum iſtarum ſententiarum ueritate ſtat, quod aliqui manducantes illam carnem, illum panem, bibenteſque illum ſanguinem, non habeant uitam æternam, non maneant in Chriſto, neque uiuant propter eum, ſed pereant in æternum : ita cum ueritate formali (ut explanatum eſt) huius ſententiæ, Agnus tollit peccata mundi, ſtat ſimul, quod a multis hominibus in mundo hoc uiuentibus nō tollantur ab Agno peccata, neque peccatis annexa.

Nota Formales locutiones nè decipias teipſum in ſenſu ſcripturarum.

QVI TOLLIT (inquit) peccata mundi. In præſenti dicit, Tollit: ad denotandum, quod erit, comparatiuè ad tempus in quo præcurſor Chriſti hæc de eo loquebatur, dies una aliquando: cum Agnus iſte omnia mundi peccata tum præterita, tum præſentia, tum futura, ſimul tollet. Et quæ fuit illa dies, quando tantam ſimul peccatorum omnium ſtragem fecit ? Dies immolationis Agni, ideſt paſſionis, mortiſque eius in Cruce. Tunc enim omnia, quantum fuit ex parte immolationis ipſius, omnium peccata in ſanguine pretioſiſſimo Agni ſubmerſa ſunt : ſecundum illud præfiguratum de uniuerſali morte Aegyptiorum in mari rubro, Exodi 14. De quo præfigurato per Agni mare rubrum, ideſt per ſanguinem abundantiſſimè effuſum adimplendo, dixit etiam Propheta, Pſ. 105. Operuit aqua tribulantes eos, unus ex eis non remanſit. Proinde hac uniuerſaliter à ſe facta omnium noſtrorum peccatorum oblatione in die illa, Agnus iſte mediantibus Sacramentis à ſeipſo inſtitutis, tollit etiam quotidie peccata particulariter, ideſt ab iſto, & illo, particulari Sacramenta ipſa ſuſcipiente. Ex his de Agno dictis, patet: quod Agnus iſte, per deſcenſum ad humilitatem noſtram, non dimiſit altitudinem ſuam, ideſt etiam quod factus ſit uerus homo, remanſit tamen uerus Deus (contra multos hæreticos uerbis uel apertis, uel quomocunque uelatis, dicentes contrarium.) Niſi enim exiſtens homo, remanſiſſet Deus, non potuiſſet Agnus ille per primariam poteſtatem, etiam ſui immolatione peracta, tollere peccata mundi: cuius tamen oppoſitum B. Ioannes Baptiſta ijs verbis, Ecce Agnus qui tollit peccata mundi, teſtatus eſt (ut nos in concluſione capituli poſuimus, poſteaque probauimus.) Ergo idem Ioannes præcurſor dicendo, quod Agnus propria authoritate tollit peccata, confitetur ſimul : quod Saluator noſter, qui in ſui immolatione

Text. Tollit, magna myſteria continet.

Digitized by Google

procul dubio eſt Agnus, in noſtrorum peccatorum authoritatiuè ſimpliciter ablatione procul dubio ſit Deus.

CONFIRMATIO Concluſionis Tertiæ.

CONTRA HOSTES Eccleſię Sanctę Dei.

QVOD Filius Dei naturã humanã aſſumpſerit abſque ulla ſuiipſius mutatione, vide ex ſacroſanctis ſcripturis, uel Concilijs &c. definitũ eſſe in Elucidationibus, 3. de Sal. q. 1. àrtic. 1. 2. Quod in ſuam diuinam perſonam, ibid. quęſt. 2. artic. 2. & quæſt. 4. artic. 2. 3. Quod non à principio, neque in ultimo fine, mundi aſſumere debuit illam, ſed in medio annorum, ideſt in ſexta mundi ætate, ibid. quæſt. 1. artic. 5. 6. Quòd naturam integram aſſumpſit, ibid. quæſt. 2. artic. 4. 5. 6. Quod Verbum, ideſt Filius Dei, non pater, nec Spirituſſanctus, ibid. quæſt. 3. artic. 1. 8. Quod verè, non phantaſticè aſſumpſit ea, quæ aſſumpſit, ibid. quæſt. 5. artic. 1. 2. 3. 4. Quod gratia Dei in anima aſſumpta eſt plenitudine quadam ſibi propria, nulli alteri communicabilis, ibidem quæſt. 7. artic. 10. Et unionem ipſam ſubſequitur, ibid. articu. 13. Item: quod Agnus Chriſtus fuerit, ut homo, in Cruce immolatus, ex obedientia: & quod, ut Deus, tali immolatione, & morte tulerit omnia peccata mundi, ibid. quæſt. 46. artic. 1. 2. 3. 4. 12. & quæſt. 47. articu. 2. 3. & quæſtione 49. articu. 1. 2. 3. 4. 5. & quæſtione 50. artic. 1. 6. Quod non aſſumpſerit, neque habuerit ullum peccatum, nec ignorantiam, immò nec potentiam peccandi, nec ignorandi, ibidem quæſt. 15. artic. 1. 2. 3. & quæſt. 9. art. 1. 2. 3. 4. & quæſtione decima, vndecima, duodecima, articulis cuiuſque ſuis.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. I.

MISERVNT Iudæi ab Hieroſolymis, Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, ut interrogarent eum, Tu quis es? & confeſſus eſt: quia non ſum ego Chriſtus. Ecce: hic ad literam manifeſtum eſſe: quod tunc temporis primores Iudæorum tenebant pro certo, quod Meſſias aut natus erat in mundo, aut de propinquo naſciturus. Ab effectu enim clariſſimo hoc de illis manifeſtum eſt. Nam ſi Iudæi illi præmiſſam de Meſſia opinionem certam non habuiſſent, non fecisſent hunc effectum, qui ab Euangeliſta hic deſcribitur, ideſt nõ miſiſſent Sacerdotes, & Leuitas ad Ioan. vt interrog. eum, an eſſet Meſſias. Ridiculum enim eſt: mouere quæſtionem de vna re in præſenti, ideſt utrum ſit nunc, quam non expectas uenturam, niſi hinc ad longum tempus, puta ad mille annos. Vnde fit: ut quando aliquem, præcipuè ſi eum eſſe prudentem ſcias, uideris quærentem de aliquo, an uenerit: tu mox, ratione naturali dictante, aſtringaris affirmare, quod talis taliter quærens expectat illum aut tunc uenisſe aut de proximo uenturum. Quis enim ſapiens (inquis) contrarium huius concipere poſſit? Iudæi ergo ab Hieroſolymis, ideſt alij & nobiliores, & doctiores (ciuitas enim primaria, & ubi magis uigebat ſtudium legis, ac Prophetarum, erat Hieroſolyma) per hoc quod mittunt ad quærendum, an de præſenti uenerit Meſſias, ipſi de ſemetipſis ſic manifeſtè fatentur, quod pro certo tenent, Meſſiæ Aduentum inſtare tunc, ut hoc ipſum nulla tergiuerſatione celari poſſit. Cæterum dicet quis. Vnde moti ſunt illi Iudæi ad hanc opinionem firmiter tenendam? Ex ſcripturis apertè, aduentum Meſſiæ tunc adeſſe, proteſtantibus. Iam enim dictum eſt, quod ſtudium legis, & Prophetarum, uigebat plus Hieroſolymis, unde illi erant, quam alibi: maximè autem, inter alia ſtudia præeminebat apud Iudæos ſtudium de Aduentu Meſſiæ, ſicut & maximè ab antiquiſſimis etiam temporibus illum deſiderarunt (ut patet in Abraham, Moyſe, Dauid, &c.) Inuenerunt ergo, dum ſtudebant legi, quod eorum uenerabilis Patriarcha Iacob de Meſſia teſtatum hoc ipſis reliquerat, Geneſis quadrageſimonono. Non auferretur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec ueniat, qui mittendus eſt, ideſt Meſſias, (ut habet tran-

Iudæi ex ſano intellectu ſcripturarum tunc veniſſe Meſſiã credebãt.

traſlatio Chaldaica.) Dum etiam prophetis ſtuderent, inuenerunt tempus aduentus eius præfixum, Daniel. 9 Septuaginta hebdomadæ abbreniatæ ſunt ſuper populum tuum, vt adducatur iuſtitia ſempiterna, & vngatur ſanctus ſanctorum, ideſt Meſſias (vt patet ibidem per contextum de eodem ſancto ſanctorum ſubiungentem, occidetur Chriſtus.) Tunc verò Iudæi nondum amiſerant ſanum ſenſum ſcripturarum, quoniam nondum occiderant Chriſtum, propter cuius occiſionem Deum, & conſequenter Dei ſenſum in ſcripturis perdiderunt, ſecundum illud Danielis ibidem. Non erit populus eius, qui eum negaturus eſt.

Patriarchæ igitur illius ſententiam ſecundum rei veritatem de Meſſia fideliter exponentes, eamque diebus illis, quibus tunc viuebant, applicantes prædicti Iudei Hieroſolymitani, cogebantur indubitanter concludere, quod Meſsias aut iam in mundo erat, aut de proximo futurus, quoniam tunc experimento probabant, & ſceptrum, & ducem, de domo Iuda defeciſſe, cum Herodes alienigena in terris ipſorum regnaret. Ex prophetia quoque Danielis ſtudiosè conſiderata eandem concluſionem neceſſario inferre aſtringebantur, quandoquidem videbant iam compleri hebdomadas ſeptuaginta. ideſt quadringentos nonaginta annos, ab exitu ſermonis, vt iterum ędificatetur Hieruſalem (vt ibid. Daniel. dicit Angelus,) ideſt à ſecundo anno regni Artaxerxis, quando Neemias ad reędificandam ciuitatem ſanctam miſſus eſt, computandorum libr. 1. & Eſdrę capit. 1. 2. &c. Ex ſcripturis itaque præmiſſis (tacendo interim, ſi quid aliud ad idem per illud ſtudiū ſuum inueniſſent) moti, præſuppoſuerunt vnum, & aliud ex præſuppoſito illo dependens quæſierunt. Quid præſuppoſuerunt? Quòd iam venerat Meſsias, aut ſaltem in ianuis erat Hoc ergo per legationem iſtam in textu recitatam non intendebât inquirere à Ioanne, quamuis Ioannes de ſuo quaſi ex abundanti idipſum eis protulerit dicens, Medius veſtrum ſtetit, &c. Non enim ſciſcitati ſunt à Ioanne, an veniſſet Meſsias in mundum, quia arbitrati fuerunt, ſuperfluum, & irrationabile eſſe (vt erat) vocare in dubium ſeu quærere, illud, quod pro certo ſciebant, & pro indubitato præſupponebant. In hoc ſuo præſuppoſito non errauerunt, imò quod uerisſimum erat ſenſerunt, ſcilicet Meſſiam iam in mundo comparuiſſe. Quid eſt illud ex præſuppoſito illo dependens, quod Iudæi illi & intenderunt inquirere, & quæſierunt? Eſt ſingularis perſona Meſsiæ, ideſt quis nā eſset Meſsias. In hoc autem partim non errarunt, & partim errarunt. Quod enim putauerunt, hanc, uel illam perſonam particularem eſſe Meſſiam, hoc non fuit error, ſed rectæ rationis dictamen (ut patet. Oportet enim quod ſi uenit Meſſias, aliqua particularis perſona ſit ille:) quod uerò putarunt, Ioannis perſonam eſſe Meſſiam, hoc fuit error. Vndè & Ioannes ipſe, quaſi ueritatem illius Iudæorum præſuppoſiti approbans, dixit eis; Medius ueſtrum ſtetit. ideſt Meſſias iam eſt in terris præſens inter uos, & quaſi falſitatem eorundem, circa ex pręſuppoſito illo dependens habitam reprobans, dixit eiſdem: Non ſum ego Chriſtus.

Secundo.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. I.

Primo.

MISERVNT Iudæi ab Hieroſol. ad Ioannem, ut interrogarent eū, tu quis es?) Vide hic mirabilia. Illi Iudęi, cum ſint prę cæteris docti, ſciunt tū ex ſcripturis dicentibus, pſal. 115. omnis homo mendax, tum ex naturalis rationis regula dicente. Nemo eſt idoneus iudex in cauſa propria; quod nullus homo unquam ſibi teſtans, ideſt aliquid glorioſum de ſe dicens, dignus eſt fide, & tamen hoc ſcientes mittunt ad Ioannem parati (ut habet S. Auguſt. & communis opinio Doctorū 42) recipere teſtimoniū glorioſum de ſeipſo, ſi illud dixiſſet. Non enim miſiſſent ad illum, niſi eum fide dignum æſtimaſſent, & quia eum talem, ideſt fide dignum, exiſtimabant, ideò ad credendum ei glorioſa etiam de ſeipſo dicenti puta quod eſſet Meſſias, parati erāt. Ecce, quam magnam de Ioanne ſimulque admirandam, æſtimationem habebant.

Ecce

Auſteritas vitæ multū mouet videntes ad bonam opinionem de tali ſic auſtero ſibi ipſi.

Ecce quanti apud homines etiam ſapiẽtes valet vita auſtera alicuius. Ex eo nãque quod in eo videbant duram dietam, ſcilicet quod eſca eius erant locuſtę, cum melle ſylueſtri, & viliſſimũ indumentũ, ſcilicet quod erat veſtitus de pilis camelorum, cum Zona pellicea circa lumbos ſuos Matth. 3. & horridum habitaculum ſcilicet, quod à tenerrima ętate erat in deſertis multo tempore perſeuerans, ideſt vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael, Luc. 1. tam mirabilem opinionem de illo conceperant, vt ipſum non tanquam hominem, ſed ſupra hominem, reputarent. dum ei de ſeipſo valde glorioſa dicenti (ſi dixiſſet) abſque dubio credere vellent.

Secundo. Rurſus. Nota, quod Ioannes Baptiſta nullum ſignum, ideſt miraculum fecit vnquã (vt patet Ioan. 10.) & tamen ei, viſa eius ſanctitate in auſteritate vitæ, primates Iudæorum, qui alias ſimplicioribus difficiliores ſunt ad credendum, plenam fidẽ etiam in ſui ipſius cauſa teſtanti accommodare factis ipſis, i. per legationem iſtam profeſſi ſunt. Ex quo ad literam cõſtat, quod ſanctitas vitæ etiam exteriùs apparens, ad ſibi attrahendam fidem aliorum, & conſequenter ad conuertendum illos, habet magnam vim, & tantam, vt in hoc ſcilicet in conuertendo populum magis, quam miracula, valeat. Vnde B. Chryſoſtomus, quaſi id confirmans in ſermon. de Cruce, dicit Superba Roma, & fortes Gentilium animi, magis legis noſtræ ſanctitate patrumque noſtrorum exemplis, quam miraculorum magnitudine, ad Chriſti iugum adducti ſunt. Hæc ibi. Quid ergo ex omnibus his inferes? Quod ſancta hominum vita inter miracula maxima eſt merito computanda. Item quod talis vita non tantum exercenti illam, ſed etiam alijs alioquin mundo deditis (vt erant iſti Iudęi) & ſuperbia tumidis, mirabiliter prodeſt.

Tertio. Rurſum. Adverte ex horum Iudæorum exemplo, quod Meſſiæ hoc, vel illud, dicenti, etiam ſi nullo exteriori miraculo ſuum dictum confirmaret, credendum firmiter eſt. Adhibenda ergo illi eſt indubitata fides ad ſuum ſimplex verbum in omnibus, hac ſola ratione, ſcilicet, quia Meſſias eſt. Ex Iudęorum, inquam, exemplo iſtud ad literam colligitur, quoniam iſti ex eo, quod Ioannem opinabantur eſſe Meſſiam, inducebantur ad profitendum per iſtam legationem ſe credituros ſimplici verbo eius (vt penetranti ſeriem contextus patet.) Ergo à fortiori, ideſt multo magis aſtringimur ad credendum ſimplici verbo illius, qui non ſecundum opinionem noſtram tantum, ſed etiam ſecundũ rei veritatem, eſt Meſſias.

Etiam ſine miraculis credendum eſt Meſſiæ firmiter.

Adde & huic aliud multo magis, ſi talis fecerit miracula in confirmationem doctrinę ſuæ. Vlteriùs, & incomparabiliter magis, ſi talis ſit verus Deus, quod nobis certò innotuerit per vera miracula in proteſtationem huius veritatis, ideſt, quod ſit Deus verus, facta. Ergo ſic, ideſt incomparabiliter magis, aſtringuntur homines ad credendum firmiter ſimplici verbo IESV Nazareni crucifixi. Nam hic eſt verus Meſſias, veruſque per eſſentiam Deus, & hoc totum per vera miracula à ſe in huius veritatis proteſtationem facta palam confirmauit, adeoque palam, & verè, vt etiam capitales eius inimici, quando etiam effrenata inuidia contra ipſum ad mortis vſque actualem condemnationem ferue bant, miraculorum ipſius publicam veritatem, à rerum manifeſta veritate coacti, inter ſe inuicem congregati libera voce confiterentur dicentes Ioan. 11. Hic homo multa ſigna facit. Quinimo etiam ſuper hoc, ſcilicet quod multa ſigna tam vera manifeſtaque coram omnibus, faciebat vt bono modo celari, vel labefactari, non poſſent, totum ſuiipſorum cõſilium de danda ei morte fundauerunt, (ut pater rectè diſcurrenti ſuper contextum ſequentem ad eorum confeſſionem pręmiſſam, ibid. cap. 11.)

Quanto magis, & cæt.

Vide condemnationem à Iudæis contra ſe, & alios infideles, faciendam.

Iudęi ergo ab Hieroſolymis exiſtentes in die iudicij comparatiuè condemnabunt (ut habetur ex hoc primo capitulo Euangelij) eos, qui non crediderunt IESV Nazareno crucifixo, ſiue tales ſint ipſimet, ſiuè ſint alij. Quandoquidem dicent, Nos voluimus libere credere Ioanni Baptiſtæ ſine vllo miraculo docenti: & uos noluiſtis credere illi crucifixo, qui doctrinam ſuam iunctis tot tãtiſque miraculis decorauit. Item, nos voluimus promptè credere ei, quem neſciebamus eſſe Deum, aut Meſſiam (licet, q̄ eſſet Meſſias, ſuſpicaremur,) & vos noluiſtis

ſtis credere crucifixo illi, quem ex miraculis tantis toti mundo manifeſtis, toties vobis per bonos prædicatores declaratis, cognouiſtis, quantum ex parte miraculorum fuit (niſi vos ex vobis veritatem oblatam expuliſſetis) eſſe non ſolum Meſſiam, ſed etiam Deum. Ad has tam inſperatas, & veras obiurgationes obmuteſcent impij, & deducentur in infernum. Tanto autem magis muta tunc fient labia infidelium doloſa, id eſt, quæ nunc multiplicibus dolis, id eſt argumentis ad decipiendum ſe, & alios aptis, & infidelitatem propriam excuſant, & tanquam ipſa ſit vera fidelitas, commendât, tanto magis inquam, tunc fient muta, quâ to in die illa iudicij veritatis apertè videbunt, quod ipſi ſicut, & cæteri homines tenebantur credere Saluatori Nazareno Crucifixo etiam ſi viſibilia mirabilia nûquam feciſſet (vt optimè declarat fideliſſimus Eccleſiæ Catholicæ Doctor, Sanctus Thomas in quolibet 2. ar. 6)

ANNOTATIO TERTIA, Cap. I.

MEDIVS veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.] Iſte eſt Meſſias, ſeu Chriſtus (quod idem eſt) de quo illi Iudæi per legatos quæſierant à Ioanne. Ac ſi ergo ipſe ad interrogationem implicitam illorum reſponderit. Ego quidem nô ſum Chriſtus (vt vos putatis) ſed alius, qui medius veſtrum eſt, id eſt, qui inter vos communem agit vitam (non eremiticam ſicut ego) eſt Chriſtus, quem tamen, licet in medio veſtrum ſtet, vos non cognoſcitis. Nec mirum de hoc, quod adhuc non cognoſcebant illum Chriſtum, quia cognitio hæc de illo primum patefacienda erat hominibus per Ioannem, ſecundum illud infra ab ipſo de illo dictum, vt manifeſtetur in Iſrael propterea veni ego in aqua baptizans; Ioannes autem nondum digito oſtenderat eum, ſed hoc reſeruabatur alterę diei, quando ſcilicet oſtendit ſenſibiliter, & ſignanter ipſum dicens; Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (vt patet in ſequenti contextu.) Cum ergo illi Iudæi, teſte Ioanne nondum ſcirent ſaltê ex auditu, quod ille pauperculus homo

Animo ſimplici et non doloſo contra

qui vocabatur IESVS Nazarenus, qui & ſtabat inter eos medius, id eſt inter eos, quaſi vnus ex eis, conuerſans, eſſet Chriſtus, patere hinc poteſt, quod iidem Iudæi non ſunt moti ex zelo malo ad quærendum à Ioanne, an eſſet Chriſtus, quaſi, ſcilicet volentes ſub colore tali ſuggerere ei, & quod diceret ſe eſſe Chriſtum, & quod ſi hoc diceret, vellent magis recipere eum pro Meſſia, quam IESVM Nazarenum. Quomodo enim potuiſſent hoc Iudæi illi concipere, ſi necdum de IESV Nazareno, quod eſſet Meſſias, ſcirent, vel audiſſent? Quod ſi vel ex auditu ſciuiſſent, potuiſſent quidem tunc ex ſuperbia propria, & mundi vana gloria (quibus vitijs abundabant) ducti præeligere in animo ſuo recipere pro Meſſia Ioannem, vtpote nobiliſſimum Zachariç vnius ex primis ſacerdotibus filium, & iâ in populo pro magno viro nominatiſſimum, quam pauperculum illum IESVM fabri (vt putabatur) filium, & nullius ferè æſtimationis in populo. Tenendum igitur ſimpliciter eſt (vt in ſecunda annotatione virtualiter continetur:) quod iſti Hieroſolymitani corde veraci, ac ſimplici, id eſt à prædicta illius Zeli fraudulentia remoto, miſerunt ad Ioannem, vt cognoſcerent ex reſponſione ipſius, an eſſet Meſſias (quod ipſi ex auſtera vita eiuſdem moti ſuſpicati fuerant.) Cæterùm dicet aliquis: Cur Ioannes, cum poſſet apertius dicere, Meſſias iam venit, & côuerſatur inter vos, maluit obſcuriori loquendi modo vti, dicendo. Medius veſtrum ſtetit? Etenim hæc tria verba ſunt in ſenſu illa ſeptem, quæ nunc diximus, ſed tria hæc obſcura, illa ſeptem aperta ſunt. Reſpondetur ad hoc, quod Ioannes non prælegit obſcuritatem, vt obſcuritas eſt, ſed vt plura bona ſecum trahens, hoc eſt, nôn prçelegit obſcuritatem vt eſſet obſcurus, ſed vt eſſet magis in paucitate verborum plenus. Porrò ex plenitudine tali ſequebatur mox quantû eſt de ſe vtilitas maior in auditoribus, quam ſecuta fuiſſet in eis ex illis verbis apertis, (vt infra patebit.)

Saluatorem, Iudæi interrogât Ioan. de Meſſia.

MEDIVS (inquit) VESTRVM STETIT. Volebat Ioannes, plurima bona ad ſalutem illorum Iudæorum facientia, quç continentur in antiqua promiſſione.

Quanta bona complectatur text. Me-

de

dius ve-ſtrum ſte-tit. de Meſſia, reducere ad memoriam eorum vtpote expertorum in lege. Ideo de Meſſia loquens talibus verbis vſus eſt, qualibus deſcribitur in lege ipſa promiſſio: vt Iudæi illi audito hoc nomine, Medius veſtrum, recordarentur mox antiquę illius promiſſionis, & de ijs faciendis, vel etiã euitandis; quę in ipſius promiſſionis decreto continentur quaſi noniter excitati (nondum enim plenè intelligebant, Meſſiam in ſcriptura illa fuiſſe promiſſum) nouo ſpiritus feruore ſolicitudinem nouam aſſumerent. Qualibus verbis vſus fuerat Deus in ſententia illa promiſſionis de Chriſto? Prophetam (inquit Deuteron. 18.) ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui. Et ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepeto illi. Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam. Ecce, quot, & quanta, in illo promiſſorio decreto compræhenſa ſunt, quorum omniũ reminiſcentiam Iudæis præcurſor in verbo illo, Medius veſtrum, virtualiter renouauit. Facile enim eſt legis promiſſionem hanc in promptu habentibus (quod de illis Hieroſolymitanis verificari, attento ſtudio in primis ibi vigente, ſatis probabile eſt) quæ Meſſiam dicit de medio Iudæorum ſuſcitandum, quod audiendo Medius veſtrum ſtetit, reminiſcantur promiſſionis dicentis, ſuſcitabo prophetam, eis de medio fratrum ſuorum. Hinc etiã patet ꝙ Ioan. talibus verbis vtendo, eos vrbaniter admonuit de ſua ipſorum ignorantia: quam ſe habere in ſenſu huius ſcripturæ, nolentes præoſtenderant, dum poſt reſponſionem ipſius, quod non erat Chriſtus, interrogarunt eum, an eſſet Propheta, ſcilicet in hoc loco Deuteronomij promiſſus. Monſtrarunt ſiquidem per hoc quod illam legis promiſſionem non intelligebant eſſe de Chriſto, ſed de aliquo alio. Nam ſi illam eſſe de Chriſto credidiſſent, ab eo, qui dixerat, ſe non eſſe Chriſtum, non quærerent poſteà, vtrũ eſſe Propheta ille: ſed ſcirent, quòd qui non eſt Chriſtus, neceſſario non eſt ille Propheta: quoniam Chriſtus, & ille Propheta idem numero ſunt. Quod autem Iudęi illi nomine Prophetę intellexerint Prophetam illum, patet ex reſponſione Ioannis dicentis, Non ſum Propheta. Qui enim erat Propheta, & pluſquam Propheta, Matth. 11. non negaret, ſe eſſe Prophetam, niſi intelligeret, interrogationem illam fieri à Iudæis de Propheta antonomaſicè dicto, id eſt de Propheta Deuteron. 18. ſibi ipſis promiſſo qui eſt dominus omnium prophetarum. Præcurſor igitur per illa verba, Medius veſtrum, deſignans Meſſiam, ſimulq; per eadem verba in memoriam reducẽs Iudęis illã promiſſionem legis (vt declaratum eſt) & corripuit ipſos de falſa intelligentia promiſſionis illius, & eoſdem ad veram intelligentiam charitatiuè reduxit.

ANNOTATIO QVARTA, Cap. I.

MEDIVS veſtrum ſtetit.] Hoc eſt (ex ſuperioribus hæc deducend) ille de medio veſtrum ſuſcitandus, qui ad petitionem veſtrã promiſſus fuit vobis, iam inter vos eſt. Et ideo eum tanto libentius debetis recipere, quando per me vobis digito ſenſibiliter demonſtrabitur, quanto eum inſtantia tanta (vt in eodem Deuteronomij contextu patet) petieratis. Hæc eſt vna ratio, quare Ioannes reducere eis curauit in memoriam illam antiquam promiſſionem. Vis videre, quod Iudæi & petierunt, & cum magna inſtãtia petierunt Meſſiam ſibi promiſſum? Audi planam illius ſcripturæ literam. Prophetam (inquit Moyſes ad populum) de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, vt petiiſti à Domino Deo tuo in Oreb, quando contio congregata eſt, atque dixiſti. Vltra non audiam vocem domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar, & ait Dominus mihi. Benè omnia ſunt locuti. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, ſimilem tui. Hoc aũt, vt melius intelligas, recordare illorum, quę in Oreb, quando contio congregata eſt, fuerunt geſta, quando ſcilicet Dominus dedit eis legem in monte Synai Exodi 20. Dicitur ergo ibi. Cunctus populus uidebat uoces, & lampades, & ſonitum buccinę, montemque fumantẽ, & perterriti, ac timore concuſſi, ſteterunt procul, dicen-

dicentes Moyſi. Loquere tu nobis, & audiemus; Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Connecte modo tu illa Exodi ad illa Deuteronomij dicta, & aperte videbis id quod de inſtantia populi in petendo mediatorem inter ſe, & Deum, in danda lege dicebatur. Hic aũt quis fuerit, patet per Apoſtolum dicentẽ 1. Tim. 2. Vnus eſt mediator Dei, & hominum Chriſtus IESVS. Petierunt ergo antiquitus Iudæi Meſsiam eo modo, quo intelligere poterant, petendo mediatorem inter ſe, & Deum. Nec obſtat, quod mediatorem illum nominauerint Moyſen dicentes, loquere tu nobis, ſcilicet ea, quæ Deus vult à nobis, ac ſi dicant, eſto tu inter nos, & Deum mediator (vt ex dicto illo Moyſis colligitur, Deuter. 5. Ego ſequeſter, & medius fui inter Deum, & vos in tempore illo, ſcilicet ad preces veſtras,) hoc inquã non obſtat, quoniam nomine Moyſis intelliguntur petijſſe non tantum Moyſen, ſed etiam alium maiorem Moyſe, ſimilẽ tamen ei. Sicut enim ex eo, quod dixerũt eidem, loquere tu nobis, oſtenditur, quod pro mediatore poſtularunt Moyſen: ita ex eo, quod dixit Moyſes ad populum, Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Domin' VT PETISTI A DOMINO IN OREB, conſtat apertiſsimè, quod in tempore illo poſtularunt pro mediatore Prophetam illum Moyſe maiorem, & ei ſimilem. Hic autem Propheta erat Meſsias, vt ſupradictum eſt, id quod, & turbæ à Spirituſancto motæ indicarunt eſſe verum, dum in laudem Saluatoris noſtri, qui eſt verus Meſsias, prorumpentes clamarunt, Luc. 9. Propheta magnus ſurrexit in nobis, & Ioan. 6. Hic eſt verè propheta, qui venturus eſt in mundum.

Quando antiquitus Iudæi petierunt Meſſiam.

PRO MELIORI intellectu petitionis de petitione Meſsiæ à Iudæis, quia licet Moyſes hoc expreſſe teſtetur, Deuteronom. 18. de tali petitione non bene apparet in verbis populi, Exod. 20. nota, & examina diligenter eadem ipſius verba, ſcilicet loquere tu nobis, & audiemus; non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur. Vide, volebant hi Iudæi verba Domini audire, ſed abſque tantis terroribus, ſeu terribilibus ſignis, quæ Exod. 19. 20. Patent. Non recuſant ergo Dominum loquentem, quia Dominus, ſed quia cum ſignis terrificis loquitur. Hinc factum eſt, vt deſiderauerit vnum legis latorem qui eſſet Deus, & ſimilis Moyſi, ideſt homo mitiſſimus, Numer. duodecimo, & hoc deſiderium apud Deum qui corda ſcrutatur, Roman. 8. qui & deſiderium pauperum exaudit, pſalm. nono reputatum eſt pro petitione ipſi Deo porrecta. Vnde à Deuteronom. decimo octauo deſiderium illud vocatum eſt petitio, vt petiſti (inquit) à Domino in Oreb. Quid petiſti? Prophetam ſimilem mei, ideſt legis latorem, qui eſſet Deus, ille qui tibi per Angelum Actu. 7. loquebatur in mõte Synai, & homo eiuſdem ſpeciei, cuius ego ſum. Per Prophetam ergo iſtum, quem, Moyſe teſtante, populus tunc petijt, intellexit (quantum ſibi ſic intelligere poſsibile fuit) vnam perſonam, quæ eſſet Deus, & homo. Non enim Deum loquentem, vt Deus eſt, à ſuo deſiderio, & petitione excludere intendebat; alioquin Deus de eodem populo non ſubiunxiſſet, Deuteronom. decimo octauo. Bene omnia locuti ſunt. Quomodo enim bene, imo etiam quomodo non male, & peſsimè, loquitur ille, qui in locutione ſua intendit à ſe excludere Deum? Sed (vt dictum eſt) intendebat formaliter excludere tantum terribilia ſigna ipſius loquentis. Detrahe à Deo loquente veſtimentum hoc terrificum, ideſt pone, quod ſine terribilibus ſignis loquatur tunc populus iſte non recuſat Deum, immo pro magno fauore habet, quod ſibi immediatè Deus loquatur (quod vnicuique recta ratione vtenti patet.). Ad intentionem ergo magis, quam ad verba, populi dicentis, Exodi c. vigeſimo non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, attendens Deus promittit illi Prophetam, ideſt legis latorem vnum, de quo ſupra, ac ſi apertius omnia illa tum deſideria, tum dicta populi concludens, Deus Moyſi dixerit, Prophetam ſuſcitabo eis, & cætera, ideſt, ipſi meum non recuſant, DEVS illum, ſed vt terribilem in danda lege, & ideo vnum, quod

quod ſit natura Deus ,' & mitis in danda lege illis promitto .

Veriſſim' ex promiſſis Epilogus, & mirabilis. MESSIAS Ergo Iudæorum , ideſt qui à Iudæis hic eſt poſtulatus , à Deoq; ipſis promiſſus, & de quo Ioannes in præſenti Euangelio Iudæis dicit, Medius veſtrum ſtetit , eſt tum Deus, & homo, tùm Mediator Dei; & hominum , tum legis lator. Quod vtique poſtremum docuit concilium . Trident. Seſſ. 6. Canone 21. his verbis. Si quis dixerit: Chriſtum IESVM à Deo hominibus datum fuiſſe, vt redemptorem , cui fidant , non etiam , vt legis latorem, cui obediant anathema ſit. Hæc ibi IESVS enim eſt ipſe Meſſias , de quo ſit ſermo in illo Deuteronom. textu.

ANNOTATIO QVINTA.
Cap. I.

Secundo. BEATVS Ioannes per verba illa , Medius veſtrum ſtetit, voluit in memoriam illorum Iudæorum reducere antiquam illam de Meſſia promiſſionem , vt tanto libentius ad recipiendum Meſſiam accenderentur animo, quanto nihil ab eo, niſi puriſſimam veritatem pro ſalute ſpirituali aſſequenda , audituri erant . Quid enim nobiliſſima hominis pars .i. intellectus , deſiderat magis cognoſcere, quam obiectum ſibi proprium , ideſt veritatem ? Quam & eo charius amplectetur , quo magis illam ad ſalutem animarum fore proficuam, exiſtimabit. Porrò, quòd talem veritatem, præcisè , ideſt nulla facilitate admixta , locuturus eſſet Meſſias , habetur in illo promiſſionis decreto, ibi: Ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi . Nunquid verba Dei poſſunt non eſſe veriſſima ? Nunquid , & non vtiliſſima ? Nunquid , & ad ſalutem animarum non maximè conducentia ? Etenim Deus noſter, Deus ſaluos faciendi, pſ. 67. & Dominus docens te vtilia, Iſa. 48. hoc eſt, antonomaſicè vtilia, ideſt vtiliſſima. Nam ſic loqui , & operari, decet maximum ſupra quoſcunq; alios dominũ, vt locutio, & operatio ſint ſuo modo conformia loquẽti, & operanti . Loqueturque (inquit) omnia ad eos, quęcunq; præcepero illi, ideſt nihil ad eos loquetur, niſi ea, quę præcepero illi. Eſt enim hic figura , quę minus dicendo ſignificat plus, quam, ſi vigilanter attenderis , inuenies ſcripturę in ſuis locutionibus ſatis familiarem. Per hoc ergo , ſcilicet Medius veſtrum ſtetit , voluit conformiter ad veterem illam promiſſionem Præcurſor oſtendere, quod IESVS Nazarenus nihil aliud locuturus erat eis, niſi ſynceriſſimam veritatem, vtpotè à Deo ſibi, vt homini, inſpiratam, & per conſequens non niſi vtiliſſima ad ſalutemque animarum, maximè facientia . Quod totum poſtea videmus adimpletũ in ipſo Saluatore noſtro , ſecundum illud Ioan. 8. Si veritatem dico, quare non creditis mihi ? & illud Ioan. 13. verba vitæ æternæ habes, & illud Ioan. 14. Verba quę ego loquor vobis à meipſo non loquor , pater autem in me manens ipſe facit opera , & illud Ioan. 8. Qui me miſit, verax eſt, & ego quæ audiui ab eo , hęc loquor in mũdo , & illud ſibi. Si quis ſermonem meum ſeruauerit mortem non videbit in ęternum . Quoties etiam dicit ſe veniſſe , & operari in nomine patris ſui ? Ioan. 5. 10. &c. Denique volebat Ioannes, illius antiquæ promiſsionis reminiſci Iudęos, audito hoc verbo , Medius veſtrum ſtetit , vt ſaltem timore pęnarum , quas ibi non recipientibus Meſſiam, comminatur Deus , percuſſi ad recipiendum, audiendumque, (ideſt in omnibus ei obedientiam præſtandum) IESVM Nazarenum, de quo tunc ipſe loquebatur , diſponerentur . Quales, quot, & quantæ , ſunt illæ pęnæ : Et quomodo ibidem continentur ? Tales, tot, & tantę, vt in modo comminandi illic poſito prudens lector vix aliquid ſupra imaginari poſsit.

Figura minus dicendo ſignificans maius, eſt multa vſitata in ſcripturis

Tertio.

QVI AVTEM (Ecce comminandi modus ibi poſitus) VERBA EIVS, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit; EGO VLTOR EXISTAM. Ac ſi apertè dicat Deus. Tantum erit flagitium , iniquitas, & ſcęlus, non audire Prophetam illum , vt ab hominibus dignè puniri non poſsit , ſed à me ſolo. Vindictam contra tam flagitioſos , iniquos , atque ſcęleſtos mihi reſeruo, dicit Dominus . Et quis comminandi modus, etiam apud homines, poteſt eſſe terribilior, quã cum iuſtus princeps, ſui dominij primus, & potens, contra aliquos facinoroſos inquit:

Digitized by Google

Comminatio ſupra omnes cōminationes.

quit : Ego vltor exiſtam ? Vbi quoque notandum ſignanter eſt, quod tale verbum terrificum à principe in ſuę indignationis comminatione dici non ſolet, niſi contra rebelles, & à ſeipſo prorſus alienos. Deſcende nunc ad practicam, punitionem factam à Deo contra Iudæos omnes, qui nec receperunt in patribus ſuis malis, nec recipiunt in ſeipſis, ideſt per voluntatis propriæ liberum arbitrium, Meſsiam ibi deſcriptum, ideſt IESVM Nazarenum, & à Præcurſore per illud, Medius veſtrum ſtetit, ſibiipſis annunciatum, & tunc ſi diligenter cuncta perſpexeris, manifeſtè cognoſces, quam ponderoſa, quam horrenda, quam plurimarum pęnarum contentiua, ſit illa ſententia : Ego vltor exiſtam. In quibus eorum pęnis inſpicies quoque ſi ſapis veritatem ſepè ſupra dictam, ſcilicet quod IESVS Nazarenus eſt ille Propheta. Nam tantas eis pęnas fuiſſe aliquando inflictas, nuſquam legitur, niſi poſtquam Saluatorem ipſum non receperunt, eiuſdemque verba, quæ in nomine patris ſui (vt per Ioan 5. 10. probauimus) loquebatur, audire noluerunt, iuxta illud de principio talium pęnarum à Domino ipſo Iudæis ſub figura Hieruſalem cum lachrymis prænunciatum, Luc. 19. Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coanguſtabunt te vndique, & ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem : EO QVOD NON COGNOVERIS TEMPVS VISITATIONIS TVAE. Si initia dolorum hæc propter illam, quā prædiximus, cauſam, conijce tu hinc quāta mala ſecuta ſint, ex quo etiam adhuc manet, & in dies augmentatur, eadem cauſa, ſcilicet nolle cognoſcere pręteritum tempus viſitationis ſuæ, hoc eſt, nolle recipere IESVM Nazarenum pro vero Meſsia, & verba quæ locutus eſt, ideſt ſacra Euangelia, audire.

ANNOTATIO SEXTA, Cap. I.

IN pęnis Iudæorum (vt dicebatur) debet quiſque prudens, niſi in hoc deſipiat, inſpicere, quod Saluator Nazarenus, ab ipſis reprobatus, eſt verus Meſſias in lege à Deo promiſſus. Impoſſibile enim eſt, quod hi contra quos verificatur illud, Ego vltor exiſtam, non ſint ratione pęnarum ſuarum vera probatio huius, ſcilicet quod ille, quem reprobarunt, propter quam reprobationem & illas pęnas luunt, eſt Propheta ille per anthonomaſiam magnus, ideſt maximus, Deuteron. 18. prænunciatus. Ego (inquit) vltor exiſtam; Aduerſus quos ? Aduerſus non audientes Prophetam illum, & quid faciet aduerſus interficientes eundem ? Multo magis ego ultor exiſtam. Sed quare, cum omnia perfectiſsimè, antequam fiant, cognoſcat Deus 1. q. 14 artic. 6 9. 13. non dixit, ibid. Si quis eum interfecerit. Ego vltor exiſtam? Primò, nè putaret quis, quod ſolum contra interfectores illaturus pęnas eſſet Dominus, & non contra non audientes (quod valdè minus eſt)Secundo, ut dignitatem illius Prophetæ eſſe eminentiſsimam, ex tali modo loquendi contra non audientes oſtenderet. Dignitas namque perſonæ, in quam peccatur, aggrauat proportionaliter peccatum, 1. 2. q. 73. art. 9. hoc eſt, ſi peccatum aliàs uideretur aliquibus leue, graue tamen ſecūdum veritatem iudicatur proportionaliter ideſt magis, & minus, ſecūdum quod perſona, contra quam peccatur, eſt dignior, vel minus digna. Ac ſi dixerit Deꝰ Tam eminens erit dignitas prophetæ à me vobis ſuſcitandi, ideſt Meſsiæ vobis abſque meritis veſtris dandi 3. de Sal. q. 2. art. 11. vt etiam in verba eius redundet vehementer, ideſt faciat ea digna taliter, quod verborum illius non auditores, pro grauiſsimis peccatoribus habendi ſint à nullo alio, q̃ à me digna caſtigatione puniendis. Tertio, vt ſibi chariſsimum fore illum Prophetam Deus monſtraret, vſus eſt illo modo loquendi, de non auditoribus, ſcilicet mentionem tantum habendo. Charum quidem ſibi illum monſtraſſet, ſi contra ipſius occiſores ſolummodo excanduiſſet, dicendo, ego vltor exiſtam, ſed ſatis pluſquam charum ſibi declarauit per hoc, quod etiam de re ad eum pertinente minori quaſi incomparabiliter, quam vita eius, ſcilicet de doctrina ſolicitudinem tantam vindictæ, vt auditu, contra inobedientes oſtendit.

Ponderabile eſt ſatis totum vſque in finem.

Primo: *Secundo.* *Tertio.*

Quar-

Quarto.

Quarto Deus non dixit, Ego vltor exiſtã eius, qui propheram illum occiderit (quĩ ipſe certiſſime ſciret & illum à Iudæis ipſis occidendum, & ſe contra Iudæos illos maximas pœnas in vindictam mortis eius illaturum,) ad ſignificandum, quod magnitudo huius peſſimi facinoris erat tàm immensè contra omne ius, omnemq; rationem, vt nec Deus (ſi eſſet poſſibile) tantum ſcælerum omnium ſcælus imaginari vix potuiſſet. Quantum igitur peccatum fuerit occidere I E S V M Nazarenum, vide hinc, atque perpende.

Ego (inquit) vltor exiſtam. Nunquã comminatus eſt pœnam ex indignatione ſua procedentem Deus ijs, qui bene faciunt, immò eos ſemper remuneraturum ſe promiſit, & de facto remunerauit (vt patet ſæpius in veteri teſtamento de Iudæis illis antiquis.) Sicut igitur in pœnis Iudæorum modernorum legiſti ſuum peccatum, & illud dixiſti fuiſſe maximũ, de occiſione I E S V Nazareni, ita ex cõſequenti in eorundem pœnis lege nunc, innocentiam vitæ, veritatemq; Euangelicæ doctrinæ, eiuſdem I E S V Nazareni.

Obſtruitur os omnium loquentium iniqua aduerſus ſaluatorem noſtrum.

Niſi enim innocens fuiſſet, & verax, Iudæi non tam grande commiſiſſent ſcęlus in occidendo illum, vt pœnis ideò inexpiabilibus continuè affligerentur. Quinimò, cum mandatum eis in lege fuerit Exod. 22. Maleficos non patieris viuere, bene feciſſent, occidendo eum, ſi ipſe fuiſſet malefactor, & Deo contrarius, (vt Iudæos ei attribuiſſe, paſſim in Euangelió patet) Conſequenter ergo Iudæi non peccaſſent interficiendo ipſum, ſed Deo rem valdè gratam exhibuiſſent, vtpote ſic pro honore Dei defendendo contra aduerſarium ſuum (ſi fuiſſet) laborantes. Remunerati igitur fuiſſent Iudæi, ſaltem temporaliter (vt conſuetum erat) à Deo, tanquam diuini honoris defenſores; tantum abeſt, vt pro occiſione illius terra propria à Deo priuarentur, in terras alienas vagi, & profugi (tanquam alter Cayn) diſpergerentur, malis etiam alijs tẽporalibus replerentur, boniſque omnib. ſpiritualibus ſpoliarentur. Ego (inquit) vltor exiſtam iniuriarum, ſ. in illum prophetam quoquo modo factarum. Ergo neceſſe omnino eſt dicere, & quod ille propheta erat Deo accepriſſimus, & q̃d illius aduerſarij fuerunt Deo abominabiliſſimi.

E R G O impoſſibilitatem contradictoriam continet dicere (vt mentiuntur Iudæi) quod I E S V S Nazarenus non fuerit ſanctiſſimus, & quod pro occiſione eius Iudæi ſint non qualitercunque, ſed maximè puniti. Simul namque duo hæc ſtare non poſſunt (vt cuilibet recto rationis diſcurſu vtenti patet.) Cùm ergo, è Iudæorum pœnis tantis pro vindicanda ipſius occiſione illatis conſtet apertè, ſecundum illud, Daniel. 9. Occidetur Chriſtus, & non erit populus eius, qui eum negaturus eſt [Vide horrendiſſimam Iudęorum pœnam, ſcilicet eſſe ſine Deo, in hoc mundo.] ciuitatem; & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas (Ecce Iudæorum metropolis, Hieruſalem, funditus deſtructa,) & poſt finem belli ſtatuta deſolatio, & vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio; (Ecce illud, quod omnes pęnas aggrauat, ſcilicet diuturnitas quaſi interminabilis) Cum ergo (vt dicebatur) in ſacra ſcriptura ad planam literam pateat, q̃d iſtæ horribiles pœnę iam per illud, Deuteron. 18. Ego vltor exiſtam, comprehenſa Iudæis inflixæ ſint propter occiſionẽ illius maximi Prophetæ idest Chriſti (Mox enim poſt hoc peccatum, occidetur Chriſtus, ponuntur ibi pęnę peccati) ſequitur neceſſario, quod I E S V S Nazarenus, qui erat ille Chriſtus (vt ſupra probatum eſt) fuerit homo ſanctiſſimus. Ergo hinc, & neceſſario ſequitur; ſcilicet quod fuit ex vitio, ſiuè defectu Iudæorum, quod non receperint I E S V M Nazarenum, non autem ex aliquo etiam quantumcumque minimo, defectu ipſius. Cæterum pro abundãtiori admodũ cognitione authoritatis Deuteronom. & conſequenter iſtius Euangelici dicti, Medius veſtrum ſtetit, vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Deuteronom. 18, concluſ. 6. De maledictionibus contra Iudæos, quæ faciunt etiam ad ampliorem intelligentiã illius comminationis, ego vltor exiſtam, vide Deuteron. 28. 32.

ANNOTATIO SEPTIMA, Cap. I.

VIDIMVS gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre.] Dixerat Euangeliſta de Saluatore noſtro, quod & naturam diuinam ſibi ab ęterno natu ralem, & naturam humanam in tempore aſſumptam, habebat in ſemetipſo, primum quidē his verbis, In principio erat verbum, & Deus erat Verbum, ſecundum autem iſtis, verbum caro factum eſt. Nūc verò declarare intendit vtramq; eſſe in illo, ſe cum ſuis coapoſtolis cognouiſſe, etiam ad ſenſum viſus alijs certiorē (Metaph. 1.) mòdo tamen quo ſenſus id myſterium cognoſcere poteſt vidimus (inquit,) ſcilicet nos Apoſtoli, gloriam eius ſcilicet declarantem, quod ipſe Saluator haberet diuinam & humanam naturam,

Primo. & quando viderunt hoc? Primo; cum B. Petrus ex reuelatione Dei patris habita coram illis omnibus Saluatori noſtro dixit, Matth. 16. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Tunc ſiquidem omnes coapoſtoli in Petro viderunt hanc gloriam ipſius Saluatoris, quæ (vt ex terminis patet) eſt gloria quaſi vnigeniti à Patre, Viderunt, inquam, in Petro hanc reuelatam gloriā, inquantum tali eius confeſſioni mox, vt audierunt, conſenſerunt. Iſte enim conſenſus fecit eſſe verum dicere, vnus noſtrum gloriam illam vidit, ergo omnes nos eandem vidimus. Nam charitas, quæ conſenſum illum optimum cauſauit habet hoc ſibi familiare, ſcilicet vt faciat omnia communia, ſecundum illud charitatem habentis, pſalm. 118. Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua. Totum aūt hoc, ſcilicet Chriſtus filius Dei viui, importat vnū habentē naturā diuinā, & humanam Id quod procul dubio eſt Saluatoris gloria, quaſi vnigeniti à patre. Vbi nota quod (vt ait B. Gregorius, tractans hanc ſententiam) in ſacro eloquio. Sicut, & quaſi, aliquando non pro ſimilitudine ponitur, ſed pro exprimenda magis veritate. Vnde & eſt illud; Quaſi vnigeniti à patre. Ac ſi Euangeliſta dixerit (vt inquit B. Chryſoſtomus ſuper Ioan.) vidimus gloriam, qualem decebat, & conueniens eſt, habere vnigenitum, & naturalem, filium. Conſuetudo enim multorum regem valde ornatum videntium: vbi cum alijs ennarantes non poſſunt vniuerſam repreſentare claritatem, hoc inducunt. Quid oportet multa dicere? Quaſi rex ibat. Sic & Ioannes dicit: Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre. Hæc ille Chryſoſt. Porro, gloriam iſtam, vt viderunt in B. Petro (ſecundum ſupra notata) non viſione corporali, ſed intellectuali, viderunt. Viſio enim à ſenſu illo inter ſenſus exteriores nobiliſſimo ad intelligibilem quoque cognitionem transfertur, ſecundum illud 1. Cor. decimo tertio. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, & illud 1. Ioan. tertio; videbimus eum ſicuti eſt.

Secundo. Viderunt & corporali viſione Apoſtoli (quos omnes ſibi Euangeliſta connumerans dicit, vidimus) gloriam verbi incarnati, inquantum operā eius virtutem omnem totius creaturę excellentia viderunt corporaliter, ex quibus de neceſſitate inferebatur ſecundum rei veritatem, quod ipſe humanam, & diuinam vnus exiſtens habebat naturam, iuxta illud, Ioan. decimo Opera, quæ ego facio, ipſa teſtimonium perhibent de me, ſcilicet (vt ibid. contextus edocet) quod ego, & pater vnum ſumus, ideſt, quod ego habeo naturam diuiuam numero eandem, cum patre. Talia opera fuerunt miracula, ſcilicet illuminatio cæcorum, mundatio leproſorum, ſanatio infirmorum, reſuſcitatio mortuorum, &c. 3. de Sal. quęſt. 43. artic. 2. 4. & q. 44. artic. 1. 2. 3. 4. Nec obſtat, quod alij quoque fecerint miracula, etiam maiora, Ioan. 14. quoniam nemo illorum fecit vnquam miraculum aliquod in proteſtationem, quod ipſemet eſſet verus Deus, id quod Saluator noſter faciebat:

Tertio. VIDIMVS gloriam eius. Quando? In transfiguratione domini, Matth. 17. tum per ſuperhumanam ipſius claritatem in veſtimentis quoque relucentem, tum per apertiſſimum teſtimonium patris de ipſo dicentis, Hic eſt filius meus dilectus, quam vocem magnificam è cœlo allatā tres illi Apoſtoli corporaliter audierunt, 2. Petr. 1.

Quarto. Item gloriā eius, i. quod eſſet verus Deus viderūt

Modus docẽdi Chriſto ſoli proprius.

ex modo docendi. Non .n. docebat tanq̃ ſeruus, vt Moyſes, &c. ſed tanquam filius poteſtatem ſupremam docendi habens (prout à patre de eo ſignificatum eſt ibi, Matth. 17. Ipſum audite) in domo propria, Hebr. 3. Moyſes enim, & alij prophetę, non dabant populo pręcepta, ſed de præceptis Dei populum inſtruebant: in cuius rei manifeſtum ſignũ dicebant eidem. Hæc dicit Dominus; Locutus eſt Dominus; Os Domini locutum eſt, vel aliud ſimile. Quoties de Moyſe, per quem data eſt lex Iudæorum populo, antequã actualiter Iudęos de lege inſtrueret, legis, Locutus eſt Dominus ad Moyſen; aut aliquid huiuſmodi? Non autem Chriſtus tali modo, ſed ſoli Deo proprio, in edocenda, vel etiam exponenda lege, vſus eſt: vt patet Matth. 5. vbi ſępius inquit. Ego autem dico vobis. Propter quod Chriſti verbum, in fine illius ſermonis in monte ab ipſo facti, dicitur, quod erat docens, ſicut poteſtatem habẽs Matth. 7. ideſt vt Deus.

CAPITVLVM SECVNDVM.

Et die tertia nuptiæ factæ ſunt in Chana Galilæę, & erat mater IESV ibi. Vocatus eſt autem IESVS, & diſcipuli eius, ad nuptias, &c. vſq; in finem capit.

CONCLVSIO PRIMA, Cap. II.

Matrimonium ſecundum ſe eſt licitum non ſolum apud leges humanas, ſed etiam apud diuinę legis latorem Chriſtum (contra hęreſes Tatianorum, Traclitarum, Pauperum de Lugduno, Catharorum, & Manichęorum.

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM hanc quoad omnes eius partes probat Euangeliſta per tex. Nuptiæ factæ ſunt, & tex. erat mater IESV ibi, vocatus eſt, autem IESVS, & diſcipuli eius ad nuptias; & tex. hoc initium ſignorũ fecit in Chana Galilææ. Patet enim, quod pręſentia Chriſti fuit quædam actualis nuptiarum] approbatio. Alioquin, ſi iniquitas eſſet in nuptijs, ſecundum conditionem nuptiarum, ipſe non iuiſſet ad nuptias, ſed feciſſet, ſicut antiquitus faciebat, cũ eſſet idem, qui tunc erat, Deus incommutabilis. Quid faciebat antiquitus? Nolebat adeſſe, ideſt fauere, cætibus iniquorum, quinimo ea, quæ ſibi diſplicebant etiam quod viderentur ſuperficialiter bona, cum ſtomacho reijciebat. Vnde ad hoc ſignificandum, dicitur Iſai. 1. Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus? Plenus ſum. Holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum, nolui. Incenſum abominatio eſt mihi. Neomęniam, & Sabbathum, & feſtiuitates alias, nõ feram. Iniqui ſunt cœtus veſtri. Kalendas, & ſollẽnitates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta. Cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Vides ne, quod etiam ab ijs, quæ ipſe inſtituerat (puta, Holocauſta, Sabbathum, & Incenſum) ſe, ideſt ſuum fauorem, ſubtrahebat? Vnde illa pro illo ſenſu, quæ

tunc

In ſenſu illo, quo &c eſt forma intellectionis illarũ ſcripturarum

tunc à ſua præſentia fauorabili Deus eadem reijciebat, cognoſcimus fuiſſe illicita ſimulque illaudabilia. Sicut igitur ex eo, quod Deus talibus cæremonijs Iudęorum eſſe præſens, id eſt fauorabilis nolebat, dicimus merito, quod talia ſic denunciabantur eſſe ab ipſo reprobata, & per conſequens illicita: ita ab oppoſitis ex eo, quod idem Deus modo incarnatus dignatur eſſe præſens nuptijs in gratiam matrimonij factis, dicere merito debemus, quod & nuptiæ, & matrimonium, ſunt à Deo ipſo approbata, & per conſequens licita. Adde, quod non tantum pręſentia corporali Chriſtus ipſe nuptias pro matrimonio celebratas decorauit, ſed etiam miraculo, & quidem primo, defectum vini ad illas honorate complendas ex ſua pietate, matris interuentu, suppleuit (vt in textu per ſingula patet,) & quis rem illam, cui Deus, & mater, atque diſcipuli, coruplicitet fauent, non verbo, & lingua tantum, ſed opere, & veritate, audeat condemnare niſi Diabolus, qui eſt aduerſarius Dei eiuſque matris, atque diſcipulorum? Tales ergo, quos concluſio capituli eſſe contra ibi ſcriptam veritatem denotauit (vt Tatiani, &c.) ſunt, quorum phantaſiam, mentem, & linguã Diabolus in tali impugnatione commouit.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, cõtra hęreſes Tatianorum, Tracliiarum, Pauperum de Lugduno, Catharorum, & Manichæorum. Horum enim Antichriſtorum aliqui dicebant, nuptias eſſe execrabiles, ſpurcas, & illicitas; aliqui Matrimonium eſſe inuentum humanum aliqui illud tanquã malum per ſe damnandum; aliqui, nihil aliud ipſum eſſe, niſi occultum meretricium, & fornicationem iuratam, nihilq; differre à ſcortatione, ſed idem cum illa eſſe; aliqui, quaslibet alias immunditias magis eſſe licitas, quam copulam carnalem. Hos omnes, ſingulos, & ſimiles hæreſes, cum earum authoribus, condemnat alienoſque à Chriſtiana religione demõſtrat, Euangeliſta per dictum ſuum, ſcilicet quod erat in nuptijs IESVS, mater, & diſcipuli eius, & initium ſignorum fecit ibi. Nam tantas perſonas intereſſe nuptijs, præſertim fauendo eis (vt ſupra dictum fuit) eſt & nuptiarum approbatio, & opinionum narratarum pro hęreſibus declaratio, atque damnatio.

NEC veritati præmiſſorum obſtat, quod Chriſtus (vt inquit B. Hieronymus, in Prologo ſuper Euangelium hoc) B. Ioãnem de nuptijs volentem nubere, vocauit. Nam aliud eſt dicere, quod matrimonium non ſit licitum, & aliud eſt dicere, quod matrimonio præferenda ſit carnis virginitas. Porro ſicut Dominus ſua ſuorumque præſentia declaratum eſſe voluit, quod matrimonium eſt licitum, ita vocatione illa diſcipuli de nuptijs manifeſtum nobis dimiſit, q̃d matrimoniũ eſt quidẽ acceptũ Deo, ſed virginitas magis. Illo igitur duplici facto ſuo Dominus duos pro hæreticis declarauit, & cõdemnauit, nimirum & illos, qui matrimonium ſic pro nihilo habent, vt illud eſſe per ſe malum dicant (de quibus ſupra:) & illos qui matrimonium tanti faciunt, vt illud vel adæquent, vel præferant, virginitati. Aliud quoque per illam vocationem ſponſi de nuptijs, quem arbitramur ex Hyeronimo fuiſſe Ioannem connotauit Dominus, quod ſcilicet matrimonium ante ſui conſummationem per carnalem copulam poteſt per religionis ingreſſum dirimi; duodena ſiquidem Chriſti familia fuit in lege noua primum religionis, tribus votis, ſcilicet obedientia, paupertate caſtitate, communitæ exemplar: quoniam ab ipſis Chriſti diſcipulis omnis religio ſumpſit originem 2.2.q. 188.art.7. Vnde legimus ad præmiſſa cõformiter, in Concilio Trid. ſeſſ. 14. can. 6. ſi quis dixerit, matrimonium ratum, non conſumatum, per ſollemne religionis profeſſionem alterius coniugum, non dirimi anathema ſit, Hæc ibi.

Damnat Chriſtus duas hæreſes extremas, et docet, etc.

HAERESIS ALTERIVS Excluſio.

NVPTIAE factę ſunt. Secundum ſ. quod inſtitutum fuerat antiquitus ab ipſo Deo, dum ait Gen. 1. Creſcite, & multiplicamini. Neque enim Chriſtus;

ad illas nuptias, etiam vocatus, acceſſiſſet multoque minus optimo vino ex aqua miraculoſè facto eas adornaſſet, ſi non ſecundum illam inſtitutionem Domini celebratæ fuiſſent; quoniam (vt inquit B. Chryſ.) neſcit diuina iuſtitia patrociniũ dare criminibus. Vna autem, inter alias matrimonij bonas conditiones, inſtitutio à Deo erat, vt non eſſent vagi concubitus, ſed determinati, id eſt vt vxores nõ eſſent communes, ſed vnicuique marito ſua propria, ita quòd ſeruarent ſibi inuicem fidem caſtitatis coniugalis, ne videlicet maritus aliam ab vxore ſua fœminã, nec vxor alium à marito ſuo cognoſceret hominem. Talis enim fidei conditio circa matrimonium inſtituta tunc à Deo fuiſſe intelligitur, quando de coniugandis omnibus ſub exemplo primorum coniugũ, ſcilicet Adæ, & Euæ, per os ipſius Adæ dixit, Geneſ. 2. Relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Conſtat autem, quod ille, qui vagè accedit ad aliorum vxores, non adhæret vxori ſuæ. Nam hoc verbum, adhærere, ſecundum modum loquendi communem, attribuitur quaſi proprium, accidenti (iuxta illud philoſophi. Accidentis eſſe eſt ineſſe:) quandoquidem impoſſibile eſt naturaliter, quod aliquid ſit accidens, & non adhæreat ſubiecto ſuo. Sicut ergo accidens numero vnum de vno ſubiecto in aliud tranſire non poteſt; ita vir à ſua vxore ſibi per legem matrimonij determinata, nõ debet, id eſt tuta conſcientia, & ſine peccato non põt tranſire ad vxorem alterius. Nunquid non, & hoc expreſsè dixit Deus, Exodi vigeſimo? Imo, nec deſiderabis (inquit) vxorem proximi tui. In idem ergo redit dicere, Homo adhærebit vxori ſuæ, & dicere, præter vxorem ſuam homo nullam aliam fœminam cognoſcet. Ex eo igitur quod nuptiæ illæ ſecundum inſtitutum illud antiquum Dei fiebant, ſequitur de neceſſitate, & quod ſponſi illi fidem prędictam matrimonij ſeruare ſibi mutuo intendebant, & quod Chriſtus hocipſum legis antiquæ mandatum, fideleque ſponſorum intentum præſentia ſua miraculoque approbauit, & conſequenter ab oppoſitis quod hereſim illam, qua vxores quidam dogmatizant debere eſſe communes, duobus iiſdem modis condemnauit.

CAETERVM QVAMVIS Chriſtum videant hęretici illi (dummodo aperire velint oculos ad Euangelium, quod profeſſi fuerant) factis ipſis approbaſſe fidem coniugatorum mutuam, & reprobaſſe contrarium, tamen de fide illa ſeruanda minimè curantes ad contrarium eius amplectendum, & prędicandum, concurrunt. Cur ergo hęretici non vocentur merito Antichriſti (prout ab hoc eodem Euangeliſta vocantur. 1. Ioann. ſecundo:) cùm è diametro in ſuis dogmatibus contraponantur Chriſto? Nam & illi primò, & iſti ſecundo, recitati hęretici ſua falſi nominis ſcientia. 1. Timot. 6. quantum in ſe eſt, negant (vt recta ratione ex prædictis diſcurrentu patet,) quod Chriſtus & præſens fuerit nuptijs, & in fauorem nuptiarum miraculum primum fecerit. Quod quid eſt niſi negare Euangelium, & conculcare Chriſtum? Nec de hoc ſecundi hi (omiſſis primis) ex ſua, quam inuenerunt, tendicula adumbrationis excuſantur, imo accuſantur magis; quoniam indè & ignorantia eorum manifeſtatur, & malitia, qua diſcerpunt ſcripturas, declaratur.

HAERETICA OBIECTIO.

ADVMBRATIONIS, autem illorum tendicula, quam fingunt, & qua ſe tum ignorantes, tum ſcripturæ ſacræ deprauatores oſtendunt; eſt hæc. Dixit primis parentibus noſtris Deus, Geneſ. primo, Creſcite, & multiplicamini, quod & ad Noe, cum eius familia bis replicauit, Gen. octauo, & nono. At in hoc mandato tripliciter narrato, non fit aliqua mentio de illa fide coniugum, qua vxores non poſſunt eſſe cões. Sed de ſola multiplicatione (vt legenti patet.) Ergo ad nullam huiuſmodi fidem viciſſitudinariam tenentur coniuges ex diuino mandato, ſed abſque peccato poſſunt communiter, id eſt quicunque cũ quacunque, & quęcunque cum quocunque, ſecundum quod ſibi placuerit, attendere multiplicationi. Hæc enim ſola in ipſo mandato intenditur.

RESPONDETVR FORMALITER.

NE-

NEGANDO minorem propoſitionem illã ſcilicet quod in mandato ipſo, Creſcite, & multiplicamini, non fiat aliqua mẽtio de fide coniugũ mutua. Nam de tali fide mentio implicita fit dupliciter. Primo quidem illa mentio implicatur in hoc, quod illud mandatum dat Deus, non quibuſcunque indifferenter, ſed coniugibus tantum. Patet enim hoc ex ſcripturę locis allegatis in hæreticorum argumento, quoniam & Geneſ. 1. & 8. & 9. non niſi ad coniuges, ſcilicet Adamum, & Euam, ad Noë eiuſque vxorem, ad tres ipſius filios cum ſingulorum proprijs vxoribus dixit Deus, creſc. & multiplicamini. Multam igitur ignorantiam vel nolentes, oſtendunt illi, qui ex talibus locis habere volunt, vxores debere eſſe communes, ſeu (quod in idem redit) fidem mutuam coniugum in matrimonio non eſſe iuris diuini, ac ſi Deus viris ab vxoribus, aut mulieribus ab hominibus ſolutis dixiſſet, creſcite & multiplicamini. Secundo autem illa de fide coniugij mentio implicatur in hoc, quod Deus differenter à brutis dixit (vt patet in textu) aliud creſcite, & multiplicamini. Vt quid enim, cum prædixiſſet animalibus creſcite, & multiplicamini, neceſſarium fuit, & hoc ipſum hominibus replicare? Nam & homo eſt animal, ac ſecundum quod eſt animal multiplicationi intendit ideſt generat, & (quod plus vrget) de Deo ſcriptum eſt, Iob. 33. ſemel loquitur Deus, & ſecundo idipſum non repetit. Id quod etiam Geneſ. 1. de brutis patet, quia, cum dixiſſet auibus piſcibuſq; creſcite, & multiplicamini, non replicauit idem beſtijs, iumentiſque ac reptilibus, ſed hæc virtute præmiſſi mandati multiplicanda ſuppoſuit. Cur ergo non ſic ſupponere de hominibus multiplicandis contentus fuit Deus, ſed repetijt ad illos idipſum, ſcilicet creſcite, & multiplicamini? Quia dicendo ad homines creſcite, & multiplicamini, non replicauit idipſum in eodem ſenſu (vt intelligitur præcitata authoritas, Iob. 33.) quod tamen feciſſet, ſi ad bruta repetijſſet creſcite, & multiplicamini. Nam eodem ſenſu, ideſt irrationabili modo, omnia bruta generant, homo autem non eodem cum illis, ſed diuerſo, ideſt rationabili. Non ergo formaliter repetijt idipſum licet eadem verba materialiter repetierit, ſed tunc illas res (ſicut & ſemper omnes alias) diſpoſuit ſuauiter, Sap. 8. hoc eſt, prouidit ſingulis rebus ſecundum naturam & modum earum 1. q. 23. ar. 4. & q. 103. artic. 5. Ac ſi ergo dixerit Deus brutis, creſcite, & multiplicamini, modo naturæ veſtræ conuenienti, ideſt modo brutali, & dixerit hominibus, creſcite, & multiplicamini, modo naturæ veſtræ conuenienti, ideſt modo humano. Quid eſt autem modus conueniens naturę hominis? Eſt in actionibus ſuis viuere ideſt operari ſecundum rationem. Eius etenim natura eſt rationalis. Quid verò eſt modus conueniens naturæ brutorum? Eſt in actionibus ſuis viuere ideſt operari ſine ratione. Quandoquidem natura brutorum irrationalis eſt. Illud ergo creſcite, & multiplicamini, quod dictum eſt brutis, eſt diuerſum à creſcite, & multiplicamini, quod dictum eſt hominibus (id quod etiam de neceſſitate ſequi monſtrauimus ex eo, quod Deus, qui non repetit idipſum, repetijt creſcite, & multiplicamini, Geneſ. 1.) Non ergo ſola multiplicatio (vt dicebat arguens) intendebatur à Deo in hoc mandato hominibus dato, ſed multiplicatio talis, ideſt ſecundum rectam hominis rationem ordinata. Illi ergo hęretici, qui hominibus perſuadent, vt non ſeruata recta ratione (quod eſt legitimum matrimonium) multiplicationi generandæ intendant, volunt per hoc ideſt quantum ex ipſa perſuaſione eſt, quod homines nõ ſint homines, ſed bruta. Quo quid indignius, & vilius homini? Quis igitur, cum ex pręmiſſis apertiſſimè videat, hęreticos illos & tollere naturalem dignitatem ab hominibus, & veſtire homines indigna vilitate brutorum, non conclamet Apoſtolo proteſtanti, quod ipſi tum Deo multiplicationis authori, tum omnibus hominibus, tam multiplicaturis quam multiplicandis, aduerſantur? 1. Theſſal. 2. Tanta autem cordis cæcitas in ſui aliorumque perditionem prouenit eis, circa talem materiam (ſicut etiam circa reliquas) ex eo, quod peruertunt ſcripturæ illius ſenſum, (vt ſupra...,) quemadmodum, & in cæteris ſe habent,

Primo. *Secundo.* *Pulcherrima, veriſſimaq; expoſitio Gen. 2. creſcite, et multiplicamini vide ad longum.*

Digitized by Google

Porrò, quid circa intelligentiam ſcripturarum facto opus ſit, cognoſce tu ex Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 27. concluſion. 3. per totum.

CONFIRMATIO Concluſiionis. I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD matrimonium ſecundum ſe eſt licitum, vide ex ſacroſanctis Concilijs, & ſcripturis, &c. definitum eſſe, in Elucid. prim. part. articulorum numero 355. & 3. de Sal. articulorum numero 163. & 3. de Sacramen. Addition articulorum numero 170.175. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 1. concluſ. 22. 23. Quod matrimonium non eſt occultum meretricium, nec fornicatio iurata, nec idem ſcortationi, vide ex Sacroſanctis, &c. in Elucid. & Veritatibus aureis, &c. vbi ſupra. Item in Elucid. 2. 2. articulorum numero 733. & 3. de ſacramen. Addition. 172. 176. 263. 268. 287. Item in Veritatib. aureis, &c. Geneſ. 24. concluſione 5. Quod hæreticum eſt dicere: nuptias, ſecundum ſe eſſe execrabiles, & nuptiarum fœdera inter ſe iungentes peccare, & nuptijs coniugatos eſſe ſeparandos nec eſſe ad ſanctam communionem admittendos, vide ex ſacroſanctis Concilijs, &c. in Elucid. 2. 2. articulorum numero 738. & 3. de ſacram. Addit. articulorum nu. 199. 200. 202. Item in Veritatibus aureis, &c. Geneſ. 1. concluſ 21. 22. 23. Quod hæreticum eſt dicere, q͂d vxores debent eſſe communes, ideſt quod coitus promiſcuus vxorum, vel etiam aliarum fœminarum, ſit licitus, ita ſcilicet vt quilibet ſine peccato poſſit vti qualibet, & (quod peius eſt) quod coire teneatur mulier cum quolibet viro eam petente, & qualibet vir cum muliere qualibet ipſum petente: & quod ad omnes promiſcuè applicandum ſit abſque peccato illud dictum diuinum, creſcite, & multiplicamini, vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucid. pri. par. articulorum numero, 405. 578. & 1. 2. articulorum num. 405. & 2. 2. ar nu. 683. 739. 745. 753. & 3. de Sal. artic. num. 91. 295. & 3. de ſacram. Additio. articulorum num. 171. 204. 255. 267. 269. 272. 284. 218. Item in Veritatibus aureis ſuper, &c. Geneſ. 26. concl. 4.

CONCLVSIO SECVNDA Cap. II.

MIRACVLA Chriſti fuerunt in ſemetipſis vera, & pro veris ab hominibus publicè ad manifeſtum ſenſum probata, & à Chriſto ipſo per virtutem ſuæ diuinitatis facta. Quæ & ipſe non ſine neceſſitate, nec ſine animarum ſalute, nec extra tempus opportunum à ſe præcognitum, atque pro ijs faciendis præfixum operatus eſt.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM Concluſionem, quo ad omnes eius partes probat Euangeliſta per text.) Vinum non habent, & text. Quid mihi, & tibi mulier? Nondum venit hora mea, & implete hydrias aqua, &, ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc, &, hoc fecit initium ſignorum, &, text. manifeſt. gloriam ſuam & crediderunt in eum diſcipuli eius. Prima enim pars, ſcilicet, quod miracula Chriſti fuerint vera, & pro veris ab hominibus publicè probata, patet ex eo, quod vinum illud miraculoſum non potuit præfuiſſe in hydrijs, ex quibus tamen ſolis poſtea (vt habes in textu) fuit hauſtum. Nam illæ hydriæ ad nihil vini continendi poſitæ ibi fuerant, ſed tantum ad purificationem Iudæorum (textu id narrante,) ideſt ad aquas continendas, quibus Iudæi crebrò inter comedendum manus ſuas, & vaſa cibis denuo inferendis apta lauantes ſecundum traditionem ſeniorum, Mar. 7. purificari dicebantur. Veritas igitur miraculi ex hoc euidentior in ſe fuit: quoniam ſi aqua fuiſſet in vinum conuerſa in vaſis vinarijs potuiſſent aduerſarij veritatis huius calũniari dicẽdo, ꝙ vinum illud falſè in parte, præextitiſſet ibidem, & conſequenter quod vinum ipſum vel non fuiſſet miraculoſum, vel minus miraculoſum, quam textus Euangelicus dicit. Si namque totum vinum ibi-

Purificatio Iudæorum per hydrias.

dem

dem præextitiſſet, patet de ſe, quod non fuiſſet poſtea miraculoſe factum, ſed poſtea manifeſtatum conuiuantibus, quod ibi latebat. Sin autem in parte tantum, ideſt aliqua ſolummodo pars vini, ibidem præextitiſſet, iam non per conuerſionem aquæ in vinum ſed per additionem vini ad vinum, miraculum illud fuiſſet, id quod vtique minus de ratione miraculi habet. Quis enim neſciat, quod minus miraculum eſt, eandem ſubſtantiā multiplicare; quam conuertere vnam ſubſtantiam in aliam, hoc eſt (in propoſito) vinum præexiſtens augere, quam in vinum aquam conuertere 1.p.q.105. artic. 8. Rurſus illa pars concluſionis prima patet ex eo, quod prædictę hydriæ fuerunt de nouo impletæ aqua. Euidentius enim veritas miraculi apparet nunc quam ſi de recenti non fuiſſet ſenſibiliter expertum, quod elementum vino contrarium, ideſt aqua, hydrijs infundebatur. Vſque ad ſummum verò eas fuiſſe aqua impletas, facit etiam ad euidētiam veritatis miraculi, quia per hoc oſtenditur, quod nullum vinum potuit humanitus ſuperinfundi aquis hydriarum, & conſequenter quod totum vinum ſine aliqua mixtura vini ſuperpoſiti fuit miraculoſum. Ex illo igitur textu. Implete hydrias aqua, & impleuerunt eas vſque ad ſummum, reſtat probatum, quod miraculum fuit in ſe verum.

QVOD AVTEM miraculum hoc fuerit pro vero publice comprobatum ab hominibus (quod erat alia particula eiuſdem primæ partis concluſionis) patet ex eo, quod architriclinus, guſtato illo vino per conuerſionem aquarum facto, dixit ſponſo ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc. Hoc eſt optimum vinum eſt illud, quod miniſtri nunc mihi attulerunt, & ideo ſecundum humanum nuptiarum morem ab omnibus communiter obſeruatum, non debuit à te commenſalibus apponi circa finem conuiuij, ſed in principio. Poſtquam autem architriclinus, bonitatem illam vini ad ſenſum guſtus proprij teſtificatus eſt tunc & ſponſus, & cæteri omnes conuiuæ de illo vino hydriarum biberunt tum quia nihil aliud vini aderat (iam enim defecerat totaliter) tū quia bonitate vini optima tanto teſtimonio audita illud præ omni alio (etiam ſi affuiſſet) appetierunt, tum quia ſponſus pro ſui honore melius vinum propinari commenſalibus voluiſſet. Sic ergo veritas huius miraculi ab omnibus ſimul cōgregatis approbata facto ſenſibili eſt: dū vinum non ſophiſticatum, ſed anthonomaſicè bonum ideſt optimum, omnes iudicarunt, illud non phantaſticè, ſed vere biberunt, & de illius bibitione non illuſoriè, ſed re vera, conſolati ſunt.

RESPONSIO TACITÆ Obiectionis.

PORRO in capituli concluſione pluraliter fit ſermo de miraculis Chriſti dicendo (vt ibi patet) & quod fuerunt in ſe vera, & quod pro veris ab hominibus ad ſenſum probata, & quod, &c. vt ſuprà, quoniam licet miraculum hoc de aqua in vinum purum fuerit ſolummodo vnum, tamen fuit exemplar quoddam aliorum miraculorum, inquantum, ſcilicet fuit omnium primum. Quod enim primum eſt in vnoquoque genere eſt menſura ſubſequentium (vt ex metaph. 10. conſtat) ideſt alia ſubſequentia imitantur ipſum inquantum poſſunt. Nec eſt vllo modo dubitandum, quod hoc ſignum de aquæ conuerſione fuerit abſoluiè primū ideſt ante omnia alia miracula factum, quamuis locus miraculi ab Euangeliſta ſubiunctus ſcilicet in Cana Galileæ, apparentiam aliquam quibuſdam facere videatur, quod hoc ſignum non fuerit abſolutè primum, ſed tantum primum eorum, quę facta ſunt in Cana Galileę. Primo, quia ſi non fuiſſet, ſecundum Euangeliſtam, primum, niſi factorum in tali loco tunc ſubiungenda aliquando ab hoc eodem Euangeliſta fuiſſent aliqua alia miracula poſtmodū in Cana Galileæ facta (vt cuilibet ſecundum rectæ rationis dictamen diſcurrenti patet:) quod tamen nunquam ſubiunxit. Secundo, quia narrando alia miracula alibi à Chriſto facta debuiſſet pari ratione dicere; Hoc fecit initium ſignorum in Capharnaum, & ſimiliter. Hoc fecit initium ſignorum, in templo Hieruſalem. Vel hoc fecit initiū, &c. in via Hierico, Vel, Ad piſcinam, Vel, cum deſcendiſſet de monte, &c. qd nun-

Miraculorum primum abſolute.

Primo.

Digitized by Google

nunquam dixit. Tertio; quia cum in principio expreſſe dixiſſet Euangeliſta, locũ nuptiarum eſſe Canam Galilçæ, replicaret nunc ſuperfluè Canam Galilçæ, ſi locum huius miraculi in nuptijs facti denotare intenderet. Superfluum enim eſt (vt de ſe patet) dicere locum illius miraculi fuiſſe Canam Galilæç, ſcientibus iam omnibus, ex Euangelico textu præmiſſo, quod locus nuptiarum erat Cana Galilææ. Non ergo locum ſigni voluit exprimere Euangeliſta, ne ſuperfluitatem illam committeret, ſed locum initij ſignorum, id quod & apertè ſonant verba eiuſdem dicentis, Hoc fecit initiũ in Cana, id eſt hoc appoſitiuè initium ſignorũ, fecit in Cana Galilæç. Porro, ſolicitus etiam fuit Euangeliſta ad explicandum, quod Cana Galilæç, quæ erat locus miraculi talis, fuerit quoque locus initij miraculorum à Chriſto factorum, vt poſſemus in tali caſu Domino dicere, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua, pſal. 118. Quas? Quòd Saluator noſter antea fecerit aliqđ miraculum.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Miracula Chriſti fuerunt ab ipſo per virtutem ſuæ diuinitatis facta, demonſtratur ex tex. Quid mihi, & tibi eſt mulier? &c, Manifeſtauit gloriam ſuam. Conſiderantibus enim precedentem textum, ſcilicet erat Mater Ieſu ibi; ſimulque præſentem, ſcilicet. Quid mihi, & tibi, eſt mulier? patet; quod Chriſti hæc ad matrem ſuam reſponſio debet de neceſſitate intelligi ſolummodo quantum ad diuinam ipſius naturam. Nã filio & matri (vt conſtat) multum eſt cõmune, cùm filius à matris viſceribus trahat ſuam ſubſtantiam corporalem, cum ab eadem menſibus nouem in vtero portetur, & nutriatur, cum ab eadem extra vterum proprio lacte paſcatur, variiſque modis in ſua multiplici indigentia foueatur aſſidue, & adiuuetur, donec ad ætatẽ perfectam perueniat. Taceo quod prçter illud multum matris magnum amorem, quo omnia prædicta fecit, debet filius ſatis ponderare iureq; gratitudinis ita recognoſcere, vt pro peccato grauiſſimo (qđ

Notabilis expoſitio tex. Quid mihi, & tibi eſt mulier? per totum.

verè eſſet) habeat dicere matri ſuæ: Quid mihi, & tibi eſt mulier? Ingratiſſimus nãque non ſolum apud Deum, ſed ẽt apud homines iudicaretur propter talia verba talis filius, vtpote qui nec tanta beneficia à matre recepta, nec tantum ipſius amorẽ magnipenderet, imo poſtergaret, & floccifaceret. Abſit autem, & in æternum abſit, à mentibus hominum vel leuiter de Chriſto cogitare non dico tãtam, ſed nec minorem minima ingratitudinẽ, erga matrem ſuam, vt ipſe, tanquã homo ab ea dependens, negauerit, ſe habere aliquid cũ ea cõe (id quod importat illa reſponſio; Quid mihi, & tibi eſt mulier?) Nunquid non ſcimus, quod ipſe optimè nouerat, & ſuam humanitatem ab ea pendere, in quantum ex puriſſimis eius ſanguinibus carnẽ aſſumpſerat? 3. de Sal. q. 31. ar. 5. & ſe ab ea in vtero nouem menſibus portatum, ac educatum? 3. de Sal q. 33. ar. 1. 4. & ſe extra vterum ab ea vbere de cælo pleno lactatum, pãnis inuolutum, in præſepio poſitum? 3. de ſal. q. 35. ar. 6. Luc. 2. in Aegyptum ab ea portatum indeq; reportatũ? Matth. 2. Nonne ipſe eſt de quo ſcribitur, Luc. 2. & erat ſubditus illis? Et qui in cruce moribundus, eiuſdem matris ſuæ, non obſtantibus tantis pœnis, recordatus eſt, ipſam virginem Ioanni virgini ſtrictius commendando? Ioan. 19. Nullius ergo vel irreuerentiæ, vel ingratitudinis, vmbram ad matrẽ re vera importat iſta Chriſti reſpõſio; Quid mihi, & tibi eſt mulier? Sed profundiſſimi continet arcanũ myſterij à ſeculis abſconditi (Coloſſ. 1.) & quid eſt illud myſterium? Quod Ieſus, cui tũc loquebatur mater eſt Deus verus, & non tantum homo, Horũ vnum, ſ. quod eſſet homo omnib. apparebat, aliud autem ſ. ꝙ eſſet Deus, nõ apparebat. Latebat ſiquidẽ in hoĩe illo diuinitas, ſed nec omnib paſſim de repente debebat tantum ſecretum manifeſtari, & ideò non mirum, ꝙ nunc à Chriſto, in quo ſunt oẽs theſauri ſapientiç abſconditi prçmiſſis ſuç reſponſionis verbis manifeſtetur ſic tamen quaſi in occulto. Quid mihi (inquit) & tibi eſt mulier? Ecce deitatis manifeſtatio, ſed non omnibus, neque in aperto. Cognouit quidem hoc filij reſponſio Beata mater diuinitatis eius arcanum reſerari, ideoque maxima eſt reuerentia tantç maieſtati

Digitized by Google

ieſtati ſe totaliter ſubmittens miniſtris etiam poſtea iuſſit, vt omni ad filium ſubmiſſione præſtita, facerent quodcunque ipſis ille diceret. Veruntamen alij, qui prudentia, intellectuſque perſpicatia erant Beata illa Matre multò inferiores tantum in verbis illis Domini arcanum diuinitatis non perceperunt, ſed aliorum ad varios ſenſus, prout ſibi videbatur, verba ipſa traxerunt.

PRAEMISSORVM Clarior explicatio.

CAETERVM dicet quis. Quomodo ad illam matris propoſitionem, vinum non habent, hæc filij reſponſio (cum tam remota à propoſita per matrē indigentia videatur) coaptari poteſt? Reſpond. Si verba nuda hinc inde accipiantur, difficultas de impoſsibili ferè ſapiēs circa huiuſmodi coaptationem inſurgit: cum maximè (vt arguens tetigit) diſsimilia inter ſe appareant duo hæc, ſcilicet, vinum non habent, &, Quid mihi, & tibi eſt mulier? perſiſtendo videlicet (vt par eſt) in expoſitione huius filialis reſponſi præmiſſa de diuinitate eius. Quantum enim diſtat ortus ab occidente, tantum à ſe ſuperficietenus differunt, vinū non habent, & Diuinitas mea, ò mulier non eſt mihi à te. Si verò ſenſum intrinſecum in eiſdem vtriuſque verbis incluſum, ideſt (quod in idem redit) ſi ad intentionem ſub illis vtriuſque verbis latentem attendamus: tūc facilis correſpōdentia vtrorumque dictorum inuenitur. Ad huius igitur euidentiam ſciendū eſt: quod intentio tam matris, quam filij, ad miraculum reſpiciebat. Hinc fit, vt verba illorum non nudè, ſed vt ſtant ſub illa intentione intelligi neceſſariò debeant. Quamuis ergo verba hæc, vinum non habent, non exprimant ſecundum ſe niſi defectum vini: tamen illa met, vt ſtant ſub intentione proferentis, important petitionem ſuppletionis miraculoſæ à filio. Nouerat ſiquidem mater filium ſuum eſſe & ad miſerias aliorum ſubleuandas benigniſsimum, & ſibi amantiſsimum, & Deum omnipotentiſsimum: propterea que ipſa deſiderans, quod filius ſuus ſuppleret per miraculum defectum vini, iudicauit, ſat eſſe dicere filio. vinum non habent. In his enim paucisſimis verbis (inquiebat) introſpiciet filius & miſerias conuiuantium, & meum deſiderium, & meam de obtinendo miraculo vini ſuppletiuo fiduciam, qua factum eſt, ut defectum vini ſolum ei propoſuerim, ideoq; cum ſit benigniſsimus, meique amantiſſimus, ac Deus omnipotentiſsimus, vinū pro nuptiali conuiuio abundanter ſufficiens miraculosè ſuppeditabit. Ad illam igitur ſuæ matris propoſitionem. Vinum non habent, hac pręmiſſa intentione veſtitam, reſpondit aptiſsimè filius; Quid mihi & tibi eſt mulier? Hoc eſt. Quid mihi, & tibi, quantum ad poteſtatem faciendi authoritatiuè miracula, eſt; mulier? Quaſi apertè dicat. Tu petis à me miraculum: veruntamen ſcito tu, & alij: quod facere per authoritatem miraculum, non conuenit mihi ſecūdum naturam, in qua communicamus, ideſt ſecundum naturā humanam à te habitam, ſed ſecundum naturam, in qua non communicamus, id eſt ſecundum naturam diuinam. Porrò, antequam de miraculo fiendo reſponderet, vt poſteà reſpondit, ibi. Nondum venit hora mea) neceſſarium fuit, præmittere hanc, quam nunc diximus, poteſtatis declarationem: vt ex hac Chriſti ſententia condemnaretur illa, quam ipſe futuram præuidit, hæreſis, & Arnoldi dicentis: quod Chriſtus aſsumpſit humanitatem æqualem ſuæ diuinitati in omnibus bonis ſuis, adeò, vt tanta ſit humanitas Chriſti, quanta eſt eius diuinitas, atque tantundem poſsit, ac valeat: & Eutiçeris dicentis, quod caro Chriſti fuit in diuinitatem conuerſa. Contra quas hęreſes vide etiam Elucidationes pri. par. articulorum numero 368. & 3. de Sal. articulorum numero 69. 109. 145. 12. & 3. de Sacram. articulorum num. 27. & 1. 2. art. num. 596. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 389.

Mirā conuenientiā textuū apparenter diuerſorū notate ꝑ totum.

Hæreſes duæ condēnantur ꝑ textum.

PRAEMISSAM Reſponſionis Domini expoſitionem docuit nos Beatus Auguſtinus dum ſuper hunc Euangelij locum dixit: Dominus noſter, ſecundum quod Deus, matrem non habebat, ſecundum quod homo erat, habebat matrem. Miraculum autem, quod facturus erat, ſecundum diuinitatem erat facturus, non

ſecundum

ſecundum infirmitatem humanam. Miraculum tamen exigebat mater. At ille, non tanquam agnoſcens viſcera humana, operaturus facta diuina dixit. Quid mihi, & tibi, eſt mulier? Tanquam dicat. Quod in me facit miraculum, non tu genuiſti. Hæc ille. Deitas ergo, qua Chriſtus miraculum hoc effecit, non proceſſit ex matre: ſed fuit ante matrem, ab eaque proceſſit mater: contra eos, qui hęreticè dixerunt, quod Chriſtus omne ſuum initium habuit ex Maria. Rurſum. Ad idem Beatus Auguſtinus, de Symbolo, dicit. Vt ergo diſtingueret inter Deū, & hominem, quia ſecundum hominem minor erat & ſubditus, ſecundum autem Deum ſupra omnes erat, dixit: Quid mihi, & tibi, eſt mulier? Hæc ibi.

COROLLARIVM, Continuans probationem.

RESPONSO igitur illo ſuo Chriſtus manifeſtauit: & ſe eſſe Deum & miracula ſua eſſe diuinitatis ſuæ euidētes probationes. Niſi enim eſſet Deus, nunquam dixiſſet matri; Quid mihi, & tibi, eſt mulier? & niſi miracula ſuam ipſius diuinitatem efficaciter probarent, non fuiſſet neceſſe, quod oſtenderet, miracula à ſeipſo virtute diuinitatis fieri (vt iiſdem verbis oſtendit.) In primo autem verbo ſuo (ſi in hoc Euangeliſta fiſtamus) manifeſtare ſe eſſe Deum, ſolicitus fuit Chriſtus: quia per hoc nos inſtruere voluit, quod primum fundamentum ſalutis noſtræ eſt firmiter credere, ipſum non tantum eſſe verum hominem, ſed etiam verum Deum. Vnde ad hoc ſignificandum dixit Apoſtolus, 1. Corin. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus: & Epheſ. 2. Ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ędificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino. Hoc eſt. Summum fundamentum, ſuper quo omnis ædificationis ſpiritualis ſtructura conſurgit, eſt Chriſtus Ieſus, ideſt eſt fides hæc, q̄d Ieſus eſt Chriſtus, i. Deus, & homo. Nā hoc nomē Chriſtus ſignificat habentem duas naturas, ſcilicet diuinam, & humanam Græcè enim Chriſtus, Latinè eſt vnctus: & diuina quidem natura eſt in

Mōſtrat, & ſe eſſe Deum, & miracula ſua eſſe diuinitatis oſtenſiua.

eo, vt vngens, humana autem, vt vncta oleo, ſcilicet illo gratiæ ſpiritualis, de quo Pſalmiſta cantabat ipſi Chriſto, Pſal. 44. Vnxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Hanc etiam fidem. Beatus Athanaſius eſſe primarium poſt articulum de ſumma Trinitate, ſalutis noſtræ fundamentum conteſtatus eſt, in ſuo Symbolo dicens. Neceſſarium eſt ad æternam ſalutem, vt incarnationem quoque Domini noſtri Ieſu Chriſti fideliter credat. Eſt ergo fides recta, vt credamus, & confiteamur: quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dei filius, Deus & homo eſt. Deus eſt ex ſubſtantia patris ante ſecula genitus: homo eſt ex ſubſtantia matris in ſeculo natus. Perfectus Deus: perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne, ſubſiſtens. Aequalis patri, ſecundum diuinitatem, minor patre, ſecundum humanitatem. Qui licet Deus ſit, & homo, non duo tamen, ſed vnus, eſt Chriſtus? Hæc ibi. Ex quibus etiam patet intelligentia circa illud, quod ex verbis Euangelij præſentis dicebatur, ſcilicet, quod Saluator noſter eſt Deus: quomodo videlicet catholicè intelligendum ſit hoc. Illam eandem fidem Beatus Hilarius quoque eſſe principale fundamentū aſſerit, in Homil. ſuper Matth. 16. Dicēs. Vnigenitum Dei filium aſſumpſiſſe corpus, & hominem factum eſſe: perfecta confeſſio eſt. Igitur, quia ſummum in fide iſta bonum eſt, à diſcipulis requirit, quem ſe eſſe homines dicerent: & adiecit, filium hominis. Hæc enim confeſſionis tenenda eſt ratio, vt ſicut Dei filium, ita & filium hominis meminerimus eſſe. Quia alterum ſine altero nihil ſpei tribuit ab ſalutem. Hęc ibi. Non duo tamē (inquiebat Diuus Athanaſius,) ſed vnus, eſt Chriſtus. Quod confirmans Concilium Conſtantinopolitanum quintum contrariumque dānās, in action. ſeu confeſſion. octaua, cap. 3. ait. Si quis dicit, alium eſſe Deum verbum, qui miracula fecit, & alium eſſe Chriſtum, qui paſſus eſt: vel Deum verbum cum Chriſto eſſe dicit, quando ex muliere naſcebatur, vel in ipſo eſſe, vt alterum in altero: & non vnum eundemque Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Dei verbum incarnatum & hominem factum, atque eiuſdem mira-

Digitized by Google

miracula, & paſſiones, quas ſponte paſſus eſt carne: talis anathema ſit. Hæc ibi.

EX SVPRADICTIS ERGO probatam eſſe conſtat concluſionis partem illam, Miracula Chriſti per virtutē diuinitatis eius facta ſunt. Conſequenter ergo non potuerunt non eſſe uera, & ipſum eſſe Deum, efficaciter tanquam effectus ſibi ſoli proprij, probantia. Initiū enim miraculorū ſuorum facturus Chriſtus ideò ſe, velut Deum, operari tūc proteſtatus eſt (vt declaratum ſupra fuit:) ut toties nos, ad cognoſcendum ex notioribus nobis ipſum eſſe Deum, ſciremus, quoties miracula ab ipſo in Euangelio fieri legeremus. Rurſum. Eādem concluſionis partē demonſtrari dicebamus ex tex. & manifeſtauit gloriam ſuam. Verus enim ſenſus ſententiæ huius eſt, manifeſtauit gloriam, quam intus, oculis hominum occultam, habebat. Et quę erat iſta? Quòd ipſemet erat Deus. Nā talem fuiſſe ſummam Chriſti gloriam, docuit Apoſtolus his verbis, 2. Corin. 5. Deus erat in Chriſto. Non tamen, vt alter in altero (quod ſupra explicauit Concilium quintum Conſtantinopoli celebratum:) ſed vt à natura humana alter in natura, & idem in perſona. Gloriam (inquit) ſuam, ideſt ſibi naturalem, non aduentitiam, neque à ſe vſurpatam: iuxta illud de Chriſto dictum, Philip. 2. Non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo. Ex præmiſſis igitur denique conſtat: quod Saluator, ſe eſſe verum Deum, declarauit dupliciter, ſcilicet verbo (ibi; Quid mihi, & tibi, eſt; mulier) & facto (ibi, Aquam vinum factam.)

Quoties miracula fecit Chriſtus, toties factis ipſis ſe eſſe Deum probauit.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus non ſine neceſſitate miracula operatus eſt, demonſtratur ex tex. Vinum non habent, & tex. Hoc fecit initium ſignorum. Nam Chriſtum ad aquæ miraculoſam conuerſionem in vinum non proceſſiſſe, niſi quando vinum conuiuis neceſſarium defecit, textus illi notificāt. Vinum (inquit) non habent. Ergo erat in uia proxima deficiendi, uel ex toto iam defecerat: licet talem defectum conuiuæ communiter nondum percepiſſent, propter quod Chriſtus matri miraculum implicitè in verbis illis petenti reſpondens dixit, Nōdum uenit hora mea. Hóc eſt. Nondum ſuam ipſorum neceſſitatem de vino cognouerunt aſtantes: & ego Nolo facere miraculum ſine neceſſitate. Vbi profunde conſiderantibus patet: quod duplicē neceſſitatem ad faciendum illis miraculum Chriſtus requirebat, ſcilicet realem, & cognitam. Realem, dico, quod uidelicet re uera vinum totum defeciſſet: cognitam autem, quod conuiuæ hanc deficientiam, ſimulque propriam indigentiam ſeu neceſſitatem, cognouiſſent. Per qđ nos edocere voluit Dominus, & qđ ipſe libenter ſubuenit neceſſitatem patientibus neceſſitatem, inquam, talem cognoſcentibus, indeque leuamen à Deo cum ſpe deſiderantibus, & quod indigni ſunt ſubleuatione à proprijs miſerijs, qui illas pro miſerijs (vt oportet) non cognoſcunt. Ratio horum omnium eſt: quia Deus vult, cognoſci beneficia ſua à nobis, & magni (ut par eſt) fieri. Modò ille, qui propriam neceſſitatem non cognoſcit, etiam ſi beneficium ſubleuationis ex illa ab aliquo reciperet, beneficium ipſum pro magno (ut eſt) non habet, immò illud, ſecundum proportionem neſcientiæ propriarum neceſſitatum, pro beneficio non æſtimat, ideſt, quod ſit ad proprias miſerias ſubleuandas, vtpotè à ſe non cognitas, beneficium non aduertit. Conſequenter ergo indè benefactorem pro benefactore non cognoſcit, ideoque ei gratias debitas non agit: & ſic ingratus in tanta ingratitudine tanto diutius, facilius, ſibique pernitioſius, perſeuerat, quanto ingratitudinem ipſam pro ingratitudine non æſtimat, & ſic de malo in peius ingratitudinis profundum cæcus corruit, ac tandem in infernum ſuę ingratitudinis peccato maximo 2. 2 q. 107. art. 1. 2. 3. debitum deſcendit uiuens, ideſt illuc nunquam ſe deſcenſurum, immò in paradiſum ſe aſcenſurum, arbitratus. Miſericors igitur ualdè, & miſerator Dominus oſtenditur erga homines ex hoc, qꝫ in ipſis propriarum neceſſitatum ſeu miſeriarum cognitionem requirit, antequā beneficia ſua eiſdem conferat (ut hic de miraculo aquę in uinum:) patuit ne ſcilicet

Miſericordiā Chriſti hic occluſam, & maximā, vide &c.

Digitized by Google

cet tanta mala tum culparum, tum pœnarum, quę prædiximus, incurrant. Hinc porrò, à ſimili, videas: quod ex maxima Dei miſericordia factum eſt, vt à principio mundi poſt hominis peccatum quādo homines nondum miſerias ſuas (ut oportebat) cognoſcebant, non incarnaretur, 3. de Sal. q. 1. artic. 5. vltra alias rationes, quæ ibi afferuntur ad idem. Vbi etiam memento, quod ingratitudo (de qua ſupra) pertinet ad primam, & ſecundam ſpeciem ſuperbiæ, 2. 2. quæſt. 162. artic. 4. ad tertium.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus non ſine animarum vtilitate miracula operatus eſt, demonſtratur ex tex. Crediderunt in eum Diſcipuli eius. Patet enim quod credere in Chriſtum eſt vtilitas, immò totius fons vtilitatis, animarum. Euangeliſta igitur per hoc, quod ex miraculo viſo ſecutum fuiſſe dicit, quod diſcipuli Chriſti crediderunt in eum, declarat apertè: quod Chriſtus iſtud miraculum (& à ſimili, alia, vt ſupra in reſponſione tacitæ obiectionis, poſt primam probationem, demonſtratum fuit) non ſine animarum vtilitate, & quidē maxima, operatus eſt. Maxima, inquam: quia non ſolum dicitur de Diſcipulis poſt miraculi viſionē, quod crediderunt ei, ſed etiam quod crediderūt in eum. Nam licet credere Chriſto, magnum ſit, tamen non eſt maximū: ſicuti eſt, credere in Chriſtū. Illud enim dicit ſolam fidem: hoc verò dicit ſimul & charitatem, qua quis per bona opera, ſaltem in voto habita, mouetur in Deum (vt docet fideliſſimus Eccleſię Catholicę Doctor, S. Thomas 2. 2. q. 2. artic. 2.) Augmentata eſt ergo tunc in Diſcipulis & fides; (nam poteſt eſſe maior tum in diuerſis, tum in eodem, 2. 2. q. 5. art. 4. & charitas, 2. 2 q. 24. art. 4. Crediderunt (inquit) in eum. Quid crediderunt? Non nē credebant & prius? Alioquin non fuiſſent eum ſecuti animo ſyncero, ſed ficto. Reſpon. Credebant vtique prius in eum aliquo modo, ſed non tam perfectè, ſicuti nunc crediderunt: quemadmodum (à ſimili loquendo) habebant Spiritumſanctum illi,

Credulitas Diſcipulorum quæ: & matris.

quibus Chriſtus dixit, Ioan. 14. Rogabo patrem meum, & alium paraclitum dabit vobis: ſed non habebant eum illo modo, id eſt in tanta abundantia, vt poſt hāc orationem Chriſti habituri erant. Quid autem prius de Saluatore noſtro crediderint, patet ſuprà ex cap. 1. puta, quod crediderant eum eſſe Meſſiam (iuxta illud, inuenimus Meſſiam, quod eſt interpretatū Chriſtus, & illud, Tu es Rex Iſrael) atque hominē ſanctitate præcipua Deo gratiſſimum (iuxta illud ibid. Tu es filius Dei. Filiatione, ſcilicet adoptiua præ cæteris hominibus excellentiſſima.) Sequebantur ergo illum animo non ficto, ſed ſyncero, quatenus tamen iſta eorum credulitas extendebatur, & non plus: hoc eſt, ſequebantur illum, vt hominem quidem purum, ſed ſanctiſſimum, & magiſtrum doctiſſimum, & Meſſiam nationi Iudæorum à Deo promiſſum. Nunc uerò, poſtquam tantum miraculum viderunt, quod ſcilicet ab ipſo voluntate ſola in vinum perfectiſſimum tanta hydriarum aqua ſubitò conuerſa eſt, ad tantam fidei perfectionem aſcenderunt: vt in ipſo diuinam potentiam latere crediderint. Per hanc enim textuum continuationem immediatam, ſcilicet Manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum Diſcipuli eius, inſinuatur, quid ipſi tunc crediderint: quod videlicet crediderunt gloriam eius. Cur autem non dicitur, & credidit in eum mater eius: ſicut de diſcipulis dicitur? Quia mater non credidit de nouo gloriam eius, cum ſemper à principio Conceptionis filij ſui firmiſſimè crediderit, nullatenus vnquam dubitans, quod ipſe eſſet Deus: id quod de Diſcipulis non ſemper verum fuit. Potuit quidē mater, viſo hoc miraculo proficere in eadem fide: cum & fides & charitas in eodem poſſint augeri, 2. 2. q. ar 4. item q. 24. art. 4. Sed non potuit de nouo, quaſi eam prius non habuiſſet, habere illam fidem de filio.

EX PRAEMISSIS ERGO omnibus conſtat: quod illa quarta concluſionis pars non ſolum probata eſt, ſed etiam ex abundanti probata, id eſt plus, quam promittebatur, probata. Nō enim tantummodo probatum fuit, quod miracula Chriſti non fiunt abſque animarū

vtilitate

Digitized by Google

vtilitate (id quod in concluſione capituli dicebatur) ſed etiam quod non fiunt abſque maxima animarum vtilitate. Quæ enim maior pro animabus vtilitas in præſenti vita haberi poteſt: quam purificatio ipſarum coram Deo? Modo per fidem, & charitatem purificantur coram ipſo iuxta illud, Actu. 15. Fide purificans corda eorum: & illud, Prouerb. 10. Vniuerſa delicta operit charitas. 2. 2. q. 7. art. 2. Cum igitur Chriſtus nunquam ſine hac animarum vtilitate, ideſt ſine iuſtificatione animarum per fidem & charitatem, fecerit miracula exteriora (vt patet ex ſupradictis, & præcipuè ex illo, Ioã. 7. Totum hominem ſanum fecit in Sabbatho) ſequitur neceſſario: qđ ſingula Chriſti miracula ſunt ſemper ad maximam animarum vtilitatem facta. Et meritò. Nam Chriſtus ad ſaluandum principaliter magis animas, quam corpora, venerat: ideoque exteriora miracula quibus ſaluti corporum ſubueniebat, ordinabat ſemper ad animarum iuſtificationem, ita vt vel prius, vel ſimul, ſanatio fieret animarum. Sic ergo ſemper non partem hominis, ſed totum hominem ſanabat.

COROLLARIVM.

Miraculorum Dei à miris Diaboli diſcrimē, & cognitio.

A DIABOLI ergo miris, & præſtigijs, facilè eſt diſcernere miracula Chriſti: & per hoc idem poteſt faciliter iudicari de aliqua re mirabili facta vtrũ ex Deo ſit, an ex Diabolo. Primum enim intuitum, his occurrentibus, debemus ferre ad vtilitatem animarum: & ſic inde ſanum de illis trahere iudicium. Manifeſtiſsimum ſiquidem eſt, quod, diabolum intendere, & multò magis operari aliquid ad ſalutem animarum noſtrarum, impoſsibile omninò eſt, cum ipſe noſtræ ſpirituali ſaluti, ex maxima ſua ad nos inuidia ab initio concepta, (1. quæſt. 63. art. 2.) ſemper inſidietur, 1. q. 114. art. 1. 2. Et inuidia illa ſit prorſus inextinguibilis, quoniam voluntas eius eſt in peccato iam commiſſo totaliter obſtinata, 1. q. 64. art. 2. Poteſt ergo diabolus inuidus intendere animarum noſtrarum detrimentum, & ad hoc operari, ſicut etiam de facto huiuſmodi detrimentum ſemper intendit, ad illudque ſemper operatur: ita vt in contrarium (ſic obſtinatione ſua faciente) non poſsit. Per oppoſitum verò clariſsimum tum ex præmiſsis, tum ex multis alijs ſcripturis eſt: quod noſtrarum animarum ſalutem ſemper intendit Chriſtus, ad eamque faciendam & miracula ſua (vt in huius Euangelij propoſito ſiſtimus) & alia opera, atque doctrinas, ordinat: id quod eſt tam propriũ Deo de nobis, vt ab hoc denominetur ſic in Pſal. 67. Deus ſalutarium noſtrorum, Deus noſter, Deus ſaluos faciendi. Hinc igitur habes campum latiſsimum, & regulam, diſcurrendi aduerſus opera diaboli, eaque diſſoluendi, ideſt pro rebus à diabolo excogitatis cognoſcendi, & ab omnium hominum terminis, quantum in te eſt; eadem excludendi. Quæcunque enim uideris, ex prædictis inſtructus, ad animarum utilitatem non tendere, ſecundum rei ueritatem (quamuis ſub prætextu ueritatis, & animarum ſaluris, tanquã ſub pelle ouina latentes, Matth. 7. ſe loqui, ac facere uerbis multis iactitent operarij ſubdoli, 2. Cor. 11. Transfigurantes ſe in miniſtros iuſtitiæ:) mox omnia illa habeto ſuſpecta, & ex diaboli officina proficiſci nè dubitaueris. Hac ergo ex præſenti Euangelico textu regula ſecurus procedens, dices, meridiana luce clarius eſſe: quod omnia prodigia ab Antichriſto fienda (2. Theſsal. 2.) erunt opera diabolica, quod omnes incantationes, omnes cuiuſcunque generis ſuperſtitiones (2. 2. q. 92. art. 2. uſque ad q. 96. cum ſingularum omnibus articulis) omnia uana (de quibus Hierem. 2. Ambulauerunt poſt uanitatem, & uani facti ſunt) omnia uitia, maximè autem hæreſes omnes, & ſchiſmata (de quibus 2. 2. q. 39. art. 1. 2. 3. 4. Maximè autem in q. 11. art. 1. 2. & q. 39. art. 1. 2.) ex diabolo ſunt. Ratio horum omnium una eſt, quę iam dicta fuit: quia ſcilicet nihil horum reuera tendit ad animarum ſalutem, ſed omnia concordant in hoc, quod tendunt, ſaltem latenter quãtum poſſunt, ad illarum perniciem (ut experientia quotidiana docet.) Sicut ergo hic factis ſuis nos docuit Chriſtus, quod ab effectu illo, ſcilicet animarum utilitate, debemus inferre, qđ opera illius effectus cauſa ſunt à Deo: ita ipſe de factis hac aliã doctrinã, per locũ ab oppoſitis, reli-

Regula vniuerſaliſſima & diſcretione ſpirituum.

quit nobis, quod ab effectu hoc, animarum videlicet inutilitate, ſeu (quod peius eſt) pernicie, debemus inferre ſecum; qđ opera talis effectus cauſa ſunt ex parte Diaboli.

QVINTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus non eſt operatus miracula extra tempus opportunum à ſe & præcognitum, & pro ijs faciendis præfixum, demonſtratur ex tex. Nondum venit hora mea. Idē enim eſt hoc, ac ſi matri roganti, vt de uino ſuccurreret conuiuantibus, dixiſſet. Succurram quidem propter preces tuas, ſed adhuc modicum expecta, quoniam hora mea, ideſt ab æterno à me ad miraculosè huic defectui uini ſuccurrendum præfixa nondum uenit. Ex qua filij gratioſiſſima, & prudentiſſima (nam prudentiſſimi eſt, omnia facere in tempore ſuo) reſponſione mater intellexit ſe exauditam, & intulit in corde ſuo: Ergo, cum venerit hora ipſa, tunc mox de uino miraculoſo commenſalibus prouidebit filius meus. Vnde mater ipſa eſt mota ad dicendum miniſtris: Quodcunque dixerit vobis, facite. Neſciebat enim mater ſecretum hoc ab æterno ſtatutum, ſcilicet, & horam, & modum, miraculi huius à Domino fiendi: ideoque & horæ, & modi talis notitiā ſciens in ſolo filij pectore reſeruatam, miniſtros ad eius obedientiam totaliter de recenti remittit, dicēs; Quodcunque &c. Ex quo loco patet inſipientia illorum, qui volunt præſcribere uel tempus, uel modum, miſericordiæ diuinæ. Sufficiat illis (ut cum matre Dei ſapiant) exponere ſuas miſerias, ſeu indigentias, Deo ſimpliciter ac fiducialiter (puta; Vinum non habent:) & poſt de tempore, & modo, actualiter ſubueniendi, remittere in omnibus, & per omnia eidem miſericordiæ Dei. Sic enim ſe in corde pacatos abſque vlla perturbatione, poſt orationes de ſuis uel aliorum miſerijs, cum matre Dei inuenient, & ad obediendum Deo cum omni ſubiectione voluntaria in quocunque euentu ſeſe promptiſſimos, cum eiuſdem adiutorio, reddent. Debemus ergo ad imitationem B. Virginis Matris Dei remittere nos totos totaliter in omnibus Chriſto Saluatori fiducialiter ei in quocunque caſu ſpeciali dicentes. Domine: vt vis, & ſcis, miſerere mei in tali re.

Contra inſipientiam multorū.

NONDVM VENIT HORA mea. Illi, quorum proprium eſt deprauare ſacras ſcripturas, 2. Pet. 3. Hoc eſt, hæretici ſeu (quod idem eſt) Antichriſti, 1. Ioan. 2. Non defuerūt: quin & hinc ſuę aliorumque damnationis occaſionem acciperent. Propter ſententiam enim iſtam de hora ſua à Chriſto prolatam: dixerūt quidam illorum: Chriſtum eſſe ſubiectū fato, ideſt (vt ipſi exponunt) conſtellationibus corporum cęleſtium, & conſequēter actiones omnes, ac paſſiones, totamque (ut uno uerbo dicam) conuerſationē Chriſti, inde, ideſt à fato, pendere. Quod & probare ſe dicunt ex alijs Euangelij cōſimilibus locis: videlicet ex Matth. 26. Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum: item ex Mar. 14. Venit hora; Ecce filius hominis tradetur: item ex Ioan. 7. Nondum venerat hora eius, & cap. 12. Venit hora, vt clarificetur filius hominis; Venit hora vt tranſeat ex hoc mundo ad patrē, & cap. 17. Venit hora, clarifica filium tuum. Hoc autem illorum errore hæreticiſſimo qđ ignominioſius, qđ magis ignorantia plenum, quid denique peruerſius? Omnis enim recta ratio deteſtatur, aures cunctorum verè ſapientum auditu ſolo horreſcunt, natura ipſa ſuopte iuris ordine reijcit atque condemnat: quod ſtellarum quaruncumque curſus, ſitus, ſiue connexio ad ſic, vel ſic agendum, aut patiendum, ſeu etiam conuerſandum, coegerint ſtellarum omnium conditorem. Implicitè ergo ille tantus error continet etiam in ſe neceſſariò, quod Chriſtus non eſt verus Deus: ideoque deſtructionem fundamenti totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ. Tantò autem abominabilior manifeſtè erroris illius falſitas patet: quanto nec hominum purorum, ideſt ſolā naturam humanam habentium, voluntates, actiones, & conuerſationes, ſubduntur corporibus cęleſtibus, 1. quæſt. 115. art. 4. vbi & Bullam Papalem in Elucidationibus recitatam inuenies, quæ contra vniuerſas has diaboli fraudes de aſtrologia iudiciaria circa hominū natiuitatē, uitæ decurſum, con-

Cōtra hæreticiſſimū vanorum quorundā adinuentum, &c.

conuerſationem, ac mortem ad decipiendum compoſitas meritiſſimè inuehitur: eaſque grauiſſimis verbis, ac pœnis iuſtiſſimè damnat. Exponendus igitur textus relinquitur eo modo, quo ſupra in cõcluſione; Nondum uenit hora mea, ideſt à me recognita, & ad faciendum tale miraculum præfixa. Sic & aliæ ſupra adductæ authoritates exponendæ ſunt ad ſuũ cuiuſque occurrens propoſitum: puta, venit hora, & filius hominis tradetur, &c. ideſt venit hora à me præcognita, & pro tali negocio exequendo præfixa. Rurſus. Ioan. 7. Nondum venerat hora eius, ideſt ab eo præcognita, & ad hoc vt captus moreretur præfixa. Ac ſi apertius dictum ibi fuerit. Ieſus in poteſtate habebat, quando moreretur, iuxta illud, Ioan. 10. Poteſtatem habeo ponendi animam meam: ſed nondum eſſe tempus opportunum, videbat: vt illa poteſtate uteretur. Vocandi erant prius diſcipuli, & magis (ſi uocati erant) inſtruendi, erat annunciandum regnum cęlorum, & iuſtitia eius, ideſt via perueniendi ad illud, facienda erant miracula, in Chriſti longa conuerſatione humilitas ipſius erat cognoſcenda, & ſanctitas, &c. Poſtquam verò tantum ipſe fecit, quantum ſufficere iudicauit, venit hora ut traderetur, vt ſpinis coronatus crucifigeretur, vt ibidem moreretur: hora ſcilicet non neceſſitatis, ſed voluntatis, non coactionis, ſed electionis, non ſubiectionis, ſed poteſtatis.

COROLLARIVM.

Quare Chriſti facta omnia & ſunt ſapientiſſima, & non ſolum irreprehenſibilia.

IN omnibus ergo allatis ſcripturarum authoritatibus vident, & rectè, catholici ſpecialiſſimam prouidentiam Dei incarnati circa actiones, paſsiones, & (à ſimili) circa quoſcunque motus ſuos, quod ſcilicet omnia fecit in numero, pondere, & menſura, Sap. 11. Secundum, quod ab æterno diſpoſuerat: & cõſequenter Chriſtum eſſe ſapientiſsimum unde cognoſcũt vt qui totam uitam ſuam humanam abſque ulla declinatione à dextris, & à ſiniſtris, conformauerit ſimpliciter, ideſt in omnibus, æternæ præordinationi, à ſe Deo de ſe homine, factę. Omnia ergo (inferunt inde catholici, & bene) Chriſtus, & conuenienti loco, & conuenienti tempore, & conuenienter ſecundum quaſcũque alias circunſtantias, 1. 2. q. 7. art. 3. 4. operatus, eſt ſiue de actionibus, ſiue de paſsionibus, ſiue de cogitationibus, ſiue de locutionibus, ſiue de &c. loquaris. Quo contra in eiſdem authoritatibus uident, & falsò, (nam de capite ſuo fingũt, quæcunque ibi, ſicut etiam in alijs ſcripturarum locis, ſe videre mentiuntur) hæretici fatum quoddam: de quo ſupra loquebamur, & quod ſancti Doctores figmentum eſſe affirmant. Abſit enim (inquit Beatus Gregorius, in Homil. Epiphaniæ) à fidelium cordibus, ut, fatum eſſe aliquid, dicatur. Beatus Auguſtinus quoque, in quinto lib. de Ciuit. Dei, ait: ſi propterea quiſquam res humanas fato tribuit, quia ipſam Dei uoluntatem, vel poteſtatem fati nomine appellat, ſententiã teneat, & linguã corrigat. Hæc ille. Ideò autem ſancti nomine fati vti recuſauerunt: quia errorem eorum per hoc ſe uehementer deteſtari monſtrare uoluerunt, qui ad uim diſpoſitionis ſyderum hoc nomen, retorquebant ſuper res humanas (id quod prædicti hæretici faciebant.) Nouerant enim ſancti, quod ſolus Deus poteſt hominis uoluntatem mutare, ſecundum illud Deo, tanquam proprium, ab Apoſtolo attributum, Philip. 3. Deus eſt, qui operatur in nobis & uelle & perficere: proptereaq; de neceſsitate concluſerũt, quod ordinatio humanorũ actuum, quorum principium eſt uoluntas, ſoli Deo attribui debet. Vide Eccleſiæ ſanctæ fideliſſimum Doctorem, 1. q. 105. art. 4. & quæſtio. 111. art. 2. & q. 115. art. 4. Cum Elucidationibus ubique. Adde: quod & pro idolatria, ſiue pro idolatriæ reliquijs, illud eorum fatum Hieremias Propheta habendum eſſe inſinuat, his uerbis, cap. 10. A ſignis cęli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum uanæ ſunt. Dicentes ergò, Chriſtum fuiſſe ſubiectum fato, uanitati eum ſubijciunt: Quo quid iniquius? Et actiones, paſsioneſque, Crucem, & mortem, quas pro nobis voluntariè (ſecundum totam ſcripturam) pertulit, faciunt eſſe aut minus aut nullo modo, uoluntarias, dum ad eas illum à ſyderibus ponunt aſtrictum: noſque erga eundem ingratiſsimos etiam facere contendunt: quoniam, iuxta illorũ peruerſiſsi-

Portarum inferi maxima iniquitas cõtra Chriſtum: ſub nomine Fati.

uerſiſsimam hæreſim, non à Chriſto ipſo, ſed principaliter à fatalibus ſtellis; omnia eius beneficia nobis exhibita recognoſcere deberemus. Quo quid ſceleſtius? Sic enim coleremus (En idolatria) ab eis, vt idolatris, mundo per illud ſuum dogma, velut ex inſidijs, inuecta) & ſeruiremus creaturæ potius, quam creatori, qui eſt Deus benedictus in ſecula.

NE IGITVR FIAMVS ſtellarum cultores magis, quam Chriſti, noſtram ſic dignitatem vilipendendo: Nè Chriſtum vanis legibus gentiliũ populorum ſubijciamus, ſuam ipſius ſic maieſtatem deijciendo: Nè Chriſti abnegatores inueniamur, ipſum non eſſe Deum ſic implicitè affirmando: Nè, inquam, tria hæc pluſquam grauiſſima ſcælera (de quibus ſupra declaratio facta eſt) incurramus, fatum de medio, cum de Chriſto loquimur tollamus omnino. Expoſitio igitur illa prædictorum hæreticorum circa præmiſſas, & ſimiles, Euangelij authoritates totaliter in æternum condemnetur: contraria uerò illi, quæ catholicorum eſt, deuotè ſuſcepta in ſempiternum cuſtodiatur.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD miracula recepta ab Eccleſia (hæc procul dubio à Chriſto, vel per ſeipſum, vel per ſuos miniſtros, facta ſunt) non ſolum dicuntur, ſed etiam ſecundum rei exiſtentiam ſunt, uera & pro ueris à populo probata: uide ex ſacroſanctis Scripturis, uel Cõcilijs &c. definitum eſſe, in Elucidationib. pri. par. articulorum numero 518. & 2.2. articulorum num. 844. & 3. de Sal. articulorum nu. 146. 241. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem ueterem, Exodi 18. Concl. 2. & Numer. 14. Concl. 3. Qđ miracula Chriſti differunt à præſtigijs dæmoniorum, vtpotè ab ipſo virtute propriæ diuinitatis facta (id quod etiam de ſanctorum miraculis eſt ſentiendum: prætérquam, quod uirtute diuinitatis non ſuæ, ſed Chriſti, fiunt ab ipſis:) uide, ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus. 3. de Sal. q. 43. art. 4. & in omnibus locis nunc ſupra citatis. Quod fato non ſunt attribuendæ conuerſationes hominum; (per hoc enim oſtenditur: quod multò minus attribuendæ ſunt fato conuerſationes Chriſti, id eſt actiones, paſſiones, locutiones &c.) & quod multa alia de fato, ſeu de ſtellis, ſeu cæli connexionibus, fatalibus dicta non ſunt uera: vide, ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationibus pri. par. articulorum nume. 188. 352. 389. 572. 375. & 1.2. art. num. 2.60. & 2.2. art. num. 309. Item in Veritatibus aureis, &c. Geneſ. 11 Concl. 13. & Leuit. 7. Concl. 6. & cap. 26. Concluſ. 2. & Deuter. 28. Concl. 4. Quod Chriſtus, vt nos liberaret fuit incarnatus & eſt Saluator noſter, id eſt miracula, & quæcunque alia fecit, aut paſſus eſt, ordinauit ad ſalutem noſtram, hoc eſt omnia illa non ſine vtilitate principaliter animarum noſtrarum (quantum in ipſo fuit) operatus eſt: vide, ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum numero 2. 247. 268. & 3. de Sacram. Addit. art. num. 332.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. II.

VETVS teſtamentum non à Diabolo, ſed à Deo, eſt (contra hæreſim Manichæorum,) cuius Dei honorem, cum periculo etiam uitæ propriæ, feruenti ſolicitudine & uerbis & factis (quantum poſſumus) defendere debemus (contra hæreſim Georgij Dauid ac Barbaræ cuiuſdã,) cui Deo Chriſtus, ſecundum quod filius eius, non eſt inferior, ſed æqualis (contra hæreſim Arrianorum.)

PROBATIO Concluſionis.

HANC concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Prope erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam, & tex. Cũ feciſſet flagellum de funiculis omnes eiecit de templo, &c. vſque ad comedit me, & tex. In tribus diebus excitabo illud. Quòd enim prima concluſionis pars, ſcilicet teſtamentum vetus non à Diabolo, ſed à Deo, eſt, ſit uera, patet ex eo: quod

Chriſtus,

Chriſtus, ſecundum præceptum veteris legis de Paſcha, aſcendit Hieroſolymã. Certiſſimum nanque eſt, quod Chriſtus nunquam obediuit Diabolo: quamuis contra omne ius dixerit Ioannes Vuicleff, quod Deus debet obedire Diabolo (ut refertur in Conſilij Conſtantienſis ſeſſ. 8. à quo etiam Concilio propter hãc manifeſtam hæreſim, nonnullis additis damnatur ipſius Vuicleff memoria, mandaturque, vt eiuſdem oſſa exhumentur, & crementur:) quinimo eum ſemper contrarium fuiſſe Diabolo, conſtat ex dicto illo, 1. Ioan. 3. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli. Nunquam ergo Chriſtus aſcendiſſet Hieroſolymam ab obſeruandum legis mandatum de feſto Paſchæ: ſi illud à Diabolo emanaſſet: & tamen Euangeliſta propter obſeruantiam mandati illius illuc aſcendiſſe ipſum denotat his verbis, Propè erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Hieroſolymam. Vt quid enim non prælegit dicere ſimpliciter, ideſt nullo addito, quod Saluator aſcendit Hieroſolymam, ſed voluit adiungere mentionem de Paſcha Iudæorum? Quia per hoc ſignificare intendebat: Saluatorem illuc aſcendiſſe, vt ſeruaret legem idipſum mandantem. Ac ſi apertè imitatus Lucam, cap. 2. dixiſſet. Aſcendit Hieroſolymam, ſecundum conſuetudinem diei feſti Paſchæ Iudæorum. Porrò, quæ fuerit illa mandata à lege conſuetudo habetur ſic Exodi vigeſimotertio. Et Deuteron. 16. Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram Domino Deo tuo. Hoc eſt (ut ibidem in contextu patet) in ſollemnitate, & azimorum, ideſt in Paſcha, & hebdomadarũ, ideſt Pentecoſtes, & tabernaculorum. Chriſtus igitur facto ſuo iſto, ideſt aſcenſu in Hieruſalem ad apparendum coram Domino, ideſt ad uiſitandum tabernaculum, ſeu templum Domini, probauit efficaciter, & manifeſtè: quod uetus lex non à Diabolo, ſed à vero Deo erat.

ADHVC ET ALIAM eiuſdem partis probationem audi ex textu. Nolite facere domum patris mei dom. neg. Nõne Chriſtus loquitur? Et cur templum hoc ex mandato legis veteris, Deuteronomij decimoſexto, ædificatum, locum utique quem elegit Dominus legis ipſius, vocat domum patris ſui? Nunquid Chriſtus pro patre ſuo habet Diabolum? Abſit blaſphemia hęc hæreticiſſima. Pater enim Chriſti in cęlis eſt, (vt ex multis Euangelij locis conſtat,) Diabolus autem in inferno per caſum è cęlis, iuxta illud, Luc. decimo. Videbam Satanam, ſicut fulgur, de cęlo cadentem. Per hoc ergo, quod Chriſtus Deum ueteris teſtamenti dicit eſſe patrem ſuum, apertiſſimè declarat, quod teſtamentum vetus non à Diabolo, ſed à Deo eſt. Vbi quoque nota: quod Chriſtus è diametro contraponit ſemetipſum hæreſi Cerdonis. Dicebat enim Cerdon, Deus à Prophetis pronunciatus (hic eſt Deus veteris teſtamenti) non eſt pater Domini noſtri IESV CHRISTI: Dicit verò hic in ſententia CHRISTVS, (vt patet) Deus à Prophetis pronunciatus pater meus eſt. Clarum enim eſt: quod Chriſtus loquitur hic de illo patre ſuo, qui dixit & per Prophetam Iſaiam, capite quinquageſimoſexto. Domus mea domus orationis uocabitur cunctis populis, & per Prophetam Hieremiam capite ſeptimo. Nunquid ergo ſpelunca latronum facta eſt domus iſta in qua inuocatum eſt nomen meum? Patet igitur: quod iſte ſuus pater eſt Deus à Prophetis pręnunciatus, ideſt Deus ueteris teſtamenti. Contra hęreſim illam Cerdonis uide etiam Elucidationes primæ partis, articulorum numero ducenteſimoquarto, & prima, ſecundæ, articulorum, numero 520.

Per hunc tex. condẽnatur hæreſis contra diuinitatẽ Chriſti.

AVDI ET TERTIAM probationem ad idem ex contextu. Zelus domus tuę, (ſcilicet, ut in reuerentia haberetur) comedit me. Licet enim authoritas hæc ſit Pſalmus ſexageſimuſoctauus, & ideò ſecundum ſenſum literalem ſecundarium verificetur de Dauid, tamen ipſa eadem ſecundum ſenſum literalem principalem, prima quæſtione prima, articulo decimo, cum Elucidationibus, verificatur de Chriſto, propter quod & hic adducitur. Quid cauſauit iſte zelus? Quod Chriſtus honorificationem templi dilexit, ex ipſaque dilectione contra deſtructores ho-

norificationis eiuſdem tam vehementer exarſit, ut omnes increpauerit, & flagello inde eiecerit. Zelatus nè fuiſſet Chriſtus pro Diabolo? Eius ne honorem ab hominibus procuraſſet? Domum ne ipſius integram conſeruari, id eſt à deſtructoribus præſeruari, ſtuduiſſet? Abſit. Immò, ſi templum hoc, quod erat domus Dei ueteris legis (vt ſupra oſtenſum eſt) fuiſſet Diaboli: ipſe Chriſtus, cui nihil cum Diabolo commune eſt, ſecundo Corinth. ſexto. Tunc manibus proprijs potius deſtruxiſſet, quam contra eiuſdem deſtructores, vel leuiter, iratus fuiſſet: Nam, ſicut in perſona Chriſti dicitur in Pſalmo vigeſimo quinto. Domine dilexi decorem domus tuæ: ita in ipſius perſona dictum eſt; ibidem. Odiui Eccleſiam malignantium. Multo igitur capitis malignantium, id eſt Diaboli, tertio de Sal. quæſtione octaua, articulo ſeptimo. Chriſtus enim eſt ipſe Deus: qui de templis Diabolo dicatis populo ſuo dixit Deuteronomio ſeptimo, & duodecimo. Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes deos ſuos, diſſipate aras, & confringite ſtatuas eorum, lucos igne comburite, & idola comminuite, diſperdite nomina eorum de locis illis. *Chriſtus per Apoſtolos deſtruxit idolatriã vbique.* [Quę omnia in figura illis contingentia, primo Corinth. decimo, adimpleuit etiam poſtea per Apoſtolos ſuos in vniuerſo mundo.] Relinquitur ergo, ex præmiſſis probatum abundanter eſſe: quod teſtamentum uetus à Diabolo authore non proceſſit.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Dei honorem, cum periculo etiam vitæ propriæ, feruenti ſolicitudine, & verbis, & factis (quantum poſſumus) defendere debemus, demonſtratur ex tex. Cum feciſſet flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit, & his, qui columbas vendebant dixit, Auferte iſta hinc, & nolite facere Domum patris mei domum negotiacionis. Exemplum ſiquidem dedit in hoc nobis Saluator noſter (prout uniuerſaliter de omnibus virtutibus, ſub humilitatis propoſito, dixit, Ioan. decimotertio:) vt quemadmodum ipſe nunc fecit, ita & nos faciamus. Porrò, quod hoc totum fecerit propter defenſionem honoris diuini, conſtat ex eo: quod in fine, volens quaſi reddere rationem totius facti ſui, dicit, & nolite facere Domum patris mei domum negotiacionis. Ac ſi apertè dixerit. Cauſa, quæ me mouit ad flagellandum vos, eijciendũque de templo, effundendumque æs, ac euertendum menſas, fuit hæc ex parte veſtra: quia ſcilicet vos intantum paruipenditis domum patris mei, vt feceritis eam uobis eſſe domum negotiacionis, id quod eſt grandis inhonor ipſius domus, magnaque erga Deum, cuius eſt domus, irreuerentia veſtra. Ex parte, inquit, veſtra eſt iſta cauſa: ad differentiam alterius cauſæ mouentis, ex parte Chriſti, quæ erat zelus paternus; id eſt feruens amor honoris paterni. Hæc enim non remota, ut illa, ſed propinqua, fuit: adeo quod duplex cauſa inæqualiter ſe habẽs concurrerit ad mouendum Chriſtum in hoc opere. Vna enim illarum, quę ſcilicet attendebatur ex parte populi, honorem diuinum negligebat, altera uerò, quę ſcilicet conſiderabatur ex parte Chriſti, honorem diuinum maximi faciebat: & illa populi (ut diximus) erat remota, hęc autem Chriſti erat propinqua. Data ſiquidem illa prima, id eſt dato, quod populus ille talibus actis ſuis diuinum honorem in templo neglexiſſet, non fuiſſet adhuc ſecutus effectus ab Euangeliſta narratus, ſcilicet eiectio ipſius cum ſuis ouibus, & bobus, &c. è templo: niſi zelus honoris paterni fuiſſet in Chriſto. Cuius euidens ſignum eſt: quod Sacerdotes, quibus cura templi commiſſa erat, videbant, & ſæpius, illum templi neglectum ex populi culpa prouenientem: & tamen ad eundem remouendum non mouebantur. Quare? Quia non aderat cauſa propinqua: hoc eſt, in Sacerdotibus illis non erat zelus domus Dei, id eſt honoris diuini in domo eius. Propterea ſolicitus fuit Euangeliſta, poſt narrationem effectus à Chriſto facti, explicare: quod in ipſo erat zelus

domus.

Digitized by Google

domus Dei iam olim de illo à Propheta prædictus. Hoc ipſum enim explicare intendebat ſub illa forma verborum; Recordati verò ſunt Diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt, zelus domus tuæ comedit me. Ac ſi apertius, totum complectendo, diceret. Non miteris, ſi uidiſti Chriſti effectum fuiſse maximum; ſcilicet tot, tantarumque turbarum, ac rerum caſtigationem manibus proprijs exercitam: quoniam ipſius effectus cauſa fuit maxima, ſcilicet zelus honoris diuini eum comedens. Sicut enim ad poſitionem cauſæ debitam ponitur effectus: ita ad magnitudinem cauſæ proportionaliter ſequitur magnitudo effectus.

Porrò, tam maximus fuit ille Chriſti effectus: vt Beatus Hieronymus illius magnitudinem admirans dixerit. Mihi autem inter omnia ſigna, quæ fecit Dominus, hoc videtur eſse mirabilius, quod vnus homo in illo tempore contemptibilis, intantum, ut poſtea crucifigeretur (Scribis & Phariſæis contra ſe ſæuientibus, & videntibus, lucra ſua deſtrui) potuerit ad unius flagelli uerbera tantam eijcere multitudinem. Igneum enim quiddam atque ſydereum, radiabat ex oculis eius: & diuinitatis Maieſtas lucebat in facie. Hęc ille ſuper Matth. Hic ergo manifeſtè oſtenditur Saluatoris poteſtas tanta: ut, cum uolebat, poſſet iracundiam hoſtium ſuffocare: quamuis eſsent innumeri. Nonne & poteſtate hac uſus eſt, quando (ut habetur Ioan. decimooctauo.) Solo uerbo proſtrauit rabidorum armatorum inimicam ualdeque numeroſam multitudinem?

Miraculũ maximũ hic notatur, ex ſupradictis.

Præſens igitur de tanto Domini effectu locus, in nullo minorem CHRISTI poteſtatem eſse demonſtrat cæteris, quæ ab eo miraculosè facta aliquando fuerunt. Quinimò hic de minori ad maius miraculum proceſſit Euangeliſta. Maior ſiquidem declaratur potentia hic, quam in conuerſione aquæ in uinum. Nam in tali conuerſione agitur de inanimatis rebus, hic uerò de furibundis hominibus: illic inanimata transmutatur ſubſtantia, hic autem tot millium hominum domantur ingenia; & tam mirabiliter, ut nemo illorum audeat contra Chriſtum reſiſtere, ſed nec mutire quidem.

PROBATIONIS
Eiuſdem proſecutio.

QVOD verò (vt præſupponebatur) Chriſtus illam honoris diuini defenſionem fecerit, cum periculo uitæ propriæ, conſtat ex eo: quod in facto illo offendebat Scribarum Phariſæorum, & Sacerdotũ aĩos quorũ erat magna in populo poteſtas murmurandi, famam CHRISTI denigrandi, multaſque ipſorum etiam conſcientia reclamante, machinationes aduerſus illum confingẽdi (ut rei poſtea, uſque ad crucifixionem, probauit euentus.) Nouerat autem hoc totum Chriſtus: nouerat & illam offenſam tãto magis à Sacerdotibus fore magnipendendam, memoriæque perpetuæ mandandam, ab eis quoque toto ſuo poſse contra ſeipſum uindicandam: quanto plus uidebant per hoc & ſe coram populo contemni, & ſuas ordinationes in populo aboleri, & (quod peius eſt) ſuos diuitiarum redditus auferri. Se, inquam, contemni: quia, ipſis, qui ſe patronos templi æſtimabant, præſentibus, populum CHRISTVS inde fugabat. Suas, inquam, ordinationes aboleri: quia totus ille mercatus, qui tunc agebatur in templo, ex traditione Sacerdotum procedebat (vt fuſius ſuper Matthæum vigeſimoprimo. Declaratum eſt.) Suos, inquam, diuitiarum redditus auferri: quia mercatum illum ſic diſpoſuerant Sacerdotes, ut ex illo bona pars lucri ad augendas ſuas diuitias ſibijpſis proueniret. Quantum uerò de hoc bolo è faucibus ſuis tunc ablato doluerint; conijce à ſimili de Iuda traditore. Auari erant iſti, auarus erat & Iudas, amabant pecuniam iſti, amabat & illam Iudas, pro acquirenda pecunia animam ſuam uenalem habebant iſti, pro qua habenda & ſuam Iudas venalem habebat. Similes ergo erant: & de ſimilibus idem eſto iudicium. *Eccle. 10.*

Digitized by Google

cium. Quantum doluit Iudas, amiſſa pecunia, quam de unguento, quod piè effuſum eſt, Matthæi vigeſimoſexto, ſperabat? Tantum: vt indè traditionem magiſtri ſui conceperit. Quantum ergo Sacerdotes iſtos (cointellige ſemper & colligatos, ſcilicet Scribas, ac Phariſæos) doluiſſe nunc, à ſuo ſimili cognoſcis? Tantum: ut inde, ideſt pro amiſſa pecunia (id quod eſſe peius, cæterorũ amiſſione, æſtimabant) mortem Saluatoris noſtri conceperint. Præuidit vtique CHRISTVS hanc illorum iniquam conceptionem ex illo ſuiipſius optimo facto occaſionaliter, ideſt non ratione facti, ſed eorum malitiæ, naſcituram. Nunquid à tali facto abſtinuit? Non. Ergo, cum periculo propriæ uitæ, certitudinaliter etiam præſcito, honorem diuinum defendit. Ergo & nos, cum periculo etiam proprię uitæ, debemus honorem diuinum defendere (quod erat probandum.)

CONFIRMANS BEATVS Chryſoſtomus hoc ipſum, ſcilicet, quod Saluator noſter cum periculo illo id fecerit, aliud exindè trahit adeò vniuerſaliter bonum ad obſtruendum os loquentium iniqua (ut ibi nunc patebit:) ut nõ potuerimus tum pro confirmatione præmiſſorum, tum pro confutatione inimicorum, non adducere verbatim expoſitionem tanti Doctoris. Dicit ergo. Sed cuius gratia CHRISTVS tali vehementia vſus eſt? Quia in Sabbatho curaturus erat, & multa facturus, quæ videbantur eis eſſe legis tranſgreſſio; vt non videatur Deo contrarius, hoc cum periculo fecit, dans intelligere: quod qui periculo ſe exponit pro bono ornatu domus, Dominum domus non contemnit. Et ideò, vt oſtenderet ſui conſonantiam ad Deum, non dixit, Domum ſanctam: ſed Domum Patris mei. Hęc ille, ſuper Ioan.

CONTINVATIO ILLIVS Probationis.

DICEBATVR, probandumque reſtabat, quod feruenti ſolicitudine tum verbis, tum factis, debemus (quantum poſſumus) honorem diuinum defendere. Hoc autem conſtat ex eo: quod uidemus in textu exemplar noſtrum, ideſt Chriſtum Dominum, taliter circa diuini honoris defenſionem ſe habuiſſe. Primò *Prima.* enim de ſua ſolicitudine patet: quia hoc fuit primum, quod fecit Dominus, ſcilicet ingredi in templum ad honorandum Deum. Ad quod deſignandum, poſtquam Euangeliſta dixerat, Aſcendit Ieſus Hieroſolymam, immediatè ſubnectit, & inuenit in templo vendentes &c. Quaſi apertius dixerit. Finis, propter quem tunc aſcendit Saluator Hieroſolymam, fuit viſitare templum: & ideò mox, vt ingreſſus eſt Hieroſolymam, iuit ad templum, vbi inuenit vendentes &c. Vnde & venerabilis Beda hunc locum exponens dicit. Dominus Hieruſalem aduenίens, continuò templum oraturus adijt: nobis dans exemplum: vt quocunque properamus, domum Dei primò ingrediamur Dominum deprecaturi, vnde dicitur & inuenit in templo vendentes oues, & boues, & columbas. Hæc ille. Hic ergo fecit Chriſtus, quod docuit, Matth. 6. Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius. Quęſiuit regnum Dei per hoc, quod in templum oraturus aduenit; iuſtitiam uerò eiuſdem Regni quæſiuit per hoc, quod è templo eiecit vendentes &c. Iuſtum enim eſt, vt in templo Dei nihil fiat, niſi ad quod factum eſt: & conſequẽter iniuſtum eſt, ſi ibi fiat id, quod eſt impedimentum eius, ad quod factum eſt. Ad quid factum eſt templum? Ad hoc, vt ibi oremus: ſecundum illud à Domino dictum Iſai. 56. Domus mea domus orationis vocabitur. Licet .n. alibi orare poſſimus, & debeamus, ſecundum illud, Pſa. 102. Benedicite Domino in omni loco dominationis eius, ideſt vbique terrarum, cũ ſcriptũ ſit, Pſ. 23. Dñi eſt terra, & plenitudo eius: tñ inter oĩa loca nullus ita ſpecialiter eſt dicatus orationi ad Deũ, ſicut eſt tẽplũ. Quia igĩ in tẽplo tunc fiebãt il- *De templorum fine, &c.*

la.

la, quæ ſecundum naturam ſuam impedimentum erant orationi (puta negociationes:) ideò Chriſtus eo ipſo, quod remouit huiuſmodi orationis impedimenta, dicitur meritò quæſiuiſſe iuſtitiam regni Dei, id eſt loci, in quo Deus ſpecialiter regnare debet per fidem, & deuotionem orantium.

Secundo. Secundò, de Chriſti feruore patet: quia ipſum zelo cordiali zelatum fuiſſe pro Domino, monſtrauit tam apertè effectus, ut nulla tergiuerſatione celari poſſit. Duplex ergo feruor Chriſti hic fuit, & uterque optimus, interior ſcilicet & exterior: ordine uerò tali, ut interior fuerit prior, & cauſa exterioris. Incœperat enim interior in homine Chriſto ab inſtanti conceptionis ſuæ, & ſemper in ipſo ſine intermiſſione durauit: ſed poſt, iuxta opportunitatem negociorum, exijt in actum, & tunc apparuit exterior (vt quando Scribas, & Phariſæos, de eorum hypochriſi, vel auaritia, vel negligentia cuſtodiendi vineam Domini, vel de peruerſa excuſatione eũdi ad nuptias, vel de &c. libera voce abſque vllo timore increpabat:) qui exterior ab interiori, tanquam proprius effectus à propria cauſa, deriuabatur. Fuit autem iſte, qui in præſenti narratur, feruor tantus: vt comediſſe Chriſtum in Pſalmo dicatur. Vbi ratione, qua hic amor diuini honoris fuit feruidus, dictus eſt zelus; ratione autem, qua fuit feruẽtiſſimus, dictus eſt comedens. Nam zelus in bono acceptus, quidam feruor animi eſt: quo mens, relicto humano timore, pro defenſione veritatis accenditur: tunc verò comedit zelantem, quando hunc in ſe transformaſſe videtur. Porrò cognoſcitur hoc inde: cum quis omnia, quæ videt honori diuino contraria, cupit ex toto corde ſuo emendare, & ad hanc emẽdationem dat efficacem operam tum verbis, tum factis, ſi poteſt (vt, hic feciſſe Chriſtum legimus:) ſi autem non poteſt, anxiatur ex intimis, tolerat inuitus, gemit in amaritudine animæ ſuæ, & cum clamore valido, totus in Deo confiſus, effundit viſcera ſua coram illo recommẽdans ei cauſam ipſius. Cæterum, vt noueris, quantum zelus talis, & placeat Deo, & nobis vtilis exiſtat: vide quod mox

Quid ſit zel: Quid tiſſimus... ipſe comedens. Quã tũ Deo placet.

poſt hunc zelum Dominus mentionem de reſurrectione ſua facit ibi, in tribus diebus excitabo illud, ac ſi ex proxima vicinitate ſermonis inſinuetur, quod Chriſtus per talem feruentiſſimum amorem diuini honoris meruit, vt ſibi à Deo conferretur glorioſa reſurrectio proprij corporis. Vide & ad idem Veritates aureas ſuper legem ueterem, Exodi 34. Concluſ. 2. vbi Deus multipliciter præmiatur zelum Moyſis feruentiſſimum pro honore diuino, deſcriptum ibid. cap. 32.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Deo patri Chriſtus, ſecundum quod filius eius, non eſt inferior, ſed æqualis, demonſtratur ex tex. In tribus diebus excitabo illud. Nam per verba hæc denotauit Chriſtus: quod reſurrectionem ſuam ipſe cauſabit. Conſtat autem, quod reſurrectio corporis verè mortui (ſicut fuit de corpore Chriſti, 3. de Sal. quæſt. 50. art. 4.) eſt opus non naturale, ſed miraculoſum, 3. de Sacram. Addition. quæſt. 75. art. 3. ad miracula verò facienda requiritur potentia infinita, vt potè excedens totum ordinem totius naturę creatæ. 1. quæſt. 105. art. 6. 8. quæ potentia ſolius Dei eſt, iuxta illud Pſal. 71. Qui facit mirabilia magna ſolus, 1. quęſt. 110. artic. 4. Cum ergo Chriſtus dicendo excitabo illud, ſeipſum propria virtute reſurrectionem ſui corporis iam per mortem (licet non per incinerationem) ſoluti facturum proteſtetur, neceſſariò ſequitur: quod ipſe per hoc dictum confeſſus fuerit, ſe eſſe uirtutis infinitæ omnem totius naturæ creatæ virtutem excedentis, ſolique Deo conuenientis, & conſequenter, ſe eſſe Deum non inferiorem patre, ſed ei in potentia coæqualem. 1. quæſtione 42. art. 4. 6. Quod ſi coæqualem in virtute: ergo & conſubſtantialem: Quoniam virtus in Deo eſt realiter idem quod ſubſtantia Dei, cum in ipſo nulla prorſus ſit compoſitio, ſed ipſe ſit omninò ſimpliciſſimus, prima quæſtio. 3. articulo primo, ſecundo, tertio, quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, quamuis contineat omnes perfectiones, prima quæſtione quarta, articulo ſecundo, & omnem

nem potentiam, immò & omnipotentiam, prima quæſtione vigeſimaquinta, artic. 1. 2. 3.

Porrò quod Chriſtus per illud dictũ, Excitabo illud, ſe propria uirtute (quod in premiſſis ſupponebatur, & ſuper quod uis eſt totius præmiſſi diſcurſus) ſuſcitaturum ſignificauerit proprium corpus, patet ex contextu. Ad interrogationem enim illam reſpondet Dominus, qua Iudæi ſibijpſi dixerant; Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis? Ac ſi apertius (ut in quodam alio ſimili propoſitio dixerunt, Matth. vigeſimoprimo,) interrogarent ſic illum. In qua poteſtate hæc facis? & quis tibi dedit hanc poteſtatem. Hoc eſt. Iſta poteſtas, qua tu hæc facis, eſt nè a te iniuſtè vſurpata, an tibi de iure conueniens, an tibi ab aliquo legitimè data? Quaſi uelint, quod in corde occultum tenebant, concludere foris, Non uidetur poſſibile, quod hæc tanta poteſtas ſit tibi de iure conueniens, cum tu ſis paruus homo, filius fabri cuiuſdam, & pauperculæ Mariæ: nec videtur, tibi ab aliquo data, quoniam nos, ad quos ſolos pertinet dare, uel ſubſtituere aliquem, qui poſſit dare, iſtam poteſtatem, ideſt licentiam hæc operandi non dedimus tibi hanc: Ergo, à ſufficienti diuiſione concludendum eſſe apparet, quod poteſtas, qua hęc facis, ſit à te iniuſtè uſurpata. Quod igitur ſignum oſtendis nobis: quod hæc facis, ideſt, ꝙ faciendi hæc poteſtatem legitimam habes? Hoc eſt. Quomodocunque reſponderis, aduertas: quod nos tibi non credemus abſque ſigno. Reſponſio itaque Domini, Excitabo illud, per ſingulas partes (ut melius intelligatur) applicetur toti præmiſſæ interrogationi: & ſic. Vos mihi dicitis, In qua poteſtate hæc de templi ualida emundatione fecerim: & ego reſpondeo, quod in poteſtate mea. Vos quæritis, Quis mihi dederit hanc poteſtatem: & ego reſpondeo, quod nullus hominum hanc mihi dedit. Vos poſtulatis aliquod ſignum de veritate reſponſorum, ſcilicet, quod à nullo hominum data ſit mihi hæc poteſtas, & quod ſit mea, ideſt non à me iniuſtè uſurpata, ſed iuſtè, immò etiam naturaliter, habita: Ego autem reſpondeo, quod ſignum veritatis utrarumque illarum reſponſionum uobis à me nunc promiſſum, & poſtea tempore ſuo actualiter oſtendendum, eſt hoc: quod ego corpus meum à uobis mortuum excitabo in tribus diebus, ideſt tertia die. Vides nè tu modò ex pręmiſſis benè conſideratis, quod non reſponderetur ſufficienter, & pro ueritate intenta efficaciter, ad totam interrogationem Iudæorum: niſi illud pro ſigno ueritatis dando allatum, ſcilicet excitabo illud, intelligeretur eo modo, quo ſuprà in primo diſcurſu præſupponebatur? Oportet ergo dicere: quod in illo diſcurſu, uerum ſupponebatur, quando verbum Domini ſignificabatur, ſic exponendũ: Excitabo illud, ideſt in uirtute mea, ſcilicet à nullo hominum mendicata, nec iniuſtè vſurpata, ſed à me iuſtè, immò etiam naturaliter habita reſuſcitabo corpus meum. Hoc denique ſigno monſtrauit Chriſtus, & quod ea poteſtate mirabilem illam templi purgationem fecit, qua corpus ſuum à mortuis excitabit: & quod à fortiori talis ſua demonſtratio valebat: vtputa, ſi poteſtatem habebo (vt reuera habebo, vobis etiam ſcientibus, ex relatione militum cuſtodum ſepulchri; Matth. 28.) excitandi à morte corpus meum, ſequitur manifeſtè, quod multò magis habeam poteſtatem faciendi hæc in templo iſto, de quo loquimini.

Mirabilis applicatio ad prædicta ꝗ partes, &c.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD non Diabolus, ſed Deus uerus, condidit teſtamentum uetus, & conſequenter quod hæreticum eſt, credere Manichæo dicenti, quod à Deo malo proceſſit teſtamentum illud: Vide, ex ſacroſanctis ſcripturis, Concilijs &c. definitum eſſe, in Elucidationibus pri. par. articulorum num. 204. & 1. 2. articulorum num. 520. vbi etiam in textu illius q. 98. art. 1. 2. videbis à fideliſſimo Eccleſiæ catholicæ Doctore Sancto Thoma, tanquã ſplendidiſſimo ſole, diſiectas ac diſſipatas eſſe nubes, ideſt ſophiſtica argumen-

S. Thomas vbiq; ſplendidiſſimus

ta

ſol, quia vbique diſſipat nubes hæreticorũ &c.

ta Manichæorum, quibus & proprios, & alienos, à videnda luce veritatis oculos impedire conabantur. Scito quoque: ibi hæreſim illam Manetis damnari à Concilijs, vbicunque ipſa inter canonicos libros enumerant etiam illos, qui ſunt veteris teſtamenti. Damnata ergo fuit hæreſis illa, antequam actualiter in mundo eſſet in canonibus Apoſtolorum: quoniam canon vltimus illorum octuageſimusquintus, quos ſexta Synodus (vt recitatur, Diſtin. decimaſexta, cap. Placuit) pro canonibus Apoſtolorum probauit, inter volumina diuina veteris teſtamenti libros collocat. Vnde cum omnia concilia poſtmodum celebrata, quando catalogum ſacrorum voluminum annotauerunt, idem Apoſtolis conſonanter fecerint, ſequitur patenter: quod millies ſit condemnata pro hæreſi Manetis ſtultiſſima (iuxta nomen eius) illa poſitio. Quod erroneum ſit dicere; nos non debere cum periculo uitæ propriæ, defendere, quantum poſſumus, honorem Dei (ſicut & Georgius Dauid hæreticè dicebat ſub his verbis, ſcilicet Apoſtoli fuerunt ſtolidi, cum nolentes abiurare Chriſtum coram hominibus, permiſerint ſe occidi. Et Barbara quædam ſub iſtis, ſcilicet Virgines martyrium pati pro Chriſto eſt ſtultum: eo quod voluptatis gaudia non guſtauerint. Et Baſilides ſub his, ſcilicet Martyrium pati pro Chriſti confeſſione dementia eſt: quoniam citra crimen poteſt Chriſtus negari:) uide, ex ſacroſanctis Scripturis, Concilijs &c. in Elucidationibus, ſecunda, ſecundę articulorum numero 96 633. 734. & 3. de Sacram. Addition. articulorum numero trigeſimotertio, quarto, decimoquinto. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem ueterem, Geneſ. quadrageſimoquarto, Concluſ. prima, & Exodi ſecundo, Concluſio. quarta. Hinc enim patet, concluſionem capituli verbalem non tantum ſimpliciter, ſed etiam a fortiori, eſſe probatam. Nam ſi cum certa morte præſente comminationibus, plurimiſque tormentis tunc actualiter præuijs, Apoſtoli, ſacræque virgines ad defenſionem honoris diuini ſe teneri crediderunt, factiſque ipſis oſtenderunt: multò utique magis hinc probatum eſſe voluerunt, quod tenentur omnes cum periculo mortis aliquali (puta vel opinato. uel ſignis aliquibus nobis repręſentato, uel probabili coniectura incurrendo) diuinum honorem defendere. Quod hæreticum eſt dicere cum Arrio: quod Chriſtus, ut Dei filius, eſt minor patre, & eſt in illo, tanquam uas paruum in uaſe maiore, & quod non eſt ita potens, ſicut pater: uide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis &c. in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 220. 221. 226.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. II.

EXCITABO illud.] Hoc eſt. Ego, ſecundum deitatem conſideratus, excitabo meipſum, ſecundum humanitatem conſideratum. Hoc igitur dicto ſuo demonſtrat Chriſtus duo, ſcilicet ſe eſſe Deum & hominem, & in morte ſua non eſſe ſeparatam diuinitatem ab humanitate. Niſi enim eſſet Deus, non poſſet excitare, niſi eſſet homo, non poſſet excitari. Cum ergo ille idem in perſona ſit excitans, & excitatus (alioquin falſum eſſet, quod excitaturus eſſet ſemetipſum) ſequitur de neceſſitate: quod per hoc dictum, excitabo illud, denotet, ſe unum in perſona habere duas naturas; ſcilicet diuinitatis, & humanitatis, quod eſt, eſſe Deum & hominem. Rurſum. Niſi in morte Chriſti remanſiſſet unita diuinitas humanitati, non poſſet ipſe mortuus ſecundum humanitatem excitare ſe mortuum. Quomodo enim humanitas uigore totius potentiæ ſuæ accepta excitari poſſet ſemetipſam, cum taliter excitare ſit opus miraculoſum, & miraculum per authoritatem facere ſoli Deo conueniat? Neque igitur anima ſibi mortuum corpus, neque corpus ſibi iam ſeparatam animá, poterit reunire: id quod eſt, hominem mortuum excitare ſeipſum. Non poteſt ergo Chriſto ratione animę ſuæ, ut anima eſt, conuenire hoc ſcilicet excitabo illud: ſicut nec eidem ratione corporis ſui, ut corpus eſt, conuenire poterit id, quod poſteà dicet, Ioan. decimo. Ego pono animam meam, & iterum SVMO

Chriſtus eſt Deus, & homo, & morteque eius remãſit Deitas unita anima & corpori diſiũctis, &c.

EAM. Neceſſariò igitur dicendum relinquitur: & quod anima Chriſti, vt deitati realiter unita, excitauerit corpus, i. illud ſibi reunierit, ac per hoc viuum reddiderit, & quod corpus eiuſdem, ut deitati realiter coniunctum, animam iam moriendo poſitam ſumpſerit iterum: quod quidem totum nihil aliud eſt, niſi Chriſtum reſuſcitaſſe ſemetipſum. Vtrobique ergo loquitur Chriſtus: ſed hic, ſecundum animam ratione diuinitatis vnitæ, excitaturum ſe dicit corpus ſuum, Ioan. autem cap. decimo. Secundum corpus ratione diuinitatis vnitæ, ſumpturum iterum ſe dicit animam ſuam. Ergo, ſi diuinitas cum utraque partium humanitatis in triduo mortis unita non remanſiſſet, non verificarentur dicta Chriſti, ſcilicet excitabo illud, & iterum ſumo eam. Cum autem hoc ſit omninò impoſſibile, quoniam Chriſtus eſt veritas, Ioan. decimoquarto, oportet confiteri illud eſſe neceſſariò uerum, quod in principio Annotationis dicebatur, videlicet quod Chriſtus dicendo, Excitabo illud, ſignificauit de neceſſitate duo, ſcilicet ſe Deum atque hominem eſſe, & ſuam diuinitatem tanto fœdere eſſe coniunctam humanitati, ut nec in morte fuerit ab humanitatis partibus ab inuicem realiter ſeparatis ſeparata diuinitas. Simili itaque ratione Chriſtus dicendo, Iterum ſumo eam, connotauit de neceſſitate eadem duo. Iuxta ergo Euangelij præſentis textus (cum Chriſtus habeat duas naturas) ſequitur: quod habeat & duas uoluntates, & duas operationes.

Vniones duæ in Chriſto: alia diſſolubilis, alia indiſſolubilis.

EX PRAEMISSIS CONSTAT cuique rectè diſcurrenti: quod Chriſtus ibidem neceſſario inferendum edocuit, duas vniones eſſe in ſeipſo, haſque (ſicuti nec naturas) non debere à nobis confundi ad inuicem. Quæ ſunt illæ duæ uniones? Vnio corporis ad animam, & unio deitatis ad humanitatem. Quare non debent confundi ad inuicem? Quia vna illarum ſcilicet corporis ad animam eſt ſolubilis: altera ſcilicet deitatis ad humanitatem (ſiue ratione partium ſuarum coniunctim, vt extra triduum mortis, ſiue ſeiunctim, vt in ipſo triduo, accipiatur) eſt omninò indiſſolubilis. Nisi enim illa partium humanitatis eſſet diſſolubilis, non diceret Iudæis Chriſtus, Soluite templum hoc: niſi illa deitatis ad humanitatem eſſet indiſſolubilis, non adderet, excitabo illud. Quemadmodum ſi illa non eſſet ſolubilis, non legeretur, Ioan. decimo. Ego pono animam meam: & niſi iſta eſſet indiſsolubilis, non ſubiungeretur ibidem. Iterum ſumo eam. A Chriſto igitur edocta Eccleſia proponit nobis in ſymbolo fidei dicendum: Qui (ſcilicet Ieſus Chriſtus filius Dei) mortuus eſt, &, Qui reſurrexit à mortuis. Per articulum enim mortis denotat Eccleſia conformiter ad Euangelium, quod vnio partium humanitatis in Chriſto eſt diſsolubilis: & per articulum reſurrectionis cōnotat eadem, quod vnio diuinitatis eius ad humanitatē fuit ſemper indiſsolubilis. Chriſtus ergo in corpore viuus, erat Deus: & Chriſtus in corpore mortuus, erat Deus: licet idem in corpore mortuus non eſſet verus homo, cum tamen in corpore viuus eſſet verus homo. Omnia etiam hæc poſtremò dicta habentur in ſenſu literali ex eodem Euangelio ſuprà allegato.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. II.

SOLVITE templum hoc.] Imperatiuus modus quandoque exprimitur, vt imperetur aliquibus actio, de qua tunc fit ſermo (vt, Auferte iſta hinc:) quandoque non ad imperandum illam actionem, ſed ad ſignificandum loquentis deſiderium rei ex actione illa conſequentis (vt Ioan. 13. Quod facis, fac citius.) Porrò Dominus dum hic ait Iudæis Soluite, non vtitur imperatiuo modo propter illud primum, ideſt ad exprimendū imperium de actione à Iudæis fienda, ſed propter ſecundum, ideſt ad exprimendū deſiderium ſuum de re ex actione Iudęorum conſecutura. Abſit enim vel ſomniare, quod Chriſtus ab omni peccato etiam quantuncumque leuiſſimo remotiſſimus, 3. de Sal. quæſt. 14. art. 3. & quæſt. 15. art. 1. 2. imperauerit Iudæis ſuiipſius occiſionem. Dupliciter namque ſic faciendo peccaſset: quoniam & conſenſiſset aliquibus, immò etiam ſuaſiſset illis, vt

pecca-

peccarent (cum tamen re vera Deus non poſſit negare ſeipſum 2. Tim. 2. hoc eſt, eſſe cauſa peccati nec directa, nec indirecta 1.2.q 79.ar.1) & ipſemet, per Iudęos illos occidiſſet ſemetipſum (cum nulli re vera liceat occidere ſe, nec per ſe, nec per alium, 2.2.q.64.art. 5. 6.) Quis enim neſciat, quod occidens Chriſtum, ſiue conſentiendo illius occiſioni, ſiuè ſuadendo occiſionem, ſiuè eam per alium exequendo, peccat, & grauiſſimè quidem ? 3. de Sal. q.47.art.6. Reſtat igitur, quod Chriſtus imperatiuo modo, Soluite, vſus ſit propter illud ſecundum, ideſt ad exprimendum deſiderium ſuijpſius de re conſecutura ex actione Iudæorum. Quæ erat illa res inde conſecutura ? Paſſio propria & redemptio mundi Chriſtus enim voluit (ſcilicet per anthonomaſiam, ideſt ſummo deſiderio.) ſuam paſſionem, propter nos homines, ideſt amore noſtri, & propter noſtram ſalutem, licet iniquam Iudęorum actionem (vt euidentiſſimè probauimus) noluerit 3. de Sal. q.47.art. 6. ad tertium.

Chriſtus non occidit ſeipsũ licet deſiderauerit pati mortem pro nobis, &c.

SOLI ERGO Iudęi (ad differentiam Chriſti) ſoluerunt templum hoc, ideſt occiderunt corpus eius, quamuis ipſe ſit voluntariè à ſemetipſo ad mortem oblatus. Aliud eſt enim occiſionem ſuiipſius ab alijs fiendam te non impedire, cum poſſis, imo te ex bona cauſa ad mortem illam voluntarie offerre (prout etiam Sancti Martyres, ad imitationem Chriſti, fecerunt) aliud verò eſt occidere ſeipſum, ſiue eſſe cauſa, ideſt dare alijs cauſam, occiſionis tui ipſius. Hoc ſecundum malis hominibus tantum conuenit (de quibus patet in Romanorũ &c. hiſtorijs,) illud autem primum bonis, & ſingulariter Chriſto. Præmiſſa hac partitione notata, & facilè ſecundum rei veritatem de tali materia ſcripturæ intelliguntur, & ab apparenti, qui latere videtur, errore defendimur. Vt eſt illud Daniel. 9. Occidetur Chriſtus, ſcilicet à populo eum negaturo (et ibid. ſubditur) ideſt à Iudæis. Et illud, Geneſ. 49. In furore ſuo occiderunt, (ſcilicet à Simeon, & Leui deſcẽdẽtes) virũ illũ videlicet, de quo ſcribitur Hierem. 31. Fœmina circundabit virum. Et illud, Matt. 16. Luc. 9. Oportet filium hominis multa pati à ſenioribus, & ſcribis, & principibus ſacerdotũ & occidi. Et illud, Luc. 18. Poſtquam flagellauerint, occident eum, & cap. 20. Electum extra vineam occiderunt, & 1. Theſſal. 2. Dominum occiderunt Ieſum. Quibus tamen ſcripturis tam apertè occiſionem Chriſti ſolum Iudaico populo attribuentibus quædam ſuperficialiter opponi videntur (vt infra,) ſed prędicta partitione adhibita, oppoſitio euaneſcit veritate pręmiſſorum reddita clariore.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. II.

CHRISTVM occidiſſe ſeipſum, & conſequenter non ſolum alios occidiſſe illum, videtur haberi ex teſtimonio ipſius dicentis, Ioan. decimo. Nemo tollit à me animã meã, ſed ego pono eam à meipſo. Vbi etiam videtur negare, quod aliquis alius à ſeipſo occiderit ipſum, quoniam dicit, Nemo tollit animam meam à me. Auferre enim alicuius animam ab illo, eſt occidere eum. Reſpondetur negando, quod ex teſtimonio illo Chriſti habeatur re vera aliquod illorum duorum, quæ adducuntur ab obijciente, ſcilicet quod Chriſtus vel occiderit ſeipſum, vel negauerit, ſe eſſe occidendum ab alijs. Dicitur ergo, quod obiectio illa (ſicut & quælibet alia ab hæreticis in ſcripturis fundata) deriuatur ex falſa eorum inteligentia quam de ſcripturis habent. Quod enim ſenſus illi ſcripturę datus ab eo ſit falſus, patet ex contextu. Nam ibidem ſic iacet. Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam. Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo. Poteſtatem habeo ponendi animam meam. Hoc mandatum accepi à patre meo. Nunquid propterea Chriſtum pater diligit, quia Chriſtus interficit ſemetipſum ? Aut ipſe mandatum hoc, ſcilicet interficiendi ſeipſum, accepit à patre ſuo ? Neutrum planè, & tamen à patre accepit mandatum ponendi animam ſuam pro nobis, & propterea eum pater diligit, quia poſuit, imo etiam quia ponit animam ſuam. Nam in textu inquit, Pono licet videretur dicturus, Ponam, cum tunc in præſenti non moreretur, ſed

Dubium, cum optima ſolutione, &c.

Pono animam, non dicit tex. Ponam.

in

in futuro moriturus eſſet, pro nobis. Quare hoc? Vt oſtenderet, ſe propterea à patre diligi, non tantum quia actualiter poſuit quandoque animam ſuam pro nobis, ex obedientia ad mandatum patris, ſed etiam quia ſemper abſque vlla intermiſſione habuit continuum deſiderium ponendi ſic animam ſuam. Vides ne igitur, quanta differentia ſit inter ponere animam ſuam, & inter Occidere ſeipſum: cum vnum mandetur à Deo, tanquam verè bonum aliud autem odibile ſit Deo, tanquam culpę malum?

HINC ergo patet ad literā, quod ab obijciente, perperam intelligebatur ſcriptura à ſe adducta. Quid ergo, pro plena reſponſione, ex pręmiſſis concludendum relinquitur? Quod Iudæi verè occiderunt Chriſtum, ſed non tulerunt animam eius ab eo: & quod Chriſtus poſuit animā ſuam à ſeipſo ſed non occidit ſeipſum. Nam is propriè tollit aliquid ab aliquo, qui eo inuito illud tollit, id quod nec fecerunt, nec facere potuerunt Iudæi, quoniam Chriſtus erat omnipotens, & ab omnipotente aliquid poſſe tolli, eo inuito, implicat contradictionē (vt ex terminis patet.) Nonne, & per experientiam hoc manifeſtè viſum eſt, quando eum Iudæi nec capere potuerunt in horto, niſi volentem, licentiamque ſe capiendi eis dantem? Proſtrati enim primo fuerunt: & poſt erecti licentiam illam ab eo habuerunt, Ioan. decimo octauo. Porrò illius alterius dicti, ſcilicet quod Chriſtus ponendo animam ſuam non occiderit ſeipſum, ratio eſt, quia ipſe, ponendo animam ſuam, nihil directè egit ad cauſandum ſuam mortem, ſed tantum aliorum actionem ad hoc directam motus ex cauſa bona non impediuit. Ille enim occidere aliquem dicitur, qui directè agit ad mortem eius, idest qui ſufficientem cauſam mortis ei infert, cum intentione occidendi eum, & effectu ſubſequente idest quod ex illa cauſa mors ſubſequatur. Ideò namque Iudæi Chriſtum verè occidiſſe dicuntur, quia directè cauſam mortis ſufficientem ei intulerunt, cum intentione occidendi, & effectu ſubſequente. Non ſic autem non ſic, ſed multo aliter fecit Chriſtus (vt ex prædictis habetur.) Quia enim, cum poſſet, non impediuit alios, nè ſeipſum occiderent, ſed permiſit, vt id facerent, ideo propter hoc ſolum dictus eſt, poſuiſſe animam ſuam. Quod quidem, Pono animam meam, eſt accipiendum tanquam ſoli Chriſto proprium, licet aliqualiter quibuſdam conueniat, qui ad imitationem Chriſti, poſuerunt in mortem animas ſuas. Poterat ſiquidem Chriſtus modo ſingulari, quo nullus aliorum ſanctorum potuit, impedire mortem ſuam, ne ſcilicet anima ipſa, quocumque lęſiuo quantumcunque graui dato à corpore ſepararetur, & hoc virtute non tantum diuinitatis in ſeipſa conſideratæ, ſed etiam virtute animæ ſuæ, vt Verbo Dei perſonaliter vnitæ. Quia igitur anima Chriſti non ſeruauit inter tormenta illata corpus proprium in eſſe viuo, ſed voluit, quod corpus ſuum illis tormentis ſuccumberet moriendo, propterea verè (ſine peccato tamen, imo plurimum meritorie) dicitur Chriſtus animam ſuam poſuiſſe. Quare ſine peccato? Quia id non ſine cauſa, aut non ex mala cauſa, voluit. Quare plurimum meritoriè? Quia id ex cauſa optima, idest ex obedientia ad patrem, & ex ſumma charitate ad nos, voluit tertio de Saluat. quæſtio. 47. articul. 1. 2.

CA-

Digitized by Google

CAPITVLVM TERTIVM.

Erat autem homo ex Phariſęis, Nicodemus nomine; princeps Iudæorum. Hic venit ad IESVM nocte; & dixit ei. Rabbi; ſcimus, quia à Deo veniſti magiſter, &c. vſque ad finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

Sacramentum Baptiſmi eſt ſimpliciter primum inter omnia eccleſiæ Sacramenta, ad ſalutem animæ omninò neceſſarium, ſemel baptizato non reiterabile, nulli, quocumque tempore, poſt carnalem generationem, nec etiam in infantili ętate eſt deuegandum.

PROBATIO Concluſionis.

PRAESENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Niſi quis natus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei, & tex. Quomodo poteſt homo naſci, cum ſit ſenex? Nunquid poteſt, in ventrem matris ſuę iterato introire, & renaſci? & tex. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Prima itaque pars, ſcilicet quod Sac. bapt. ſit ſimpliciter primum, patet ex eo; quod aſſimilatur à Chriſto natiuitati carnali, & vocatur natiuitas ſpiritualis. Baptiſmus enim denotatur, & ibi, Niſi quis natus fuerit denuo, & ibi, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſſancto, quia per primam ſententiam ſignificatur, illum dari hominibus poſt natiuitatem carnalem, per ſecundam vero eodem tanquam natiuitate ſpirituali, naſci homines. Experientia autem quotidiana manifeſtiſſimum eſt, quod inter omnia, quæ viſibiliter conueniunt homini, primum ſimpliciter eſt corporalis ex vtero matris natiuitas. Licet enim conceptio eius in vtero ſit abſolutè prior quam natiuitas ex illo, tamen viſibiliter non apparet oculis noſtris illa conceptio. De viſibili autem natiuitate loquitur hoc in loco Dominus, vt conſtat etiam ex intelligentia Nicodemi dicentis. Nunquid poteſt in ventrem matris ſuę introire: & renaſci? Scilicet: ex eodem vtero. Pręterea, ſacrorum Theologorum ſentētia eſt, quod Dominus conuenienter, ſacramenta Eccleſiæ voluit conſiſtere in rebus ſenſibilibus, ſeu viſibilibus 3. de ſacram. quæſt. 1. aliàs 60. art. 4. 5. id quod nō per natiuitatem in vtero, cum non ſit viſibilis, ſed per natiuitatem ex vtero, cum appareat, ſignificari conſtat. Per hoc ergo, quod naſci carnaliter ex vtero eſt illud, quod prius, quam quoduis aliorum, de homine viſibiliter verificatur, denotare voluit Dominus, quod naſci ex aqua & Spirituſancto, quod eſt baptizari, eſſe debet primum inter quæcunque alia, quæ ad vitā hominis ſpiritualem viſibiliter requiruntur ideſt inter omnia ſacramenta. Vnde ſit hoc aliud, quod ſicut, niſi præceſſerit in homine natiuitas carnalis, nihil cæterorum poteſt reuera conuenire illi, etiā ſi aliquando fingeretur hoc, ita niſi ſpiritualis natiuitas. ſ. baptiſ. pręceſſerit in aliquo, nihil cæterorum ſacramentorum poteſt re vera ineſſe illi, etiam ſi aliquando aliquod vel plura ipſorū de facto cōferrentur ei. Quis enim vel paululum prudens concipiat corde Chimeram eſſe albam re vera, aut nigram, aut ambulare, aut loqui, aut & cæt. niſi conceptioni huic in mente ſua preſupponat, eandem Chimeram habere eſſe. Nam ex eo, quod

Sine baptiſmo præſuſcepto, nihil ſacramentorum ſuſcīpitur.

eua

ens inter omnia prędicata eſt primum, neceſſario ſequitur, quod id, quod non eſt (in quocunque genere loquaris) non poteſt eſſe ſubiectum alicuius prædicati Alioquin implicaretur contradictio, qđ ſcilicet primum non eſſet primum, ſi enim abſque illo poſito, quod vere dicebatur primum, cętera poſſunt ineſſe rei, iam patet, quod primum non eſt primum Sic in propoſito. Si alicui non baptizato poſſet dari Sacramentum aliquod puta ordinis, ita quod ipſum ſecundum veritatem in anima reciperet, tunc ſacramentum baptiſmi non eſſet primum in homine illo (vt patet,) & ita non eſſet primum ſimpliciter, ideſt reſpectu quorumcunque ſacramentorum, & in quocunque homine, & in quocunque caſu. Vt igitur debita ſibi dignitas, quæ eſt eſſe primum omnibus iſtis modis, ſeruaretur baptiſmo: oporteret baptizare illum qui ordine ſacerdotij externè fuerat ordinatus, & deinde ordinare ipſum tum quattuor minoribus, tum tribus maioribus ordinibus, ac ſi nihil vnquam (vt verum eſt) de ordinibus illis recepiſſet. Nullum ergo ius in ſacramentis, neque quo ad conſecrationem, neque quo ad collationem, neque quo ad receptionem habent non baptizati, eo quod baptiſmum Chriſtus declarat hic (vt probatum eſt) eſſe, inter omnia ſimpliciter primum.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Sacramentum baptiſmi eſt ad ſalutem animæ omninò neceſſarium, demoſtratur ex tex. Niſi quis natus fuerit denuò, non poteſt videre regnum Dei, &, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Ecce, quod ab iſta neceſſitate nullum excipit, quoniam idem eſt dicere, niſi quis, &c. ac ſi expreſſe diceretur, ſit ille, quicunque fuerit, ſcilicet, ſiue maſculus, ſiuè fœmina, ſiuè diues, ſiuè pauper, ſiuè dominus, ſiuè ſubditus, ſiuè puer, ſiuè ſenex, ſiuè, &c. ſi non fuerit natus denuò, ideſt renatus ex aqua, & Spirituſancto, talis non poterit vnquam videre regnum Dei, nec introire in illud. Videas quoque, quod non loquitur de neceſſitate, quæ dici ſolet ad benè eſſe, ſed de neceſſitate ſimpliciter ideſt ad eſſe. Non enim dicit, Non poteſt bene, ideſt commodè, videre regnum Dei, & bene introire in illud, ſed abſolutè dicit, Non poteſt vid. non poteſt introire. Si namque dicto ſuo appoſuiſſet limitationem Benè, vel aliquid ſimile, tunc ſignificaſſet, quod non renatus ex aqua, & Spirituſſancto poteſt quidem ſaluari, ſed non ità faciliter, ſicut is, qui eſſet modo illo renatus. Nunc verò nihil prorſus addendo ad impotentiam, ideſt ad (vt textus verbis vtar) non poteſt: monſtrat apertè, ita vt de contrario nullus ſit excuſabilis, qđ infallibiliter abſq; vllo dubio excludetur á viſione, & ab introitu regni Dei, quicunque non fuerit renatus ex aqua, & Spirituſancto. Propterea concluſio, vt conſonantiam hanc ad textū vnico verbo exprimeret, appoſuit, Omnino, ad neceſſarium. Vbi & duo, quæ dicit textus, ſcilicet videre regnum Dei, ac Introire in regnum Dei, breuibus comprehendit dicendo, Salutē animæ. Ac ſi clarius, ad conſonantiam ſenſus verborum textualium aperiendā, dixiſſet. Siuè de regni Dei adeptione in præſenti ſiuè in futuro, loquaris, hoc totū per, Salutem animæ, intelligo. Quid eſt hic, videre regnum Dei? Eſt adipiſci regnum Dei in præſenti vita. Quid eſt hic: Introire in regnum Dei? Eſt, adipiſci illud in futura vita. Miſerrimus ergo tum in præſenti, tum in futuro hic denotatur is, qui non eſt ex aqua, & Spiritu ſancto renatus, quandoquidem à regno Dei totaliter excluditur. Et quid eſt, excludi à Dei regno totaliter niſi (quod expreſſit Apoſtolus, Ephe. 2.) eſſe ſine Deo in hoc mundo? Nam qui eſt vſque ad mortem incluſiuè (vt intellexit Apoſtolus) ſine Deo in hoc mundo, is de neceſſitate, quæ tamen ex voluntate hic habita iudicatur meritò voluntaria, erit ſemper ſine Deo in alio mundo. Quid autem miſerius eſſe poteſt, quam eſſe continue ſine Deo in ſempiternum? Hoc enim eſt, & eſſe ſine omni bono (nam totum bonum animæ Deus eſt) & eſſe ſemper cum Diabolo (nam ibi Diabolus eſt, vbi Deus non eſt) Quo quid peius fingi nedum

Quod eſſe ſine Deo, &c. eſt habere hic arram inferni.

Digitized by Google

dum verè inueniri, poteſt? Cęterum inquies. Peſſimum hunc ſtatum ſuum non ſentiunt non baptizati. Eſto quia non ſentiunt: ideo miſeri taliter eſſe deſinunt? Imo tanto verius miſeriores ſunt, quanto ſe eſſe miſeros non credũt. Quod ſi fęlices ſe, aut iucundos, ſeu proſperoſos, æſtiment, adhuc ipſi ratione hac, ideſt ob hanc ſuam maximam cæcitatem ſunt, & ſe eſſe manifeſtant, infęliciores. Arram ergo inferni (iuxta Euangelium) habent, & ſecum portant, continuè non baptizati, proptereaque iam damnati ſunt, antequam moriantur, iuxta illud, Ioan.3. Qui non credit, iam iudicatus eſt.

EXAMEN EIVSDEM Probationis.

NON poteſt (inquit) videre, non poteſt introire. Quæ differentia eſt inter videre regnum Dei, & introire? *Primo.* Multa, per omnem modum. Primo quidem, quia etiam à remotis, aliquid videmus, cum tamen non, niſi de prope, illud introeamus. *Secundo.* Secundò quia poſſeſſio alicuius rei non ſolet accipi per viſionem ſicut per introitum illius rei: Non enim ſufficit poſſeſſori futuro aperire oculos ſuos, ac videre diligenter rem poſſidendã ſed neceſſarium eſſe iudicat, perſonaliter accedere ad eam, atque introire actualiter in eam. Vnde ad hoc ſignificandum habes lib.3. Reg.21. quod Achab, audita vxoris voce, Surge poſſide vineam Naboth, ſurrexit, & deſcendebat in vineam Naboth: vt poſſideret eam. Dicit ergo Euangelij textus, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt videre, non poteſt introire, regnum Dei, ideſt nec à remotis, nec de prope, poteſt notitiam conuenientem de regno Dei habere, & multo minus eiuſdem regni poſſeſſionem. Hinc eſt, quod maxime de non baptizatis verificatur illud 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea, quę ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia .n. eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur. En tota ratio, quare non poteſt intelligere, ſed omnia hęc ſtultitia ſunt illi, eſt, quia ipſe non eſt Spiritus, ſed caro, vtpote ex carne natus, non ex ſpiritu, & conſequenter eſt in genere diuerſo à

Cur infidelibus omnia Chriſtianorũ officia ſpiritualia ſunt ſtultitia.

genere illarum rerum, de quibus examinatur, ideſt docetur, interrogatur, inquiritur. Illæ etenim res, ſpiritualia quędam exiſtũt cuiuſmodi ſunt omnia fidei Chriſtianæ dogmata, ipſe autem carnalis eſt, venundatus adhuc ſub multiplici peccato (cum nullum penitus ſine baptiſmo, ſaltem votiuo, poſſit remitti) & conſequẽter ſub multiplici ignorantia earum rerũ quæ reuera pertinent ad ſalutem. Nam peccata ſunt tenebræ, ideſt tenentia mentis palpebras, ne videant, quæ videnda ſunt, iuxta illud, Luc. 1. Illuminare his, qui in tenebris, ideſt in peccatis, ſedent. Ex præmiſſis igitur conſtat, quod cauſa tantæ cæcitatis hominum circa illa, quę pertinent ad regnum Dei, eſt ipſos non eſſe renatos ex aqua, & Spiritu ſancto, ideſt non eſſe baptizatos. Nam textus inquit. Talis non poteſt videre regnum Dei, & introire in illud. Exponitur enim hic, Videre, ideſt fidei lumine aſpicere, & introire, ideſt lumine glorie comprehendere, regnum Dei. Quam ſane expoſitionem implicite docuit Apoſtolus his verbis 1. Cor.13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Ac ſi coniunctim ex Apoſtolica, Euangelicaque doctrina dicatur. Niſi quis ſacramento baptiſmi natus fuerit, non poteſt videre Deum nunc per ſpeculum in ænigmate, ideſt per fidem, nec tunc facie ad faciem, ideſt per apertam cognitionem. Vtrouis enim modo videre Deũ vocatur in hoc Euangelico textu regnum Dei, quoniam & in viatoribus baptizatis, vt ſic, Deus regnat per fidem & in beatis comprehenſoribus regnat per ſpeciem 2. Cor.5. Dixi, Baptizatis, vt ſic, hoc eſt, baptizatis, vt baptizatis, non autem, vt baptiſmo ſui ipſorum infidelitatem ſuperinducentibus (quales ſunt omnes hæretici) In illis namque vtpote nullam fidem habentibus 2.2. quæſt.5. ar.3. non Deus per fidem, ſed Diabolus per perfidiam, regnat. Cęterum, vt adhuc circa huiuſmodi de baptiſmo plenius inſtruaris, vide multa, quæ de tali ſacramento iam ſcripſimus, ſuper Matth. 3.28.

TER-

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Sacramentum baptiſmi ſemel baptizato non eſt reiterabile, demonſtratur ex tex. Nunquid homo poteſt in ventrem matris ſuæ iteratò introire, & renaſci? Hoc enim dictum Nicodemi eſſe verum in natiuitate etiam ſpirituali ſubindicauit Chriſtus per hoc quod iam natiuitati carnali aſſimilauerat ſpiritualem (vt ſupra declarauimus.) Porrò, inter iſtarum natiuitatum ſimilitudines præcipuum locum tenet hoc: qđ nunc a Nicodemo de carnali adducitur. Nunquid (ait) poteſt homo, in ventrem matris ſuæ iterato introire, & renaſci? Quaſi dicat, hoc eſt impoſſibile. Vnde quæſtioni huic ad verbum correſpondēs Apoſtolus, tanquam optimus Euangeliorum expoſitor (authore B. Hieronymo, in præfatione ſuper omnes eius epiſtolas) dicit Hebr. 6. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, rurſus renouari ad pœnitentiam. Loquitur ſiquidem ibi Apoſtolus de baptiſmo, quo primitus homo pœnitens, ſcilicet pœnitentia interiori 3. de Sacram. quæſt. 85. art. 1. illuminatur, & qui ab eodem vocatur lauacrū renouationis Tit. cap. 3. Quapropter hoc totum conſiderans, eique ſubſcribens B. Aug. ſuper Ioan. dixit, Spiritus loquitur; & ille carnem ſapit. Non nouerat iſte, niſi vnam natiuitatem, ſcilicet ex Adam & Eua, & illam ex Deo, & Eccleſia, nondum nouerat. Sic tamen tu intellige natiuitatem Spiritus, quomodo intellexit Nicodemus natiuitatem carnis. Quomodo enim vterus non poteſt repeti, ſic nec baptiſmus. Hæc ibi. Hinc & characterē imprimi per baptiſmum, intelligimus, ex conſequenti eſſe connotatum in hoc Euangelij loco. Se inuicem enim conſequuntur in ſacramentis hæc duo, ſcilicet impreſſio characteris, & impoſſibilitas reiterandi: ita vt quæcunque imprimunt characterem, non poſſint reiterari, & quæcunque non poſſunt reiterari, imprimant ipſum. Valet ergo conſequentia à non poſſe reiterari ad imprimere characterem, & verſa vice, ideſt ab imprimere characterem ad non poſſe reiterari, vndè & qui vnum iſtorum docet de aliquo Sacramento, docet vtrunque. Firmum ergo ſtat, quod hic, dum docetur, baptiſmum non poſſe reiterari docetur ſimul neceſſario, baptiſmum imprimere characterem. Ex his igitur Euangelij dictis, & Anabaptiſtæ, qui baptizatum rebaptizant, & Luterani, qui characterem aliquorum Sacramentorum, vt nouā theologiſtarum (inquiunt per contemptum) fictionem derident, condemnantur.

Characterem imprimi in baptiſmo per tex. &c.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Sacramentum baptiſmi nulli quocunque tempore, poſt carnalem natiuitatem, nec etiā in infantili ætate denegandum eſt, demonſtratur ex tex. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Patet ſiquidem, quod ex vi vocabuli, Quis, nullus à ſubiecta materia de qua occurrit ſermo excipitur, ſed omnes comprehenduntur. Illi ergo, qui audita hac voce, Quis, in præſenti textu Euāgelico, excludunt infantes, vel aliquos alios viuentes, à neceſſitate baptiſmi, dicendo, ſcilicet iſtorum aliquem, vel non debere neceſſario baptizari, vt ſaluetur, vel poſſe ſine baptiſmo ſaluari, vel baptiſmum nihil vtilitatis ei afferre, illi inquam ignorant propriam vocem, ideſt grammaticalem vim huius vocabuli, Quis, quod proferunt. Oportet tamen, quod carnalis natiuitas præceſſerit (vt innuit concluſio) ſi quis puerulus baptizandus ſit: quoniam hoc textus apertè docet, dum ait, Natus denuò, &, Renatus. Clarum enim ex ſuperioribus eſt, quod ſecundum Euangelium nō poteſt aliquis natiuitate ſpirituali naſci denuò, ſeu renaſci (contra Anabaptiſtas:) & ideo de neceſſitate relinquitur intelligendos eſſe textus illos de natiuitate diuerſa, ſic ſcilicet, quod carnalis ex vtero præceſſerit, & poſt ſpiritualis ſequatur. Vnde ex iiſdem textibus edocemur, quod infantes in vtero totaliter clauſi baptizari non debent.

De baptiſmo paruulorum, ſi tamen ex vtero aliqualiter nati fuerint, &c.

PORRO, Veritati præmiſſæ, quod ſcilicet infantes ſint baptizandi, Dominum ipſum alibi quoque puta ſi coniunxeris ipſius dictum, Genſ. 17. Eiuſdem dicto, Ioan. 10. tam clarè fauiſſe comperies,

ries, vt nemo prorſus, niſi totaliter deſipiat, contrarium veritatis prædictæ mente ſua concipere poſſit, etiam ſi verbis externis ex proteruia contradiceret. Quid dixit Deus, in Geneſi? Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Ecce, quam expreſsè hic de paruulis (quod quærebatur in concluſione) etiam in infantili ętate poſitis, ſit ſermo. Quid dicit Deus, in Ioanne? Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Scilicet, quam tempore antiquo. Coniunge modo tu ambas authoritates ſimul, & dic. Si figuralem baptiſmum, ideſt circumciſionem, voluit Deus infantes recipere, ergo per hoc declarauit, quod multo magis vult, baptiſmum figuratum, ideſt natiuitatem ex aqua, & Spiritusancto infantibus dari. Alioquin quomodo veniſſet nunc ad dandam nobis vitam abundantius, ideſt vniuerſalius, ſi tũc ad participationem circumciſionis pro vita habenda vocaſſet infantes, & nunc ad baptiſmum circumciſioni, tanquam figuræ ſuæ, ſuccedenti eoſdem non admitteret? Tunc quippe hominibus vita eſſet abundantius, ideſt vniuerſalius data, quam nunc (vt ex terminis patet) quoniam in via ad ſalutem infantes tunc erant incluſi, qui nunc ab ea eſſent excluſi. Ne igitur (quod intolerabile eſt) dicamus contra Euangelium, pluribus videlicet patuiſſe antiquitus viam ſalutis, quam tempore nouæ legis, oportet confiteri, quod nunc infantes etiam de neceſſitate ſalutis aſtringuntur diuino præcepto ad baptiſmum actualiter, ſuſcipiendum, ſicut & infans tunc actualiter circuncidebatur. Ergo (inquies) non poterit infans, iuxta figuram, baptizari, ante octauum diem? Negatur quoniam Chriſtus non ſolum venit iuxta prædicta, vt infantes vitam habeant, ſed etiam, vt abundantius, ideſt vniuerſalius habeant. Nam vniuerſalius patet via ſalutis infantibus, quando pluribus datur ſacramentum pro ſalute ordinatum, quã cum datur paucioribus (vt ex terminis patet.) Quis verò neſciat, pluribus dari ſacramentum ſalutis, ſi detur infantibus non tantum octo, ſed etiam vnius, duorum, vel trium, dierum quam ſi daretur ſolum infantibus octo dierum.

Mira, & veriſſima doctrina ex textib.

PRAEDICTIS Scripturarum ſententijs conuicti hęretici puerulos à neceſſitate baptiſmi recipiendi prius ſecludentes, concedunt illorum quidam, quod poſſunt baptizari, veruntamen non ad remiſſionem peccati originalis (cum nullum eſſe dicant in eis) ſed ad habendum ingreſſum in regnum Dei. Etenim (inquiunt) Euangelium, nulla facta mentione de remiſſione peccati, dicit, Non poteſt introire in regnum Dei. Ac ſi per oppoſitum de eo, qui baptizatur, dicat; Poteſt introire in regnum Dei. Ad hanc illorum hæreticorum cauillationem facillime reſpondetur, quod per, Nõ poſſe introire in regnum Dei, cointelligitur peccatum, cum nihil, niſi peccatum, prohibeat hominem à poſſe introire in regnum Dei, non enim, niſi per peccatũ, priuatur homo gratia Dei, qua non habita, impoſſibile ſit homini introire in regnum Dei. Cum igitur de aliquo dicitur quod non poteſt introire in regnum Dei, connotatur neceſſario, quod ille eſt in peccato mortali, &, ſi addatur, quod non poteſt, niſi ſic (puta per Sacramentum) introire in illud, ſignificatur de neceſſitate, quod ei non poteſt remitti peccatum ſuum mortale, niſi per tale ſacramentum.

COROLLARIVM.
Pro reſponſione planiori.

CHRISTVS igitur quando dicit, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Speritusancto non poteſt introire in regnum Dei, connotat neceſſario, & quod talis eſt in peccato mortali, & quod talis non poteſt liberari ex illo peccato mortali, niſi per natiuitatem ex aqua, & Spiritusancto, ideſt per baptiſmum. Ac ſi apertius dixiſſet. Niſi quis fuerit baptizatus, non poteſt de peccato mortali, in quo eſt, habere remiſſionem, & per conſequens non poteſt introire in regnum Dei. Ergo, ab oppoſitis, implicitè per neceſſariam conſequentiam dixit. Ille, qui fuerit baptizatus conſequitur per baptiſmum, & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum mortalium (puta ſi plura habet, quoniam vnum ſine alijs non remittitur) & poſſibilitatem introeundi in regnum Dei. Quia verò in infantibus

bus non poteſt eſſe peccatum mortale actuale (cum nondum habeant vſum liberi arbitrij, ſine cuius vſus actualiter non peccatur:) ideo illud mortale, quod eſt in eis, eſt neceſſario originale. Sed inquiunt ſupradicti hęretici. Vnde habent infantes hi originale? Reſ. Ex origine ſua qua naturam iam vitiatam per primum hominem primo peccantem, adhuc in vêtre matris ipſorum, participarunt 1. 2. q. 81. art. 1. 2. 3. Vnde ſcis, quod hi habent originale? Reſ. Ex pręſenti (vt cætera ſcripturarum interim taceam) ſententia Chriſti: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c. Iam enim probauimus, & quod per hanc comprehenduntur etiam infantes, & quod non potentes introire in regnũ Dei ſunt infallibiliter in peccato mortali, & quod peccatum mortale in infantibus non poteſt eſſe, niſi originale. Nunquid non vides, ex tribus his ſimul iunctis relinqui, de neceſſitate, & firmiter, concludendum, quod Chriſtus, ſic dicendo, teſtatur, peccatũ originale eſſe in infantibus? Alioquin dixiſſet, Niſi quis adultus fuerit renatus ex aqua, & Spirituſancto, non poteſt introire in regnum Dei: tacitè per hoc docendo, quod infantes ſine tali renaſcentia poſſent (vtpote qui eſſent ſine peccato originali) introire in regnum illud.

Peccatum originale eſſe in infantibus oſtendit text. &c.

PRAETEREA ad idem facit planius de baptiſmi figura pręmiſſa dictum illud Geneſ. 17. Maſculus, cuius preputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo. Nam quod de figura exprimitur, cointelligi neceſſe eſt in ſuo figurato, quandoquidem figura, vt ſic, & figuratum correlatiua ſunt ita, vt illud, quod poſtea in figurato magis adimplendum eſt, præcedat in ſua figura. Quid modo eſt, animam alicuius, ſeu (quod in idem redit) aliquem ſecundum animam deleri de populo ſuo, ideſt de populo fidelium (cuiuſmodi tunc erat populus Iudaicus) & ſaluandorum? Eſt ipſum fore cariturum fide, & damnandum. In huius ſignum euidens eſt, quod loco, delebitur, ponitur quandoque, Peribit, & portabit iniquitatem ſuam, ac ſi per vnum textum ſcripturæ apertiorem manifeſtetur (vt ſolet fieri) ſenſus verus alterius textus minus aperti. 1. q. 1. art. 9. ad ſecundum & art. 10. ad primum. Propter hoc enim de tranſgreſſoribus ſuæ legis (ſicut fuerat de incircumciſis) dicit Dominus, & Exod. 12. Quicunque comederit fermentatum, peribit anima illa de cætu Iſrael, & Numer. 15. Quoniam rebellis fuit, peribit de populo ſuo, & portabit iniquitatem ſuam. Ex his patet, qđ illud Geneſis eſt ſic exponendum. Si infans octo dierum non fuerit circumciſus, anima eius peribit, & portabit iniquitatem ſuam, ideſt peribit propter iniquitatem ſuam. Quam? Solam vtique originalem. Quare? Quia, vt à Deo ſubditur ibid. Pactum meum irritum fecit, ideſt (ad propoſitũ illorũ infantũ ſolũmodo) quia pactum meum, ſcilicet circumciſio non eſt in carne ſua (vt ibid. contextus ſuperior innuit,) Quaſi dicat. Circumciſio actualiter exiſtens in carne illius infantis valuiſſet ad tollendam iniquitatẽ eius 3. de Sac. q. 11. aliàs 70. ar. 4. ideoq; ſi fuiſſet circumciſus, non perijſſet propter iniquitatem ſuam. (Vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem. Gen. 17. concluſ. 4.) A figura ergo ad figuratũ reuertendo, conſonanter dic. Non baptizatus infans peribit propter iniquitatem ſuam. Quare? Quia non eſt baptizatus. Quaſi apertè dixiſſet Chriſtus. Baptiſmus actualiter datus illi infanti abſtuliſſet iniquitatem eius, conferendo, ſcilicet ei gratiam 3. de Sacr. q. 10. aliàs 69. ar. 1. 4. 6. ideoque talis non perijſſet propter illam ſuam iniquitatem, ſed poſſet virtute baptiſmi introire in regnũ Dei, ibi. ar. 7.

DEFINITIO ECCLESIAE
Pro præmiſſis.

AD expoſitionis ſuper textum illum Euangelij prædictę firmitatem, ca uillationeſq; aduerſariorum totaliter infirmandas, valent plurimum ſanctiones legitimorum Conciliorum, quandoquidem ipſorum, vt Eccleſiam ſanctam catholicam repręſentantium, eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione Scripturarum ſanctarum, (Concil. Trid. ſeſſ. 4. Decr. 2.) Porrò ad aliarum quoque expoſitionum ſuper Euangelia in concluſionibus cuiuſque capituli allatarum firmitatem adducuntur Concilia; ſed citando

do ſolum in alijs libris deſcripta, ne fiat illorum expreſſa ad verbum (vt ibi) repetitio. Quapropter in fine ſingularum concluſionum iam ex textibus Euangelicis probatarum citatio ipſa fit ibi, Confirmatio concluſionis contra hoſtes Eccleſiæ ſanctę Dei. Veruntamen quoniam in præſenti textu Euangelico agitur de Sacramento ſaluti paruulorum neceſſariſſimo, optimè factum exiſtimaui aliquid plus in fauorem ſalutis eorum efficere, ideſt conciliorum ipſorum decreta non citando ſolum, ſed verbatim narrando afferre. Sciendum igitur, & diligentiſſimè notandum, quod Concilium Tridentinum, vtporè aliorum omnium nouiſſimum, ſuperiora concilia de qualibet materia tunc occurrente tractantia vidit, & videndo, eorundem veſtigia in talis, vel talis materiæ definitionibus ſecutum eſt, ſic tamen, vt ſi qua in ipſis definitionibus implicitè, vel breuius, dicta inueniſſet, quàm noſtra tempora, ob continuam manifeſtationem Nouatorum, ideſt hæreticorum requirant, ipſum tunc nihil penitus, quo ad ſubſtantialia fidei catholicę, ab ijſdem deuiando, illud totum explicitè, abundantiorique ſermone, pro neceſſitate temporum pleniora ad literam dogmata expoſcentium, conuenienter nobis explanauerit. Hæc dixerim: vt, cum pro præſenti loco (ſicut & alibi) adduxero Concilij Tridentini ſanctiones, noueris me in illo adduxiſſe etiam Conciliorum Mileuitani, Africani, Arauſicani, & aliorum de tali re tractantium definitiones. Semper enim in his, quæ fidei ſunt Catholicorum pro quocunque tempore exiſtentium hoc fuit, eſt, & erit proprium, & peculiare ſymbolum, quod aliquando expreſſit Apoſtolus his verbis. Idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, primo Corint. primo. Dicit igitur Concilium Trident. ſeſſ. quinta Decr. de pec. origin. Si quis paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, etiam ſi fuerint à baptizatis parentibus orti, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari ad vitam æternam conſequendam, vnde fit conſequens, vt in eis forma baptiſmi in remiſſionem peccatorum non vera, ſed falſa intelligatur: anathema ſit. Quoniam non aliter intelligendum eſt id, quod dixit Apoſtolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt, niſi quemadmodum Eccleſia catholica vbique diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apoſtolorum, etiam paruuli, qui nihil peccati in ſemetipſis adhuc committere potuerunt, ideo in remiſſionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Hæc ibi. Item ſeſſ. ſeptima de bapt. Canone duodecimo: Si quis dixerit, neminem eſſe baptizandum, niſi ea ætate, qua Chriſtus baptizatus eſt, vel in ipſo mortis articulo, anathema ſit. Hæc ibi. & canon. decimo tertio. Si quis dixerit, paruulos, eo quod actum credendi non habent, ſuſcepto baptiſmo, inter fideles computandos non eſſe, ac propterea, cum ad annos diſcretionis peruenerint, eſſe rebaptizandos aut præſtare omitti eorum baptiſma, quam eos non actu proprio credentes baptizare in ſola fide Eccleſiæ, anathema ſit. Hæc ibi. & Canon. decimo quarto. Si quis dixerit, huiuſmodi paruulos baptizatos, cum adoleuerint, interrogandos eſſe, an ratum habere velint, quod Patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti ſunt: & vbi ſe nolle reſponderint, ſuo eſſe arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Chriſtianam vitam cogendos niſi, vt ab Euchariſtiæ, aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur, donec reſipiſcant: anathema ſit. Hæc ibidem.

Conciliū Trid. eſt aliorū Cōciliorū nexus, & cōplementum.

CÆTERVM, nè credideris: paruulos ipſos obligari de neceſſitate ſalutis ad actualiter ſuſcipiendum tunc Sacramentum Sacroſanctę Eu-

chariſtiæ motus ex illa ſententia Ioan. ſexto. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, quoniam ibi loquebatur ſolum de adultis (vt ex contextu, & verbo Manducaueritis, patet;) Hic verò dicens, Niſi quis renatus fuerit ex, &c. loquitur de adultis, & non adultis (vt ſupra probatum eſt.) Ecce, quid de hac re determinauerit Conciliũ Triden. ſeſſ. 21. Cano. 4. Sancta Synodus docet: paruulos vſu rationis carentes nulla obligati neceſſitate ad ſacramentalem Euchariſtiæ communionem. Siquidem per baptiſmi lauacrum regenerati, & Chriſto incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non poſſunt. Hæc ibi, & infra, canon. 4. Si quis dixerit, paruulis, antequam ad annos diſcretionis peruenerint neceſſariam eſſe Euchariſtię communionem, anathema ſit. Hęc ibi. Damnauerat, & Papa Innocentius primus errorem hunc à Pelagio hæretico adinuentum, ſcilicet quod natus de chriſtiana nõ debet naſci denuo per baptiſmum, contrarium, ſcilicet quod filij Chriſtianorũ debent baptizari. Idem etiam Papa in Epiſtola vigeſimaquinta reſcribens ad concilium Carthaginenſe, approbat, quod ipſi damnauerint hanc Pelagij hęreſim, ſcilicet Paruuli propter ſalutem, quæ per Saluatorem Chriſtum datur, baptizandi non ſunt: Quam hæreſim cum ſuo authore Pelagio, & ipſe condemnat. Idem quoque Innocentius, in epiſtol. vigeſimaſexta reſcribens ad Concilium Mileuitanum eorum damnationem contra Pelagium factam commendat dicentem, hæreſim hanc ſcilicet. Non opitulatur paruulis, ad conſequendam vitam ęternam, Chriſtianę gratię Sacramentum, id eſt baptiſmus: quám pro hęreſi, & ipſe Papa condemnat, cum eius authore.

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Baptizandum ſit in aqua (vt in textu, vnde concluſio ſumpta eſt, dicitur) contra hæreticos quoſdam dicentes, baptizandum eſſe non in aqua, ſed in igne, vide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis, &c. definitum eſſe, in Elucid. 3. de Sacram. articulorum numero 41. Quod baptiſmus ſit ſimpliciter primum inter ſacramenta, vide ex, &c. 3. de ſacram. quæſt. 6. aliàs 65. artic. 2. 3. cum Elucid. & 3. de Sacramen. Addition. quæſt. 35. artic. 3. cum Elucid. Quod baptiſmus non eſt tantum ad bene eſſe, ſed eſt omnino neceſſarius etiam paruulis, vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucid. 3. de Sacram. articulorum nume. 59. 61. 67. 105. & 2. 2. articulorum nume. 912. Quod hæreſis peſſima eſt, dicere, baptiſmum eſſe reſpuendum, & ipſum non conferre gratiam, & virtutes (vt hic per illam vocem, Ex Spiritusancto, intellexit Chriſtus, declarantque Theologi) & eundem nullius eſſe virtutis, vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucid. 3. de Sacramen. articulorum numer. 59. 71. 72. Quod non licet rebaptizare, nec etiam infantes iam poſt ad vſum rationis pertingentes, vide ex, &c. in Elucid. 3. de Sacramen. articulorum nume. 24. 47. 61. 59. Quod hæreſis eſt, dicere, baptiſma infantum non eſſe à Deo, & quod baptizati paruuli non leuius punientur ęternaliter, quam latrones, & homicidæ, vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidat. 3. de Sacramen articulorum, nume. 67. 71. 72. Quod peccatum originale, ad cuius deletionem valet baptiſmus puerorum, inuenitur in infantibus, vide ex, &c. in Elucidatio. tertio de Sacramen. articul. num. 59. 71. 72. & 1. 2. articul. num 436. 438. 439. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. ſecundo concluſ. decima.

CON-

CONCLVSIO SECVNDA Cap. III.

FILIVS Dei vnigenitus poſt incarnationis myſterium, & filius hominis non duæ ſunt, ſed vna perſona, qui filius à Deo patre hominibus ex pura dilectione ſua ad illos datus eſt, & vt pro ipſis crucifigeretur, & vt in virtute talis crucifixionis baptiſmus fidem charitate formatam, vitamque ęternam hominibus conferret, ſed multi hominum abuſi ſunt tanto beneficio, & hanc ingratitudinis eorum cęcitatem cauſarunt peccata ipſorum præcedentia.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentē, &c. vſque ad tex. Erant enim eorum mala opera. Prima itaque pars, ſcilicet quod filius Dei poſt incarnationem, & filius hominis non duę ſint, ſed vna perſona, conſtat ex eo, quod eadem, quæ in textu attribuuntur filio Dei vnigenito, contextus idem affirmat conuenire filio hominis, id quod eſſe non poſſet, ſi eſſent duę perſonæ. Nam vna illarum eſſet creata & per conſequens improportionabiliter alteri, quę eſſet increatą, in attributis non ſolum inferior, ſed etiam è diametro contrapoſita. Videmus enim hoc ab exēplo naturarum in Chriſto. Nam quia natura diuina, & natura humana eius ſunt duę naturæ realiter ab inuicem diſtinctę: ideo non tantum, non bene, ſed hæretice diceret quis, prędicata naturæ diuinæ eius poſſe attribui humanæ. Immortalē quippè, impaſſibilem, omninò immobilem, omnipotentem, ſimpliciter infinitā, vndique, ideſt à parte ante, & à parte poſt ęternam, catholicè dicimus eſſe naturam Chriſti diuinam, cum tamen naturam eiuſdem humanam non niſi hæreticè dixerit quis eſſe immortalem, vel impaſſibilem, vel omninò immobilem, vel omnipotentem, vel ſimpliciter infinitam vel vndique ęternam. Quid vltra? Catholicè dicentur hęc eadem de humana ſi prædicentur per contrarium, quoniam fides Apoſtolica docet naturam Chriſti humanam eſſe mortalem, paſſibilem, mobilem, ſuo modo fragilem, ſimpliciter finitam, à parte ante non ęternam, ſed temporaliter incipientem. Sicut igitur alietas, ideſt diuerſitas, prædicatorum illorum infert, quod Chriſti natura diuina non eſt realiter natura humana, ſed quod iſtæ eius naturæ ſunt duæ ab inuicem realiter diſtinctę: ita ab oppoſitis, vnitas prędicatorum de filio Dei vnigenito poſt incarnationem, & de filio hominis inferre de neceſſitate debet, quod filius Dei vnigenitus poſt incarnationis myſterium, & filius hominis, non ſunt realiter duæ perſonæ, ſed vna realiter. Quomodo enim aliter poſſet vnquam verificari, quod (vt dicit textus) qui credit in filium hominis ad inſtar Moſaici ſerpentis exaltatum habet vitam ęternam, & quod qui credit in filium Dei vnigenitum mundo à patre datum, ideſt incarnatum, habet vitam ęternam? Patet ergo quod id totum fuit hic deſignatum per hoc, quod eadem prorſus filio hominis, & filio Dei vnigenito poſt incarnationem, prædicata attribuuntur, ſcilicet credere in ipſum, & per hoc habere vitam æternam. Quis verò, vel tenuiter, doctus ignoret: quod hoc nomen, filius, denotat perſonam? Idem igitur eſt, Chriſtum dixiſſe de ſemetipſo illa verba, ac ſi apertè dixiſſet, Mea perſona humana, i. qua vocor filius hominis, & perſona mea diuina, qua vocor filius Dei vnigenitus, non ſunt duæ perſonæ, ſed realiter vna.

Chriſtus monſtrat ſe habere duas naturas, & vnam tā summodo perſonam ex tex. &c.

COROLLARIVM.

HINC Sequitur, ex oppoſito ſupradictarum eius naturarū, quod vere, & catholice, vtpote à Chriſto in hoc loco edocti, dicimus eadem prorſus attributa verificari de filio hominis, & filio Dei ratione vnius perſonæ. Vt, filius Dei eſt immortalis impaſſibilis, omnino immobilis, omnipotens, ſimpliciter infinitus, vndique ęternus, & filius hominis eſt idem per ſingula, ideſt immortalis impaſſibilis, omnino immobilis, omnipotens, ſimpliciter infinitus, vndique æternus. Quis ergo, inquies, mortuus *Quomodo filius, &*

F 2

Dei, & hominis mortuus ſit, cũ ſit perſonaliter immortalis.

tuus eſt pro nobis, filius Dei, an filius hominis ſi vterq; eſt immortalis? Vterque ſcilicet, & filius Dei, & filius hominis, quoniam nominaliter vterque vna tantum perſona eſt realiter, & quomodo (inſtas) potuit hoc fieri, cum vterque ſit immortalis? Modo, quo perſona illa, quæ vtroque nomine nominatur, habet naturam paſſibilem atque mortalem, ita quod filius hominis, & filius Dei vnigenitus, ideſt homo in perſona Deus, patris vnigenitus, ſecundum quod habebat naturam paſſibilem, & mortalem, eſt paſſus, & mortuus. Hoc eſt. Hominis illius, qui in perſona Deus eſt, natura humana, vt quæ ſola eſſet paſſibilis, & mortalis, paſſa eſt, & mortua, non autem natura diuina, cum ſit omnino impaſſibilis, & immortalis.

Ex ſupradictis denique damnatam à Chriſto prçuiſam hæreſim Neſtorij, dicas, qua dogmatizabat, duas eſſe in Chriſto perſonas realiter diſtinctas, vnã, ſcilicet humanam, qua dicitur filius hominis; alteram verò diuinam, qua dicitur filius Dei. Iam enim patuit ex textu: & quod credens in filium hominis per hoc verè dicitur credere in filium Dei, & quod credere in filium hominis, ſicut etiam credere in filium Dei, affert hominibus vitam æternam. Quo quid clarius ad deſignandum, quod filius hominis eſt eadem numero perſona, quæ eſt filius Dei? Apertiſſima ſiquidem rectè conſideranti eſt ſententia Chriſti, connectendo textus hos ad inuicem, quod ille qui credit in filium hominis, ideo habet vitam æternam, quia credendo in ipſum hominis filium, creditur in filium Dei vnigenitum ad hoc à Deo datum mundo, vt qui credit in ipſum Dei filiũ, habeat vitam æternam.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Vnigenitus Dei filius à patre hominibus, ex pura dilectione ad illos, eſt datus, vt pro ipſis crucifigeretur, demonſtratur ex text. ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, ſic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Nam coniunctio, Enim, rationem reddit ſentẽtię pręcedentis, cui adiungitur. Ac ſi ergo dicatur in textu. Quare oportet exaltari filium hominis? Quia ſic Deus dilexit mundum, ideſt, quia Deus ex dilectione ad mundum dedit ſic filium ſuum, ideſt dedit ipſum adhoc, vt exaltaretur, ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem, ideſt, vt exaltaretur in Cruce. Nam Moyſes ſuper vnum palum modo Tau concinnatum exaltauit ſerpentem Aeneum in deſerto. Vide pulcherrima ad huius textus Euangelici propoſitum facientia in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Numer. 21. concl. 6. 7. 8. 10. 11. 12. & capit. decimo ſeptimo. concluſ. 1. ſecunda, tertia, & Geneſ. quadrageſimo ſeptimo, concluſ. quinta.] Quod autem (vt dicebatur) ex pura dilectione ad nos homines, dederit nobis Deus filium ſuum, probatur in textu per hoc, quod homines dilexerunt magis tenebras, quam lucem. Ex meritis ergo ſuis non habebant homines, quod dilegerentur à Deo: ſed quod odio haberentur ab ipſo. Hæc autem peſſima hominum merita Deus abſque ullo dubio certiſſime præcognouerat, & tamen his non obſtantibus propoſuit dare hominibus filium ſuũ nec vnquam ab hoc ſuo clementiſſimo propoſito deflexit, donec ipſum effectualiter executus eſt. Miranda igitur Dei patris erga mundum, qui totus eodem ſciente, in maligno poſitus erat, primo Ioan. quinto dilectio; ex quo non tantum pura fuit, eo quod à nullo mundi merito præuenta eſt.) non enim quaſi nos dilexerimus Deũ, ſed quia ipſe prior dilexit nos 1. Ioan. quarto) verum etiam quia propter tot, tantaque ſcælera noſtra præuiſa non ſe retraxit, non tepuit, neque (vt merebamur) refriguit. Vnde Beatus Chryſoſtomus, tanquam dilectionem hic contemplatus ait. Dicendo autem. Sic Deus dilexit mundum, multam indicat amoris intenſionem. Multa enim eſt, & infinita diſtantia. Qui enim immortalis, qui ſine principio, qui magnitudo infinita, eos qui ſunt ex terra, & cinere infinitis plenos peccatis, dilexit. Sed & ea, quæ poſt hoc ponit, oſtenſiua ſunt magni amo-

Mirabiliſſima dei ad nos dilectio et incomprehenſibilis a creatura quacunq;.

ris

Digitized by Google

ris. Non enim ſeruum, non Angelum, non Archangelum, dedit, ſed filium ſuũ: Rurſus. Si filios plures habuiſſet, & dediſſet vnum, hoc etiam eſſet maximum. Nunc verò filium vnicum dedit. Vnde ſubdit. Vnigenitum. Hæc ibi. Pretioſa autem ſunt, quę commendant charitatem (inquit Beat. Hilarius, 6. de Trinit.) & ingentia ingentibus æſtimantur. Deus diligens mundum, filium non adoptiuum, ſed ſuum, & vnigenitum, dedit. Hinc proprietas eſt, natiuitas eſt, veritas eſt, non creatio eſt, non adoptio eſt, non falſitas eſt. Hinc dilectionis, & charitatis, fides eſt, vt ad mundi ſalutem & filium, & vnigenitum, præſtitiſſet. Hæc ibi.

VT PRO ipſis (dicebat concluſio) crucifigeretur demonſtrari particula hęc intelligitur ex eo, quod ſermonem hunc de vnigenito cõnectit (vt ſupra diximus) Euangeliſta præcedenti ſermoni de ſerpente, vt patet per coniunctionẽ, Enim, dicente textu, Sic enim Deus dilexit, &c. Ex hac ſiquidem textuum colligatione ſatis conſtat, quod quando nunc dicitur, Deum dediſſe vnigenitum ſuum mundo, ex tunc dictis intelligitur, Deum dediſſe illum, vt pro mundo ad inſtar exaltati olim ſerpentis exaltaretur. Quomodo exaltatus fuit ille ſerpens? (iam diximus) ſuper palum ad modum Tau fabricatum. Sic ergo & noſter hic ſerpens exaltari debuerat, & poſtea actualiter ſic exaltatus eſt. Sed dices. Nunc crux Chriſti ibi clauis affixi monſtrat aliquid aliud à Tau, (vt patet in quotidianis picturis.) Non enim ſolummodo hic ſunt duo ligna, ſcilicet vnum erectum, aliud ſupra contingens per tranſuerſum (vt eſt in Tau;) ſed vltra duo illa adeſt aliud lignum in medio tranſuerſi eminens ſuper caput crucifixi. Reſpondetur ad hoc, quod crux Chriſti, dum in ea clauis confixus eſt, non fuit, niſi patibulum quoddam duo ligna habens, vnum rectum aliud contiguum ſupra per tranſuerſum, & conſequenter fuit præciſè hoc ſignum T. quod in Hebraico alphabeto dicitur Tau, & ſic appellatur à Hieremia propheta, capit. 9. vbi etiam, electos eſſe per hoc ſignum (ſicut quondam per Aeneum ſerpentem) à percutientibus

Dubium de modo crucis, optimè ſoluitur.

præſeruatos, affirmat. Veruntamen, quia titulum pro cauſa crucifixionis ſuperponere iam crucifixo voluit Pilatus, ideo aſſumpſerunt poſtea miniſtri eius paxillum, quem in ligni tranuerſi medio affixerunt eminenter ad caput crucifixi, cui paxillo cartulam tituli ipſius appenderunt extenſiuè continentem, IESVS NAZARENVS rex Iudæorum. Stant ergo ſimul duo hæc, ſcilicet quod Crux Chriſti fuerit ſolum Tau (in cuius ſignum clarum dicitur, Ioan. 19. Titulum Pilatus poſuit ſuper crucem. Erat ergo crux: antequam apponeretur titulus ille,) & quod crux eiuſdem ſit aliquid præter Tau, nam ſine titulo ſumpta crux nihil eſt, niſi Tau: & cum titulo ſumpta aliquid plus, quam Tau dicit. Quia vero crux nunc ſemper cum titulo, vtpote ſuo triumphali ſigno intelligi debet, ideo vbique nunc ſuper Tau, adijciendum eſt aliquid ſic, ✠, cui tituli carta intelligatur fuiſſe affixa.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Vnigenitus Dei eſt à Deo hominibus datus, vt in virtute crucifixionis eius baptiſmus fidem charitate formatam, vitamque æternam hominibus conferret, demonſtratur ab Euãgeliſta ex tex. Exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam ęternam. Vt autem intelligatur diſtinctè partis illius probatio ex verbis his conſtare, ſciendũ eſt, quod totus hic ad Nicodemum ſermo dirrigitur à Chriſto ad explicandam virtutem magnam implicitè contentam in fundamentali ſalutis noſtrę Sacramento ſcilicet Baptiſmo, quod importabatur in verbo illo primum ad eundem dicto, ſ. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Eapropter in textu, poſt illud de baptiſmo verbum mox de ſpiritus virtute, qua ſpirando operatur in baptiſmo, loqui incępit, deinde (interpoſita Nicodemi quadã interrogatione) proſecutus è loqui de ſui crucifixione olim per ſerpẽtẽ ęneum figurata, & à Deo patre ipſum in mundum mittente præordinata. Voluit

ſiquidē Chriſtus declarare Nicodemo, quod baptiſmus aquæ de quo eidem in principio fuerat præſocutus, virtutem introducendi, addere tum per fidem, tum per claram viſionem, regnum Dei habet, & à ſumma diuinarum perſonarum trinitate, & à ſua morte in cruce (ſerpens enim figuralis erat mortuus, Numer. 21.) Porrò de ipſa trinitate mentionem ad hoc feciſſe intelligi noluit, dum Spiritusſancti. Patris, & filij, nomina expreſſit. Vide Spiritumſanctum expreſſum ibi, & Spiritusſancto; Patrem verò ibi, Deus dilexit filium autem ibi, filium ſuum vnigenitū. Appoſuit enim hoc nomen, vnigenitum, vt ex additione illa ad filium cogeremur agnoſcere, & confiteri, ſermonem hunc intelligendum eſſe de myſterio ſanctiſſimę Trinitatis. Nam hoc nomen filius Dei, poteſt eſſe multis commune, iuxta illud Iob 1. Cum veniſſent filij Dei; ſed nomen filius Dei vnigenitus cogit intelligere filium Dei naturalē: & non creatione (vt illud, Iob 1.) neq; adoptione aliqua. Propter id etiam ſignificandum nō dixit, filium ſuum primogenitum, quoniam appellatio illa populo Hebręo iam communicata erat, Exodi 4. filius meus primogenitus Iſrael. Per hoc ergo, quod adiunxit, Vnigenitum, manifeſtè mōſtrauit, ſe præuiſam Arriā phantaſiam Chriſtus eſt creatura filius Dei per adoptionis gratiam cæteris omnibus adoptiuis excellentiorem exiſtens, & pro hæreſi iudicare, & pro hæreſi condemnare. Nullus enim filiorum adoptatorum poteſt dici vnigenitus (vt patet ex terminis,) cum illi ſint plures, & iſte tātum ſit vnus. Natura igitur, non gratia, vnigenitum Dei producit, vnigenitus eſt naturalis Deus, ideſt ex Dei patris natura genitus, eiuſdemque naturæ cum patre exiſtens, ipſique naturaliter æqualis. Id quod & confirmat particula de vnigenito *ipſo* mox in textu ſubiuncta, ſcilicet credit in eum. Nam præpoſitio In, quando ſeruit caſui accuſatiuo importat vltimum finem, ad quem credendo tendimus, & nihil verè poteſt eſſe hominum vltimus finis, niſi verus, ideſt per ſuam eſſentiam ſeu naturam, Deus, prima, ſecundę quęſtione 1. artic. 5. 7. & 1. quæſt. 44. art. 4. In cuius rei ſignum certum eſt, quod

Per tex. vnigenitū condēnat Arrianā hæreſim, &c.

in ſymbolo fidei licet multa nobis credibilia proponantur, nihil tamen ad credendum cum præpoſitione In, proponitur, niſi Deus. Vnde ibi legitur, Credo in Deum patrem, in Ieſum Chriſtum, in Spiritumſanctum, non autem, Credo in ſanctam Eccleſiam, neque in ſanctorum communionem, neque in remiſſionem peccatorum, &c. ſed credo ſanctam Eccleſiam, ſanctorum communionem, &c. Quare? Quia, per hanc differentiam proponendi fidem, voluerunt denotare Apoſtoli iam Spiritusſancto pleni, quod Pater eſt Deus, & Chriſtus filius eſt Deus, & Spiritusſanctus eſt Deus, & quod nihil aliorum eſt Deus 2. 2. quæſt. 1. art. 9. Euangelium igitur non ſolum per hoc nomen, vnigenitum, ſed etiam per illud, Credit in eum, damnauit Arrium, cum vtrobique, ſecundum proprietatem vocabulorum, ſignificet Chriſtum eſſe verum Deum.

De præpoſitione, In, vt Credo, &c.

PROSECVTIO EIVSDEM Probationis.

CAVSA Principali vnde virtus ſupradicta baptiſmi pendet, poſita, ideſt ſumma perſonarum diuinarum trinitate (de qua & mentio fit in forma, Matth. 28. Baptizantes eos, In nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti) recto ordine monſtrandum relinquitur, quod à morte Chriſti in Cruce (vt dicebat cōcluſio) dependeat eadem virtus baptiſmi, tanquam à cauſa ſecunda. Quæ eſt virtus baptiſmi, ſecundum quod dixerat Chriſtus Nicodemo? Quod videatur regnum Dei, & introeatur in illud. Hæc ſiquidem virtus affirmatiua innuitur (vt conſideranti patet) per illas negatiuas eidictas, ſcilicet Niſi quis natus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei, &, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusſancto non poteſt int. in reg. Dei. Porro, videre regnū Dei, eſt credere in Chriſtum (cùm ipſe ſit regnum Dei; iuxta illud, Luc. 17. Regnum Dei intra vos eſt) & introire in regnum Dei, eſt habere vitam ęternam. Duo autem hæc, ſcilicet, in Chriſtum credere, & habere vitam ęternam, cauſari à morte Chriſti in cruce, manifeſtatur ab Euangeliſta in textu

in

in principio huius probationis pręallegato, ſcilicet exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in ipſum, habeat vitam æternam. Hoc eſt (connectendo iſta ad baptiſmi verba præmiſſa.) Filij hominis in cruce exaltati mors faciet baptizatum, & videre per fidem regnum Dei, & introire in illud. Nam quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus: Rom. 6. Concludendum igitur ex his omnibus eſt, quod ſenſus totius ſermonis de baptiſmo ad Nicodemum reddendus eſt ſic. Baptiſmus per virtutem ſibi à ſumma trinitate, & à morte Chriſti collatam facit, quantum eſt de ſe, baptizatum videre, & nunc per fidem charitate formatam, & poſt per apertam viſionem regnum Dei 3. de ſacram. q. 5. aliàs 64. artic. 3. Vbi etiam ab eodem fideliſſimo Eccleſiæ catholicæ doctore Sancto Thoma declaratur, quod illa virtus baptiſmi eſt principaliter, ideſt per primam authoritatem, à ſumma trinitate, & ſecundario, ideſt meritoriè, & efficienter à morte Chriſti. Nihilominus ex textu Euangelico (vt promiſeramus) demonſtremus nos eandem veritatem, ſcilicet quod ſumma trinitas, in conferendo illam virtutem baptiſmo, eſt principalis cauſa, mors autem Chriſti eſt ſecundaria.

Totius textura ad Nicodemū Epilogus.

Poſtquam dixerat Dominus, oportet exaltari filium hominis, vt omnis, qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam ęternam, ſubiunxit immediatè; Sic enim dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Vbi manifeſtè oſtendit per cauſalem illam coniunctionem, (Enim) quod Deus fuit cauſa, quod filius hominis in cruce ad nobis promerendam, & dandam, vitam ęternam, exaltaretur. Alioquin dicto huic ſuo non appoſuiſſet Chriſtus coniunctionē cauſalem, ſed vel ſimpliciter, ideſt ſine aliquo addito, dixiſſet, ſic Deus dilexit mundum, vel coniunctione cauſali tacita aliquam aliam expreſſiſſet, puta, ſic autem Deus dilexit mundum. Deus ergo, ſecundum hanc Chriſti teſtificationem fuit cauſa principalis illius rei, ſcilicet quod pro ſalute noſtra in cruce exaltatus moreretur filius hominis, qui eſt filius ſuus vnigenitus. Nam ex eo, quod ſummè dilexit nos, dedit illum mundo, ideſt fecit illum eſſe partem mundi, licet prius non pars mundi, ſed ſolumodo extra, & ſupra vniuerſum eſſet, 1. quæſt. 3. artic. 5. Quomodo autem factus eſt pars mundi? Veniendo in mundum, non per loci mutationem, ſed per carnis humanę, quæ in mundo erat aſſumptionem, hoc eſt, factus eſt pars mundi, quia factus eſt homo, qui eſt pars mundi. Quod verò non per loci mutationem iſte aduentus in carnem factus ſit, patet ex ſententia eiuſdem Chriſti dicentis: Nemo aſcendit in cęlum, niſi qui deſcendit de cęlo filius hominis, qui eſt in cęlo. Si enim per loci mutationem veniſſet in mundum, tunc impoſſibile fuiſſet, quod filius hominis eodem tempore eſſet in cęlo, quo de cęlo deſcendit. Nulla ergo loci mutatione facta (vt ex hoc Euangelij textu habetur) exiſtens in cęlo, deſcendit de cęlo, quando ad perſonam ſuam diuinam traxit id, quod erat ſub cęlo, ideſt traxit naturam humanam. Deus pater ergo per hoc, quod voluit, filium ſuum eſſe partem mundi modo declarato, voluit, & ipſum in cruce exaltari, quoniam incarnationem filij ſui ordinauit ad ſalutem noſtram, & ſalus noſtra non niſi per eius in cruce exaltationem conſummata eſt, iuxta illud, Ioan. decimo nono. Conſummatum eſt, ſcilicet opus redemptionis humanę, ſecundum quod continebatur in ſcripturis, cum illæ omnes nunc ſint conſummatæ. Tota ergo ſancta Trinitas voluit, Chriſtum, & incarnari, & in cruce exaltari, quoniam licet Deus pater non ſit tota trinitas, tamen quæcunque facit vna perſona, facit & alia, ſecundum illud, Ioan. 5. Quæcunque pater fecerit, hæc & filius ſimiliter facit,) & eadem ratione faciunt omnes tres, 1. quæſt. 45. articul. ſexto exceptis ijs, quæ perſonalia ſunt 1. quæſtione 41. articul. 6. Ex his itaque præmiſſis patet intentum primum, illud ſcilicet, quod virtus baptiſmi ſit principaliter à tota trinitate, & ſecundario à paſſione Chriſti. Iam enim probatum ex Euangelio eſt, quod paſſio Chriſti in cruce exaltati a qua paſſione procedit baptiſ-

Multum valet particula tex. Enim.

Digitized by Google

mi virtus tertio de Sacramen. quæſt. 49. articulo 1. ad quartum fuit voluta à tota trinitate, id quod eſt (vt patet) trinitatem eſſe primam virtutis prædictæ cauſam, paſſionem verò eſſe ſecundam. A ſimili igitur inferas tu veritatem hanc, ſcilicet quod virtutes aliorum ſacramentorum ſunt à Deo, vt cauſa principali, & à paſſione Chriſti, vt ſecundaria 2. de ſacramen. q. 94. art. 2. & q. 48. art. 1. 6. & q. 50. art. 1. 6.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Multi homines abuſi ſunt tanto beneficio, & hanc ingratitudinis eorum cæcitatem cauſarunt peccata ipſorum præcedentia, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, erant enim eorum opera mala. Patet enim quod beneficio abuſi fuerunt ex eo quod luci oblatæ prætulerunt voluntariè tenebras. Magnum quippe fuit beneficium, quia lux non rogata, non à noſtris bonis operibus prouocata, ſed ſponte ſua pacificè venit in mundum ſibi inimicum, magna que nihilominus è regione fuit huius beneficij abuſio quando mundus lucem tā bonam ad ſe venientem non recepit, ſed eam abiecit, ſed ei tenebras in corde ſuo contra propriam naturam præpoſuit. Contra naturam hominum, inquam, propriam, quoniam humano cordi, & oculis, vera lux ſuapte natura ſolet eſſe delectabilis. Peruerterunt ergo homines naturam propriam, & ideo proprijs etiā naturalibus bonis abuſi ſunt quando luci ad ſuipſorum commodum venienti re ſtiterunt. Habeant certè oculos hi, ſed ægros, & hinc fiebat, vt oculis ipſorum non quidem, vt oculis, ſed vt ægris, eſſet odioſa lux, quę puris, i. oculis, vt oculis è amabilis. Dilexerunt homines (inquit) magis tenebras quam lucem, hoc eſt. ex voluntaria peruerſitate iudicij dixerunt bonum malum, & malum bonum, &, ex voluntaria infectione guſtus interni, poſuerunt amarum dulce, & dulce amarum, Iſai. 5. Voluntaria hæc omnia hominibus, licet iudicij guſtuſque ipſorum re vera eſſent damnificatiua, fuiſſe conſtat ex eo, quod dilexerunt. Nam dilectio non poteſt ſtare cum inuoluntario, quoniam amor non niſi voluntarius eſſe poteſt. Dilexerunt. ergo malum ſuum, & magnum vtique malum, ſcilicet tenebras ſpirituales, decepti à ſemetipſis ſub ſpecie boni. Niſi enim ſic decepti fuiſſent, nunquam tenebras dilexiſſent, imo illas odiſſent, ideoque totis viribus à ſe eaſdem repuliſſent. Tenebræ ſiquidem, & ſecundum naturam ſuam, & viſui noſtro purificato, ſunt horribiles, ex qua duplici cauſa fit, vt ipſæ, quatenus tenebrę, diligi ab hominibus non poſſint. Hinc eſt, quod in textu mox, ad oſtendendum ſpeciem boni, per quam decepti dilexerunt tenebras, ſubiungitur, Erant enim eorum mala opera. Si mala, quomodo ſpeciem boni ad diligendas tenebras habebant? Quia illa à voluntate ſeipſam nimis amante procedebant, ſine qua etiam mala hominibus eſſe non potuiſſent, iuxta vulgatiſſimum illud Beati Auguſtini dictum: Peccatum non eſt peccatum, niſi ſit voluntarium. Amare autem ſeipſam voluntas tam bonum eſſe reputat: vt ad nil aliud, an ſcilicet rectum vel non rectum ſit, quaſi amore illo ſui ebria, reſpiciat. Et hoc, ſcilicet amor ſui nimius, quamuis ab homine iam ebrio nimius non iudicetur, eſt radicalis cauſa omnium malorum, & per conſequens huius etiam maximi mali, ſcilicet, quod peccatores diligant tenebras ſpirituales, magiſque eas diligant, quam lucem. Quid ſunt tenebrę ſpirituales? Peccata. Quare peccata vocantur tenebræ ſpirituales? Quia ipſa priuant ſpiritum noſtrum gratia Dei, quæ eſt lux animarum noſtrarum: & propter hoc obcæcare dicuntur peccatores, iuxta illud, Sophon. primo. Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Homines igitur iſti dilexerunt peccata ſua, ſub ſpecie apparentis huius boni, ſcilicet vt voluntati propriæ, quam multum amabant, ſatiſfacerent.

Amor pro prius obcęcat oculos mentis, & eſt cauſa omniū malorum.

CO-

Digitized by Google

COROLLARIVM.

Malũ ab vno peccato qualiter augeatur.

ERGO vnum peccatum eſt cauſa alterius, & illud quod eſt cauſatum, eſt pœna peccati illius, quod fuit cauſa. Dictum namque fuit in textu: Dilexerũt homines magis tenebras, quam lucem. [Ecce vnum peccatum] erant enim eorũ opera mala. [Ecce aliud peccatum.] Vbi patet conſideranti, quod iſtud peccatum ſcilicet feciſſe prius opera mala fuit cauſa iſtius alterius peccati, ſcilicet quod illi homines poſt dilexerint magis tenebras, quam lucem. Et ita peccatum iam actu exteriori factum adeo creuit: vt paulatim vſque ad totius interioris hominis, ideſt intellectus, & voluntatis, ſubuerſionem peruenerit: dum fecerit homines illos & vero intellectus iudicio dimiſſo, falſoque admiſſo, & ſana voluntatis affectione poſthabita, ægraque præhabita, diligere magis tenebras, quam lucem.

Hinc etiam patet ſequi aliud, quod in principio inferebatur, ſcilicet, quod peccatum cauſatum eſt pœna peccati præcedentis cauſantis. Nam diligere tenebras magis, quam lucem, eſt naturæ hominũ, quæ rationalis eſt, tam directè contrariũ & tam inexcuſabile (quod patet ex terminis) vt de hoc ſecundum ſe conſiderato, & erubeſcant, & non tantum apud alios, ſed etiam apud ſeipſos, confundantur: id quod omnium iudicio, magna pœna eſt. Cæterum, vt melius de hac re, ſcilicet, quod vnum peccatum ſit pœna pręcedentis peccati, inſtruaris, vide fideliſſimum Eccleſiæ ſanctæ Doctorem, 1. 2. q. 87. artic. 2. Ergo ex hoc eodem textu, ſi adiungatur illi contextui, lux venit in mundum, inferas: & quod mentientur in die iudicij (ſicut etiam nunc) omnes excuſantes excuſationes in peccatis, & quomodo obſtruetur tunc (ſicut etiam nunc) os talium loquentium iniqua. Quomodo mentientur illi? Quia tunc in ſuorum peccatorum excuſationem dicẽt illud, Sap. 5. Iuſtitię lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Hoc eſt (ſecundum intentionem ipſorum.) Si tale lumen, & ſol, luxiſſent nobis, peccata hæc, quæ fecimus, non feciſſemus: ideoque quod ea fecerimus, non noſtræ, ſed luminis, culpæ eſt. Mentientur, inquam, tales, & mentiuntur in præſenti: quoniam Euangelio teſte, lux venit in mundum. Nunquid ipſi eam quæſierunt: vel vt eam inuenirent, laborauerunt? Non vtique: immò lux ipſa venit ad eos: nec ei occurrerunt. Quare lux dicta eſt? Quia de natura propria habet, vt luceat. Nunquid voluit mutare naturam propriam, ſiue facere contra ipſam: quãdo venit in mundum? Abſit. Non enim Deus patris vnigenitus, qui lux vera eſt (ſupra cap. 1.) poteſt negare ſeipſum, 2. Tim 2. Oportet ergo confiteri: quod venit in mundum ad lucendum mundo, & quod de facto luxit mundo. Nec ſimpliciter ſolum, ſed multipliciter luxit ei, & lucendo, illuminauit ſicut & ſemper illuminat) quantum in ſe eſt ex omni parte mundum, ideſt omnem hominem venientem in hunc mundum. Tota ſiquidem vita ſua, qua in mundo, quo venerat, conuerſatus eſt: tota doctrina ſua, tot miraculis, tot orationibus ſecundum humanitatem pro noſtra ad Deum conuerſione factis, tot actionibus ſanctis, tot paſſionibus, ærumnis, atque laboribus, pro nobis, tam patienter, immò tam hilariter, vſque in finem, exhauſtis, luxit vniuerſo mundo. Lux ergo venit in mundum non ad occultandum ſeipſam ſub modio, vnde ſequeretur obtenebratio ſolita mundi, ſed ad ponendum ſeipſam ſuper candelabrum, vt luceret omnibus, qui in hac magna domo, ideſt in mundo ſunt, & illuminaret tam bonos, quam malos, tam iuſtos, quam iniuſtos. Nonne hoc totum eſt, quod & Iſaias breui ſermone comprehendere voluit dicens, cap. 9. Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis?

Omnes excuſationes impiorum prędicta, & tolluntur per lucis hũc tã magnum ſplẽdorẽ.

COROLLARII Proſecutio.

CAETERVM, quomodo illud ſecundum, quod ſupra dicebatur fiat, ideſt quomodo obſtruendum ſit os talium loquentium iniqua, ex ſubſequente illo textu patet, ſcilicet, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Ac ſi excuſantes prędictos, cum excuſationibus illis, & alijs ſimilibus, friuolis & falſis de directo percutiens, atque cõfundens,

dens, dicat. Hominum culpa factum eſt: quod lux in mundum veniens, mundoq; vniuerſaliter, & multipliciter lucens (ut declaratum eſt) à mundo ipſo viſa non eſt. Clauſerunt enim oculos in luce clara: quapropter tales non incongruè dici poſſunt decepti à Dæmonio meridiano. *Dæmoniū meridianum, quid ſit, &c.* Ab effectu namque in tali tempore perpetrato Dæmonium vocatur meridianū, Pſal. 90. Quando videlicet per tentationes illuſorias facit: vt homines lucem radijs clariſſimis vbique micantem, oculos alio diuertentes, non videant: & (quod peius eſt) reprobum ſenſum taliter induant, vt meridiem ipſam pro tenebroſa nocte, noctemque tenebroſam pro meridie habeant, iudicent, & pertinaciter, contra quoſcunque ipſis recta ſuadētes, ſic eſſe contendant. Similes quippe illis in tali ſenſus hebetudine, cordiſque cæcitate, facti ſunt: de quibus dicitur, Prouerb. 18. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde eius. An non videntur tibi homines hi diligere magis tenebras, quam lucem? Sibijpſis ergo, non autem luci, danda eſt omnis culpa: ſi & ad viam vitæ, quam lux oſtendebat, non venerunt, & in vmbra mortis, quam lux fugare procurabat, conſederunt. Proinde quia dilexerunt magis tenebras, quam lucem, ſtatuēdo, ſcilicet oculos ſuos declinare in terram, Pſal. 16. Alterius etiam mali ſibijpſis cauſa fuerunt: quod videlicet lux, quę venerat ad lucendum eis, ideſt in vtilitatem eorum, luxit poſtea eis in detrimentum ipſorum. Melius enim eis fuiſſet, lucem neque veniſſe ad eos, neque luxiſſe eis: quam eoſdem, ipſa eis (vt per Euangelium ſuprà patet) lucente, dilexiſſe magis tenebras. Peccatum enim, quod ignorantiæ tunc, abſente luce, tributum eſſet, poſtmodum malitiæ, vtpotè præſente luce, & contempta, factum, meritò tribuitur. Tātum verò malitiæ peccatum ſuperexcedit illud, quod per ignorantiā fit: vt hoc, tanquam aliqualem in ſe habens excuſationem (de qua & à Chriſto dictum eſt, Ioan. 19. Neſciunt, quid faciunt) ſit remiſſibile, illud autem, tanquam de ſe abſque vlla excuſatione addens peccato graui aliam magnam grauitatem, irremiſſibile iudicetur, 2.2. quęſt. 14. art. 1. 3. Quod ſi quæſieris exemplum de ijs, qui magis tenebras, quam lucem diligunt, ita, vt proprie dicantur per illuſoria ſophiſmata ſeduci à Dæmonio meridiano: vide Iudęos, & hæreticos, præſentis temporis. *Ecce, qui decipiuntur à Dæmonio meridiano.* Adeò enim manifeſta ſunt nunc omnia, quæ ſacroſancta Romana Eccleſia ſemper de fide tenuit, & docuit, tam benè, ſufficienterque, & explicitè, declarata tum per ſacras ſcripturas, tum per maximos Pontifices, tum per legitima Concilia, ſic firmiter, & aperte, miraculis etiam quotidianis à Deo, qui nec falli nec fallere poteſt, confirmata: vt nihil ſupra, ut qui de his hodiè dubitare auſit, nodum in ſcirpo quærat, & per conſequens illuſionibus Dæmonij meridiani agitari, ſeu etiam decipi, conuicatur.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD vna tantum perſona (& hęc diuina eſt) in Chriſto reperitur, & quod huius veritatis contrarium, ſcilicet, quod ſint realiter duæ, eſt hæreſis Neſtoriana: uide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis &c. eſſe definitum, in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum numero 8. 9. 121. 144. Alioquin (vt & hoc addamus) quomodo in hoc Euangelio Chriſtus de ſeipſo diceret: quod deſcendit de cęlo, & eſt in cęlo? Per vnitatem enim perſonæ (vt dicit Beatus Auguſtinus, lib. de bapt. paruul.) qua vtraque ſubſtantia vnus eſt Chriſtus, & filius Dei ambulabat in terra: & idem ipſe filius hominis manebat in cęlo. Filium enim hominis (vt ait Beatus Chryſoſtomus) non carnem hic vocauit: ſed à minori ſubſtantia ſe totum nominauit. Eſt enim ei conſuetudo: multoties à diuinitate, multoties ab humanitate, totum vocare. Cum ergo, (vt inquit Theophilactus) filium hominis deſcendiſſe de cęlo, audis, non putes, quod de cęlo caro deſcenderit. Hoc enim hęreticorum dogma eſt, qui docebant: quod Chriſtus de cęlo corpus ſumpſerat, & per virginē tranſierat. Quod Deus pater ex pura dilectione noſtri vnigenitum ſuum dederit *Denominat ſe totum Chriſtus quandoq; à carne, i. ab humanitate, quādoque à Diuinitate.*

rit

Digitized by Google

rit pro nobis paſſioni vſque ad mortem: vide ex ſacroſanctis Scripturis &c. in 3. de Sal.q.47.art.3. cum Elucidationibus. Quod baptiſmus (ſicut & alia Eccleſiæ ſacramenta) ſuam uirtutem à paſſione, & morte Chriſti Crucifixi habeat,& per ipſam operetur baptizatorum ſalutem: uide ex &c.in 3. de ſacramen. q. 3. aliàs, 62.art.5.cum Elucidationibus, & quæſt. 5.aliàs,64.art.2.3. cum Elucidationibus. Quod baptiſmus confert baptizatis remiſſionem omnium peccatorum, & fidē gratia Dei,& virtutibus comitatam & facultatem perueniendi ad vitam æternā, & quod contrarium eſt hæreſis Pſallianorum, Armenorum &c. vide ex ſac.&c. in 3.de ſacram.q.10.aliàs,69.art.1.2.4.5. 7.cum Elucidationib. vbique. Quod mali homines ex bono eliciunt malum, id quod eſt, abuti beneficijs Dei, ſiue ſibijpſis, ſiue alicui cæterorum factis (ſicut è contrario, Deus ex malo elicit bonum:) vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ.6. Concluſ.1. & cap. 11. Concl.1.3.4.item Numer.11.Concl.2. 12. & cap.14.concl.11.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. III.

IESVS Nazarenus eſt Chriſtus, & ſponſus Eccleſiæ, de qua, virginitate vtriuſque permanente generat ſibi filios, & filias; quem ſponſum, non obſtante quorumcunque inuidia in contrarium modis varijs adnitente, oportet creſcere ſuper omnia, in mentibus hominum: qui homines per veram fidem, qua credunt in ipſum & Deo magnum honorem, & ſibimetipſis magnam vtilitatem, afferunt, cuius rei oppoſitum verificatur de infidelibus.

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM hanc, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Ipſi vos mihi teſtimoniū perhibebitis, qd dixerim, non ſum ego Chriſtus, ſed quod miſſus ſum ante illū; Qui habet ſponſam, ſponſus eſt, & per tex. Illum oportet creſcere, & per tex. Qui acceperit eius teſtimonium, ſignauit, quia Deus uerax eſt, & habet vitam æternam; Qui autem incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Pars itaque prima, ſcilicet Ieſus Nazarenus eſt Chriſtus, ex eo patet: quod Beatus Ioannes Baptiſta, etiam Diſcipulis ſuis idipſum confitentibus, teſtificatus fuit de illo, quod erat Chriſtus: cuius quidem Ioannis, vtpotè ſpiritu veritatis adhuc ex vtero matris ſuæ repleti, Luc.1. teſtimonium irrefragabile eſt, omnique veritate (quæ ſuper omnia præualet, 3.Eſdr.4.) ſubnixum. Ipſi vos (inquit textus de hac re loquens) mihi teſtimoniū perhibebitis, &c. Pro cuius ad propoſitum intelligentia, ſciēdum ex textu ſuperiori eſt: quod Diſcipuli ipſius Ioannis zelantes, ſed non ſecundum ſcientiā, pro magiſtro ſuo, præferebant & ipſum Saluatori noſtro, & baptiſmum eiuſdem baptiſmo Saluatoris. Quo indiſcreto zelo imbuti uenerunt ad eundem magiſtrum ſuum, &, quaſi in occulto, volentes eum contra Saluatorem commouere dixerūt ei. Rabbi, qui erat tecum trans Iordanē, cui tu teſtimonium perhibuiſti; Ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Ac ſi apertè dixiſſet. Tuum officium eſt baptizare (nam à te incœpit baptiſmus) & tamen ille, qui fuit à te baptizatus, vſurpat nunc officium tuum. Ingratus certè tibi in hoc dupliciter eſſe uidetur: tum quia eum (ut diximus) baptizaſti, tum quia, ei teſtimonium magnum publicè perhibendo, ipſum incognitum & pro ignobili à populo reputatum cognoſci ab eodem populo, & pro magno æſtimari, feciſti. Quaſi inferendo concludere uellent. Tu quidem præ gratioſa benignitate tua, eum teſtimonio tuo exaltaſti apud homines: ſed, attenta ingratitudine ſua erga te, non debueras ipſum tanto teſtimonio honorare. Nam modo tu perdis de reputatione tui: quoniam nunc poſtquam ille baptizat, omnes te deſerto ueniunt ad eum. Ecce: quomodo ueriſſimum eſt illud, quod Ioannem dixiſſe Diſcipulis ſuis, ſupra in patris huius probationem adducebatur, ſcilicet ipſi uos mihi teſtimoniū perhibebitis, quod dixerim, nō ſum ego Chriſtus, ſed miſſus ſum ante illum. In eo enim, quod Diſcipuli dixerant,

Zelus indiſcretus mala cauſat &c.

rant, cui tu teſtimonium perhibuiſti, includitur illud à Ioanne poſtea eis reſponſum, ſcilicet. Ipſi vos mihi teſtimonium perhibebitis, qđ dixerim; Non ſum ego Chriſtus, ſed miſſus ſum ante illum. Diſcipuli namque illi dicendo, Cui tu teſtimonium perhibuiſti, oſtendunt: quod ipſimet audierint ex ore Ioannis datum ab eodem de Saluatore teſtimonium. Vis videre illud teſtimonium, & quid contineat? Legas primum huius Euangeliſtæ capitulum, ibi: Hoc eſt teſtimonium Ioannis, quando miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes &c. vſque ad, vt ſoluā eius corrigiam calciamenti. Inde enim colliges, ſi vel parum textus literam intelligas, Sacerdotibus & Leuitis interrogantibus fuiſſe à Ioanne reſponſum, Ego nō ſum Chriſtus: & ſubſequenter per textū, Ego vox clamantis in deſerto, ſicut dixit Iſaias, & etiam per tex. Ipſe eſt, qui poſt venturus eſt, fuiſſe ſummatim ſignificatum hoc aliud, ſcilicet. Ego miſſus ſum ante Chriſtum. Et hic erat Saluator (ut per textum ibi ſequentem conſtat.)

COROLLARIVM.

PATET ERGO, QVOD Diſcipuli Ioannis, ipſo ad Sacerdotes illos teſtimonium perhibente (vt dictum eſt) ſciebant: & magiſtrum ſuum non eſſe Chriſtum, ſed Chriſto minorem, & Saluatorem eſſe Chriſtum, ideoque magiſtro ſuo maiorem. Cur ergo (ex abundanti inquiret aliquis) zelarunt nūc pro magiſtro, tanquam pro maiore, & contra Saluatorem, tanquam contra minorem? Quia inuidia qua affecti erant, ſapere neſcit, & impedit ira animum, ne poſſit cernere verum: aut certè quia exiſtimabant, magiſtrum ſuum, & tam glorioſa de Saluatore, & tam infima de ſeipſo reſpectu illius, teſtificatum eſſe ex quadam ſua ſpeciali humilitate, ac reuerentia curiali ad illum, non autem ex mera ipſarum rerum veritate. Sed de hoc ſatis pro nunc: cum extra propoſitum directum exiſtat. Cęterum quomodo ex teſtimonio Ioannis ſupradicto habetur: quod Saluator eſt Chriſtus? Per textum ſequētem (vt dicebatur) conſtat. Nam poſt illud ſuprаſcriptum Ioannis teſtimonium ſic indefinitè dictum, Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, ſequitur poſt pauca textus: Altera die vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe, & ait; Hic eſt, de quo dixi, Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt. Ecce: quam apertè Ioannes dicit, illa à ſe indefinite præmiſſa verificari definite, ideſt determinate de Saluatore. Ac ſi manifeſtius connectendo à ſe ſuperius ad Sacerdotes reſpōſum, dicat nunc Ioannes. Ego non ſum Chriſtus, ſed miſſus ſum ante Chriſtum: & (vt noueritis diſtinctè perſonam illā) hic Ieſus, quem videtis nunc venire ad me, eſt Chriſtus. Quid clarius pro officio ſibi diuinitus commiſſo fideliter adimplendo poterat de Saluatore teſtificari Ioannes?

Perſona Meſſiæ mō ſtratur ad ſenſum diſtinctiſſimè à Ioãne Baptiſta.

Ex hoc tam manifeſtiſſimo Ioannis teſtimonio patet: qđ qñ legitur, Matth. 1. Ieſus qui vocatur Chriſtus, non ſumitur illud, vocatur, vt diſtinguitur contra eſſe, ſed vt dicit eſſe iam apud homines notum. Ac ſi Matthęus dixerit. Ieſus de Maria natus, qui ab hominibus etiam nunc temporis, quo ſcribo Euangelium exiſtētibus nomine communi, atque veraci, vocatur Chriſtus.

Vocatur Chriſtus.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus eſt ſponſus Eccleſiæ, de qua virginitate vtriuſque permanente generat ſibi filios, & filias, demonſtratur ex tex. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Totus enim iſte Beati præcurſoris ſermo eſt de Chriſto, ad quē mundo manifeſtandum veridico teſtimonio, à Deo veraciſſimo miſſus fuerat, cap. 1. Vnde hæc ipſius verba, Qui habet ſpōſam, ſponſus eſt, ſunt dicta de Chriſto, ſeu (quod ſecundum præmiſſa, idem eſt) de Saluatore illo: de quo Diſcipuli Ioannis prælocuti ei fuerant. Alioquin ad Diſcipulorum quærimoniam, non congruè reſpondiſſet Ioannes: ſi verba reſponſionis ſuæ alio, quam ad perſonam Ieſu retuliſſet. Dicit ergo, Qui habet ſponſam, ſponſus eſt, ideſt ille, de quo vos mihi loquimini, habet ſponſam, ideoque ſponſus eſt, ideſt officium ſponſi, tanquam ex proprijs, facere de iure debet. Quæ eſt illa

illa Christi ſponſa? Eccleſia ſancta, ideſt congregatio fidelium catholicorum: de qua in ſymbolo Apoſtolorum cum expoſitione Patrum habetur; Credo vnam, ſanctam, Catholicam, & Apoſtolicam, Eccleſiam. [Quæ ſit Eccleſia, de qua in ſymbolo fidei: vide Veritates aureas ſuper totam legem ueterem, Leuit. 21. Concluſ. 2. per totum, &c.] Hinc eſt: quod Caroli magni Doctor Alcuinus hūc locum Euangelij ſic declarat. Sponſam dicit Eccleſiam ex omnibus gentibus congregatamque virgo eſt integritate mentis, perfectione charitatis, vnitate catholicæ fidei, concordia pacis: quæ habet ſponſum, de quo quotidiè generat. Hæc ille. Hanc ſponſam (inquit venerabilis Beda) Chriſtus in thalamo vteri virginalis ſibi ſociauit, & eandem precio ſui ſanguinis redemit. Porrò omnis fidelis animæ ſponſus eſt Chriſtus, ſponſalium verò locus, vbi coniunctio efficitur, eſt locus baptiſmatis: Dat autem arram ſponſæ, remiſſionē peccatorum, Spiritusſancti communionem, perfectiora ei in ſeculo venturo daturus, ſi tamen permanſerit hic vſque ad finem in fide, & dilectione. Si Chriſtus eſt ſponſus: quid ergo Ioannes? Non ſpōſus: ſed amicus ſponſi. Nullus ſiquidem alius (vt Theophilactus exponit) eſt ſponſus, ſed ſolus Chriſtus: omnes verò Doctores paranymphi exiſtunt, ſicut & præcurſor. Nullus enim bonorum largitor eſt, niſi Dominus: omnes alij ſunt miniſtri illorum bonorum, quæ dantur à Domino.

Qui habet ſponſam (inquiebamus) ſponſus eſt, ideſt officium ſponſi, tanquā de iure proprio, facere poteſt, & debet. Quid eſt officium ſponſi? Generare ſibi filios cum ſponſa. Quomodo, in propoſito, generantur filij? Baptiſmo: generatione, ſcilicet illa ſpirituali, quæ ſponſi & ſponſæ virginitatem ſaluam conſeruat in generando: de qua ſponſus ipſe Nicodemo dixerat; Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusſancto, &c. Ergo baptizare cōuenit Chriſto ſoli, tanquam ex proprio officio: amicis aūt, ſeu aliàs miniſtris ſponſi, non tanquam ex proprio, ſed tāquam ex ſibi communicato officio. Ad cuius veritatis deſignationem dicebat et idem præcurſor ſuprà, cap. 1. Qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris ſpiritum deſcendentē, & manentem ſuper eum: hic eſt, qui baptizat in Spiritusſancto. Ex his omnibus patet & probatio illius ſecundæ partis concluſionis, & declaratio magni erroris Diſcipulorum Ioannis. Cui enim credebant conuenire baptizare ex officio proprio, (puta Ioanni) non conueniebat, ſed ſolum ex miniſterio (vt ipſemet dixit ibi, Miſſus ante illum:) & cui non credebant conuenire baptizare niſi ex quadā vſurpatione (puta Chriſto) hoc ei conueniebat ex officio ꝓprie ꝓprio. Et hoc totū fundamētali ratione præmiſſa: q̄a ſcilicet Chriſtus eſt ſponſus; Ioannes uerò ſolum amicus ſponſi. Hinc fiebat: quod Ioannes illos, quos baptizabat, mittebat ad Chriſtum: quo facto mōſtrabat, quod non ſibi, ſed Chriſto, generabat filios. Solius enim ſponſi ſciebat eſſe generare ſibiipſi filios. Vnde etiam licet Ioannes haberet multitudinem, quam de pertinentibus ad animarum ſalutem inſtruebat, non tamen eam habebat, vt ſponſam ſuam propriam, ſicuti Chriſtus: ſed ipſam, vt ſponſam Chriſti, ſpiritualiter Chriſto nutriebat; Hinc eſt: quod & quilibet alius populum aliquem ad ea, quæ ſalutis ſunt inducens à ſcriptura vocatur nutrix, tanquam filios non ſibi, ſed alteri, ſcilicet Chriſto, nutriens: Vt, Numer. 11. Porta eos, ſicut nutrix infantem, item, 1. Theſſal. 2. Tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderantes uos cupidè volebamus &c. Filios, inquit, ſuos, reſpectiuè tamen ad alium, ſcilicet Chriſtum: id quod declarat alibi, 2. Corinth. 11. Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam, exhibere Chriſto. Denique Beda venerabilis in huius paſſus Euangelici expoſitione id totum conteſtans ait. Sponſam igitur ſuam Dominus amico ſuo, ideſt ordini prædicatorum, commendauit: qui eam non ſibi, ſed Chriſto zelare debet. Hæc ille.

Ordo prædicatorū parat viā Chriſto, ad imitationem B. Ioanis præcurſoris, &c.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Chriſtum, non obſtante quorumcunq; inuidia in contrarium modis uarijs adnitente, oportet creſcere

ſuper

ſuper omnia in mentibus hominum, demonſtratur ex tex. Rabbi, qui erat tecum &c. & tex. illum oportet creſcere &c. & tex. Qui de cęlo venit, ſuper omnes eſt. Occaſione enim zeli indiſcreti, ſeu inuidię Diſcipulorum ſuorum oſtenſæ contra Chriſtum Ioannes, tanquam in ſpeculo videns in figuraque etiam depingere volēs, quid futurum ſit de Chriſto in poſterum ex perſecutionibus varijs aduerſus eum commouendis, dixit: Illum oportet creſcere. Quæ, quot, & quales, fuerunt perſecutiones verbales, à Diſcipulis illis, aduerſus Chriſtum commotę? Iſtæ, ſcilicet Rabbi, qui erat tecum &c. vſque ad, Veniunt ad eū: Quattuor fuerunt: & ſub ſpecie recti fraudulenter ab eis adūbratę. Dicunt ergo Ioanni, contra Chriſtum omnia intendentes, Rabbi &c. Cui tu &c. Ecce hic &c. Et omnes &c. *Primo.* Primò igitur ab ignobili priſtino ſtatu Saluatoris reſpectiuè ad Ioannem incipiunt: vt eum quaſi nobiliorem contra parui momenti hominem (vt ſolet fieri) facilius incitarent. Rabbi (inquiunt,) qui erat tecū. Ac ſi apertè dicant: Non tu cum eo, ſed ipſe tecum, quaſi Diſcipulus cum Magiſtro, quaſi ſub vmbra tua, nihil plus nobis habens, ſed quaſi vnus ex nobis. *Secundo.* Secūdò commemorationem beneficij ab ipſo Ioanne in Saluatorem collati faciunt: vt eum nomine ingratitudinis, in facto baptizandi poſteà dicendo, taxent, & ſic eum velut ingratum ſibi, Ioannes ſtomachanti cōrde concipiat. Cui (inquiunt) tu teſtimonium perhibuiſti. Hoc eſt. Quem tu clarum, oſtendiſti, & in populis circūſpectū feciſti: qui ſcilicet ideò quicquid habet bonæ reputationis in populo, tibi referre deberet, eademque de cauſa maiorem erga te reuerentiam oſtendere, quam oſtendit. Ecce enim baptizat. *Tertio.* Et hoc eſt tertium medium: quo ad commouendum Ioannē vtuntur. Ecce (inquiunt) hic baptizat. Nota emphaſim in verbo, Ecce, & in verbo, Hic. Quaſi apertè dixerint. Mirū certè, & vix credibile, eſt hoc ſcilicet, quod homo vnus à te tantopere (vt diximus) beneficiatus tibi benefactori ſuo non ſolum debitum honorem non deferat, ſed & irreuerentiam tantam publicè oſtendat, ut mox, quaſi beneficio rū suorum oblitus, baptizet, ac ſi velit modò tecum concurrere, & (quod peius eſt) à tui ſequela ſolitam populi multitudinem vel totaliter auertere, vel ſaltem minuere. Id quod & incipit fieri: quoniam omnes veniunt ad eum. *Quarto.* Et iſte eſt quartus modus, quem ad prouocandum magiſtrum ſuum contra Saluatorem adhibuerunt hi Diſcipuli. Et omnes (inquiūt) veniunt ad eum. Vbi nota vim, quam faciunt, in verbo, Et. Quaſi dicant. In concluſione omnium prędictorum malorum in tui ſuggillationem redundantium hoc vnum ſupremum eſt: quod omnes ueniunt ad eum.

Perſecutionis contra Chriſtum finis quis, &c. AVDISTI IAM perſecutiones varijs modis Chriſto illatas: audi nunc finem illarum, ideſt quid perſecutiones illæ parturierunt. Vnde ſicut perſecutiones illæ ab ijs Diſcipulis factæ fuerūt figura (ut ſuprà tetigimus) à Ioanne cognita perſecutionum contra Chriſtum varijs modis, per filios etiam quoddammodò ſuos (iuxta illud, Cant. 1. Filij matris meæ pugnauerunt contra me) cōmouendarum: ita & illarum parturitio de præſenti, monſtrabit figuraliter, quidnam in futurum parturient perſecutiones contra eundem. Vbi eſt ergo in textu finis illarum: vt audiatur? Reſpondit Ioannes: Illum oportet creſcere. Ac ſi ad illas quattuor eorum & in illis quattuor ad omnes quocunque tempore, & quomodocunq; aduerſus Dominum à quibuſcunque excitandas reſpondens, firmiter concludendo, dicat: Illum oportet creſcere. Hoc eſt. Decreſcent, immò in totum deficient, perſecutiones aduerſus Chriſtum inſurgentes, quandoquidem omnes falſitati, quamuis verò fictitio interdum commixtæ (ſicut & veſtræ, ò Diſcipuli mei) innitētur: Illum autem oportet creſcere. Quare oportet? Quia ille eſt veritas, Ioan. 14. Quę omnibus præualet, 3. Eſdræ 4. eſt Dominus, Ioā. 13. in cuius ditione cuncta ſunt poſita, & non eſt, qui poſſit reſiſtere voluntati ſuæ, Heſter 13 eſt filius Dei, Ioā. 3. cui pater dedit omnia in manu, Matth. 11. 28. Luc. 10. Ioan. 13. & in cap. præſenti. Vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Geneſ. 8. Concl. 1. & Exod. 14. Cōcluſ. 7. 8. & cap. 15. concl. 1. 2. 3.

PRO-

PROBATIONIS Eiuſdem proſecutio.

DICEBAT illa Tertia pars concluſionis vnum, quod hactenus nec declaratum, nec probatum, eſt: & hoc vnum erat illud, In mente hominum. Ad huius igitur euidentiam, ſciendum eſt: quod ſententia illa ſcilicet, oportet illum creſcere, non poteſt intelligi de Chriſti augmēto in ſemetipſo. Neq;.n. vt Deus, creſcere in ſe poteſt, cum omnes ab ęterno habeat perfectiſſimè perfectiones, 1. q.4.art.2.& ſit omninò immutabilis, 1.q. 9 art.1. neque vt homo, creſcere in gratia, potentia, ſapientia, & virtutibus, ſecundum ſe poteſt, 3. de Sal.47.q 7. a1.9.10. 11.12. & q.10. art.2.& q.11. art.1.& q.13. art.4. cum ab initio ſuę conceptionis, & ei data fuerit omnis poteſtas in cęlo, & in terra, Matth 28. & fuerit repletus gratia, uirtutibus, ſcientia infuſa, & perfecte comprehenſor, ibid.q.34. art.1.4 Reſtat ergo, quod illud creſcere de Chriſto à Ioanne dictum intelligi debeat de ipſius cremento ad extra, ideſt (nè diuertamus à propoſito) in mentibus hominum: eo ſcilicet modo, quo ipſe Chriſtus de ſuo creſcere loquens, & pro tali creſcere rogans patrem dicebat, Ioan.17. Clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate, quā habui, priuſquam mūdus fieret, apud te. Volebat enim Chriſtus ex zelo ſalutis animarum noſtrarum: quod pater manifeſtaret hominibus gloriam ſuam, quam ipſe, vt filius Dei, habebat ab æterno apud eundem patrem, ideſt, quod manifeſtaret hominibus, ipſum ſemper fuiſſe æqualē Deo patri. Et hoc eſt ipſum Chriſtum iam minus, quam erat, apud homines reputatum creſcere per ueram fidem in mentibus hominum. Teſtificatur ergo de Chriſto Ioannes, tanquam eius fidelis, & uerax præcurſor: quod oportet illum creſcere per fidem ueram in mentibus populorum. Ac ſi apertius reſpōdeat Diſcipulis illis. Honor, & gloria, Saluatoris nunc apud homines exiſtens, de qua uos dixiſtis, Omnes ueniunt ad eum, nihil omninò eſt in comparatione ad honorem, & gloriam: quo ipſe, in cordibus hominum per ueram fidem creſcendo, perueturus eſt. Quia enim Ioannes non dicit cum aliqua limitatione creſcere, puta, illum oportet creſcere uſque ad talem gradum, vel uſque ad tale tempus, uel apud tales aut talis loci homines, ſed ſimpliciter, ideſt nullo addito dicit, Creſcere: ideo ſimpliciter intelligi debet ipſum creſcere Chriſti, puta, quod illum oportet creſcere ad quemcunque gradum, in quocunque tempore, & loco apud quodcunque genus hominum. Quaſi patenter dixerit. Illum oportet creſcere in tātum: ut homines non talis ſolum generis (puta, Iudæorum: de quibus uos intelligitis dicendo, Omnes ueniunt ad eum) ſed ēt omnis generis Gentilium (puta, Italorū, Hiſpanorum, Anglorum, Francorū, &c.) non tali ſolum tempore (puta, per centū, uel mille, annos) ſed etiam omni (puta, uſque ad conſummationem ſeculi,) non talis loci (puta, Africæ) ſed omnium locorum (puta Italiæ, Hiſpaniæ, &c.) credant firmiter, illum Saluatorem eſſe dignitatis non intra gradus quoſcunque contentæ, ſed ſuper omnem gradum quantumcunque excellentem exiſtentis, ideſt eſſe uerum per eſſentiam Deum à Deo patre naturaliter genitum, eique conſubſtantialem, atque ideo coomnipotentem, coęternum, coomniſcientem &c. Ecce: quomodo probata eſt etiam illa cōcluſionis particula, ſcilicet ſuper omnia. Patet enim, quod ſuper omnia creſcit: qui intantum aſcendit in mentibus hominum, vt credant uerè, ipſum eſſe Deum.

Oportet, Chriſtum creſcere &c. velit, nolint, eius inimici.

DE ESSE CATHOLICO, ET Neceſſario.

CVM itaque Ioannes intellexerit modo præmiſſo ſuum dictum, ſcilicet oportet illum creſcere, ſequitur: quod ibi implicite declarauerit, fidem in Chriſtum fore Catholicam, & ideo Chriſti fideles rectè uocandos eſſe catholicos: & Eccleſiam catholicam. Conſequētia hęc facilè patet conſideranti, quod Ioannes augmentum Chriſti per fidem in hominum cordibus dicit futurum apud cuiuſque generis, & temporis, & loci, homines: & hoc eſt, fidem Chriſti eſſe catholicam, ideſt uniuerſalem. Nam ſic ſe extēdit ad hominum omnia tum genera, tum loca, tum tempora, nullum penitus iſtorū

Catholicam eſſe fidem continet tria.

trium

trium excludēdo: ut per hoc etiam agnoſcas, quod uera hęc fides eſt donũ Dei, & conformatur autori ſuo, ſcilicet Deo, quoniam nec ipſe eſt acceptor perſonarum, Actu. 10. ſed vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 1. Timot. 2. De hoc eodem ſcilicet, ꝙ ſit catholica, & conſequenter pro conformitate ad textum hunc Euangelicum ſic expoſitum, vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. 7. cõcl. 2. & Numero 2. concl. 6. Denique ponderã dum maxime eſt illud, Oportet: vnde & totus conatus aduerſariorum Chriſti patebit futurus in uanum (iuxta illud, Pſ. 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius,) & deſiderium illorum, qui Chriſti nomen, honorem, gloriamque, ſanctificari, augeri, amplifarique, cupiunt, nunquã eſſe fraudandum (iuxta illud, Matth. 5. Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. Portò, quid iuſtius: quam Chriſtum timeri, amari, & ſecundum multitudinem magnitudinis eius Pſal. 150. Honorari?) illum igitur (inquit) creſcere, oportet, ſcilicet ſecundũ prędeſtinationem diuinam. Ab æterno ſiquidem ſtatuit firmiſſimè Deus, vt Chriſtus in cordibus hominum per ueram fidem, modo ſuprà declarato, creſceret: & ideo oportet, ſic fieri. Nam uoluntas Dei abſoluta ſemper adimpletur, 1. q. 19. art. 6. & diuina prædeſtinatio eſt infallibiliter certa, 1. q. 23. art. 6.

Porta inferi nõ pꝛ̃ualebunt aduerſus Chriſtũ. Matth 16 quia oportet eũ creſcere.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Homines per ueram fidem, qua credunt in Chriſtũ & Deo magnum honorem, & ſibimetipſis magnam utilitatem afferunt, demonſtratur ex tex. Qui acceperit eius teſtimonium, ſignauit, quia Deus uerax eſt, uſque ad tex. habet uitam ęternam. Nam accipere teſtimonium Chriſti. eſt credere Chriſto (ut patet:) quod ſi huic teſtimonium eius accipienti adiunxeris charitatem, tunc tale accipere eſt credere in Chriſtum. Quia autem in contextu fit poſtea mentio de vita ęterna, procul dubio tali accipienti (ſi ſic perſeuerauerit) danda: ideò hoc ſcilicet accipere eius teſtimonium eſt intelligendum cum charitate, ideſt pro credere in Chriſtum. Nam ſine charitate neque hic tanquam arra, neque in ſeculo uenturo, tanquam res plena, poteſt haberi uita æterna: & credere in Chriſtum, quod eſt per affectum meritoriè tendere in eum, 2. 2. q. 2. art. 2. nemo ſine charitate poteſt. Dicit ergo textus; Qui acceperit teſtimoniũ eius, i. qui crediderit in ipſũ filium Dei (ut infrà contextus expreſſe ponit) ſignificauit, quia Deus uerax eſt. Ecce honorem magnum, quẽ affert Deo credens in Chriſtum. Talis enim facto ſuo demonſtrat quod Deus eſt uerax. Quomodo? Quia ſuum credere eſt demõſtratio ipſa huius rei, ſcilicet, quod Deus uerax eſt. Nam ex naturali inclinatione, qua intellectus noſter proprium obiectum, quod (ut dicit philoſophus in Metaphy.) eſt ueritas, ſemper appetit, atque libenter amplectitur, ſequitur manifeſte: quod ille homo, qui credit alicui, ex hoc ipſo quod ei credit, oſtendit ſe habere illum pro ueraci. Si enim eum pro ueraci non haberet: utique dicta eius pro ueris non acceptaret, ideſt ei non crederet, ſed potius ipſum cum dictis ſuis, tanquam fallacem, reſpueret. Credulitas ergo mea uel incredulitas, qua alicui credo, uel diſcredo, declarat conceptum meum de illo, ideſt oſtendit, qualem æſtimationem habeam de illo, an ſcilicet pro ueraci eũ teneam, uel pro fallaci. Nam ſi credo illi, oſtendo per hoc, quod ille apud me, ideſt meo iudicio, uerax eſt: ſi autem ei diſcredo, ſignifico per hoc, quod ipſe, ſecundũ iudicium meum, eſt fallax. Hinc perpende tu prudens lector, quam uera ſit illa quarta particula concluſionis, ſcilicet, ꝙ credentes Chriſto, ſiue (adiuncta charitate) in Chriſtum, afferunt Deo magnum honorem, credentibus enim illis, ideſt iudicio illorum Deus eſt uerax, & illi ipſi facto illo ſuo, ideſt credulitate, prædicat toti mundo, quod Deus eſt uerax. Et hoc eſt, qđ textus dicit, ſignauit, i. ſignificauit. Quibus ſignificauit? Omnibus alijs. Nam ex eo, quod non explicat aliquod particulare, cui ſignificet, relinquit ſubintelligendum eſſe vniuerſale quoddam,

Chriſtiani ꝑ hoc, quod ſunt Chriſti fideles, teſtificantur, Deum eſſe veracē.

ideſt

ideſt, quod cæteris omnibus. Quomodo ſignificauit? & facto, & verbo. Facto quidem quia credit: uerbo autem, quia confitetur, etiã uſque ad mortem (cum opus eſt) illud, quod credit. Non ſolum enim interiori facto talis accipit teſtimonium Chriſti, ideſt credit, ſed etiam exteriori verbo manifeſtat quod intus habet, ideſt ſuam credulitatem. Vtrumque ſiquidem eſt neceſſarium, ſcilicet credere, & confiteri, iuxta illud, Romano. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Vnde ſic exponendus eſt textus: Qui acceperit, ſ. corde, & ore teſtimonium &c. De confeſſione fidei facta exteriori ſigno, quod uniuerſaliter, tanquam denominatum à principali, ideſt à tenente primatum inter ſignificantia, dicitur os (uerba ſiquidem ore prolata primatum ſignificandi habent: ſecundum Beatum Auguſtinum) vide fideliſſimum Eccleſiæ catholicæ Doctorem Sanctum Thomam, ſecunda, ſecundę, quæſt. 3. artic. 1. 2.

CAETERVM Quis dixerit. Si accipere teſtimonium alicuius eſt ſignificare, illum eſſe ueracem: ergo debuerat in textu dici; Qui acceperit teſtimoniũ eius, ſignauit, quia ipſe uerax eſt: non autem, uel potius quam dici; Signauit, quia Deus uerax eſt. Ad quid enim adducere Deum patrem (pro patre enim ſumitur ibi Deus: vt conſtat ex contextu) ſignari veracem ab homine ex eo: quod teſtimonium Chriſti accipit? Reſpon. Si verba Chriſti, quibus ſic, uel ſic teſtificatur, quæ & ideo uocantur teſtimonium eius, eſſent uerba Chriſti ſolum, & non patris: tunc dicendum fuiſset. Signauit, quia ipſe (ſcilicet Chriſtus) verax eſt. Quia uerò eius verba ſunt etiam patris: ideò rectè dicitur, ſignauit, quia Deus (ſcilicet pater) uerax eſt, & hoc eſt, quod, quaſi per quandam præuentionem reſpondendo ad obiectionem pręmiſſam, ſubditur immediatè in textu; Quem enim miſit Deus, uerba Dei loquitur. Per hanc nanque ſententiam redditur ratio pręcedentis dicti: id quod manifeſtè conſtat ex appoſita ibi coniunctione, enim; quæ (ut multoties diximus) eſt coniunctio cauſalis, ideſt reddens cauſam, ideſt rationem alicuius rei præcedentis. Ac ſi per textum reſpondeatur: Credens verbis Chriſti, ſignauit quod pater verax eſt, quia uerba Chriſti ſunt verba patris.

QVOMODO VERBA Chriſti ſint Patris.

QVEM (inquit) miſit Deus, uerba Dei loquitur. Porrò miſit Deus pater filium ſuum in mundum, quando eum à ſeipſo ab æterno generatum uoluit, actualiter incarnari. Miſſio enim hic importat duo, ſcilicet proceſſionem ęternam à patre, & aſsumptionem carnis ex obedientia ad patrem. Perſonam ſiquidem diuinam originari ab alia perſona, importat ſemper miſſio: quapropter nũquam mittitur pater, quia à nullo procedit, ſed mittitur filius, quia procedit à patre, & Spiritusſanctus, quia procedit ab vtroq;, prima quęſtione 43. artic. 1. 4. De filio autem, inquantum homo, uerificatur, quod mittitur, non quia æternaliter à patre procedit, ſed quia hanc proceſſionem præſupponens ad aſſumendam carnem humanam ex obediẽtia patris actualiter inclinatur, 1. quæſt. 41. art. 2. 7. Per originem autem communicatur diuina eſsentia filio à patre generante: ſicut Spirituiſancto ab vtroque ſpirante, 1. quæſt. 41. art. 3. & quæſt. 42. articu. 3. Cum igitur eſsentiæ diuinæ identificentur realiter ſcientia, potentia, bonitas, & alia huiuſmodi, quandoquidem nulla in Deo ſunt accidentia, ſed eſt omninò ſimplex, prima quæſt. 3. artic. 6. 7. ſequitur neceſsariò: quod dum pater communicat filio eſsentiam, communicet ei & omnia eſsentialia attributa. Sic ergo ſcientia filij, ſecundum quam & uerba profert, eſt ſibi à patre: licet ſit tanta in filio, ſicut in patre, immò ſit eadem numero in utroque, prima quæſtione 42. artic. quarto, quinto. Verba igitur, quæ loquitur filius, ſunt verba patris: cum & ſapientia filij, quę eſt cauſa uerborum, ſit ſapientia patris, non tamen ut duæ ſapientiæ, ſed ut una ſapientia: ſicut & eſsentia filij eſt eſſentia patris, non tamen ut duę eſsentiæ, ſed ut una. Hæc dicta hucuſque ſint de Chriſto, inquantum eſt Deus. Quod ſi & loquamur de ipſo, inquan-

Miſſio quot, & quãta, importet.

tum eſt homo, nulli dubium eſt, quod verba Chriſti ſunt verba patris, ideſt ab eo per ſpecialem infuſionem animæ eius inſpirata, orique immiſſa. Clarum namque eſt (Papa Cæleſtino primo in epiſtola prima ad Epiſcopos Galliç docente,) quod omnis ſancta cogitatio hominis cuiuſcunque, & omnis motus piæ voluntatis, & omnia opera, locutiones, & merita, ſunt ex Deo. Item, quod Chriſti hominis verba ſint verba Dei patris, patet ex eo: quod Deus operatur in omni operante, prima queſt. 105. artic. 5. præcipuè verò in homine Chriſto operante, vtporè in inſtrumento diuinitati perſonaliter coniuncto, 3. de Sal. quæſtione 2. artic. 6. ad tertium: cum tamen alia, in quibus operantibus operatur Deus, ſint inſtrumẽta Dei ſeparata (ut patet.)

Papa Cæleſtinus dānat totaliter Pelagianos.

AD HOC, VT cognoſceretur, quod uerba Chriſti & quatenus Dei, & quatenus hominis, ſunt quodam ſingulari præ alijs modo uerba patris, Ioannes, antequam diceret, Quem miſit Deus, uerba Dei loquitur, præmiſerat de eodem Chriſto illud, ſcilicet. Qui de cęlo uenit, ſuper omnes eſt. Hoc eſt. Ille, qui de ſurſum originem habet, eſt ſuper omnes, ſcilicet authoritate, dignitate, & doctrina. Nam quantò alicuius origo eſt altior, tantò is ex hoc trahit ſecum maiorem authoritatem in verbis ſuis, & maiorem honorem ab alijs. Chriſtum igitur, iuxta præſens dictum Ioannis, debent homines maximè honorare, & uerba eius, tanquam verba Dei patris (ſicuti re uera ſunt: ut probatum eſt) firmiſſimè reputare. Porrò omnium horum ratio, ſecundum eundem Ioannem, eſt: quia Chriſtus uenit de ſurſum, ideſt de cęlo. Simpliciter loquitur de Chriſto hic textus: tu ergo dictum eius intellige de Chriſto ſimpliciter, ideſt & quantum ad diuinitatem & quantum ad eius humanitatem. Quod ſecundum diuinitatem ſit, & quomodo ſit, de ſurſum, ſeu de cęlo: iam ſuprà declaratum ſatis eſt. Eundem verò ſecundum humanitatem de cęlo eſſe, non intelligas modo hæretico, ſcilicet CHRISTVM attuliſſe corpus de cęlo (vt Valentinus ſomniauit) ſed modo catholico in Symbolo fidei expreſſo, ſcilicet, quod ipſe, ut homo, conceptus eſt de Spiritusſancto, ideſt per effectiuam uirtutem Spiritusſancti, tertio de Sal. quæſtione trigeſimaſecunda, artic. primo, ſecundo. Quis uerò neſciat, quod Spiritusſanctus eſt ſurſum, ideſt in cęlo? Nam quotidie hanc ueritatem omnes confitemur, eidem dicentes: Pater noſter, qui es in cęlis.

Chriſtus quomodo ſit de ſurſum, etiā vt homo eſt.

EX PRAEMISSIS IGITVR iam clarius conſtat quid ſit dicendum ad obiectionem ſuperius dictam: quod ſcilicet rectè in textu dicebatur; Qui eius teſtimonium acceperit, ſignauit, quia Deus verax eſt. Si enim uerba Chriſti ſunt uerba Dei patris, & quidem dupliciter (ut declaratum eſt) ſequitur utique neceſſario (ut conſideranti accuratè præmiſſa patet:) quod ex hoc, quod quis uerba Chriſti acceprat, deſignet illo ſuo facto: quod Deus pater eſt uerax. Quod ſi dixiſset textus: Qui teſtimonium eius acceperit, ſignauit, quia Chriſtus ipſe uerax eſt, tunc non ſic manifeſtè in primo aſpectu ſequi appareret, quod propterea Deus pater ſit uerax. Et ideò rectius Euangeliſta dixit, Signauit, quia Deus uerax eſt, quam ſi dixiſset, ſignauit quia is (denotando Chriſtum) uerax eſt.

PROBATIONIS Eiuſdem continuatio.

ALTERA DENIQVE illius quartę partis concluſionis particula, ſcilicet afferunt ſibimetipſis magnam utilitatem, patet ex eo: quod in textu expreſsè dicitur; Qui credit in filium, habet uitam æternam. Quę procul dubio, eſt anthonomaſicè magna, ideſt maxima, credenti utilitas. Non dicit, habebit, ſed habet: quia de præſenti eam in ſemine ſuo habet, cum tunc habeat gratiam Dei, alioquin non crederet in filium, quia taliter credere non cõtingit eſſe ſine charitate, quæ ſemper eſt cum gratia, prima, ſecundæ, quæſtione centeſimadecima, articulo tertio. Porrò gratia eſt ſemen, (ſic enim uocatur, primo Ioan. tertio. Qui natus eſt ex Deo non facit peccatum: quoniam ſemen ipſius in eo manet) in quo uirtualiter

liter

liter conſiſtit uita æterna, iuxta illud, Roma. 6. Gratia Dei uita ęterna. Sicut ergo ille, qui habet ſemen alicuius arboris, habet arborem, inquantum tota arbor conſiſtit in illo ſemine: ita is, qui habet actualiter gratiam Dei, uerè dicitur habere uirtualiter uitam æternam, hanc eandem poſt mortem actualiter habiturus, ſi perſeuerauerit etiam moriens in ipſa gratia. Exponatur ergo textus ſic; Qui credit in filium habet, ſcilicet actualiter in ſemine, & poſtea actualiter in ſe tota, uitam æternam. In hac ergo ſententia ſic (ut oportuit) expoſita Ioannes implicitè ſignificat, opus meritorium dari. Sicut enim habens actu ſemen alicuius arboris, nunquam poterit peruenire ad habendum actu totam arborem, niſi mediante operatione ad tale crementum illius ſeminis requiſita: ita is, qui habet actu gratiam Dei, quæ (ut diximus) eſt ſemen uitæ æternæ, nunquam poterit peruenire ad habendum actu in ſeipſa uitam æternam (ſi ſit adultus) niſi mediante operatione ad talem huius ſeminis fructificationem requiſitam. Vnde ſicut dicens, Qui habet ſemen arboris, habet totam arborem, cointelligit neceſſariò operationem mediam ad acquirendum illũ finem prærequiſitam (nouit enim arborem nunquam ex ſemine ſecuturam, niſi ſemen, prout oportet, cuſtodiatur, & fomentetur:) ita Ioannes dicendo, Qui habet gratiam Dei, habet uitam æternam conſignificat neceſſariò operationem mediam ad acquiſitionem illius finis prærequiſitam. Vbi dicit Ioannes; Qui habet gratiam Dei? Ibi; Qui credit in filium. Impoſſibile enim eſt, quod aliquis non habens gratiam Dei, credat in filium: id quod conſtat ex terminis. Nam credere in Deum filium (quemadmodum & in patrem & in Spiritumſanctum) de neceſſitate trahit ſecundum, eſse in gratia Dei: quod alias ſuprà declarauimus, ſecunda, ſecundæ quæſtione ſecunda, articulo ſecundo. Dixi ſupra, ſi ſit adultus: ad differentiam illorum, qui non habent uſum liberi arbitrij. Deus enim non requirit ab homine impoſſibilia homini (unde maledicitur à Beato Hieronymo dicens contrarium:) ſed ipſi poſſibilia. A non habentibus ergo uſum liberi arbitrij (ut ſunt infantes, &c.) Deus non requirit opera pro uita æterna conſequenda, cum talia opera procedant ab uſu liberi arbitrij: ſed ſufficit, quod tales ſint in gratia ad habendam actu, ſi tunc moriuntur, uitam ęternam. Quia uerò adulti poſſunt per uſum liberi arbitrij operari in gratia ad conſequendum uitam ęternam: ideò à talibus requirit Deus, ut in gratia operentur ad promerendum illam.

Opera meritoria in gratia, q̃ eſt ſemen, cointelliguntur facienda.

Adultorum ab infantibus ratio differentia operandi.

PRO REI PRAEDICTAE noticia recolendum eſt illud philoſophi, tanquam uocando ancillas ad arcem, Prouerb. nono, quod dicit in ſecundo, de cęl. & mund. ſcilicet, quod eorum, quæ nata ſunt habere bonum perfectum aliquid habet illud ſine motu, aliquid uno motu, aliquid pluribus. Ex hoc, uelut ancilla ſacræ Theologiæ, habetur: quod uitam æternam actu habet aliquis ſine motu. (Hic eſt ſolus Deus, qui eam habet naturaliter, prima quæſtione uigeſima ſexta, articulo primo,) aliquis unico motu. (Hic eſt Angelus, qui eam unica operatione meritoria, ideſt factam in gratia conſecutus eſt, prima quæſtione ſexageſimaſecunda, articulo quarto, & quinto,) aliquis pluribus motib. (Hic eſt homo, qui multis operationibus ipſam actu conſequitur, prima quęſtione ſexageſimaſecunda, articulo quinto, ad primum, & prima ſecundę quæſtione quinta, articulo ſeptimo.) Ex eodem igitur dicto Ioannis habetur quoque ad literam: quod ibi implicitè affirmat, quod homo poteſt mereri à Deo aliquid, etiam uitam æternam, ſed non ſine gratia, & conſequenter quod gratia eſt principium merendi: & quod ſi poteſt mereri uitam æternam, poterit quoque mereri augmentum gratię ad illam, dum differtur & magis promerendam, & perfectius poſtea actu capeſcendam. Cæterum pro ampliori de his quinque noticia, uide fideliſſimum Eccleſiæ catholicæ Doctorem Sanctum Thomam, prima, ſecundæ, quæſtione centeſimadecimaquarta, articulo primo, ſecundo, tertio, quarto, & octauo.

Digitized by Google

QVINTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Cuius oppoſitum uerificatur de infidelibus (ideſt infideles per hoc, quod non credunt Chriſto, & Deo magnam iniuriam & ſibimetipſis magnum damnum afferunt;) demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Qui acceperit teſtimonium eius ſignauit, quia Deus uerax eſt (ſi tamen textus hic, in propoſito, intelligatur ab oppoſitis:) & ex tex. Qui incredulus eſt filio non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Magnam enim anthonomaſicè, ideſt maximâ, iniuriam facit homo homini tantoque maiorem, quantò digniori homini, cum ei dicit, nolo tibi credere, aut de facto ei nõ credit: quoniam talis eum habet in numero hominum mendacium, ſeu falſariorum, ideſt eorum, qui nõ ſunt fide digni. Quo quid ignominioſius, & plerunque etiam damnoſius, alicui dici, uel erga illum fieri, poteſt? Nam ille homo, qui pro non fide digno reputatur, prę uerecundia maxima uix comparere inter homines audet, ac poteſt, timens ſemper, nè ſibi tale improperium ab alijs uel in uoce, uel ſaltem in mente (dum eum uiderint) obijciatur: & multas etiam indè miſerias inuitus patitur, ut qui ab omnibus in ſuis neceſſitatibus cum ſtomacho irrideatur, negligatur ac deſeratur. Si ergo tanta iniuria fit homini, tantaque damnoſitas ei prouenit, ex eo, quod non creditur ei tanquam non reputato pro fide digno ſeu tanquam reputato pro fide indigno: quantam putas iniuriam homines Chriſto inferant ex eo, quod nolunt illius verbis credere? Quam magnum, & inæſtimabile ſcælus eſſe putas, eos ſic tractare Chriſtum, ac ſi in ijs, quæ dicit, non eſſet fide dignus? O uerè deteſtabiliſſimum, & ſupra omne odibile abominabilius, peccatum, reputare Deum in ſuis dictis fide indignum: ac ſi mendax, ac falſus eſſet. Ideò non mireris, ſi Chriſtus dedignatur infideles examinare in die iudicij: ſed ſic inexaminatos, vtpotè pluſquam notorie ſibi rebelles, ſecumq; nihil commune habentes, & ex ſua ipſorum conſcientia ex hoc apertiſſimè præ-

Quod inſidelitate maximâ iniuriam faciunt

damnatos, condemnabit: iuxta illud, ſupra eodem. Qui non credit, iam iudicatus eſt. 3. de Sacramen. Addition. quæſt. 89. articulo ſeptimo. Præmiſſis ergo omnibus conſideratis, patet, quam optimè, vltra rationes ibi ab ipſo adductas, determinatum ſit ab Angelico Doctore, ſecunda, ſecundæ, quęſtione decima, articu. 3. quod infidelitas eſt maximum peccatorum. Manifeſtè ergo ex antedicto exemplo de homine alij diſcredente relinquitur eſſe probatum, quod qui non credũt Chriſto, maximam per hoc faciunt iniuriam ei, & Deo patri, cuius uerba ſunt verba Chriſti (ut ſuprà declaratum fuit.) Et hæc probatio ab Euangeliſta nobis per oppoſitum data fuerat ibi; Qui acceperit eius teſtimonium, ſignauit, quia Deus uerax eſt. Hinc enim ab oppoſitis, neceſſariò ſequitur: quod qui non accipit teſtimonium eius (quod eſt non credere Chriſto) ſignauit per hoc, quod Deus non eſt uerax. Quæ iniuria maxima eſt: & à non credente (ut indè habetur) irrogatur Chriſto, & Deo patri.

Deo: patet à notioribus nobis.

CAETERVM CONTRA prædicta excuſant ſe hæretici: & negando antecedens, dicunt. Quod nos non credamus filio, ſeu (quod in idem redit) non accipiamus teſtimonium eius, eſt falſum: quoniam Chriſtum, tanquam ueraciſſimum, reputamus. Non ergo ſumus nos comprehendẽdi ſub illo textu, Qui incredulus eſt filio: & conſequenter non ſumus connumerandi illis, qui per hoc Deo maximam iniuriam, ſibique maximum damnum afferunt. Ad hanc inualidam illorum excuſationem reſpondemus: quod negatio illius antecedentis, quam ipſi fingunt, eſt falſa, & conſequenter quod antecedens illud uerè dicitur de ipſis. Sicque meritò comprehenduntur ſub textu illo, Qui incredulus eſt filio: tanquam infideles. (Taceo: quod hæreſis eſt omnium infidelitatum maxima, ſecunda, ſecundæ, quæſtione decima, articulo ſexto.) Ad rationem, quam afferunt, ſcilicet, quoniam CHRISTVM, tanquam veraciſſimum, reputamus, reſpondemus per Apoſtolum de illis ipſis dicentem, ad Tit. capite primo. Confitentur ſe noſſe DEVM, factis autem negant.

Quæ

Digitized by Google

Quæ veritas Apoſtoli quomodo eiſdem applicetur, audi ex Angelico Doctore dicente, 2.2.q. 11. art. 1. A rectitudine fidei Chriſtianæ dupliciter quis poteſt deuiare. Vno modo, quia ipſe Chriſto nō vult aſſentire. Et hic habet malā voluntatem circa ipſum finem. Et hoc pertinet ad ſpeciem infidelitatis paganorum, & Iudæorum. Alio modo per hoc, quod intendit quidem Chriſto aſſentire, ſed deficit in eligendo ea, quibus Chriſto aſſentiat. Quia non eligit ea, quæ ſunt uerè à Chriſto tradita: ſed ea, quæ ſibi propria mens ſuggerit. Et ideò hæreſis eſt infidelitatis ſpecies, pertinens ad eos, qui fidem Chriſti profitentur, ſed eius dogmata corrumpunt. Hæc ille. Credunt igitur hæretici, Chriſtum eſſe veraciſſimum: factis autem negant hoc ſuum credere, quia non aſſentiunt his, quæ uerè dicta ſunt à Chriſto, ſed ſolum iis, quæ ipſi ſecundum propriæ mentis phantaſiā dicta fuiſſe à Chriſto ęſtimant. Re uera ergo firmiter concludendum, iuxta illam Sancti Thomæ doctrinam, eſt, quod hęretici non credunt Chriſto, ſed ſibimetipſis: & hoc quia credunt Chriſto non ſecundum, quod verè vult Chriſtus, ſed ſolum ſecundum quod ſibiipſis videtur, & placet.

Hæretici nō credūt Chriſto, ſed ſibimetipſis.

RECTA VIA CATHOLICÆ Fidei.

PORRO, ad præcedentium immediatè cognitionem firmiorem, vnum eſt neceſſarium, uidere ſcilicet, quæ ſunt illa, quæ ſunt verè à Chriſto tradita. Nam in hoc, ſecundum prædicta conſiſtit diffe rētia inter catholicos, & hæreticos: quod illi credunt Chriſto ſecundum rei ueritatem, ideſt ſecundum ea, quæ ſunt uerè à Chriſto tradita, iſti autem non credunt ſecundum rei ueritatem, ſed tantum ſecū dum ſuam ipſorum opinionem Chriſto, quia non credunt ei ſecundum ea, quæ ipſe uerè tradidit, ſed ſolum ſecundum ea, quæ ipſi eum tradidiſſe opinantur. Quæ ſunt igitur illa, quæ ſunt verè, & non ſecundum opinionem ſolam hominum à Chriſto tradita? Illa: quæ declarat ſacroſancta Romana Eccleſia eſſe à Chriſto tradita. Nam Chriſtus ſic nos docuit: vt in rebus catholicæ fidei credamus firmiter, ideſt abſque vllo dubio, illa, quæ ipſa Eccleſia dicit. Vbi hoc Chriſtus nos docuit? In Deuteronom. cap. 17 & in Ioan. 21. Quid ibi in Deuter. dixit? Si difficile, & ambiguum apud te iudicium &c. vſque ad, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Vide ſententiam hanc tam ponderoſam pulcherrimè, iuxta verum ſenſum, explanatam in Veritatibus aureis ſuper totam legem ueterem, Deuter. 17. concl. 7. 8. 9. Quid in Ioan. 21. ad præmiſſum propoſitum, dicit? Simon Ioannis paſce agnos meos, paſce oues meas. Hęc coram omnibus aliis Diſcipulis dixit Petro ſoli: per quod factum & dictum declarauit optimè, illam Deuteronomii authoritatem intelligi de Petro, ideſt Sacerdotem illum figuram eſſe Petri, & conſequēter officium illud, quod ibi narrabatur figuraſſe, quod ad Petri officium pertinet omnes quęſtiones in materia fidei exortas finaliter determinare: ita vt teneantur omnes illius determinationem, non declinando ad dexteram aut ſiniſtram, ſequi, ſub pœna mortis contra aliter facientes.

Eccleſia Romana authoritas maxima, &c.

SED, INQVIES hæc de Petro tam in figura, quam in aperta veritate, à Domino dicta quid ad principale propoſitum, quod ſupra quærebatur, ideſt quid faciunt ad cognoſcendum, quod Eccleſia Romana ſit illa doctrix ueritatis, cuius doctrinæ Chriſtus nos vult firmiter, abſque vllo dubio, in rebus catholicæ fidei adhærere? Multum, immò optimè faciunt. Scimus enim quod Eccleſia, quę futura ſemper erat columna & firmamentum veritatis, 1. Tim. 3. à Chriſto commiſſa eſt Petro, Matth. 16. Cuius quidem Eccleſiæ, cum per mundum vniuerſum diffundenda tunc eſſet (ſicuti, poſt actualiter diffuſa eſt,) ideſt particulares Eccleſias fermè innumeras comprehenſura, neſciremus primam partem, ideſt quæ inter tot Eccleſias eſſet prima, ad quam ſcilicet omnes aliæ, tanquam ad ſuam regulam, referrentur (quod tamen erat neceſſarium ſcire:) niſi totam ſuam Eccleſiam uniuerſalem Chriſtus commēdaſſet alicui particulari perſonæ: Singulæ ſiquidem Eccleſiæ particulares non facilè ſibi inuicem tunc ceſſiſſent de primatu, immò nec iure potuiſſent: cum ipſarum

Neceſſitas magna dādi capitis viſibilis in Eccleſia.

Digitized by Google

rum ſingularum eſſet eadem & æqualis ratio, nullo dato viſibili capite, ideſt nulla data particulari perſona, cui tota Eccleſia commiſſa fuiſſet. Et ſic omnia remanſiſſent, nunc quoque ac in futurum, remanerent, confuſa in Eccleſia Dei: quoniã vbi ſine ordine eſt multitudo, ibi eſt de neceſſitate confuſio, & ordo ibi non eſt, vbi primum, & ſecũdum deeſt. Oportuit igitur ad vitandam confuſionem in his, quæ maximè ordinata eſſe debent, id eſt in his, quę Dei ſunt, Roma. 13. quod Chriſtus Eccleſiam totam committeret vni homini particulari: & hunc (vt ex Matth. 16. Ad planam literam patet) voluit eſſe Petrum. Quomodo, vno particulari homine ſignanter dato pro capite commiſſario, ideſt cui cuſtodienda committitur Eccleſia, vitatur in tanta Eccleſiarum multitudine confuſio? Quia tunc ſciri poteſt: quæ ſit de iure Eccleſiarum omnium & ſingularum prima: quo ſcito, cæteræ omnes, ac ſingulæ certo, & quaſi quodam naturali rationis dictamine, cognoſcunt, ſe de iure (& hoc diuino: cum illud commiſſarium caput ſit à Deo immediatè datum) eſſe inferiores, ac ſubditas illi primæ, obligataſque ideò ad obediendum ei in omni eius doctrina, & pręcipuè in his, quæ fidei ſunt. Et quomodo, dato illo capite, ſic à Chriſto vniuerſaliter, poſſumus nos ſignanter cognoſcere, quæ ſit inter Eccleſias prima? Reſpiciendo ad reſidentiam Petri.

QVAE SIT, DIVINO IVRE, Eccleſiarum, Prima.

APOSTOLI Spirituſancto iam in die Pentecoſtes repleti volentes Chriſti Eccleſiam Petro, ipſis præſentibus, commiſſam demonſtrare certo certius, & eſſe in terris, & eſſe viſibilem (alioquin fruſtrà homini, qui de viſibilibus tantum iudicat committeretur paſcenda) de ea inter articulos fidei, qui omnibus alijs rebus in veritatis certitudine præſtant, ſic ſtatuerunt; Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam. Per hoc fidei dogma intellexerunt quidem vniuerſalem (vt expreſſerunt) Eccleſiam, ſed, quia paſci eam à Petro oportere ſciebant, cointellexerunt neceſſario Eccleſiam particularem, in qua Petrus pro officio paſtorali conuenienter exequendo reſideret. Nouerant enim ipſi, quod ſi Petrus in loco firmo non maneret, ſed indefinitè hic, uel ibi, inſtabiliter maneret: tunc aut non, aut uix, benè poſſent tot particulares Eccleſiæ ubique diffuſę ad eum pro bono ſui ipſarum regimine in quotidianis caſuum uarietatibus conſulendis recurrere. Neceſſarium igitur fuit: ut Apoſtoli nomine Eccleſiæ aliquam etiam pro loco perſonæ Petri particularem & intelligerent, & ab omnibus recta ratione utentibus intelligendam ſupponerent. Quam ergo inter omnes ſpeciatim intellexerunt? Romanã, an Conſtantinopolitanam, an Antiochenam, an Hieroſolymitanam, an & cętera? Nullam iſtarum in particulari: ſed ſolum ſic in communi; ILLAM, QVAM SIBI PETRVS PRO PERSONALI RESIDENTIA ELEGISSET. Hanc ab ipſo iure diuino, quo Petrus erat omnium paſtorum paſtor primus à CHRISTO expreſsè inſtitutus, Matthæi decimoſexto, Ioan. vigeſimoprimo, edocti iudicarunt, & voluerunt, eſſe primam omnium Eccleſiarum ſedem, ſicut & ſedens ſuper illam inter vniuerſos earum rectores erat primus. Vnde non eſt dicenda prima, quia Apoſtoli eam eſse primam uoluerunt: ſed è contrariò, ideſt Apoſtoli eam eſse primam voluerunt, quia ipſa eſt prima. Cognouerunt ſiquidem prius ſedem illam Petri de iure diuino fore primam: & poſteà mox, vt diuino iuri ſeipſos conformarent, voluerunt illam eſse primam, pro prima eam in voto venerati ſunt, eandem in re ſic uneraturi, cum primum Petrus illam pro ſede ſua elegiſset.

QVIA PETRVS nunquam pro reſidentia ſua perſonali elegit Eccleſiam Conſtantinopolitanam (cum nondum eſset, utpotè nondum exiſtente Magno Conſtantino Imperatore Auguſto, à quo ciuitas illa, quæ prius dicebatur Bizantium, ſic denominata eſt: circa annum Domini, tricenteſimumdecimumſeptimum,) neque Hieroſolymitanam: ideò nunquam fuit pri-

ma.

ma Eccleſia in Conſtantinopoli, aut Hieroſolymã. Quia autem Petrus ipſe primò ſibi pro reſidentia elegit Antiochiam, in qua &, ſecundum communem opinionem, ſeptem annis ſedit: ideò Eccleſia pro illo temporẽ, quo Petrus eam pro ſede ſua retinuit, uerè erat & dicebatur prima, & per conſequens primò catholica, ideſt per reſpectum ad quam omnes aliæ uocabantur catholicæ, fidem ſcilicet catholicam habentes. Mater itaque & magiſtrã omnium Eccleſiarum erat tunc iure diuino Antiochena Eccleſiã. Veruntamen quia poſt tempus illud Petrus, iuſſu Domini Dei, Romam ſibi pro cathedra propria accepit, Antiochia dimiſſa; ideò Eccleſia Romana ex illo tempore incœpit eſſe prima, materquẽ per conſequens, & magiſtra omnium aliarum Eccleſiarum. Quod autem voluerit Deus, reſidentiam illam Petri fore perpetuam vſque ad conſumationem ſeculi, conſtat ex eo: quod de voluntate beneplaciti diuini Petrus Romæ mortuus eſt, oſſa ſua ubique, in ſignum reſidentiæ vſque ad Reſurrectionem mortuorum duraturæ, ibi relinquens. Nam Petro è Roma iam diſcedenti (vt in Eccleſiaſtica hiſtoria legitur) apparens CHRISTVS in uia dixit; venio Romam, iterum crucifigi: quo dicto mandaſſe intelligitur Petro, ut reuerteretur Romam inibi crucifigendus. Quod autem etiam antea ex Antiochia venerit Romam, IVSSV DONINI (vt ſuprà dicebatur:) patet in Epiſtola Papæ Marcelli Primi, & Martyris, quæ in libro Decretorum recitatur, vigeſimaquarta, quæſtione prima, cap. Rogamus.

EX PRAEMISSIS OMNIbus patet: quod Apoſtoli omnes in illo ſuo ſancto Concilio ſimul per Spiritusſancti plenitudinem congregati deſignarunt uirtualiter, ideſt implicitẽ, quamuis non explicitè, Romanã Eccleſiam in illo fidei articulo. [Credo ſanctam Eccleſiam catholicam] contineri. Conſequenter igitur ad eorum imitationem, utpotè quorum Symbolum exponebant, deſignarunt idipſum Patres illi centum quinquagintã, primi Generalis Concilij Conſtantinopolitani, dum unanimiter dixerunt [Credimus unam, Sanctam, catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam.] Hanc igitur, ſcilicet Romanam & Apoſtoli, & Patres illi, ſtatuerunt uirtualiter eſſẽ inter omnes Eccleſiam primam, matrem, & magiſtram quarumcunquẽ aliarum, columnam, & firmamentum ueritatis, prima ad Timothi tertio, illam denique, ad quam, ut infallibilem DEI MVNERE, regulam fidei (Lucæ vigeſimoſecundo. Rogaui pro te, & cætera.) pertinet cæteras omnes confirmarẽ. De tali re uideas omninò Veritates aureas ſuper legem ueterem, Leuitic. vigeſimoprimo, concl. 2. per totum.

PORTVS FIDEI Securus.

EX PRAEMISSIS cuilibet uerè prudenti, & ſapienti facilè conſtare poteſt; quod Sancti Doctores quandocunque mentionem faciunt de Eccleſia, cum intendant ſemper loqui de illa, quæ ab Apoſtolis in Symbolo fidei intellecta eſt (ut patet) intelligunt, & intelligi à ſuis lectoribus uolunt, nomine Eccleſię Eccleſiam Romanam: ut, quando per aliquod particulare uerbum in eorum contextibus poſitum non poteſt bene intelligi Eccleſia uniuerſaliter accepta. Puta, quando dicunt, ad Eccleſiam pro rebus fidei ſecundum rei ueritatem intelligendis eſſe recurrendum: uel alia ſimilia. Ex terminis enim tunc patet ſenſus hic ſcilicet, quod de particulari Eccleſia ſermonem ſuum intelligunt: quoniam uolunt per hoc ſuum dictum mittere nos ad omnes Eccleſias per totum orbem diffuſas, nec ad Eccleſiam in communi uniuerſaliter conſideratam: cum recurſus talis ſit uel impoſſibilis, uel mathematicus. Rurſus de aliquã particulari, præter Romanam, hoc ſuum dictum accipi non poteſt: quoniam ſingulæ aliarum ab Eccleſia Romana ſunt æqualis conditionis, quo ad

Quid nomine Eccleſiæ, intelligant ſemp. Doctores.

poſſibilitatem errandi in fide, unde nulla ratio recta dictat, quod ad vnam magis, quam ad quamlibet aliam, dictum illud ſuum referrent. Reſtat igitur: quod ſancti Doctores ſic loquentes non, niſi de Romana Eccleſia, locutionem illam intelligant, & hoc conformiter quoque ad illud figurale Deuteronomij decimiſeptimi. Ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus. Romana itaque Eccleſia cæteris omnibus innumeris ſingularibus anteferrur ab vniuerſis CHRISTI fidelibus, prɶhonoraturque in libris ſuis à ſacris Doctoribus (ut nunc probatum eſt) non quia Romana, ſed quia præ cunctis electa à Domino Deo noſtro eſt.

DOCTOREM ERGO RE, ET NOMINE, ANGELICVM (ut ſpeciatim aliquem, & maximè ad multa præmiſſorum confirmanda inſigniter facientem, afferamus) intelligas tu de Eccleſia Romana fuiſſe locutum, in ſecunda, ſecundæ, quæſtione quinta, articulo tertio, ubi de Eccleſia ſimpliciter, ideſt nullo addito, hęc tum mirabilia, tum ueriſſima, dicit. Formale obiectum fidei eſt ueritas prima, ſecundum quod manifeſtatur in Scripturis ſacris, & doctrina Eccleſiæ, quæ procedit ex ueritate prima. Vnde quicunque non inhæret, ſicut infallibili, & diuinæ regulę, doctrinæ Eccleſiæ, quæ procedit ex ueritate prima in Scripturis ſacris manifeſtata: ille non habet habitum fidei, ſed ea, quæ ſunt fidei, alio modo tenet, quam per fidem. Sicut, ſi aliquis tenet mente aliquam concluſionem non cognoſcens medium demonſtrationis illius, manifeſtum eſt: quod non habet eius ſcientiam, ſed ſolum opinionem. Manifeſtum eſt autem, quod ille, qui inhæret doctrinę Eccleſię, tanquam infallibili regulæ, omnibus aſſentit: quæ Eccleſia docet. Alioquin ſi de his, quæ Eccleſia docet, quæ vult tenet, & quæ non vult, non tenet: iam non inhæret Eccleſiæ doctrinę, ſicut infallibili regulæ, ſed propriæ uoluntati. Et ſic manifeſtum eſt: quod hæreticus, qui pertinaciter diſcredit unum articulum fidei, non eſt paratus ſequi in omnibus doctrinam Eccleſiæ. Si enim non pertinaciter: iam non eſt hæreticus, ſed ſolum errans. Vnde manifeſtum eſt, quod talis hæreticus circa unum articulum fidei, non habet fidem de alijs articulis, ſed opinionem quandam, ſecundum propriam uoluntatem. Hæc ibi in corpore. & in reſponſione ad ſecundum inquit. In diuerſis concluſionibus vnius ſcientiæ ſunt diuerſa media, per quæ probantur, quorum unum cognoſci poteſt, ſine alio. Et ideò poteſt homo ſcire quaſdam concluſiones unius ſcientiæ, alijs ignoratis. Sed omnibus articulis fidei inhæret fides propter unum medium, ſcilicet propter ueritatem primam, propoſitam nobis in ſcripturis, ſecundum doctrinam Eccleſiæ intelligentis ſane. Et ideò qui ab hoc medio decidit, fide totaliter caret. Hæc ibi. Vbi intelligas illud uerbum, Eccleſiæ intelligentis ſanè, dici ad deſignandum proprietatem Eccleſiæ indiuiduam: non autem ad deſignandum (abſit) quod Eccleſia quandoque intelligat ſanè, quandoque autem intelligat non ſanè. Nam ſic nihil firmi de Eccleſia haberemus, quod eſt contra hic intentum à Diuo Thoma: quoniam poſset ſemper dubitare aliquis, an Eccleſia ſic, uel ſic, docendo intellexiſſet ſanè, aut non ſanè; & hoc (ut patet) eſſet deſtructio totius Chriſtianitatis: ad quam tamen ædificandam & hic, & alibi ſemper, inſudauit fideliſſimus hic catholicæ ueritatis Doctor (teſtimonium de tota ipſius doctrina Theologica perhibente IESV CHRISTO Crucifixo, dum eidem aie, BENE SCRIPSISTI DE ME THOMA.)

Regula infallibilis in fide eſt Eccleſia Rom. quia Deus ſic ſtatuit.

PROPRIETAS VERA ECcleſiæ indiuidua, ſecundum mentem Angelici Doctoris ei conueniens, & ſupra ab ipſo ibidem aſſignata, quæ eſt. Quod Eccleſia ſemper ſanè, ideſt in ſenſu ſano, Scripturas ſacras intelligit. Item. Quod Eccleſiæ doctrina in rebus fidei procedit ex ueritate prima, non quidem quandoque ſic, & quandoque non, ſed ſemper. Item. Quod Eccleſia in rebus fidei eſt regula infallibilis.

Proprietates maxima, quæ conueniũt Eccleſiæ.

Digitized by Google

bilis, & diuina, ideſt à Deo nobis data, & ſecundum beneplacitam Dei mentem ſemper procedens. Vide Elucidariones formales ibid. ſcilicet 2. 2. quæſt. 5. artic. 3. vt plenius in tali re neceſſariſſima inſtruaris. Quid ex tribus Eccleſiæ nunc præmiſſis proprietatibus compendioſe habes? Quod eccleſia in rebus fidei catholicæ non tantum non errat, ſed nec vnquam errare poteſt.

PROBATIONIS QVINTÆ Partis continuatio.

RESTABAT ex quinta parte concluſionis probanda particula vltima, ſcilicet quod increduli per ſuam perfidiam afferunt ſibimetipſis maximũ damnum. Demonſtratur ergo particula hæc ab euangeliſta ex eo, quod de incredulo ſubiungit, Non videbit vitam, & ira Dei manet ſuper eum. Vna ſiquidem pęna negatiuè ponitur, ſcilicet. Non videbit vitam, altera affirmatiuè, ſcilicet Ira Dei manet ſuper eum. Nam incredulus in culpa ſua duo facit, quia ſcilicet auertitur à Deo, per hoc, quod non vult ei credere (vt ſupra declaratum eſt,) & conuertitur inordinate ad ſeipſum per hoc, quod potius vult credere proprio iudicio (contra illud, Prouerb. tertio. Ne innitaris prudentiæ tuæ, & nè ſis ſapiens apud temetipſum;) ideoque iuſtum eſt, vt ei duplex pęna, ſecundum correſpondentiam ad duas culpę inordinationes debeatur. Inordinationi quippè erga Deum, qua ſcilicet non vult ei credere, correſpondet pœna illa, Non videbit vitam, inordinationi autem erga ſeipſum, qua, ſcilicet vult in rebus fidei eſſe ſibi regula, ideſt inniti proprio iudicio, correſpondet pœna illa, Ira Dei manet ſuper eum. Vis apertius hic videre iuſtitiam? Ecce. Incredulus, dum viueret, ſeipſum voluntariè Deo priuauit, vt potè te ab ipſo voluntariè auerſus. Quid ergo iuſtius, quam quod poſt mortem reddatur ei quod voluit. & facere, quod illud volitum, quod ſibi viuenti fuit culpa, eidem mortuo ſit pœna, ideſt quod ſibi viuenti inordinate placebat poſt eidem mortuo ſummopere (ſine fructu tamen) diſpliceat? & hoc eſt reddere ei, quod mortuus non videat vitam, ideſt quod ſit priuatus viſione Dei, quæ vita æterna eſt, prima, ſecundæ, quæſt. tertia art. 8. Rurſum. Incredulus, dum viueret ſenſus proprij iudicio voluntariè nimis adhæſit, vtpote ad ſeipſum inordinate conuerſus 2. 2. q. 11. articul. 1. Quid ergo iuſtius, quam quod poſt mortem reddatur ei, quod voluit, & facere, quod illud volitum, quod ſibi viuenti fuit culpa, eidem mortuo ſit pœna, ideſt quod ſibi viuenti inordinate placebat, poſt eidem mortuo ſummopere (ſine fructu tamen) diſpliceat? Et hoc eſt reddere ei, quod ſuper eum mortuum ira Dei maneat, ideſt quod punitio diuina, quæ per iram Dei ſignificatur, ſenſibiliter ſuper eum perſiſtendo, affligat, & hoc eſt, punire eum pœna ſenſus (puta ignis æterni 3. de Sacram. Addition. q. 97. art. 3. 4. 5) & ſpeciatim illa, quod ille ipſe, qui ante mortem ſibi in ſequendo proprias adinuentiones erat dulcis, poſtmodum per remorſum conſcientiæ ſit ſibimetipſi grauis (hic eſt vermis, de quo 3. de Sac Add. q. 97. ar. 2.)

Iuſtitia Dei reddit, etiam poſt mortem, vnicuiq; quod ſuum eſt, ideſt quod ſibi ipſis elegerũt.

NON videbit (inquit) vitam. Hoc eſt. Non ſolum non habebit vitam, quæ in viſione eſſentiæ diuinæ conſiſtit, ſed nec videbit vitam, i. non videbit glorioſam vitam beatorum, licet futurus ſit certus, quod beati cum Chriſto regnantes glorioſam vitam habeant 3. de Sacr. Add. q. 98. art. 9 Ira (inquit) Dei manet ſuper eum. Per hanc manſionem denotatur, quod illa punitio erit, & poſitiua, & duratura. Per ꝑpoſitionẽ, ſup, ſignificatur dominiũ punitionis conſtringens damnatum. Punitio namq;, ſeu pœna ita dominabitur in damnatis premens totaliter illos, quod nõ erit in poteſtate eorũ diuertere actualem cogitationem á pęnis actualéq; deteſtationem pęnarum (ſicut poſſumus affligi in præſenti vita,) & hoc ſuum non poſſe quod deſignatur per illud Matt. 22. ligatis manibus & pedib. torquebit eos inæſtimabiliter. Deniq; vt cognoſcas, & quod ad damnationem aliquorũ ſufficit, illos non habere fidem informem, Euangeliſta dixit, Qui incredulus eſt filio. & quod ad ſaluationẽ aliquorum non ſufficit illa, ſed neceſſario requiritur formata, ideſt fides quę per charitatem operatur, dixit, Qui credit in filium.

CON-

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD hæreſis, & ea maxima, eſt, dicere, quod IESVS Nazarenus non ſit Rex Iudæorum, ideſt Meſſias verus ille à Deo in veteri lege promiſſus [vnde, & hęc hęreſis fuit præfigurata in principibus illis, & pontificibus ſacerdotum, quod recuſantes ipſum pro Meſſia dicebant Pilato, Ioan. 19. Noli ſcribere, Rex Iudæorum: & hæretici tales in hoc aſſimilantur illis:] vide, ex ſacroſanctis concilijs, ſcripturis, &c. definitum eſſe in Elucidat. 3. de Sal. articulorum nume. 112. 262. Quod ipſe Chriſtus verum humanũ corpus paſſibile, & animam intellectiuã ipſum corpus verè, & per ſe, & eſſentialiter informantem aſſumpſit, [quod eſt eſ-
Primo. ſe ſponſum Eccleſiæ iuxta illud, pſal. 18. Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, quam Eccleſiam poſtea in fide
Secundo. catholica ſibimet actu deſpõſaturus erat] vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationibus 3. de Salu. articulorum num. 7. 33. 36. 86. 94. 95. 96. 195. 251. & 54. 184. 190. 195. 455. Item pri. par. articulorum nu. 369. & in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 2. concluſ. 5. & Deuter. 9. concluſ. 7. Item cap. 18. concluſ. 6. Quod baptiſmus eſt ſpiritualis generatio, qua ſcilicet ſponſus Chriſtus de Eccleſia ſponſa ſua generat filios, & filias (nam Chriſtus eſt, qui baptizat, Ioan. 1. & Eccleſia per miniſterium ſui miniſtri concurrit ad ea facienda, quæ in baptiſmo ex parte eius requiruntur:) vide, ex ſacroſanctis, &c. in textu, & Elucidationibus 3. de Sacram. q. 5. aliàs 64. articul. 1. 2. 3. 5. 8. 9. & quæſt. 6 aliàs 65. articulo 1. 2. Quod Chriſtus ſponſus exaltationẽ ſuam multiformem in Eccleſia meruit per ſuam paſſionem: & ideò (vt concluſio capituli docet) illum quibuſcunque non obſtantibus oportet creſcere etiam in mente hominum per veram fidem (voluntati enim Dei, qua merito Chriſti condecens præmium reddere ſtatuit, quis reſiſtit? Rom. 9. imo etiam quis reſiſtere poteſt? Heſter 13.) vide, ex ſacroſanctis, &c. in textu, & Elucidationibus 3. de Sal. q. 49. artic. 6. Quod ſola fides non iuſtificat, & multo minus ſufficit ad ſalutem æternam promerendam, aut capeſcendam, vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucid. prim. par. articulorum numero 4. 437. & 1. 2. articulorum num. 602. & 2. 2. articulorum num. 517. & 3. de Sacram. Addition. 442. Item in Veritatibus aureis, &c. Geneſ. 17. concluſ. 5. & Leuit. 4. concluſ. 6 & cap. 15. concluſ. 4. & num. 14 concluſ. 9. item Deuteron. 7. concluſ. 1. Quod hæreticum eſt dicere, Animas infidelium eſſe ſaluandas, aut etiam hominem poſſe ſaluari proprijs viribus naturalibus, vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationibus 1. 2. articulorum numero 341. 463. & 2. 2. articulorum num. 51. 122. & 3. de Sacram. Addition. 386. 441. 443. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 3. concluſ. 17. & Leuit. 4. concluſ. 5. & capit. 22. concluſ. 7. & nu. 2 concl. 10. & Deuter. 12. concl. 4.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. III.

NON poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cælo.] Hoc eſt: menſura homini data à Deo eſt ſeruanda tum in appetitu, tum in executione, officiorum, & graduum, ita quod non vltra progredi hominibus liceat. Hoc enim eſt illud, quod Apoſtolus in perſona propria clarioribus verbis docebat 2. Cor. 10. Non in immenſũ gloriamur, ſed ſecundum menſuram regulæ, qua menſus eſt nobis Deus, mẽſurã pertingendi vſque ad nos. Cui ſententiæ ſimile quid ait, Hebr. 5. Nec quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron. Intelligit autem ſemper ſicut etiam prædictus Euangelij textus, de accipere, licito modo ſciebat enim Ioannes Baptiſta, ſicut etiam Apoſtolus, quod multi accipiunt, & ſumunt ſibi honorem (vt ſunt ambitioſi, &c. non expectantes, quod à Deo de voluntate beneplaciti ſui ad talem dignitatem, vel officium honorificum vocentur, ſed inuerecundè ſeipſos ad talia ingerentes. Non poteſt ergo licitè (inquit) homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cælo.

Menſura Ioāni Baptiſtæ præfixa, quæ fuerit.

lo. Ac ſi ad diſcipulos illos apertè dixerit. Mēſura,quā Deus mihi de cælo dedit eſt: vt me non præferam, ſed vt ſubijciam Saluatori, de quo vos locuti eſtis. Miſſus enim à Deo ſum,tanquam ſeruus Saluatoris ipſius vadens antè: ad præparandam viam eidem Domino ſubſequenti, nè forte, cum peruenerit, reperiat in via aliquid indecens, quod oculos ſuæ Maieſtatis offendat. Cum ergo menſura mea ſit eſſe ſeruum illius, non poſſum licitè inuidere illi (vt vos velle videmini) quod ſit meipſo maior, & honorabilior in populo habitus:ſed teneor in conſcientia gaudio magno de hoc gaudere (quod & facio) tum quia aſſecutus ſum finem officij mei, qui erat, vt ille pro excellentiſſima dignitate ſua cognoſceretur, & veneraretur, ab Iſrael, tum quia gloria ipſius eſt gloria mea, imo charior mihi ſuper omnem gloriam meam, & hoc, quia diligo illum incomparabiliter pluſquam meipſum. Quare? Quia ille de ſurſum venit, & ideo ſuper omnes de iure eſſe debet, ego autem de terra ſum: proptereaque, & perſona mea, & verba mea diſtant à magnitudine ſuperioritatis eius tum naturalis tum ei ab omnibus hominibus,ſecundum iuſtitiam debitæ, quantum diſtat cælum à terra. Sic ergo, iuxta ſeriem textus, zelum non ſecundum ſcientiam, quo mouebantur diſcipuli ſui, reduxit Ioannes (quantum in ſe fuit) ad zelum, ſecundum ſcientiam.

ITEM. Nemo poteſt accipere quicquam niſi fuerit ei datum de cælo. Ex his verbis conſtat B. Beatum Ioannem, ſub exemplo perſonæ ſuæ, deſcripſiſſe vniuerſaliter omnium hominum vnam conditionem. Quæ eſt illa conditio omnibus communis? Quòd homo formaliter, ideſt ſecundum ſe,quatenus, ſcilicet ex ſe tantum,conſideratus non poteſt accipere quicquam niſi hoc, ſcilicet quod poſſit accipere,fuerit ei datum de cælo. Vbi breuibus comprehendit, B. Ioannes & maximam impotentiam hominum, ad bonum, & quod maximè neceſſarium eſt eis auxilium diuinum. Magnam quidem, & pluſquam magnam, explicauit hominum miſeriam Apoſtolus dicēdo 2. Cor. 3. Nō ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, quia ſi non cogitare, multò minus loqui, & adhuc multo minus facere, ſed præcurſor his omnibus miſerijs maiorem tetigit dicens, Non poteſt homo accipere quicquam. Hoc eſt (vt colligendo ſingula, apertè dicatur.) Si Deus quantum eſt ex parte ſua, dona hæc, ſcilicet, & bene cogitandi, & bene loquendi, & bene operādi, dederit nobis, non poſſumus illa dona accipere, & conſequenter nec bene cogitare, nec benè loqui, nec bene operari. Nam ante ſingula horum trium præſupponitur, accipere (vt patet.) Vide quantam hominis miſeram impotentiam, ſi fortè poſſis excogitare maiorem. Non poteſt cogitare,nec loqui, nec operari,quicquam boni,adhuc, & dona faciendi hæc à Deo ei gratis oblata nō poteſt accipere. Quid ergo poteſt? Nihil. Et hæc reſponſio eſt firmum illud decretum concilij Arauſicani dicentis, Canon. 22. Nemo habet de ſuo; niſi mendacium,& peccatum. Quomodo igitur ſaluari poterit homo, ſi nec bona, quæ ad ſalutem requiruntur,facere poteſt,nec donum illa faciendi à Deo gratis offerente poteſt accipere? Illo modo,quem B. Ioannes mox innuit dicens, Niſi fuerit ei datum de cęlo, ſcilicet vt poſſit accipere, & actualiter accipiat illud donum. Maxime ergo neceſſarium ſecundum præcurſorem,eſt homini auxilium diuinum (vt ſupra, circa conditionem hominum,ſecundo loco dicebatur:) vt poſſit, non obſtante tanta eius impotentia prædicta, ſaluari. Oportet enim quod Deus auxilietur nobis primo dona ſua gratis offerendo, poſtmodum ſubſequenter dona illa in nobis accipiendo. Porrò duo hæc nobis ex auxilio diuino neceſſaria explicarunt Apoſtolus,& pſalmiſta, per illud Epheſ. 4 Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus,& per illud pſal.67. Aſcendiſti in altum, cæpiſti captiuitatem,accepiſti dona in hominibus. Ecce. Vnam, & eandem ſententiam Spiritusſanctus diuerſimodè explicauit. Putas ne; iſtam differentiam locutionis ſine cauſa obſeruauit Spiritusſanctus, ſine cuius prudenti iudicio, nec vnus paſſer cadit ſuper terrā,& capilli capitis noſtri oēs numerati ſunt? Matt.10. abſit vt infra.

Verus ſenſus præſentis textus ſupra declaratus ſumitur ex apertiſſima littera Concil. Arau.

Maxima neceſſitas eſt nobis de auxilio diuino ſemper,& vbiq; etc.

AN-

ANNOTATIO SECVNDA Cap. III.

NISI fuerit ei datum de cælo.] Secundum hoc præcurſoris teſtimonium, datur de cælo homini, & donum aliquod, & accipere. Totum enim illius dictum hoc, ſcilicet. Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cælo, cõſtruitur ſic: vt & illud nomen, quicquam, & illud nomen, accipere, ſtent pro nominatiuo iſtius verbi, fuerit datũ: vt dicamus, Niſi. Quicquam (quodcunque ſit illud) fuerit ei datum, & niſi accipere, fuerit ei datum. Sed dices. Si Deus data ſua gratuita accipit in nobis: quid faciet noſtrum liberum arbitrium? Videbitur enim tunc nihil facere, ſed tantum pati, ideſt non concurrere actiuè ad ſuam ſalutem, ſed ſolum paſſiuè; quod eſt contra veritatem catholicam, cum ſit contra Concilium Tridentin. ſeſſ. 6. Canon. 4. dicensi. Si quis dixerit: liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari, aſſentiẽdo Deo excitanti atque vocanti, quo, ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet, neque poſſe diſſentire, ſi velit, ſed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque paſſiue ſe habere: anathema ſit. Hæc ibi. Quam veritatem & glorioſus Eccleſiæ catholicæ Doctor, Sanctus Thom. irrefragabiliter his verbis probauerat 1. 2. quæſt. 113. articul. 3. Iuſtificatio impij fit Deo mouente hominem ad iuſtitiam. Ipſe enim eſt qui iuſtificat impium (vt dicitur Rom. 3.) Deus autem mouet omnia, ſecundum modum vniuſcuiuſque, ſicut in naturalibus videmus, quod aliter mouentur ab ipſo grauia, & aliter leuia, propter diuerſam naturam vtriuſque. Vnde, & hominem ad iuſtitiam mouet, ſecundum conditionem naturę humanę. Homo autem ſecundum propriam naturam habet, quod ſit liberi arbitrij. Et ideo in eo, quod habet vſum liberi arbitrij, non fit motio à Deo ad iuſtitiam abſque motu liberi arbitrij. Sed ita infundit donum gratię iuſtificantis, quod etiam ſimul cum hoc mouet liberũ arbitrium ad acceptandum gratiæ donũ in his, qui ſunt huius motionis capaces. Hæc ibi. Ex quibus etiam habetur reſponſio ad obiectionem ſuperius factam. Negatur enim illa conſequentia ibi virtualiter deducta, ſcilicet ſi Deus accipit in nobis dona ſua, ergo liberum arbitrium concurrit ſolum paſſiuè ad ſuam ſalutem. Vnde ad interrogationem illam, qua dicebatur: Si Deus dona ſua in nobis accipit, quod faciet noſtrum liberum arbitrium? reſpondetur: quod accipiet, ideſt per actiuum conſenſus acceptabit dona illa, quæ Deus offert ei. Et quomodo ipſum arbitrium illa dona accipiet, ſi Deus accipiet illa? Quia ipſum accipere Dei eſt facere, quod nos accipiamus illa. Non enim à propheta Domino de donis homini datis dictum ſimpliciter fuit, Accepiſti dona, ſed cum additione, Accepiſti dona in hominibus. Quid verò eſt accipere dona in hominibus, niſi facere, q̃d homines accipiant ipſa dona? Id quod optimè docuit (vt ſupra allegatum eſt) Sanctus Doctor dicens: Deus ita infundit donum gratiæ iuſtificantis, quod etiã ſimul cum hoc mouet liberum arbitrium ad acceptandum gratiæ donum. Per hoc ergo, quod liberum noſtrum arbitrium accepiat dona, concurrit actiuè ad ſalutem, quoniam acceptare (ſecundum grammaticos) eſt verbum actiuum, ideſt ſignificans actionem. Quia tamen hoc ſuum acceptare non eſt de ſuo, ſed ex gratuito Dei auxilio, ideò nihil habet homo vnde poſſit verè gloriari, niſi in Domino 2. Corint. 10.

Dubium notandũ, cum optima ſolutione poſtea ſubſequente.

MANIFESTVM ergo ex p̃miſſis reſtat, quomodo in vero ſenſu actiuitatem liberi arbitrij concernente intelligẽda ſit ſententia illa præcurſoris. Non poteſt homo accipere quicquam, niſi de cęlo fuerit ei datum: & quomodo conſequenter per hoc ſuum reſponſum omnem radicem ſuperbiæ (quam ſui diſcipuli velle ei per ſuggeſtionem inſerere videbantur) quantumcumque minimam tum in ſeipſo eſſe iam omninò eradicatã mõſtrauit, tum à diſcipulis illis, imo etiam ab omnibus alijs, quantum in ſe fuit, euulſit, & ideo hæreſim Pelagianam, quę nimium in hoc tribuens libero arbitrio dixit contrarium funditus vniuerſaliter euertit. Cęterum inſtabit quis dicens. Nonnè BB. Auguſtinus Hieronymus alijq; ſacri Doctores, vt liberum arbitrium

Pelagiana hæreſis funditus euertitur per tex. et per concili.

De ſuo-

Digitized by Google

bitrium oſtendant cooperari actiuitate quadam ad ſalutem hominis, dicunt, qđ aſſentire bonis Dei inſpirationibus, & poſt etiam ſanctis operibus actu faciendis, eſt noſtrum? Vtique dicunt, illud aſſentire re vera eſſe noſtrum, ſed nunquam dixerunt, quod illud aſſentire ſit de noſtro. Scis, quid ſit noſtrum, & de noſtro? Solumodo peccatum, & mendacium, ideſt peccati excuſatio (iuxta concilium Arauſicanum, ſupra.) Reliqua verò omnia, ſi bona ſaltem ex genere ſint poſſunt dici & eſſe noſtra, ſed non de noſtro. Quid eſt eſſe de noſtro? Ex noſtra (vt aiunt officina, abſque auxilio dato nobis de cęlo, (vt patet in peccatis 1. 2. q. 79. art. 1.) Vnde cum eodem B. Auguſt. dicimus & nos, quod omnia merita ſanctorum ſunt ſua, ſed nō de ſuo. Quare, non de ſuo? Quia omnia illorum merita ſunt dona Dei. Propterea & quando coronat ſanctorum merita, nihil aliud tunc coronat, quam dona ſua. Non enim ex hoc, quod ſunt dona Dei deſinunt eſſe veraciter merita noſtra, nec econuerſo. Simul ergo ſunt vtrumque, ſcilicet & merita noſtra, & dona Dei. Qđ etiam dixit, contrarium anathematizando, Concil. Trid. ſeſſ. 6. Can. 32.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. III.

NON poteſt homo, accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cęlo] Patent hęc tria, primo, quod Ioānes præſentem ſententiam, licet vniuerſaliter de omnibus etiā intelligatur, dicebat de ſemetipſo (alioquin diſcipulos ad eū de ſeipſo verba facientibus non reſponderet, vtpote extra propoſitum loquens:) 2. patet, quod Ioan. erat in gratia Dei. cum in vtero fuiſſet ſanctificatus, ita vt nunquam de cętero peccaret mortaliter 3. de Sal. q 27 art. 6. ad 1. 3. patet, quod bene operari ad extra, & vitare peccatum, eſt quid maius, quam tantūmodo per conſenſum interiorem acceptare dona Dei. Ex hoc ergo, quod Ioannes de ſeipſo cōfitetur, quod non poteſt, aſſenſu bono interiori acceptare quicquam donorū Dei, niſi fuerit ſibi de cęlo datum, conſtat ad literam, quod ſecundum ipſius doctrinā hanc, homo in gratia conſtitutus non poteſt vitare peccatum, & operari bonum, abſque auxilio ſibi de cęlo nouiter dato. Si. n. ad hæc facienda, ſcilicet operari bonum, & vitare peccatum, non requireretur nouum auxiliū à Deo, tunc Ioan. qui in gratia erat, poſſet acceptare aliquod donum diuinitus oblatum, ſine nouo auxilio ſuperueniente ſibi de cęlo dato, qđ eſſe falſum legenti, & intelligenti rex. patet. Veritati huic ſubſcripſit B. Aug. & per hoc eā confirmauit, in lib. de natura, & gratia. Cui etiam veritati pro faciliori captu aptiſſimū exēplū addidit, dicēs Sicut oculus corporis pleniſſimè ſanus, ni ſi candore lucis adiutus, non poteſt cernere, ſic & homo pleniſſimè etiam iuſtificatus, niſi ęterna luce iuſtitię diuinitus adiuuetur, non poteſt rectè viuere. Hæc ibi. Sed dices. Ergo procedetur in infinitum, ſi exiſtens in gratia indigeat alio auxilio gratiæ. Nam poſito, qđ illud aliud gratię auxilium, quo indigebat, obtineat eadē ratione indigebit adhuc alio auxilio gratiæ, & ſic deinceps ſine fine. Ad hanc inſtantiam reſpondetur, quod deductio illa de procedere in infinitū, eſt falſa, & quod probatio huius mox ſubiuncta nihil valet. Ratio eſt: quia ſic obijciēs laborat ſemper in æquiuoco. Auxiliū. n. gratiæ poteſt intelligi duobus modis, ſcilicet pro gratia, quæ eſt habituale donū inhærens animæ, vel pro auxilio gratiæ, ideſt gratuito, quod eſt motio, qua Deus gratis excitat ac mouet, nos ad aliquod bonum. Primo modo accipit auxilium gratiæ prædictam adducens inſtantiam: Secundo aūt modo auxilium gratiæ ſumitur à B. Auguſt. & in ſuperiorib. Conceditur ergo, ſtante immobiliter veritate ſupradictorum, quod homo exiſtēs in gratia non indiget alia noua gratia .i. alio habituali dono. Nam hoc conceſſo, ſtat adhuc immobilis, & nullo modo ab obijciente offenſa, veritas præmiſſorum, ſcilicet, quod homo in gratia, etiam pleniſſime conſtitutus, indiget nouo auxilio gratuito, ideſt indiget vt moueatur à Deo, ad rectè agendum. Ratio demonſtratiua huius eſt: quia nulla res creata (& gratia res creata eſt 1. 2. q. 110. ar. 1. 2) poteſt in quemcunq; actum prodire niſi virtute motionis diuinę. Gratię ergo donum

Miſerrima homi nis impo tentia, & auxilio Dei ſemper indigens ad quodcūq; bonum.

num habituale non datur nobis ad hoc (quod putauit obijciens) vt per ipſum non indigeamus vlterius auxilio diuino. Quælibet enim creatura indiget, vt à Deo conſeruetur in bono, quod ab illo acceperit. Vnde & in ſtatu gloriæ, quando gratia erit omnino perfecta, & ſancti totaliter in bono confirmati adhuc ſancti ipſi à primo, ſcilicet Beata Virgine matre vſque ad vltimum, indigebunt auxilio diuino. Si enim auxilium diuinum eis non ſemper aſſiſteret, non poſſent, conſeruari in bono illo, quod acceperūt idest in beatitudine conſummata. Pro cuius notitia ampliori aduerte diligenter verba hæc angelici Doctoris 1. q. 104. art. 1. ad ſecundum. Deus non poteſt cōmunicare alicui creaturę, vt conſeruetur in eſſe; ſua actione ceſſante, ſicut non poteſt communicare, quod non ſit cauſa illius. Hæc ibi. Ergo multò minus poterit communicare creaturę, exiſtenti etiā in gratia (hæc enim quoq; res creata eſt) vt poſſit facere bonum, vitareque peccatum, actione ſuiipſius, videlicet Dei ceſſante, Id quod (vt patet) eſt ipſum hominem iuſtificatum nec vitare peccatum, nec operari bonum poſſe abſque nouo auxilio Dei. Cum autem audis de Deo, quod non poteſt aliquid, intellige ſemper, quod illud aliquid implicat contradictionem 1. quæſt. 25. art. 4. aliàs à Deo quantumcumque difficillimum, omnibuſ quę creaturis coniunctim etiam ſumptis impoſſibile eſſet, poſſet fieri, & quidem faciliter, cum ſit ſummè omnipotens 1. quæſt. 25. art. 2. 3. De omnipotentia Dei vide as quoque Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. 1. concl. 1. 3. 5.

Etiam sancti in cœlo actualiter comprehensores indigent auxilio Dei.

ANNOTATIO QVARTA, Cap. III.

NON poteſt homo, &c.] Ad radicitus euellendam Pelagianorum hæreſim ſuperbiæ ſubtiliſſime innixam (tanquam non ſit vulpes, ſed vulpecula, quæ tamen, & ſimiles quanto minus vitantur quia paruę, tanto liberius demoliuntur vineas. Cantic. 2.) valent quidem ſupra dicta per rationes naturales adducta, ſed magis valebūt infra dicenda, vtpote per Eccleſiam catholicam determinata. Nam in fidei diſciplina potius teſtimonijs ſcripturarum, & conciliorum, in quibus loqui Eccleſia intelligitur, quam rationibus purè naturalibus, agendum eſt. Et contra errorem cuiuſdam Feliciani oppoſitum dicentis quem errorem condemnatum reperies, in Elucidar. pri. part. articulorum num. 8. & 1. 2. articulorum num. 378. & 2. 2. art. nu. 5. Item in Veritatib. aureis ſup, &c. Gen 2. cōcl. 10. & c. 4. cōcl. 1. & c 13. cōcl. 7. & nu. 23 cōcl. 5. Quę eſt illa hęreſis Pelagiana, tam bis tacta, ſed nondum plenè declarata? Quod homo viribus proprijs abſque gratia Dei poteſt & peccata vitare, & mandata eius omnia ſeruare, & vitam ęternam proprijs meritis conſequi. Hæc (vt vides) ſuperbia Luciferina eſt plena, ſeipſam intantum eleuans; vt in contem tum Dei erumpat, vtpotè gratiam eius parui, imo, & nihili, pendens, quandoquidem etiam Lucifer, qui & diabolus hoc modo gratiam Dei pro nihilo ducens voluit viribus proprijs beatitudinem acquirere (quod eſt, appetijſſe, ſe eſſe Deum, 1. quæſt. 63. artic. 3.) propter quam ſuperbiam ipſe cum ſuis, quaſi ſterquilinium in fine perditus eſt, Iob. 20. & aurum eorum in ſterquilinium factum eſt, & vſque in æternum erit. Ezechiel. 7. Meritiſſime igitur Pelagiana illa hæreſis, cum ſuis authoribus, ab eccleſia ſancta catholica fuit olim damnata, vt patet in Elucidationibus formalibus pri. part. articulorum num. 58. 139. 410 499. & 1. 2. articulorum num. 27. 580. 581. 584. 612. & 2. 2. artic. num. 670. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem Leuit. 18. concl. 1. & Num. 34. cōcluſ. 2. & Deuter. 6. concl. 4. Veruntamen, licet prędamnata ſic fuerit, radicem quādam quaſi in inſidijs latens emittere adhuc per aliquos enixa eſt dicentes, quod homo in gratia Dei exiſtens pōt abſq; alio Dei auxilio & peccata vitare, & bona opera facere. Vides ne hic, radicem, eiuſdem ſuperbiæ, quaſi in occulto, pullulare? Gratiam quippe Dei, vt tota hæreſis illa faciebat, non excludit, ſed tamen alio Dei auxilio ſe ad bonum faciendum non indigere proteſtans, ſuperbiam quandam occultam de officina Pelagiana ſapit, quoniam hominem de ſe aliquid poſſe abſque motione diuina, quamuis

Error contra fidem quem ſuperbia Pelagiana ab inferis damnatorum extraxit.

non

non ſine habituali gratia dicit.

LICET ad illius infectæ radicis euulſionem ſufficere poſſet illud, Galat. 6. ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit, tamen (vt ſtemus promiſſis) adducātur Eccleſiæ ſanctiones quæ in terminis diſputationi propinquioribus loquantur. Concilium itaque Arauſicanum ſub Leone primo celebratum Canon. 25. ſic ait. Hoc etiam ſecundum Fidem catholicam credimus, quod accepta per baptiſmum gratia, omnes baptizati, Chriſto auxiliante, & cooperante, quæ ad ſalutem pertinent, poſſint adimplere. Hæc ibi. En: hos in gratia cōſtitutos poſſe facere ea, quæ pertinent non audet concilium, ſecundum fidem catholicam loquens, affirmare, niſi addat Chriſto auxiliante, & cooperante. Rurſus idem infra, Canon. eod. Hoc etiam ſalubriter credimus, & profitemur, quod in omni opere bono nos non incipimus, & poſtea per Dei miſericordiam adiuuamur, ſed ipſe nobis nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem, & amorem ſui, prius inſpirat: vt & baptiſmi Sacramentum fideliter requiramus, & poſt baptiſmum cum ipſius adiutorio eas, quæ ſibi ſunt placita, implere poſſimus. Hæc ibi Ecce, non vult Concilium baptizatos, quos iam eſſe in gratia nouit, bona opera implere poſſe; nec credere ſalubriter nec ſalubriter profiteri: niſi adiungatur, cum Dei adiutorio. Rurſum idem Canon. 10. Adiutorium Dei etiam renatis, ac ſanctis eſt ſemper implorandum, vt ad finem bonum peruenire, vel in bono poſſint opere perdurare. Hæc ibi. Item Canon. 19. Natura humana, etiam ſi in illa integritate, in qua eſt condita, permaneret, nullo modo ſeipſam, creatore ſuo non adiuuante, ſeruaret. Hæc ibi. Natura verò humana in illa integritate erat in gratia Dei, quandoquidem condita fuit in gratia 1. quæſt. 95. art 1. & tamen hic legis hanc gratia ornatam non poſſe ſeipſam ſeruare, niſi addito adiutorio creatoris ſui. Cæterum, quanti æſtimanda ſint localia i. prouincialia concilia (quale fuit Arauſic.) docet Concil. Nicænum ſecundum generale, action. 3. dicēs. Locales autem Synodos non auertimus, ſed magis amamus, amplectimur, & recipimus, earum etiam diuinitus inſpiratas canonicas conſtitutiones, correctiones, & vtiles earum legiſlationes, ſumma obſeruatione colimus. Hæc ibi. Item octaua Synodus, quæ eſt Conſtantinopolitana quarta dicit, Can. 1. Regulas, quæ eccleſiæ ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ tam à Sanctis Apoſtolis, quam ab orthodoxorum vniuerſalibus, & localibus concilijs traditæ ſunt, ſeruare profitemur. Sed & omnes, qui Chriſtiano cenſentur vocabulo, damnationib. & iuſtificationib. quæ p illos prolatæ ſunt Canon. ſubijci decernimus. Tenere quippe traditiones, quas accepimus ſiue per epiſtolam, ſiue per ſermonem ſanctorum, qui ante fuerunt, Paulus apertè monet. Hæc ibi. Quia verò conciliorum iſtorum generalium Acta fuerunt approbata à ſummis Pontificibus (vt patet ex concilio Lateranenſi ſub Leone 10.) ideo & ipſa localia, id eſt prouincialia concilia ab eiſdem Pontificibus comprobata ſimul fuiſſe, neceſſario cointelliguntur. Deniq; concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 16. ſic ait Chriſtus Ieſus, in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influit, quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit, & comitatur, & ſubſequitur. Hæc ibi En. Iuſtificati vtique ſunt in gratia: & tamen virtutem adhuc illis ad producendum eorum bona opera influit iugiter Chriſtus.

Conciliorum prouincialiū authoritas ex Cōciliis vniuerſalib.

ANNOTATIO QVINTA.
Cap. III.

PORRO idipſum contra eandem Pelagianam radicem teſtimonium reddunt ſcripturę ſacræ: de quibus vnū locum tantummodo (& hoc ad prolixitatem vitandam) afferamus. De Petro legitur Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 18. quod ad interrogationem vnius ancillæ de diſcipulatu negauit Petrus, ſe eſſe diſcipulum Chriſti. Hic ſiſte pedem, ò prudens lector, & ex dictis in contextibus Euangeliorum nota diligenter illud exēplum optimè ad propoſitū faciens, hincque agnoſcas non ſine cauſa eſſe ſcriptum, Pſal. 2. Seruite Domino in timore, & Philip. 2. Cum metu, & tremore, veſtram ſalutem operemini. Ecce. Petrus Apoſtolorum primus Matth. 10 pau

lo

ſo ante, Chriſto atteſtãte, mundus, Ioan. 13. ideoque in charitate exiſtens, almo corporis, & ſanguinis Chriſti Sacramen to digne aſſumpto præmunitus, de futura hac tentatione à Domino pręmonitus: mori potius, quã negare Chriſtũ, paratus ad defenſionem magiſtri nunc, nunc, abſcindendo auriculam vnius miniſtrorum, feruentiſſimus, Luc. 22. ad vnius non armati militis, aut comminantis Phariſęi, ſed inermis, & forſan commiſerantis ancillæ, primam vocem omnium ſuorum bonorum oblitus, armis ſpiritualibus, quibus iam, iam, accinctus erat, puſillanimiter deiectis, negauit Chriſtũ tã ſibi prius ſuper omnia chariſſimum, & ſucceſſiue tali negationi addidit deteſtationem, & periurium. Quare tantus vir ad tantam ſubitò ruinam deductus eſt? Quia inter gratiam habitualem, & vſum illius differentia magna eſt. Non enim (vt in Petro patet) ſumus ex nobis ſufficientes ad vſum gratię, ideſt ad vtendum gratia, quam habemus: ſed ad vtendum ipſa egemus gratuito, & continuo Dei auxilio. Quia enim iſto caruit tunc Petrus (quandoquidem illud auxilium ſpeciale, iuſto ſuo iudicio, Deus quo omnia rectiſſime facit, ſubtraxit tunc a Petro relinquens eum ſibipſi adhuc in gratia habituali conſtituto) ideo cecidit, & gratiam, quam in anima habebat, perdidit. Sic Moyſes & Aaron, Nume. 20 ad aquas contradictionis, ſic ẽt Dauid, de quo Dominus dixerat, Act. 13. Inueni virum ſecundum cor meum, ceciderunt. Quis ergo pręmiſſa conſiderans cum Concilio Arauſicano, contra radicem ſuperbiæ Pelagianę, non dicat; Adiutorium Dei, etiã renatis, ac ſanctis, ſemper eſt implorandum? Canon. 10. Nonne, & eccleſia, ad tollendam radicem illam de mundo, frequenti clamore quotidiano dicit, Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina? Et tamen hoc dicentium multi ſunt in gratia.

Contra Pelagianorum ſuperbiam ſtat Petra

in tex. & Eccleſia tota in ver. Deus in adiutorium meũ intende, &c.

CAPITVLVM QVARTVM.

Vt ergo cognouit IESVS; quia audierunt Phariſęi, quod plures diſcipulos facit, & baptizat; quam Ioãnes, &c. Oportebat autem eum tranſire per mediam Samariam. Venit ergo in Ciuitatem, &c. vſque ad finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA, Cap. IIII.

Iudęi dicentes, quod tempus Meſſię Deo ipſis in Lege promiſſi non venit per famam publicam ex rerum euidentia natam redduntur inexcuſabiles, & negantes, quod Ieſus Nazarenus ſit ille Meſſias de falſitate conuincuntur ex ore proprio ipſius Domini, magnoque teſtimonio Samaritanorum.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per textũ: Scio quia Meſſias venit. & tex. Ego ſum qui loquor tecum, & tex. Ipſi audiuimus, & ſcimus, quia hic eſt vere Saluator mundi. Prima itaque pars, quod ſcilicet Iudęi de tempore aduentus Meſſię præterito ex publica fama, & euidenti reddantur inexcuſabiles, patet ex eo, quod mulier dicit, Scio quia Meſſias venit. Vnde enim mulier hæc Samaritana, cum in libris non ſtuduiſſet, potuit

ſcire,

Digitized by Google

ſcire, quod Meſſias venit, ideſt iam in proximo eſt, ſi tamen nondum de facto venerit, vt veniat, niſi ex publica in regionibus illis fama? Notorium ſiquidem erat temporibus ſuis apud omnes Samaritanos, quod tempus Meſſiæ per legis promiſſionem præfixum quam recipiebant, adimpletum erat, & conſequenter quod Meſſias aut iam venerat (quamuis nondum ad faciem cognoſceretur) aut, quin citius veniret, tardare non poterat. Rerum quippè euidentia probabant omnes Samaritani, quod rex de ſtirpe Iudęorum defecerat, cum Herodes alienigena regnaret in Iudæa, & hanc rerum euidentiam conferebant ſcripturæ legis, quæ dicit, Geneſ. quadrageſimo nono. Non auferetur ſceptrum, &c. ideſt ſignum certum actualis aduentus Meſſiæ erit ablatio regni Iudæorum à rege naturaliter Iudaico. Quia igitur talis ablatio regni nulla tergiuerſatione celari poterat; & impoſſibile erat, veritatem ſcripturæ deficere, ideo ex his concludere cogebantur de Meſſia illud, quod ſupra dictum eſt. Dixi de Samaritanis, quod recipiebant legem Dei Pro cuius rei notitia recolendum eſt illud, quod habetur ex quarto Reg. decimo ſeptimo. Videlicet, quod in regno decem tribuum Iſraelis habitabant gentiles illi, qui illuc translati fuerant à rege Aſſyriorum, captiuatis per eum inde prædictis decem tribubus. Hi autem gentiles conueniebant, ſed non in omnibus, cum Iudæis: vnde, & tanquam excommunicati, ac hæretici à Iudæis æſtimabantur, propter quod & hic dictum eſt, Non coutuntur Iudæi Samaritanis. Conueniebant verò in hoc, quod recipiebant legem Dei, ideſt quinque libros Moyſi (& hoc: ex accidenti quodam:) non autem prophetas, neque omnes libros veteris teſtamenti. Ex accidenti, inquam, quod tale fuit. Cum fuerunt primò iſti gentiles tranſlati in terram illarum decem tribuum, Dominus Deus Leones miſit illuc, ipſos deuorantes. Quamobrem rex Aſſyriorum, habito conſilio ſuper hoc, miſit vnum de Sacerdotibus Iudæorum captiuis, vt doceret illos gentiles colere verum Deum Iſrael: vt ſic ab impetu Leonum liberarentur. Receperunt ergo cultum veri Dei, & conſequenter quinque libros ab ipſo per Moyſen Iudæis datos veruntamen cum hoc colebant etiam idola (vt ibidem quarto Reg habetur.) Gentiles autem illi dicebantur Samaritani: eo quod terra illa tota, quam incolebant, communi nomine vocabatur Samaria nomine ciuitatis eius principalis, quæ antiquitus nominabatur Samaria. Licet enim tunc, quando Chriſtus per occaſionem tranſeundi de Iudæa in Galilæam, illuc venit, eſſet deſtructa illa ciuitas primaria: tamen nomen ex ea toti illi regioni relictum remanſerat.

Vnde mo et fuerint Samaritani ad recipiendum legē Dei.

EX EO igitur, quod mulier iſta dixit, Scio quia Meſſias venit, reſtat clarum, quod Iudæi tempus Meſſiæ nondum completum fingentes, redduntur inexcuſabiles. Si enim Samaritani, qui hoſpites nouiter facti teſtamenti veteris erant (vt declaratum eſt) completionem temporis illius in ipſius teſtamenti libris penetrauerant: multo vtique magis Iudæi iam à principio in illius teſtamenti lectione aſſueti hocipſum penetraſſe debuerant. Itaque illuminatio hæc Samaritanorum eſt teſtis, & damnatio cæcitatis Iudæorum. At inquies. Nunquid Iudæi, tempus aduentus Meſſiæ tunc finitum eſſe, ignorauerunt? Non: & ratio eſt ſcientia Samaritanorum prę miſſa, ſecundum illam regulam Philoſophi in lib. Topic. ſi de quo minus videtur ineſſe, ineſt; multo magis de quo plus videtur ineſſe inerit. Samaritani ergo per illam ſuam de aduentu Meſſię cognitionem oſtendunt, illud eſſe Iudæorum figmentum, quo prædicant contrarium, & malitioſam eſſe illam eorundem interpretationem, qua vt verum eſſe illud ſuum figmentum oſtendant, ſcripturam prædictam Geneſis, multaſque alias conſimiles deprauant. O certe illorum, aliorumque ſcripturas deprauantium, immane ſcælus, ac iuſta damnatio, quo ipſi falſi, ne falſi appareant, veritatē ſcripturarum infalſitatem peruertunt. Ex tribus ergo capitibus redduntur de illa ſua perfidia Iudæi inexcuſabiles

Samaritanorum cognitio hac eſt teſtis magnus contra Iudaos.

Digitized by Google

ſabiles, ſcilicet ex Samaritanorum publica notitia rei illius, & ex ſuaipſorum eiuſdem rei cognitione maiore, & ex malitia enormi cognitionis illius originem, ſcripturas videlicet, corrumpente. Cęterum, vt de iſto hic přeſuppoſito, occaſionaliter ex notitia illa Samaritanorum deducto, quod ſcilicet Iudæi certo cognouerint tempus aduentus Meſſiæ, tunc fuiſſe completum, vt de iſto inquam, inſtruaris amplius, vtpote ex dictis, factiſque eorundem Iudæorum: recurre ad ſupra dicta ibi, capit. primo. Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, &c.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Negantes, quod Ieſus Nazarenus ſit Meſſias à Deo in lege promiſſus, de falſitate conuincuntur ex ore proprio ipſius Domini, magnoque teſtimonio Samaritanorum, demonſtratur ex textu. Ego ſum qui loquor tecum, & text. Ipſi audiuimus, & ſcimus, quia hic eſt vere Saluator mundi. Quid enim eſt reſpondere Samaritanæ: Ego ſum qui loquor tecum, niſi apertè dicere, ego ſum ille Meſſias, de quo tu loqueris? Certe de nullo Meſſia mulier hæc locuta fuerat, niſi de illo, qui erat in lege à Deo promiſſus. Ergo & Dominus reſpondens ad illam non de conficto, vel aliàs falſo, aut nouicio, ideſt non antea annunciato, Meſſia loquitur: ſed de vero illo eodem in lege promiſſo, de quo mulier ipſa prædixerat: Scio, quia Meſſias venit. Proinde, cum addidit mulier tex. cum ergo venerit ille, nunciabit nobis omnia, non niſi de pertinentibus ad ſalutem, ſecundum ſui ſermonis contextum, intelligebat. Ergo & Dominus reſponſionem ſuam ad ipſam ſic ſubintelligi voluit. Ego qui loquor tecum, ſum Meſſias ille qui annunciabit vobis omnia ad ſalutem pertinentia. Non ergo curioſa expectanda ſunt à Saluatore noſtro (vt expectabat Herodes. Luc. vigeſimo tertio,) non

Quid expectandũ & non expectandũ à Chriſto doces tex.

ars terrenarum poſſeſſionũ diuiſiua (vt expectabat quidam de turba, Luc. duodecimo,) neque miracula non neceſſaria, aut non oportuna, ad ſalutem (vt expectabat Diabolus, Matth. quarto, & Phariſæi Marci octauo, & Iacobus cum Ioanne, Luc. nono,) nec alia huiuſmodi, vel inutilia. Ipſe enim Saluator noller hæc omnia à doctrina ſua excluſit per illud reſponſum ad Samaritanam: ac propterea ſe eſſe illum Deum ibi proteſtatus eſt, de quo ſcriptum eſt, & Pſalm. ſexageſimo ſeptimo Deus ſalutarium (non voluntariorum) noſtrorum, & Iſai. 48. Ego Dominus, docens te vtilia.

DIXIMVS, Samaritanam hanc, ſecundum ſui ſermonis contextum, non niſi pertinentia ad ſalutem comprehendiſſe in ſuo vniuerſali dicto, Annunciabit omnia. Contextus namque ſermonis eius eſt, quod mox, vt ex auditione ſecretorum vitæ ſuæ cognouit, Saluatorem noſtrum eſſe prophetam, & conſequenter habilem ad ſolutionem dubiorum, mouit ei quæſtionem de vero cultu Dei, ideſt quomodo deberet conuenientius adorari, id quod profecto eſt quærere non de curioſis, & inutilibus, ſed de maxime vtilibus, & neceſſarijs ad ſalutem. Quæſiuit enim ab eo: vtrum adorare Deum in monte Garizim (vt Samaritani faciebant) eſſet melius, quam in Hieruſalem (vt Iudęi dicebant.) Patres (inquit) noſtri in monte hoc adorauerunt. Ecce ratio proſe adducta. Patrum nomine intelligit Patriarchas veteris teſtamenti, eo quod Samaritani receperant (vt dictum eſt) quinque libros Moyſi. Porrò ad propoſitum veritatis huius dicti à Samaritana facit illud, quod legitur Geneſ. trigeſimo tertio, quod ſcilicet Iacob rediēs de Meſopotamia Syriæ habitauit iuxta oppidum Sychen, vbi, & emit partem agri à filijs Emor, & erecto altari ibi, inuocauit ſuper illud Deum fortiſſimum. Quia verò, ante ædificationem templi, Iudæi adorabant in montibus, & ſacrificabant, vt patet de Abraam, Geneſ. vigeſimo nono, & de multis alijs vſque ad Salomonem, qui

& in

& in montibus ſacrificabat Deo vero antequam ędificaſſet templum, tertio Reg. tertio, ideo credibile eſt, quod Iacob tunc in monte illo adorauerit, de quo mulier loquitur. De iſto monte Garizim habes Deuter. vigeſimo ſeptimo, quod filij Iacob ingrediendo terram promiſſionis benedixerunt Deum ibi. Videbatur ergo huic mulieri ex auditu prædictorum in lege, quod ad imitationem primorum patrum melius adorarent Samaritani Deũ Iſrael, quam Iudęi. Quod diſſidium inter vtroſq; B. Auguſt. explicans ait. Contentio fuerat inter Samaritanos, & Iudæos: quia Iudæi in templo à Salomone fabricato adorabant Deum, & ideo meliores ſe eſſe iactabant. Quibus Samaritani dicebant. Quomodo iactatis vos, quod templum habetis, quod nos non habemus? Nunquid Patres noſtri, qui Deo placuerunt, in illo templo adorauerunt? Melius ergo nos in hoc monte Deum rogamus: vbi patris noſtri adorauerunt. Hæc ille.

EGO SVM, QVI Loquor tecum.

Humilitatis virtus multũ placet Deo & vtilis valde homini eſt.

ADEO humilitas Domino noſtro placet, vt de ipſo ſcriptum ſit, & Pſalm. 118. Intellectum dat paruulis, & Iacob. quarto. Humilibus dat gratiam. Ecce. Samaritana hæc à Chriſto audiuit, quanta fecerat peccata, de hiſque ab ipſo ſatis redarguta eſt dicente: Bene dixiſti, quia non habeo virum, quinque enim viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus vir. Hoc vere dixiſti. Nunquid proprijs ignominijs peccatorum, cum graui redargutione auditis, contra corripientem, quem putabat ſimplicem Iudæum, irata eſt: & ipſum, tanquam ex odio inueterato Iudæorum contra Samaritanos motum, auerſata eſt, & cum ſtomacho repellens eum iniurijs atque conuicijs ſuperciliose eſt proſecuta? Non, imo (vt Beatus Chriſoſtomus inquit) mulier hæc à Chriſto reprehenſa non contriſtata eſt, neque dimittens fugit: Sed admiratur magis, & immoratur, dicens, Domine, video quia propheta es tu. Quaſi dicat in hoc, quod mihi occulta dicis, oſtenderis, propheta eſſe. Deinde quia hoc ſuſpicata eſt, nihil mundanum eum interrogauit, non de corporis ſanitate, non de vanis; non moleſtatur ſiiendo, pro doctrinis ſolicita. Hęc ille. Tanta ergo humilitate reuerentiali data in muliere hac: non mirum ſi gratiam ei Dominus, & intellectum contulerit, iuxta ſcripturas ſupra citatas: Mirum tamen quod tantam, & tantum. Quantam? Ego ſum, qui loquor tecum. Quantum? Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abijt in ciuitatem, & dixit illis hominibus: Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quęcumque feci. Nunquid ipſe eſt Chriſtus? Grandis certe intellectus Samaritanæ huius ad verba diuina. Sicut enim Apoſtoli, ad vocem Domini eos vocantis, mox dimiſerunt retia, Matth. quarto, ita hæc ad vocem illam, Ego ſum, qui loquor tecũ ſtatim dimittit hydriam oblita eſt aquæ: & vltra hoc, Euangeliſtarum opus facit, nec vnum tantum vocat, ſed ciuitatem integram dicens; Venite, & videte hominem continentem verbum ſupra hominem. Ipſe enim dixit mihi omnia, quæcunque feci. Grandis intellectus huius mulieris, in quem intellectum diuinorũ verborum quodammodo totaliter immerſa non verecundatur, vt ipſorum verborum annunciet veritatem, propriam in ſuorum conciuium memoriam reducere laſciuiarum culpam. Vere, ignitum Domini eloquium vehementer, Pſalm. 118. Verè lampades eius, vt lampades ignis, atque flammarum, Cant. 8. Anima enim (vt in te hoc in loco Samaritana docet) cum ignita fuerit igne diuino, ad nihil eorum, quæ ſunt in terra, de cætero aſpicit, neq; ad gloriã, neq; ad ignobilitatem, neque ad verecundiam, ſed ad vnam ſolam quæ detinet eam, flammam.

Cæterum poſtquam vidiſti quantum intellectum ex verbis ſuis contulerit Dominus Samaritanæ, vide nunc, quantam gratiam. Ego ſum (inquit) qui loquor tecum. Mira certe gratia. Vbi inueniſti vnquam ſaluatorem noſtrum diſcipulis ſuis de ſeipſo ſic aperte locutum? Nunquid, & Iudæis vrgentibus atque dicentib. Ioan. 10. Quouſq; animam noſtram tollis? Si

tu es Chriſtus dic nobis palã, voluit, ſeipſum ita clare manifeſtare? Non. Et tamen nunc vltro, & in prima quidem ad Samaritanam ſermocinatione, verbis ſe eſſe Chriſtum tam perſpicuis aperit, vt nihil ſupra. Quare hoc? Vt hinc agnoſcas primo, quod illi non pro diſcendo quærebant, ſed pro iniuriando, hæc verò ex ſimplici mente loquebatur. Secũdo, ꝙ hæc manifeſtatio non erat periculoſa ad præueniendum paſſionem eius, qua ratione prohibuit aliquando diſcipulis publicare, ſeipſum eſſe Meſſiam, vel etiam in monte transfiguratum. Tertio, quod gentiles præfigurabantur notitiam clariorem de Chriſto habituri, quam Iudæi, & magis, quam ipſi, hanc notitiam faciliter, (vt in muliere illa, alijſque poſtea Samaritanis patet) recepturi, cum magnaque deuotione conſeruaturi. Ego ſum (inquit) qui loquor tecum. Meſſiam de quo locuta erat mulier, monſtrat Saluator in hoc ſuo de ſe reſponſo, debuiſſe (iuxta, ſcilicet legem: in qua promittebatur) eſſe Deum verum, & verum hominem in vna perſona diuina. Dicendo.n. Ego ſum, importat verum Deum, cũ hoc, ſcilicet eſſe, ſit illius proprium nomen (vt patet ex eo, quod dicenti Moyſi Domino Exod. 3. ſi dixerint mihi, quod eſt nomen eius, quid dicam eis? reſpõdit, Dominus, Ego ſum, qui ſum. Sic dices filijs Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos:) &, Qui loquor tecum, importat tum hominem verum; tum perſonam diuinam. Hoc ſiquidem relatiuum, Qui, refert perſonam illius antecedentis, Ego ſum, & hoc (vt patet ex nunc declaratis) eſt referre perſonam Dei. præmiſſis ergo breuibus verbis ſuis Dominus omnia hæc complexus eſt ſcilicet Ego ſum Meſſias venturus, qui, & verus Deus, & verus homo in vna ſola pſona diuina futurus erat. Nã Meſſias ſecũdum promiſſionem legis venturus naturam verã, & diuinam, & humanã, in vnica perſona, q̃ Deus eſt, debebat habere.

Meſſiã eſſe debere Deum, & hominẽ in vna perſona Dei, oſtendit ſcriptura Sancta.

PROSECVTIO EIVSDEM Secundæ partis.

SCILICET, Magnoque teſtimonio Samaritanorum conuincuntur negantes, quod Saluator Nazarenus ſit verus Meſſias (quæ particula remanſerat probanda) demonſtratur ex tex. ipſi audiuimus, & ſcimus, quia hic eſt vere Saluator mundi. Ex eo enim, quod hęc verba dicebãt mulieri, quaſi reſpõdentes ad ea quæ ipſis illa annunciauerat, conſtat, quod ſic intelligunt, Audiuimus, & ſcimus, quia hic eſt vere Chriſtus, & poſtea ex abundantiori addunt verè Saluator mundi. Annunciauerat ſiquidem iſtis Samaritanis mulier, quod homo, qui totam eius vitam ei dixerat, erat Chriſtus, & ideò poſt auditionem prædicationis ab ore proprio Domini ſuſceptæ, reſponderunt in propoſito eidem, Scimus, quod hic vere eſt Chriſtus. Vnde licet hoc verbum, Chriſtus, non ſit expreſſum in tex. tamen de neceſſitate ſubintelligitur, id quod inſinuat etiam contextus immediate ab eis prædictus, ſcilicet. Iam non propter tuam loquelam credimus, qua, ſcilicet nobis, ipſum eſſe Chriſtum, modo iſto dixiſti: Nunquid ipſe eſt Chriſtus? Vltra etiam ſcimus aliud, quod loquela tua nobis non expreſſit: quod videlicet ipſe idem eſt vere Saluator mundi. Magnum certè (vt dicebat hæc concluſionis particula) eſt horum teſtimonium de Domino & conſequenter virtute magna conuincens de falſitate negantes, ipſum eſſe verum Meſſiam. Vis videre intimius, quod eſt magnum? Ecce. Ab auditu non à quocunq. ſed à Domino immediatè habito, ſumunt in teſtimonio ſuo initium dicentes: ipſi audiuimus, auditus autem eſt ſola via, & magna ad rem magnam, ſcilicet ad veram fidem, iuxta illud, Rom. 10. Fides eſt ex auditu. Et, ſi auditus per verbum Chriſti ab eius miniſtris habitus (vt ibidem Apoſtolus intelligit) eſt quid magnum, quanto magis erit pro magno æſtimandus auditus ille, qui ab ore proprio Chriſti procedit? ſcimus (inquiunt), ſ. certitudine fidei, quę etiam eſt ſimpliciter maior, quam certitudo ſcientię. 2. 2. q. 4. ar. 8. licet non ſit euidentior, quam ſcientia, imo nec euidens, ibid. art. 1. En: quam magnum fructum fecit prędicatio Domini, & in tã parua hora, ſ. duorũ dierum: vt ad tenẽdũ firmiſſimè inducerent Samaritani illa, quæ nec ſenſu nec intellectu videbant, Scimus (inquiunt) magis, quam tu prius, quæ fere Vacillando dicebas; Nunquid ipſe eſt Chriſtus? Non

Samaritanorum facilitas, & firmitas, magna in credendo damnat Iudæos, &c.

Digitized by Google

Non enim nunc, ſcilicet poſt prædicationem eius auditam, non quaſi vel leuiter dubitando, ſed vere, ſcimus. Et hinc patet, prædicationem Domini non tantum exterius ſonaſſe, ſed mentes audientium penetraſſe, eiſque donum fidei (virtute loquentis) contuliſſe. Nota in tex. quod illud aduerbium, vere, cadit ſuper tria videlicet, ſcimus verè, eſt Chriſtus verè, eſt verè Saluator mundi. At ſi tanta Samaritani ad ſolum auditum Domini dixerunt quid dixiſſent: ſi magna Domini miracula vidiſſent? Horum ergo facilitas credendi, etiam ſine miraculis eſt aperta condemnatio Iudæorum, & aliorum ſimilium, qui vel difficulter credunt, vel non niſi miraculorum magnitudine viſa credere volunt, vel (quod peius eſt) miraculis etiam viſis non credunt. Viri ergo iſti ſurgent in iudicio cum generationibus prædictis, & condemnabunt eas, quia, & cætera vt ſupra; Ex Luc. vndecimo.

PORRO EX HOC, quod dicunt, ſe audiſſe, & firmiter credidiſſe, & cætera oſtendunt id, in quo tota ſermocinatio Domini illo biduo eis facta conſiſtebat: nempe in manifeſtando eis ſemetipſum, quis eſſet (id quod magna eſt beatitudo, ſecundum illud, Ioan. decimo quarto. Diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum,) quod, ſcilicet erat, & verus Meſſias, & verus Saluator mundi. Audiuimus (inquiunt,) & ſcimus. Vide tu mirum, & obſtupeſce, imo ex hoc etiam ne mireris; ſi viri iſti ſurgent in iudicio, & condemnabunt hos Iudæos, cum ſimilibus. Quos? Qui, audito Domino Euangelizante de ſe, quod erat lux mundi, reſponſione blaſphema ſeipſos ei oppoſuerunt dicentes: Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum, Ioan. octauo. Vox ergo fidelium, ex imitatione illorum Samaritanorum, poſt auditionem verborum Chriſti à miniſtris eius eſt, Audiuimus, & ſcimus, vox autem infidelium, ex imitatione iſtorum Iudæorum, poſt auditionem verborum Chriſti ab eius miniſtris eſt; Audiuimus, & obtenebrati ſumus. Quare?

Vox fidelium. Vox infidelium.

Quia iſti noluerunt intelligere, vt bene agerent, Pſalmo trigeſimo quinto, & illi inclinarunt aurem ſuam in verba oris Dei, Pſ. ſeptuageſimo ſeptimo, vt de vtriſque pro ſua portione videamus adimpletum illud cauſam illius diuerſitatis hominum adducens, Pſalm. primo. Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit. Hic eſt vere (inquiunt) Saluator mundi. An Iudæorum Deus tantum? Nonne & gentium? Roman. ſecundo. Mundus enim totus in Iudæos, & Gentes, tempore Apoſtoli ſufficienter ſecabatur. Samaritani ergo dicunt Chriſtum non eſſe acceptatorem perſonarum, Actu. decimo, ſeu (quod à blaſphemis dicitur, & ab infidelibus fingitur) partialem, dum confitentur ſe ſcire, eum eſſe Saluatorem non huius tantum, vel illius partis, ſed totius mundi. Quod eſt ipſos confiteri, cum Apoſtolo, quod Chriſtus (quantum eſt de ſe) vult omnes homines ſaluos fieri, & ad veritatis agnitionem venire, & quod daturus eſt (quod iam fecit) ſemetipſum redemptionem pro omnibus, primo Timoth. ſecundo. Dicitur quoque à Samaritanis non tantum vniuerſalis Saluator, ſed etiam verè Saluator, ideſt Saluator ex ijs, quæ proprie, & principaliter nos faciunt miſeros, à quibuſque omnis noſtra miſeria, quæcunque ſit illa pendet. Hæc autem ſunt peccata. Ac ſi ergo conformiter Angelo, Matth. primo dixiſſent. Hic ſcilicet ſolus, & non alius, eſt Saluator mundi, à peccatis eorum.

CONFIRMATIO
Concluſionis I.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ Sanctæ Dei.

QVOD IESVS Nazarenus eſt pro ſaluandis nobis omnibus (nullo penitus hominum excluſio,) & incarnatus, & in mundo faciens, quæ fecit (vt in Euangelijs

gelijs legitur) conuerſatus, & paſſus, & crucifixus, & mortuus, &c. (quod eſt eſſe vere Saluatorem mundi:) vide ex Sacroſanctis Scripturis, Concilijs, &c. declaratum eſſe in Elucidationibus 3. de Sal. art. nu. 2. 94. 95. 96. 246. 247. 261. 168. & 3 de Sacram. Addition. articulorum numero 332. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leuitic. 4. concluſ. 6. & cap. 16. concl. 8. item Num. 17. concluſ. 1. & Deuter. 9. concl. 7. Quod Saluator ipſe fuit verus Meſſias in lege promiſſus habuitq; conditiones Meſſiæ ibi deſcriptas, nec eſt alius pro Meſſia expectandus: vide ex Sacroſanctis, &c. in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum nu. 262. Itē in Veritatib. aureis &c. Deuter. 18. concl. 6. 7 8. 9. Quod Chriſtus eſt verus Deus, & verus homo, vnus in perſona diuina exiſtens: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum num. 28. 112. 107. 139. 17. 42. 158. 159. 160. 161. 189. 33. 36. 86. Item 111. 144. 8. 9 113. 195. & Deuteron. 9. concluſ. 7.

CONCLVSIO SECVNDA Cap. II.

DEVS adeo bonus erga homines eſt vt ab ipſis benè honorari dignetur, imo, & vehemēter exoptet, & hoc ex mera bonitate ſua abſque vlla ſua, ſed ſolum noſtra vtilitate motus: Cuius honor principaliter conſiſtit in interioribus, ſcilicet intellectu, & voluntate, ita vt exterior cultus (qui bonus eſt ex approbatione Chriſti) non ſit per ſeipſum ei gratus, niſi pro quanto procedit ab interiori, & ad interiorem ordinatur.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. venit hora, quando neque in mōte hoc, neque in Hieroſ. ador. pat. & per tex. venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores, &c. vſque ad tex. in ſpiritu, & veritate, oportet adorare. Prima itaque pars, ſcilicet quod Deus, quoniam bonus, dignetur bene honorari ab hominibus, imo, & hoc vehementer exoptet demonſtratur, & quidem à fortiori ex textu dicente, Pater tales quærit, qui adorent eum. A fortiori, inquam, patet: quia quærere aliquid quando id quærere ex vehementi deſiderio naſcitur; eſt maius quid, quam vehementia cordis ſolum interiori exoptare illud, cum ad interiorem addatur tunc exterior vehemētia. Deus ergo ex hoc, quod tales id eſt veros quærit adoratores, oſtendit aliquid plus, quam ſe ſimpliciter dignari, & vehementer deſiderare ab hominib. bene honorari. Porrò in hac parte concluſionis Deus denominatur bonus erga homines, vt conformetur cōcluſio huic textui dicenti, Pater. Nomen enim, Pater, bonitatem, ſeu benignitatem, & viſcera miſericordiæ ſonat erga filios: iuxta illud Pſal. 102. Quomodo miſeretur pater filiorum. Significantius igitur eum Chriſtus magis hic vocauit patrem, quā Deū: vt & ipſe oſtendat, & nos cognoſcamus, quod hoc, ſcilicet Deum non ſolum amare, non ſolum gratos habere, ſed etiam quærere, veros ſuipſius adoratores infert, ipſum eſſe maxime, & inæſtimabiliter bonum erga homines. Tales (inquit) qui adorent eum. Quid intelligit per Tales? Illud, quod præmiſit dicens; Veri adoratores adorabūt patrem in ſpiritu, & veritate. Quaſi ergo aperte poſtea ſubiunxerit. Nā & pater quærit adoratores veros, ſcilicet qui eum adorent in ſpiritu, & veritate. Hoc verò totum concluſionis hæc prima pars denotauit illo vnico verbo, ſ. Bene. Honorare ergo, ſeu adorare, bene Deum eſt honorare, & adorare eum non quocunq; modo, ſed in ſpiritu, & veritate. Vnde hinc habes, quid intelligi debeat per illud dictum, Bene dicamus domino Deo gratias, & per multa alia, ſ. benedicite omnia opera domini Domino, Ecce nunc bene dicite Domino omnes ſerui domini; Bene dicam Dominum in omni tempore, &c. In omnibus enim his, & ſimilib. illud aduerbium, Benè (ſiue per ſe, ſiue, coniunctim, proferatur) ſignificat hoc totum, ſ. In ſpiritu, & veritate. Ex quo patet, quod qui dicūt gratias, laudes, Pſalmos, Miſſas, &c. Deo non in ſpiritu, & veritate, illi non obediunt inuitationibus prædictis, à ſpiritu ſancto

Bene, i. in ſpiritu, & veritate, laudemus Dominū, &c.

ſancto ad nos per pſalmiſtam, vel per alios, factis, ac per hoc non ſunt veri adoratores. Cęterum quid eſt, adorare in ſpiritu, & veritate?

ADORARE patrem in ſpiritu, eſt adorare eum interiore cultu conſiſtente in ſpiritu idest in anima prout ſpiritus officium habet, ideſt quatenus bonis ſpiritualibus; quæ præ ſuæ bonitatis altitudine paſſim non videntur 2. Cor. 4 intendit Adorare eum in ſpiritu eſt, nihil in ſpiritu tuo videre, quando adoras, niſi illum, quem oras .i. niſi Deum Adorare ergo patrem in ſpiritu eſt, tẽpore orationis claudere oſtium cordis omnibus alijs tùm locutionibus tum vagationibus, tum diſſolutionibus, tum minimis etiam cogitationibus, ſimulq; illud aperire ſoli Deo introducendo illum: ac ipſi ſoli in ſpiritu contrito, & humiliato, dulciter cohabitando, & de ijs, quæ ad ſalutem ſpiritualem faciunt, tota deuotione ſuppliciter colloquendo. Adorare autem Deum in veritate eſt adorare eum interiore cultu conſiſtente in cognitione illa, quæ per anthonomaſiam, ideſt per ſingularem excellentiam, veritas eſt, ideſt conſiſtente in fide catholica. Admittas ergo in adoratione tua ſolummodo ea quæ fidei Catholicæ, ideſt fidei, quam ſedes Apoſtolica (Eccleſiam Romanam dico) docet, conſona ſunt, & tunc adorabis Deum in veritate. Adorare ergo patrem in ſpiritu, & veritate eſt cultus interior conſiſtens in intellectu, & voluntate, adorantis, inquantum, ſcilicet fide, ſpe, & charitate, fit illa adoratio, cum fides ſit in intellectu, 2. 2. quæſtio. 4. articul. ſecundo. Spes autem, & charitas, in voluntate 2.2. quæſt. 18. art. 1. & quæſt. 24. artic. 1. Vera igitur adoratio, à qua veri adoratores dicuntur, conſiſtit in imagine Dei, & ab ipſa imagine fit, quæ procul dubio eſt non corpus, ſed anima hominis intellectiua, intellectum videlicet, & voluntatem continens 1. quæſt. 93. artic. 6. quibus anima eſt capax Dei ideſt Maieſtatis, bonitatis, magnitudinis, &c. eius 1. quæſt. 93. articul. 4. Concludamus ergo totum, cum B. Auguſtino, dicentes. Quærebas montem forte ad adorandum, vt Deo eſſes propinquior, ſed ipſe, qui in altis habitat humilibus appropinquat. Ergo deſcende: vt aſcendas. Aſcenſiones (inquit) in corde eius: in conualle plorationis, quę humilitatem habet in templo. Vis orare? In te ora, ſed prius eſto templum Dei. Hæc ille Auguſtinus ſuper Ioannem.

In ſpiritu & veritate, Deum adorare, quid ſit.

Pſal. 83. Luc. 18.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Et hoc, &c. ſcilicet, quod Deus vehementer exoptet, bene honorari à nobis ex mera bonitate ſua procedit, abſque vlla ſua vtilitate, ſed noſtra demonſtratur ex tex. Pater tales quærit, &c. ſpiritus eſt Deus. Conſtat enim intentum ex eo, quod ille, qui tales adoratores quærit, eſt (vt habetur ex textu) & pater & Deus. Ratione ſiquidem, qua dicitur pater cognoſce in illo bonitatem, & maximam (eſt enim pater patrum, iuxta illud Epheſ. 3. ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur.) ratione autem, qua dicitur Deus, agnoſce primo nullam in eo eſſe indigentiam; iuxta illud, Pſal. 15. Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Nota, quod per illud verbum Quoniam, cauſa, ſeu ratio redditur de præcedenti clauſula. Vt ſi dicamus prophetæ. Quare Dominus eſt Deus tuus? Reſp. Quoniam bonorum meorum non eget. Extendatur ergo, ad hanc normam, locutio, & dicatur. Quare Dominus eſt omnium creaturarum Deus? Quoniam bonorum cuiuſque creaturæ non eget. Rurſus ratione, qua dicitur Deus, agnoſce ſecundo, omnem noſtram ab ipſo pendere vtilitatem. Nam hoc nomen, Deus, (quamuis ſignificet naturam diuinam) imponitur ab vniuerſali rerum prouidentia. Omnes enim loquentes de Deo intelligunt: nominare Deum eſſe hoc, quod prudentiam vniuerſalem habet de rebus. Id quod inſinuare nobis voluit Beatus Dionyſius duodecimo capit. de diuin. nomin. dicens. Deitas eſt, quæ omnia videt. prouidentia, & bonitate perfecta. Vnde

Nomen Dei, dicit prouidentiam de rebus omnibus perfectiſſimã

& Damaſcenus, lib. primo ait, quod hoc nomen, Deus, dicitur vel à Theyn. quod eſt curare, & fouere vniuerſa, vel ab ethyn. ideſt ardere, vel à Theaſſe; quod eſt conſiderare omnia, quæ tria pertinent ad prouidentiam, qua Deus ex ardore ſui amoris maximi erga creaturas motus omnes illas ſapientiſſime, & ſuauiſſime gubernat; prima quæſtio. 103. artic. quinto. Porro, manifeſtum omni recta ratione vtenti eſt, quod prouidentia Dei ſit ad vtilitatem, non ad deſtructionem vniuerſalem creaturarum; prima quæſt. vigeſima ſecunda, articul. ſecundo, cum etiam effectus gubernationis diuinæ ſit, & conſeruatio rerum in bono, & motio earum ad bonum; prima quæſtio. 103. artic. 4. nihilque vnquam, quamuis poſſit, ad nihilum redigat, prima quæſt. 104. artic. tertio, quarto. His ergo duobus terminis textus Euangelici declaratis, patet quod ex eo, quod Deus eſt pater, ad quærendum veros adoratores mouetur ex mera bonitate ſua, & quod ex eo, quod pater eſt Deus, ad quærendum eoſdem mouetur non ex vlla ſua vtilitate, ſed ex noſtra.

Contra Pelagianos particula tex. Quærit, &c.

QVAERIT (inquit;) qui vere adorent eum. Quare quærit? Quia, ſi non quæreret, nullus vere adoraret eum. Homo enim de ſe, & per ſe poteſt in malum, non autem in bonum, niſi præuentus ab auxiliante Deo. In ſignum verò, quod nullus eum verè adoraret, ſi ipſe non quæreret, eſt experientia hæc, ſcilicet quod etiam ſi quærat (vt facit, illuminat enim omnem hominem venientem in hunc mundum, cap. primo) pauciſſimi inueniuntur veri adoratores eius; reſpectu eorum, qui eum vel nullo modo, vel non vere, ideſt non in ſpiritu, & veritate, adorant. Nonne igitur vides ex prædictis, quod Deo non quærente nos ad ſe, (vt oportet) adorandum, nos remaneremus totaliter miſeri, ideſt ſine Deo in hoc mundo, Epheſ. ſecundo, [quo quid magis miſerum?] & conſequenter, quod noſtræ maximæ vtilitatis neceſſariæ deſiderium, quo ardet, eſt cauſa, quod ipſe quærat veros adoratores? Nullum itaque ſuum commodum, nulla gloria maior, incitat eum ad faciendum talem inquiſitionem, ſed ſolummodo noſtrum commodum, imo & neceſſitas, ſolummodo noſtra gloria, & quidem maxima. Quid enim homini commodius, & glorioſius, tum in hac, tum in alia, vita eſſe poteſt, quam Deum verum, patrem noſtrum adorare in ſpiritu, & veritate, ideſt ſic vere ei ſeruire, ſic vere ei ſubijci in omnibus, & obedire vſque ad mortem, & poſt mortem, in ſecula ſeculorum? Nihil plane.

Supra illud, Quærit veros adoratores.

QVAERIT (inquit.) Tantum abeſt, vt propter aliquod ſuum commodum, vel gloriam, vel intereſſe, (vt aiunt) Deus quærat ſuipſius veros adoratores, quod ipſe homo factus quæſiuit cum maximis ſuis incommodis, atque inglorationibus diuerſis (vt in decurſu Euangeliorum patet) eos: qui adorarent patrem in ſpiritu, & veritate. Poſt aſcenſionem quoque ſuam in cęlum, quæſiuit, quærit, & vſque ad conſummationem ſæculi quæret, cum grandi ſuorum prædicatorum, doctorum, confeſſorum, martyrum, & cætera, incommodo, & inglorationibus (in quibus ipſe crucifigitur, &c. iuxta illud ad Petrum, venio Romam iterum crucifigi, & illud, Actu. nono, Saule, Saule, quid me perſequeris?) veros Patris adoratores. Taceo, quod quotidie, qualibet hora, inſpirationibus multis, vocationibus tum internis, tum externis per aduerſa, & proſpera, pluſima (etſi abſque incommodo, non tamen ex ſuo commodo motus) quærit tales adoratores. Recordare, in hoc propoſito, ſuæ maximæ ſolicitudinis omni hora oſtenſæ, dum ad culturam vineę quærebat operatores, Matth. vigeſimo. Culturam quippe vineæ Domini tunc excerceremus, quando imaginem ſuam, quæ eſt anima noſtra, ad veram Dei adorationem reducimus, & modo ſupradicto adaptamus.

ADO-

ADORENT EVM IN Spiritu. Quæſito cum Reſpon. optima.

TEXTVS ex eo, quod dicit, In ſpiritu & veritate taleſque affirmat eſſe veros Dei adoratores, dubium magnũ videtur toti mundo ingerere: An ſ. cultu exteriori adorare Deum liceat, & conſequenter, An exteriorem ipſum cultum exercentes ſint veri, uel falſi, adoratores ſecundum rei ueritatem, non ſecundum opinionem ſolam hominum dicendi. Magnum ſanè dubium, tantoque maius, quãto ad literam uidetur totaliter excludi cultura Dei exterior per illum tex. Venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis, adorabitis Patrem. Patet enim: quod tex. Neque in monte hoc, excludit locum, qui non eſt templum, & quod tex. Neque in Hieroſolymis, excludit locum, qui eſt templum. Ideò nanque de ciuitate illa fit hic mentio, quia ibi tẽplum erat. Nonne igitur per hoc excluduntur vniuerſaliter omnia loca? Nam ſufficienter diuiditur locus, quando de eo dicitur; Aut eſt templum, aut non eſt templum. Excluſis uerò locis omnibus à cultura Dei: quomodo remanebit cultus exterior? Vbi enim fient cęremonię, vbi Pſalmi, Hymni, Laudes, Deo cantabuntur, vbi ſacræ Miſſæ; & ſollemnis pro illius digna celebratione apparatus: ſi omnia vbi, ideſt loca excluſa ſunt? Reſpon. Solutio præmiſſi dubij facilis eſt, ſi verus ſenſus verborum illorum textualium introſpiciatur: quandoquidem tota dubitantium difficultas in ſola eorundem verborum ſuperficie conſiſtebat, ideoq; nihil firmum concludere poterat, quoniam non ſonus, ſed ſenſus, eſt anima verborum. Ad vnam ergo rem faciendam, ideſt ad exculpendum è contextu ſenſum illum, ſolummodo attendemus: & ſic, illo inuento, & aſſignato, omnia de ſe reddentur ſic manifeſta, ut uera pro ueris, & falſa pro falſis, appareant, & teneantur. Porrò illorum textuum, Neque in monte hoc. Neque in Hieroſolymis, ſenſus uerus non poteſt haberi, niſi recurratur ad intentionem Samaritanæ: quoniam Chriſtus ad intentionem eius in illa quam fecerat, interrogatione reſpondet ueritatem. Quam ergo intentionem habebat Samaritana in ſuis illis dictis: Patres noſtri in monte hoc adorauerũt, & vos dicitis, quia Hieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet? Intentio ſua erat quærere à Domino; An ſolum in mõte, vel ſolum in templo Hieroſolymorũ, deberet adorari Deus: ita quod faciebat vim in illa dictione, ſolum. Nec mirum: quia intentio hæc ſua naſcebatur à quadam opinione, quam de Deo ex doctrina ſuorum Samaritanorum habebat; quam opinionem Beatus Chryſoſtomus ſic explicat. Samaritani localem, & particularem Deum æſtimabant [ideò adorabant, quod neſciebant: vt patet in textu;] nihil de eo plus imaginantes, quam de idolis. Et iccircò cultum Dei cum cultu Dæmonum miſcuerunt. Hæc ille. Opinabatur ergo Samaritana Deum circumſcribi loco, ideſt eſſe ita hic, quod non alibi, & ideo in illa interrogatione ſua intendebat facere vim in particula, ſolum: licet hanc particulam, ſicut nec totam conceptionem de re, quam volebat quærere interrogando verbis clarioribus, non expreſſiſſet. His ſtantibus, tam facili rationis diſcurſu, nulla penitus circa literam extorſione facta, patet: quod Dominus in reſpondendo directè tendit ad ſubintellectam interrogantis dictionem, Solum. Alioquin non ſolueret quæſtionẽ illius, ſi ad eius intentum non reſponderet (ut patet etiam in quotidianis reſponſis hominum ad interrogata.)

Intentio Samaritana in ſua interrogatione.

EXPONATVR ERGO textus ille (vt oportet) reſponſiuus ad eam: & dicatur. Venit hora: quando neque in monte hoc ſolum, neque in Hieroſolymis ſolum adorabimus patrem. Nec dixeris non debere ſubintelligi id, quod Dominus non expreſſit: quia conſuetudo eiuſdem Domini reſpondebit tibi in contrarium, & oppilabit os tuum. Conſueuit enim Dominus (ut per hoc oſtendat: quod reſponſionum ſuarum ſenſus verus colligi debet ex præuijs interrogationibus) reſponſiones ſuas ſic temperare: ut ibi taceat, ſubintelligendum, illud, quod ab interrogantibus intendebatur: ſiue id uerbis expreſſiſſent, ſiue non. De primo eſt exemplum in Ioan. 9. Quãdo reſpondit, Neque hic, neque parentes

Regula reſponſio. veriſſima.

eius.

eius. Vbi procul dubio ſubintelligit, licet non exprimat, illud, quod ab interrogantibus Diſcipulis fuerat expreſſum, ſcilicet vt cæcus naſceretur. De ſecundo eſt exemplum Mar. 13. Quando reſpondit, De die illo, vel hora, neque filius ſcit. Ibi enim indubitanter ſubintelligit, tacendo tamen illud: quod in interrogatione ſua Diſcipuli, quamuis apertè nõ expreſſiſſent, intenderant, ſcilicet vt vobis dicat. Expreſsè quidem dixerant Diſcipuli, Dic nobis quando iſta fient, & quod ſignum erit, quando hæc omnia incipiẽt conſũmari: ſed non expreſſerant totum quod voluiſſent ſibi à Domino dici, ſcilicet horã diei illius. Reſpondit ergo Dominus de ſignis, manifeſtãdo ea illis, ſed ad vlterius eorundem intentum poſteà dixit, ſe neſcire de hora diei illius, ſcilicet vt vobis, ſecundum quod deſideratis, reuelem eam. Sic itaque nunc ad interrogationem Samaritanæ reſponſum ſuum temperare voluit, & ſic ab alijs intelligi (ut ſuprà declaratum eſt.)

DE ADORATIONE
Eadem, Proſecutio.

EX textu Euangelico illo, Neque in monte &c. ſic ſuperius (vt oportuit) expoſito conſtat ſequi totum contrarium eius, quod ex ſuperficie verborum ſola ab obijciente ſuprà deducebatur. Ille namque obijciendo dicebat, ex ipſis textibus haberi excluſionẽ omniũ locorum ad adorandum: & tamen ex eiſdem textibus, ſed bene intellectis, habetur incluſio omnium locorum ad adorandum, id eſt quod Deus poteſt, & debet, adorari vbique, ſeu (quod idem eſt) in omnibus locis. Item. Ex illa ſua falſa deductione obijciens inferebat, quod exterior cultus Dei tollebatur è mundo: & tamen ex vera eorundem textuum intelligentia infertur de neceſſitate exterior Dei cultus in toto mundo extenſus. Audiſti iam ſuperius falſas ab aduerſario deductiones: audi nunc ex ſenſu catholico ueras. Neque (inquit) in monte hoc ſolum, neque in Hieroſolymis ſolum adorabitis Patrem. Ergo [Ecce ad literam planam deductio] in alijs etiam locis, &, cum non ſit maior ratio de vno, quam de alio, vt loca ſunt, in omni loco, adorabitis Patrem. Ergo cultu exteriori ubique adorabitis Patrẽ. Ergo per totum mundum exterior Dei cultus dilatabitur. Congruentiſſimè porrò has tres conſequentias in illo ſuo dicto Chriſtus uirtualiter incluſit, ac fecit: quoniam de adoratione principaliter loquebatur, qua ſponſa ſua Eccleſia catholica erat adoratura Patrem: id quod indicat ille textus prædictæ ſententiæ immediatè præpoſitus, ſcilicet venit hora, quãdo. Decet enim vt catholicæ Eccleſiæ adoratio correſpondens, ſcilicet catholica, aſſignetur: qualis profectò eſt adoratio non ad vnum locum, neque ad duo, coarctata, ſed uniuerſaliter ad quemlibet locum extenſa. Confirmatur autem illa textus de vniuerſali adoratione expoſitio à Propheta: qui Eccleſiam ſanctã præuidens Domino per totum mundum adoratione ſupplici ſeruituram exultans, eique congaudens dixit, Pſal. 102. Benedicite Domino omnia opera eius in omni loco dominationis eius [En, prophetia:] Benedic anima mea Domino [En, exultabunda congratulatio:] Vbi nota: quod Eccleſiam uocauit omnia opera Dei: nõ quia præter illam non ſint etiam alia opera Dei, ſed quia inter opera Dei Eccleſia primatum tenet. Sic enim mirabiliter à Deo fabricata eſt, ſic ex omni parte tanquam ſponſa decenter ornata, ſic inæſtimabiliter, & miraculosè, inter tot, tantaſque hoſtium ad bella doctiſſimorum vſque ad vnum eius os (quod non contereretur. Pſal. 33.) cuſtodita, conſeruata, & exaltata: vt videatur eſſe omnia opera Dei, id eſt, quod Deus ad nihil aliud operandum attendat, niſi ad excolendum hanc uineam ſuam, ſcilicet Eccleſiam. Taceo: quod Eccleſia catholica uocatur etiam omnia opera Dei, quia ad ſeruitium eius cætera quæque opera ſua Deus deſtinauit: Angelos bonos pro cuſtodia, Angelos, & homines, malos pro exercitio, &c. ita ut Apoſtolus hoc attente conſiderans, exprimereque uolens quibuſdam, loco Eccleſię magnæ, dixerit, 1. Corint 3. Omnia ueſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue uita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura. Omnia enim ueſtra ſunt, uos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei.

Adoratio Dei ab Eccleſia eſt in textu ad literam deſignata.

Primo.

Eccleſia eſt omnia opera dei: quomodo intelligatur dupliciter.

Secundo.

EXTE-

Digitized by Google

EXTERIOREM ETIAM cultum, quem à Chriſto docuimus in pręmiſſis textibus commendari, ponit, & cõſequenter noſtram ſuper illos textus expoſitionem confirmat, Malachias Propheta, & per Prophetam Deus, dicens, cap. 1. Ab ortu ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur, nomini meo oblatio munda: dicit Dominus exercituum. Item Apoſtolus dicens, 1. Timoth. 2. Volo, uiros orare in omni loco, leuantes puras manus ſine ira, & diſceptatione. Confirmarunt & cultum illum, & illam expoſitionem ſancti Patres .ſ. BB. Luc. Euãgeliſta, Clemens primus, Papa, & Martyr, Dionyſi* magnus, Ignatius, Policarpus, Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius &c. non tantum ſcriptis ſuis (quę longum eſſet recenſere) ſed etiã apertiſſimis factis: quorum utroque condemnatam à ſeipſis eſſe monſtrarũt obijcientis expoſitionem contrariam, ſcilicet quod cultus Dei exterior tollitur è mundo per illos textus. Abſit enim quod tanti & in ſanctitate, & in bona doctrina Patres fecerint contra Euangelium, dum fabricarunt inanimata templa, erexerunt altaria, in quibus Domino Laudes, Hymnos, Pſalmos, cantari à clericis, inſtituerunt, Miſſaſque celebrari, & ipſimet perſonaliter uocibus externis Domino decãtarunt, ſacraſque Miſſas celebrauerunt: templa quoque ipſa cum altaribus ornari, & apparatibus magnis, ſacriſque cæremonijs Domino dedicari, atque conſecrari curarunt. Nonne & ueſtes, Calices, Patenas, Corporalia, &c. pro cultu ipſo exteriori digne exercẽdo particularibus conſecrationibus applicauerunt? Abſit uel ſomniare: quod tam antiqui Patres, Apoſtolorumque recentioribus doctrinarum inſtitutis eruditi, ipſis etiam Apoſtolis Eccleſiarum fundatiſſimis baſibus contemporanei (ut de quibuſdam patet) uidentes prædictos textus Euangelicos non intellexerint eos. Quin potius firmiter concludendum ſic eſt. Quæ fatuitas, quod monſtrum, quanta beſtialitas eſt uel leuiter opinari: quod nouatores quidam hodie nati, vt Lutherus, Caluinus, Vuiclefus, &cæt.) Euangelium aut etiam aliquem Euangelij textum, melius intelligant, quam prędicti Patres ante mille annos, ante mille ducentos, ante mille trecentos, & ſupra, nati, nocte, dieque in lectione Euangelica verſati, intellexerint? Tanta utique beſtialis fatuitas, atque monſtruoſitas eſt hęc: ut nulla maior eſſe, aut fingi, poſſit.

CONTRA EXTERIOREM Cultum dubium, cum reſponſo optimo.

ADVERSVS præmiſſa (licet ex multis capitibus firmata irrefragabiliter ſint) uidetur contextus Euangelij ſequens, ſcilicet in ſpiritu, & ueritate. Quomodo enim exteriorem Dei cultum Chriſtus prædixit futurum, & approbauit (ut ſupra per tex. Venit hora, quando neque in monte hoc &c.) ſi mox ſubdidit, quod ueri adoratores adorabunt in ſpiritu, & ueritate? Spiritus nanque eſt inuiſibilis (ut patet:) & ueritas fidei, quãuis certiſſima, non apparet, Heb. 11. Reſpondetur, quod & hic textus iuxta ſuperficiem ſolã, non autem iuxta uerum eius ſenſum, ab obijciente intelligitur: id quod eſt radix tunc hic, tum alibi, totius deceptionis. Nam ſicut uera intelligẽtia ſcripturarum ſanctarum nihil pro erroribus cauendis melius eſt: ita falſa earum intelligentia nihil ad parturiendos errores peius, ideſt aptius, cum ipſos & faciliter pariat, & ſub vmbra ſcripturarum pro ueritate facilius uenditet (ut patet in facili per totum orbẽ decurſu hæreſum Arrij, aliorumque hęreſiarcharum falſo nomine ſcripturarum ſe in diſſeminandis erroribus iactantium.) Ad rem igitur redeuntes dicimus: quod Chriſtus dixit illud, ſcilicet in ſpiritu, & ueritate, nõ ad excludendum exteriorem cultum, quem iam tunc in priori ſententia, Neque in monte, &c. ſecundum declarationem ſuperius poſitam) approbauerat, ſed ad oſtendendum, quid principalius in adoratione Patris requiratur. Nunquid enim ſibimetipſi contradixit ſeu (quod idem eſt) nunquid contraria ſecundum rei ueritatem docuit, Chriſtus? & ideò dicendum neceſſariò eſt, quod per uerba illa, In ſpiritu & ueritate, aliud exprimere uoluit, quam reprobare exteriorem Dei

Radix errorũ, & ueritatũ cõtrariarum.

adora-

adorationem. Quid enim eſt Chriſtus? Nonne ſumma veritas? Vtique Ioan. 14. Ergo ſemper ſibi conſtitit, cũ hoc ſit veritatis proprium ſignũ: ſicut è diuerſo, ſibi ipſi non conſtare, ſed modo vnum, modo aliud et contrarium dicere, ſeu docere (quod faciunt hæretici) eſt proprium falſitatis indicium. Stat ergo firmum illud iam dictum, ſcilicet quod Chriſtus dicẽdo, In ſpiritu & veritate, denominationem à principaliori facere intendebat, non autem reprobare ſecundarium, niſi forte in hoc ſenſu, in quo ab aliquibus (quales ſunt ignari, & tepidi) ſecũdariũ haberetur, vel quaſi haberetur, pro principali. Quomodo enim intendiſſet abſolute reprobare ſecundarium: cum illud de ſpiritu & ueritate, nõ poſſet dici quid principale, niſi reſpectu ſecundarij? Reſtat igitur manifeſtum: quod de mente Chriſti in his textibus duplex eſt cultus Dei bonus, ſcilicet principalis, (hic vocatur interior: & fit in ſpiritu & veritate) & ſecundarius (iſte vocatur exterior: & fit in exterioribus loco, apparatu, campanarum ſonitu, cæremonijs &c.) & pertõ ſequens de mente ipſius Chriſti eſt, quod vtrouis cultu adorantes Deum ſunt veri adoratores, dummodo principalem pro principali, & ſecundarium pro ſecundario re vera, idelt non tantum uerbis, ſed etiam factis, habeant. Item. Non dixit Chriſtus, In ſpiritu ſolo (ſicut nec Apoſtolus dixit, Rom. 3. Iuſtificari hominem per fidem ſolam:) ſed hæretici de ſuo addiderunt illam excluſiuam, utrobique: vt Eccleſiam catholicam, contra quam ſemper malignantur, impugnare ſub aliquo ueritatis prætextu uiderentur coram popularibus, quorum auram uehementer affectant.

Signũ veritatis, & falſitatis.

DIXI SVPRA, quod Chriſtus per illa uerba, In ſpiritu, & ueritate, non intendebat reprobare ſecundarium (quo modo hoc ſit uerum, tunc declaratum fuit) addens; Niſi forte in hoc ſenſu, in quo ab aliquibus (quales ſunt ignari, & tepidi) ſecundarium haberetur, uel quaſi haberetur, pro principali. Pro huius igitur additi notitia faciliori, & meliori, vtpote ad textum propinquiori, aduertendũ eſt: cuius perſona, & ad quod propoſitum, Chriſtus loquebatur. De perſona patet, quod erat Samaritana: De propoſito etiam patet, quod ad plenè ſatisfaciendum quæſito de adoratione duorum populorum, ſcilicet Samaritanorum, & Iudæorum; uerba hæc [veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu, & ueritate] ſubintulit. Si perſonam itaque illam bene inſpicis, vides eam eſſe gentilem, & conſequenter ſine Deo in hoc mundo (quod gentilibus attribuitur ab Apoſtolo, Epheſ. 2.) & conſequenter quod ipſa, tanquam ſecũdum rei veritatem ignara, cultum exteriorem, qui ſecundum ſe eſt ſecundarius, habebat pro principali. Si propoſitum illud, quo ad Samaritanos, attendis, idem facies iudicium, ſcilicet ꝙ cultum ſecundarium habebant pro principali (erant enim in hoc Samaritanæ ſimiles, idelt ignari:) ſi uerò illud quo ad Iudæos, conſideras, dices, quod non habebant ſecundarium pro principali, quoniam non erãt ignari (Notus enim in Iudæa Deus, Pſal. 75.) Sed quaſi habebant illum pro principali, quoniam erant tepidi. Vnde eſt de Iudæis illud Iſai. 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me, & de eiſdem confirmatum à Chriſto Matth. 15. Tepidi .n. erant: quoniam uerbis confitebantur exteriorem cultum pro ſecundario eſſe habendum, factis autem hoc negabant, id eſt circa exteriorem cultum maius ſtudium ponebant, quam circa interiorem; illum magni, iſtum parui, vel nihili, pendentes in facto, proptereaque exteriorẽ illum habebant quaſi pro principali, & interiorem quaſi pro ſecundario uel etiã pro nihilo. [Quoties iſtam eorum tepiditatem, in Euangelio legis, fuiſſe à Chriſto reprehenſam, pro hypocriſi iudicatã & manibus etiam proprijs flagellatam, ac de templo fugatam?] Ex perſona igitur illa, cui Chriſtus loquebatur, & ex propoſito, de quo loquebatur, haberi iã clarè poteſt: quod Dominus per illa verba, In ſpiritu, & ueritate, reprobare noluit cultũ exteriorem ſolummodo in ſenſu illo ſpeciali, idelt ſecundum quod ab illis Iudæis, & Samaritanis exercebatur: ſimulque conſequenter oſtẽdere, uerum Deoque gratum, modum, quo exterior cultus exerceri debet, & in futurum de proximo exercendus erat. Ac ſi colligen-

do

Digitized by Google

do breuiter ſupradicta apertius dixiſſet ad eam veri adoratores adorabunt. Patrem adoratione quidē exteriori (ut prędixi) non tamen ſicut uos & Iudęi, qui externam ipſam adorationem habetis, vel quaſi habetis pro principali, ſed magis interiori adoratione, quæ conſiſtit in ſpiritu & ueritate, hanc ſcilicet & verbis & ſerioſis factis pręponendo illi exteriori, ideſt hanc re uera practicaliter habendo pro principali, & illam pro ſecundaria. Non ergo ſunt ſecundum Chriſti ſententiam, falſi adoratores ij, qui cultu exteriori adorant Deum, ſed veri: niſi circa hoc præpoſterè ſe habeant, pluris videlicet facientes, vel quaſi faciētes, exteriorem cultum, quam interiorem. Ecce, quomodo omnia ſunt & perſonis colloquentibus, & propoſito, quod inter eas tractatur, conſona valde ad planum literę ſenſum: & ideò ſunt omnino ſimpliciter ab omnibus tum recta ratione vtentibus retinenda, tum fallaci imaginatione hucuſque deluſis, relicto errore ſuo amplexanda.

Epilogus expoſitionis textualis, & quidem optimus.

TERTIA PARS Concluſionis.

SILICET, Cuius Dei honor principaliter conſiſtit in interioribus, ſcilicet intellectu, & volūtate, ita vt exterior cultus per ſeipſum non ſit ei gratus, niſi pro quanto procedit ab interiori, & ad interiorem ordinatur, demonſtratur ab Euangeliſta per tex. ſpiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate oportet adorare. Patet enim quod ſimilitudo eſt per ſe cauſa amoris, 1. 2. q. 27. artic. 3. & conſequenter, quod ſi Deus eſt ſpiritus, adorantes eum in ſpiritu, & veritate, ſunt ei quo ad hoc ſimiles. Vnde fit: vt tales in adorando ſint per ſe, ideſt vt taliter adorantes, Deo grati, &, ſi aliquando aliter, ſcilicet corporali, ſeu viſibili, cultu eum adorant, non ſint per ſe, ideſt vt ſic adorantes, ei grati, niſi inquātum illa corporalis adoratio procedit ab eo, quod eſt Deo ſimile, ideſt à ſpiritu, & veritate, atque ad ſpiritus, & veritatis cōmodum ordinatur, (id quod eſt: exteriorem cultum procedere ab interiori, tanquam ab efficiente, & ordinari ad interiorem, tanquam ad finem.) Totum itaq; rei huius fundamentum ſtat in hoc, & quod Deus eſt ſpiritus, & quod inter adorantem, ac rem adoratam oportet eſſe conformitatem: De hoc ſecundo patet omnibus: quia niſi conformitas interueniat, adoratio nō placebit adorato. Hinc eſt: quod oratio, à qua eſt adoratio, dicitur à ſanctis Doctoribus eſſe eleuatio mentis in Deum. Mens autem eſt ſpiritus noſter: vbi & deuotio in voluntate, veritaſque in intellectu, exiſtit. De illo quoque primo, ſcilicet, quod Deus eſt ſpiritus, patet in textu: patet & naturali ratione. Omnes enim recta ratione vtentes nomine Dei intelligunt & primum mouens immobile, & primum ens, & nobiliſſimum in entibus. Conſtat verò in philoſophia, quod nullum corpus mouet nō motum: & ideò dicitur etiam ibi, quod omne corpus mouendo repatitur. Eſt ergo & impoſſibile, quod aliquod corpus ſit abſolute primum mouens, quia de ratione mouentis abſolute primi eſt, quod non moueatur. (Alioquin quæreretur, à quo moueatur: hocque mouente aſſignato ſi moueri dicatur, quæreretur iterum à quo moueatur: ſicque procederetur in infinitum, quod eſt inconueniens:) & neceſſe, quod primum abſolute mouens ſit ſpiritus. Conſtat item in philoſophia: quod neceſſe eſt primum ens eſſe in actu & nullo modo in potentia. Quamuis .n. (ut ibi dicitur) in vno & eodem, quod exit de potentia in actum prius tempore ſit potentia, quam actus, tamen ſimpliciter actus eſt prior, quam potentia: quia quod eſt in potentia non reducitur in actum, niſi per ens actu. Impoſſibile ergo eſt, quod in Deo ſit aliquid in potentia: alioquin non eſſet ſimpliciter primū ens. Patet verò ibidem, quod omne corpus eſt in potentia, quia continuum, vt continuum, diuiſibile eſt in infinitum. Neceſſario igitur reſtat: quod Deus non eſt corpus, ſed purus ſpiritus. Conſtat denique in philoſophia: quod impoſſibile eſt, corpus eſſe nobiliſſimum in entibus. Corpus enim aut viuum eſt aut non viuum. Manifeſtum eſt autem, & quod viuum corpus eſt nobilius non uiuo: & quod corpus viuum non viuit per ſeipſum (alioquin omne corpus viueret) ſed

Deus eſt ſpiritus, nō autem corpus.

per

per aliquid aliud, puta per animam. Patet quoque, quod illud, per quod viuit corpus eſt nobilius, quam corpus. Relinquitur ergo de neceſſitate concludendum: quod Deus non eſt corpus, ſed ſpiritus

CAETERVM, redeundo ad Euangelij textum, dicet quis. Quare poſt illud Deus eſt ſpiritus, dicitur, & eos, ideſt & propterea eos, qui adorant eum, oportet adorare in ſpiritu & veritate? Ex eo enim quod ille eſt ſpiritus, inferri quidem rectè patet, quod adoraturos eum oportet adorare in ſpiritu: ſed non apparet, quomodo rectè inferatur, quod etiam in veritate. Respondetur: quod illud, Deus eſt ſpiritus, includit ipſum eſſe veracem, immò & veritatem. Pro qua, re ſciendũ vniuerſaliter eſt: quod quicquid attribuitur Deo, intelligendum eſt, ei attribui in ſignificato perfectiſſimo, quoniam non tantum perfectus eſt Deus, ſed etiam omnium rerum perfectiones eminentiſſimè, ideſt perfectiſſimè continet. 1.q.4. art.1. 2. Porrò omnium perfectionum prima abſolute eſt ens, & immediatè poſtea eſt verum, 1.q.5.art.2.& q.16.art.3.4. Vnde recto ordine ſecũdum rationem de Deo primum declarat Chriſtus, quod ſit ens ſit, dicendo, quod eſt ſpiritus, relinquendo legentibus, mox intelligendum, quod eſt verus, cum ens & verum conuertantur ſecundum rem, 1.q.16.art.3. & ſicut dicendo, quod eſt ſpiritus, intelligit ſummum, & omni ex parte ſimplicem ſpiritum (ita, ſcilicet vt ipſe non ſit compoſitus ex materia & forma, neque ex natura & ſuppoſito, neque ex eſſe, & eſſentia, neque ex genere, & differentia, neque ex ſubiecto, & accidente, neque in aliorum compoſitionem veniens, prima quæſtione tertia, articulo ſecundo, tertio, quarto, quinto, ſexto, octauo,) ſic ſubintelligendo, quod eſt verus, cointelligit, quod eſt ipſa ſumma veritas, quæ nec falli, nec fallere, poteſt, prima quæſtione decimaſexta, articu. 5.7. 8. Ex hoc igitur, quod Deus eſt ſpiritus, rectiſſimè intulit Chriſtus illud conſequens, ſcilicet quod eſt adorandus non ſolum in ſpiritu, ſed etiã in veritate.

Et veritate. Quomodo benè inferatur.

COROLLARIVM.

EX hoc loco, habes: & quod honor regis iudicium diligit, Pſal.98. & quod Dei æmulatio, ideſt zelus Dei ad hoc, ut ei placeat, debet neceſſario eſſe ſecundũ ſcientiam, Roma. 10. & quod Apoſtolus tunc Chriſto vniuerſaliter, omnes volens facere veros Dei adoratores, ſub perſona propria ſubſcripſit, quando ait 1.Cor.14. Orabo ſpiritu, orabo & mente. Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Hoc eſt: Voluntate deuota, & intellectu veritatis ſtudioſo. Ex textu igitur tum Euangelico, tum Apoſtolico, patet: quod adoratio, oratio, pſalmodia, ideſt (ut uno verbo, & uniuerſalius dicamus) cultus Dei vult neceſſario (quod textus dicit, oportet) totum hominem. Ille ergo, ſecundum Chriſtum & Apoſtolum, eſt verus adorator, orator, ac Dei cultor: qui quando Deum adorat, orat, vel aliàs colit, ſe totum ad Deum colligit, ſeq; toto eum colit, adorat, & orat. Quã rari ergo ſint veri adoratores Dei, & veri oratores, verique ipſius cultores, coniectare poteris: ſi orationis, adorationis, ſeu cultus, tempore videas ex ſignis exterioribus, pauciſſimos, reſpectu diſſolutorum, & ſe totos in Deum colligere, ab externis omnibus ſe auocando, ad internaque ac ſuperna rapiendo, & ſe totis ſic collectis in obſequium diuinum incumbere. Paucitatem hanc verè colentium Deum, ex ſignis exterioribus præuidiſſe, & poſtea prophetaſſe, uidetur Pſalmiſta; ibi, Pſal. 133. Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſerui Domini; In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum. Benedicat te Dominus ex Syon, qui habitat in Hieruſalem. Nota differentiam inter omnes, & te: & tunc perſpicies veritatem ſupradictorum. Ad benedicendum Domino omnes ſerui Domini, exhortante Propheta, conueniunt: & Dominus in remunerando veros ſuos ſeruos (vt in tota ſcriptura patet) liberaliſſimus benedicit ſolummodo vni ſeruorum illorum. Omnes illi ſeruiunt. [Benedicite omnes] vnum tãtum ille in benedictionibus ſuis cognoſcit. [Benedicat te Dominus.] Quare, ſicut dixit Benedicite omnes ſerui Dominum, non dicit; Benedicat vos omnes, vel ſaltem,

Veri adoratores ſuprà deſcripti & ſũt pauciſſimi, & benedictione diuina, ſecundum Pſalmiſtã indigni.

ſaltem, Benedicat vos, Dominus? Quia vult per hoc ſignificare: & quod nõ oẽs, neque illorum plures, qui benedicunt, id eſt adorant, colunt, vel ſeruiunt, Domino, ſunt veri adoratores, cultores, & ſerui, & quod tam pauci inter omnes illos ſunt, qui ſint veri, vt fere ſine numero eſſe videantur, cum vnus, non faciat numerum, licet ſit aliquid numeri. Quod ergo Deus benedicat tm̃ vni oĩum ſuorũ ſeruorũ non infert. Deum non eſſe in recognoſcendo ſeruos ſuos largiſſimum benefactorem: ſed infert, vnum tantum inter omnes illos fuiſſe verum ſeruum, id eſt ſeruiſſe in ſpiritu & veritate, id eſt ſe toto (totus enim homo ſecundum philoſophum, videtur id, quod eſt principale in homine: & hoc eſt, voluntas, & intellectus.) Adde quod & ex Beato Chryſoſtomo, dum ipſum Euangelij textum exponit, apparet illa paucitas, quę dicta nunc eſt. Sic enim exponit. Dixit autem, veros adoratores, ad diſtinctionem falſorum. Qui temporalia, & caduca, quærunt in oratione: ſiue qui contra hoc, quod orãt, agere non ceſſant. Hæc ille. Conſidera modo tu, diſcurrens: quam plurimi ſint, & qui temporalia orando quærunt, & qui contra id, quod orant, agere non ceſſant (vt pſallendo orantes, vt ſint immaculati, & ambulantes in via Domini: & multa ſimilia, Pſal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini, &c. vel etiam in alijs Pſalmis, Collectis, Miſſis, &c. qui tamen à peccatis maculantibus animam non abſtinenti, neque abſtinendi curam maiorem, aliqualiter ſaltem, apponunt, ac ſi pro tali, vel tali re, vel fugienda, vel aſſequenda non oraſſent:) idque diligentius conſiderans videbis innumeram ferè eſſe multitudinem illam, quam Beatus Chryſoſtomus ex Euãgelio vocauit falſos adoratores.

Adoratores falſi, iuxta dictum Beati Chryſoſtomi.

ADORATIONVM illarum virtus, & ratio.

QVÆSITI huius, ſcilicet ad quã virtutem pertineant, & quare exequendæ ſint, adorationes à Chriſto ſupradictę interior videlicet, & exterior: determinationes veræ ex præmiſſo textu Euangelico ſatis conſtant. Nam ibi, quando de adoratione recta ſit ſermo, nominatur Deus, vel Pater (qui pro eodem accipitur:) & ex nomine hoc ſcilicet Deus, patet vtrumque in quæſito propoſitum. Ex hoc enim quod dicitur, Adorabũt patrem, id eſt Deum, habetur, & quod adoratio ſit in reuerentiam Dei, & quod à nobis tum ſpiritualiter, tum corporaliter Deo exhiberi debet: atque ideo indè ſimul habetur primò, quod adoratio pertinet ad virtutem religionis, ſecundò ꝙ adorationis fiendæ ſpiritu, & corpore, ratio eſt, dependentia noſtra ſecundum animã & corpus, à Deo. Porrò ad illius primi notitiam ampliorem, notandum eſt: quod proprium virtutis, quę religio dicitur, eſt; reuerentiam Deo exhibere, 2. 2. q. 81. artic. 1. 2. 3. Vnde & quidquid in reuerentiam Dei directe ſit (ut ieiunare ex voto, horas canonicas pſoluere, &c.) pertinet ad virtutem, quæ dicitur religio. Hinc eſt etiam quod ordines à ſanctis patribus inſtituti (puta ordo fratrum Prædicatorum à Sancto Dominico; Minorũ à Sancto Franciſco, &c.) vocantur religiones, & illarum profeſſi appellantur religioſi, quia ſcilicet ad reuerentiam maiorem, id eſt pluribus modis, deuotiuſque quam cæteri Chriſtiani Deo exhibendã ordinatæ ſunt, & ipſi tenentur. Patet autem, quod adoratio de qua Chriſtus in hoc textu, & contextu, loquitur in reuerentiam Dei fienda ibi decernitur, Quia verò Deus eſt ſummum principium totius creaturæ: ideo hæc adoratio & nomine Greco vocatur Latria, & nulli alij poteſt exhiberi, abſque peccato mortaliſſimo, quod dicitur idolatria. Exhibetur autem Deo etiam incarnato, vel in ſeipſo (vt in Sacramento altaris) vel in imagine ſua (vt in pictura, ſeu ſculptura Chriſti) vel in ſigno filij hominis, Matth. 24. (ut in Cruce:) quoniam idem eſt motus in imaginem, ſeu ſignum, & in rem cuius eſt imago, ſeu ſignum. Vnde, quia debetur latria Chriſto in ſe conſiderato, propterea & eius picturę, ſculpturæ, & cruci, latriæ adoratio debetur, 3. de Sal. q. 25. artic. 3. 4.

Primo.

AD ILLIVS AVTEM ſecundi notitiam pleniorem ſciendum eſt: ꝙ homo ſeruire Deo ſecundum omnia, quæ ab ipſo habet, tenetur (alioquin ingratitudinis

Secundo.

Digitized by Google

tudinis vitium incurrit, tanquam nõ reddens gratias ſecundum omnia beneficia recepta benefactori ſuo. 2.2. quæſt. 106. artic.6.& quæſt.107.art.1.2.3.) Iuxta illud, 1.Paralipom. 29. Quæ de manu tua Domine accepimus, dedimus tibi. Quia igitur homo à Deo habet etiam corpus: ideo ſeruire Deo tenetur etiam ſecundũ corpus. Hinc eſt: quod adoratio ſecundũ actum corporalem facta Deo eſt bona, & gratitudinis rationem habens ex parte adorantis, & religionis virtutem ſimul continens ex parte adorati. Nec poteſt quis negare, exteriorem hanc adorationem eſſe à nobis debitam Deo, & conſequenter ei gratam, vtpotè quoddam beneficiorum eius corporalium memoriale ſignum: niſi Manichæorum ſtultiſſima hæreſi aliquo modo infectus ſit, quæ erat quod Deus corpora non creauerat, & cõſequenter quod nos corpus à Deo nõ habemus. Et quoniam hęc hæreſis in Symbolo fidei dicente, credo in Deum omnium viſibilium factorem, condemnata eſt ab antiquiſſimis temporibus Apoſtolorum (quorũ originaliter eſt illud Symbolum) ideò cointelligimus per illud dictum Symboli ſimul & eſſe pro hæreſi damnatam poſitionem iſtam; Adoratio exterior Dei eſt mala, ſiue eſt hypocriſis, cultuſque quilibet alius exterioribus cæremonijs exhibitus Deo eſt ſuperſtitioſus, vel etiam inutilis: & eſſe pro veritate catholica approbatam hanc, Adoratio, cultuſque alius, exterior ab Eccleſia Deo exhibetur licitè, laudabiliter, vtiliter, nullam hypocriſim, nullam ſuperſtitionem ſecundum ſe continens, multumque ſecundum ſe vtilis interiori adorationi, ſi ad ipſam (vt oportet) ordinetur. Nouerãt ſiquidem etiam experimento, Patres noſtri: quod ex ſtrictiſſima colligatione intellectualis naturæ noſtræ & ſenſibilis, id eſt animæ & corporis, fit; vt per ſigna humilitatis, quę corporaliter exhibemus, excitetur affectus noſter interior ad deuote ſubijciendum ſemetipſum Deo. Connaturale enim eſſe nobis (ſicuti eſt) indicarunt: vt per ſenſibilia ad intelligibilia procedamus: cum (vt patet) ex exterius ſiue per viſum, ſiue per auditum, ſiue per & cætera, ſenſatis moueatur modò huc, modò illuc, iuxta conformitatem ad illa ſenſata, noſtri animi diſpoſitio interior.

Hæreticũ eſt, & dãnatum à ſymbolo fidei, hoc cõtra adorationem dictum.

Symbolũ fidei approbat adorationẽ externã.

EXCLVSIO obiectionum.

NVLLATENVS putandum eſt, quod contra prædictam Apoſtolorum, ſequentiumque Patrum, in eodem ſymbolo ſententiam faciat (vt mentiuntur hæretici) ille textus, Adoratores veri adorabunt in ſpiritu: quoniam adoratio, & cultus exterior, fit etiam in ſpiritu, inquantum ex ſpirituali deuotione procedit, & ad ipſam amplius ad Deum excitandam ordinatur. Sicut enim oratio primordialiter quidem eſt in mente, ſecundario autem verbis exprimitur: ita etiam adoratio principaliter quidem in interiori Dei reuerentia conſiſtit, ſecundario autem in quibuſdam corporalibus humilitatis ſignis. Vt, quando genuflectimus, noſtram infirmitatem in comparatione ad Deum deſignantes, eo quod in genu ſtat robur corporis, quod tunc flectendo nullum eſſe proteſtamur: & ſimiliter quando proſternimus noſmetipſos corã Deo, tunc iſto ſigno cõfitentes, nihil nos eſſe ex nobis. Rurſum cultui illi externo non obſtat: quod corporales actus ad ſenſibilem cognitionem pertinent, & Deũ ſenſu corporis non attingimus, ſed mentis. Nam quamuis per ſenſum corporis attingere Deum nõ poſſimus: tamen per ſenſibilia ſigna (vt expertum eſt) mens noſtra prouocatur, vt in Deum tendat. Ex præmiſſis ergo via tibi, ò lector aperitur: qua omnes cæteras aduerſariorum obiectiones (quæ potius diabolicæ illuſiones ſunt appellandæ) diſſoluere facile poſſis. Porrò & ad alias eorundem, quas fingunt contra determinatum adorationis locum (puta templum materiale, quod vocant Eccleſiam) diſſoluendas viã tibi aperiendam diligenter attende. Dicunt ergo. Chriſtus omnis religionis primus, & verus magiſter excludit ab adoratione Dei loca determinata, ſcilicet montem Garizim, & templum Hieroſolymorum, dicens, Ioan.4. Venit hora, quando neque in monte hoc, neque Hieroſolymis, adorabitis patrem. Ergo, cum non ſit maior ratio de vno loco, quam alio, videtur

Flectere genu, proſternere ſe, coram Deo.

Primo.

videtur Chriſtus per hoc excluſiſſe omnia loca. *Reſpon.* Reſpon. Negatur, quod Dominus directè, & per ſe, excludat illa duo loca determinata ab adoratione (vt putauit obijciens:) licet indirectè, & quodammodo per accidens (id quod non facit pro ipſo obijciente ad concludendum ſuũ propoſitum contra nos.) Dominus enim per illa verba directè & per ſe excludit, inquantum excludendos prænunciat, ritus adorandi Deum: ad quorum rituum excluſionem ſequitur excluſio locorum, nõ vt loca, ſed vt neceſſariò in illis ritibus incluſa. Nam ſi bene penetretur illorũ verborum ſenſus, patebit: quod ipſe ibi prænunciat [venit, inquit, hora] ceſſationem adorationis tam ſecũdũ ritũ Samaritanorum [Neque in mõte hoc] adorantium in monte Garizim, quam ſecundum ritum Iudæorum [Neque in Hieroſolymis] adorantium in Hieruſalem. Vterque enim ritus (vt ipſe ibi prænũtiauerat) ceſſauit adueniente Euangelij veritate: ſecundum quã ſacrificatur Deo, & adoratur in omni loco (vt Dominus idem prenunciauerat Malach. 1.) Obiectionem illam confutauit, & noſtram hanc reſponſionem confirmauit, idem Chriſtus factis ſuis: quando, ſcilicet ſecedebat in deſertum, & orabat, Luc. 5. Quando exiuit in montem, orare, Luc. 6. Quando aſcendit in montem, vt oraret, Luc. 9. Quando in monte oliuarum poſitis genibus orabat. Luc. 22.

Secundo. Rurſus taliter obijciunt. Adoratio exterior ordinatur ad interiorem, & hæc interior fit ad Deum, vt vbique exiſtentem. Ergo adoratio exterior non debet requirere determinatum locum. *Reſpon.* Reſpon. Licet exterior ordinetur ad interiorem: non tamẽ exterior eſt interior, & ideò remanet inter illas differentia: qua interior non indiget determinato loco, vtpotè adorans Deum, vt vbique præſentem, & exterior indiget determinato loco. Neceſſarium enim eſt: quod corporalia ſigna, in quibus conſiſtit exterior cultus, ſint in loco determinato, & ſitu. Hinc patet: quod determinatus locus ad adorandum eligitur, non propter Deum, qui adoratur, quaſi loco concludatur, ſed propter adorantes. *Quare templa ſiant ad adorãdum &c. Deum.* Et hoc triplici ratione. Primò quidẽ propter loci conſecrationem: ex qua ſpiritualem deuotionem concipiunt adorantes, vt magis exaudiantur (ſicut patet de adoratione Salomonis, 3. Reg. 8.) Secundò propter ſacra myſteria, & alia ſanctitatis ſigna, quæ ibi cõtinentur. Tertiò propter cõcurſum multorum adorantium, ex quo oratio fit magis exaudibilis, iuxta illud, Matth. 18. Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Conſtat denique ex his, quæ præmiſſa ſunt, quod determinatio loci nõ requiritur ad adorationem principaliter, quaſi ſit de neceſſitate adorationis: ſed ſecundum quandam decentiam.

SIMILI quoque modo, id eſt non de neceſſitate adorationis, ſed ſecundum decentiam quandam adoratio fit in teſtamento nouo verſus Orientem. *Quare ad Oriẽtem, &c.* Primò quidem propter diuinę maieſtatis indicium: quod nobis manifeſtatur in motu cęli, Pſal. 18. Cęli enarrant gloriam Dei, qui motus incipit ab Oriente. Secundò propter Paradiſum terreſtrẽ, Paradiſi cęleſtis aliqualẽ imaginem, in Oriente conſtitutum (vt dicitur Geneſ. 2. Secundum literam ſeptuaginta interpretum:) vt & reminiſcamur noſtræ miſeriæ, ſcilicet, quod ꝑ peccatum perdidimus Paradiſum terreſtrem, & accendamur ad acquirendum Paradiſum cęleſtẽ. Tertiò propter Chriſtum: qui eſt lux mundi, Ioan. 8. Et Oriẽs nominatur, Zachar. 6. Et aſcendit ſuper cęlum cęli ad Orientem Pſal. 67. Et ab Oriente etiam expectatur Iudex venturus, ſecundum illud Matth. 24. Sicut fulgur exit ab Oriente, ita erit & aduentus filij hominis.

COROLLARIVM, de adoratione.

EX ſupradictis iam profundius conſideranti patere poteſt: & quod catholica Eccleſia, duas illas Dei adorationes ſecundum verum Euangelij ſenſum recipiendo, demonſtrat: ſe velle adimplere primum, maximumque pręceptum ei ab antiquiſſimo tempore datum, ſcilicet Diliges Dominum Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute, id eſt fortitudine tua, id eſt ex omnibus viribus tuis, Deut. 6. Matth. 22. Mar. 12. Luc. 10. & quod Eccleſia malignantium, i. hæretici, earũ-

dem adorationum externam reijciendo, proteſtantur, ſe nolle illud præceptum adimplere. Notato vigilanter totalitatem ab homine in præcepto illo requiſitā ſummoperè (quod importat tam crebra eius repetitio:) & facile videbis duo illa, quæ nunc de tam diſparibus Eccleſijs dicta ſunt. Totus quippè homo non ex anima ſolum, ſed etiam ex corpore conſtat. Si ergo non ſeruit Deo ſecundum animam & corpus, procul dubio non ſeruit ei ſecundū ſe totum (vt ex terminis patet.) Quod ſi Deo non ſeruit ſecundum ſe totum: ſequitur manifeſtè, quod eum non diligit ſecundum ſe totum: & cōſequenter quod præceptum illud primum & maximum non ſeruat. Contrario igitur modo faciēs ideſt ſeruiens ſecundum animam & corpus Deo, ſeruit ei ſecundum ſe totum: atque ideò illud præceptum primum & maximum, ſic faciēdo, ſeruat. Porrò, ad adorationem ſpecialiter accedendo, dicimus & quod adorans Deum tum interiore adoratione tum exteriore, adorat ipſum ſecundum ſe totum, ideoque præceptum illud primum, pro quanto ad Dei adorationem pertinet, obſeruat, & qđ adorans Deum interiori tantum adoratione, non adorat eum ſecundum ſe totum, ideoque præceptum illud maximum, non ſeruat. Relinquitur ergo manifeſtum ex his illud, quod de eccleſia catholicorum, & de Eccleſia hæreticorum, dicebatur in principio.

Homo debet ſe totū Deo, ex multis rationib. p B. Anſelmum.

QVAM magnum verò ſit peccatum non amare Deum, & ſeruire ipſi, ſecundum ſe totum, & conſequenter non adorare eum vtraque adoratione: cognoſce ex hoc, quod non una ſolum, ſed multis rationibus, homo debet ſe totum Deo (ut declarat B. Anſelmus, in lib. Meditation. redemptionis generis humani, cap. vlt.) Quæ quidem meditatio, quoniam ad plurima & ſupra dicta, & infra dicēda (ſi affuerit peruigil horum applicator) ualet: ideò ipſam ad longum recitare curauimus. Ibi ergo cap. vlt. dicit. Conſidera anima mea, intendite omnia intima mea: quantum illi debeat ſubſtantia mea tota. Certè, Domine, quia me feciſti, debeo amori tuo meipſum totum. Quia me redemiſti, debeo meipſum totum. Quia tantum promittis, debeo meipſum totum. Imò tantum debeo amori tuo plus, quam meipſum, quantum tu es maior me: pro quo dediſti teipſū, & promittis teipſum. [Fac precor Domine, me guſtare per amorem: quod guſto per cognitionem. Sētiam per affectum: quod ſentio per intellectum.] Plus debeo, quam meipſum totū: ſed nec plus habeo, nec hoc ipſum poſſum reddere per me totum. Trahe me Domine in amorem tuum: & hoc ipſum totum. Totū quod ſuum, tuum eſt conditione, fac totum tuū ſit dilectione. Ecce, Domine, coram te eſſe cor meum conatur, ſed per ſe non poteſt: fac tu, quod ipſum nō poteſt. Admitte me intra cubiculum amoris tui. Peto, quæro, pulſo. Qui me facis petere, fac & accipere. Das quærere: da & inuenire. Doces pulſare: aperi pulſanti. Cui das ſi negas petenti? Quis inuenit, ſi quærens fruſtratur? Cui aperis, ſi pulſāti claudis? A te habeo deſiderare, à te habeam & impetrare. Adhære illi, adhære importune, anima mea. Bone Domine, Pie Domine, ne reijcias eam. Fame amoris tui lāguet, refocilla eam. Satiet eam dilectio tua, impinguet eam affectus tuus, impleat eam amor tuus. Occupet me totum: & poſſideat me totum. Hæc ibi.

Qui me facis petere. A te habeo deſiderare. Hæc, & ſimilia, sūt contra Pelagianos.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ Sanctæ Dei.

Primo.

QVOD illud præceptum, quod maximam Dei bonitatem erga nos oſtendit, ſcilicet Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute, ideſt fortitudine, & viribus tuis, poteſt & debet adimpleri in uita præſenti à nobis. (nec enim bonitas Dei paſſa vnquā fuit, quod Deus ipſe nobis præciperet impoſſibilia:) uide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis & c. declaratum eſſe, in 2.2.q.27 artic.5. & q. 44. art. 4. 5 6. cum Elucidationibus, & in pri. par. articulorum numero 306. & 2. 2. articulorum num. 869. ſemper cum Elucidationibus. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 1. concluſ. 8. & cap. 19. concl. 2. & Deuter. 30. concluſ. 2. Dixi, quod tale præceptum (ut concluſio-

ni

Digitized by Google

Primo.

ni capituli correſponderem) maximam Dei bonitatem erga nos oſtendit: quæ re vera prę magnitudine ſua comprehendi non poteſt. Quis enim non ſolum bonũ, ſed ſuperbonum, imò ſuperbono meliorem non dicat illum: qui, poſtquam pro me fecit cęlum, terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, dignatur mihi dicere; Dilige me pro tantis? Qui, poſtquam ad imaginem & ſimilitudinem ſuam me creauit, inſuper & Angelos ſanctos in continuum miniſterium mihi delegauit, dignatur mihi dicere; Dilige pro me tantis? Qui poſtquam mihi ſemetipſum & naſcendo in carne, donauit ſocium, & conueſcendo in ſupremæ menſa cœnæ, donauit in ædulium: & moriendo in Cruce, donauit in precium, & ſe regnaturum perpetuò promiſit in præmium, dignatur mihi dicere; Dilige pro me tantis? Qui me ſemper conſeruat, qui me quotidie paſcit, qui mihi ſanitatem corporis & animæ, innumeraque beneficia ſpecialiter elargitur, dignatur mihi dicere; Dilige me pro tantis? Qui præmiſſa omnia, ſine vlla ſua indigentia, neceſſitate, aut à me expectata vtilitate, ſed tantummodo in meum commodum, tam mirabiliter, tam liberaliter, tam amoroſe, & continuè, fecit, & facit, dignatur mihi dicere; Dilige me pro tantis? Dignatur, inquam: quia illum æſtimare aliquid dilectionem meam ad ipſum (id quod dilectionis ſui mandatum importat) eſt ineffabiliter, imò inexcogitabiliter, magna dignatio. Tantam Maieſtatem, quæ Deus eſt, tantam utilitatem, immò & nihileitatem, quæ ego ſum, non dico magnipendere (ut facit; Requirens ſub primo, & maximo, præcepto à me diligi,) ſed ſolum per modum tranſeuntis reſpicere: Quis non miretur: quis mirando non obſtupeſcat, quis præ ſtupore ſupra ſe non rapiatur? Incomprehenſibilis certè eſt diuina hæc bonitas, quæ in hoc præcepto homini dato. [Diliges Dominum Deum tuum ex toto &c.] Subintelligitur. Sed & hominis maxima, ineffabiliſque aſininitas (ut ita loquar:) qui poſt tot, tantaque à Deo ſuſcepta beneficia expectet præceptum de diligendo ipſum: & (quod peius eſt) adimplere illud diſſimulet, grauetur, aut, in facto nolit: uel (quod adhuc magis deteſtandæ ingratitudinis eſt) obſeruatu impoſſibile illud affirmet. Hæc dicta ſint pro meliori captu termini, Bonus erga homines, poſiti ſuperius in concluſione ſecunda huius capituli.

Quam bonus incomprehenſibiliter ſit Deus, in primo mādato ſuo.

Quam ingratiſſim⁹ ſit homo ad præmiſſam bonitatē Dei.

Secundo.

Quod cultus Dei externus eſt bonus, & Deo placens, nobiſque utilis (puta ornatus templorum Dei, cantus uocales:) uide, ex ſacroſanctis Scripturis &cæt. in Elucidationibus ſecunda ſecũdę, articulorum numero 432. 496. 614. 663. Et 3. de Sacramen. Additio. articulorum numero 310. Item in Veritatibus aureis ſuper &c. Exodi vigeſimoquinto, conclu. quarta, & capite vigeſimoſexto, concluſ. prima, & cap. trigeſimo octauo, concluſ. prima, & cap. trigeſimo, concluſ. prima, item Leuitic. vigeſimoſexto, concl. prima, item Numer. quarto, concl. prima, & cap. decimo, concl. ſecunda, & cap. decimooctauo, concl. 2.

Tertio.

Quod orare, & adorare, Deum uocaliter, & corporaliter bonum eſt (contra errorem Turilupinorum:) vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus ſecunda, ſecundæ articulorum numero 432. 449. & 3. de Sal. articulorum numero 128.

Quarto.

Quod hæreticum eſt dicere, cultum exteriorem Dei, ſcilicet templa, altaria, incenſa, vaſa, luminaria, veſtes, imagines, Crucē Chriſti, ſacrificia eſſe abijcienda vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus ſecunda, ſecundæ, artic numero 663. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. duodecimo, conclu. tertia, & cap. vigeſimooctauo, concl. tertia, & quarta, & c. trigeſimoquinto, concl. prima, item Exodi decimonono, concl. 3. & cap. vigeſimoſexto, conclu. prima, & cap. 39. concl. prima, item Leuit. 22. concl. prima, & cap. vigeſimoſexto, concl. prima, & cap. vigeſimoſeptimo, concl. 5. item Numer. 4. concluſ. 1. & cap. ſeptimo, concl. 1. 2. & cap. decimooctauo, concl ſecunda, item Deutero. duodecimo, concl quarta. Rurſum in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 108. & 3. de Sal. artic numero 146. 147. Item in Veritatibus aureis ſuper &c. Geneſ. 23. concl. 2. & cap. 47. conclu. quinta, item Exodi 20. concl. 2. & cap. vigeſimoquarto, concl. 5. & Numer. 12. conclu. 7. & cap. 21. concluſ. 8.

Digitized by Google

CONCLVSIO TERTIA, Cap. IIII.

CHRISTVS deſiderat magis donare gratiam ſuam nobis, quam nos recipere, quæ gratia & viuificat animas noſtras, & à concupiſcentijs terrenorum refrigerat, & ad appetitionem diuinorum trahit, & ad opera vitæ æternæ meritoria facienda ducit, & in ipſam vitam ęternã (quantum eſt de ſe) actualiter introducit.

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM hanc, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. ſi ſcires donum Dei, & quis eſt &c. vſque ad tex aquę ſalientis in vitam æternam. Prima itaque pars, ſcilicet quod Chriſtus magis deſideraret donare nobis gratiam, quam nos recipere, patet ex tex. Tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. Hic enim manifeſtum eſt: quod dictio dubitatiua, ſcilicet, Forſitan, non ſe tenet ex parte Chriſti dantis, ſed ex parte hominis petentis, & conſequenter recipientis, ſi ſcires (inquit) donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forſitan petiſſes, ſcilicet ipſum donum, vel petiſſes bibere, ab eo: & ipſe, ſine forſitan, dediſſet tibi illud donum. Quare? Quia ipſe eſt talis cõditionis: vt magis, quam vos, ſalutem veſtram amet, & inquirat. Propter quod denotandum, dicitur in textu: ſi ſcires, quis eſt, ideſt qualis conditionis eſt, qui dicit &cæt. Ac ſi dictum aperte ſit. Ille, qui dicit tibi, da mihi bibere, eſt talis conditionis, vt largior ſit in dando, quam tu in petendo, ideoque vniuerſaliter (a ſimili) pronior ad benefaciendum hominibus, quã ab eis rogetur. Et quare hoc: niſi quia plus amat nos: quam noſipſi nos? Porrò donum illud, de quo in textu, [ſi ſcires donum Dei] eſt gratia Spiritusſancti, quę & aqua viua dicitur. Eſt quidem gratia donum Dei, quia ſecundum nomẽ ſuum gratis à Deo datur (alioquin, gratia nõ eſſet gratia, Rom. 11.) eſt autem aqua viua, quia proprietates aquæ viuę materialis, ſecundum modum ſuum habet (vt infra patebit.) Poſito ergo, ꝙ tu (inquit) ſcires donum Dei. i. quantæ excellentię in ſe ſit, & quam tibi neceſſarium, quãtunque decorem, ſplendorem, ac emolumentum tibi afferat, adhuc minor eſſes tu in poſtulando illud donum, q̃ ego in conferendo: quia tu forſitan poſtulaſſes illud, & ego indubie dediſſem, ſi poſtulaſſes. In hoc Euangelij dicto mirabile quiddam fragilitatis humanæ docetur: ꝙ ſcilicet etiam poſitis in cognitione noſtra tot, tantiſq; ad poſtulandum donum Dei attractiuis, quæ diximus: non citò ardentiſſimeq; poſtulamus illud, ſed adhuc pendemus in forſitan. Scimus, quis eſt ille. i. qualis conditionis ſit (quam ſupra explicauimus) à quo donum illud poſtulare debemus, ſcimus & noſtras multiplices miſerias atq; neceſſitates maximè animarum noſtrarũ nec in præſenti, nec in futuro ſeculo poſſe niſi per illud donum, ſubleuari: & tamẽ adhuc petitiones tam pientiſſimo patri noſtro pro tantorum malorum nobis imminentium euaſione bonorumque tãtorum adeptione fiendas de die in diem procraſtinamus, & uacillamus in forſitã.

Ineffabilis miſeria rũ noſtrarum abũdantia: & ad bonum pigritia.

PROBARI etiam quodammodo poteſt pars hæc prima cõcluſionis p hoc: ꝙ Chriſtus ſitiens petijt bibere à Samaritana, & illa, quodam excuſationis vmbracule adducto, noluit ei dare. Nam B. Aug. in lib. 83. q̃õnũ dicit. Siciebat Ieſus mulieris illius fidem. Eorum enim fidem ſitit, pro qbus ſanguinẽ fudit. Hæc ibi. Minus ergo propriã ſalutẽ deſideramus nos. q̃ Deus noſtram. Ex hac ẽt ſalutis animarum ſiti ardentiſſima, q̃ habebat de dãdo illis hoc dono proceſſit ꝙ nunc facto ſuo pręmonſtrauit viã pro recipiẽda gratia valde accõmodã, & neceſſariã. Quæ eſt iſta uia ſic nobilis, regia, & pro acquirendo tanto dono ſic idonea? Humilitas. Hoc ſiquidẽ totum teſtatur Apoſtolus Iacobus dicens cap. 4. Deus ſuperbis reſiſtit humilibus aũt dat gratiam. Porrò ipſam Chriſti humilitatẽ doctrinæ de ipſo dono pręuiã deſcribit Euangeliſta dicẽs Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Diſcipulis eius abierant in ciuitatem. Quam humilitatem contemplatus B. Chryſoſtomus dicit. Nõ in throno, aut puluinari, ſed ſimpliciter, vt contingebat, ſuper terram. Seſſio autem propter laborem facta eſt, & ut expectaret

Humilitas eſt via ad recipiẽdũ donũ gratia, ſecundum quod Chriſtus facto ſuo docet.

Digitized by Google

ret diſcipulos, & propter æſtum refrigerans corpus apud fontem. Euangeliſta etiam oſtendit Chriſtum humilem in eo, quod ſolus relinquebatur. Et nimirum poterat, ſi vellet non omnes emittere, aut abeuntibus illis, alios miniſtros habere: ſed noluit. Etenim ita Diſcipulos aſſuefecit, omnem ſuperbiam conculcare. Hæc ille. Ex quibus etiam conſtat: quod Chriſtum, vt verè humanam naturam in ipſo agnoſcamus ex itinere fatigatum Euangeliſta dicit; nec fatigatum ſimpliciter, ſed valde (vt ex circunſtantia literæ patet.) Nam ideo mox ſubdit, quod erat quaſi hora ſexta: vt oſtendat, ipſum Dominum feciſſe multum itineris & ieiunū (nam eſcas ſecum non portabat cuius ſignum eſt, quod Diſcipuli abierant in ciuitatem, vt cibos emerent,) & pedeſtrē: atque ideo, quod non leuiter, ſed grauiter erat fatigatus. Quapropter ſedebat ſic ſuper fontem, ideſt ſedebat, more fatigati, innixus fonti: puta applicato brachio ſuper labium illius putei ad ſuſtinendum caput. Tali enim modo ſolent ex itinere laſſi ad aliquem puteum ſedere.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Gratia Dei animas noſtras viuificat, & à concupiſcentijs terrenorum refrigerat, demonſtratur ex tex. dediſſet tibi aquam viuam. Nomine ſiquidem aquę viuæ intelligit gratiam Dei. Vnde & alibi dicebat, cap. 7. Flumina de ventre eius fluent aquę viuę, hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Ex rebus verò illis materialibus denominantur metaphoricè ſpiritualia: vt per illa, quæ nobis nota ſunt, veniamus in cognitionem ignotorum, 1. q. 1. artic. 9. Proprietas ergo multiplex aquæ viuæ materialiter nobis notę debet nos conducere in cognitionē conditionum gratię Spirituſſancti: ſecundum quod intendit hoc in loco Dominus, quando ſub ſimilitudine aquæ viuæ nominat illud donum Dei, ideſt gratiam. Porrò experimur: quod vna proprietas materialis aquę viuę eſt refrigerare magiſque hoc facere, quam aqua non viua: & quod alia eius proprietas, quę ſuo nomini (quod eſt, viua) alludit, eſt viuificare, puta herbas, olera &c. hortorum, camporum &c. [Taceo nunc multas eiuſdem proprietates, ſcilicet humectare, ſitim tollere, lauare, purgare, mundare, ſemper currere, &, ſi quæ ſunt, aliæ ſimiles. Licet enim ſpirituali gratiæ ſpiritualiter adaptentur, prout ſapiens iudicabit: non tamen ad probationis huius propoſitū faciunt.] Ex eo igitur, quod aqua viua multum viuificat herbas &c refrigeratq; calores, & ideò homines ab æſtu defendit, patet: quod gratia Dei & viuificat ſpiritualiter animas noſtras, & eas à concupiſcentijs terrenorum multum refrigerat. Quam refrigerationem fieri à gratia, probat quoque tex. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Tu autem, per concupiſcentias terrenorum, hic non ſolum intelligas concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ, 1. Ioan. 2. Sed etiam quoſcunque motus impatientiæ in aduerſitatibus, quaſcunque difficultates in laboribus, in tentationibus &c. Refrigerium enim pręſtat Spirituſſancti gratia hominibus in his, & ſimilibus: dum gratia ſecundum ſuam ipſarum conditionem facit eſſe nobis leuia, ideſt facilia, & mutando fortitudinem noſtram ſenſualem, facit nos accipere amara pro dulcibus, ac dulcia pro amaris. Gratiam autem viuificare animas noſtras, intellige formaliter. Non enim gratia ipſas viuificat effectiuè: ſed ſolus Deus, iuxta illud, Deuteronom. 30. Ipſe eſt vita tua. Et gratia igitur, & Deus, eſt vita animarum: ſed diuerſimode. Nam Deus eſt vita animæ per modum cauſæ efficientis, & gratia eſt vita animæ per modum cauſæ formalis. Sicut enim forma per ſeipſam informat materiam, ita gratia per ſe ipſam informat animam: cum ſit accidētalis quędam forma in ea, tanquam in ſubiecto, exiſtens, prima, ſecundæ, quæſtione centeſimadecima, articulo ſecundo, & quarto, & ſicut agens, ſeu efficiens nō informat ſubiectum, per ſuam ſubſtantiam, ſed per formam, quam cauſat in materia, ita Deus non informat per ſuā ſubſtantiam animas noſtras (cum ſit impoſſibile, Deum eſſe formam alicuius

Deus viuificat, & gratia, &c.

Digitized by Google

rei, 1.q.3.artic.8.) ſed per gratiam, quam cauſat in anima. Simili quoque modo gratia nos facit Deo gratos, & nihilominus nos ſibi Deus gratos eſſe facit: quoniam Deus hoc facit effectiue, gratia verò tantum formaliter, inquantum ſcilicet per informantem gratiam homo iuſtificatur, & dignus efficitur eſſe & vocari Deo gratus: ſecundum quod dicitur Coloſſ. 1. Dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine.

CAETERVM, pro cuiuſdam præmiſſi intellectione ſciẽdũ eſt: quod aqua illa materialis dicitur viua, quæ continuatur principio ſuæ ſcaturiginis, & hoc ad differentiam aquæ mortuę, quæ vocatur illa, quæ tali principio ſuo non continuatur (vt ſunt aquæ in lacubus, & ciſternis collectæ.) Ex hac igitur intellectionę potes modo cointelligere: cur Spiritusſancti gratia à Chriſto hic vocetur aqua viua. Hoc enim fit, ad oſtendendum, quod gratia continuatur ſuo principio, ſcilicet Spirituiſancto: vltra hoc etiam gratia coniũgit animam per amorem ipſius principio. Continuatur quidem ipſa ſuo principio: quia gratia non eſt in anima, niſi Spiritusſanctus ſpeciali modo habitet in ipſa, iuxta illud Roma. 5. Charitas Dei. [Hæc eſt prima virtus immediate procedens à gratia, 1.2.quæſt.110.art.3.4.] diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Coniungit autem gratia animam per amorem ipſius principio, ideſt Deo: ſecundum illud, 1. Ioan 4. In Deo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de Spirituſancto ſuo dedit nobis, & illud, 2. Corinth 6. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo. Per gratiã verò maximè aliquis adhæret Deo: quandoquidem charitas eſt amor amicitiæ inter Deum & hominem, 2.2.q.23. artic.1. amor autem quilibet eſt virtus vnitiua (ſecũdum B Dionyſium, cap.4.de diuin. nomin) Vnde (vt dicit B.Augu.lib. 8.de Trinit.) amor eſt quaſi iunctura quędam duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem ſcilicet & quod amatur. Porrò illud, quod ipſe Auguſtinus dicit, copulans, refertur ad vnionem affectus, ſine qua non eſt amor: quod autem dicit, copulare appetens, pertinet ad vnionem realem. Hęc verò ab his Doctoribus dicta de quolibet amore, verificantur multo magis de amore omnium maximo, qui eſt charitas, 1.2.q.26.articu.3.& 2.2. q. 23.art.1.6. Concludendum ergo ex pręmiſſis eſt illud B. Auguſt.lib de moribus Eccleſiæ. Charitas eſt virtus: quæ (cum noſtra affectio eſt rectiſſima) coniungit nos Deo, qua eum diligimus. Radix autem charitatis eſt gratia, 1.2.q.110.art.3. 4.& ideo magis de ea verificantur prędicta de vnire, & coniungere (ſuo tamen ſeruato modo.)

Continuatur dupliciter ſuo principio gratia.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Gratia Dei animas noſtras ad appetitionem diuinorum trahit, & ad opera vitę æternæ meritoria ducit, & in vitam æternam (quantum eſt de ſe) actualiter introducit: demonſtratur ex tex. Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Ex eo enim, quod aqua à Chriſto data, fit in homine ipſam recipiente fons conſtat ab oppoſitis: quod gratia appetitionem diuinorum in illo homine facit. Quantum enim tollit ab eo de ſiti terrenorum, tantum accendit in ipſo ſitim diuinorum: quoniam gratia eſt, ſecundum textum, aqua viua, ideſt ſemper currens. Si ergo non currit ad res terrenas appetendas, ſequitur, ſecundum textum, quod currat ad oppoſitas, ideſt ad cęleſtes, ſeu diuinas. Alioquin aqua illa, ſi nec ſic, nec ſic curreret, eſſetocioſa, ideſt non ſemper currens: & ideo ſequeretur contradictio, ſcilicet quod aqua viua non eſſet aqua viua, ideſt, quod (ſecundum ſermonem hunc metaphoricum) gratia non eſſet gratia. Dicit ergo textus, Aqua viua fiet in eo fons, & ad ſignificandum directè negatiuam illam ibi præmiſſam. Non ſitiet in æternum, ſcilicet res terrenas Deo datori aquę viuæ contrarias (quod intelligas formaliter, ideſt, Quantum eſt de natura gratiæ: iuxta illud, 1. Ioan. 3. Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, & non poteſt peccare, quoniam ſemẽ ipſius in eo manet. Hoc eſt. Si, & quandiu, iſte ſequetur naturę ſeminis Dei, ideſt gratiæ, inclinationem, non peccabit, & tamdiu peccare non poterit:) & ad ſigni-

Sẽper currit gratia, iuxta tex.

gnifi-

gnificandum indirectè contrariam ſuam affirmatiuam ibi virtualiter incluſam, ſcilicet ſitiet res terrenis illis oppoſitas. Ac ſi apertius ex textu dicamus. Quomodo aliquis, ſi fontem aquæ haberet in ſemetipſo poſitum, poſſet & ſitire contraria, & non ſitire conuenientia, illi aquæ: ſi naturam eiuſdem aquæ in ſitiendo ſequeretur? Vtrunque horum impoſſibile eſt.

EX eo autem, quod eadem aqua à Chriſto data ſit ſaliens in vitam æternã, patet: quod gratia (quantum eſt de ſe) facit hominem, in quo eſt, tendere, per continuum velocem, & delectabilem motum aſcendendo, in uitam æternã. Quid enim eſt ſalire, vt ſic: niſi continuè velociter, & delectabiliter ſeu alacriter moueri? Tantò magis autem quis illa ſalit vadens ad aliquem locum: quanto locus ille eſt magis à ſe pro delicioſo & æſtimatus, & deſideratus. Motum uerò præmiſſum intellige operationem, ut ſic debere intelligi patet uocando (prout iubemur, Prouerb. 9.) Ancillas ad arcem. Philoſophia enim motum accipit in ſimili propoſito pro operatione: quoniam dicitur in lib. 2. de cælo. Eorum, quæ nata ſunt habere bonũ perfectum, aliquid habet ipſum ſine motu, aliquid uno motu, aliquid pluribus motibus. Idem enim eſt, ac ſibi philoſophus dixiſſet. Eorum, quæ nata ſunt habere bonum perfectũ, aliquid habet ipſum ſine præuia operatione, aliquid una operatione, aliquid pluribus operationibus, 1.2. quæſt. 5. arti. 7. Continuationem uerò, ac delectabilitatem, uelocitatemque, illius motus intellige: operationes ex charitate factas eſse facienti maximè delectabiles, ideoque ab eo fieri cum debita uelocitate, & continuatione: ſi ſcilicet (ut, ſemper ſubaudiendum, diximus) ſequatur inſtinctũ gratiæ ſeu charitatis. Quid enim dulcius, charitatique magis conſonum: quam ſeruire Deo? Aqua ergo uiua facit hominem, in quo eſt, ſalire, ideſt delectabiliter ſeu alacriter, uelociter, & continuato curſu moueri per bona opera, in uitam æternam. Homo etenim ille per fidem, quam charitas ſemper hic præſupponit, 1.2. q. 65. articu. 5. æternam uitam pro loco maximè delicioſo firmiſſime æſtimat, & per charitatem ardentiſſime deſiderat. Vnde fit, & ut illa eius opera ſint uitæ illius meritoria, quoniam gratia eſt per charitatem præcipuè radix merendi, 1.2. q. 114. artic. 4. & ut homo ille, ſi in gratia hinc decedat, in uitam illam actualiter introducatur, quoniam impoſſibile eſt, deſiderium gratiæ fruſtrari (quãdoquidem nec deſiderium naturæ, quod minus eſt, nunquam fruſtratur) ſecũdum illud, Prouerb. 10. Deſiderium ſuũ iuſtis dabitur. Quale autẽ ſit deſiderium gratiæ, nobis indicauit Euangelium dicens: ꝯ aqua uiua eſt ſaliens in uitam æternam. Quod utique eſt: ipſam gratiã non tepide, ſed ferueter (ut ex uerbo, ſalire, patet) deſiderare uitam æternam. Et hoc etiã ſecundum materialis aquæ metaphoram uerificatur: de qua teſtantur Doctores phyſici, quod naturale eſt ei, ut tantum aſcendere poſſit, quantum deſcendit. Quia ergo gratia per metaphoram illam ſignificata deſcendit ad nos immediatè à Deo, ſecundum illud, Pſal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus: propterea aſcendit, ideſt aſcendere nos facit, ad Deum immediatè uidendum, 1. quæſt. 12. arti. 2. & 1.2. q. 3. art. 8.

Motus ꝑ gratia factus in homine &c.

Deſiderium gratiæ quale ſit.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD immaniſſima hæreſis eſt, dicere (ut diabolico ſpiritu dixit Caluinus,) quod Deus creauit genus humanum ad perpetuam damnationem, & interitum. (Ex hoc enim, quod dictum hoc monſtratur eſse hæreticum, commonſtrari intelligendum eſt, huius contrarium, quod eſt prima pars concluſionis capituli, eſse maximè catholicum: & ſic deſtructio dicti huius eſt optima confirmatio concluſionis. Id quod tu in alijs etiam ſimilibus pro confirmatione concluſionum alias adductis, uel adducendis, tanquam per oppoſitum, intellige:) uideas, ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis &c. eſse demonſtratum efficaciter, atque ſtatutum, in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 120. 139. 147. 470. Quod hæreticum eſt dicere (ut idem impiè dixit:) quod Deus non ſolum eſt

Notandũ pro ſemper & vbique.

cauſa omnis mali culpę, ſed etiam hominibus, vt mala operētur, malas cogitationes in cordibus illorum inſpirat: adeò vt non homines peccent, ſed Deus ſit volēs, & efficiens, peccatum.] Non enim ſalutē noſtram, neque dare nobis gratiam, deſideraret, vt dixit concluſio: ſi peccare nos faceret, aut peccatorum noſtrorum eſset cauſa volens, & efficiens. Confutatio igitur huius hæreſis erit efficax confirmatio concluſionis] vide, ex ſacroſanctis Scripturis &c. in Elucid. pri. par. articulorum num. 123. 259. 515. & 1. 2. artic. num 428. & 3. de Sacramen. Addition. articulorum num. 198. Itē in veritatibus aureis ſuper legem veterē, Geneſ. 3. concl 6. & Exod. 6. concluſ. 3. Quod hæreticum eſt dicere (vt idē,) quod opera Dei ſimpliciter ſunt omnia peccata, quæ fiunt ab hominibus: Item quod nullum furtum, nulla ſcortatio, nullum adulterium fit ab homine, quod Deus non efficiat in homine: Item quod Deo volente, & iubente, diabolus mentitur in cordibus hominum. [Harum enim peſſimarum hæreſum reprobationes ſunt optimæ concluſionis capituli approbationes. Ratio huiuſque ſuprà:] Vide ex ſacroſanctis, & cætera, in Elucidationibus, & aureis Veritatibus, locorum præcitatorum. Nam, cum ſint ſimiles in horrendis erroribus, ab eiſdem meritò locis veridicis condemnabiles ſunt. Quod hæreticum eſt dicere (vt Pelagius dixit;) quod ſine gratia Dei poteſt homo proprijs uiribus ſpiritualiter uiuificari, concupiſcentijs ſuis malis reſiſtere, opera uitæ æternę meritoria facere, & ipſam finaliter conſequi. [Nam confutatio harum inſaniarum eſt concluſionis aquæ viuæ, ideſt gratiæ prædicta bona attribuentis, tanquam per oppoſitum ſana confirmatio. Ratio huius patet ex antedictis:] vide ex ſacroſanctis, & cæt. in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 58. 159. 416 499. & prima, ſecundæ, articulorum numero vigeſimoſeptimo, 580. 581. 584 612. & ſecunda, ſecundæ, articu. numero 670. 676. Item in Veritatibus aureis ſuper & cætera, Leuitic. decimooctauo, concluſio. prima, & Numer. trigeſimoquarto, concluſio. ſecunda, & Deuteronom. ſexto, concluſio quarta.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. IIII.

CREDIDIT ipſe: & domus eius tota.] Hinc patet: quod iſte regulus me riiò audierat à Chriſto, niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis: quoniā nūc primò credidit. Si enim antea credidiſſet: non introduceret nunc Euangeliſta de illo, tāquam aliquod nouum credidit. Vnde B. Aug. examinando contextum immediatè præcedentem cum iſta cōcluſione ab Euāgeliſta facta, dicit. Si ergo propterea credidit, quia nunciatum eſt ei, quod filius eſset ſanus, & comparauit horā nūciantium horæ prænunciantis: quando rogabat, non credebat. Hęc ille. Qui & ſuperius, examinans textum, Abijt ad eū & rogabat, vt deſcenderet, & ſanaret filium eius, dixit. Qui rogabat, nonne credebat? Quid à me expectas audire? Dñm interroga, quid de illo ſenſerit. Dixit ergo ad eum. Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis. Arguit hominē in fide tepidū, aut frigidum, aut omnino nullius fidei; ſed tentare cupientē de ſanitate filij ſui, qualis eſset Chriſtus: quid eſset, quantū poſset. Hęc ille. Conſueuerunt .n. patres (inquit B. Chryſo.) ex multo filiorum amore non ſolum medicis loqui, de quib. confidunt, ſed etiam de quibus non cōfidunt, nihil nolentes prætermittere eorū, quæ ad ſalutē pertinent filiorū. Hæc ille. Regulus ergo iſte non uerè credebat, quando Chriſtum rogaturus acceſſit: & conſequēter recurſus eius ad Chriſtū non proceſſit ex fide, ſed ex quadā concepta ex auditu aliorum de illo opinione; & ex affectu ad filiū. Verè (inquā) non credebat: licet quādā credulitatis vmbrā, quæ (iuxta vulgatiſſimum illud, parum pro nihilo reputatur) non erat fides, haberet, ſm B. Gregoriū dicentem. Qui ſalutem filio quærebat: procul dubio credebat. Neq; .n. ab eo quæreret ſalutem, quem non crederet Saluatorem. Quare ergo ei dicitur; Niſi ſigna & prodigia uideritis, nō creditis, cū ante crederet, quam ſignum uideret? Sed mementote, quid petijt, & aperte cognoſcetis, quia in fide dubitauit. Popoſcit namque, ut deſcenderet, & ſanaret filium eius. Corporalem ergo præſentiam Domini regulus quærebat: qui per ſpiritum nuſquam deerat. Minus

Vtrum regulus ex fide motus fit ad rogādū &c.

nus itaque in illum credidit, quem non putauit poſſe ſalutem dare, niſi præſens eſſet, & corpore. Si enim perfectè credidiſſet: procul dubio ſciret, quia non eſſet locus, vbi non eſſet Deus. Ex magna ergo parte diffiſus eſt, qui honorem non dedit Maieſtati, ſed præſentiæ corporali. Hæc ille. Ex quibus omnibus ſic exponatur, Niſi ſigna, & prod. vider. non creditis, ſcilicet nullo modo (quod tetigit D. Auguſt. ſupra) vel imperfectè (ꝙ B. Greg. ſenſit.) Poſtea tamen, quaſi pedetentim, proceſſit in fide, quoniam audito verbo Domini filius tuus viuit, credidit ſermoni eius, ſed non in eum, & tandem, viſo filio viuente, ideſt ſano ad ſermonẽ eiuſdẽ facto credidit in eũ. Nec tãta fuit eius tarditas in fide prior, quãta fuit eius in fide celeritas poſterior. Tam .n. celeri motu diffuſa eſt fides hæc: vt ad exẽplũ reguli crediderit tota domus eius.

NOTA vigilanter, quod antequam fiat iſta concluſio, credid. ip. & dom. eiu. tot. præponitur hic textus, Cognouit ergo pater, &c. Vbi illatiua dictio, ſcilicet, Ergo, deſignat iuxta ſeriem contextus, miraculum fuiſſe à patre cognitum: hoc eſt, quod filius ſuus miraculoſè a Saluatore fuerit ſanatus. Subditur autem immediate, credidit ipſe, & d. e. t. vt noueris inde, quod credulitas reguli conſequenter, & aliorum de domo eius, fuit propter miraculum viſum, ac proptérea verificatum fuiſſe tunc propheticum Saluatoris dictum, Niſi ſigna videritis, non creditis: Vlterius quoque, quod credulitas illorum non fuit tam perfecta, quam credulitas Samaritanorum, de quibus idem Euangeliſta prædixerat, Plures crediderunt propter ſermonem eius. Nam credere in Chriſtum ad ſimplicem ſermonem eius eſt perfectum magis, magiſque ei charum, & credenti meritorium (iuxta illud, Ioan. 20. Beati, ideſt Beatiores, qui non viderunt, ſcilicet miraculum aliquod & crediderunt,) quam credere in Chriſtum ex miraculo adiuncto. Sic enim & homo magis diligit homines ſibi ipſi ad ſimplex verbum credentes, quam ſi nolint credere niſi aliquod factum adiũgat. Vnde B. Aug. lib. de conſenſu Euang. dicit: A deo ſupra omnia mutabilia Dominus vult mentem credentis attollere, vt nec ipſa miracula, quæ diuinitus de mutabilitate corporum fiunt, à fidelibus quæri velit. Hæc ille.

Quando fides eſt maximè laudabilis.

ANNOTATIO SECVNDA Cap. IIII.

INTEREA rogabant eum eius diſcipuli dicentes, Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis:) Interea, ſcilicet dum Samaritana ad annunciandum ſuis Chriſtum iuiſſet, eiſque eum annunciaret, & exinde Samaritani moti diſcedentes corporaliter venirent ad eum (qđ tamen totum excepto receſſu Samaritanę à puteo, diſcipuli neſciebant:) interea, inquam, dum hęc fierent, rogabant diſcipuli magiſtrum, vt de cibis à ſe emptis, & allatis manducaret, ſcientes enim eum ex itinere, & æſtu, qui erat, fatigatum rogabant, vt ſeipſum ex illis cibis, quos ei familiariter, cum debita reuerentia offerebant, reficeret manducando. Cum debita inquam, reuerentia, imo & ſolita, quoniam eruditi iam erant diſcipulorum ordinem obſeruare. Ex ſupradictis .n. hæc illorum eruditio cõſtat, ibi, Nemo tamen dixit quid quęris, aut loqueris cũ ea? Ecce ex viſione rei inſolitę, ſ. ꝙ Chriſtus cum muliere ſolus loqueretur, mirabant̃; ſed iñ admirantes non interrogauerũt cauſã, & hoc ꝑꝑ reuerentiã, qua ipſũ amore pariter, & timore filiali ſemꝑ venerabant̃. Quod ẽt habemus ex ſequenti cõtextu, ſ. Dicebant ergo diſcipuli ad inuicẽ. Nunqd aliquis attulit ei manducare? Vbi D. Chriſ. ait Aſſuetã reuerentiã, & honorẽ magiſtro prębent, ad ſe inuicẽ qdem loquentes, ipſum verò non ꝓſumẽtes interrogare. Hæc ille. Tali ergo reuerentia familiari nũc offerentes ei cibos dicebant, Rabbi manduca. Nõ .n. erat hoc temeritatis, ſed amoris cura circa mag. Licet aũt illa cura eſſet grata magiſtro, vtpote bonũ affectũ diſcipulorũ viuẽti, & approbãti, ipſe tñ illũ corporalẽ cibũ tunc manducare noluit, ſed reſpondit. Ego cibum habeo manducare, quẽ vos neſcitis. Hominum ſalutẽ hic cibũ vocauit, oſtendẽs, quantũ deſiderũ habet noſtræ ſalutis. Vbi ex cõſequenti cõmonſtrauit: ꝙ ſicut nobis eſurientibus concupiſcibile eſt manducare ita ei ſaluare nos. Parum dixi, cum oportuiſſet dicere, quod magis concupiſcibi-

Concupiſcis Dominus ſalutem animarũ noſtrarum, quam ſuccurrere propriis neceſſitatib. corporeis.

piſcibile eſt ei, Saluare nos, quam nobis, dum eſurimus, commedere. Veritatem hanc videmus in ſerie contextus. Ecce. Chriſto ieiuno corporaliter famelico tum ex itinere, tum ex æſtu, tum ex hora tarda, offeruntur à diſcipulis cibi corporei, & illos, quamuis in tanta eſurie corporali poſitus, non vult manducare, ſed illam eſuriem ſuam, eoſdemque cibos nihilipendit (inquantum, ſcilicet non mãducat) vt ſaluti animarum noſtrarum attendat. Attendebat enim ipſe tunc in ſpiritu, ad Samaritanos ex prædicatione mulieris donante ipſo conuerſos eiſdemque feruorem ſpiritualem in melius proficiẽdi veniendo ad ſe augebat, adeoque delectabatur in hoc, vt corporalis illius propriæ neceſſitatis obliuiſceretur. Hinc patet abundè veritas primæ partis concluſionis tertiæ capituli huius, qua dicebatur, quod Deus nobis donare gratiam, qua ſaluemur magis deſiderat, quam nos recipere. In prædictis enim ad planum literę ſenſum vidimus, quod Chriſtus prę magnitudine deſiderij ſui ad ſalutem animarum efficienter procurandam proprias neceſſitates corporeas, quamuis magnas nihili facit.

EGO cibum Habeo manducare. Sicut ad Samaritanam ſuperius loquentem de aqua materiali Chriſtus dixit, ſe habere aquam viuam multo aqua illa meliorem, quam ipſa (vt ibi patet) neſciebat, ita nunc ad diſcipulos de cibis materialibus loquentes dicit, ſe habere cibum præcipuum, ideſt illis cibis precioſiorem, quem ipſi neſciebant. Quo ſuo vtroque facto Chriſtus nos ad literam docet, quod quando contingit, nos cum aliquib. loqui, & illi de reb. temporalib. quæ cum mundo tranſeunt, loquuntur, debemus nos meliori modo (quo poteſt fieri) ſermonem illum ad ſpiritualia, ſiue ad ſpiritus vtilitatem, transferre, ſeu applicando ſuſtollere. Quemadmodum, & facto illo ſuo, quo rariſſime, & fere nunquam ſolus cum ſola loquebatur (id quod declarabat narrata ibi admiratio diſcipulorum. Quandoquidem miramur inſolita) nos ad literam docuerat, ꝙ idipſum, & nos facere magis debemus: Magis inquam: quia Chriſtus nos talibus remedijs ad caſtitatem purè ſeruandam indigere nouerat, quæ remedia ad hoc ſibi non erant opus. Rurſum. Nota Chriſti deſiderium de ſalute noſtra eſſe deſignatum ibi per ſitim in petitione bibendi ſubintellectam, hic autem per eſuriem in expreſſione cibi manducandi implicitam, vt inde tu ſciens, quod ſitus, & eſuries ſunt de neceſſarijs ſimpliciter ad vitam humanam (impoſſibile enim eſt hic viuere ſine cibo & potu) cognoſcas, quod ſalus animarum, ideſt eſſe illas nunc in gratia, & poſt in gloria, eſt neceſſaria ad conſiſtentiam corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia. Hinc mox videbis ſequi, quod omnino neceſſarium eſt dicere, quod aliquis de eccleſia & ſit hic in gratia, & poſt mortem ſit in gloria, quoniam impoſſibile eſt, quod Chriſtus eſuriens, & ſitiens iuſtitiam noſtram non ſaturetur, Matth. 5. quandoquidem in omni deſiderio cordis ſui exauditus eſt pro reuerentia ſua. Hebr. 5.

Docet nos Chriſtus factis ſuis duo vtiliſſima.

Optima ſequela de eccl.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. III.

ECCE dico vobis. Leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albę ſunt iã ad meſsẽ] Exultat Chriſtus in ſpiritu uidendo, quod eſuriei, & ſiti, ſuæ de ſalute animarum noſtrarum abundanter, per conuerſionem, ſcilicet totius mundi ad fidem catholicam, eſt citiſſimè ſuccurendum. Pro cuius intelligentia ſciendum eſt primo, quod meſſis hic accipitur ſpiritualiter, ideſt pro meſſe ſpirituali, quæ eſt collectio fidelium in area Eccleſiæ, & tandem in horreum patriæ cæleſtis. Meſſem verò corporalem, quæ eſt collectio frugum in area materiali, & poſt in horreum terrenum inducit in comparationem ad illam, vt ſub hac metaphora, & facilius cognoſcamus dicẽda de meſſe ſpirituali, tanquam à notioribus nobis ad minus nota progredientes, & videamus prouidẽtiã, bonitatẽque Dei eſſe maiorem, 1. q. 20. art. 3. hoc eſt prouidentiam eius, & bonitatem magis relucere circa ſpiritualem meſſem, quam circa corporalem, ideſt circa ſuam eccleſiam ſanctam, quam circa quodlibet aliud corporale. [Contra inſenſatos indigna de eccleſia dicentes, quaſi quod eius oblitus fuerit.

fuerit, vel eam paruifaciat, Deus, Puta, quod Eccleſiam reliquerit Chriſtus ſine Vicario viſibili, ad quem in ſuis pro tempore neceſſitatibus conſulendum recurrere poſſit, & debeat. Item quod eccleſia non habeat à Chriſto poteſtatem iudicandi rectè ſine alicuius erroris commixtione & ſcripturas has, non autem illas, eſſe dictatas à Spirituſancto, & ſenſum hunc non autem illum, eſſe verum in ſcripturis diuinitus īſpiratis. De alijs plurib. indignis, quæ ab hæreticis Eccleſiæ attribuuntur, vide indicem hæreſum, & errorum canonicè damnatorum: in uerbo, Eccleſia. Quem reperies poſitum ordine alphabetico, tū in principio librorū, qui dicuntur, veritates aureæ ſuper totam legem ueterem: tum in principio Elucidationum formalium ſuper totam ſummā Theologiæ Diui Thomæ.] Pro eiuſdem

Secundo.

intelligentia ſciendum eſt ſecundò: quod Samaritanorum multitudo credens inducitur hic ab Euangeliſta, tanquam primitiæ gentilium ex Apoſtolorum prædicatione crediturarum; itemque quod occaſione illorum, tanquam primitiarum, Chriſtus & annunciat hic ſalutem uniuerſarum gentium eſſe in promptu, & prædicit dignitatem Apoſtolorum futuram.

His pro totius rei intelligentia facilius habenda præmiſſis, accedamus ad textum. Ait ergo Dominus Diſcipulis ſuis: Ecce dico vobis. Pręmiſerat (ut patet legenti) de meſſe corporali loquens, quod diſtabat adhuc per quattuor menſes: de meſſe autem ſpirituali nunc ſubiungens inquit: quod eſt in promptu, ideſt præſens, id quod ſignificat per hoc, quod incipiens loqui de ea utitur aduerbio demonſtratiuo, Ecce. Leuate (ait) oculos ueſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt Iam ad meſſem. Vide: quod monſtrat Diſcipulis meſſem ſpiritualem eſſe in promptu. Non enim poteſt hoc dictum ſuum intelligi de meſſe corporali: quia eam dixerat diſtare per quattuor menſes, & conſequenter non poterant illę fruges eſſe tunc albę, ideſt maturæ (albedo enim illarum, vt experimēto patet, eſt ſignum maturitatis) ad meſſem. De ſpirituali ergo meſſe dicit illis: leuate oculos ueſtros &c. Hoc eſt. Sicut tempore meſſis per metaphoram inductæ, ideſt meſſis corporalis, homines leuant oculos corporis ad uidēdum cum lætitia regiones iam albas ad meſſem corporalem ita uos leuate nunc oculos mentis ad uidendum cum lætitia regiones iam albas ad meſſem ſpiritualem. Incipiebant enim, ſaltem de propinquo, videri uenictes de Samaria ad Chriſti fidem conuerſi (hæc erat meſſis ſpiritualis, tanquam primitiæ:) & Chriſtus demonſtrando illos Diſcipulis, dixit: leuate oculos ueſtræ mentis, & in his Samaritanis, quos uidetis corporaliter, uidete, ideſt mentibus ueſtris conſiderate, quod regiones uniuerſarum gentium, per hanc ſolam regionem Samaritanorum figuratæ, iam ſunt albę ad meſſem, ideſt in promptu de proximo ſunt, ut metantur. Sciebat .n. Chriſtus illas regiones uniuerſas ī hac Samaritanorum regione, uelut in ſuis primitijs, repręſentatas non futuras, ſed eſſe maturas ad meſſem, ſecundum diſpoſitionem diuinæ prædeſtinationis: licet eædem regiones ſecundum diſpoſitionē actualiter in eis tunc exiſtentem, conſideratæ non eſsent de præſenti, ſed tantum de futuro (proximo tamen) maturæ ſeu pręparatæ ad meſsem, ideſt ut meterentur. Et ideò ſi uerba Chriſti, Regiones iā albæ ſunt, referantur ad æternam prædeſtinationem, exponendum eſt, Iam, ideſt nunc de præſenti: ſi uero referantur ad diſpoſitionem in gentibus illis actu exiſtentem, exponendum eſt, Iam, ideſt de proximo. Iuxta quam duplicem expoſitionem circa intelligentiam quoque aliorum ſupradictorum de textu te regulabis. Ecce igitur conuerſionem totius mundi, occaſione primitiarum ſuarum, ideſt Samaritanorum ex prædicatione mulieris conuerſorum à Chriſto ſub metaphora meſſis deſcriptam, & Apoſtolis, ut inde cum ipſo collætarentur, manifeſtatam: id quod eſt, ipſum tunc manifeſtaſse Apoſtolis, quiſnam erat ille cibus, de quo eiſdem prædixerat; Ego cibum habeo manducare, quem uos neſcitis. Modo ex reuelatione eiuſdem Domini ſciūt, illum cibum fuiſse, & eſse conuerſionem mundi ad verā Dei ſeruitutem. Simulque manifeſtum ex eadem reuelatione Domini relinquitur: quod illud opus, de quo dixerat, ut perficiam opus eius, eſt cōuer-

In primitijs his figurantur alij Gentiles.

tere

Digitized by Google

tere homines à peccatis ad perfectam iuſtitiam. Hominum ergo cõuerſio ad Deũ eſt opus Patris perfectum per filium ſuũ (ut hinc apertè conſtat, contra Pelagianos, aliosque ſuperbos de ſe gloriantes.)

ANNOTATIO QVARTA. Cap. IIII.

QVI metit, mercedem accipit, & cõgregat fructum in vitam æternam.] Dignitatem Apoſtolorum vtilitatemque futuram verbis his narrare Chriſtus incipit. Qui (inquit) metit &c. Meſſor ſumitur aliter hic, quam Matth. 13. Sumebatur enim ibi pro Angelis, (vt explicauit textus) hic verò ſumitur pro Apoſtolis quib. Dominus loquitur (vt patet in contextu ſequenti, dicente Chriſto, vos.) Magna certe Apoſtolorum dignitas oſtẽditur in hoc, quod à Chriſto facti ſunt meſſores regionum totius mundi, ideſt collectores gentium idolatrarum ex omnibus tribubus, populis, nationibus, & linguis ad veram fidem, & cultum vnius Dei Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Vbi hoc oſtenditur? Ibi, Qui metit. Hoc enim de Apoſtolis ſpecialiter intelligitur (vt patet per ſubſequentia verba; Miſi vos metere,) & hic ſubauditur accuſatiuus, Regiones; de quibus prælocutus fuerat. Nullum ſane officium dignius; dignitate Deo maxime placentę, quam eſſe cooperatorem Chriſti in conuertendo vniuerſum mundum. Vtilitatem verò Apoſtolorum, quam & ſibijpſis, & cæteris omnibus, allaturi erant, oſtendit Dominus ibi, Mercedem accipit & cõgregat fructũ in vitã ęternã. In hoc enim, quod dicit, mercedem accipit, mõſtrat, quod omnia opera illa Apoſtolorum pro conuerſione mundi expenſę non erunt ſibijpſis infructuoſa, ſed meritoria, quoniam vbi merces nominatur, meritum præſupponi neceſſario cointelligitur, cum merces, & meritum ſint correlatiua. Sed quam mercedem? Anthonomaſicè dictam. Ex eo enim quod mercedis qualitatem, quantitatemque non explicat, intelligitur, quod de mercede excellentiſſimè dicta loquitur. Et quidem ſatis conuenienter. Debet ſiquidem merces iuſta correſpondere merito ſecundum magnitudinem conſiderato, ita quod merces, vt merces, redditur merito, vt merito, & magnitudo mercedis magnitudini meriti; alioquin merces non eſſet iuſta ſeu (quod in idem reddit) in reddenda mercede non ſeruaretur iuſtitia. Quam tamen ſeruandam à Deo meritorum præmiatore, teſtatur Apoſtolus per hoc quod talem præmij retributionem vocat coronam iuſtitiæ, 2. Tim. 4. Porro tu in merito illo, quo Apoſtoli conuerterunt totum mundum ſi attendas magnitudinem, dices, eam eſſe maximam, tum propter charitatis illorum feruorem (habebant enim primitias Spiritus, Rom. 8.) tum propter laborem etiã corporalem, & in circumeundo non ſuper equos, ſed pedibus ſuis, orbem terrarum, & in prædicando, voceque, ac virtute magna reddendo teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri, vſque ad mortem. Labor namquę in operando propter Deum voluntarie aſſumptus valet ad meritum, iuxta illud 1. Corint. 3. Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet, ſecundum ſuum laborem. Quod tu intellige, quando labor eſt ratione operis ardui non autem ratione voluntatis remiſſæ in operando, quoniam talis labor diminueret meritum, ſicut e contrario facilitas in operando conſiderata ex parte voluntatis feruidæ (puta, cum quis opus arduum facit delectabiliter, præ iucunditate mentis non ſentiens laborem operis) auget meritum. Ratio iſtorum eſt charitas, quæ eſt pręcipua cauſa merẽdi 1.2.q. 114.ar. 4. quia hæc laborem operis aut non ſentit, aut diminuit, aut in delectationem mutat, ſeu (quod idem eſt) delectabilem facit, ſecundum quod ipſa fuerit maior, vel minor. Cum ergo, & charitas ſit radix totius meriti, & ſecundum magnitudinem charitatis labor quantumcunq; magnus, diminuatur operanti, vel etiam delectabilis ei fiat concludendum erit de Apoſtolis totius mundi falce acuta (quod eſt verbum Dei) meſſoribus, Apocal. 14. & quod licet ipſorum labor, ſi attendatur ex parte difficultatis operis in ſe conſideratæ, fuerit maximus (vt dictum eſt,) tamen ſi attendatur ex parte charitatis maxime illud opus facientium, fuit minimus

Dignitas Apoſtolorum, & vtilitas, meritũq;

De labore in operando, notandum valde, &c.

nimus, imo ipſis etiam plurimum delectabilis: Et quòd idẽ labor tũ rõne, qua taliter maximus, tum ratione, qua taliter minimus, fecit meritũ illorum eſſe maximũ

SI ergo Apoſtolorum meritum eſt ex omni parte maximũ (vt re vera eſt) oportet dicere: ꝙ iuſta merces meriti talis nõ poterit eſſe, niſi maxima; & conſequenter ꝙ illud in textu dictum, Mercedẽ accipit, intelligẽdum neceſſario eſt per anthonomaſiam. i. de mercede per excellentiam dicta, i. de mercede maxima. Mercedem enim accipit Chriſtus pro mercede iuſta: ac ſi dixiſſet, Mercedem iuſtam accipiet. Porrò merces maxima eſt viſio clara diuinæ eſſentiæ in æternũ ſine vlla intermiſſione durãs 1. 2. q. 3. ar. 8. Ecce vtilitas: q̃ apoſtoli, metẽdo, attulerũt ſibiipſis.

DE vtilitate autem, quam metendo, attulerunt alijs, dicit textus: & congregat fructum in vitam æternam. Hoc dicitur ad differentiam meſſorum corporalium: qui congregant fructũ, id eſt fruges corporales, quas meſſuerunt (puta: frumentum hordeum, far, &c.) in horreum terrenum; vt indè ipſi, non fruges, vtilitatem ſe cibandi, &c. reportent. Adeò quòd meſſores corporales, quando metunt, aliaq; poſteà ſubſequenter faciunt, quæ ad illa, quæ meſſuerunt, requiruntur, laborant ſibi ſolis, non frugibus. At meſſores ſpirituales, quando metunt, &c. laborant & ſibijpſis, & frugibus ſpiritualiter collectis, id eſt hominibus illis. Hoc enim totum monſtrat totus textus; Qui metit, &c. Nam dicendo, Qui metit, mercedẽ accipit; monſtrat primus, ſcilicet, quòd ſpirituales meſſores dum metunt, laborant ſibiipſis (De hoc iam ſupradictum, &c.) & dicendo, congregat fructum in vitam æternam monſtrat ſecundum, ſcilicet, quòd tales, metendo, laborant frugibus ſuis; quæ in textu vocantur fructus eorum. Has enim fruges, metendo, congregant in vitam æternam, primo in vita imperfectè, ſecundò in patria perfectè ab illis habendam. Nam meſſores ipſi prædicationibus ſuis (quæ ſunt illa Angeli falx acuta, Apoc. 14.) metendo illos colligunt nunc ad veram fidem, ſpem, charitatem cæteraſque virtutes quibus prægustatur vita æterna, poſt mortem verò eoſdem colligunt illuc,

Laborat ſibiipſi, et frugibus prædicator, ſeu doctor, bonus.

vbi inebriabũtur ſemper ab vbertate domus Dei, qui & torrente voluptatis ſuæ potabit eos, Pſal. 35. Et hoc eſt congregare eoſdem (ſi perſeuerauerint vſque in finem in illa prima collectione ſui a meſſoribus facta) in vitam æternam perfecte habendam.

ANNOTATIO QVINTA.

Cap. IIII.

ALII laborauerunt, & uos in labores eorum introiſtis.] Euangelium ab Apoſtolis in illis, quas dixerat, regionibus, id eſt in toto mundo prædicandum definit Chriſtus his verbis non eſſe veteri legi, & prophetis contrarium (contra Adam Manichęum, qui oppoſitum dixit) immò valdè conſonum: Itemque Euangelium illud non eſſe nouiter natũ, quaſi nullo modo antea fuerit (cõtra quoſdam dicentes oppoſitum) ſed ab antiquiſſimis temporibus per Prophetas, & legem veterem a Deo prænunciatum: Itemque conſequenter ipſi Euangelio non credentes eſſe inexcuſabiles: Itemque ſibi Chriſto Euangelij authori non eſſe exoſum conditorem veteris teſtamenti, ſed dilectiſſimum (contra Manichæum dicẽtem oppoſitum per hoc: quod ponit diabolum veteris teſtamenti authorem fuiſſe, non autem Deum patrem Saluatoris noſtri): Itemque fidem noſtram, quæ in illo Euangelio fundatur, non eſſe diuerſam à fide antiquiorum ſanctorum veteris teſtamenti, ſed eſſe ſubſtantialiter eandem (aduerſus nõnullos blaſphemantes in contrariũ.) Si. n. præmiſſa ſententia, ſ. Alij laboratier. & vos in labo. eor. introiſtis, rectè, & cõplete, i. ſecundũ omnes ipſius in cõtextu exiſtentes circunſtantias examinetur cõperiemus, ꝙ illorũ quinq; ſingula a Chriſto ibi implicitè, iuxta ſenſum literalẽ, inſinuãtur. Apoſtolos igit ſuos Euãgelij ſanctos ꝑdicatores de propinquo in vniuerſo terrarũ orbe futuros ſic Chriſtus alloquitur; Alij laborauerunt, & uos in labores eorũ introiſtis. Per alios intelligit ꝓphetas veteris teſti ſ. Moyſen, Danielẽ, Iſaiã. Hieremiã, &c. Per laborare, intelligit prima fundamẽta fidei, & prima ſemina virtutũ, in cordib. hoĩum (abſtrahẽdo interi à conſideratione hac; An ſint Iudæi, vel Gẽtiles) iacere: Per int. in lab. eo. itelligit illa

Hæreſes quattuor per breuẽ ſententiã Chriſtus damnat.

illa prima fidei virtutumq; ſemina, dilatare, & corda hominum ad perfectum, tum in fide, tum in virtutibus, adducere. In cuius ipſorum terminorum intelligentię ſignum, ſupra in contextu idē Chriſtus dixerat, Verbum, (ideſt prouerbium dici ſolitum) eſt verum in hoc, quia alius eſt, qui ſeminat, & alius eſt, qui metit: Moxque illius prouerbij veritatem ad Apoſtolos applicat ſubiungebs; Ego miſi vos metere, quod vos non laboraſtis. Immediate ergo ſequentia verba, Alij laborau. & v. in lab. eor. introiſtis, exponenda ſunt ſic, Laborauerunt, ideſt ſeminauerunt; In labores eorum introiſtis, ideſt meſſuiſtis. Et quia loquitur de ſeminare ſpiritualiter, quod fit ſollūmodo per verbum Dei, vel ſcriptum, vel ore prolatum, ideo ſic exponendum eſt illud Alij. ideſt patriarchę, & prophetę. Patres enim prophetarum primi, ſciticet patriarchę (puta Adam primus, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob) verbis diuinis ore prolatis ſeminarunt, ideſt populum ſui temporis inſtruxerunt, & ſucceſſiue illi, & illi, alios, vſque ad tempus prophetarum, qui conformia Patriarcharum monitis poſt, nō ſolum ore, ſed etiam ſcripto multa ſibimetipſis ſpecialiter diuinitus reuelata ſuperaddentes ſui præſentis, & futuri, temporis populos docuerunt. His conſequenter (nam Ioānes Baptiſta, qui fuit prophetarnm antiquorum terminus, & Apoſtoli fuerunt contemporales) ſucceſſerunt hi, quibus nunc dicit Chriſtus: vos in labores eorum introiſtis. En. quomodo ſemper continuata eſt Eccleſia ſancta Dei ſuper terram ſentiendo, dicendo, docendo, & confitendo, ſemper vnum, & idem, ſiue in fide, ſiue in moribus, ſit ſubſtantiale. Nam de ijs, qui ſeminauerunt, iam ſupra patet identitas ipſa, de his autem, qui in labores eorum introeūt, ideſt qui metunt hoc eſt, de Apoſtolis eadem identitas manifeſta eſt. Vt quid putas, Chriſtum nunc vti his verbis, ſcilicet ſeminare, metere? Ad identitatem hanc, q̄ diximus, oſtendendā. Conſtat ſiquidē etiam ſenſibili experimento, quod non poteſt metere quis uiſi ea, quæ ſeminata fuerunt. Puta, ſeminato frumento, metitur frumentum, non aliud à frumento diuerſum, niſi interuenerit corruptio ex defectu cauſarum frumenti productiuarum (tunc enim pro frumento ſeminato metitur lolium, vel &c.) id quod nec habet, nec habere poteſt, locum in propoſito, de quo ſecundum Euangelium loquimur.

Cōtinuatio ſucceſſiua ſemper in Eccleſia Sācta Dei.

PORRO, propter hoc corruptio ſeminis neque in ſeminando, neque in metēdo hic interuenire poteſt, quia cauſa ſeminis tum quo ad ſeminandum, tum quo ad in terra cōſeruādū, tū quo ad fructificandum, tum quo ad metendum, eſt indeficiens, ideſt nullum defectum pati potens, & ſemper verbo ſuo reuelato (quod eſt ſemen,) ne quid defectus ex cauſis ſecundis contrahat aſſiſtens. Cauſa enim illa eſt Deus, qui & reuelauit verbum ſuum Patriarchis illis ſanctis, & prophetis, iuxta illud Deuteron. 32. Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas, interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi; illud 2. Petr. 1. Spirituſancto inſpirati locuti ſancti Dei homines, & illud, Hierem. 1. vigilabo, ego ſuper verbo meo. Dominus enim ideo fortis Zelotes dicitur, Exod. 20. & ideo Zelotes eſt nomen eius, Exod. 34. quia zelo ſummo Eccleſiæ ſuæ ſponſæ dilectę verba omnia quæ ei ſecundum ſucceſſionem temporum locutus eſt, cuſtodit (quibuſcunque in contrarium non obſtantibus) incontaminata, & in omnibus illæſa.

Zelotes fortiſſim' eſt Deus pro cuſtodiēda eccleſia ſua in ſyncera verita te. & ab erroribus

ANNOTATIO SEXTA, Corrolaria Cap. IIII.

EX dictis ergo in annotatione quinta manifeſtum eſt. Primo, quod Apoſtoli Euangelij prędicatores, cum eſſent ſeminatorū à prophetis meſſores à Chriſto inſtituti (vt patet in textu) non prædicarūt diuerſa ab illis, quæ p̄ prophetas ſeminata fuerant, ſed eaſdem prorſus, ampliando tamen, magiſque explicando ſecretos ſenſus rerum illarum ſeminatarum, & multa ſuperaddendo conformia ſeminatis (vt videmus etiam in bonis meſſoribus corporaliter, ſeminatorū, qui plura admodum metunt, quam ſeminata fuerint, eiſdem tamen conformia. Propter hoc deſignandum Chriſtianis Euangelicam doctrinam ab Apoſtolorum præ

dicatio-

Digitized by Google

dicatione acceptam retinentibus, dicitur Epheſ. 2. Eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & prophetarum. Sed & ad idem ſignificandum ipſi Apoſtoli tum in Euangelio tum in epiſtolis ſuis, quæ indubitanter Euangelio conformes ſunt, allegant ſępiſſimè dicta prophetarum, veros illorum ſenſus antea minus notos (quamuis literales, Vide Elucidationes pri. par. q. 1. ar. 10.) aperiendo: vt inde cognoſcamus eos eſſe meſſores earũ rerum quarum prophetæ fuerant ſeminatores.

Secundo. Secundo inde (vt ſupra) manifeſtum eſt, quod illa quinque, de quibus in principio annotationis quintæ loquebamur, ſunt vera.

Tertio. Quod, vt videamus per ſingula, dicamus. Si lex per Moyſen prophetam data, & alij prophetæ fuerũt ſeminatores (vt declaratum eſt) & Euangelij prædicatores Apoſtoli fuere meſſores, quomodo poteſt eſſe, quod lex aut aliquis prophetarum, contrarientur Euangelio, aut hoc illis? Maximè autem patet veritas impoſſibilitatis huius, quia (vt in textu habetur) à Deo datum eſt, vt & qui ſeminat, ſimul gaudeat, & qui metit. Hoc enim vtique non poſſet eſſe ſi ad inuicem in ſcriptis ſuis aut dictis cõtrariarentur: quia tunc de neceſſitate ſequeretur, ꝙ vnus illorũ, ſ. vel ſeminator, vel meſſor, erraſſet in dictis, aut ſcriptis ſuis; de errore autem ſeu falſitate ſiue mendacio nullus reportat à Deo gaudiũ pro præmio, nec contrariantes ad inuicem gaudent ſimul.

Quarto. Concordant ad inuicem Lex, Propheta, & Euangelium. Rurſum. Si lex, & prophetæ fuerunt ſeminatores, & Euangelici pręđicatores fuere meſſores (vt declaratum eſt:) quomodo poſſibile eſt, quod Euangelium ſit quid omnino nouiter natum, & non potius in lege, & prophetis virtualiter contentum? Cuius impoſſibilitatis veritas etiam per Apoſtolum patet dicentem, Rom. 1. Euangelium Dei, quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis.

Quinto. Rurſus ſi Euangelium in antiquis Iudæorum ſanctorum ſcriptis continebatur præfiguratum; quomodo poteſt Iudæus poſt Euangelij prædicationem, vel gentilis manifeſtata ſibi, Euangelica veritate illarum figurarum veterum impletiua, eſſe excuſabilis? Iuxta illud Rom. primo. Ita vt ſint inexcuſabiles: & illud, Rom. 3. Vt omne os obſtruatur.

Sexto. Item. Si Chriſtus vult, quod Apoſtoli tantum honorem veteri teſtamento deferant, vt ſint illius (tanquam agri veritatum, & figuratarum, & prænunciatarum, pleni) boni, fideleſque meſſores (vt declaratum eſt:) quomodo poſſibile eſt, quod Chriſto ſit exoſus, & non potius ſumme dilectus, author veteris teſtamenti? Scimus verò ex multis ſcripturarum locis Chriſtum odio perfecto odiſſe Diabolum: & è contra diligere ſummo amore, ac honore Deum patrem ſuum. De neceſſitate ergo ſequitur, quod non Diabolus, ſed Deus pater Chriſti Domini noſtri, fuerit illius teſtamenti conditor.

Septimo. Item. Si fidei noſtræ per Euangelij veram, ſynceramque pręđicationem doctores, & fundatores. [Hi ſunt Apoſtoli ſancti] fuerunt, in prædicando Euangelium, meſſores antiquorum ſeminatorum, ſcilicet patriarcharum, & prophetarum, quomodo poterit vnquam eſſe, quod fides noſtra ab Apoſtolis accepta non ſit ſubſtantialiter eadem cum fide illorum ſanctorũ antiquorum? Quod & Apoſtolus conteſtatur dicens, Rom. 3. Vnus eſt Deus, qui iuſtificat circunciſionem ex fide, & præputium per fidem, item 2. Cor. 4. Habentes eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt; Credidi propter quod locutus ſum, & nos credimus, propter quod & loquimur.

Cæterum, pro ampliori condemnatione illius hæreſis Adæ Manichęi, ſcilicet quod vetus teſtamẽtum nouo contrarietur: vide Elucidationes pri. par. articulorum numero 584. & 1. 2. articulorum num. 570. 571. Item Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Deuteron. 10. concl. 1. Pro condemnatione verò ſupradictorum, qui putant ſe eſſe excuſabiles etiam ſi non credunt Euangelio, ſecundum quod exponitur de mente Romanæ Eccleſiæ arbitrantes ſe, & quemlibet aliũ poſſe ſaluari in ſua ſecta, & ſua (vt aiũt) fide (quæ tamen re vera non fides, ſed perfidia eſt:) vide Elucidationes 1. 2. articulorum num. 378. 463. & 2. 2. art. num. 4. 47. 51. & 3. de Sacram. Additiom. articulorum num. 386. 441. 443. Item Veritates aureas, &c. Geneſ. 3. con-

7. & cap. 7. concluſ. 3. & Exod. 12. concl. 7. & Leuit. 4. concluſ. 5. & cap. 19. concluſ. 5. & cap. 22. concl. 7. & Num 2. concl. 10. & cap. 4. concl. 1. & capit. 13. concl 7. & Deuteron. 12. concluſ. 4. pro condemnatione autem hæreſis Manichęi ſcilicet non Deus bonus, ſed Deus malus idest Diabolus fecit Vetus teſtamentum: vide Elucidationes pri. par. articulorum num. 204. & 1. 2. artic. num. 519. 520. Item Veritates aureas, &c. Deuteron. 33. concluſ. 2.

CAPITVLVM QVINTVM.

Poſt hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit IESVS Hieroſolymam. Eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina; &c. quinque porticus habens. In his iacebat multitudo, &c. Vſque ad finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA, Cap. V.

Chriſtus eſt Dominus naturæ, & Legis diuinæ (Ergo eſt verus Deus; cui Chriſto ſimpliciter obedire tenemur, cuius mandatum adducere pro ratione facti ex obedientia, ſufficit contra quaſcunque tentationes tendentes in oppoſitum: Qui & nos ad ſupplicandum ſibi per orationes excitat, & nobis orantibus dat plura quam petimus, quam ſperamus, quam intelligimus.

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM iſtam quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. vis ſanus fieri? Reſpondit. Domine, hominem non habeo, &c. Surge tolle grabatũ tuum, & ambula, & ſtatim ſanus, &c. Et per tex. reſpondit eis, qui me ſanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. ex tex. Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. Pars itaque prima, ſcilicet quod ſit Domiminus naturę, patet ex eo: quod Chriſtus ſolo imperio ſuo dicit naturæ multum languidæ ſurge, & ſurgit, & tolle grabatum tuum, & tollit; Ambula; & ambulat. Quod enim effectus aliquis naturę alicui impoſſibilis fiat ſibi ſtatim poſſibilis ad imperiũ ſolũ p̃cipiẽtis infert neceſſario, ꝙ ille p̃cipiẽs habet dominiũ abſolutum ſuper ipſam. naturam Alioquin nihil mutaretur in natura illa ad ſolam vocem præcipientis; & conſequenter ſibi impoſſibile non fieret mox, audita voce illa, ſibiipſi poſſibile (vt patet ab exemplo ſequente) Nam ideò propter noſtrum affirmare, vel negare nihi mutatur in re (vt dicit philoſophus); quia nos nõ ſumus domini naturę rerum. Sicut ergo hoc. ſ. res propter noſtram de illis affirmationem, vel negationem non mutari à diſpoſitione, quam ſecundum ſe ad extrà habent, eſt certum ſignum; quod nos ſuper earum naturam dominium non habemus: ita per oppoſitum. ſ. res propter affirmationem, vel negationem alicuius mutari à diſpoſitione, quam ſm̃ ſe ad extra habent, eſt certum ſignum; quod talis habet dominium ſuper naturam rerum. Intelligendum tamen eſt hoc formaliter i. de affirmante vel negãte in virtute propria: quoniã tũc tm̃ talis, vt talis affirmat vel negat. Propter quod licet ad Apoſtolorum (vt patet in libro actuũ ſuorum) iuſſionem affirmatiuam, vel negatiuam mutarentur res à diſpoſitione ſua; puta, quando afferebãt ſanitatem infirmis, vel remouebant dęmonia ab obſeſſis: tamen

ex

ex hoc non poterat vere inferri, quod ipſi Apoſtoli eſſent domini naturæ rerum illarum. Nam ipſi, vt ipſi, non iubebant affirmatiue vel negatiue, ſed ipſi, vt miniſtri Chriſti (id quod etiam quandoque externis verbis aut ſignis explicabant) ſic, vel ſic, loquebantur: hoc eſt nunquã agebant tunc in virtute propria, ſed ſemper in virtute Chriſti; poterat ergo ex mutationibus illis rerum ad affirmationẽ vel negationem Apoſtolorum factis inferri verè, quod Chriſtus erat dominus naturæ rerum illarum, quamuis non ſic de Apoſtolis (vt diximus, nec de quibuſcunque alijs ſanctis ſimilia facientibus.

NERVVS ergo probationis concluſionis, quantum ad primam partem, ſtat in hoc, quod Chriſtus iuſſionem illam affirmatiuam, qua non ſolum homini, ſed & naturæ dixit, Surge, fecit in virtute propria. Hac enim de cauſa, quando ex Euangelij contextu videmus, quod ad vocem illam mutata eſt res à diſpoſitione ſua, ideſt, quod dicendo, Surge, morbum abſtulit, vimque ſurgendi contulit, dicimus, quod Chriſtus eſt dominus naturæ. Quod ſi dixeris, quod etiam Petrus Apoſtolus dicendo, Actu. 9. Tabita ſurge, mortem abſtulit, vitamque, & vim ſurgendi contulit: iam reſpõſo ſupradicto de Apoſtolorum iuſſionibus præoccupata, ſolutaq; eſt hæc, & omnis alia ſimilis, de ſanctis inſtantia. Vnde ex hoc Petri facto, non Petro, ſed Chriſto, tribuitur, habere dominium ſuper rerum naturam. Cæterũ, ad neruũ probationis redeundo, dicimus ꝙ in huius Euãgelij contextu probatur efficaciter, quod Chriſtus facit hoc, & ex conſequenti quodlibet aliud miraculum virtute propria, ſcilicet diuina. Ad malignantes enim Iudæos contra miraculum hoc reſpondet Chriſtus infra, & dicit: Non poteſt filius à ſe facere quicquam: niſi quod viderit patrem facientem. Quæcunque enim ille fecerit, hæc & filiꝰ ſimiliter facit, Ac ſi aperte dicat. Ego qui ſum filius non potui hoc miraculũ (ſicut nec quicquam aliud) facere à me licet habeam ęqualẽ poteſtatẽ cũ patre faciendi quodcunq; voluero. Ex quib. verbis patet ad literã, ꝙ æquali poteſtate cũ patre, i. tanta poteſtate, quanta & pater, filius agit, quæcunque facit, ideoq; etiam miraculum hoc, licet filius à ſe nihil faciat, imo nec facere poſſit, pater verò à ſe faciat. Nam filius generatur à patre, nec põt non eſſe generatus à patre, Pater aũt generando filium, cõicat totam ſuam eſſentiam filio, ita ꝙ ambo habent eandem eſſentiam numero, & quia poteſtas agendi eſt realiter eadem cum eſſentia, ideo dando ei eſſentiam, dat ſimul potentiam agendi, & ſic ambo habent eandem numero virtutem, ſeu poteſtatem, ſeu potentiam, (quæ tria idem ſunt agendi. Vnde patet, quod ambo eadem virtute faciunt, quęcumq; faciunt, ſic tamen, quod pater à ſe facit, quia à nullo eſt, ac ꝑ hoc à nullo alio habet illã virtutẽ, & filius nihil à ſe facit, imo nec à ſe facere poteſt, quia eſt à patre, ac per hoc habet illam virtutem à patre non autẽ à ſe. Sicut. n. filius non poteſt generare ſeipſum, ita nec eſſentiam, nec virtutem diuinam poteſt dare ſibimetipſi. Per hoc ergo patet illa Euangelica reſponſio Chriſti ad Iudæos quod, ſ. ipſe à ſe non poteſt facere quicquam, licet eadem numero virtute, qua pater, faciat omnia. Deniq; vt vno verbo omnium ſupradictorum completiuo, veritatem reſponſionis Chriſti ad ſanationem languidi applicando, explices, dic, quod idẽ eſt, Chriſtum de miraculo præſenti reſpondiſſe, Non põt filius, &c. vſq; ad, ſimiliter facit, ac ſi dixiſſet, Ego feci hoc miraculum virtute diuina.

Contra ſuperbiam Pelagianorum maxime ſtat tex. Non poteſt filiꝰ à ſe facere quicquam.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Chriſtus eſt dominus legis diuinæ, demonſtratur ex tex. Pater meus, vſque modo operatur, & ego operor. His enim verbis contra Iudæos ei imponentes falſo ꝙ ſanando languidũ cũ iuſſione portãdi grabatũ ĩ die Sabbathi, violaſſet Sabbathũ, ideoq; peccaſſet contra mandatum diuinæ legis de non operando in die Sabbathi, oſtendit Chriſtus, ſe, faciendo tale opus in Sabbatho, non violaſſe feſtum, & conſequenter nõ peccaſſe. Reſpondit ergo eis, Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor. Hoc eſt (in propoſito.) Pater meus, quia continuè operatur, etiam operatur in Sabbatho. Et ĩñ ipſe ſic operãdo, nõ violat Sabbathũ (neq; enim eſſe põt deſtructor ſui ꝑcepti, iuxta illud Pſal. 88. Quę ꝓcedunt

de labijs meis non faciã irrita.) Ego igitur, in Sabbatho operando, non pecco. Vides, nè tu hic, quod Chriſtus, talia dicendo, non ſolum conuincit Iudæos de falſitate illa; ſed etiam manifeſtat, ſe eſſe æqualem Deo patri? Et hoc intellexerunt ipſi Iudæi: licet errarent, addendo, quod ipſe faciebat ſe ei æqualem (cum tamen non ſe faceret talem, ſed re vera eſſet naturaliter talis, ideſt æqualis patri, 1.q.42. artic. 1.2 4.6.) Vnde hanc Iudæorum intelligentiam ex verbis Domini præmiſſis denotans quaſi ex obliquo Euangeliſta, mox ſubiunxit; Propterea ergo magis quærebant, eum Iudæi interficere: quia patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. Ecce, quod Iudæi in eo, quod arbitrati ſunt; Chriſtum dicendo, Pater meus vſque modo operatur, & ego operor loqui de ſuijpſius æqualitate ad patrem, melius intellexerunt verba eiùs, quam Arrius, ac per hoc illum confundunt. Iudæos autem verum arbitratos eſſe dum verba illa eſſe intelligenda de æqualitate Chriſti cum patre, patet ex hoc: quod Chriſtus ad eos loquens in ſequenti poſtea contextu [Amen, amen dico vobis non põt Filius, &c. vſque ad, vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem] magis extenſiuè declarat æqualitatem illam, quam prius, per verba præmiſſa Pater meus vſque, &c. breuiter notificauerat.

PROBAVIT ergo Chriſtus, ſe non violaſſe Sabbathum, operando in die illo, ex eo, quod pater per hoc, quod operatur in Sabbatho, non violat illud. Quam Chriſti probationem, vt melius pro confutandis illis Iudæis in ſua impoſtura percipiamus, examinando profundius: dicamus. Sabbathum quare à Deo pręceptum eſt obſeruari, non operando tunc? Quia Deus in die illo requieuit ab omni opere, quod patrarat, Geneſ.2. Ratio igitur inſtituendi vacationem ab operibus noſtris in illa die ſeptima fuit ceſſatio Dei ab illis operibus ſuis. Voluit enim Deus, vt in hoc aſſimilaremur ſibi (id quod magna dignitas eſt, videlicet creaturam aſſimilari creatori ſeu ſeruum domino ſuo) Illa opera Dei, quæ fuerũt ratio inſtitutionis Sabbathi, ſunt ne abſolutè omnia? Non (inquit ſcriptura Geneſ.2) ſed tantum illa, quibus nouas totaliter 1.q.73. art.1. creaturas fecit. Non enim abſolutè dicitur ibi, Quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, ſed cũ quadam operũ determinatione dicitur, Quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, qđ creauit, vt faceret. Hoc verò eſt, ceſſaſſe ab operando nouas creaturas, non autem ceſſaſſe ab operando qualitercumq; (vt patet.) Opus ergo illud Dei de quo dicit Chriſtus, Pater meus vſque modo operatur, cum non ſit opus faciendi nouas omnino creaturas, ſed opus conſeruandi, & adminiſtrandi, ſeu etiam propagandi, res iam creatas, non eſt contrarium rationi inſtituendi Sabbathum, ſed ſtat ſimul cũ illius inſtitutionis ratione: Simul.n. ſtant hæc duo, ſ. quod Deus tunc ceſſauerit ab operando nouas creaturas, ita vt nouas omninò nunquam ampliùs operaturus eſſet, & q Deus nunc operetur conſeruãdo, &c. illas. Tunc vltra. Iſtud opus Dei non eſt contrarium rationi inſtituendi Sabbathum, ſed ſtat cum illa: ergo hoc idem opus Dei non eſt contrarium Sabbatho, ſed ſtat ſimul cum illo .i. non deſtruit ſanctificationem Sabbathi, qua ſcilicet in die illo non eſt operandum, ſed cum obſeruatione Sabbathi ſtat. Hac exacta, & vera, propoſitionis illius, Pater meus in Sabbatho operatur, examinatione præhabita, ſequaris, & applicando hoc ad propoſitum Chriſti, dic. Operatio patris mei, qua nunc operatur in Sabbatho, non eſt contraria Sabbatho, ſed ſtat ſine violatione Sabbathi: ergo, & operatio mea, qua nunc ſanando hunc lãguidum cum præceptione ſuſtollendi grabatum operor in Sabbatho, non eſt contraria Sabbatho, ſed ſtat ſine violatione Sabbathi. Ecce, quomodo per illud, Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor, Chriſtus directè percutit &, cõterit falſitatem illam ſibi a Iudæis impoſitam de violatione Sabbathi: per illud idem quoq; conuenienter includens ſuijpſius æqualitatem cum patre (vt ſupra ad literam declaratum eſt. Dominum ergo legis datæ; Exod.20 in qua mandatum hoc de ſanctificatione Sabbathi erat vnum de præcipuis, probauit Chriſtus per hoc, quod eſt ęqualis patri, & per conſequens Deus ille,

Dignitas dignitatũ eſt aſſimilari Chriſto.

Digitized by Google

le,qui dedit legem, cum Deus ille eſſet tantum vnus,Deuteron.6. nec haberet patrem,Deuter.3.32.Sap.12. Iſa.43.44.

RESPONDIT PATER meus, &c.

AD calumnias Iudæorum pluries factas contra Dominum de violatione Sabbathi merito retundendas vijs pluribus reſpondendo vſus eſt Dominus. Licet autem ad interrogationem, Quare, (ſi de hoc aliquis inquireret) poſſet vno verbo dici, quod boni, multoque magis optimi, magiſtri ſeu doctoris eſt habere plura remedia (Hæc in propoſito, ſunt plures reſponſiones) pro ſuis rebus iuſtè defendendis ab oppoſitorum incurſione: tamen,vt ſapientiam prudentiamque Domini magis in ſuis reſponſionib. ad illas ſingillatim cognoſcere valeamus (vt, & eum in his vel ſimilibus, cum de doctrinis nactare occurrerit,imitemur) extendamus eas. Iudæis igit de Sabbathi tráſgreſſione Chriſtum mordentibus in diſcipulorum eius facto circa ſpicas, reſpódit efficaciter os eorum obſtruẽdo Chriſtus per exempla Dauidis, & Sacerdotum, Matth. 12. Vbi paret non ſolum ſapientia,ſed etiam prudentia Domini reſpondentis. Prudenter ſiquidem agit tunc aliquis, quando attentis perſonis occurrentibus in aliquo negocio,agenda circa negociũ illud commenſurat ſm perſonarũ illarum conditionem. Quia ergo perſonæ,quæ in tal. caſu,Matth.12.immediatè accuſabantur (ad differentiam Chriſti, qui ibi tacite ab eiſdem mediate mordebatur) erant homines puri, ideſt ſolam humanitatem habentes, ſcilicet diſcipuli: ideo prudens fuit reſponſum eò quod per exempla purorum hominum, ſcilicet Dauid,& Sacerdotum accuſationi prędictæ datum eſt. Rurſum. Chriſtus immediatè de Sabbathi violatione tangebatur ab eiſdem, Luc.13 ideo,cum eſſet homo, reſpondit ab exemplis factorum humanorum, ſ. quod in caſu poterat bos, aut aſinus,extrahi de puteo,ſiue de fouea, in die Sabbathi. Item. De eodem incuſabatur immediatè Chriſtus,Ioan. 7. & præſenti cap. ideò,cum eſſet etiam Deus reſpondit per facta diuina,i. vel ad Deum relationem ſpecialem habentia. (Vt. Si circumciſionem accipit homo in Sabbatho, vt non ſoluatur lex Moyſi, &c. cap. 7.) vel à Deo ſpecialiter procedentia (vt. Pater &c. & ego operor, cap. 5.) Sed quare [Dicet quis] reſponſionem per facta diuina datam non attulit Luc. cap. 13.& datam per humana facta non attulit Ioan. c. 5.? Cum.n.vterq; horum Euãgeliſta rum profiteatur,narrare dicta, & geſta Chriſti: potuiſſet 1 ne. tanquam ex profeſſo, narrare id quod narrauit Ioannes,relinquẽdo Ioanni narrandum illud ſui cap 13. Reſpondetur ad hoc,quod ſtãte ordinatione diuina de fine praſtituto his Euangeliſtis, narrauit conuenienter vterq; ſua (vt ibi iacent:) nec poterat conuenienter ab eis fieri illa, quę adduci tur,narrationum tranſmutatio. Porro,finis Ioanni praſtitutus à Deo eſt; vt Euangelizet diuinitatem Chriſti(id quod mõſtrat iuxta oẽs SS. Doctores, Ioan.inſigne ſcilicet Aquila. Ezechiel.1.) finis vero Lucæ eſt, euãgelizare immolationẽ Chriſti. & per conſequens facta eius humana (id quod oſtẽdit Lucę, inſigne,ſ. Bos.Ezech. 1.) Finẽ ſuum incæpit ſic exequi Ioan.c 1. In principio erat verbũ: Et ſuũ Luc. c. 2. Peperit filiũ ſuũ primogenitum, & pannis eum inuoluit, &c. Poſitus eſt hic in ſignũ,cui cõtradicetur. Quia verò finis eſt ratio eorum,q̃ ſunt ad finẽ (vt & Philoſophia,& quotidiana experientia, docet,) ideſt,quia oĩa alia menſurari debent ſm requiſitionẽ intenti finis, ideo reſponſa, dicta,& facta,diuina Chriſti ſtuduit,pręcæteris Euangeliſtis,Ioan. enarrare; Luc. aũt circa humana eiuſdẽ reſponſa,dicta, & facta,occupationem magis aſſumpſit.

Euangeliſtarũ cui libet præſtitutus eſt finis prius à Deo.

PATER meus,&c Reſponſum hoc Domini ſecundũ expoſitionem verã(quę ſupra,in probatione ſecundæ partis concluſionis,poſita eſt) intellectum valet ad efficaciſſime confringẽdum quodcunque crimen à Iudæis contra Chriſtum quocũque tẽpore obiectũ. Ex hoc.n.quod Chriſtus eſt ęqualis Deo patri (vt verè denotat pmiſſa præpoſitio, Pater meus, &c.) patet,manifeſtè,quod ipſe,& vt Deus,& vt homo Deo perſonaliter vnitus,nõ tantũ non eſt vllo modo peccator, ſed etiam nullo modo peccare poteſt. Nam, inquantum Deus, nõ poteſt obliquari vllo modo à prima regula veritatis, totiuſque

Digitized by Google

rectitudinis, quoniam ipſemet eſt eſſentialiter illa regula. Conſtat verò ꝙ ipſe à ſeipſo diſcedere nõ põt, id quod eſſet negare ſemetipſum: ꝙ omnino eſt impoſſibile, 2. Tim. 2. Rurſus. Ipſe inquantũ homo perſonaliter Deo vnitus, ab eadem regula nõ poteſt vllo modo obliquari, quia licet, vt homo, non ſit eſſentialiter ipſa regula, tñ per quandam ſingularem, & omnino indiſſolubilem coniunctionem eſt illa. Humanitas.n. Chriſti eſt inſtrumentum Deitatis perſonaliter ei coniunctum & ideo à motione ipſius Deitatis, quæ eſſentialiter (vt diximus eſt regula totius rectitudinis, non põt obliquari, cum illud coniunctionis ligamen ſit ſemper indiſſolubile: & per conſequens non põt vllo modo peccare, quoniam peccare nihil aliud eſt, niſi obliquari à regula diuina.

Chriſtus eſt omnino impeccabilis: ideo, &c.

Siue ergo quantum ad humanitatem, ſiue quantum ad diuinitatem de Chriſto, loquamur, Chriſtus eſt impeccabilis. Ergo falſiſſimum eſt omne, ꝙ ipſi pro peccato imponebãt Iudæi, (quę multa ſunt: vt paſſim in Euangelijs patet) nec tñ illi (ꝙ ſibimetipſis fingentes applaudendo ſuadebant) excuſationẽ habent de iſto, & de quocũq; alio in Chriſtũ, peccato Ioa. 15.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET Chriſto ſimpliciter obedire tenemur, cuius, & mandatum adducere pro rõne facti ex obedientia, ſufficit contra quaſcunq; tentationes tendentes in contrariũ: demõſtratur ab Euãgel. ex tex. Dicit ei Ieſus, Surge, tol. grab. t. & amb. & ſta. ſuſt. grab. ſ. & ambulabat, & ex tex. Dicebãt ergo Iudæi, Non licet tibi tollere grabatũ tuũ, Reſp. Qui me ſa. fe. ille mi. dixit. Tol grab. ſ. & amb. Patet. n. ꝙ nos rõne plurium beneficiorum à Chriſto receptorũ (quę vnuſquiſq; per ſe cõſideret) præ iſto languido, tenemur magis, ex amore magno ſeruire ei, q̃ teneretur iſte. Rurſum patet, ꝙ nos, q ſumus, & animati, & rõnales ad idẽ magis tenemur, q̃ inanimata Cũ igit languidus, audito præcepto Chriſti, Surge, &c. obedierit ſimpliciter ei, & inanimata, ſ. lãguor recedẽdo, & ſanitas corporalis accedendo, idem fecerint, ſequitur manifeſtè, ꝙ multo magis nos ſimpliciter obedire Chriſto tenemur. En Chriſtus languido, qui ex diuturnitate morbi, triginta & octo annorũ, nõ poterat ſe mouere, ſe moueri ab alio indigebat (vt ex eius reſpõſione ad Chriſtũ cognoſci põt) pręcipit: vt per ſeipſum ſurgat, & in ſignũ pfectę curationis, ſoliditatiſq; membrorũ, tollat grabatũ ſuũ, & ad publicã miraculi manifeſtationẽ, onuſtus grabato ambulet corã omnib. in domũ ſuã, & languidus ſtatim ſurgit, tollit grabatũ ſuũ; & ambulat. Vbi addiſcis, ꝙ obedire ſimpliciter eſt ad pręceptũ ſuperioris auditũ mox ſubſequi executionẽ voluntariã inferioris, quo ad ſingula in pcepto p ordinẽ contẽta. Ecce 1. dicit, Surge, 2. tolle grabatũ tuũ 3. ambula: Ecce obediẽtis executio, ſtatim 1. ſurgit 2. tollit grabatum ſuũ 3. ambulat. Vidimus hanc obedientiæ ſimplicitatẽ in primo obediendi ſpeculo; ſ. Abrahã Gen. c. 22. Vix. n. Deus pcipiendo verba finierat; qñ Abraham mandatum exequendo actualiter obediebat. Nocte mandat Deus, vt tollat Iſaac filiũ ſuũ, & vadat in locum ſibi monſtrandũ, & offerat in mõte ibi filiũ ipsũ in holocauſtũ Abrahã per ordinẽ ſtatim, mandatũ totũ exequitur, vt ibi notat tex.) Nã de nocte conſurgit, tollit Iſaac filiũ, vadit ad locum illũ, & ſumptis alijs ad ſacrificiũ offerendũ neceſſarijs, ſ. igne, gladio, & lignis aſcendit in montẽ ibi exiſtentẽ: Erigit ibi altare pro ſacrificio faciendo, cõponit ligna ſuper illud, alligatũ Iſaac filium ſuũ ponit ſuper illam ſtruem lignorũ, arrepto gladio eleuans manũ voluntate, & actu ſimul (quantũ in ſe fuit) obtulit illũ ſuũ ex Sara vnigenitum in holocauſtum. Vides q̃ conformia ſunt, præceptum & obedientia. Tantã ergo inter illa conformitatẽ volens breuiter, & ſufficienter, exprimere, quid dices? Quod præceptum eſt obedientia in actu ſignato deſcripta, & ꝙ ſimplex obedientia eſt præceptũ in actu exercito deſcriptũ. Vides ne igitur adeo ſibi hæc ad inuicem ſimilia: vt qui vtrumuis ipſorum videat; viderit vtrumque? Porrò, in ſcripturis hanc ſimplicem, ideoque perfectam notificari obedientiam ſcias per hoc verbum, Sicut: Ita, ſic. Vt Ioan. 14. ſicut mandatũ dedit mihi Pater, ſic facio. Matth. 1. Exurgens Ioſeph à ſomnis fecit ſicut præcepit ei Angelus, Ioan. 13. Quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

Obedire ſimpliciter quid ſit, &c.

Ita

Digitized by Google

ſte, ideſt perfectè, quantum poteſtis. Ex his ergo patet, quod & de obedientia languidi vere poſſumus dicere, quod fuit perfecta: & de languido, quod fecit ſicut mandauerat ei Chriſtus. Vnde vigilanter notato, quod quemadmodum vtilitatem magnam obedienti affert; (vt patet de Abraham, &c.) in exequendo mandatum obſeruare; Sicut ideſt punctaliter, ideſt non declinando ad dexteram neque ad ſiniſtram, ita nocumentum magnum obedienti affert, in ſua obedientia non obſeruare, Sicut. Ad hoc enim de notandum de Amaſa intimationem mandati habente à Dauid rege circa adunationem tribus Iuda dicitur 2. Reg. 20. Abijt Amaſa, vt conuocaret Iuda; & moratus eſt extra placitum, quod ei conſtituerat rex. Vbi, quibuſdam interpoſitis, ſubditur mox: quod Amaſa fuit occiſus à Ioab. Ex ſerie igitur texturæ ſuæ denotat ſcriptura: quod non fuiſſet Amaſa occiſus à Ioab, ſi in executione mandati regij non eſſet moratus extra placitum, quod ei conſtituerat rex, hoc eſt, ſi in illius executione obſeruaſſet, Sicut. Rediſſet enim citius ad regem: & per conſequens non fuiſſet poſtea inuentus in via à Ioab: & ſic euaſiſſet mortẽ. De quodam ſimili exẽplo vide 3. Reg. 13. Quo cõtra, vide 4. Reg. 9. vnum de filijs prophetarũ mandatum Heliſæi exequentem, obſeruando, Sicut.

PARTICVLA altera huius ſecundæ partis concluſionis patet ex eo, quod iſte languidus iam ſanatus, & exequens mandatum Chriſti, dum à Iudæis ab obedientia tali per allegationem de Sabbatho impediretur, adduxit pro ratione facti ſui mandatum ſibi à Chriſto impoſitum. Reſpondit ſiquidem hoc ſolum eis, dicens: Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum, & ambula. Ac ſi aperte dixiſſet. Non violo Sabbathum, quia authoritate illius hoc facio, qui miraculoſe me ſanauit. Ecce: quomodo obedientia eſt ſemper pro ſcuto valido ſuis filijs, ideſt vere obedientibus. De quo etiam, pro ampliori notitia, vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. vigeſimo ſeptimo concluſ. prima tertia. Securus itaque ſic reſpondendo, fuit iſte languidus, ſicque faciens, & obſtruxit ora Iudæorum ſe impetentium (in cuius ſignum ipſi nõ amplius obedientem ipſum exacerbauerunt, ſed ad præcipientem mordendum, vt patet in textu, ſe verterunt) & dignus factus eſt, vt poſtea à Chriſto cuius mandatum contra malignantes obiecerat, reuiſeretur, ac de modo conſeruandę ſanitatis ab eo receptæ his verbis, Iam noli peccare, inſtrueretur. Vnde poſt illam reſponſionem ad Iudæos ſequitur in con textu, quod Chriſtus quamuis declinaſſet prius à turba, iuenit poſtea ipſũ in tẽplo.

Reſp. obedientis quæ ſemper p̃ceſſe debeat eſſe.

DVBIVM TEXTVALE CVM Reſponſione.

CÆTERVM, dicet quis. Cur declinauerat Chriſtus à turba, maximè cum vellet, miraculum de illo languido manifeſtum turbæ illi fieri? Propter hoc enim (vt dictum ſupra fuit) Chriſtus mandauit languido, vt cum grabato ſublato ambularet in domum ſuam. Reſpondetur ad hoc: quod humilis corde Dominus Matth. vndecimo volebat quidem, miraculum factum fieri manifeſtum, vt inde glorificaretur Pater ſuus cæleſtis, ſed nolebat ipſe videri à turba author miraculi; vt nos ſic de fugienda inani gloria, noſtraque oſtentatione, ſub perſonæ ſuæ exemplo, inſtrueret. De operibus enim bonis, quæ feciſſemus, videndis nos debere eſſe ſolicitos, verbis prius Matth. quinto docuerat, vt videant (inquiens) opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt; & de iactantia inde naſcenti euitanda item ſermone monuerat Matth. ſexto: Attendite (inquiens) nè iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Vbi non prohibuit, nos facere opera iuſtitię coram hominibus (hoc enim opus miraculoſum ipſe fecit coram multis hominibus:) ſed prohibuit nos talia facere coram illis, ad hunc finem, vt, ſcilicet videamur, ideſt, vt inde laudemur ab eis. Quæ igitur duo verbis nos pro ſalute noſtra docuerat, hæc eadem nunc factis præmiſſis (ſicut, & alijs ſimilibus alibi) edocere dignatus eſt. Hinc patet, quod Dominus de no-

bis, & de noſtris operibus bonis, voluit, nos facere quandam ipſi Deo gratiſſimã nobiſque vtiliſſimam, abſtractionem. Quam? Vt noſmetipſos abſtraheremus ab operibus noſtris, quo ad viſionem ab hominibus deſiderando videlicet, vt homines ad laudem Dei ſuijpſorumque profectum, videant opera bona, & ſimul non videant, nos eſſe illorum operum factores. Vt videant (inquit) opera veſtra, non vos. Ita & nunc facit videri miraculum, ſed ſeipſum occultat. Propter alias etiam cauſas declinauit à turba conſtituta in loco. Et primum quidem (vt inquit B. Chriſoſtom.) vt eo abſente, teſtimonium inſuſpicabile fieret. Qui enim adeptus fuerat ſanitatem: idoneus erat beneficij teſtis. Demum: vt non plus faceret, furorem illorum accendi. Solus enim viſus eius, cui inuidetur, non paruã inuidentibus immittit ſcintillam: propterea diſcedens, permiſit ab ipſis ſuum factum examinari. Hæc ille. Sed & B. Auguſt. dicit: Vt non videatur, declinat à turba. Quadam ſolitudine intentionis videtur Deus. Turba ſtrepitum habet, viſio iſta ſecretum deſiderat. Hæc ille. Pro quorum ampliori declaratione, vide Veritates aureas ſuper, &c. Exod. 3. concluſ. 2. & cap. 5. concl. 3.

Abſtractio optima.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET Chriſtus & nos ad ſupplicãdum ſibi per orationes excitat, & nobis orantibus dat plura, quam petimus, quam ſperamus, quam intelligimus, demonſtratur ex tex. Vis ſanus fieri? Reſpondit, Domine hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam, & tex. dicit ei ſurge, &c. Non enim Chriſtus dixit languido, Vis ſanus fieri, vt cognoſceret voluntatem ipſius. Hæc ſiquidem omnibus erat nota non tantum ex eo, quod omnem infirmum, quantum eſt ex parte naturalis inclinationis, ſcimus deſiderare ſanitatem, ſed etiam ex eo, quod res ipſa, ſcilicet manſio illius ibi, de ſe idipſum oſtẽdebat. Quis enim videns languidum hũc manere ad piſcinam, vbi ſanabantur, modo declarato in textu, infirmi, dubitet, an velit ſanari? Dixit ergo ei Dominus, Vis ſanus fieri? Vt ſic excitaret, & eius voluntatem ad magis deſiderandũ actualiter, quaſi nouo modo allecta ſit ſanitatem, & languidum ad aliqualiter petendum auxilium ab ipſo: vt vel ſic diſponeretur ad receptionem beneficij maximi quod ipſe intendebat ei conferre. Nam per hoc, quod quis magis deſiderat aliquid, magis dilatatur cor eius, ideoque capacior fit, ad receptionem illius rei deſideratę. Vnde patet, quod per deſiderium efficitur quis idoneus ad ſuſcipiẽdum Dei donum, & conſequenter quod quanto magis creuerit deſiderium, tanto plus proportionaliter creſcet idoneitas recipiendi donum illud. Vnde & languidus in hoc ſenſu ſe interrogari à Chriſto, intellexit, ſecundum quod ex reſponſione ſua habetur. Reſpondit enim: Domine hominem non habeo, vt, cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam. Ac ſi aperte dicat. Domine, per interrogationem tuam bono modo inquiris; an ego habeam aliquam viam qua poſſim conſequi deſiderium meum de recipienda ſanitate, ſub qua interrogatione oſtẽdis etiam deſiderare, & ſanitatem meam, & auxilium mihi pręſtare ad illam acquirendam. Ego autem reſpõdeo tibi, quod ad conſequendum illud deſiderium meũ ſcio quidem bonam viam, ſed illam, non habeo. Bona via eſſet, ſi aliquem hominem, quaſi pro cuſtodia adiutrice, haberem: qui, ſcilicet attentus eſſet ad motionem aquæ, & quamprimum eam moueri videret, cõfeſtim me arreptum portaret, & ante quemcumque alium mitteret in aquam. Verumtamen ego non habeo viã hanc: quoniam hominem talem non habeo, qui me modo prædicto adiuuet. Nec ſine tali adiutorio reſtat mihi alia ad ſanitatem via: quoniã poſt motionẽ aquæ non poſſum præ magna debilitate tã citò moueri, vt ante alios deſcendam in aquam. Dum enim venio ego ad aquam, alius ſemper ante me deſcendit. Quia verò ex illa interrogatione tua oſtendis quodammodo te habere bonum affectũ illum, quem ſuprà dixi: ideo vices prædicti hominis ad me iuuandum, ſi pro tua benignitate vis, ſupplere potes. [De quare, &, quantum poſſum, te rogo; &, quò

Textus expoſitio notabilis, &c.

ad

ad vixero, tibi deuinctus ero.] En, ergo, pro illius quartæ partis concluſionis probatione facienda, verus ſenſus & Chriſti interrogantis, & languidi reſpondentis. Facieuda, inquam: quia & ex illo ſenſu Chriſti patebit veritas primę particulæ partis illius, & ex illo ſenſu languidi adiuncta curatione ipſius. patebit veritas ſecundę.

QVÆ erat prima illa particula? Chriſtus nos ad ſupplicandum ſibi per orationes excitat. Pòrrò, quicunque viderit illam interrogationem Chriſti ad languidum, eiuſdemque interrogationis declarationem ſupradictam cogetur à veritate ipſa confiteri: quod Chriſtus ad ſe rogandum pro noſtris neceſſitatibus nos prior præueniendo prouocat. Taceo, quod ad huius particulæ probationem etiam multa in multis Euangeliorum locis dicta faciunt: Vt illud ad Samaritanam dictum, Ioan. 4. Da mihi bibere. Per hoc enim volebat excitare illum (ſicut in eodem contextu immediatè ſequenti habetur. Sicut & de facto excitatam vides poſtea quando ait, Da mihi hanc aquam; quando reliquit hydriam, &c.) ad rogandum ſeipſum pro neceſſitatibus animæ eius, quas ipſa tunc adhuc non perceperat vnquam, licet eſſent magnæ, ac periculoſę nimis, de cadendo in peius, & ex improuiſo in infernum damnatorum. Nunquid non & ad eâdem probationem expreſſe facit illud à Chriſto nobis dictum, Luc. 11. Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis? Nonne, & illud noſtrâ ſpem maximè erigens, Mar. 10. Dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis? De alijs ad ſimile probationis propoſitum facientib. per ſe, prudens lector diſcurrat: Notabis quoque, quod in quotidiana experientia ſunt multa ad eandem probationem facientia, vtpote per quæ nos Chriſtus ad ſibi per orationes ſupplicandum pro noſtra ſalute prouocet. Vt ſunt peccata, & virtutes, proximorum, eorum, & noſtræ multiplices miſeriæ, perſecutiones, tribulationes, aduerſitates, &c. Ideo enim facit te Deus videre proximorum peccata, vt inde exciteris ad ſupplicandum ei, ne cadas in ſimilia, ſciens, qđ nullum peccatum eſt, quod faciat vnus homo, quod non faceret alius homo, ſi non iuuaretur ab eo à quo factus eſt homo, vt optime dixit B. Auguſt.) Sumus namque omnes ex eadem maſſa, Rom. 9. & iccirco de ſuo vnus non plus ſecuritatis habet quam quilibet alius. Ideo etiam facit te Deus videre virtutes proximorũ, vt ꝑ hoc te prouocet actualiter ad ſupplicandum ei pro adiutorio impetrando, quo talibus & tu virtutibus veſtiaris, Ideo quoque immittit tibi aduerſitates has, vel illas Deus (nulla ſiquidem poteſt contingere ſine voluntate eius; cum nec paſſer vnus cadat ſuper terram, ſine patre noſtro, Matth. 10) aut aliorùm aduerſa videre te facit: vt per hoc teipſum de facto excitet ad rogandum eum feruentius pro liberatione tui ab illis, ſecundũ quod ſaluti animæ tuæ expedit: iuxta illud, Pſalm. 119. Ad Dominum, cum tribularer, clamaui. Ex pręmiſſis ergo omnibus ſecundum Euãgelium contemplare tu, & quam ſitibundus ſalutis animarũ noſtrarum ſit Chriſtus, & conſequenter quam deteſtandæ ſint totaliter illæ hæreſes, quibus homunciones Diabolici dicunt, Deum creaſſe genus humanum ad perpetuam damnationem, eundemque eſſe ſimpliciter omnino cauſam effectiuã peccatorum noſtrorum. Eidemque non eſſe gratas, nec nobis, vtiles orationes noſtras. Quarum portarum inferi alias quoque iuſtiſſimas condemnationes vide infra ibi; Confirmatio concluſ. 1. contra hoſtes Eccleſiæ Sanctæ Dei.

HOMINEM NON habeo, &c.

DICEBATVR ſupra, quod ex ſenſu verborum reſponſiuorum lãguidi ad Chriſtum ibi declarato patefacienda erat veritas, ſecundæ particulæ partis quartæ: id quod nunc in gratiam complendæ probationis quartæ, præſtandum eſt. Quæ erat igitur illa particula ſecunda? Chriſtus nobis orantibus dat plura, quam petimus, quam ſperamus, quam intelligimus. Vis huius probationem? Intellige textualem, & languidi reſponſionem, & ſubſecutam Chriſti actionem, ſtatimque de eo, quod vis, ſatisfactum

te inuenies. Nam illa reſponſio languidi vicem orationis tenet, actio autem Chriſti ſubſecuta largam exauditionem. Quid ergo reſpondet languidus? Hominem nõ habeo, vt, cum turbata fuerit, &c. Recurre ad huius expoſitionem totam ſupra in quartę partis probatione poſitam. Vnde ſummatim colliges: languidum hunc rogaſſe Dominum implicite, licet ex humilitate ſua non auſus fuerit rogare explicite, vt pro maximo beneficio ſibi dãdo, dignaretur eſſe ille homo, quem ſe nõ habere prædixerat, vt ſcilicet ipſe Dominus ad aquæ turbationem portaret ſubito eum, ac poneret in piſcinam. Ex humilitate inquam, ſua, quæ ex Euangelico textu habetur. Humilitatem enim illius magnam fuiſſe oſtendit magna illa patiẽtiæ longanimitas, qua per annos ſingulos triginta, & octo liberari à languore ſuo per aquam expectans aſſidebat, & propter plurima interim impedimenta ſibi in contrarium obuenientia nec à ſpe curationis, nec à perſeuerantia ibi corporeæ manſionis, deſiſtebat. Quod certe feciſſet ſuperbus ſpe abiecta, e loco illo diſcedens. Humilitas quoque eius inde habetur, quod interrogatus à Domino, Vis ſanus fieri? Non eſt turbatus ad talem interrogationem (quod tamen, tamquã deridens ſic interrogantem, feciſſet ſuperbus) neque ei dixit; Tu mihi iniuriari veniſti, quando me ſic miſerum, hic ad ſalutem expectandam manentem (vt vides & ſcis) interrogas, ſi volo ſanus fieri? Nihil horum, inquam, dixit languidus ſed manſuete ad interrogationem reſpondit, & reſpondendo interrogantem honorauit, eum Dominum vocans. Domine, inquit, hominem non habeo, &c. Quia ergo excelſus Dominus humilia reſpicit, Pſal. 137. cui humilium, & manſuetorum ſemper placuit deprecatio; Iudith 9. qui & humilibus dat gratiam, Iacob. 4. Ideo ſubſequenter ad præmiſſam pro oratione reſponſionem languidi dedit largam benedictionem. Vbi eſt in textu? Surge; Tolle grabatum tuum; & ambula. Ecce: Qui potens eſt omnia facere ſuperabũdanter, quam petimus, aut intelligimus, Epheſ. 3. nũc actualiter facit quando oranti languido, & ſub figura perſonæ illius, nobis orantibus dat ſuperabundanter quam, &c. Petierat ne vel ſaltem ſperabat iſte languidus tam ſubitam, tam perfectam, tam mirabilem, curationem? Et quomodo potuiſſet vnquã hoc petere à Domino ipſo, vel ſaltem ſperare, quando (vt dicit textus) Neſciebat, quis eſſet? Ideſt, neſciebat, quantę dignitatis, quantæ authoritatis, quantę potentiæ eſſet. Nec mirum manſerat enim tanto tempore languidus, quaſi immobilis in loco illo, ita quod non potuit intereſſe prędicationibus, miraculiſque, diuinis Domini noſtri. Et ideo ſimi'e, quid magnum de eo non æſtimabat. Propter quod etiam Dominus languido non dixerat; Vis, te curabo? Non enim languidus erat capax talis interrogationis, cum nondum aliquid magnum de illo imaginaretur, vnde non potuiſſet capere, quod Dominus eum curaturus eſſet; ſed potius putare, quod per irriſionem quandam eum ſic interrogaret. Quia igitur languidus neſciebat tantam magnitudinem Domini, quantam ſibi benefaciendo monſtrauit: ideo nec ſperare ab eo, nec petere tantã ſalutẽ poterat. Nam intellectus eſt prior voluntate, in qua eſt ſpes, ſecunda, ſecundæ, quæſtio. decima octaua, artic. primo, inquantum offert voluntati ſuum obiectum, prima ſecundæ quæſtio. nona, artic. primo, & ambo, ſcilicet intellectus, ac voluntas, ſunt prius ore: vnde quod non præceſſit in intellectu, non poteſt inueniri in voluntate, & quod in horum nullo fuit, non poteſt rationabiliter (id quod ſonat nomen orationis) eſſe in ore. De neceſſitate igitur concludendum eſt, quod vera eſt vltima illa concluſionis particula, ſcilicet Chriſtus nobis orantibus dat plura, quam petimus, quam ſperamus, quam intelligimus. Id quod, & Apoſtolus Iacobus per illud capit. primo. Qui dat omnibus affluenter, & Apoſtolus Ioannes, in epiſtola prima per illud cap. tertio. Maior eſt Deus corde noſtro conotare voluiſſe, videntur.

Oratio ſecundum ſuum nomen, eſt rerum rationabilium petitio.

CONFIRMATIO
Concluſionis I.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ S. Dei.

QVOD hæreticum eſt, dicere, quod Deus, creauerit genus humanum ad perpetuam damnationẽ[conſequenter ergo catholicum eſt dicere, ꝙ Chriſtus, vt Deus creauerit illud ad perpetuam ſalutem. Ratio huius conſequentiæ ab oppoſitis eſt: quia Chriſtus eſt agens à propoſito, intendens, ſcilicet finẽ conuenientem ſuę creaturæ, id eſt temporalem temporali, ſcilicet bruto, & perpetuum perpetuæ, ſcilicet intellectuali. Vnde neceſſariò ſequitur: quod ſi non intendit creare hominem ad interitum æternũ intenderit creare illum ad uitam æternã. Dãnatio igitur prædictæ hæreſis erit de neceſſitate cõfirmatio illius catholici dogmatis. Et quia in hoc ſacro dogmate cõprehenditur, vt patet, ꝙ Deus excitet nos infirmiſſimos ad ſalutem illam promerẽdam, atque capeſcẽdam, quod fit medijs orationibus, ideò condemnatio eius erit de neceſſitate confirmatio illius partis cõcluſionis, ſcilicet Chriſtus ad ſibi ſupplicandum per orationes excitat:] vide ex ſacroſanctis Scripturis, Concilijs &c. definitum eſſe, in Elucid. pri. par. articulorũ num. 123. 259 515. & 1. 2. articulorum nu. 428. & 3. de Sacram. Additio. articulorũ num. 198. Item in Veritatibus aureis ſuꝑ legem veterẽ, Geneſ. 3. concl. 6. & Exod. 6. concl. 3. per totum. Quod hæreticũ eſt, dicere, ꝙ omnia peccata, quę fiunt ab hominibus, fiunt omninò ſimpliciter opera Dei: & (quod in idem redit) Deum hominum cordibus, vt peccata operentur, inſpirare malas cogitationes, adeoque vt non homines peccent, ſed Deus ſit volẽs & efficiens peccatum[conſequenter ergo catholicum eſt dicere: quod peccata nullo modo ſunt à Deo, & quod ipſe cordibus noſtris non inſpirat malas cogitationes, vt mala operemur, ſed bonas, quibus nos excitet & ad ſuppliciter pro noſtra ſalute orandum (ut cõcluſio capituli dicit) & ad bene & feruenter bona opera faciẽdum. Damnatio igitur prædictę hæreſis erit de &c. vt ſupra, pro quanto ad hoc propoſitũ facit:] vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. & in Veritatibus aureis &c. ſecundum omnes allegationes ſuprà immediatè contra illam aliam hęreſim ibi poſitas. Quod hęreticum eſt, dicere, orationes filiorum Eccleſiæ fruſtra fieri i. nullius eſſe valoris. i. nec Deo placere, nec nobis vtiles eſſe] conſequenter ergo catholicũ eſt dicere: orationes & Deo placere, & nobis vtiles eſſe: ſpeciatimq; illæ, quas facit Eccleſia tum pro infidelibus, alijſque peccatoribus, vt conuertantur, tum pro fidelibus, atque iuſtis, vt perſeuerent. Damnatio igitur prædictæ hæreſis erit, de &c. vt ſupra, pro quãto ſufficit propoſito huic:] vide, ex ſacroſanctis &c. in Elucid. 1. 2. articulorum num. 419. 444. & 3. de Sal. articulorum num. 85. 126 129 & 3. de Sacramen. Addition. articulorum num. 31. 61. 300. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 20. concluſ. 4. & cap. 8. concluſ. 6. item Numer. 13. conclu. 1. & Exod. 32. concl. 2. Quod hæreticum eſt, dicere, Deum eſſe crudelem[conſequenter ergo catholicum eſt, dicere: Deum eſſe pium, ſeu benignũ, & miſericordem. Dãnatio igitur illius hęreſis erit de neceſſitate cõfirmatio huius catholicæ ueritatis, & per conſequens cõcluſionis dicentis, quod Chriſtus nobis orantibus dat plura, quam petimus, quã ſperamus, quam intelligimus. Hoc enim ex maxima ipſius pietate erga nos procedit: & ideò ex hoc viciſſim inferimus pietatem Dei erga nos eſſe maximam:] vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. articulorum num. 127. 128. 133 134. 198 & 3. de Sacramẽ. Addition. articulorum num. 431. Itẽ in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 3. concluſ. 11. 21. & cap. 6. concluſ. 3. item Exod. 12. & conclu. 6 & Leuit. 1. concluſ. 6. & cap. 26. concluſ. 11. 12. & Numer. vndecimo, concluſ. 12. Quod Chriſtus ſit Dominus Sabbathi: vide ex eiuſdem teſtimonio & Matth. 12. Quem locum ſic exponit, Remigius. Ille, quem uos purum hominem putatis, Deus eſt omnium creaturarum Dominus, & etiam Sabbathi. Et ideo poteſt legem mutare pro ſua voluntate, quia fecit eam. Hæc ille. Et Luc. 6. Cuius teſtimonium de Sabbatho exponens, Theophil. ait Dominus eſt filius hominis etiã Sabbathi. Quaſi dicat. Ego ſũ Domi-

De Sabbatho.

Domi-

Digitized by Google

Dominus Sabbathi, tãquam diſpoſitor: & ſicut legiſlator poteſt. ... habeo, ſoluere Sabbathũ. Hæc ille. Et re vera uidemus: quod in nouo teſtamento authoritate Chriſti, tãquam Domini Sabbathi, Eccleſia mutauit Sabbathum in Dominicã. Quod obedire tenemur Summo Pontifici, aliiſque ſuperioribus noſtris, tanquã vices Chriſti gerentibus (id quod eſt, obedire Chriſto in illis:) uide, ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus. pri par. articulorum num. 184. & 1.2. artic. num. 513. & 2.2. artic. num 22. 551. 888. Item in Veritatibus aureis ſuper &c. Numer. 2. concluſ. 10. & cap. 14. concl. 13. 14. Quod contra diſſuadentes nobis obedientiam debemus mandantis Chriſti per hominem nobis ſuperiorem afferre voluntatem, ſcilicet. Sic mihi Chriſtus in meo ſuperiori mandauit: &, nullo alio penitus addito, proſequi uiriliter executionem mandatorum ab obedientia, [ò felices, ſi ſic feciſſent, protoparentes noſtri,] nec diſputare cum illis diſſuadentibus eam, ſed eſſe in ſilentio attendentes non illis, ſed noſtræ ſaluti, quæ ſita eſt in ſancta obedientia: iuxta illud Eccle 3. Filij Sapientię Eccleſia iuſtorum, & natio illorum obediẽtia, & dilectio, (ideſt obedientia facta ex dilectione ad Deum:) vide Veritates aureas &cæt. Geneſ. 3. concluſ. 3. & cap. 27. concl. 1. 3. & cap. 39 concl. 1.

Remediũ efficax, & optimum, contra diſſuadentes obedientiam.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. V.

CHRISTVS poteſt viuificare animas, ideſt iuſtificare ipſas á peccatis, nec errare poteſt in viuificando actualiter iſtas, & non illas: Poteſt & uiuificare corpora, ideſt reſuſcitare ipſa mortua: Qui etiam iudicare ad uitam, uel pœnã, æternam habendam poteſt omnes, & ſuum iudicium nullo modo poteſt eſſe iniuſtum: quapropter adorandus eſt adoratione latriæ, ideſt adoratione omnium ſuprema, ſicut & Pater, qui dedit ei omnem potentiam præmiſſam: unde qui nõ honorificat ipſum filium honore illo ſupremo, non honorificat patrem (contra omnes infideles, ſpeciatimque Iudæos fingẽtes ſibi in phãtaſia honorare patrẽ: quamuis non honorent Chriſtum, immò & modo indecentiſſimo hunc quandoque dehonorent.)

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quo ad omnes partes eius, probat Euangeliſta per tex. Filius, quos vult viuificat, &c. vſque ad, non honorificat patrem, & tex. Amen amen dico vobis, quia qui uerbũ meum &c. & tex. Venit hora, in qua omnes, qui in monumẽtis ſunt, audiẽt uocẽ filij Dei &c. vſque ad iudicium meum, verum eſt, quia non quæro uoluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Prima itaque pars, ſcilicet, quod Chriſtus uiuificet animas, patet ex eo, quod ipſe dicit: ſicut pater ſuſcitat mortuos, & viuificat, ſic & filius, quos vult viuificat. Vbi oſtendit: ſe eſſe patri æqualem ſecundum potentiam, 1. q. 42. artic. 6. & quo ad res factas, & quo ad modum faciendi. Hoc quidem etiam ſupra, ſed vniuerſaliter, dixerat; Quæcunque pater fecerit, hæc & filius ſimiliter facit: nunc autem idipſum ſpecialiter, quo ad viuificationem, ſcilicet tum corporum tum animarũ, dicit. Sicut (inquit) pater ſuſcitat mortuos, ſcilicet corpore, & uiuificat, ſcilicet mortuos in anima: ſic & filius viuificat, quos vult, ideſt mortuos ſiue in anima, ſiue in corpore. Nam viuificare eſt, uitam dare: quæ & corpori, ſuſcitando cadauer, & animæ, iuſtificando ipſam à peccatis, poteſt dari. Ideò illa duo, quæ diuiſim dixerat de patre, ſcilicet, quod ſuſcitat corpore mortuos, & quod animas peccatrices viuificat, nunc de filio dicit coniunctim, ideſt unico verbo, viuificat. Prius uerò, cum loqueretur de patre, ideò duobus verbis, ſcilicet ſuſcitare, & viuificare vſus eſt, non quia non ſint idem in ſignificando (quid enim eſt ſuſcitare mortuos, niſi eos viuificare? & quid eſt uiuificare mortuos, niſi eoſdem ſuſcitare?) ſed quia voluit per hoc nobis oſtendere, quod illa verba ad duo realiter diuerſa referuntur ſcilicet ad corpora vnũ, ad animas aliud. Nec te moueant illę dictiones, ſic, & ſicut, quaſi quod non æqualitatem in modo operandi, ſed ſolum ſimilitudinem quandam dicant, quemadmodum ibi, Ioan. 13.

Digitized by Google

Ioan. 13. Diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, & cap. 15. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos, & cap. 17. Dilexiſti eos, ſicut me dilexiſti, & Matth. 5. Eſtote perfecti, ſicur & pater veſter cęleſtis perfectus eſt, & cap. 22. Diliges proximum tuum, ſicut teipſum: quoniam in prꝗſenti capitulo dictiones illæ, ſic, ſicut, ſimiliter, idē ualent, ac ſi diceretur, tantum, quantum, pariformiter. Ratio huius eſt, contextus Euangelij præſentis ad id taliter intelligendum cogens: licet & ad hoc idem nos aſtringant etiam omnes alij textus Euangeliorum, aliarumque ſcripturarum, qui nobis æqualitatem filij ad patrem notificant (ut eſt ille, Ioan. 1. In principio erat verbū, & Deus erat verbum. Et ille, cap. 10. Ego & pater vnum ſumus. Et ille, c. 14. Qui videt me, videt patrem meum. Et ille, 1. Ioan. 5. Vt ſimus in vero filio eius]: hic eſt verus Deus. Et ille, Philip. 2. Non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo.) In contextu namque præſentis capituli habetur, ſecundum planum ſenſum literę, quod filius eſt æqualis patri, vt ibi, Pater meus vſque modo operatur, & ego operor: adeoque apertè per iſtam ſententiam coæqualitas ipſorum notificatur, vt etiam Iudæi hanc de æqualitate illa intelligendam iudicauerint, & bene, quamuis ijdem de ſua mala officina addiderint, quod Chriſtus ſe per tale dictum faciebat ęqualem Deo. Propterea (inquit contextus) ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. Vbi nota diligenter illationem, Ergo: quia ſic manifeſtè videbis, quod Iudæi ipſi ex immediatè præmiſſa Chriſti ſententia, ſcilicet Pat. meus. mod. oper. & eg. operor, traxerunt illam ſuam intelligentiam.

Sic, ſicut, ſimiliter, quandoq; ſimilitudinem, quādoque parilitatem, dicūt, iuxta exigentiam contextuum.

Cum igitur capitulum hoc de ęqualitate Chriſti veritatem prædocuerit, conſequens ineuitabile fit: quod in dictis ſuis ibi ſequentibus ipſam æqualitatem præſupponat, ideoque quod de neceſſitate intelligi debeant illæ dictiones, ſic, ſicut, ſimiliter, modo illo, quo ſupra expoſitum eſt, ſcilicet tantum, quantum. Pariformiter. Alioquin vnus textus alium textum ſibi collateralem deſtrueret, quod eſt inconuenientiſſimum, immò & impoſſibile: quoniam non poteſt ſolui ſcriptura, Ioan. 10. & hoc eſſet ſoluere ſcripturam, iuxta illud, Luc. 11. Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet. Ne igitur ſit diuiſus textus contra textum, & conſequenter illam ſolutionis ſcripturæ impoſſibilitatē attentet: neceſsarium omninò ſimpliciter eſt intelligere illas dictiones ſecundum modum præmiſsum. Taceo: quod niſi modo illo ſano intelligerentur, ſed ſecundū quandam, licet alias excellentem, ſimilitudinem ſolum, tunc ſoluerentur (quantum eſset in ſic intelligente) omnes ſcripturę ęqualem patri filium definientes, vt ſunt ſuprà adductæ: Reuertētes modo propius ad cōcluſionem dicimus, probatam eſse illam eius primam partem ex præallegato textu, Filius, quos vult, viuificat.

DVBIVM CIRCA Textum, cum Reſpon.

DIXERAT Euangeliſta, Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: quando immediatè ſubiunxit, Filius, quos vult, viuificat. Vbi patet: quod de patre loquens præmiſerat corporum reſurrectionem dicendo, Suſcitat mortuos, poſteaquam animarum reſurrectionem annotauit dicendo, uiuificat. Cum itaque de filio ſubiungit, viuificat, quod pro vtroq; ſcilicet corporum, animarumque reſurrectione, intelligi poteſt (ut ſupra dictū eſt:) Cur vltimum hoc, viuificat, gloſſatum eſt prius debere tractari ſecundum reſurrectionē animarum, quam corporum? Etenim uidetur, id eſse uoluntarie, ideſt abſque ratione, dictum: quandoquidem ordo ille, qui in loquendo de patre præpoſitus erat, uidetur etiam ſeruandus in locutione de filio. Reſpondetur, quod hoc à dubitante concluſum, attento illo ordine de patre, uerum eſt: ſed, attento contextu ſequente ad illam locutionem de filio (quod magis urget) tractandum eſt prius de viuificatione animarum à filio cauſata, quam de viuificatione corporum ab eodem cauſanda, & ideò illud ultimum, viuificat, eſt de animarum viuificatione prius intelligendum (vt ſupra in concluſione, eiuſque probatione.) Ex omnibus ergo his concludendum breuiter eſt: quod Euangeli-

ſta,

ſta loquendo de patre, ſeruauit ordinē doctrinæ, inquantum, ſcilicet incœpit à notioribus nobis procedendo ad minus nota, corporum ſiquidem ſuſcitatio cadit ſub ſenſu, cum videamus corpus reſuſcitatum (vt patet de Lazaro reſuſcitato Ioan. 12.) Animæ autem viuificatio non cadit ſub ſenſu, cum & anima, & gratia, eam formaliter iuſtificans, ſint inuiſibiles: loquendo autem de filio, ſeruauit ordinem naturæ, inquantum ſcilicet rem digniorem ſecundum naturam videlicet animarum viuificationem, antepoſuit rei minus dignæ ſecundum naturā, corporis videlicet ſuſcitationi. Cæterum quis eſt ille contextus ſequens, qui ad intelligendum illud de filio ſecundum ordinē hunc à priori alium nos aſtringit? Amen, amen, dico vobis: quia qui uerbū meum audit, & credit ei, qui miſit me: habet vitam æternam: & in iudicium non venit ſed tranſiet a morte in vitam. Credere enim per verbum auditum patri, & habere eſſentialiter vitam ęternam, ideſt videre ſemper clarè diuinam eſſentiam, conueniunt animæ, non corpori: & per hæc animæ à filio viuificantur. Dicit ergo. Amen, Amen &c. Iuſtificatio animarum eſt maximum opus Dei, propter magnitudinem eius, quod fit: quoniam animę peccatrici, cui debetur ſecundum merita ſua infernus gratis, in præſenti vita ſine meritis, immò & contra merita ſua donatur gratia Dei in actu, & gloria paradiſi in potētia, 1.2.q.113.art.9 & ideò, vt perſuadeatur tantum opus, & tam inopinabile, quod ſcilicet animæ tam indignæ non detur extremum malum, quod meretur, ideſt infernus, & detur ſupremum bonum, quod non meretur, ideſt gratia Dei, & gloria: Chriſtus de iuſtificatione hac locutur⁹ verbis ſuis, duplicē cōfirmationē, ſ. Amē, amē, apponit. Qui verbum (inquit) meum audit, & credit ei, qui miſit me. Ecce, fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti, Rom. 10.

Cur animarum iuſtificatio à peccatis ſit maximum opus Dei, &c.

Porrò, illis verbis Euangelij explicatur modus, quo filius animas viuificat. Vbi & oſtenditur: quod ad hunc modū concurrunt tria. Nam ex parte filij concurrit verbum, ſcilicet Euangelicum: & ex parte viuificandorum concurrit primò auditus ipſius verbi [ideò dicit, Audit] deinde fides per charitatem perfecta (ſic enim decet Chriſtum loqui, de rebus ſcilicet in ſuo potiori ſignificato:) [Propterea ſubiungit, credit.] Per fidem verò credenda ſunt & myſterium Trinitatis, & myſterium incarnationis, quæ duo traduntur ſummariè his verbis, ei, qui miſit me Nam hæc pronomina ei, me, demonſtrant duas perſonas, ſcilicet patrem & filium (hic nominatis, cointelligitur ſemper Spiritusſanctus, vt qui ſit nexus amborum, 1. quęſt 37. art. 1 ad tertium, & in quo ſit vterque, ſicut etiam ipſe in vtroque, 1.q.42.art. 5.) proptereaque totam ſummam Trinitatem: Miſſio autem ſacrā filij Dei incarnationem importat, 1. q. 43 artic. 2. In his verò duabus myſterijs cætera credenda cointelliguntur, ut optime fideliſſimus Eccleſiæ catholicę Doctor S. Thomas declarat, 2.1.q.1.artic. 8. tex. Habet vitam ęternam. Explicato modo, quo filius animas noſtras viuificat: nunc verbis iſtis explicatur viuificatio animarum ipſarum. Non ergo omnes à Chriſto in anima viuificantur: ſed ſolum illi, qui, audito Euangelio, credunt. His enim datur nunc (ideò dicit, habet) vitam æternā, ideſt gratia, quæ eſt inchoatiuè vitæ æternæ. Roma. 6. Nā gratia Dei inchoat nunc in anima viuere illud, quod magis perfectum poſteà ſtabit in æternum. In iudicium (inquit) non uenit, ſed tranſiet à morte in vitam. Verbis his explicatur iam viuificatæ animæ in præſenti modus: quo ſe habebit in futuro, tum negatiuè, tum affirmatiuè. In iudicium nō ueniet. [Ecce negatio, ideſt neq; in iudicio particulari, quod fit in morte cuiuſque, neque in iudicio vniuerſali, quod fit de omnibus in fine mundi, condemnabitur ille: qui fuit in vita pręſenti viuificatus. Sed nunquid non multi hodie uiuificati, cras à viuificatione decidunt: & poſtea in vtroque iudicio condemnantur? Vtique. At hoc non eſt contra textum hunc: quoniam Chriſtus ibi loquitur formaliter (ut tantum Doctorem decet,) & per conſequens illa eius verba ſunt intelligenda formaliter. Formalis locutio eſt, quæ de aliquo, vt ſic, ideſt vt in ſtatu illo, quo locutio actualiter fit, reperitur: Vt, Ioan. 11. Qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum, ideſt dum viuit,

Locutiones in ſenſu formali ſunt intelligēdæ: ne erremus, &c.

Digitized by Google

uit,& credit in me ſeu (quod in idem redit)dum fide viua credit in me. Impoſſibile enim eſt : talem ſic manentem mori in æternum. Sic de innumeris alijs propoſitionibus ſcripturarum ſanctarum dicẽdum eſt: ſi errare cum hæreticis (quod Deus auertat) non volumus. Sequentes igitur formalitatem ſcripturę conſuetam reſpondemus:quod hoc Domini dictum, viuificatus in præſenti non condemnabitur in futuro eſt ſic exponendum, ideſt dum manſerit viuificatus. Impoſſibile enim hoc eſſe,quod viuificatus, vt ſic,ideſt dum manet viuificatus, cõdemnetur: quis nõ videat? Huiuſmodi formalitates locutionum ſemel pro ſemper expreſſit, & voluit eſſe omnibus expreſſas Dominus ſub his verbis Matth. decimo,vigeſimoquarto. Qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit. Vt hoc ita applicemus ad formalitatem prædictam, explicando eam ſic;Qui viuit & credit in me, perſeuerando taliter vſque in finem; Non morietur in æternum. Item. Viuificatus in præſenti, perſeuerando ſic vſque in finem;Neque in particulari, neque in vniuerſali, iudicio condemnatur. Ex his patet: quod in tex. Non venit in iudicium, ſumebatur iudicium pro iudicio condemnationis. Tranſiet(inquit) à morte in vitam.[Ecce affirmatio.] Ne aliquis ex eo, quod Dominus dixit viuificatum habere vitam æternam,putaret, ipſum non moriturum corporaliter: ideo poſt illa de iuſtificato verba addit, quod talis tranſiet à morte, ſcilicet corporali ad vitam illam, quam prędixerat, perfectius in æternum habendam. Per quod etiam à Domino connotatur tranſitus à periculo ęternæ mortis, quod in tempore mortis corporalis maximè imminet, etiam iuſtificato (dicente Apoſtolo, primo Corinth. decimo,Qui ſe exiſtimat ſtare, videat,ne cadat)ad ſtatum æternæ vitæ. Ex quo denique, reaſſumptis etiam quibuſdam ſuperius dictis, intelligendum eſt: & ſtatum ante fidem eſſe ſtatum mortis æternę, & per conſequens in viuificatione animarum interuenire reſuſcitationem animæ de morte æterna in vitam æternam.

Formalitas exponendi ſcripturas vniuerſas datur à Chriſto; Matth. 10.24.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SILICET, Chriſtus non poteſt errare in viuificando actualiter iſtas animas, & non illas, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Non poſſum ego à meipſo facere quicquam ſicut audio, iudico, & iudicium meum verum eſt: quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. [Nec mihi, quaſi nunc volenti facere in contrarium, obijcias B. Auguſtinum ſuper illud Ioã. 6.Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum,dicentem;Quare hũc trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, ſi non uis errare. Aliud enim eſt, velle ſcrutari cauſam huius ſecretiſſimi ſecreti, ſcilicet quare Deus hunc trahat,& illum non trahat[quod in propoſito eſt:Quare animam huius viuificet, & non animam illius:] & aliud eſt, velle oſtendere: quod Deus in trahendo hũc,& non illum, non poteſt errare. Primũ nanque iſtorum eſt penitus inſcrutabile, & ab ipſo Auguſtino prohibitum, cuius cõtrarium nos hic facere non volumus (vt putat obijciens:) ſecũdum verò eſt ſcrutabile,nec à D.Aug.prohibitum,& quod nos hic facere propoſuimus. Vtiliſſimum porrò, imò & neceſſarium nobis eſt: hoc ipſum inquirere: quoniam ſic & tolletur occaſio multis hominib. inſaniẽdi, murmurandi atque contra Deum blaſphemãdi, quando vident hos à Deo iuſtificari, eligi,prædeſtinari,nõ autem illas,&claudetur via multis diaboli tentationibus, quas de tali re ſolet immittere phãtaſijs hoĩum nimis curioſorum, volens ex ſua inueterata nequitia eis prętexere,aliquã Dei iniuſtitiam hic interuenire, ſimulq; (quo ad facere poteſt) eiſdem tãtam aduerſus Deum impietatem perſuadere. Vt igitur merito obſtruatur os talium loquentium iniqua, accedentes ad primũ nobis ex Euangelico textu inſtitutum, dicamus. Secunda illa concluſionis pars patet ex eo: quod Deum patrem poſſe errare in volendo, ſiue faciendo, ſiue permittendo, ſiue &c. aliquid(quodcunq; ſit illud)eſt omnino impoſſibile, cũ eſſentia ſit totius veritatis regulã, q̃ ipſe eſt.1.q.16.

Nec mihi &c. Digreſſio neceſſariſſima.

Digitized by Google

artic. 5.6. Errare poſſe, implicet contradictionem (vt patet ex terminis:) & Chriſtus eſt in viuificando has, & non illas, animas (ſicut etiam in alijs quibuſcunq; rebus) conformis omninò patri ſuo. Ad hoc enim de ſe oſtendendum dicit Chriſtus; Non poſſum à meipſo facere quicquam &c. vt ſuprà. Vbi pro firmiſſimo totius negocij huius (ſicut & cuiuſcunque rei alterius) fundamento ſtatuit concluſionem iſtam; Iudicium meum verum, id eſt iuſtum eſt. Vnde breuibus poteſt probari pars illa, dicendo. Quare Chriſtus non poteſt errare in viuificando has, & non illas, animas? Quia iudicium ſuum eſt verum, ideſt iuſtum. Ex hac probatione concluſioni iuncta habes: quod hoc ſcilicet viuificare aliquas, & quaſdam aliàs animas, non viuificare, eſt illud iudicium diſcretionis, quod in præſenti uitæ curſu ante iudiciũ diſcuſſionis, quod fiet in fine, quotidie à Deo fieri, à Doctoribus dicitur. Nihil ergo aliud ad probationem illius partis cõcluſionis reſtat faciendum: niſi comprobare illud mediũ adductum, ſcilicet Iudicium Chriſti eſt iuſtum. Ad hoc ergo probandum concurrit totus alius Euangelij textus ſuprascriptus. Dicit ergo Dominus. Non poſſum ego à meipſo, &c. Pro cuius captu facilíori ſciendum eſt: quod iudicium aliquod poteſt ex vno trium capitum à iuſto declinare: vel ſcilicet ex parte potentiæ, vel ex parte intellectus, vel ex parte voluntatis: & per conſequens, ſi ex nullo horũ declinat à iuſto, iudicium illud neceſſario eſt iuſtum, ita ſcilicet, quod non poteſt eſſe, nec verè dici, iniuſtum. Ex illis itaque tribus capitibus demonſtrat Chriſtus, quod iudicium ſuum eſt iuſtum. Incipit autem à potentia, dicens: Non poſſum ego. Nota emphaſim, & diſcretionem, in illo pronomine, Ego. Emphaſim, quo ad ſeipſum, ac ſi dicat: Quàuis ego tantus ſim, ſcilicet, vt Deus, omnipotentis patris omnipotens filius: & vt homo, omnipotenti Deitati perſonaliter vnitus: tamen non poſſum, à meipſo facere quicquam. Diſcretionem ab alijs, tum filijs hominum, tum filijs Dei per adoptionis gratiam. Licet enim alij filij, ſiue illi, ſiue iſti, imitentur patrem ſuum vel hominem vel Deum, ita quod non ſit eis licitum facere quicquam, quod noluerint eorum boni patres: tamen poſſunt facere (etſi non faciant) aliquid à ſemetipſis ſine ſuo patre, & ſine conſenſu voluntatis eius. Ego autem non poſſum tale quid facere. Siste pedẽ, lector: & recole, quod ſicut Chriſtus eſt Deus & homo, ita [& hoc quoque fecit ad ueritatem hanc, ſcilicet quod ſit Deus & homo, comprobandam] bis dixit propoſitionem de ſe talẽ. Quid legis in tex. ſuprà? Non poteſt filius à ſe facere quicquã, niſi quod uiderit patrem facientem. Quid legis in tex. hoc? Nõ poſſum ego à meipſo facere quicq̃.

Irrefragabiles propoſitiones ex textu ſumptæ ad probandũ illam partem concluſionis.

Iudicium diſcretionis nunc: poſteà diſcuſſionis.

Triplici ex capite iudicium fit iniuſtum.

Caput primum.

Primam ſententiam dixit de ſe, ut Deus eſt, ſecundam uerò de ſe, vt homo. Vnde utraque ad hoc uiuificationis propoſitum facit: quoniam Chriſtus, ſicut auctoritatiue ad uiuificandum animas concurrit, ut Deus: ita, ut homo, concurrit ad idem inſtrumentaliter. In cuius certum ſignum eſt: quod reſurrectio Chriſti eſt cauſa reſurrectionis non tantum corporum, ſed etiam animarum noſtrarum, 3. de Sal. q. 56. art. 2. Dicit itaque primo; Non poteſt filius à ſe facere quicquã niſi quod uiderit patrem facientem. Vbi manifeſtat: ſe, & eſſe à Deo patre genitum, & patri conſubſtantialem. Genitum quidem à patre, cum dicit, ſe eſſe filium: patri uerò conſubſtãtialem (ideoque vnum numero Deum cum patre:) quando dicit, ſe non poſſe à ſe facere quicquã; niſi quod uiderit patrem facientem, id eſt niſi idipſum, quod facit, ſimul faciat & pater. Vbi de ſe negat duo. Vnum eſt, quod non poteſt facere quicquam, niſi quod pater facit: alterum eſt, quod illud etiam, quod facit, non poteſt facere à ſe. Hoc autem totum apertè declarat: quod filius non habet naturam aliam à natura patris: id quod eſt, ipſum eſſe conſubſtãtialem patri. Nam ſi haberet naturam aliam numero à natura patris: tunc ex propria natura, ac per hoc à ſeipſo, ex ſua ſcilicet non patris, potentia poſſet facere aliquid, quod non facit per ſeipſum pater. Manifeſtum enim ab oppoſitis eſt: quod omnis creatura rationalis ex eo, quod habet naturam aliam à natura Dei, poteſt aliquid a ſeipſa facere, quod Deus per ſeipſum non facit: Significanter dico, Per ſeipſum: ad differentiam alterius ueritatis,

Contra ſuperbiã Pelagianorũ eſt hic totus textus Euangelij uſque in finem verè explanatus.

Non poſſum à me facere quicquã, &c.

Primo.

Digitized by Google

tis, ſcilicet, quod Deus operatur in omni operante, 1 q. 105. art. 5. quoniam hoc eſt, inquantum Deus, vt primum agens, dat rebus formas, & conſeruat eas in eſſe, & applicat eas ad agendum: & etiam eſt finis omnium operationum (ut ibid. Sanctus Doctor declarat.) Patet igitur ab oppoſitis: quod per dictum illud, non poteſt filius à ſe quicquam facere, excluditur diuerſitas naturæ filij à natura patris. Per illud uero dictum, Non poteſt filius facere aliud, quam pater. [Hoc enim ſignificat tex. Niſi quod viderit patrem facientem] excluditur diuerſitas potentiæ filij à potentia patris. Relinquitur ergo ex toto illo textu primo, Non poteſt filius &c. firmiter eſſe concludendum eſt: quod filius & pater ſunt eiuſdem numero & naturæ, & potentiæ. Cum hac tamen ſumma identitate ſtat ſemper eorundem diſtinctio perſonalis, 1. q 31. art. 2.

NON POSSVM EGO à meipſo, &c.

SECVNDO (vt dicebatur) ſententiam hanc, Non poſſum ego, à meipſo facere quicquam, dixit de ſe Chriſtus, vt homo: & per illam, tanquam per vnũ illorum trium qualitatis iudicij capitum, voluit oſtendere, veram eſſe illam concluſionis probationem, ſcilicet iudicium meum eſt iuſtum. Dicit ergo: Non poſſum &c. Ac ſi, ad propoſitum illud ſupra de iudicio, & quidem ex ſuperabundanti, dicat. Non ſolum non poſſum declinare à iuſto iudicio, & per potentiam facere alicui violentiam: ſed nec poſſum quicquam facere à meipſo, quod ſcilicet non faciat Deus, quod non faciat pater. Si quæris de hoc Chriſti dicto rationem: Ecce illam ſemel pro ſemper ab ipſo explicatam, Ioan. 8. Neque enim à meipſo veni, ſed ille me miſit: & (ut ibid. prædixerat) qui me miſit mecum eſt, & non relinquit me ſolum, quia ego, quæ placita ſũt ei, facio ſemper. Sicut audio (inquit. Vt ſupra, in principio probationis ſecundæ partis, adducebatur) iudico. Per hoc excludit Dominus uiolationem iudicij, quę poſſet contingere ex parte intellectus, puta quia ignorans, aut praue ſciens. Dicit ergo, ſicut audio, iudico. Auditus (ut philoſophus, & experientia quotidiana, docent) eſt ſenſus diſciplinæ: & propterea dicendo, Audio, ſignificat diſciplinã, qua ipſe, vt filius hominis, doctus eſt à Deo [De hac ſcientia Chriſti hominis & beata, & infuſa, uide 3. de Sal. q. 10. & 11. cum ſuis utriuſque articulis.] Iudico igitur, ſicut audio, ſcilicet à Deo. Per quod intendit, tanquam obiectioni tacitæ reſpondens, dicere. Quamuis ego ſim homo (ut videtis) tamen in iudicando non ſequor humanum affectum, qui in hominibus iudicantibus aliquid poteſt cauſare, & ſæpè cauſat, errorem: ſed indeclinabiliter ſequor ſcientiam illam, quam audiui à Deo. [Hanc habuit ab initio conceptionis ſuæ, 3. de Sal. q 34. art. 4.] Cum ergo Deus ſit (ut ſæpè diximus) eſſentialiter regula totius ueritatis: impoſſibile eſt, quod iudicans ſicut audit à Deo, & nunquam aliter (quemadmodum hic intelligitur de Chriſto, ſecundum illud expreſſius dictum, Ioan. 8. Quæ placita ſunt ei, qui me miſit facio ſemper,) impoſſibile, inquam, eſt omninò: quod talis in iudicando erret, & per conſequens neceſſe omnino eſt, quod ipſius iudicium ſit ſemper authonomaſicè iuſtum, ideſt iuſtiſſimum. Chriſtus ergo ſicut ex ſuperabundanti (dicendo; Non poſſum facere quicquam à meipſo) probauit ſecundum declarationem ſupradictam, quod iudicium ſuum eſt iuſtum, ideſt iuſtiſſimum ex parte potentiæ: ita nunc ex ſuperabundanti (dicendo, ſicut audio, iudico) probat ſecundum declarationem præmiſſam, quod iudicium ſuum eſt iuſtum, ideſt iuſtiſſimum, ex parte intellectus. Dixi utrobiq; accipi iuſtum anthonomaſicè, ideſt per excellentiam, hoc eſt, iuſtiſſimum: quia ſi adduceretur tantum ſecunda regula ueritatis, ideſt ratio humana, quam rectè ſe quereretur quis in iudicando, iudicium huius eſſet poſitiuè iuſtum: Nunc autem quia utrobique Chriſtus adducit primã ueritatis regulam, ideſt Deum, quem & ſecundum potentiam, & ſecundum intellectum in iudicando indeclinabiliter ſequitur, oportet dicere, quod iudicium Chriſti hominis ſit ſuperlatiuè iuſtum, ideſt iuſtiſſimum.

Secundo.

Caput ſecundum.

TERTIVM caput, quo (ut ſupra diximus) poteſt uiolari iudicium, ſcilicet volun-

Caput tertium.

voluntatem male diſpoſitam, excludit à ſuo iudicio Chriſtus dicens. Non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Ac ſi apertè in propoſito dicat. Voluntas humana, vt ſic, idest vt humana præcisè ſumpta, poteſt à iuſtitia declinare: ideoque omnis, qui voluntatem propriam in iudicando facere quærit, errat faciliter in iudicio, & conſequenter eius iudicium faciliter eſt, ſeu fit, iniuſtū. Voluntas autem diuina eſt vera lex omnis iuſtitiæ: vnde à iuſtitia declinare non poteſt, & per conſequens quicunque ſe in iudicando conformat voluntati diuinæ, nunquam errare poteſt, & conſequenter neceſſarium eſt, vt iudicium eius ſemper ſit iuſtum. Quia igitur ego non quæro voluntatem meam in iudicando, ſed voluntatem eius, qui miſit me: propterea iudicium meum non poteſt eſſe iniuſtū, ſed de neceſſitate eſt iuſtum. Ex his prudenti lectori conſtare facilè poteſt: quod Chriſtus loquitur de voluntate ſua humana, non ut erat perſonaliter Deo vnita (ſic enim declinare à iuſtitia nunquam poterat:) ſed, vt humana præcisè reputabatur. Loquebatur enim hic ſicut & quādoque alibi) de ſe, ſecundum quod putabatur eſse ab his, cum quibus loquebatur: & quia Iudæi, ad quos fiebat iſte ſermo, eum purum hominem arbitrabātur in cuius ſignum de ipſo legitur Luc. 3. ꝙ filius Ioſeph putabatur,) ideò de ſe, tanquam de puro homine, dicebat eis: Non quæro voluntatem meam. Vnde B. Chryſoſtomus præmiſſum ſenſum, tanquam verum, approbans exponendo hunc tex. Non quæro volun. meam, dicit. Si humanius hoc loquitur: ne mireris. Hominem enim purum adhuc eum æſtimabant. Inde igitur ſuum iudicium iuſtum eſſe dixit: vnde quilibet alius excuſans dixiſſet. Qui enim ſua vult ſtatuere, in ſuſpitionem deueniet de corruptione iuſtitiæ. Qui verò non ſuis innititur: quam occaſionem habebit, vt iniuſtè iudicet? Hęc ille. Sed & ſic intellexit B. Auguſtinus ſuper Ioan. dicens. Non quæro voluntatem meam propriam, idest filij hominis, quæ reſiſtat Deo. Faciunt enim homines uoluntatem ſuam, non, Dei: quando faciunt quod volunt, non, quod iubet Deus. Quādo autem ita faciunt, quod volunt, vt tamen ſequantur voluntatem Dei, non faciunt voluntatem ſuam. Hæc ille. Concludendum ergo ex omnibus prædictis relinquitur: quod ex triplici capite, ſcilicet potentia, ſcientia, & voluntate, patet ſecunda pars illa concluſionis capituli, ſcilicet Chriſtus neque vt Deus, neque vt homo poteſt errare in hoc diſcretionis iudicio, idest in viuificando has, & non illas, animas. Blaſphemi igitur manifeſtè ſunt, & contra Euangelium apertum mētiuntur, & conſequenter ex parte Diaboli eorum in hoc patris & magiſtri, Ioan. 8. Stant omnes: qui dicunt contrarium.

A voluntate ppria ſemper remedū eſt; & voluntati Dei firmiter continuè adhærendum.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus poteſt viuificare corpora, idest reſuſcitare ipſa mortua, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei, & (ſupple tu ex contextu præcedēte) qui audierint, viuent. Licet autem hęc tertia pars ex prima iam probata remaneat, & quidem à fortiori, manifeſta. (Qui enim poteſt in plus: quod in propoſito eſt viuificare animas: multò magis poteſt in minus, quod eſt viuificare corpora:) tamen, vt ſequamur intentum textus Euangelici pręallegati, dicamus. Ex eo enim, quod exiſtentes in monumentis ad vocem filij Dei viuent, patet, Chriſtum habere poteſtatem, reſuſcitandi corpora mortua. Porrò illud tex. Omnes, denotat, nullum penitus excipiendum eſſe ab hac generalitate reſurrectionis à Chriſto fiendæ. Nec obſtat inſtantia de B. Virgine (ſi adduceretur) quām communiter iam reſuſcitatam in corpore cum filio in paradiſo regnare tenemus: quia per hoc non fit, quod Chriſtus non reſuſcitet omnes mortuos (fuit enim mortua & ipſa, antequam per filiū ſuſcitaretur.) Quod enim prius quam generalis aliorum ſuſcitatio fiat, ipſa ſit reſuſcitata, non tollit ueritatem ſolidam huius tex. Omnes, qui in monumentis ſunt &c. Nam ipſa fuit in monumento, & ibi exiſtens audiuit uocem, idest imperium filij ſui, ad quam uocem corporaliter reuixit. Bene igitur ſtant ſimul, & reſuſcitatio B. Virginis pręterita, & quod omnes,

De B. Virgine matre corporaliter reſuſcitata.

omnes, qui in monumentis erunt, poſtea ſimul reſuſcitabuntur: quoniam ipſa tunc non erit de numero exiſtentium actualiliter in monumentis. Quod verò ad Beatæ Virginis inſtantiam diximus, intellige etiam dictum fuiſse de alijs, ſi qui forte dicantur iam reſuſcitati corporaliter eſse in cęlis (ut de Sancto Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta videntur dicere BB. Auguſtinus, & Thomas.) Rurſum, illud tex. Qui in monumentis ſunt, ſumitur: ac ſi dictum fuiſset, Qui mortui ſunt. Quia enim communiter ponuntur in monumentis illi, qui moriuntur: ideo ab hac conſuetudine communi nominare voluit omnes mortuos, licet ſciret, non omnes poſt mortem fuiſse, nec fore vnquam ponendos in monumentis. Sciebat nanque multos à beſtijs deuorâdos, alios in mari ſummerſos à piſcibus comedendos, nec etiam in oſſibus aliquando pro ſepeliendis illis inueniendos, quoſdâ &c. Nonne & plurimi reperientur viui in propinquiſſimo die ad actuale iudicium qui tunc præ timore ſignorum horribilium, vel in ipſa mundi totius conflagratione, morientur, & poſt modicum abſque hoc, quod in monumentis fuerint, ſuſcitabuntur: de quibus in Symbolo fidei (modicum quid inter eorum vitam mortem, & reſuſcitationem, reputando pro nihilo) dicitur, iudicare viuos? Vtique: & hocipſum ſciebat Dominus, quando verba de monumentis præmiſsa dixit. Item. Illud tex. Audient vocem eius. Hoc eſt. Ad ſimilitudinem audientium obedient. Non enim mortua, vt mortua corpora audire proprie poſsunt, cum ſint penitus inſenſibilia: ſed tamen, ac ſi audiſſent corporalem Chriſti vocem, obediêt ſtatim ad literam reſurgendo. Nam illa vox Domini licet humana ſit futura, tamen operabitur in uirtute Dei, qui uocat ea quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt Rom. 4. Cui Deo coniuncta eſt perſonaliter. Humanitas enim Chriſti propter hoc uere dicitur coniunctum organum diuinitatis, & ſic reſurrectionem generalem vox illa, per modum inſtrumenti coniuncti, cauſabit, filius hominis propterea tûc omnia portabit verbo virtutis ſuæ. i. verbo ſuo imperioſo. Heb. 1. Porrò ad hoc dictum de organo taliter coniuncto, ſicq; operante, ſignificandû vſus eſt Chriſtus & nõie filij Dei, & nõie filij hoîs (ut patet legenti totû contextû:) qñ de iſta uoce reſurrectionis cauſatiua locutus eſt. Ac ſi inde ſit apertius dictum. Vox illa tam latiſſime ſonora formabitur quidê à filio hominis, ſed talem, tantâque uirtutem reſuſcitandi omnes mortuos habebit ex hoc, quod idem numero filius hominis eſt filius Dei.

CAETERVM ſi quæſieris, quare Chriſtus poſſit reſuſcitare mortuos corporaliter, rñdebitur tibi ex hoc Euâgelio ꝙ eodem quare poteſt mortuos hos reſuſcitare, quo & poteſt mortuos ſpiritualiter. i. mortuos in aîa, uiuificare. Hoc n. totum ſignificatum fuit in textu: qñ, primitius dicto, Mortui audiêt vocem filij Dei, & qui audierint [id quod intelligebatur de mortuis ſpiritualiter, qui audita à filio Dei ſibijpſis immiſsa bona inſpiratione, eam acceptant, & ideo in anima reuiuiſcunt] adducta immediate eſt cauſa, quare filius Dei habeat tantam reſuſcitandi potentiam, & dictû. Sicut enim [Ecce côiunctio cauſalis. i. reddens rationem præcedentis ſententiæ] pater habet uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitam habere in ſemetipſo. Ac ſi directè, & breuiter ad quæſitum dicat. Ideo potentiâ mirabilê illam ſuſcitandi mortuos ſpiritualiter, & (à fortiori: i. multo magis) corporaliter habet filius Dei: quia habet uitâ in ſemetipſo. Recole tu philoſophû dixiſse 2. Metaphy. Illud, quod eſt tale per eſsentiam, eſt cauſa aliorû, & cointellige hic, ꝙ filiû habere uitâ in ſemetipſo eſt filiû eſse uitâ per eſsentiâ: & mox oîa à Chriſto hic de ſe dicta clareſcêt. Vnde & ſtatim aperte concludens dices, ꝙ ideo ipſe eſt cauſa uitæ tum ſpiritualis tum corporalis hominû, ſic, uel ſic, mortuorum, quia ipſemet eſt uita per eſsentiam. Hoc enim dicit textus expreſse, licet ſub alijs verbis. Nam quid eſt habere uitam in ſemetipſo, niſi habere uitam non per participationem, ſed per eſsentiam? Qui enim habet uitam participatam, ſeu (quod idem eſt) dependentem ab alio, ipſe quantum eſt ex ſe, poteſt à uita deficere: & per hoc non in ipſo, ſed in illo alio, conſiſtit conſeruatio uitæ eius, quocirca ſit, quod partim habeat, &

Habere vitam in ſemetipſo, quid ſit, & c.

Digitized by Google

partim non habeat, in ſe vitam. Patet hoc totum per experientiam de nobis: qui ideo partim habemus, partimque nõ habemus, vitam, quia nos, quantum eſt ex nobis, poſſumus à vita deficere: & hoc ideo quia non in nobis, ſed in Deo, conſiſtit conſeruatio uitę noſtrę: & hoc ideo quia nos habemus vitam participatam, ſeu dependentem à Deo. Totum enim hoc aperte, tanquam ab effectu, demonſtrat: quod nos non habemus vitam in nobiſmetipſis, ſeu (quod idem eſt) uitam per eſſentiam. Nam qui ſimpliciter, & abſolute (in quo ſenſu loquitur textus) habet vitam in ſemetipſo, habet illam ſine dependentia ab alio: & per conſequens ſine illis conditionibus ſupradictis dependentiæ illi connexis. Ex his ergo manifeſtum reſtat: & quod nulla creatura, quæcunque ſit illa, habet, ſed nec habere poteſt, uitam ſimpliciter in ſemet ipſa, & quod ſola ſumma Trinitas diuinarum perſonarum habet, nec poteſt non habere, uitam ſimpliciter in ſemetipſa, ideſt Deus pater habet vitam in ſemetipſo, Deus filius habet uitam in ſemetipſo, Deus Spiritusſanctus habet uitam in ſemetipſo. Et quæ eſt hæc uita? Vna numero eſſentia diuina. Ergo Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritusſanctus non duo, nec tres, ſed vnus numero Deus ſunt, vtpotè habentes vnam ſolummodo numeraliter uitam in ſemetipſis. Non ergo in vita, quam habent diſtinguuntur, ſed nec diſtingui poſſunt: & in perſonis, quæ illam habent, diſtinguuntur, ſicque non diſtingui non poſſunt.

AN FILIVS DEPENDEAT.

EX præſenti textu, & hic ſupradictis, naſcitur dubium grande, quomodo, ſcilicet hæc duo, veritas textus, & veritas ſupradictorum poſſint ſtare ſimul. Ecce. Pater (inquit tex.) dedit filio, uitā habere in ſemetipſo. Quicunque (inquiunt ſupradicta) habet uitam dependentem ab alio; non habet illam in ſemetipſo: & è contra, ideſt quicunque habet uitam in ſemetipſo; non habet illam dependentem ab alio. Ex textu illo igitur quomodo non habetur, quod filius, cum pater dederit ei uitam, non habeat uitam dependentem à patre? Nam ex terminis hoc videtur apertum: Dedit pater filio uitam, ergo accepit eam filius à patre, ergo filius, quod uiuat, habet à patre ergo uita filij eſt ei data à patre: ergo filius habet uitam à patre; Ergo, quod filius uiuat, dependet à patre, & (quod in idem redit) uita filij dependet à patre, filiuſque habet uitam dependentem à patre. Ex ſupradictis autem quomodo poteſt vnquam admitti, quod filius habeat uitam dependentem à patre: cum uitæ dependentia ſecum trahat plures conditiones, quas in filio Dei poſſe poni dicere, eſſet impiiſſima hæreſis multas hæreſes ſimul complectens? Iuxta enim conditiones ſupradictas uitę ab alio dependenti annexas ſequeretur tunc, (ideſt ſi ſua uita, quam habet à patre, eſſet dependens) primò, quod filius Dei non eſſet, immò nec poſſet eſſe, Deus, ſecūdò, quod eſſet pura creatura; tertiò, quod poſſet ex ſe deficere, ſeu perdere vitam ſuam; quartò, quod non in ipſo, ſed in alio, conſiſteret conſeruatio uitæ eius: quintò, quod partim haberet, & partim non haberet, in ſe uitam: & conſequenter quod nō haberet ſimpliciter & abſolute (ut ipſe dicit hic) vitam in ſemetipſo. Nonne ergo tibi uidetur: quod duo illa .ſ. textus & ſupradicta non poſſint ſtare ſimul? Reſpondetur ad illud, ubi totus neruus quæſtionis huius conſiſtit .ſ. ad illā multiplicem conſequentiam ex terminis ab obijciente ſuperius deductam: & ſic. Dedit pater filio uitam, ergo accepit eam filius à patre, &c. Conceſſis omnibus conſequentijs primò ibi factis, negatur vltima .ſ. ergo, quod filius uiuat dependet à patre, & (quod in idem redit) uita filij dependet à patre, filiuſq; habet vitam dependentem à patre. Ratio negationis huius eſt urgentiſſima .ſ. ꝙ nō debemus cōicare cum hæreticis in uocabulis, ſeu (quod in idem redit) q. ex verbis inordinate prolatis incurritur hæreſis (vt B. Hieronymus dicit,) ideoque cum de ſumma Trinitate loquimur, cum cautela magna, & verborū modeſtia eſt agēdum: quia (vt B. Augu. in 1. de Trinit. inquit) nec periculoſius alicubi erratur, neque laborofius aliquid quęritur, neque fructuoſius aliquid inuenitur. Quia igitur nomen, dependentiæ, importat ſecum

Reſponſio per ſingula optimè

dum

dum ſe quandam ſubiectionem vt pater) & minorationem ad eum, a quo quis dependet: ideo hoc nomen, quod Arrij impietas filium patre minorem faciens acceptat Eccleſia Apoſtolica reſpuit. Vnde fideliſſimus Eccleſiæ ſanctæ Doctor, B. Thomas regulam nobis catholicam dat dicens 1.q.33.art.1. Nihil ad ſubiectionē, vel minorationem quocunque modo pertinens attribuimus filio vel Spirituiſancto: vt vitetur omnis erroris occaſio. Hęc ibi. Id quod & Apoſtolus non immeritò docuiſſe prius videt, & vniuerſaliu(proportionaliter tamen, ideſt ſecundum magis, & minus, iuxta exigentiam materiæ, quæ poſtea occurrerit, intelligendum & applicandum) his verbis 1. Theſſal. 5. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ideo ēt (ut ibi in pri. par. habetur) Doctores Latini non vtuntur nomine cauſæ in diuinis proceſſionibus: quia hoc nomen, cauſa, videtur importare diuerſitatem ſubſtantię, & dependentiam alicuius ab altero. Ex his ſancti Doctoris verbis (ſi bene penetrentur) non tantum habes, q̄ hoc nomine, dependentia, vtendum non eſt in diuinis: ſed etiam rationem huius, quia ſ. dependentia importat diuerſitatem ſubſtantiæ. Nec mirum. Dependentia enim formaliter ſiue ſecundum ſe ſumpta, ideſt vt dependentia eſt, importat quandā ſubiectionem, & minorationem (vt diximus:) quæ non, niſi cum diuerſitate ſubſtantiæ, verificari poſſunt.

Regula catholicorū uerissima: aduersus nominum communicationem eum hareticis.

PORRO, nullam penitus ſubſtantiæ diuerſitatem in diuinis eſse: Chriſtus docet in hoc tex. Sicut pater habet uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio, uitam habere in ſemetipſo. Dictiones enim iſte, Sicut, ſic, oſtendunt eandem prorſus vitam. (Hęc eſt ſubſtantia, ideſt eſsentia) eſſe in vtroque, & in tanta perfectione in filio, in quanta in patre 1.q.42.art.4.6. Taliter .n. ſecundum proprietatem illarum dictionum exponendus eſt tex. Sicut.ſ. in qua perfectionis magnitudine, Pater habet vitam in ſemetipſo: ſic.ſ. in ea perfectionis magnitudine, dedit & filio, uitam habere in ſemetipſo. Vnde ibi nulla innuitur diſtinctio, niſi hęc.ſ. Pater dedit, filius accepit. Id quod & B. Augu. ſuper Ioan. annotauit dicēs. Sed quęret aliquis. Habet filius vitam, vnde viuant credentes? Audi ipſum dicentem. Sicut habet pater vitā in ſemetipſo: ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo. Viuere quippe ſuum in illo eſt, non aliunde, non alienū, eſt. Non quaſi particeps ſit vitę, quæ non eſt, quod ipſe: ſed habet vitam in ſemetipſo, vt ipſa ſibi ſit ipſe. Qd dicitur, dedit filio, tale eſt, ac ſi diceretur, genuit filium. Generando .n. dedit. Quomodo dedit, ut eſſet, ſic dedit, vt vita eſſet in ſemetipſo. Vt non aliunde vita indigeret: ſed ipſe eſſet plenitudo vitæ, vnde credentes alij viuerent, dū viuerent. Quid inter eſt? Quia ille dedit: ille accepit. Hęc ibi. Et B. Chryſoſtomus ad idem ait. Vides indiſſimilitudinem in uno ſolo differentiam oſtendētem in eſſendo, hunc quidem patrem, illum verò filium. Hæc ille.

VERVM tumultabit adhuc inquietus. Si pater generando dedit filio vitam in ſemetipſo ſecundum B. Augu. quomodo non ibi dependentia filij à patre, & uitæ à uita? Quia per illud, generando dedit filio uitam in ſemetipſo, denotatur ſolum ordo originis, ſeu (quod in idem redit) ordo naturæ, ſecundum B. Aug. non quo alter eſt prior, aut minor altero, ſed quo alter eſt ex altero 1.q 42 art.3. Vnde adhoc idem ſignificandum valet illud B. Hilarij 9. de Trinita. dicentis. Naturæ diuinæ hæc vnitas eſt: vt ita per ſe agat filius, quod non à ſe agat. Hæc ibi. Nonne ex his eius verbis vides: quod in diuinis nulla eſt diſtinctio inter p ſe eſſe, & p ſe agere, ſed tantummodo inter a ſe eſſe, à ſe agere (quod eſt patris) & à ſe non eſſe, à ſe non agere (quod eſt filij reſpectu patris, & Spirituſancti reſpectu amborum?) prima quæſtione quadrageſimaſecunda, articulo ſexto. Quod ſi contra hoc obijciens diceres: quod eſſe filij eſt receptum a Patre, & Spirituſſancti ab vtroque, ergo eorum eſſe eſt receptum in aliquo, ergo eorum eſse non eſt per ſe ſubſiſtens, ergo neuter eorum agit per ſe: Reſponderetur, quod, admiſsa ueritate antecedentis (ſcilicet, quod eſſe filij ſit acceptum a patre, & eſse Spirituſancti ab utroque) negatur conſequentia prima: & conſequenter totum reſiduum ruit. Non enim (ut dicit Sanctus Thomas) omne acceptum ab aliquo eſt receptum in aliquo ſubie-

cto. Alioquin non poſſet dici: quod tota ſubſtantia rei creatæ ſit accepta à Deo, cum totius ſubſtantiæ non ſit aliquod ſubiectum receptiuum. Sic igitur id, quod eſt genitum in diuinis, accipit eſſe à generante, non tanquam illud eſſe ſit receptũ in aliqua materia, vel ſubiecto, quod repugnat ſubſiſtẽtiæ diuini eſſe: ſecundum hoc autem dicitur, eſſe receptum, inquantum procedens habet eſſe diuinũ ab alio, nõ quaſi aliud ab eſſe diuino exiſtens. In ipſa enim perfectione diuini eſſe continetur & verbum intelligibiliter procedens, & principium verbi: ſicut & quæcunque ad eius perfectionem pertinent. Hæc ad literam catholicus ille Doctor Eccleſiæ ſanctæ Dei 1. quæſt. 27 art 2. ad tertium.

Epilogus probationum præmiſſarũ. Ex omnibus ſupradictis denique patet: quod filius, vt Deus propria poteſtate, non dependente, ſed ſumma viuificat & animas, & corpora, quãta & pater: itemque quod eadem poteſtate habet, quod in viuificando ſic, vel aliter, errare nullo modo poſſit.

QVARTA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus poteſt iudicare omnes ad vitam, vel pœnam æternam habendam [& ſuum iudicium vt ſupra in probatione partis ſecundæ monſtratum eſt nullo modo poteſt eſſe iniuſtum:] demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Poteſtatem dedit ei, iudicium facere, quia filius hominis eſt, & ex tex. Procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionẽ vitę, qui verò mala egerũt, in reſurrectionem iudicij. Quod enim Chriſtus poſſit ex officio ſuo iudicare omnes i. dicere ius omnibus ſecundum merita eorum, patet ex eo: ꝙ Deus pater dedit ei hãc poteſtatem. Quod autem ad vitam, vel pœnam, æternam habendam omnes iudicabit, patet ex eo: ꝙ illorum iudicandorũ aliqui, poſtquam iudicati fuerint, procedent in reſurrectionem vitæ ſimpliciter, id eſt nullo addito, dictæ, aliqui verò in reſurrectionem iudicij, id eſt condemnationis.

Prima. Pro expreſſiori notitia illius primi, ſciendum eſt: quod in hoc loco ſumitur iudicare pro exequi perſonaliter officium iudicis, id quod eſt iudicem ita ſe habere in dicendo ius iudicandis, vt ab ipſis præſentialiter videatur. Cuius rei certum ſignum eſt illud, quod pręmiſerat, ſcilicet Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio. Manifeſtum quippe eſt: quod, ſi loquamur de iudicare primaria authoritate, pater iudicat, nec tantum pater, ſed & filius, vt Deus, & Spiritusſanctus. Quomodo enim aliter poſſet rectè iudicium fieri: niſi pręſuppoſita veritatis prima regula, quę Deus eſt? & quis melius iudicat, aut iudicare poteſt, quam tota Trinitas? Prima namque veritas eſt ſicut cauſa prima, quæ plus influit in effectum, quam cauſa ſecunda: & qua ceſſante cauſare, nihil omnino cauſatur, quoniam ad ceſſationem primæ ceſſant de neceſſitate omnes ſecundę. Magis ergo iudicat pater, quam filius, vt homo (ſic enim textus hic accipit filium:) nec poſſet filius iudicare, niſi pater iudicaret. Non ergo, de iudicare authoritatiue, intelligitur illud, quod præmiſerat ſ. pater non iudicat quemquã: ſed alio modo; Iudicare enim executiue, quod eſt exequi perſonaliter officium iudicis, ita vt videatur à iudicãdis, non conuenit, imò nec conuenire poteſt, patri, & eadem ratione nec filio, ut Deo, nec Spirituiſancto. Eadem, inquam ratione: quia Deus, vt Deus, non poteſt vt deri oculis corporalibus 1. q. 12. art. 3. nec ſine delectatione beatifica oculis mentalibus 1. 2. q. 3. art 3. 8. Quia igitur malis iudicandis non poteſt conuenire vlla delectatio beatifica (ut patet ex terminis) ideo eis non poteſt conuenire oculis mentalibus uidere Deum, vt Deum. Neceſse ergo eſt, vt iudex videndus à malis ſit ſecundum ſe viſibilis, & viſibiliter apparens: id quod ſoli filio, vt homo eſt, conuenit. Ideo, poſtquam dixerat, Pater non iudicat quemquam, in eodem ſenſu ſubiunxit, ſed omne iudicium, ſcilicet executiue faciendum dedit filio. Cum ergo poſtea dicit, Poteſtatem dedit ei iudicium facere, loquitur de iudicio executiuo: unde & expreſse inquit, iudicium facere, quod quandam executionem ſonat. Hoc autem conuenienter eſse factum monſtrat, ſententia cum coniunctione cauſali ſequens, ſcilicet. Quia filius hominis eſt. Ac ſi dicat. Niſi filius Dei, de quo præmiſſum eſt, ſic de-

dis

Digitized by Google

dit & filio vitam habere in ſemetipſo, eſſet etiam filius hominis (Ecce vna perſona tantum in Chriſto, quæ diuina eſt) ceſſaret ratio, propter quam pater dedit ei poteſtatem iudicium facere. Hoc eſt. Inde reputatur idoneus ad exequendũ perſonaliter officium iudicis omnium etiam malorum, quia ipſe eſt etiam filius hominis, id eſt ſecundum ſe à malis quoque viſibilis.

Secundo. CAETERVM, pro illius ſecundi in principio dicti notitia ampliori notitia examinandus eſt ille textus: & procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionẽ vitæ, qui verò mala egerũt in reſurrectionem iudicij. Quoniam hic nõ explicatur iudicij ſeries, quæ tunc fiet à iudice, antequam boni uel mali procedant ad gloriã uel pęnã: ideo ſciendũ eſt, ꝙ ab hoc Euãgeliſta pſupponitur deſcripta à ſuo coeuãgeliſta, Matth. 25. dicitq; põt, ꝙ illã implicite nobis i memoriã reducere voluit per appoſitionem coniunctionis, Et. Ac ſi apertè dixerit. Pater poteſtatem dedit filio iudicium facere: & poſtquam iudicium illud (quod eſt diſcuſſionis operũ, ac retributionis) fecerit, procedẽt qui bona &c. Dico illud eſſe iudicium diſcuſſionis operum, & retributionis: quod tamen non intelligo pariformiter. Vniuerſalius quippe verificabitur, quantum ad retributionem, quã quo ad diſcuſſionem. Nã oĩbus, nullo dẽpto, fiet retributio pro eorum meritis vel in bonum, vel in malũ: ſed non de oĩbus diſcuſſio fiet. Extremi namque tum in malitia (ut infideles) tum in bonitate (vt Apoſtoli cum ſimilibus) abſque meritorũ diſcuſſione, retributionem ſibi congruentem recipient. 3. de Sacram. Additio. q. 89 art. 1. 2. 7. Procedent (inquit). ſ. vel voluntarie, & alacriter (ut boni) uel i uolũtarie, & coactè à diabolis videlicet tortoribus violẽter impulſi, atque mæſti inconſolabiliter (ut mali.) Duæ ergo poſt iudicij definitionem fient proceſſiones, & quidem diuerſiſſimæ: vtraq; aũt & hominum ſimul, & Angelorũ. Qui bona (inquit) fecerunt. Non dicit. Qui bona crediderunt, vel dixerunt, vel ſperauerunt: ſed fecerunt. Ecce iudex loquitur: qui nec falli, nec fallere, vnquam poteſt. Quis ſuo dicto contrarium uerum putet, niſi omnino inſenſatus, imò infidelis, hæreticus, diabolicus? Ergo ſecundũ mentẽ iudicis, neque fides, neque ſpes, neque bona verba, ſufficiunt ad ſaluẽ: ſed & requiruntur ad ipſam bona facta. Non ſola fides, quia ſcriptũ eſt Iacob. 2. Quid proderit, fratres mei, ſi fidẽ quis dicat ſe habere: opera aũt non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? Non ſola ſpes: qa ſcriptum eſt Sap. 3. Sapientiam & diſciplinam qui abijcit, infœlix eſt, & vacua eſt ſpes illorum, ille aũt abijcit ſapientiã & diſciplinam: i. intelligentiã, qui manet in peccato, & qui ſine timore Dei eſt, ſecundum illud Iob 28. Ecce timor Dñi ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia: ideoque abijcientes ſapientiam & diſciplinã vno verbo vocantur impij, de quorum ſpe dr Prouer. 10. Spes impiorum peribit. Nec denique verba bona ſola ſufficiũt ad ſalutẽ, dicente Dño, Luc. 6. Quid autem vocatis me, Dñe, & non facitis, quæ dico? omnis, qui audit ſermones meos, & non facit, ſimilis eſt homini ędificanti domum ſuam ſupra terram ſine fundamento: in quam illiſus eſt fluuius, & continuo cecidit, & facta eſt ruina domus illius magna.

Iudicium diſcuſſionis operũ, et retributionũ non eſt pariforme.

RESPONSIO AD DVBIVM contra pręmiſſa.

De fide ſola apertum Dñi teſtimoniũ ꝙ ſaluat, videtur haberi Mar. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Vbi nulla fit mentio operum bonorum: vt patet. De ſpe etiam clarè teſtatur Apoſtolus, Rom. 5. Spes non confundit: Item Prouer. 28 Qui ſperat in Dño, ſaluabitur. Vbi de bonis operibus nec verbũ. De bonis quoque verbis dicitur Prouer. 18. Mors, & vita, in manibus linguæ. Si in manibus linguæ uita eſt, quomodo non dabunt ſalutem, quæ vita eſt, uerba bona? Reſpondetur ad ſingula. Vnum tamẽ hic ſemel, pro alibi ſemper, prænotãdo: ꝙ nihil eſt tam manifeſtũ ſm rei ueritatẽ in ſcripturis: quin per alia ſcripturarũ loca male intellecta poſſit apparenter oppugnari. At oppugnabitur quidem, ſed non expugnabitur: quoniam falſitatis non eſt uincere, ſed uinci, ſicut ueritatis non eſt uinci, ſed uincere, iuxta illud 3. Eſdræ 4. Omnes populi clamaue-

Notandũ pro ſemp.

runt, & dixerunt; Magna eſt veritas: & prçualet. Nec de hoc, quod ſcripturas in contrarium ſibi inuicem aliqui earum deprauatores ſtatuunt, eſt plus nimio mirandum: quoniam & hçc abuſio auertentium ſe à veritate (Tit. cap. primo,) non eſt quid nouum, ſed temporibus etiã Apoſtolorum factum, 2. Petr. 3. Vnde Doctor Angelicus tanquam hocipſum denotans ſic dicit 3. de Sal. quæſt. 3. artic. 8. ad primum, nihil eſt, quo humana malitia non poſſit abuti, quaodo etiam ipſa Dei bonitate abutitur: ſecundum illud Roma. 2. An diuitias bonitatis eius contemnis? Hçc ibi. Ad primam ergo illorum abuſionem de fide, reſpondetur negando, quod in illa ſcriptura, Mar. 16. Non cointelligantur opera bona. Qui crediderit (inquit.) Cui? Euangelio ab Apoſtolis prædicato: ideoque ſecundum expoſitionem eorũdem intellecto. Nam immediate dicto huic prçmittitur, Euntes in mundum vniuerſum prçdicate Euangelium omni creaturæ. Quia autem, qui credit Euangelio per hoc ſimul magiſque credit Deo, quandoquidem Deus eſt author Euangelij, & propter authorem creditur libro authoris: ideo exponendum tandem eſt ſic; Qui crediderit, ſcilicet Deo. Porrò ad diſcernendum, quis nam ſit, qui credit, & qui non credit Deo, ſcriptum eſt, Eccleſiaſt. 32. Qui credit Deo, attendit mandatis. Ergo manifeſtum ad literam eſt: quod illud Mar. 16. Comprehendit opera bona. Nam ſi ille, qui credit Deo, attendit eius mandatis, ideſt cuſtodit Luc. 11. Et ſeruat ea, Matth. decimonono, De neceſſitate ſequitur; quod textus Marci ſic exponendus eſt, Qui crediderit, ſcilicet Deo, & attenderit mandatis eius, ideſt ſeruauerit ea. Et hoc eſſe verum Beati Marci ſenſum confirmatur ex eo, quod iſta Chriſti apparitio, & doctrina, ad Diſcipulos ſuos correſpondet, tanquam eadem cum illa exiſtens, apparitioni, doctrinæque eiuſdem deſcriptæ, Matth. 28. Ita, ut illud, quod ibi Euangeliſta ex profeſſo (ut patet) prolixior explicitè narrat, ſuus hic coeuangeliſta ex profeſſo (ut patet) multum breuior implicitè neceſſario ſubintelligat. Dicamus ergo. Hic de baptiſmo, quod fidei ſacramentum eſt, fit mentio, cum dicitur, & baptizatus fuerit? igitur illud, quod de baptizatis explicitè ibi dicitur, implicitè hic dictum ſubintelligitur. Quid ibi legis expreſſe? Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui uobis. Quid ergo hic, in Mar. 16. Neceſſariò ſubintelligere teneris? Quod baptizatus, ſi ſaluus æterna ſalute futurus ſit, ſeruet omnia Chriſti mãdata. De credulitate ergo, cum dicit, Qui crediderit, intelligendum eſſe non quecũque ſcripturæ apertè monſtrarunt: ſed de credulitate tali, ideſt comitem ſecum habente obſeruationem omnium mandatorum Chriſti. Hinc eſt, quod Apoſtolus Ioannes ſic ſe intellexiſſe hoc dictum à Domino Mar. 16. oſtendit per hoc, quod ipſe de credulitate, qua quis ex ea ſaluãdus nouit Deũ, loquens ait 1. Ioan. 2. Qui dicit, ſe noſſe Deum, & mandata eius nõ cuſtodit, mendax eſt, & veritas in eo non eſt. Sed & Dominus ipſe, ne quando circa ſui dicti in Mar. 16. intelligentiam ueram vacillaremus, declarare dignatus eſt quid, etiam alibi vniuerſaliter, per credulitatem à ſe prçdicatam intelligat: cum dixit, Ioan. 12. Ego lux in mundum ueni, ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. Hoc eſt. Vt habens internam fidem in me, non maneat in peccatorum tenebris. Hoc eſt. Non tantum animo, ſed etiam facto credant. Nonne & tu homo, quando humanitus aliquid tibi uel à teipſo, vel ab alijs, perſuaſum credis: tunc veraciter illud credere diceris, ſi ea facis, quæ ipſa tua credulitas oſtendit eſſe facienda? Alioquin ſi credulitati illi, quam dicis habere, facta tua non conformaueris; omnes inde mori dicent, te non credere ſecundum rei veritatem illa, quæ ſecũdum oris tui confeſſionem, imò (vt dicet) fictionem credere profiteris. Nec ſolum omnes alij de te dicent, quod audiſti, ſed & tu ipſe inde. i. ex illa factorum tuorum difformitate à credulitate, quam cõceperas, motus videberis tibimet illuſor: ac tandem iam factis illis credulitati illi contrarijs aſſuetus, oẽm illam tuam priſtinã credulitatem, tãquã nihilum, deſpicies, atque vt falſum quid tibi antea pſuaſum, projicies abſque te contrariam opinionem factis tuis illis conformẽ, tanquam uerum

Reſpon. 1.

Exemplũ irrefragabile.

quid,

Qualis progreſſus via à ſtatu catholico receſſerunt heretici, & paulatim tota iter obtenebrati ſūt.

quid, complectens. Hinc.i. ex hoc exemplo, quod circa humanitus credi tas res quotidie, vel in te, vel in alijs experieris, agnoſce: quomodo illa veritas ab Apoſtolo dicta, [1. Tim. 1. Quam.ſ. bonam conſcientiam quidam repellentes, circa fidē naufragauerunt,] verificata fuerit in hæreticis, verificetur, & verificabitur. Modus enim fuit, eſt, & erit (ut audiſti ſub exemplo) quod fidem catholicam diuinitus datā ab eiſque acceptatam factis non illi conformibus, quæ potuiſſent illam fouere, nutrire, & ad perfectum ducere, ſed ab illa difformibus, quæ ſecundum ſeipſa eandem oppugnabant, aſſociarunt: vnde ſic paulatim factis illis pietatem catholicæ fidei oppugnantibus aſſueti, fidem ipſam primò tanquam opinionem habere cadendo cęperunt; Secundò tanquam nihil; Tertiò tanquam falſum quid; Quartò tanquam noxium quoddam & ab hominibus vanis inuentum & à diabolo in mētes eorum inuectum primò ut ſuſpicati, deinde vt opinati, poſtea vt certificati, tenuerunt: & ſic, tanquam ſecuri à ſuijpſorum prædictis illuſionibus facti ad opiniones fidei catholicæ contrarias libēter amplectendas, ac per conſequens ad eiuſdem fidei oppugnationem, tranſiluerūt. Hic autem totus, & tantus ruinarum caſus ex eo originem traxit: quod fidem ſolam, ideſt ſine bonis ex charitate factis & ſibimetipſis primò, & deinde alijs, perſuadere conati fuerant. Vt ergo nos à tantis ruinis per fidem ſuā pręſeruaret Chriſtus, declarauit ſupra per ſententiam illam, Ioan. 12. Quod principale, propter quod in mundum uenit, eſt, vt homines credant non tantum animo, ſed etiam facto.i. (ut textus verbis vtamur) non ſolū, vt credamus, ſed etiam vt credentes non maneamus in peccatorum tenebris. Ecce fides Chriſti, uiua à uiuo, formata à formoſo, perfecta à perfecto.

AD RELIQVA PROSECVTIO.

Reſpon. 2.

CAETERVM ad rem, vnde, ob exēplificādi neceſſitatē digreſſi eramus. Ad ſecundam igitur eorundem abuſionē de ſpe, reſpondendo negatur: q in ſcripturis illis Rom. 5. & Prouer. 28. Non contelligantur bona opera per charitatē factā. Nam ibi contextus Apoſtoli dicit: Iuſtificati ergo &c. gloriamur in ſpe gloriæ filiorū Dei &c. ſpes autem nō confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritū ſanctum, qui datus eſt nobis. Ex cōtextu itaq; multipliciter patet: q ſpes illa nō cōtundēs fert ſecū opera bona: primò, q eſt ſpes iuſtificatorū, ſecūdò, q eſt ſpes gloriæ filiorū Dei, tertiò, q huic ſpei cōnexa eſt charitas, imò & Spiritus ſanctus, q nunq̄ eſt otioſus, q nullū uetat benefacere, q oēm habet uirtutē, Sap. 7. Vis videre: q ſpes iuſtificatorū, & gloriæ filiorū Dei, & habētiū charitatē cū Spiritu ſancto, ſecū neceſſariò trahit bona opera? Audi vnū iuſtificatū, unū verè glorioſū filiū Dei, unū charitate & Spūſancto plenum (Apoſtolū dico) de ſe pro oībus illis loquētē: q poſtq̄ de fide & ſpe ſua dixerat 2. Tim. 1. Scio, cui credidi, & certus ſū, q potens eſt depoſitū meū ſeruare in illū diē, ſubiūxit, ibid. 4. Bonū certamē certaui, curſū cōſummaui, fidē ſeruaui. Quid.n. eſt, Bonū certamen certaui? Sic pugno, nō quaſi aerē verberās, ſed caſtigo corpus meū 1. Cor. 9. En bona opera. Quid eſt: fidē ſeruaui? Illā ſeruaui fidē quæ per charitatē operatur, Galat. 5. Itē. Illud Prouer. 28. Nō pōt intelligi, niſi de ſpe cū operibus bonis. Nā totus capituli cōtextus (ut legenti patet) facit cōparationē, quo ad multas res, inter iuſtū, & inter iniuſtū: qua ſ p ſemper, ēt q non explicetur iterū (ſufficit.n. ſemel explicaſſe i principio, fugit impius, nemine pſequente: iuſtus aūt, quaſi Leo, confidens abſque pauore erit) ſubintelligiē, de iuſto, uel iniuſto, in ſententijs illis oibus fieri ſermonē. Idē eſt ergo illud, qui ſperat in Dño, ſaluabitur: ac ſi expreſſè apponēdo antecedens illius relatiui dixiſſet, Iuſtus, q ſperat i Dño, ſaluabitur. Quis modò neſciat: ſpē iuſti ſemp comitatā eſſe bonis operibus? Recole ſpē Apoſtoli ſupradictā, qui iuſtus erat, & pro ſpe cūctorū iuſtorū loquebat. Vide & de tali ſ. e locutū Spiritū ſanctū Eccl. 2. Scitote: quia nullus ſperauit in Dño, & cōfuſus eſt. Quis.n. pmāſit i mādatis eius, & derelictus eſt? Vbi patet p cōiunctionē cauſalē (Enim) q ſpes, de qua loquit Spūſſanctus in prima ſnīa, eſt aſſociata a bonis operibus. ſ. à pmāſione in mādatis Dei .i. a pmānēti obſeruatione mādatorū eius. [Quæ pmanētia debet

Spes uera ſemper eſt cum bonis operibus: ſecundum ſcripturas ſacras.

Digitized by Google

intelligi vſque in finem, ex Matth. 10. 24.] Vnde etiã patet vniuerſalis hæc, ſcilicer, ꝙ omnis ſpes, quæ ad ſaluandum nos in uita æterna requiriẽ nunc, non eſt ab operibus bonis ſperantium, ſaltẽ in uoto, habitis ſeparata. Et per conſequens, ꝙ oĩs alia ſpes (quæ ẽt fiducia vocatur) vere dr̃ vana, vacua, ſuperflua, & inanis. Hinc ergo. ſ. ex illo dicto toto Eccl. 2. habes ad literam: quõ ſecundũ rei veritatem abſque vllo errore poſſis intelligere, & intelligẽda alijs dare plurima loca ſcripturarũ diuerſimodè loquentia de ſpe, ſeu fiducia, prout diuerſa eſt vera, & bona ſpes à falſa & valde perniciosa [Quantã. n. uides perniciem generari ex ſpe, ſeu fiducia, ab hæreticis habita, & alijs prædicata, ab inferno utique inferiori originata, in mundũque à diabolis innecta: ad totius Chriſtianiſmi, ſi fieri poſſet, deſtructionẽ? Beatus homo, qui ſemp eſt pauidus Prouerb. 28. Ergo infęlix homo, qui uia contraria incędit.] Ad tertiã denique eorũdẽ de ſcripturis abuſionẽ, quo ad bona verba, rñdendo negatur: ꝙ illa etiam ſi plura eſſent, q̃ dici poſſit ſufficiant ad ſaluandũ nos abſquè bonis operibus ex charitate factis. Si. n. neque fides, neque ſpes, q̃ uerbis ſolis innituntur non ſufficiunt (ut uere probatũ eſt) ad ſalutem, niſi per charitatem operentur Galat. 5. Quõ uerba ſola, licet optima, ſufficient ad ipſum? Qñ igitur ſcriptura dicit, vitam eſſe in manibus linguæ, non vult dicere (ut obijciens putabat,) ꝙ verba bona ad vitam æternã dandam ſufficiant: ſed ꝙ illa multum valeant ad præſeruandum à morte corporali, & ad conſeruandum uitam amicabilẽ apud hoĩes, & etiam ad proficiſcendum verſus æternam uitam. De preſeruatione eius à corporali morte patet ab oppoſitis per illud Eccl. 28. Multi ceciderũt in ore gladij: ſed non ſic, ſicut qui interierunt p linguam ſuam. Plaga linguæ comminuet oſſa. Suſurro', & bilinguis, maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos cõmouit: & diſperſit illos de gente in gentẽ. Ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit. Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire, & ori facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Aurum tuũ, & argẽtum tuũ, conflã, & uerbis tuis facito ſtaterã, & frænos ori tuo rectos: attende, ne forte labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorũ inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem. De conſeruatione aũt eius in vita amicabili apud hoĩes, dr̃ Eccleſ. 6. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Quod uerò iuuet ad proficiſcendum uerſus uitã æternam & directè, & indirectè, inquantum. ſ. uitatur peccatum per gubernationem linguæ, conſtat ex eo: ꝙ legitur Prouer. 9. In multiloquio non deerit peccatum. Qui moderatur labia ſua prudẽtiſſimus eſt. Argentum electum lingua iuſti. Labia iuſti erudiunt plurimos. Os iuſti parturiet ſapientiam. Labia iuſti conſiderant placita. Cæterũ aliud eſt iuuare ad proficiſcendũ, aliud eſt ſufficere ad intrãdũ, in uitã æternam.

Reſpon. 3.

Linguæ moderationem nõ ſeruans ſe ipſũ, aliosque damnificat, & è conuerſo.

QVI BONA FECERVNT, &c.

PROBATIO quartæ partis concluſionis trahebat ſecum examen textus Euangelici ad illam pertinẽtis: quod quidem fieri inceptum erat, ſed propter dubia illorum, qui languent circa quæſtiones & pugnas verborum 1. Timot. 6. diſſoluenda intermiſſum. Nunc ergo ad primum illud inſtitutum reuertentibus occurrit iterum examinandus ille tex: Qui bona fecerunt. Vbi nota: quod in loquendo figura illa utitur, quę minus dicit, & plus ſignificat. Dicit enim, Bona fecerunt, & ſignificat, Bona bene, fecerunt. Nam bona feciſſe non ſufficere ad intrãdum in uitam æternam, oſtẽdit iuxta ſenſum literalem ſuum illa parabola de uirginibus fatuis narrata. Matth. 25. Licet enim bona multa feciſſent, ſcilicet ſeruãdo corporalem uirginitatem, exeundo cum Lampadibus obuiam ſponſo & ſpõſæ, id eſt operando illa, quę de genere ſuo ſunt acceptabilia à Chriſto, & Eccleſia, id eſt opera ſecundum genus opertum Bona, & expectando ſponſi aduentum tanto tempore: tamen non intrauerunt cum ſponſo ad nuptias, quia non bene ipſa bona fecerunt. Neque enim oleum habuerunt in uaſis ſuis, id eſt ex charitate cordiali opera illa bona non fecerunt, neque finalem perſeue-

Non ſufficit facere bonum: niſi fiat bene, &c.

Digitized by Google

ſeuerantiam tenuerunt. Nec tantum parabola hęc declarat, quod ad bona facta requiriturbene, vt valeant ſuos factores introducere ad æternam ſalutem, ſed expreſſius ad ſenſum non parabolicum, ſed apertiorem (quod magis vrget) idipſum demonſtrat Dominus in primo mandato ſuo, vt ex hoc deinde talis modus, ſcilicet Bene, in cæteris mandatis, ſi ad ſalutem introducere habeant, proportionaliter intelligatur. Quomodo expreſſit primum legis ſuæ mandatum Dominus? Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua, Mar. 12. Ecce Diliges Dominum Deum tuum, eſt ſubſtantia mandati; Ex toto corde tuo, &c. eſt modus ſubſtantiæ ipſius mandati. Qui ergo diligit dominum Deū ſuum, facit bonū, & ſi addat ex toto corde ſuo, &c. facit bene illud bonum. Quādo igitur Dominus dixit, Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota ani. t. & ex tot. men. tu. & ex to. virt. tua, idem eſt, ac ſi dixiſſet: Diliges Dominum Deum tuum, bene. Veruntamen, vt ſciremus, quid ibi importet illud Bene; explicauit dicens, Ex toto corde tuo, &c. Hoc eſt. Tunc diliges eum bene: ſi eum diligas ex toto corde tuo, &c. Hinc ergo (vt ſupra diximus) tanquam ex primo exemplari reliquorū omnium ſuorum mandatorum in omnibus illis voluit Dominus ſubintelligendum eſſe talem modum, ſcilicet Bene. Quod tamen Bene proportionaliter, ideſt iuxta qualitatem, ſeu dignitatem maiorem, vel minorem mandatorum intelligi debet. Vt. Sabbatha ſanctifices, Bene: honora parentes, Bene, & (vniuerſaliter) ſerua mandata, Bene, ſi vis ad vitam ingredi, Math 19 ſic tamen, vt illud Bene, quod eſt modus ſanctificandi Sabbatha, ſit diligentius, ideſt cum maiori circumſpectione, & reuerentia obſeruatum, quam aliud Bene, quod eſt modus honorandi parentes, quoniam dignior eſt Deus, qui per ſanctificationem Sabbathorum mandatur honorari ſpecialiter, quam ipſi carnales parentes, Exponatur ergo ex prædictis Euangelium ſic, Procedent, qui bona, Bene, fecerunt, &c. Rurſus. Adeo neceſſarium eſt, vt in hoc tex. Qui bona fecerunt, ſubintelligatur Bene, quod etiam ſi ex ſcripturis talis aduerbij ſubintellectio debita non haberetur, adhuc eſſet omnino in textu pręſenti, alijſque ſimilibus, ſubaudienda. Ratio huius eſt dictum B. Dionyſij, in cap. 4. de diuin. nomin. Bonum contingit ex integra cauſa. Hoc eſt. Ad hoc, quod aliquid vere, & abſolutè dici poſſit bonum, oportet, quod nihil ſibi deficiat de requiſitis ad cauſandam, ſeu faciendam illam bonitatem, puta de circumſtantiarum bonitate 1. 2. quæſt. 7. art. 3. quę quodammodo intelligitur implicite in hoc aduerbio, Bene, tanquam in eo quod conſequitur omnes circumſtantias prima ſecundæ quæſtio. ſeptima, artic. tertio ad ſecundum. Cum ergo, Bona, de quibus loquitur Dominus in textu, ſint vere, & abſolute bona (alioquin merces tanta, ideſt vita ęterna pro illis à iuſto iudice non redderetur ijs, qui ea fecerunt:) oportet dicere, quod ſint ex integra cauſa, ideſt quod nō deficiat eis bonitas circumſtantiarum, quæ (breuiter loquendo) per illud, Bene ſignificari intelligitur. Porro illud D. Dionyſij confirmatum eſſe à Chriſto colligitur: quando de Hypocriſi Phariſęos arguebat. Hypocritę enim vocabantur ex eo, quod *Bonū ex integra cauſa.* bona à ſe exterius facta non faciebant bene, ſed ſpecialiter ex intentione voluntaria peruertebant principalem circumſtantiam, ſcilicet propter quid prima, ſecundæ, quæſtio. ſeptima, art. quarto, eligendo videlicet pro fine illorum ſuorum exterius bonorum, vel laudem humanam, vel proprium auaritiæ lucrum, vel aliquid aliud ſiniſtrum. Ac ſi per illas de Hypocriſi reprehenſiones dixiſſet Phariſęis Dominus. Arguo vos, quia bonum veſtrum non conſtat ex integra cauſa: hoc eſt, non eſt Bene à vobis, ex fictione voluntaria factum.

EX PRÆDICTIS igitur omnibus patet, quod ſiue ex pręſuppoſitione ſcripturarum modum in mandatis congruentem ponentium [En, prior expoſitio] ſiue ex naturali requiſitione, Boni tantum loquendo [En, poſterior] textus Euangelicus, Qui bona fecerunt, includit aduerbium, Bene. Ex hoc

ergo

ergo textu habetur, quod pauci facientiũ bona ſaluantur: quoniam difficillimum eſt attingere illud Bene, tum quia homines vt plurimum non ita ſunt oculati ad ea, quæ ab alijs non videntur (puta ad rectas ordinationes animi in quibus tamen principaliter conſiſtit, Bene) tum quia circumſtantiæ ad bonitatem actus humani concurrentes ſunt multæ, 1.2. q.7. art. 3. Item. Bona (inquit) fecerunt Non dicit: Qui mala nõ fecerũt. Si daretur ergo aliquis, qui nec mala, nec bona, feciſſet, talis, ſecundum hunc Euangelij locum, non ſaluaretur. Quid ergo de eo fieret? Damnaretur. Quare? Quia bonum non fecit (Etenim nõ facere bonum, eſt quoddam malum, ideſt peccatum.) Sententia eſt iuſti iudicis, Matth. 7. omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur: Item, Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum. Quomodo? Si quis (ſubdit ibid.) non manſerit in me, mittetur foras, ſicut palmes, & areſcet: & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Sententia eadem eſt aſſeſſorum ipſius iudicis, Matth. 19. in quorum omnium perſona vnus illorum dicit Scienti bonum, & non facienti, peccatũ eſt illi. Iacob 4. Infernus autem damnatorum, eſt proprius locus peccantium; in cuius ſignum certum dicitur de Iuda traditore illuc meritiſſime caſuro, Actu. 1. Vt abiret in locum ſuum.

QVI MALA EGERVNT, ETC.

HOC in loco, Qui mala egerunt, non eſt neceſſarium ſubintelligere aduerbium, Male ſicut de neceſſitate ſub intelligebatũr, Bene in præcedente de bonis clauſula; Ratio eſt dictũ B. Dionyſij cap. 4. de diuin. nomin. Malum contingit ex ſingularibus defectibus. Hoc eſt. Ad hoc, quod aliquid dicatur malum ſufficit, ipſum deficere in aliquo, & per conſequens ad hoc, quod aliquis dicatur feciſſe malum ſufficit, eum defeciſſe in aliqua parte circunſtantiarum actus humani, 1. 2. q. 7. art. 1. 3. Verum quidem eſt, quod quanto in pluribus illarum circumſtantiarum deficit quis, tanto maius malum facit, ſed tamen etiam ſi in vna ſola circunſtantia defeciſſet, opus malum feciſſet. Item. Qui mala egerunt. Vel commiſſione, vel omiſſione. Comiſſione quis agit malum, quando contra præceptum negatiuum facit (vt contra hoc præceptum, Non occides, agit ille, qui committit homicidiũ:) omiſſione autem, quãdo non ſeruat, ſecundum quod tenetur, præceptum affirmatiuum (vt in die feſto, quando obligatus eſt, audire Miſſam integram, illam non audit.) Rurſus. Mala commiſſione fieri poſſunt tribus modis, ſcilicet cogitatione, locutione, & opere: mala quoque omiſſione totidem. Vt, Cogitat quis, deliberato conſenſu, vel occidere hominem iſte malum homicidij cõmittit cogitatione, vel non audire Miſſam tempore debito; iſte omittit cogitatione Miſſam. Ore quis, vel ſuadet, aut ſignis, quæ verborum vicem ſupplent, cauſat homicidium, iſte homicidij malũ committit locutione: Vel ſuadet verbo, aut ſcripto verborum locum tenente, non audire Miſſam debitam aut (quod faciũt hæretici) non obedire Eccleſiæ Romanę, aut non acceptare ſacra Concilia, quę Romana Eccleſia probat, aut eiuſdẽ dogmata non credere, iſte peccato omiſſionis inuoluit locutione. Operatur quis de facto, vel homicidium per ſe, aut per alium: iſte malum homicidij committit opere, vel non auditionem Miſſæ in ſe, aut in alio, per ſe, aut per alium; iſte omiſſione peccat, opere. Recordare tu hic philoſophi dicentis (lib. Poſt prædicament.) quotupliciter dicitur vnum oppoſitorum, totupliciter dicitur & reliquum: ex quo philoſophico dogmate dicas, quod etiam illi, qui bona fecerunt, aut cogitatione, aut ore, aut opere, ea fecerunt: & hoc vel committendo bona ipſa, vel omittendo mala contraria. Qui enim tentatus de committendo mala, vel cogitatione, vel ore, vel opere, reſiſtẽs tentationi voluntaris omittit committere illa mala: iſte bonum, & cogitatione, & ore, & opere, facit per omiſſionem. Aduertendum autem diligenter eſt, pro ſcripturarum ſana, & plena intelligentia quod omnia prædicta, quæ multiformia (vt audiſti) ſunt, compræhenduntur nomine operum, largo ſcilicet modo ſumptorum. Vt Rom. 2. Qui reddet vnicuiq; ſecun-

Peccata multis modis fiunt. &c.

Bonum multis modis fit. &c.

Digitized by Google

ſecundum opera eius: & Apocal. 14. Opera illorum ſequuntur illos. & cap. 20. iudicatum de ſingulis eſt, ſecundum opera eorum. Large ſiquidem accipiendo opus & cogitatio, & locutio tum bona, tū mala; ſiue omittendo, ſiue committendo fiat, eſt opus quoddam in genere ſuo, ſcilicet, vel cogitationis, vel locutionis.

IN reſurrectionem (inquit) iudicij. Vide vtrorumque, ſcilicet ſaluandorum, & damnandorum, terminum differenter à iudice deſcriptum. De bonis enim dixit, procedent in reſurrectionem vitæ: de malis verò non dicit (vt dicendum videbatur) proc. in reſurrectionem mortis, ſed dicit, In reſurrectionem iudicij. vbi patet, quod vtriſque aſcribit & aliquid commune, ſcilicet procedere in reſurrectionem, per hoc denotans, quod vtrique reſurgent ad vitam corporalem, & aliquid differens, ſcilicet quod bonorū reſurrectio erit ad vitam, procuľdubio, ſimpliciter, ideſt ex omni parte, dictam; malorum verò ad iudicium. Nunquid non vtrorumque reſurrectio, ſecundum rei veritatem erit ad iudicium, dicente Matth. 25. congregabuntur ante eum, i. ante iudicem, omnes gentes? Vtique ſed iudicium ibi, Malorum erit ad iudicium, accipitur pro quadam deſcriptione finis ipſorum reproborum. Quod vt melius intelligas, conſidera illam differentem de vtriſque deſcriptionem finalem, quam dicebamus. Procedent (inquit) boni in reſurrectionem vitę, mali verò in reſurrectionem iudicij. Ecce. Vtrique aſtant ante tribunal iudicis, & conſequenter de vtriſque fit iudicium, ideſt ius dicitur vtriſque ſecundum merita operum ſuorum. Veruntamen iudicium, quod fiet bonis, tacito nomine iudicij deſcribitur à præmio, à vita: & hoc ad ſignificandum quod non tam iure, quam gratia, eis dabitur tale præmium, ſcilicet vita ſimpliciter dicta. Ex omni enim parte præmiū illud erit vitale, quia quicquid vitalis perfectionis eſt, erit eorum præmium, quandoquidem ipſi toti erunt vita, & nihil mortalitatis in eis locum habebit. Dixi, quod non tam iure, quam gratia, eis dabitur tantum præmium, quod vt melius, citius, & rectius, ideſt abſque vllo errore capias, reminiſcere illius, quod ſæpè diximus ex doctrina Concilij Trident. ſeſſ. 6. cap. 16. & Canon. 32. quod merita iuſtorum omnia ſunt dona Dei. Cæterum contrario modo fit ibidem de reprobis deſcriptio. Pœna enim ipſorum non deſcribitur in ſeipſa; ſed deſcribitur in iudicio: & hoc ad ſignificandum (contra mendaces, ſuperbos, & Deo contumelioſos, quales erunt omnes reprobi) quod non aliunde, quam ex iure, iuxta eorum mala opera, punientur. Propterea ergo non dixit tex. Procedent in reſurrectionem pœnarum, ſed in reſurrectionem iudicij: vt ſignificet, eos à Deo reſuſcitandos non ad pœnas, ſed ad ius. Nam Deus non delectatur pœnis damnatorum, ſed iure ſuæ iuſtitiæ, quod non, niſi rectiſſimum eſſe poteſt.

Reprobi non damnantur, niſi iure.

QVINTA PARS Concluſionis.

SCILICET. Quapropter Chriſtus adorandus eſt adoratione latriæ, ideſt adoratione omnium aliarum adorationum ſuprema, ſicut & Pater, qui dedit ei omnem poteſtatem præmiſſam, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Sicut pater ſuſcitat mortuos, ſic & filius, &c. omne iudicium dedit filio; Vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem. Ex his namque verbis conſtat: & quod Chriſtus adorandus eſt adoratione, qua pater, & quod ideo ſic adorandus eſt, quia pater dedit ei potentiam, qua ſuſcitat mortuos, ſicut ipſe: deditque eidem potentiam omnis iudicij faciendi. Patrem verò adorandum eſſe adoratione latrię notiſſimum eſt ex ſcripturis, quę & ideo honorem Dei patris transferentes in creaturas vocant idolatras, 1. Cor. 10. ipſumque honorem ſic peſſimè tranſlatum vocat idolatriam 1. Reg. 15. Actu. 17. Per vtrumque enim nomen, ſcilicet idolatras, & idolatriam manifeſtè ab oppoſitis ſignificant ſcripturæ, quod adoratio latriæ ſoli Deo vero debetur. Alioquin adoratio Deo vero debita idolis ab infidelibus exhibita non rectè vocaretur idolatria (vt patet:) nec infideles illi propter hoc rectè dicerentur idolatræ, ideſt idolis latriam exhibentes. Ex eo igitur, quod Pater vult, vt omnes honorificent

Latria eſt honor Deo vero proprius, qđ clarè patet ab oppoſitis etc.

rificent filium, ſicut ſemetipſum (vt docet textus) patet, quod ipſe vult, ab omnibus honorari filium honore ſupremo, ideſt latria. Cæterum dicet quis. Quomodo valet iſta conſequentia: Pater dedit potentiam filio ſuſcitandi mortuos, & potentiam faciendi omne iudicium; ergo per hoc voluit, vt filius latria, ſicut ipſemet, honorificetur? Scio quidem certiſſima fide, conſequentiam ipſam eſſe veram: cum ſit manifeſta per ſeriem textus huius, ſcilicet omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem, ſed intellectui meo non apparet euidentia veritatis eiuſdem conſequentiæ. Conſtat enim, quod Chriſtus dedit Apoſtolis poteſtatem ſuſcitandi mortuos, Matth. 10. & iudicandi ſecũ, Matth. 19. Ex hoc tamen non valet conſequentia; ergo Apoſtoli debent honorari honore æquali cum Chriſto, ideſt honore, latria, vocato. Quomodo igitur valet iſta: Pater dedit, &c. vt ſupra? Reſpõdetur, quod hinc, ſcilicet quia non valet conſequentia de Apoſtolis ad Chriſtum, quamuis dederit illam magnam poteſtatem eis, patet, quomodo, ideſt qua ratione, vera ſit conſequentia virtualiter facta in textu de filio ad patrem. *Reſp. vere notabilis ex textu.* Sicut enim ex eo, quod Apoſtoli à Chriſto tantam potentiã habentes non debent honorari æqualiter, cum ipſo inferimus (& bene) quod illa grandis potentia fuit donũ accidentale ipſis à Chriſto collatum; nõ autem eſſentia Chriſti, quæ non poteſt non eſſe ei æqualis: ita (ab oppoſitis) ex eo, quod filius potentiam illam mortuos ſuſcitandi totiuſque iudicij faciendi habens à patre, debet honorari æqualiter cum patre, bene, & neceſſario inferimus, quod illa potentia ſibi data eſt non donum accidentale, ſed eſſentia patris eadẽ numero per ęternam generationem ſibi ab eo communicata. Exponatur ergo textus ſic; Pater dedit filio potentiam, qua ſuſcitaret mortuos, & omne iudicium faceret, ideſt eſſentiam ſuam diuinam, qua & illa, & omnia alia poſſet facere. Propter hoc enim poſſe eſſentia ipſa nominatur potentia, ſeu poteſtas, ita quod ſunt omnino idem realiter eſſentia diuina, & potentia, ſed differunt formaliter, hoc ſcilicet tantum reſpectu, quod eſſentia, vt eſſentia, dicit eſſe Dei in ſeipſo; eſſentia autem, vt potentia, dicit eſſe Dei in relatione, ideſt prout reſpicit ad aliquid operandum. Et in hoc ſenſu exponitur etiam ille textus. Pater non iudicat quemquam, ſcilicet ſeorſum à filio, vt Deo, ſed omne iudicium dedit filio, ideſt omnem ſapientiam faciendi iudicium, quæ ſapientia eſt eſſentia diuina, quam ab æterno dedit ei generando ipſum.

HONORIFICENT FILIVM
Sicut patrem.

FILIVS, qui tunc iſta dicebat, erat iam factus homo, ideſt diuinam, & humanam naturam in vna tantum perſona diuina habebat. Vnus igitur ille exiſtens, duas habebat naturas, ſcilicet diuinitatem, & humanitatem. Per ſententiam porrò illam pręſcriptam, Honorificent, &c. patet quidem, quod ille vnus, qui loquebatur, ideſt Chriſtus, debet ab omnibus honorificari ſupremo honore ideſt latria, ſed non patet vtrum illa humanitas, quæ eidem erat, eſt, & ſemper erit, ſubſtantialiter vnita 3. de Sal. q. 2. art. 6. ſit eodem honore ſupremo ſimul honorificanda, an honorans Chriſtum latria debeat (nè miſceatur error) facere diſtinctionem in mente ſua dicendo; Ego latria adoro Chriſtum, quo ad ſuam diuinitatem, non autem quo ad ſuam humanitatem, vel ſic (quod in idem redit) Ego latria adoro Chriſti diuinitatẽ, ſed non humanitatem. Vt igitur (pro pleniori cognitione illius textus) manifeſtũ fiat & hoc, duo tractanda veniunt. *Primo.* Primum: an eadem adoratione latria ſit honorificanda humanitas Chriſti, & eius diuinitas. *Secundo.* Secundum: an humanitas Chriſti, adoranda ſit honore latriæ. *Primo.* Quantum ad primum, habetur firma determinatio ipſius à quinta Synodo, vbi in capitulo nono, ſic legitur: Si quis in duabus naturis adorari dicit Chriſtum, ex quo duæ adorationes introducuntur, ſemotim Dei verbo, & ſemotim homini, & non vna adoratione Deum Verbum incarnatum, cum eius carne adorat, ſicut ab initio ſanctæ Dei Eccleſiæ traditum eſt. Talis anathema ſit. Hæc ibi. Quæ conci-

concilij ſacra determinatio, quoniam eſt de fide catholica, cuius contrarium ideo eſt hęreticum (vt patet ibi, Anathema. Hoc enim nomine ſolent deſignari hæretici à Concilijs:) propterea, vt melius intelligatur abſque vllo erroris ſcrupulo, eſt declaranda diffuſius. Vt autem declaratio ſit vndequaque ſolida, non alijs, quam fideliſſimi Eccleſiæ Catholicæ doctoris ſancti Thomæ, verbis id faciemus. [De altitudine doctrinæ Thomiſticæ, quod ſcilicet per multos ſummos pontifices, per multa ſacra concilia, per vniuerſitates bonorum ſtudiorum, ſpeciatimque Pariſinam, & (quod pluris admodum incomparabiliter faciendum eſt) à Domino noſtro Ieſu Chriſto crucifixo (vt etiam ibi confirmat, referendo, Papa Pius Quintus, cum ſacro Cardinalium ſubſcribentium collegio) approbata ſit tanquam veridica, & catholica, & pro tali ab alijs amplectenda, ſuiſque ipſorum viribus amplianda: vide in frontiſpicio Elucidationum formalium, ſuper primam partem ſummæ Theologiæ eiuſdem Beati Thomæ. Ibi enim præmiſſo titulo, De altitudine, &c. ipſorum Eccleſiæ principum approbationes verbatim explicantur. Hæc dixerim: vt ſemel pro ſemper oſtendam lectoribus, quanti facieda ſit & vniuerſaliter doctrina eiuſdem, & ſpeciatim determinatio quæſiti ſupradicti per ipſius verba formalia, ab omnibus Eccleſiæ ſanctæ filiis.] Dicitur ergo ſic. In eo, qui honoratur, duo poſſumus conſiderare, ſcilicet eum, cui honor exhibetur, & cauſam honoris. Proprie autem honor exhibetur toti rei ſubſiſtenti. Non enim dicimus, quod manus hominis honoretur, ſed quod homo honoretur. Et, ſi quandoque contingit, quod dicatur honorari manus vel pes alicuius, hoc non dicitur ea ratione, quod huiuſmodi partes ſecundum ſe honorentur, ſed quia in ipſis partibus honoratur totum. Per quem etiam modum aliquis homo poteſt honorari in aliqua exteriori parte, puta in veſte, aut in imagine, aut in nuncio. Cauſa autem eſt id, ex quo ille, qui honoratur, habet aliquam excellentiam. Nam honor eſt reuerentia alicui exhibita propter ſui excellentiam (vt in ſecunda parte dictum eſt.)

A Chriſto per ſeipſũ et per ſuos Vicarios, &c doctrina ſancti Thomæ eſt approbata.

Ideo, ſi in vno homine ſunt plures cauſæ honoris (puta, prælatio, ſcientia, & virtus) erit quidem illius hominis vnus honor ex parte eius, qui honoratur, plures tamen, ſecundum cauſas honoris. Homo enim eſt, qui honoratur, & propter ſcientiam, & propter virtutem.

Sic ergo in Chriſto cum ſit vna tantũ perſona diuinæ, & humanæ naturę, & etiam vna hypoſtaſis, & vnum ſuppoſitum, eſt quidem eius vna adoratio, & vnus honor, ex parte eius, qui adoratur, ſed ex parte cauſæ, qua honoratur, poſſunt dici eſſe plures adorationes, vt ſcilicet alio honore honoretur propter ſapiẽtiam increatam, & alio propter ſapientiã creatam. Si autem ponerentur in Chriſto plures perſonæ ſeu hypoſtaſes, ſequeretur, quod ſimpliciter eſſent plures adorationes, & hoc eſt, quod in ſynodis reprobatur. Dicitur enim in capitulis Cyrilli. Si quis audet dicere: aſſumptum hominem coadorari oportere Deo Verbo, quaſi alterum alteri, & non potius vna adoratione honorificat Emanuelem ſecundum, quod factum eſt caro Verbum: anathema ſit. Hæc omnia Sanctus Thomas tertio de Sal. quæſtio. 25. artic. 1.

VERVNTAMEN, vt hæc ſua ſancta doctrina appareat clarior, atque ſolidior: oppugnationes contra eam facit, quibus totidem reſponſiones pro ea reddit. Prima igitur oppugnatio eſt hęc: Diuinitas Chriſti adoranda eſt, quia eſt communis patri, & filio. Vnde dicitur, Ioan. 5. Omnes honorificent filium, ſicut patrem. Sed humanitas Chriſti non eſt communis ei, & patri. Ergo non eadem adoratione adorãda eſt humanitas Chriſti, & eius humanitas. Reſp. Dicendum, quod in Trinitate ſunt tres, qui honorantur, ſed eſt vna cauſa honoris: in myſterio autem incarnationis eſt è conuerſo. Et ideo alio modo eſt vnus honor Trinitatis: alio modo eſt vnus honor Chriſti. Secunda oppugnatio eſt hæc. Honor eſt propriè præmium virtutis; meretur autem virtus præmium per actum ſuum. Cum igitur in Chriſto ſit alia operatio diuinæ, & humanæ naturæ, videtur, q̃d alio honore veneranda ſit humanitas Chriſti, & alio eius diuinitas. Reſp. Di-

cendum:

cendum: quod operatio non eſt, quæ honoratur, ſed eſt ratio honoris. Et ideo per hoc, quod in Chriſto ſunt duæ operationes, non oſtenditur, quod ſint duæ adorationes, ſed quod ſint duæ adorationis cauſæ. Tertia oppugnatio eſt hęc. Anima Chriſti, ſi non eſſet Verbo vnita eſſet veneranda, propter excellentiam ſapientiæ, & gratiæ, quam habet, ſed nihil dignitatis eſt ei ſubtractum ex eo, qđ eſt vnita Verbo: ergo natura humana in Chriſto eſt quadam propria adoratione veneranda præter venerationem, quæ exhibetur diuinitati ipſius. Reſp. Dicendum: quod anima Chriſti, ſi non eſſet vnita Dei Verbo, eſſet, id quod eſt principaliſſimum in homine illo, & ideo ſibi deberetur honor, quia homo eſt id, quod eſt potiſſimum in eo. Sed quia anima Chriſti eſt vnita perſonæ digniori, illi perſonæ pręcipuè debetur honor, cui anima Chriſti vnitur. Nec tamen per hoc diminuitur dignitas animę Chriſti: ſed augetur (vt etiam ſupradictum eſt.) Huſque doctor ille. Vide ibidem Elucidationes formales:

DE ADORATIONE Humanitatis Chriſti.

DE duobus ſupra propoſitis remanet ſecundum declarandum, ſcilicet. An humanitas Chriſti, ſit adoranda honore, qui vocatur latria. Videtur autem quodammodo determinatum hoc à propheta regio per illud Pſal. 98. Adorate ſcabellum pedum eius. Sic enim Gloſſa ſuper hoc dicit. Qui adorat corpus Chriſti, non terram intuetur; ſed potius eum, cuius ſcabellum eſt: in cuius honore, ſcabellum adorat. Cum ergo Verbum, cuius ſcabellum eſt corpus Chriſti, adorandum ſit latria, videtur, quod & ſcabellum ipſum, ideſt humanitas eius, ſeu corpus, ſit latria adorandum. Id quod etiam haberi videtur ex illo dicto Damaſceni in 3. libr. Adoratur caro Chriſti, incarnato Verbo Deo, non propter ſeipsã; ſed propter vnitum ei ſecundum Hypoſtaſim Verbum Dei. Nè tamen in doctorum iſtorum ad quæſiti propoſiti intelligentia contingat apud nos aliquis error: &, vt diſtinctè pro meliori rei notitia pro-

Secundo.

cedamus: afferenda ſunt pro totius quęſtionis declaratione ſoliſſima eiuſdem Angelici doctoris verba 3. de Sal. quæſt. 25. art. 2. Sunt verò huiuſmodi. Honor adorationis (ſicut ſupradictum eſt) proprie debetur Hypoſtaſi ſubſiſtenti: ratio tamen honoris poteſt eſſe aliquid non ſubſiſtens, propter quod honoratur perſona, cui illud ineſt. Adoratio igitur humanitatis Chriſti dupliciter poteſt intelligi. Vno modo, vt ſit eius, ſicut rei adoratę. Et ſic adorare carnem Chriſti nihil eſt aliud, quam adorare Verbum Dei incarnatum (ſicut adorare veſtem regis nihil eſt aliud, quam adorare regem veſtitum:) & ſecundum hoc adoratio humanitatis Chriſti eſt adoratio latriæ. Alio modo poteſt intelligi adoratio humanitatis Chriſti, quę fit ratione humanitatis Chriſti perfectæ omni munere gratiarum. Et ſic, adoratio humanitatis Chriſti non eſt adoratio latriæ: ſed adoratio duliæ. Ita ſcilicet quod vna, & eadem perſona Chriſti adoretur adoratione latriæ, propter ſuam diuinitatem, & adoratione duliæ, propter ſuam perfectam omni munere gratiarum humanitatem. Nec hoc eſt inconueniens. Quia ipſi Deo patri debetur honor latriæ, propter deitatem; & etiam honor duliæ, propter dominium, quo gubernat creaturã. Vnde ſuper illud Pſalm. Domine Deus meus in te ſperaui, dicit Gloſſa. Domine omnium, per potentiam, cui debetur dulia: Deus omnium, per creationem, cui debetur latria. Hucuſque ſanctus Thomas, pro declaratione veritatis.

CÆTERVM audi, & ipſum loquentem pro defenſione eiuſdem veritatis: id quod facit, dum aduerſantium captiunculis veritatem falſitate labefactare volentium efficaci ratione reſpondet. Prima igitur captiuncula eſt, hæc Super illud Pſal. Adorate ſcabellum pedũ eius, quoniam ſanctum eſt; dicit Gloſſa. Caro à Verbo Dei aſſumpta ſine impietate adoratur à nobis, quia nemo carnẽ eius ſpiritualiter manducat, niſi prius adoret non illa dico adoratione latriæ, quæ ſoli creatori debetur. Caro autem Chriſti eſt pars humanitatis: ergo humanitas Chriſti non eſt adoranda adoratione latriæ. Reſp. Dicendum: quod Gloſſa illa non

eſt

eſt ſic intelligenda, quaſi ſeorſum adoretur caro Chriſti, ab eius diuinitate. Hoc enim contingeret ſolum hoc modo: ſi eſſet alia Hypoſtaſis Dei, & hominis. Sed quia (vt Damaſcenus dicit) ſi diuidas ſubtilibus intelligentijs, quod videtur ab eo, quod intelligitur; inadorabilis eſt, vt creatura, ſcilicet adoratione latrię. Et tunc ſic intellectæ, vt ſeparatæ à Verbo Dei, deberetur adoratio duliæ; non cuiuſcunque (puta; quæ conuenienter exhibetur alijs creaturis) ſed modo quodam excellentiori. Quam Hyperduliam; vocant. Secunda captiuncula eſt hæc. Cultus latriæ nulli creaturæ debetur (ex hoc enim reprobantur gentiles, quod coluerunt, & ſeruierunt creaturæ, Rom. 1.) ſed humanitas Chriſti eſt creatura, ergo non eſt adoranda adoratione latriæ. Itē. Tertia captiuncula eſt hęc. Adoratio latriæ debetur Deo in recognitionem maximi dominij [puta, vt creatoris omniū, & gubernatoris] ſecundum illud, Deuteron 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies: ſed Chriſtus, ſecundum quod homo, eſt minor patre: ergo humanitas eius non eſt adoratione latriæ adoranda. Reſp. Per dicta in reſpōſione ad primum patet etiam reſponſio ad hoc ſecundum, & tertium. Quia adoratio latriæ non exhibetur humanitati Chriſti ratione ſuiipſius, ſed ratione diuinitatis, cui vnitur; Secundum quā Chriſtus non eſt minor patre. Huculque ſanctus ille doctor. Vide ibid. Elucidationes formales. Ex omnibus prædictis manifeſtum iam poteſt eſſe ſtudioſo lectori, qđ & quomodo textus ille Euangelicus, omnes honorificent filium, ſicut, & patrem, poſſit, & debeat, catholicè intelligi de filio, etiam inquantum habet humanitatem: cauendo à contrarijs erroribus.

SEXTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Vnde qui non honorificat filium honore illo ſupremo, honorificat Patrem (contra omnes infideles, ſpeciatimque Iudæos, &c.) demōſtratur ab Euangeliſta ex tex. Qui non hono. fil. non hon. pat. qui miſit illum. Clara eſt probatio. Cæterum circa quædam dicta in litera eſt immorādū. Et ſic. Per illationem dicendo. Vnde concluſionis hæc pars inferebatur, quia ſecundum rei veritatem etiam in textu intelligitur negatiua hæc inferri ex præcedentibus (vt bene conſideranti patebit:) ſicut & ex eiſdem præcedentibus probata præſupponitur. Ex eo enim quod pater per generationem dedit eſſentiam ſuā numeraliter eandem filio (vt in ſuperioribus ex textu monſtratum eſt) ſequitur neceſſario, & manifeſte, non ſolum affirmatiua illa, quod omnes debent pari reuerentia honorificare filium; ſicut patrem, ſed ēt iſta negatiua, ꝙ qui nō honorificat filiū ęquali honore, nō honorificat patrem. Nam licet hi ſint duæ perſonæ, ſunt tamen vnum in dignitate, cum ſint conſubſtantiales, ſeu (quod idem eſt) eiuſdem numero eſſentiæ. Hinc ille idē Ioannes, qui ſcripſit hoc Euangelium, repetendo confirmat eandem negatiuam, & affirmatiuam in epiſtola ſua dicens 1. Ioan. 2. Omnis, qui negat filium, nec patrem habet; Qui confitetur filium, & patrem habet. Qui negat (inquit) filium. In quo? In dignitate ſuprema: ſubtrahendo, ſcilicet illam ei. Quæ eſt dignitas ſuprema? Quod remanſerit Deus, licet ſit factus homo, & hoc eſt, illum eſſe Chriſtum, quoniam hoc nomen, Chriſtus, vtramque naturam; diuinam ſcilicet, & humanam dicit (vt alias declaratum eſt.) Quod autem de tali dignitate loquatur, patet ibidem. Nam contextus inquit. Quis eſt mendax, niſi qui negat, quoniam Ieſus eſt Chriſtus? Hic eſt Antichriſtus: qui negat patrem, & filium. Vbi vigilanter aduertendum eſt: quod B. Ioannes, (vt ſuo Euangelio correſpondentia fiat) accipit illud, Qui negat, tot modis, quot hic accipitur, Non honorificat: quia negare eſt non honorificare. Tribus ergo modis ſumit negare, ſicut totidem ſumitur non honorificare: Corde ſ. ore, vel opere. Is corde negat; Ieſum eſſe Chriſtū: qui in mente ſua tenet, ꝙ ipſe Saluator non eſt verus Deus, & verus homo. Ore id negat: qui exteriorib. verbis hoc ipſum dicit. Opere negat illud: q aliquid, vel in pictura, vel in ſcripto, vel alio modo, facit, quod importat ſecum falſitatem hanc, ſcilicet, quod Saluator

ipſe

ipſe non eſt verus Deus, & verus homo Quilibet ergo horum trium non honorificat filium, ſicut patrem, qui miſit illũ: quoniam non tenet, Saluatorem eſſe Deũ patri æqualem, & eſſe verè à patre miſſum in mundum, ideſt eſſe vere incarnatum, ideſt aſſumpſiſſe veram carnem ex B. Virgine Maria. Nam eò mittitur filius (vt ait D. Greg.) quo generatur. Generatione, ſcilicet temporali, non à Patre, ſed à matre 1. q. 43. art. 2. Filius ergo dicit in textu, ſe ideo a patrem miſſum: quoniá, ex obedientia ad patrem, aſſumpſit veram carnem humanam ex matre Virgine generatam, & per ipſam carnem incępit eſſe viſibiliter in mundo: Vbi tamen prius inuiſibiliter erat, Ioan. 1. Quilibet quoque illorum trium, & eſt Antichriſtus: & ſic dicendo, ideſt negando, Saluatorem eſſe Chriſtum, negat patrē, & filium (vt patet ibid. 1. Ioan. 2.) Tripliciter igitur poteſt quis non honorificare filium, & per conſequens nòn honorificare patrem, ſcilicet corde, ore, vel opere: & quocunque illorum modorum non honorificat, vt debet eſt Antichriſtus. Nunc ergo Antichriſti multi facti ſunt: Vnde ſcimus, quia nouiſſima hora eſt, 1. Ioan. 2. Quot enim non honorificant filium, ſicut patrem?

Heretici nominantur Antichriſti, & qui ſint. Ergo hæretici prius aliis ſunt contra Chriſtũ.

EX præmiſſis aperte relinquitur, qđ non ex quadam decentia ſolum, ſed ex neceſſario debito, tenentur omnes & ſinguli, honorificare Chriſtum, ita quod nō tantum incurrũt mortale peccatum, ſed etiam hæreſim, ipſum modo dicto non honorificantes, ideſt non confitentes corde, ore, opere (vbi, quando, & ſecundum quod oportet) Ieſum eſſe Meſſiam, ideſt verum Deum patri numero, & verum hominem matri ſpecie, cōſubſtantialem. Niſi enim incurrerent tales hæreſim à tali debito deficientes: B. Ioannes non diceret eos ideo eſſe Antichriſtos. Nota denique in textu dici, Non honorificat; non autem dici, Inhonorificat, ſeu (quod idem eſt) dehonorificat. Ex qua notatione intelligas: quod non ſolum iniuria inhonorationis, ſeu dehonorationis, ſed etiam negatio honorationis, eſt culpabilis, licet culpabilius ſit illud, quam hoc. Ac ſi in textu implicitè dictum, ſic explicite inferatur. Qui non honorificat filium, eſt culpabilis, ergo qui inhonorificat, ſeu dehonorificat filium, eſt multo culpabilior.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD filius Dei eſt venturus iudex omnium viuorum, & mortuorum; habens poteſtatem retribuendi pro meritis cuiuſque vitam, vel pœnam æternam: vide ex Sacroſanctis Scripturis, vel Concilijs, &c. determinatum eſſe, in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum numero 324. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 366. 384. 385. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 17. concluſ. 1. Quod Chriſtus, vt Deus eſt per omnia patri æqualis, & conſubſtantialis; vide ex Sacroſanctis, &c. definitum eſſe, in Elucidationibus pri. par. articulorum num. 220. 216. 225. 190. 221. 205. Quod filius eſt ſumma, ęterna, & immutabilis veritas (ideo in nulla re poteſt vllo modo errare, quare ſuum iudiciũ eſt ſemper, & indeclinabiliter, quicquid obſtrepent Dęmoniaci, iuſtiſſimum:) vide ex Sacroſanctis, &c. in Elucidationibus pri. par. articulorum num. 103. 105. 106. Quod in Deo eſt ſumma iuſtitia, quę & veritas dici poteſt, cũ qua eſt etiã miſericordia in omnibus operibus ſuis (conſequenter ergo & in iudicio vniuerſali, etiam quod in ęternum damnet reprobos) vide in Elucidationibus pri. par. articulorum num. 131. 132. 134. Quod Chriſtus ſuſcitare poteſt, & animas iuſtificando, & corpora ab eorum morte reuocando, vide in Elucidat. 3. de Sal. q. 56. art. 1. 2. & 3. de Sacram. Addition. q. 76. art. 1. Quod Chriſtus viſibilis apparebit omnibus etiam reprobis in die iudicij: vide, &c. in Elucid. 3. de Sacram. Addition. quęſt. 90. ar. 1. 2. Quod infideles omnes, & alij non honorificantes Chriſtum, vt debent, damnabuntur in æternũ ſupplicium: vide ex, &c. in Elucidat. 3. de Sacr. Add. q. 99. ar. 1. 2. 3. 4. 5. Quamuis Deus ipſe nullo modo ſecundum rei veritatem ſit crudelis (contra Dęmoniacos,

Iudicium Chriſti nũquam poteſt non eſſe iuſtiſſimum.

& bla-

Digitized by Google

& blaſphemos;) vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidat. pri. par. articulorum num. 133. 134. 198. 127. 128. & 3. de Sacram. Addit. art. nu. 431. Itá in Veritatib. aureis, &c. Geneſ. 3. concluſ. 11. 21. & cap. 6. concluſ. . . . & Exod. 12. concl. 6. & Leuitic. 1 concl. 6. & Numer. 11. concl. 12.

Vniuerſaliſſima notatio, non ſemel, nec oſcitanter memoranda.

PORRO, ſemper, & vbique aduertendum diligenter eſt, quod quando confirmatam eſſe concluſionem, ſiue concluſiones, capitulorum a Sancto Doctore in ſua Theologię ſumma oſtendimus (id quod eſt, vbicunque Elucidationes ſuper illius partes allegantur:) tunc cointelligenda eſt viciſſitudinaria reconfirmatio. Et merito quidem: vt rationabiliter diſcurrenti practica monſtrabit. Nam ſi Doctor ſanctus per ſuam doctrinam confirmat aliquem ſacre Scripturę locum ſecundum rationis rectę dictamen ſequitur: quod viciſſim à loco illo doctrina illa confirmans reconfirmetur. Vt ſub vno, ex millibus, exemplo dicamus. Hęc concluſionis pars ex Euangelico textu deſumpta, ſcilicet filius ęquali honore adorandus eſt cum patre, vt qui re vera ſit patri ęqualis, Confirmatur ex doctrina ſancti Thomæ in illa parte ſummę, ſuper qua allegantur Elucidationes puta pri. par. articulorum numero 190. 205. 216. 220. 221. 225. & 3. de Sal. q. 25. artic. 1. 2. Ergo textus ille Euangelicus reciproce eſt in adiutorium doctrinę ipſius ſancti in locis allegatis (& hoc eſt; textum illum viciſſim reconfirmare doctrinam illam Thomiſticam.) Vnde, ſi mihi negaueris id quod ſanctus docet, vel pri. par. artic. num. 190. 205. 216. 220. 221. 225. vel 3. de Sal. quæſtio. 25. art. 1. 2. monſtrare poſſum tibi, ipſam, quam tu negas doctrinam eſſe confirmatam per locum illum Euangelij ex eo, quod conformiter ſe habent Euangeliũ, & ſanctus in tradendo talem, & talem ſcientiam. Applica modo tu, ex prędicto exemplo inſtructus, innumera Euangelij loca, quæ ex Thomiſtica doctrina ſunt confirmata ad viciſſitudinariã eiuſdẽ doctrinę ab illis Euãgelij locis reconfirmationem: & inde quantam vtilitatẽ Doctoris Angelici dogmatibus ꝑ hanc Euãgeliorum ſacrorum expoſitionem (Deo ſic faciente) attulerimus, videbis. Hincque (Taceo, quod etiam aliunde) motus indubitanter dices, quod non ſine grauiſſimis cauſis tot ſummi Pontifices, Concilia, & ſtudiorum vniuerſitates, doctrinam Thomiſticam conclamando ſanxerunt eſſe catholicam, à fidelibus pro tali amplexandam, & totis viribus ampliandam. Vide ſupra: vbi deſignatur locus, De altitudine doctrinę Thomiſticę tractans per ſacroſanctæ Eccleſiæ verba formalia.

Grauiſſimis rationib. mota eſt Eccleſ. ad confirmãdum S. Thomę doctrinã pro catholica.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. V.

FVNDATISSIMA maximæq; ac inęſtimabilis authoritatis, & certitudinis eſt fides Chriſtianorum, vt quæ teſtimonijs omnino irrefragabilibus, & quocunque alio teſtimonio indubitanter maioribus innitatur: quapropter Chriſtianorum, vt Chriſtiani ſunt collectio iure optimo vocatur Eccleſia magna, populus grauis. Pſal. 34. Genus electũ gens ſancta 1. Petr 2. Ab oppoſitis autem quorumcunque aliorum fides (quam vocãt) imo (quod verum eſt) perfidia eſt vaniſſima, nullius authoritatis, & Diaboli illuſionibus plena, quapropter etiam quorumcumq; aliorum, vt infideles ſunt: congregatio iure optimo vocatur populus cito (.i. ſine ſufficienti motiuo) credens, & leuis corde, Eccl. 19. Argentum reprobũ, Hier. 6. Generatio mala, & adultera, Matth. 12. 16.

PROBATIO Concluſionis.

PRAESENTEM concluſionẽ, quo ad oẽs eius partes, probat Euangeliſta per tex. Alius eſt, qui teſtimoniũ perhibet de me, & ſcio, &c. vſq; ad ſcrutamini ſcripturas, illæ teſtimoniũ perhibẽt de me. Prima nãq; pars. ſ. ꝙ fides Chriſtianorũ innitatur teſtimonijs irrefragabilib. & quocũq; alio teſtimonio indubitanter maiorib. [Vnde poſtea manifeſtiſſimũ reſtat: ꝙ ipſa fides eſt fundatiſſima inęſtimabiliſq; authoritatis, & maximę certitudinis.] conſtat ex eo, ꝙ in tex. ad hoc proptãdũ teſtimonia quatuor, ſcilicet Ioannis Baptiſtę, Mirabilium Chriſti operum

Dei patris,& Scripturarum veterum, adducuntur. Sed dices. Hæc teſtimonia quattuor teſtificantur de Chriſto, quod eſt verus Deus: id quod & ipſe expreſſis verbis dicit, Teſtimonium perhibent de me. Cur ergo in concluſione dicitur, quod his teſtimonijs innititur fides Chriſtianorum: ac ſi teſtimonia ipſa eſſent data de fide, ideſt ad plantandum, roborandum, & confirmandum fidem? Quomodo pro fide taliter militant: ſi in textu non dicitur, Teſtimonium perhibent de mea fide, ſed de me? Nunquid Chriſtus eſt fides? Reſp. Chriſtus non eſt fides, ſed eſt author; & conſummator fidei, Hebr. 12. & fides Euangelica eſt de filio Dei, ideſt de Chriſto, Rom. primo eademque eſt ex auditu per verbum Chriſti, Rom. decimo. Et hoc totum faciliime demonſtrat, quod illa, quæ teſtimonium reddunt de Chriſto, de neceſſitate etiam reddunt de fide in Chriſtum habenda teſtimonium. Non poſſunt enim talia de Chriſto teſtificantia non docere nos per hoc: qualiter, ideſt an ſic, vel ſic, debeat regulari noſtra fides de Chriſto. Quomodo enim fides Chriſtianorum dicens, quod Chriſtus eſt verus Deus ſciretur eſſe recta: niſi audiſſemus ex Euangelio firmiſſima teſtimonia de ipſo aperte teſtificantia; quod ipſe eſt verus Deus? Eadem ergo ratione teſtimonia illa plantant in nobis, roborant,& confirmant, rectam fidem, ſeu (quod in idem redit) rectitudinem fidei de Chriſto, qua ratione teſtimonium tale, vel tale, perhibent Chriſto. Idem igitur reductiue eſt, Chriſtum dixiſſe; Ipſa teſtimonium perhibent de me: ac ſi dixiſſet, Ipſa teſtimonium perhibent de fide mea, ideſt de fide in me habenda.

Reſponſio notabilis, &c.

CIRCA teſtimonia illa quattuor ſciendum eſt: quod Chriſtus in adducendis illis reſpexit ad duo, ſcilicet ad veritatem teſtimoniorum, & ad conuincendum incredulitatem Iudæorum. Si enim reſpexiſſet ſolummodo ad veritatem teſtimoniorum, adduxiſſet etiam teſtimonium proprium: cum ipſe de ſe, & vt Deus,& vt homo talis, non poſſit mentiri, iuxta illud, Ioan. 8. Si ego teſtimoniũ perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum verum eſt. Sed quia proprium teſtimonium non conuiciſſet Iudæos, ex defectu ipſorum Chriſtum pro homine puro, & conſequenter præſertim in cauſa propria de falſitate ſuſpecto, ſolum tenentium: ideo teſtimonium proprium excluſit ob illorum ſuſpicionem, quam & expreſſit dicens, ſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verũ. Vt, ſcilicet vos putatis. Vnde hunc textũ examinans vigilanter, D. Chryſoſtomus inquit. Si ego teſtimonium perh de meip. teſt. me. non eſt verum. Quis non ſtatim turbabitur, Chriſtum audiens hoc dicentem? Etenim in multis locis apparet ſibiipſi teſtatus. Si igitur oĩa hæc falſa ſũt, quæ nobis erit ſpes ſalutis? Vnde veritatem inueniemus, cum ipſa veritas dicat, Teſtimonium meum non eſt verum? Hoc igitur, quod dicit, Non eſt verum, non quantum ad dignitatem ſuam, ſed quantum ad illorum ſuſpicionem, loquebatur. Poterant enim ei Iudæi ſubinferre, quoniam tibi non credimus. Nullus enim vnquam ſibi teſtans dignus eſt fide. Hæc ille. Chriſtus ergo, non tanquam ipſe, ſed tanquam Iudæorum perſonam indutus, eorum oppoſitionem, quam & infra, Ioan. 8. in faciem eius, inuidiæ furore cęcati explicarunt, pręueniens, ſimulque aperiens dicit: ſi ego teſt. perh. de meip. teſt. me. non eſt verum. Vnde & B. Aug. ſuper hunc locum ſic ait. Nouerat ipſe Chriſtus, verum eſſe de ſe teſtimonium ſuum: ſed propter infirmos,& incredulos quærebat Sol lucernas. Fulgorem quippe ſolis lippitudo eorum ferre non poterat. Ideo quæſitus eſt Ioan. qui teſtimonium perhiberet veritati Martyres nonne ſunt teſtes Chriſti? vt teſtimonium perhibeant veritati? Sed ſi diligentius inſpicimus, quando martyres perhibent illi teſtimonium, ipſe ſibi perhibet teſtimonium. Ipſe enim habitat in martyribus: vt teſtimonium perhibeant veritati. Hæc ille. Chriſtus ergo non propter ſuam indigentiam, quæ nulla hic erat (dicente ipſo. Ego nõ ab homine teſtimoniũ accipio. Tanquã, ſcilicet ipſius teſtimonio pp me indigẽs) ſed propter Iudæos de eorum incredulitate, ex datis ab ipſis conuincendos, teſtimonium Ioannis Baptiſtæ inducit dicens. Vos miſiſtis ad Ioannem,& teſtimonium

Multũ refert, videre, in quo ſenſu dicat loquatur Chriſtus.

ſtimonium perhibuit veritati. Ecce, quod ex datis ab ipſis arguit eos, dicens; Vos miſiſtis ad Ioannem. ac ſi dicat. Vos non poteſtis negare teſtimonium Ioannis: cum habueritis eum in tanta ſanctitatis, & veritatis opinione, vt miſeritis ad eum ſollemnes nuncios profitendo, quod volebatis credere ei, de ſeipſo etiam teſtimonium ferenti. Ex vobis ipſis ergo obligati eſtis ad credendum eius teſtimonio: & ſi de ſeipſo, magis vtique (ſecundum naturalis rationis dictamen) de alio. Quid igitur dixit tâtę authoritatis vir, non ſolum in ſe, ſed etiam apud vos? Teſtimonium perhibuit veritati. Negauit enim de ſe, quod eſſet Chriſtus, & affirmauit de me, quod eram Chriſtus (ſupra, capit. 1.) cuius vtrumque dictum eſt verum. Tanto autem magis hoc eius dictum ab omnib. & ſpeciatim à vobis, pro ſyncera veritate; eſt acceptandum, quanto videtis, quod ipſe veritatem, [ſcilicet. Non ſum, & alius eſt Chriſtus] prępoſuit propriæ gloriæ, quam apud veſtram æſtimationem habere inceperat. Purus itaque veritatis amator probatus eſt ex eo, quod pro veritate ſimpliciter dicenda gloriam propriam, & directè, & indirectè, contempſit. Directè quidem, excellentiam tantam dei ſe iam conceptam negando. Non ſum ego Chriſtus, ideſt Deus, & homo: indirectè autem; excellentiam illam dando alteri, Medius veſtrum ſtetit, &c. etiam, quod alterius excellentia videretur apud homines minuere propriam ipſius Ioannis excellentiam, (vt viſum eſt etiam diſcipulis eiuſdem Ioannis dicentibus ei. Rabbi, Qui erat tecum trans Iordanem, &cæt. ſupra, capit. 3.)

Iudæos ex ore eorum conuincit Chriſtus.

Mira & veritate humilitas B. Ioannis

DE TESTIMONIO Secundo.

EGO habeo teſtimonium maius Ioanne. De teſtimonio enim Ioannis, licet vero, dixerat Chriſtus; Ego non ab homine teſtimonium accipio, ſed hæc dico, vt ſalui ſitis, ideſt propter veſtram (&, à ſimili omnium aliorum hominum) ſalutem ſolum adduco pro me teſtimonium hominum, ſcilicet Ioannis, (&, à ſimili, Apoſtolorum, &c. Actu. 1. Eritis mihi teſtes) non autem propter me. Ac ſi apertè dixiſſet. Teſtimonium humanum non eſt neceſſarium mihi ex parte mei: ſed ex parte veſtri, vt ſcilicet vos, vel ſic credatis in me, & per hoc ſaluemini. Et verè, hocipſum atteſtante etiam lumine naturali, ſic eſt. Indignum eſt enim, exiſtimare: quod Chriſtus, verus Deus, & veritas, ſecundum ſe, eſſentialiter infallibilis, vtatur ex parte ſui teſtimonio humano, quod conſtat eſſe, quantum eſt de ſe, fallibile. Propterea igitur, adducto Ioannis teſtimonio, Chriſtus veriſſime dixit: Ego teſtimonium ab homine non accipio, ſed vt ſalui ſitis, ideſt non propter meam, ſed propter veſtram, vtilitatem hoc teſtimonium adhibui. [Hinc ergo, à ſimili, patet, quantum debeamus Deo ex hoc, quod nobis tot prophetas, tot Euangeliſtas, tot Apoſtolos, tot Martyres, tot Doctores, tot &cęt. exhibuit. Tanto magis enim obligatos nos ei demonſtrat iſte Euangelij locus, quanto ipſum, non propter ſe, ſed propter nos, vſum pręmiſſis inſtrumentis pro via ſalutis nobis oſtendenda ex iſto textu addiſcimus.] Cum ergo ſubdit, Ego habeo teſtimonium maius Ioanne, intelligit de teſtimonio ex parte ſui, ideſt digno ſe; & conſequenter, ſecundum naturam ſuam infallibili. Et hoc eſt teſtimonium Dei patris. Licet enim ſucceſſiue poſt tale dictum ſuum adducat tria de ſeipſo teſtimonia, ſcilicet opera, Patrem, ſcripturas: tamen quia omnia hæc ad vnum teſtem, qui eſt Pater referuntur, ideo ſingulariter in textu dicuntur teſtimonium maius. Tanti enim valet comparatiue ad homines (vt fit in tex.) dicere, Teſtimonium maius, quanti valet dicere, Testimonium Dei: eodem Ioanne ſic Euangelium hoc ſuum exponente, primo Ioan. quinto. Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt: Quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod maius eſt; quod teſtificatus eſt de filio ſuo. Idem ergo eſt, ac ſi expreſſe dixiſſet ibi Chriſtus: Ego habeo teſtimonium Patris, quod eſt maius teſtimonio

Obligatio noſtra infinita ad Deum.

Ioannis. Porro, teſtificatus eſt Pater de filio ſuo tripliciter ſecundum rei ordinem primo per ſcripturas veteris teſtamenti, ſecundo per ſeipſum voce ſenſibili, tertio per miracula à ſe facta per filium: & ideo Chriſtus dicit ſingulariter teſtimonium, ſub quo tamen tria illa teſtimonia explicat: licet a notioribus ſenſui Iudęorum, cum quibus loquebatur, enumerando procedat (vt eos facilius inſtruat) ſcilicet à miraculis, à voce patris, à ſcripturis. Siue ergo teſtimonium patris, quod teſtificatus eſt de filio ſuo, ſumatur, quo ad miracula, ſiue quo ad vocem ſuā, ſiue quo ad ſcripturas, maius eſt teſtimonio Ioannis, vt homo eſt: quia teſtimonio hominum teſtimonium Dei maius eſt. Hinc ſubintelligendum relinquitur quod hoc Dei triplex teſtimonium eſt magis acceptum, id eſt gratum Chriſto, quam teſtimonium Ioannis: inquantum quod eſt à Patre charius eſt filio, quam quod eſt ab homine. Sic enim formaliter hic loquebatur de Ioanne ad Iudæos Chriſtus: in cuius ſignum dicebat, Ego non ab homine teſtimonium accipio.

Trib. modis Deus pater de filio teſtificatur.

TESTIMONIVM igitur Dei patris, quo ad miracula, datum ſibi Chriſtus adducens inquit. Opera, quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea, ipſa opera, quæ ego facio teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me. Hoc eſt: Miraculoſa opera, quæ & Deus Pater in me facit, & ego facio, teſtificantur de me hoc, ſcilicet, quod ſum à Deo tum per generationem æternam procedens, tum per temporalem incarnationem miſſus in mundum, & conſequenter quod non ſum contrarius Deo, ſed ei ſemper ſingulari modo cooperator. Vbi diligenter, ſi vis huius teſtimonij efficaciſsimam ſupra quaſcunque humanas rationes vim penetrare, notabis primo, & quod inter omnia humanitus inuenta ratiocinia, quę intellectum hominis firmare poſſunt, primatum maximum tenet demonſtratio à priori (teſte philoſopho, lib. primo poſter.) id eſt demonſtratio data per aliquam cauſam naturalem, & immediatam; & quod Deus cauſis omnibus naturalibus, id eſt creatis eſt in infallibilitate tum eſſendi, tum de mera veritate, id eſt abſque vlla falſitatis mixtura, certificandi ſuperior in immenſum. Hoc ſic bene annotato: diſcurſum rectę rationis ſubinferens, dic. Si firmiſſimum, quo nihil firmius, inter humana teſtimonium eſt, & eſſe iudicatur, quod datur per demonſtrationem à priori in his, quæ naturali intellectus facultati ſubſunt: multo vtrique, & incomparabiliter, magis firmiſsimum teſtimonium eſt, & ab vniuerſis recta ratione vtentibus iudicari neceſſario pro tali debebit illud, quod datur per exhibitionem operum à ſolo Deo factibilium. (Hæc ſunt miracula, Pſalm. ſeptuageſimo primo.) in his, quæ facultatem intellectus naturalem excedunt. Ad infringendum hunc rationis rectiſſimum de teſtificatione diſcurſum, quis idoneus? Nec porrę inferi quidem Deum enim miraculorum factorem falli, aut fallere, vel in quouis minori minimo, poſſe impoſsibile eſt: id quod ratione humana, etiam prę cæteris hominibus, perſpicaciſſima per demonſtrationes aliquid oſtendente dici non poteſt. Secundo. Ad verborum Chriſti altiſsimum ſenſum magis penetrandum, examinandus eſt per ſingula textus.

Primo.

De miraculorum ſufficientiſſima quantum eſt de ſe, efficacia ad conuincendum infideles etc.

Secundo.

TEXTVS EXAMEN.

OPERA (inquit) quæ dedit, &c. opera hæc ſunt miracula, quæ Chriſtus fecit, & circa ſpirituales creaturas, (puta eijciendo dæmones ab obſeſſis, Matth. duodecimo.) Et circa corpora celeſtia (puta faciendo obſcurari Solem, Luc. vigeſimo tertio,) & circa homines (puta, faciendo ſurdos audire, & mutos loqui, Mar. ſeptimo,) & circa creaturas irrationales (puta; cum ad verbum ſuum ficcata eſt ficulnea, ſiluit mare, ac venti, factaque eſt tranquillitas magna. Matth. vigeſimo primo, octauo.) Opera hæc pater dedit ei, quando per generationem ęternam communicauit ei ſuam diuinam eſſentiam: Non quod ipſa eſſentia ſit formaliter operā; cum non ſint accidens, nec aliquid tranſiens, vel creatū (Abſit:) ſed quia eſſentia illa virtualiter continet iſta

opera

Digitized by Google

opera, inquantum, ſcilicet eſt ſubſtantialis, incommutabilis, ac eminentiſſima virtus ad faciendum omnia opera hæc, & quęcunque alia, ſeu in cuius virtute omnia fiunt. Vt perficiam (inquit) ea Ad differentiam aliorum, qui ex gratuito Dei dono faciunt miracula, dicit hoc. Nam alijs datur, vt tanquam ſeparata inſtrumenta ad illa facienda concurrant, vt aliqualiter pro illis faciendis orent, ſed filio datur, vt perficiat, ideſt ex integro faciat, ea: & hoc, quia eſt Deus. Solus enim Deus tam pleniter omnia in pondere menſura, & numero facit, Sap. 11. vt ijs non poſſimus quicquam addere, nec auferre, Eccleſ 3.

IPSA (inquit) opera, quę ego facio. Vide: & mirare. Opera illa, quæ dedit ei pater, ſunt prorſus eadem, quæ ipſe filius facit. Quid eſt hoc? Quod filius authoritatiue, & propria poteſtate à patre ſibi ab ęterno communicata facit iſta opera: eadem, ſcilicet & tanta authoritate, ac poteſtate, qua, & quanta, pater. Teſtimonium (inquit) perhibent de me. Naturale eſt homini (vt quotidiana experientia patet) conditionem naturæ, & virtutis rerum, ideſt qualem naturam, & virtutem habeant, inquirere, & cognoſcere ex actionibus ipſarum rerum. Qui ergo diſponit omnia ſuauiter, ideſt ſecundum modum illorum, Sap. 8. conuenientiſſimè agit, & ita vt homo non ſequens illius actionis intentum reddatur inexcuſabilis, dum Iudæis, & conſequenter cæteris hominibus, ſuadet hic; vt ex operibus, quæ ipſe facit, inquirant, & veniant in cognitionem, quis ſit. Hoc enim eſt, opera eius teſtimonium perhibere de ipſo, quod eſt, opera illa ducere in cognitionem illius, ſcilicet quis ipſe ſit. Quia (inquit) pater miſit me. Hoc eſt. Quod pater ab ęterno genuit me: & in tempore fecit me incarnari, ideſt naturam humanam aſſumere. In ratione ſiquidem miſſionis (inquit Doctor vere Angelicus, prima quæſtio. quadrageſima tertia, art. primo,) Importantur duo. Vnum eſt habitudo miſſi ad eum, à quo mittitur: aliud eſt habitudo miſſi ad terminum, ad quem mittitur. Per hoc autem, quod aliquis mittitur, oſtenditur proceſſio quędā miſſi à mittente, vel ſecundum imperium

De miſſione, quid importet, &c.

(ſicut Dominus mittit ſeruum) vel ſecundum conſilium (vt ſi conſiliarius mittere dicatur regem ad bellandum) vel ſecundum Origenem (vt, ſi dicatur, ꝙ flos emittitur ab arbore,) oſtenditur etiam habitudo ad terminum, ad quem mittitur, vt aliquo modo ibi eſſe incipiat, vel quia prius ibi omnino non erat, quo mittitur, vel quia incipit, ibi aliquo modo eſſe, quo prius non erat. Miſſio igitur diuinæ perſonæ conuenire poteſt, ſecundum ꝙ importat ex vna parte proceſſionem originis à mittente, & ſecundum ꝙ importat ex alia parte nouum modum exiſtēdi in aliquo alio (veluti termino.) Et ſic filius dicitur eſſe miſſus à patre in mundum, ſecundum ꝙ eſt ab ipſo genitus, & incœpit eſſe in mundo per carnem aſſumptam, Nam ex hoc ipſo habet filius, ꝙ poſſit ſic in mūdum mitti, quòd eſt ab ęterno genitus. Pater (inquit) miſit me. Ac ſi ergo dicat. Opera, de quibus locutus ſum, teſtificando, ꝙ pater miſit me, teſtificantur duo excellentiſſima myſteria, ſ. myſterium ſummæ Trinitatis, & myſteriū pietiſſime incarnationis. Trinitatē quidē, explicando perſonas, Patrē, & Me. in quibus cointelligitur perſona tertia, tanquam nexus amborum, ſcilicet Spiritusſanctus, incarnationis autem; dicendo, Miſit.

NEC Veritati præmiſſæ obſtat illud, quod cōmuniter verum eſt, ſcilicet, quòd miſſus eſt minor mittente. Nec etiā illud. quod videtur ſenſibiliter eſſe verum, ſcilicet, ꝙ omne, quod mittitur, ſeparatur à mittente. Nec illud, quod ſenſui patet, ſcilicet, quòd quicunque mittitur, diſcedit ab aliquo loco, & ad alium locum de nouo vadit. Non obſtat, inquā, primum, quoniam miſſio non importat minorationem in eo, qui mittitur, niſi ſecundum dicit proceſſionem à mittente ſecundum imperium, vel ſecundum conſilium (nam imperans eſt maior, & conſilians eſt ſapientior, & in diuinis nō importat niſi proceſſionem originis, quæ eſt ſecūdum æqualitatem), primæ quæſt. 43. articu. 3. 4. Neque obſtat ſecundum, quoniam illud quod ſua miſſione localiter mouetur, de neceſſitate ſeparatur loco à mittente, & hoc, ſcilicet quod localis ſit miſſio, non accidit in diuinis.

Perſona enim diuina Miſſa, ſicut non incipit eſſe, vbi prius non fuerat (nam, cum ſit infinita, eſt ſemper vbique Malach. 3.) ita nec deſinit eſſe, vbi prius erat: vnde non ſeparatur a mittente. Ibi ergo miſſio, quantuis dicat perſonalem diſtinctionem originis 1. q. 31. art. 2. eſt ſine ſeparatione. Neque obſtat tertium: quoniam illa propoſitio (vt patet) de miſſione, quę ſecundum motum localem fit, loquitur, id quod non habet locum in diuinis.

DE TESTIMONIO Tertio.

Quod eſt ſufficientiſſimum per ſe, eſt quandoq; inſufficiēs per accidens, id eſt huic propter ipſius indiſpoſitionem.

ET qui miſit me Pater, ipſe teſtimoniū perhibuit de me. Quoniam opera Chriſti, quamuis mirabiliſſima, & ſecundum ſeipſa ad conuertendum quoſcunque impios eſsent ſufficientiſſima (in cuius ſignum dixit Chriſtus de Iudæis, Ioan. 15. Si opera nō feciſſem in eis, quę nemo alius fecit peccatum non haberēt) non ſufficiebant Iudæis in incredulitate voluntatie defixis, ideo, hoc volens oſtendere Dominus, ſuperaddit teſtimonium patris per ſeipſum de filio datum. Hoc autem teſtimonium fuit tempore, quo baptizatus eſt Chriſtus, tunc enim voce ſenſibili pater de Chriſto teſtificans dixit, Matth. 3. Hic eſt filius meus dilectus; ſeu in ſecunda perſona, Mar. 1. Luc. 3. Tu es filius meus dilectus. Quid apertum magis, & ad literam? Ecce. Notatur à patre diſcretio ab omnibus alijs filijs, dicendo: Tu, vel Hic. Ac ſi expreſſe dixerit. Tu ſolus es filius meus, differenti, ſcilicet filiatione à cæteris omnibus. Et vere ſic eſt. Nam ſolus hic filius ab æterno genitus eſt à patre: omnes autem alij in tempore. Solus hic de aliquo, alij omnes de nihilo. Hic ſolus de ſubſtantia patris, cæteri de materia aliena. Hic ſolus naturaliter generatur à patre: alij voluntate, id eſt voluntate principiante 1. q. 41. art. 2. Solus hic eſt generatus patri ęqualis omninò: alij omnes ſunt patre ipſo minores in infinitum, etiam ſimul ſumpti. Hic ſolus in perſona alius à patre, & eidē in eſſentia vnum: cæteri, & perſona, & eſſentia, ab eo differentes. Alij patris filij creatione omnes, & adoptione multi: ſolus hic non creatione, non factione, nō adoptatione, ſed naturali generatione filius. Alij filij naſcuntur ſerui, & de ſe impotentes, atque miſerrimi: hic ſolus filius à patre naſcitur vniuerſorum Dominus, de ſe omnipotens, ac fęliciſſimus. Hic ſolus omnium aliorum filiorum cum patre creator: alij omnes tantummodo creaturæ. Tu (inquit) es meus dilectus. Tanta, ſcilicet dilectione, vt quæcunq; creatura mihi dilecta eſt, ſit per teipſum mihi dilecta. Tu ergo, fili, es mihi dilectus per teipſum: cætera non per ſeipſa, ſed ſolum per te mihi ſunt placita. Textus huius expoſitio præſens colligitur ad literam ex Geneſ. 22. Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Nam per illud, In ſemine tuo, intelligitur Chriſtus, vt dicitur Galat. 3. & hoc ſecundum ſenſum literalem 1. q. 1. art. 10. in Elucid. appen. Rurſum. Tex. Tu es meus dilectus, id eſt mihi ſumme dilectiſſimus. Item. Tex. Tu es meus dilectus. Hoc eſt (per diſcretionem:) Tu ſolus es mihi dilectus. Differenti ſcilicet dilectione, à cæteris quibuſcunque, & tam differenti vt nihil ſupra (quemadmodum etiam, de filiationis differentia ſubintelligebatur.) Nam diligere aliquem, quid eſt niſi velle bonum ei? Quia igitur pater filio voluit bonum æternum, omnino incommutabile, omnia alia bona ſimpliciſſime continens, & eminentiſſime, id eſt ita, vt omnibus illis bonis adhuc ſupereminear in infinitum, quale bonum nulli alij ſuorum filiorum tum creatorum tum creabilium voluit, nec volet vnquam: ideo optimo iure dixit filio huic; Tu ſolus es mihi dilectus. Non quod alia non diligat pater, de quo ſcriptum eſt, Sap. 11. Diligis omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorū, quæ feciſti: ſed quia dilectio omnium aliorum comparatiue ſumpta ad hanc, qua diligit filium, nihil eſt. 1. q. 20. art. 2. 3. Porro bonum illud tam superexcedens, & ineſtimabile, omnique creatę rationi incomprehenſibile, quod voluit, vult, & ſemper volet, filio, quid eſt? Eſſentia diuina. Licet enim naturali generatione, communicauerit ei ſuam eſſentiā: tamen etiam voluit concomitanter, ipſam illi communicare. Voluntate enim

con

Digitized by Google

concomitante poſſumus velle etiam illa, quæ naturalia ſunt: vt, voluntate mea ſum homo, idest volo, me eſſe hominem; voluntate ſua Pater eſt Deus, ideſt Pater vult, ſe eſſe Deum, voluntate ſua generat naturaliter filium, ideſt non coactus, ſed volens generat naturaliter ipſum Cōcomitante, dico, non principiante: vt media via incedam contra Arrianos, & quoſdam alios hęreticos. 1. q. 41. artic. ſecundo. Quia verò ille, de quo pater dixit, Hic eſt filius meus, erat Chriſtus tūc baptizatus, & Chriſtus, quo ad humanitatem, non eſt naturalis filius Dei patris, ſed ſolum Virginis matris, ideo ad verificandum de Chriſto illud dictum, oportet omnino dicere, quod perſona Chriſti, cui proprie conuenit filiatio 3. de Sal. quæſt. 35. art. 5. non eſt creata, ſed increata. Per hunc ergo textum patet, quod perſona humanitatis Chriſti eſt Deus Verbum, ideſt Deus filius.

DE TESTIMONIO Quarto.

SCRVTAMINI ſcripturas: in quibus vos putatis, vitam æternam habere. Hoc eſt. Non ſuperficialiter, non curſim, non negligenter legite ſcripturas: Sed diligenter, & profundo ſtudio earum ſenſum verum introſpiciēdo. Hoc enim totum importat illud verbum ſcrutamini, ſi ſecundum proprietatem ſuam (vt oportet) accipiatur. Ex hoc dicto Chriſti habes ad literam ab oppoſitis tamen, quod Iudæos negare, vel Meſſiam in ſcripturis promiſſum veniſſe, vel Saluatorem noſtrum crucifixum ab ipſis eſſe illum Meſſiam, procedit ex hoc: quod ipſi non ſcrutantur ſcripturas. Sed quid ſcrutantur? Seipſos, ideſt ſuijipſorum phantaſmata, figmenta, deliramenta, puerilia ludibria, & illuſiones ſine intellectu (quæ omnia vnico nomine vocauit Apoſtolus, Iudaicas fabulas; cap. 2. ad Titum.) ſeipſos inquam, ſic ſumptos ſcrutantur in ſcripturis Hoc eſt. Non legunt ſcripturas, vt earum ſenſus veros percipiant, eiſq; poſtea ſeipſos voluntarie accommodent: ſed vt ad ſenſum ipſorum proprium trahant per ſubdolā violentiam ſcripturas ipſas, quicquid interim de earum ſenſu vero ſit, non curantes. Vident ergo hi Iudæi (vt antiquitus per figuram pręſignabatur) faciem Moyſi, ſed cornutam, ideſt libros, &c. Vide pulcherrimam de hoc expoſitionem ad propoſitum iſtud noſtrum optime facientem, in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Exod. 34. concl. 8. 9. Dixi, hæc præmiſſa haberi ad literam, ab oppoſitis tū, ex illo dicto Chriſti, quia ſi ſcrutari ſcripturas eſſet cauſa (vt ex iſto contextu patet) ꝙ ipſi Iudæi earum ſcrutatores venirent in veram cognitionem hanc, ſ. ꝙ Meſſias iam venit, & quod Ieſus Nazarenus fuit ille Meſſias: ſequitur vtique è contrario, ꝙ ipſos non ſcrutari ſcripturas eſt cauſa oppoſiti, quod, ſ. dicunt, & Meſſiam in ſcripturis promiſſum nondum veniſſe, & Ieſum Nazarenum non fuiſſe illum verum Meſſiam. Ergo (vt hinc ſequitur) ipſimet Iudæi per negligentiam ſcrutandi ſcripturas fuerunt ſibi cauſa propriæ incredulitatis, & vſque hodie per eandem cauſam ſunt eiuſdem perfidiæ & ſibijpſis, & ſuis filijs, cauſa. Abſit ergo, in æternum, quod aliquis, vel tenuiter putet aut ſuſpicetur hanc deteſtabiliſſimā falſitatem, ſ. Deum, ſeu Saluatorem noſtrum fuiſſe cauſam illius eorum perfidæ cęcitatis. Manifeſtum enim eſt, & quod Deus dedit eis ſacras ſcripturas, dicente Apoſtolo Rom. 3. Quid amplius Iudæo eſt? Multum per omnem modum, primum quidem, quia credita ſunt illis eloquia Dei: & quod Saluator noſter eoſdem inuitat in hoc textu ad ſcrutandum eaſdem ſcripturas. Deus autem atque Saluator ſic agendo, quid aliud facit, niſi quod, & cauſam cæcitatis, nè quando ipſam incurrant, ab eis auferre vult, & cauſam illuminationis, ſi ſibi inuitanti acquieuerint, eiſdem inferre? Verè mirabilis facta eſt ex his Iudæis bonitas Dei, ac Saluatoris noſtri: dum ipſum hic videmus velle etiā ſuos capitales inimicos, actualiterque rebelles, ad agnitionem veritatis venire, ac tandem per hanc vitam ſaluari.

Vnde procedit cæcitas Iudæorū de Meſſia, &c.

Deus non eſt cæcitatis Iudæorum, ſed illuminationis (quàntum in ſeipſo eſt) cauſa, &c.

SCRVTAMINI (inquit) Scripturas. Quæ ſcilicet à Deo vobis, & per Moyſen, & per alios prophetas datę fuerunt. Ergo neque lex vetus, neque aliquis veteris teſtamenti propheta reprobari debent, quaſi quod à Diabolo au-

thore (vt blaſphemabat Manichæus) emanauerint. Per hoc enim quod Chriſtus adducit illas in teſtimonium bonum de ſeipſo, patet, quod inimicus Chriſti, qui ſemper contra Chriſtum machinatur, omnia mala, ideſt Diabolus, neque legem illam, neque prophetarum aliquā ſcripturam, inuexit in mundū. Quis audeat modo dicere, legem veterem, & prophetas non debere acceptari, ſed deſtrui ſeu reijci (vt Appellitarum, & Seuerianorum hæreſis dicebat:) cum Chriſtus ad vtriuſque acceptationem inuitet, dicendo: Scrutamini ſcripturas? Quis legem illam Dei dicere præſumat eſſe prorſus inutilem, nec antè, nec poſt iuſtificationem, neceſſariam eſſe (vt Antinomi hæretici dixerunt;) cum Saluatorem audiat hic dicentem, ſcripturas illas tantæ vtilitatis, ac neceſſitatis eſſe, vt earū ſcrutatio, ideſt vera, & diligens lectio, ducat ſcrutatores ſuos in viam ſalutis æternæ, dando ſcilicet eis veram cognitionem Meſſiæ? Quis ad tantam hæreticalem inſaniā deueniat: vt vel cū Appellitis dicat, Prophetas à contrarijs ſpiritibus inſpiratos fuiſſe, vel cum Montaniſtis, Prophetas fuiſſe arreptitios nō intelligentes ea, de quibus loquebantur, vel cum Sadducæis, Prophetarum dicta eſſe ſpernenda, nec eis vlla fides adhibenda, vt quæ ſint falſa (vt addidit Appelles) nihilque veritatis contineant: vel cum Adelphio, Prophetias vocandas eſſe ſomniorum phantaſias: quando Chriſtum videt per hoc, quod dicit, ſcrutamini ſcripturas; inſinuare totaliter oppoſitum illarum hæreſum, & conſequenter damnare illas? Chriſtus enim cum ſit Deus pacis, mittendo nos ad ſcripturas, denotat: illas non à contrario, ſed vniformi ſpiritu (qui eſt Spirituſſanctus, ſecundo Petr. primo,) fuiſſe inſpiratas; & cum ſit ſapientia, quæ imprudentiæ, vaniſque Demoniorum phantaſmatibus opponitur, per hoc, quod mittit ad ſcripturas prophetarum, approbat Prophetas illos non fuiſſe arreptitios, ſed prudenter intelligentes, quę loquebantur; & cum ſit veritas, per hanc miſſionem ad prophetarum ſcripturas docet, nihil falſitatis eſſe in illorum prophetijs; ideoque illas non eſſe ſpernendas, ſed in magno precio habendas, & cum ſit verè Saluator mundi, dum nos ad conſulendum prophetias mittit, facto hoc ſuo probat, prophetias illas non eſſe, nec vocandas eſſe, manes ſomniorum à ſalutis vias ſeducentium phantaſias. Nec tantum prædictas omnes hæreſes, ſed etiam qualcunque alias eis ſimiles, ſiue præteritas, ſiue præſentes, ſiue futuras (quandoquidem de ſimilibus idem eſt iudicium) condemnat dicendo: Scrutamini ſcripturas.

Chriſtus condēnat vno verbo textuali, multas hæreſes, &c.

QVID SIT, SCRVTAMINI Scripturas.

SI quæratur hæc neceſſaria res, ſcilicet quid ſit, ideſt quid importet, ſecumque trahat, hoc dictum Chriſti, Scrutamini ſcripturas; reſpondendum eſt, quod multa. Primum, quod Chriſtus omnem à ſe falſitatis ſuſpicionem, quæ in hominibus poſſet naſci, tollit penitus, & annullat. *Primo.* Vanum enim imo peruerſum eſt: falſitatis quid etiam minimum, vel leuiter ſuſpicari de illo, qui & ſe totū remittit examinandum veraciſſimo ſcripturarum diuinarum examine, & ipſe totus per earum infallibile examen eſt approbatus. Dicta ergo omnia, & facta ſua monſtrauit Chriſtus eſſe irreprehenſibilia per hoc, quod ſe totum ſcripturarum ſanctarum tanquam per eas vere approbandum remiſit examini. Quod ſi connotaueris examen hoc Chriſtum committere ſuis primoribus inimicis, ſcilicet Iudæis ad mortem ipſum perſequentibus (vt ſupra patuit in textu;) vt videlicet ſecundum ſcripturam ſuipſius vitam totam iudicent, continget tibi quod pręſtupore, & totius innocentiſſimæ vitæ, doctrineque Saluatoris noſtri, & obſtinatiſſimæ incredulitatis Iudæorum, non erit vltra in te ſpiritus, ſecundo Paralip. nono. Porro ſcripturæ ſacræ, ſub quarum teſtimonio Chriſtus ſeipſum nunc certus de veritate propria ſeipſum fiducialiſſime remittit, ſunt ad inſtar ſicli ſanctuarij, cuius pondere vniuerſa ad templum Domini iuxta præceptum ipſius Domini, cui ſic placitura

tura erant, probabantur, ſecundum illud Leuit. 27. Omnis æſtimatio, ſiclo ſanctuarij ponderabitur. Quod verò teſtimoniũ Chriſto perhibeant ſcripturæ veteris teſtamenti per ſingulos fere paſſus, & momenta, vitæ ſuæ (id quod Iudæi vidiſſent: ſi bene, vt inuitabantur, illas ſcrutati fuiſſent:) potes tu facillime per temetipſum videre in Euangeliorum lectione. Fecerunt enim Euangeliſtæ, & pro zelo veritatis à ſe de Chriſto narratæ, & pro ſalute omnium, id, quod iſti Iudæi pro ſalute propria facere neglexerunt: hoc eſt, ſcrutati ſunt ad minutum ſcripturas illas, & teſtimonium illud, quod vitę, quod doctrinæ, quod actionibus, paſſionibuſque Chriſti ſecundum ſenſum literalem primarium perhibebant, ipſi in Euangelijs pro loco ſibi inuicem proportionato fideliter referentes collocauerunt. Vt. Natus eſt Ieſus in Bethleem Iudę, vt adimpleretur ſcriptura Prophetæ dicentis, Tu Bethleem terra Iuda &c. Matth. 2. In Aegyptum delatus, poſt inde in Iudæam venit vt adimpleretur prophetia dicens, ex Aegypto vocaui filium meum Matth. 2. & ſic de ſingulis. Vbi tamen difficiliora ad credẽdum ſunt, quæ narrare oporteat (ut quod Deus homo factus ſit pro nobis voluntarie in cruce poſt plurima varij generis tormenta mortuus:) ibi plura cõgerunt, & apertiora, teſtimonia, nec tantum ſingulariter, vt alibi facere ſolent, ſed ẽt cumulate, ſeu coniunctim & vniuerſaliter (puta, vt adimplerentur ſcripturæ prophetarum Matth. 26. Conſummabuntur omnia, quæ dicta ſunt per prophetas de filio hominis Luc. 18. Conſummatum eſt Joan. 19.) Dixi, illa vetera teſtimonia ſecundum ſenſum literalem primarium adduci ſemper ab Euangeliſtis: pro quo plenius intelligendo, licet veriſſimum ſit, vide tu Elucidationes pri. par. quæſt. 1. art. decimo, & bene pro ſemper memoriæ commenda.

Quare Euangeliſtæ allegant ſcripturas antiquas, &c.

IN decurſu igitur Euangeliorum videbis totum Chriſtum in ſcripturis antiquis, tanquam in ſpeculo, à Deo effigiatum: & quo ad tempus ſui aduentus ab æterno præfiniti. [Vt. In diebus Herodis regis Matth. 2. Quod erat in ſpeculo Geneſ. 49. Non auferetur ſceptrum de Iuda, &c. & Daniel. 9. Hebdomades ſeptuaginta &c.] & quo ad locũ. [Vt. In Bethl. Iud. Matth. 2. Quod erat in ſpeculo Miche. 5. Tu Bethleem Ephrata &c.] & quo ad modum naſcendi. [Vt. Spiritusſanctus ſuperueniet in te &c. ideoque quod ex te naſcetur &c. Luc. 1. Quod erat in ſpeculo Iſai. 7. Ecce virgo cõcipiet, & pariet &c.] & quo ad modum conuerſandi. [Vt. Vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput ſuũ reclinet Luc. 9. Quod fuit in ſpeculo Zachar. 9. Ecce Rex tuus venit tibi, & ipſe pauper.] & quo ad modum patiẽdi, ac moriendi. [Vt. Ecce aſcẽdimus Hieroſolymã, & filius hominis tradetur &c. Matth. 20. Quod fuit in ſpeculo Iſai. 53. Oblatus eſt, q̃a ipſe voluit &c. Sicut ouis ad occiſionẽ ducetur &c.] & quo ad &c. Potuit ergo ex ſcripturis vere cognoſci à Iudæis iſtis Saluator noſter, & pro legitimo Meſſia, & pro vero filio Dei: ſi voluiſſent obedire ei nunc dicenti, Scrutamini ſcripturas. Hoc eſt. Si mihi non vultis credere: ſcripturis veſtris ſaltem credite. Propterea ipſi occidendo Saluatorem non excuſantur ab occiſione ſui legitimi Meſſię, & veri per naturam filij Dei. Non enim excuſat ignorantia eum, qui ſcire poteſt, ſi vult 1. 2. q. 76. 3. 4. Propterea merito luunt pœnas, non ſolum quia ſecundum rei ueritatem occiderunt Meſſiam, & verum Deum: ſed etiam quia ſcientes eum. i. ſcire potentes, eum eſſe verum Meſſiam & Deum, nihilominus poſtea ipſum occiderunt 3. de Sal. q. 47. art. 5. 6. Tanto autem magis accuſantur hi primores ab ignorantia illa ſua, quanto plus incumbebat eis ex officio proprio vitare illã ignorantiã tum in ſeipſis, tum in alijs à ſe edocendis, hoc eſt (quod in idem redit) incũbebat eis ex officio ſuo, ſcrutari ſcripturas, maxime quo ad illud principale caput. ſ. de Meſſia (quod reuera ſecundũ ſe eſt, & etiam apud Iudæos ſemper fuit, inter cętera primum.) Ideo, id eſt ad hoc ipſorum officium exprimendum, uocabantur Rabbi: quod quidem officium ſicut nomine geſtabant, ita opere adimplere tenebantur, ad cuius etiam officij actualem impletionem pro eorum & aliorum ſalute incitabat eos Dominus diceudo, Scrutamini ſcripturas.

DE

DE INTEGRITATE Scripturarum.

Primo. LICET multa(ut præmiſſum fuerat) ſecum trahat hoc dictum à Chriſto, Scrutamini ſcripturas[puta,quod ex hoc manifeſtiſſime conſtat & ipſum non eſſe contrarium Deo,imò in omnibus conformem,vt qui ſe remittat ſcripturis,honoretq; illas,nec ab eis i aliqua re diſcrepet: & quod ſcriptura tota vetus, de qua vniuerſaliter tunc dicendo,Scripturas intelligebat, eſt condita à Deo vero patre ſuo,non à Diabolo,vt diabolici homunciones mentiebantur, alioquin Chriſtus ſe non remitteret ſcripturis honorando *Secundo.* eas:& quod &c.]tamen breuiter ſtudentes,vnum ſolummodo, ſcilicet integritatem totius ſcripturæ veteris ex textu illo aperiemus ad literam. Dicamus igitur. Clariſſimum eſt omnibus,qui vel parum lucidi interualli rationis habent: quod Chriſtus nunquam falſitatem honoraret nec ei ſe remitteret, cum ipſe ſit ſumma veritas Ioan. 14. Et veritas ipſa è diametro implacabiliter opponatur cuilibet falſitati, nec ſe inuicem vnquam compati poſſint. Clariſſimum etiam ex alia parte eſt: quod Chriſtus dicendo, Scrutamini ſcripturas, nullam ſanctarum ſcripturarum partem refutat, nullam veluti mendoſam,falſam,aut ſuſpectam,habet. Hoc enim expreſſiſſet, ſi tale quid falſi in eis tunc fuiſſet, & rationabiliter excepiſſet (puta,dicendo:ſcrutamini ſcriptoras exceptis harum, vel illarum partibus, quia mendoſæ ſunt,aut ſaltem ſuſpectæ.) Cũ ergo nihil ſcripturarum de ſuſpicione falſi,vel minus veri, notauerit Chriſtus: reliquit ex hac taciturnitate ſua clarum: quod ſcripturę illæ ſecundum omnes partes ſuas erant tũc temporis apud Iudęos incorruptæ,ab omni quantuncumque minima falſitate remotæ, & vbique ſynceram veritatem continentes. Nondum ergo, ſecundum hoc dictum Chriſti, erat falſata ab aliquo veritas Hebraica in aliquo textu veteris legis & prophetarum. Nondum Iudæi in odium Chriſti à ſeipſis crucifixi,ne ſcilicet apparerent manifeſte ſcripturarum teſtimonia in fauorẽ illius,& conſequenter contra ſeipſos,corruperant illam antiquiſſimorum patrum Hebraicam veritatem,textualem,literas, vbi præcipue agitur de Meſſia, varijs pũctis appoſitis falſificando, erroneoſque ſenſus contra Chriſtum crucifixum, & Chriſtianos, quoquo modo potuiſſent, confingẽdo.

Scriptura incorrupta nõ potuerunt vniuerſaliter corrũpi à Iudęis, nec ab alijs Vide infra per totum.

Cæterum dicet aliquis. Quo modo igitur Eccleſia Chriſti fidelium ſcripturas illas ueteres habet nunc incorruptas: ſi Iudæi, poſt realem crucifixionem Chriſti in ſeipſo,nondum exſaturatis odijs, ipſum iterum in ſcripturis ſuis modo ſupradicto mendaci crucifixerũt? Si doloſis vijs non tantum in illa prima Chriſti crucifixione vſi ſunt (ſecundum illud Matth.26.Conſilium fecerunt,vt Ieſum dolo tenerent,& occiderent,) ſed ẽt in hac ſecunda: quomodo ad Eccleſiam Chriſti poſtea per totum orbem terrarũ diffuſam illæ ſcripturæ ueteres peruenire potuerunt integræ,i.nullo falſitatis vitio reſperſæ? Etenim vetus teſtamentum Iudæis tantummodo datum erat, apud ipſos ſolummodo inueniebatur, & conſequenter ab ipſis ſolis Eccleſia poſtmodũ habere potuit. Si itaque exemplar Hebræum iam erat falſatum: quomodo potuerunt ex illo per translatores exemplata ſiue in Græcum,ſiue in Latinum, non eſſe falſata? Vnde & aliud inconueniens ſequi ſtatim uideretur,ſcilicet, quod hæretici uariarum factionum profeſſores (ut patet in Bibliotheca Sancta R. P. F. Sixti Senenſis ordinis Prædicatorum libro 8.per totum) teſtamentum vetus vel in totum,vel in partem, ſub prætextu falſificatæ literæ, proijcientes verum dicerent, proptereaque non eſſent hæretici. Qui tamen & falſum dicunt, & propterea ſunt hæretici:vt in eod.lib. Pater ille venerabilis efficaciſsime conuincit ex SS. Doctoribus Auguſtino, Hieroymo, Chryſoſtomo &c. Id quod lectoribus ueritatiſq; catholicæ, quæ quibuslibet alijs ueritatibus pręſtat, amatoribus & magnam utilitatem,& miram delectationẽ, & multam eruditionem,affert.

PRAEMISSAE inquiſitioni non paruipẽdẽdæ,utpotè de re grauiſsima totius Chriſtianiſmi ſolidum quid inuenire cupienti, reſpondendum omnino eſt, & pro grauitate rei firmiter.i.non dubia, ſed ſolida reſponſione, & pro bene declaranda ueritate aliquantum ſolito diffuſius.

fuſius. Reſpondendo igitur ſolide, dicimus: quod licet verum ſit illud ab inquirente dictum ſcilicet, quod vetus teſtamẽtum Iudæis tantummodo datum à Deo erat: tamen falſum eſt illud, quod ipſe ſubiungit, ſcilicet quod teſtamentum vetus apud ipſos Iudæos ſolummodo inueniebatur, & per conſequens eſt etiam falſum illud, quod ſtatim ſubinfert, ſcilicet, quod à Iudæis ſolis Eccleſia poſtmodũ vetus teſtamentum habere potuit. Quod autem falſum ſit, quod teſtamentum illud tunc, & tempore Chriſti, & tempore poſt Chriſtum paſſum inueniretur ſolũ apud Iudæos, probatur efficaciſſime ex peruetuſtis & apud ſapientes notiſſimis hiſtorijs, de quarum veritate dubitare, extremæ dementiæ eſt. Et hæc probatio eſt illa veritatis declaratio, quam diximus fore ſolito prolixiorem. Sciendum ergo eſt: quod (vt habetur ex Ariſtæo, & Euſebio, de præparatione Euangelica libro 8. & Beato Auguſtino 18. de ciuita. Dei, cap. 42. & de doctrina Chriſtiana, cap. 10.) Appropinquante tempore aduentus Meſſiæ, Spirituſſanctus, qui de Eccleſia catholica bene regenda curam ſemper habet, prẹuidens cẹcitatem obſtinationemque Iudæorum futuram, & conuerſionem Gẽtilium ex omnibus linguis ac nationibus in eandem Eccleſiam per veram fidem congregandorum, ante ipſius Meſſiẹ aduentum per ducentos quinquaginta annos animo Ptolemæi Philadelphi Regis Aegypti immiſit deſiderium habendi legem, ſeu ſcripturam, Iudæorum. (Hoc eſt, totum vetus teſtamentũ) in ſua magna Bibliotheca, inter alios Codices, & facultates. Sic igit à Deo motus miſit ſollẽnes nũcios ad Eleazarum Sacerdotem Iudæorum tunc temporis Pontificem tale ſuum deſiderium ei exprimens, & vt conuenienter deſideranti ſibi opportune ſatisfaceret, rogans. Quibus auditis, reique grauitate mature conſiderata, Eleazarus ipſe ad regem illum miſit ſeptuaginta duos viros in lingua Hebræa, & Chaldaica, & Græca, peritiſſimos, qui totam veteris teſtamenti ſcripturam ex Hebrẹo in Græcum conformiter, & conuenienter, nemine diſcrepante, interpretati ſunt. Hi, qui communiter vocantur ſeptuaginta interpretes Spirituſancto inſpirati, & in lege ac Prophetis doctiſſimi elegerunt proprias, & veras ſignificationes vocabulorũ Hebraicorum, & ſecundum illas ſignificationes ipſam ſcripturẹ totius translationem fecerunt, non ſolum verbum ex verbo, ſed etiam ſenſum ex ſenſu, transferẽtes. Ideo nonnullis in locis aliquando mutarunt vocabula, aliquando addiderunt aliquid, ſeu potius ibi implicite contentum expreſſerunt, ad ſenſum explicãdum, & hoc fecerunt ex Spirituſſancti authoritate: quia fuerunt veri Prophetæ, & Spirituſancto pleni (vt BB. Hieronymus, in ſecundo Prologo ſuper Paralipomenon, & Aug. in 18. de ciuitat. Dei, cap. 14. dicunt.) Hanc itaque ipſorum teſtamenti veteris interpretationem Ptolemæus Rex ſupradictus in ſua Bibliotheca repoſuit: & cum maxima reuerentia, ne vnquam contaminaretur, ſemper cuſtodiuit.

Veriſſima translatio totius ſcripturæ veteris quãdo &c. facta ſit.

PRIMAM hanc incorruptè, & fideliter, ex Hebræo in Græcum factam ſcripturarum ſanctarum translationem (vt ait Euſebius ſupra citatus) procurauit ante Meſſiæ aduentum Spirituſſanctus propter quinque. Primò, ne Iudæi, poſt aduentum ipſius Chriſti, in duræ ceruicis proteruitate remanentes, ſcripturam veteris teſtamenti Chriſtianis occultarent. Secundò, ne illam ſcripturam à ſeipſis (vt dicetur) in multis locis falſatam, atque corruptam, eiſdem Chriſtianis communicarent. Tertiò, ne poſtea mẽtientes in odium Chriſtianorum dicerent: quod ipſi Chriſtiani ad libitum ſuum falſo, & infideliter, ſcripturam illam tranſtuliſſent. Quartò, vt Græci, in quibus florebat ſcientia, ipſam ſcripturam penitus incontaminatam, & (vt fuerat à principio ſuæ natiuitatis) integram, haberent: eo quod erant primi ad fidem conuertendi. Quintò: vt Latini, qui & omnibus ferè mundi nationibus dominabantur, & Chriſtianam fidem erant maximè amplexuri, ſcripturam Græcis iam literis interpretatam inuenirent, vt facilius ex Grẹco in Latinum poſſent eã transferre. Patet ergo fuiſſe merito negatũ ſupra, & ꝙ ſcripturẹ veteres apud ſolos Iudẹos naſcẽtẽ Eccleſia, inueniretur, & qđ à Iudæis ipſas Eccleſia acceperit.

Primò. *Secundò.* *Tertiò.* *Quartò.* *Quintò.*

ET

ET VOS NON VVLTIS VENIRE ad me.

IN textu, poſt illud, Scrutamini ſcripturas, illę teſtimonium perhibent de me, ſtatim ſubiungitur, & vos non vultis venire ad me. Vbi nota primò: quod non dicit, Non poteſtis, aut, vos neſcitis, ſed dicit, Non vultis: vt culpa ipſorum Iudæorum qua non venerunt ad Chriſtum, mõſtretur eſſe voluntaria. i. non ex fragilitate, nec ex ignorantia, ſed ex affectata malitia proceſſiſſe: ideoque ipſam eſſe omninò inexcuſabilem. Ibidem nota ſecundo: qualem vim habeat illa coniunctio, &, ſententiæ immediate præcedentis conſtructioni appoſita. Quid ſibi vult totum hoc dictum, Illæ teſtimonium perhibent de me, & vos non vultis venire ad me? Hoc eſt. Illæ modo ſuo veniunt ad me, & vos modo veſtro nec venitis, nec venire vultis, ad me. Quis modus eſt ille, quo ipſæ veniunt ad me? Eſt: illas teſtimonium perhibere de me. Quis ergo erit modus veſter, quo voluntate obſtinata non venietis ad me? Erit: quod vos ex perfidia veſtra per voluntatem illam obſtinatam conquiſita, delectabiliterque complexata, teſtimonium in pręmiſſis ſcripturis, eiſdem tamen ſecundum ſe reclamantibus, perhibebitis contra me. Ecce Iudęorum deteſtandam peruerſitatem figura illa, quę minus dicẽdo plus ſignificat, a Chriſto denotata ibi, Et vos non vultis venire ad me. Hoc eſt. Non tantum non vultis ꝑ ſcripturas illas (ut illæ uos exhortantur) uenire ad me: ſed etiam vultis per eaſdẽ ſcripturas (à quo illæ vos omnino ſecundum ſe totas dehortantur) venire contra me. Quomodo? Scripturas ipſas, quas in bonum ſcrutari (ad quod & ego uos inuitabam dicens, ſcrutamini ſcripturas) poteratis, falſificãdo: & ad duritiam cordis veſtri pro perfidia aduerſus me confirmãda violenter corrumpentes illarũ ſenſus & literas trahendo. Ecce prophetia Chriſti de Iudæis: q. ſ. ipſi in odium eius erant ex propria malitia, ad eandemque augẽdam & magis ſtabiliendam in poſterorũ ſcripturas ſacras falſificaturi (id quod ſacrilegium maximum eſt.) Vis uidere: hãc Saluatoris prophetiam fuiſſe poſtea in illis, & ab illis, malo ſuijpſorum, adimpletam? Phariſaici illi Iudæi, qui ante Chriſti aduentum ſcripturas deprauauerant ſolum quo ad pręcepta pertinentia ad iudicia, & oblationes fingendo religionem propter lucrum proprium (ut habetur ex Matth. 5. 15. 23.) poſtquam viderunt, reſurrectionem Chriſti mundo per miracula Apoſtolorum manifeſtatam, & cõuerſionem populorum ad multa millia quotidie congregari ad fidem Chriſti, confitẽtium, ipſum eſſe verum Meſſiam in lege promiſſum: tunc ipſi ex hoc vehementer confuſi, & ſua antiquata malitia deterius excęcati acuerunt linguas ſuas, ſicut ſerpentes, uenenum aſpidum ſub labijs eorum aduerſus Dominũ, & aduerſus Chriſtum eius Pſal. 139. 13. 2. Maxime autem hanc ſcripturarum diuinarum deprauationem fecerunt, poſt conuerſionem Magni Conſtantini Imperatoris Romanorum ſemper Auguſti. Nam tunc videntes Rabbini Iudæorum, quod ad exemplum tanti principis innumerabilis Gentilium multitudo per totum orbem cum magna deuotione ad fidem Chriſti conuertebatur, & quod etiam maxima Iudęorũ multitudo cognoſcens manifeſtam de Chriſto ueritatem in ſcripturis, in miraculis, in tantorum virorum ſanctis actionibus viſis, eandem fidem baptiſmumque deuotẽ ſuſcipiebant: videntes, inquam, talia, Rabbini iraſcebantur, dentibus ſuis fremebant, & tabeſcebant Pſal. 111. Quid inde fecerunt? Magna ipſorum Rabbinorum multitudo congregata fuit apud Babyloniam (Quid enim tanquam ſibi magis congruum, confuſis conuenit, quam locus, confuſio, uocatus?) ubi, quanto magis caute, & doloſe potuerũt, conati ſunt falſificare ſcripturas à vero ſenſu, & ſignificatione peruertendo. Ad quod faciendum, confinxerunt inter ſe inuicem puncta quædam loco vocalium, quæ. ſ. pro ipſis uocalibus apponunt uel ſupponunt literis conſonantibus, ad ſignificandum diuerſas res, iuxta variationem ipſorũ punctorum. Hoc igitur modo deduxerunt uocabula teſtamenti veteris ad ſonos, ſignificationes, & ſenſus, prout eis placuit: maxime autem ſcripturas illas, vbi ſecundũ rei ueritatem erant miſteria de Chriſto, & Eccleſia, deprauarunt ad ſuum ipſorũ intentum. Conati uerò ſunt præcipue ad hoc,

Quando maximè cœperunt Iudæi falſificare ſcripturas

Digitized by Google

hoc, ut per ſuam talis fermenti adinuentionem probarẽt, & quod Chriſtus nondum venit, ſed uenturus eſt, [En de hoc facto Iudæorum, prophetia in tex. Si alius uenerit in nomine ſuo, illum recipietis,] & quod Chriſtus in lege promiſſus non debet eſſe Deus, ſed purus homo, & quod ipſe eſt uenturus ſolummodo ad liberandum Iudæos de captiuitate temporali Romanorum ſimulque ad conferendum Iudæis bona temporalia. Cum igitur per illam ſuorum punctorum fictionẽ ſcripturas ſacras peruerterint: nulla fides habenda eſt hodie ſcripturæ Hebraicæ, non ut Hebraica, ſed ut punctuata eſt. Nam & quidam Iudæorum ab ipſa ueritate coacti dicunt, quod in illa punctorum illorum additione, ſeu interpretatione, potuit eſſe error: & ideo ſcribunt omnino ſine punctis legem ſpecialiter à Deo datam Moyſi (ſicut & Moyſes, & poſtea Eſdras, eam ſcripſerunt) quam Thorát appellant, & cum ueneratione tenẽt repoſitam in ſynagogis. Hoc etenim faciunt (ut ipſi dicunt) ne poſſit ibi aliquis error miſceri propter illa puncta loco uocalium poſita, quæ poſſunt & ſonum, & ſenſum, & ſignificationem, uocabulorum peruertere. Hæc præmiſſa ſententialiter habentur ex Domino Iacobo de Valentia, Epiſcopo Chriſtopolitano, ſup Pſalmos: partim in prologo ibi, Quantum ad ſextum tractatum: partim in expoſitione Pſalmi octuageſimi primi. In quibus locis habentur etiam ſequentia de Mair, & de Thalmud.

De pũctorum conſictione à Rabbinis pſidis adinuenta.

Ex prædictis patet: primo, quod puncta illa ſunt noua inuentio Rabbinorum in odium Chriſti à ſeipſis, in ſuis anteceſſoribus, crucifixi. Secũdò, quod nec Moyſes legiſlator, nec Eſdras totius ſcripturæ ueteris reparator ſciuerunt illa puncta: hoc eſt, ſine punctis illis omnino ſcripſerunt. Tertiò, quod etiam ſeptuaginta illi periti ſſimi Ptolemæo regi tranſtulerunt totam ſcripturam ueterem ex Hebraica ueritate, non ex punctuata Hebræorum falſitate: quoniam nondum adinuenta erant illa puncta, nec per ipſorum mixturam ueritas Hebraica potuit eſſe tunc falſata. Quartò, quod quando Iudæi dicunt, tranſlationem ſeptuaginta duorum interpretum deficere in multis, nec concordare cum litera Hebræa: reſpondendum eſt eis, & quod falſum dicunt, & quod remoueant illa puncta à ſuis libris, profeȓantque (ſi poſſunt, ac volunt) libros totius ſcripturæ ueteris nõ punctuatos, ſed (ut tempore Moyſis, Eſdræ, & ſanctorum antiquiorum erant) ſine punctis conſcriptos, & tunc uidebunt, ſe dixiſſe contra illos doctiſſimos interpretes meram falſitatem. Quintò, dic: quod B. Hieronymus non tranſtulit teſtamentum uetus in Latinum ex Hebræo punctuato, ſed ex Hebræo ſine punctis: prout tunc illud ſyncerum inuenire potuit. Vidit enim ſtudioſe, ac diligenter, tranſlationem ipſorum ſeptuaginta interpretum (quos Spiritu ſancto plenos agnouit, & poſtea dixit in prolog. ſuper Paralipomenon:) & Origenis, aliorumque: & omnia ad ſynceritatem Hebraicæ literæ, quę temporibus interpretum fuerat (ut diximus) tãquam in utraque lingua longe periti ſſimus, conferens ſciuit ex Hebræo eligere bonum, quod elegit; & reprobare malum, quod reprobauit. Vnde meritò à ſancta Eccleſia catholica tranſlatio eius approbata eſt: & in uſu Eccleſiaſticę diſciplinæ cõmuniter poſita (ut patet etiam hodie in ſacris Biblijs ex prologis, & argumentis ſancti Hieronymi ibi præfixis.)

Nec beatiſſimus iſte uir intendebat (ut ad pauca reſpicientes, de facili eſtimant) in ſua tranſlatione reprehendere interpretationem ipſorum ſeptuaginta, ſed ſomnolentias, & defectus, ſcriptorum: eo quod uitio, imperitia, ſiue negligentia, ipſorum tranſcribentium tranſlatio interpretum illorum erat in multis locis uitiata, quędam etiam erant omiſſa, quæ ex teſtamento ueteri allegantur in ſcriptura noui teſtamenti (ut ipſemet Hieronymus dicit.) Quod ut facilius percipias, ſume exemplum ad hoc ex multis impreſſionibus: in quibus, licet habeant exemplaria rerum imprimendarum correcta, adſunt propter negligentiam, ſiue etiam imperitiam, illorum impreſſorum incorrecta multa, errata, & omiſſa. Et de iſtis, in una incorrecta impreſſione, tranſeunt faciliter tales errores in alias.

NON

NON VVLTIS, &c.

DE generatione hac praua, Phariſæorum, Scribarum, aliorumque Chriſti inimicorum Hieremias Propheta, poſtquam (tanquam exponens Euangelicum tex. Non vultis venire ad me,&c.) conformiter ad Pſalmiſtam ſupra citatum dixerat, cap. 9. Omnes adulteri ſunt, cœtus præuaricatorum; extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij, & nõ veritatis, ſubiungit: De malo ad malum egreſſi ſunt. Nam de malo, quo vetus teſtamentum deprauarunt (vt dictum eſt) ad malum mendaciſſimæ compoſitionis, Thalmud, egreſſi ſunt. Vt enim perfidiã propriam fortius aſtruere poſſent illi Iudæi aſciuerunt in ſocietatem ſuam quendam Necromanticum, nomine, Mair, genere Idumæum. Hunc & precibus, & muneribus fecerunt proſelitum, inſtruendo ipsũ in Lege & Prophetis cũ falſa intelligẽtia, & ſacrilego eorũ fermento. Cũ autem iſte Mair eſſet praue inſtructus, & de ſe multum aſtutus; excogitauit (vt cõplaceret Phariſæis illis) ad confirmandã & augendam malitiam ipſorum modum iniquiſſimum, ſcilicet, quod Deus in monte Synai dedit Moyſi duplicem legem.

De origine mali fermenti Phariſæorum, id eſt Thalmud Miſna. &cæt.

Primò vnam ſcriptam in tabulis, & chartis: Secundò alteram oretenus, & ſecretã. Primam (inquiebat) manifeſtauit Moyſes omnibus: & eſt illa, quæ continetur in libris Exodi, Leuitici, Numer. Deuteron. Secundam verò, quæ ſecreta erat, non manifeſtauit populo, ſed tantum ſucceſſori ſuo, ſcilicet Ioſue, cum pacto, quod nunquam manifeſtaret eam niſi ſucceſſori eius, & ſic deinceps per ſucceſſionẽ ſucceſſorum ſecreta ſemper conſeruaretur. Dicebat ergo ille Mair, quod illa ſecreta lex per ſucceſſores venerat vſque ad ſeipſum, addens, quod ſibiipſi præceperat Deus, vt illã omni populo Hebræorum manifeſtaret, propter inſtantem neceſſitatem, ne ſcilicet Iudaiſmus deſtrueretur, quia multi Iudæorum conuertebantur à Chriſtum. Hanc ipſe Mair vocauit Miſna. i. ſecundam legem. In hac continẽtur multa erronea, & contraria veritati, ſed inter cætera hoc vnum ſingulare, ſcilicet, quod prima lex non fuit data, niſi ad quandam inſtructionem temporalem iſta verò ſecunda eſt de vltima intentione Dei. Vnde & debet corrigere primã, cum ſit maioris authoritatis. Sicque Miſna continet multa contra veritatem literæ, & ſenſus, prima legis: continet etiam omnes traditiones Phariſæorum, vt ſuadeat, eas eſſe à Deo ordinatas.

RABBINI Iudæorum poſtea uidentes per mundum vniuerſum deſtrui idola ad nomen Chriſti, ſecundum oracula omnium Prophetarum, indeque magis, quam antea, timentes ſuæ factioni, excogitauerunt figmenta quædam alia, ad retinendum populum in Iudaiſmo. Congregati ergo ſimul in magna multitudine fuerunt, & conſilium fecerunt, vt ipſum Miſna ampliarent. Ex condicto igitur prædictum Miſna accipientes & prolixius, & copioſius, & pernicioſius expoſuerunt: in pluraque volumina diuiſerunt: quorum omnium voluminum, ſeu librorum coaceruatam falſi nominis ſciẽtiam, vocauerunt, Thalmud. In hoc Thalmud plurima falſa, & contra rationem, & naturam, & bonos mores, confinxerunt: inter cætera autem, quod quando Moyſes accepit ſupradictam legem duplicem à Deo in monte Synai, tunc fuerunt cum Moyſe omnium prophetarum, ſcilicet Eſaiæ, Hieremiæ, & aliorum, animæque ſingulæ ſingulas ſuas acceperũt Prophetias. Hæ (vt inquiunt) Prophetarum animæ poſtea temporibus ſuis venerunt ad corpora ſua: & ſic manifeſtarunt tempore ſuo in Iſrael illas Prophetias ſuas. Aſſerunt quoque: quod tunc in monte Synai fuerunt animæ Rabbinorũ omnium, qui compoſuerunt Thalmud, & ibi acceperunt intelligentiam legis, & Prophetarum, & totam doctrinam traditam in ipſo Thalmud. Iſtæ (inquiunt) Rabbinorum animæ venerunt ad corpora ſua temporibus Conſtantini (hic eſt ille Magnus) Imperatoris: & tradiderunt Thalmudicam doctrinam in libris Thalmud. Ideo aſſerunt conſequenter, ꝙ doctrina illa Thalmudica non poteſt mentiri: cum ſit à Deo tradita ſimul cum Lege, & Prophetis. Hanc ipſam Thalmud doctrinã legunt, & obſeruant omnes Rabbini Iudæorum: & cum ea regunt Iudaiſmum, & ſimplices Iudæos in tali deceptione, & cæcitate retinent, in eaque perſeuerant

Vide mendaciorum hæreticaliũ, &c. coaceruationem teterrimã.

rant

rant ipſi, & alios perſeuerare faciunt.

QVID in, & ex ſupradictis vides? Quod Chriſti Prophetica continuatio de illis adimpleta eſt, & quotidie adimpletur, qua dixit Mar. 11. Vęh vobis Legis peritis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ: ipſi non introiſtis, & eos, qui introibant, prohibuiſtis. Item Matth. 23. Veh vobis Scribæ, & Phariſæi, hypocritę, qui clauditis regnum cęlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes [id eſt habentes voluntatem introeundi] ſinitis intrare. Rurſum. Quid in, & ex, illis ſupradictis uides? Quod illa fonelta maledictio Iudæorum adimpleta eſt, & quotidie adimpletur: qua furore ſuo nimis pertinaci, indignationeque ſua nimium dura, Geneſ. 49. in contemptu Chriſti, tanquam viliſſimi mancipij, imò in comparatione ad tale mancipium, iuxta cæcas cogitationes eorum, pro nihilo habiti, conclamauerunt Matth. 27. Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Denique quid in, & ex, illis ſupradictis uides? Quod debet ſic exponi præſens noſtri Euangeliſtæ textus; Vos non vultis, nec alios vultis venire ad me: & (quod peius eſt) vos vultis, & alios vultis, venire contra me. Intelligas tu, vultis, de velle deliberato, & verbis, ſcriptis (ut ſupra) operibuſque, totis conatibus, firmato, nec ſemel tantum, ſed ſæpius quoque aucto, centuplicato, & ceruice duriſſima, Deuteronom. 31. conſtabilito.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Quapropter Chriſtianorum, vt Chriſtiani ſunt, collectio, iure optimo uocatur, Eccleſia magna, Populus grauis, Pſal. 34. Genus electum, Gens ſancta 1. Pett. 2. Ab oppoſitis autem quorumcũque aliorum fides (quam vocant) ſeu (quod uerum eſt) perfidia eſt uaniſſima, nullius authoritatis, & diaboli illuſionibus plena: Quocirca etiã quorumcunque aliorum, vt infideles ſunt, cõgregatio iure vocatur, Populus citò (id eſt ſine ſufficienti motiuo) credens, & leuis corde, Eccleſ. 19. Argentum reprobũ, Hierem. 6. Generatio mala, & adultera Matth. 11. 16. Hęc, inquam, ſecunda pars concluſionis ſupponitur uera, tanquam ex ſuperioribus probata: id quod ſignificatur per illud aduerbium, Quapropter. Non ergo probatione proprie dicta indiget: licet quadam declaratione. Dicimus igitur, & quod prima illa particula, vbi eſt Quapropter, dependet directè à prima parte concluſionis iam ſuperius diffuſè per vnumquodque teſtimoniorũ examinata, ac probata: & quod ſecunda illa particula, quæ incipit Ab oppoſitis, dependet indirectè. i. per contrarium ſenſum, ab eadem prima parte concluſionis: & quod tertia illa particula, vbi eſt Quocirca dependet indirectè. i. per contrariũ ſenſum, à particula prima, vbi ponebatur, Quapropter. Dicimus item circa illã huius ſecundæ partis particulam primã; quod præmiſſa nunc dependentia ſua patet. Nam ſi Chriſtianorum fides eſt (ut eſt) fundatiſſima, maximæ & authoritatis, & certitudinis: quis uere prudens non uideat, quod Chriſtiani, ut ſic. i. inquantum Chriſtiani, ſunt Eccleſia anthonomaſice magna, Populus anthonomaſice grauis, Genus anthonomaſice electum, Gens anthonomaſice ſancta? Etenim omnia hæc nomina. ſ. Magna, Grauis, Electum, Sãcta, important (iudicio uere prudentum) ſtabilem & fundationem, & authoritatem, & certitudinem. Vt ſic exponatur Eccleſia magna, propter fundamẽtum magnum anthonomaſice. i. maximũ quod habet, & propter authoritatem maximam, quam habet, & propter certitudinem maximam, quam de rebus à ſe creditis ac ſperatis habet. Populus grauis, propter fundamentum graue anthonomaſice, i. grauiſſimum. i. maximi æſtimandum, quod habet (quod eſt Chriſtus Ieſus, 1. Corin. 3.) & propter authoritatem, certitudinemque grauiſſimam, i. maximi ęſtimandam, quam habet. Sic de Electione, & ſanctitate, Chriſtianorum, quatenus Chriſtianorum, correſpondenter ad pręmiſſa dic. Item circa illam huius ſecũdæ partis particulam ſecundam dicimus quod ſua dependentia ſupradicta patet. Nam, ex eo, quod fides Chriſtianorum eſt fundatiſſima, certiſſima, maximæque authoritatis, quis uere ſapiens nõ uideat ſequi; quod contrarium fidei Chriſtianę; [Hoc contrarium eſt ſecta, ſeu perfidia, quo-

Digitized by Google

quorumcunque aliorum, qui ideo infideles vocantur 2.2. q. 10. 3. 5. 6. 7. Eſt quid uaniſſimum, nullius ueræ authoritatis, nullius ueræ certitudinis, ſed diaboli illuſionibus plenum. Item circa illam huius ſecundæ partis particulam tertiam, dicimus: quod prædicta ſua dependentia patet: Nam ex eo, quod Chriſtianorum vt Chriſtianorum, collectio eſt Eccleſia magna, Populus grauis, Genus electum, Gens ſancta, quis ſecundum rectam rationem diſcurrens nō videat ſequi: quod ſuum contrarium, id eſt infidelium quorumcunque, vt Infidelium, congregatio eſt Eccleſia parua, immo nulla, ſecundum rationem motiui ſui ad ſic, vel ſic, credendum, ſperandum, operandum: quod eſt populus leuis corde, Argentum reprobum, Generatio mala, & adultera, id eſt à Deo, qui ſumme ſanctus eſt, totaliter, ſi etiam per fidem elongata.

CONFIRMATIO Concluſionis III. CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD hæreſis peſſima atque deteſtabiliſſima, eſt illa, qua Hermānus Riſſuuich dixit, quod fides Chriſtianorum eſt fabuloſa (ex hoc enim tanquam à contrario ſenſu, conſtat: quod catholica veritas, eſt dicere, fidem Chriſtianorum eſſe fundatiſſimæ certitudinis, vt ait concluſio capituli:) vide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis, &c. eſſe declaratum in Elucidationibus pri. part. articulorum numero 1. & 2. 2. articulorum num. 3. 30. Quod hæreſis peſſima atque deteſtabiliſſima, eſt illa Arnoldi, qua dixit: quod fides populi Chriſtiani non differt ab ea, quæ eſt Dæmonum: quoniam Diabolus fecit populum illum à Chriſti ueritate deuiare, ſicque totus populus Chriſtianus ad infernum deducitur (ex hoc enim, tanquam à contrario ſenſu, ueraciter infertur: quod catholica veritas eſt dicere, fidem Chriſtiani populi eſſe fundatiſſimæ veritatis, vt concluſio ait, & per conſequens nihil participationis habere cum mendacio, & multo minus cum patre mendacij, id eſt cum Diabolo Ioan. 8.) uide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus 2. 2. articulorum num. 1. 3. 27. 32. Quod lex vetus, & Prophetæ debent acceptari, & quod eis non contrariatur doctrina Euangelica (id quod confirmat concluſionē pro parte, qua facit mētionem de teſtimonio ſcripturarum veterum:) vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus, 1. 2. artic. num. 570. 571. Item in veritatibus aureis ſuper legem veterem, Deuter. 10. concl. 1. Quod lex uetus eſt à Deo, & bona, & utilis, non autem à malo principio, (id quod eſt in confirmationē concluſionis pro parte, qua meminit de teſtimonijs:) uide ex ſacroſanctis &c. in Elucidatio. 1. 2. pri. par. articulorum num. 4. & 1. 2. articulorum num. 519. 520. Item in Veritatibus aureis &c. Deuteron. 33. concl. 2. Quod Prophetæ non dixerunt contraria ſibi inuicem, & quod fuerunt ueridici in omnibus ſuis prophetijs, & eas non protulerunt vt arreptitij, ſed ut intelligentes per inſpirationem ſancti ſpiritus, & quod ideo prophetiæ illæ omnes ſunt inſpirationes à Deo ſpecialiter deſcendentes, non autem ſomniorum phantaſiæ. [Id quod eſt confirmatio concluſionis pro parte de teſtimonio ſcripturarum memoriam faciente:] vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationib. pri. par. articulorum num. 583. & 2. 2. art. num. 817. 818. 827. 831. Quod ſcripturæ omnes ueteris legis (dempto Eſdræ 3. & 4. lib.) ſunt de Canone Eccleſiæ catholicæ, & ideo nihil de his reijciendum eſt. [Id quod confirmat concluſionem pro quanto teſtimonium ſcripturarum tangit:] vide ex ſacroſanctis Concilijs &c. in Elucid. pri. par. art. num. 1. In quo primo articulo elucidato uidebis etiam multas multorum extorſiones factas de ſcripturis ad ſuiipſorum concupiſcentias ſeu affectus inordinatos, uel etiam hæreticales, complēdos. Quod in ſcripturis illis pura & mera ueritas eſt quo ad minimum apicem, id qđ nullam penitus falſitatem ibi eſſe neque ad decorem, neque ad quodlibet ornamentum (contra quoſdam hæreticè dicētes contrarium:) uide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. art. num. 71. et 2. 2. articulorum, num. 3. 245. 574. et 3. de Sal. art. num. 229. Item in Veritatibus aureis etc. Num. 24. conclu. 1. Quod miracula Chri-

ſti

ſti oſtendant neceſſario ſuam diuinitatem (ut concluſio capituli de teſtimonijs innuit) uide Elucidationes. 3. de Sal. queſtione quadrageſimatertia, articulo ſecundo, & quarto.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. V.

Gloriam omnē humanā pro nihilo ducit Chriſtus, &c.

CLARITATEM ab hominibus non accipio.] Hoc eſt. Ego non dixi tot, tantaque teſtimonia, quę cum quibuſdam pręmiſſis me eſſe non hominem tantum, ſed etiam Deum uerum Patri ęqualem, immò & conſubſtantialem, teſtificātur, vt inde apud homines mihi quęrerē aliquam gloriam. Ac ſi dicat. Nec inde, nec ex ſimilibus quibuſcunq;, laudē meā nec à vobis vt vos (ex uobis meipsū mēſurantes arbitramini) nec ab vllis hoībus, vnquam deſidero aut quęro. Non enim veni, ut honorem tranſitorium, & carnalem, acciperem ab hominibus: ſed ut ſempiternum, & ſpiritualem hominibus darem. Cur ergo tanta de me gloriam infinitam exprimentia dixi: &, quotieſcunque opus fuerit, dicam? Vt uos ſalui ſitis (quod ſupra in textu ſemel pro ſemper explicatum eſt.) Et uerè natura Chriſti talis, ac tanta, in ſeipſo eſt: vt gloria humana ſit eo indigna, ideſt ſit penitus nihil ei, qui gloriam ęternā habet apud Patrem: vel ei coęqualem, ſi conſideretur vt Deus, vel ſummam ſuper omnes etiam creabiles quocunque modo creaturas, licet Patri inferiorem, ſi conſideretur, ut homo. Sicut enim dies non accipit claritatem à candelis accenſis (ut patet) eo, quod ſit ſole clariſſimus, ita CHRISTVS, cum ſit diuina gloria modo dicto clariſſimus, non accipit claritatem glorię à laudibus hominum, immò etiam creaturarum quarumcunque ſimul etiam iunctarum. Hinc ergo patet: quod quandocunque Chriſtus altiſſima de ſe profert (ſicut Ego ſum panis viuus &c. cap. 6. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura: flumina &cęt. capite ſeptimo, ſi manſeritis in me, & uerba mea in &cęt, capite octauo, & quaſi per omnia alia: & in alijs quoque Euangeliſtis,) id non facit ad iactantiam ſeu ad gloriam ab hominibus aucupandam. (Quod eſt proprium ſtultorum,) ſed propter noſtram ſalutem quęrendam. (Quod charitati ſuę conuenit.) Inde etiam patet: quod cum Deus vult honorari à nobis, ſeruando, ſcilicet pręcepta ſua, hoc ipſe non facit propter ſe, ideſt propter hoc, quod ex honore à nobis ei exhibito aliquid uel minimum glorię ſiue utilitatis, ſiue alicuius boni ei in ſe accreſcat: ſed illud facit propter nos, ideſt, ut ſalui ſimus. Quomodo enim aliter poſſemus acquirere ſalutem, niſi ſciremus uiam ad illam? Et quomodo ſcire poſſemus ipſam uiam, niſi Deus nos doceret eam? Inter cætera uerò, quę ad ſalutem uia ſunt, tenet primum locum cognitio uera de Deo habita: & ſubſequenter pręcepta cognitioni illi correſpondentia (ut patet de iſta conformitate per ſingula diſcurrenti) à nobis ſeruanda. Porrò, Deum nemo uidit unquam Ioan. primo. Sed habitat lucem inacceſſibilem, primo Timoth. ſexto, & ſenſum eius nemo cognouit Iſai. 40. Roman. 11.

NECESSARIVM IGITVR fuit: vt Deus, ſi uellet (ut vult) ſalutem nos conſequi, manifeſtaret nobis ſeipſum, ideſt magnitudinem ſuę Maieſtatis, Sapientię, Dignitatis, Excellentię, Bonitatis, Benignitatis, Miſericordiæ, Patientię, Longanimitatis, Iuſtitię, Rectitudinis, Veritatis, Sanctitatis, Amoris, zeli, & aliorum ſimilium. Neceſſe item fuit pro ſalute noſtra, quam ſummè deſiderat: ut pręciperet nobis ea obſeruanda, quę & illi cognitioni de ipſo reuelatæ conformia eſſent, & noſtrę ſaluti finaliter acquirendę proficua. Hinc eſt: quod ipſe nobis mandauit, ut eum timeremus, amaremus, honoraremus, & cętera. Vt eum timeremus, monſtrauit nobis infernum, iuſtiſſimum iudiciūm ſuum, & cętera. Vt amaremus, oſtendit tot, & tanta beneficia nobis collata, millies ea uarijs modis ex magna ſuæ pientiſſimę bonitatis ratione replicauit, ſcilicet ad duritiam cordis noſtri frangendam, & ad cor carneum intra nos cauſandum, ut in eius amorem tandem aliquando eleuaremur. Vt

Omnia in ſcripturis dicta ordinauit Deus ad hoc, ut ſalui ſimus.

eum honoraremus: ſe nobis eſſe Patrem, Paſtorem, Magiſtrum, Dominum, Regem, Protectorem, &c. declarauit. Vides ne modo tu omnes Scripturas, ideſt omnia, quæ in veteri nouoque teſtamento continentur, eſſe poſita ibi propter nos, ideſt ordinari ad noſtram ſalutem quærendam? Hoc eſt illud, quod ad nos excitandos in gratiarum actionem pro tam inæſtimabili beneficio, inclamabat Apoſtolus dicens Rom. decimoquinto. Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Nullibi ergo Deus in ſcripturis quibuſcunque loquendo, quẽ de ſua ſuperexcedenti magnitudine, quæcunque ſit illa, vel de præceptis ſuis, uel de &cæt. charitatem accipit ab hominibus (ut inquit hic Euangelium:) ſed & hæc, & illa, & omnia, dicit, ut ſalui ſimus. (ſecundum quod idem ſupra.) Quid ergo in toto omnium ſcripturarum corpore vides: niſi ardentiſſimam Dei charitatem erga nos? Ipſa enim ſola mouet eũ ad ſic, uel ſic, ibi loquendum, oſtendendum, faciendum &c. (ut textus hic Euangelicus edocet.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. V.

SED cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego ueni in nomine Patris mei, &c. Si alius uenerit in nomine ſuo, &c.] In hoc loco videmus eſſe uerum illud, quod docuit ſcripturarum ſolertiſſimus perſcrutator, Sanctus Thomas prima quæſtione centeſimatertia, articulo ſeptimo, uidelicet: quod impoſſibile eſt, aliquid contingere præter ordinem diuinæ gubernationis. Non enim poteſt exire totaliter ordinem primæ cauſæ (alioquin nihil eſſet:) ſed ex hoc ipſo, quod videtur ex vna parte exire ab ordine diuinæ prouidentiæ, qui conſideratur ſecundum aliquam particularem cauſam, neceſſe eſt, quod in eundem diuinæ prouidentiæ ordinem relabatur ſecundum aliam cauſam. Huius ſancti Doctoris ſententiam, nonne uides, in textu hoc Euangelico virtualiter contineri? Ecce. Sed cognoui uos, quia dilectionem Dei non habetis in uobis. Voluerat Dominus per hoc, quod tanta dixit, ſaluos facere illos Iudæos] hæc dico, inquiebat, vt ſalui ſitis:] & illi noluerunt ei credere, nec per ipſum ſaluari. Quid ex tali facto uidebatur multis? Quod prouidentia Chriſti diuina in his Iudæis caſſata fuiſſet, ideſt (quod in idem redit) quod illi Iudæi, non credendo ad ſalutem, gubernationis diuinæ ordinem exiiſſent. Hoc tamen eſſe falſum, declarat ille ipſe Chriſtus prouiſor uniuerſalis, prima quæſtione vigeſimaſecunda, artic. ſecundo, per hoc: quod ait, Sed cognoui uos &c. Quid importat dictio illa aduerſatiua, ſed? Id, virtualiter: quod diximus, Ac ſi apertius eis dixiſſet, Vos, Nolendo per me ſalutem, putatis effugiſſe ordinem prouidentiæ meæ intentum in prolatione tot, atque tantorum, de me teſtimoniorum: & tamen ipſi in hoc voſmetipſos decipitis. Nam prouidentia mea, vtpotè vniuerſalior, ideſt ad plura ſe extendens, quam vos putatis per illorum teſtimoniorum commemorationem intendebat: aut ſaluare vos, ſi in me credere uelletis, aut facere, uos non credentes ab alijs cognoſci, quod nõ diligitis in corde ueſtro Deum. Primum quidem effugiſtis per uoluntatem ueſtram rebellem, quia ſcilicet credere noluiſtis: ſed effugere ſecundum non potuiſtis, immò ex hoc ipſo, quod effugiſtis primum, incidiſtis in ſecundum. Quia enim tantis de me teſtimonijs à Deo prouenientibus fidem adhibere, & conſequenter in me credere, ac per me ſaluari, Noluiſtis: ideo cognouerunt aperte alij recta ratione utentes, qđ vos non diligitis ex corde ueſtro Deum. Quis enim neſciat, quod ille, qui diligit cordialiter Deum, credit faciliter Deo, ideſt teſtimonijs ſibi à Deo miſſis? Rurſumque, ab oppoſitis, quis neſciat: quod hoc. ſcilicet non credere teſtimonijs à Deo miſſis, eſt ſignum non diligendi Deum, ideſt eſt ſignum, quod talis non credens non diligit Deum? Dicat ergo Iudæis Chriſtus. Per hoc, quod teſtimonia illa uobis adduxi, non ſaluaui vos ex uitio veſtræ volũtatis: ſed cognoui uos ideſt cognoſci uos feci & à vobis (niſi uoſmetipſos ſeducatis) & ab alijs, ꝙ dilectionem Dei non habetis in uobis. Habetis

quidem

quidem illam, ſeu potius habere illam fingitis, in verbis, vel etiam in exterioribus geſtis, ac ceremonijs: ſed non habetis illā in vobis, ideſt in cordibus veſtris. Erant igitur iſti Iudæi de numero illorum: Qui diligunt verbo & lingua, ſed non opere, & veritate 1. Ioan. 3. Qui habent quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegant 2. Tim. 3. Qui confitentur, ſe noſſe Deum, factis autem negant, cum ſint abominabiles, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi, capite primo, ad Titum.

DILECTIONEM Dei (inquit) non habetis in vobis. Non dicit, dilectionem mei, quamuis hoc eſſet magis omnibus apertum: quoniam plura ſignificauit (ut uolebat) dicendo, Dilectionem Dei, quam ſi dixiſſet dilectionem mei. Per hoc enim, quod dicit, cognoui, q̄ nō diligitis Deum, explicat id, quod ſupra propoſuerat, ſcilicet Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem. Explicat ſiquidem hic: quod ex eo quod non diligunt Deum, non honorificant filium. Per idem etiam, quod dicit, Cognoui, quod non diligitis Deum, percutit directe rationem, qua Iudæi ſeipſos velando dicebant, ſe perſequi ipſum, zelo Dei (vt ex præmiſſis ab Euangeliſta patet.) Hoc enim directe excludit, dicendo: Non honorando me, cognoui, quod dilectionem Dei non habetis. Vnde & B. Chryſoſtomus, idipſum hoc in loco ſentiens, inquit. Cognoui, quia dil. &c. Quaſi dicat. Ideo hæc dixi: ut conuincam vos, quoniam propter amorem Dei me non perſequimini. Etenim ipſe teſtatur mihi & per opera, & per ſcripturas. Oportebat igitur: vt ſicut me abijciebatis exiſtimantes, eſſe Deo contrarium, ita nunc ad me ueniretis, ſi Deum amaretis. Sed non amatis. Non autem ab his ſolum, ſed etiam à futuris, hoc oſtendit, dicens: Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me. Ideo dicit, ſe in nomine patris ueniſſe: ut omnem abſcindat occaſionem indeuotionis. Si alius uenerit in nomine ſuo, illum accipietis. Irrefragabilem indeuotionis eorum ponit demonſtrationem. Quaſi dicat. Si, vt amantes Deum, me perſequeremini, multo magis in Antichriſtos vos hoc facere oporteret. Ille enim non dicet, ſe à Patre miſſum, neque ſecundum uoluntatem illius venire: ſed è contrario ea, quæ ſibi non congruunt, rapiens, ſuper omnia ſe eſſe Deum, dicet. Manifeſtum eſt igitur: quod liuoris perſecutio erat, qua Chriſtum perſequebantur, & odij in Deum. Deinde infidelitatis eorum ponit cauſam, dicens. Quomodo uos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? Hinc, rurſus oſtendit: quoniam non, quæ Dei ſunt, intendebant, ſed propriam volebant paſſionem defendere. Hucuſque Diuus Chryſoſtomus. De iſtis duobus, ſcilicet uero Chriſto (qui Propheta ſuſcitandus à Deo, ibi dicitur) & falſo Chriſto, ideſt Antichriſto (qui Propheta arrogantia deprauatus, ibidem uocatur:) vide Veritates aureas ſuper legem ueterem, Deuteron. 18. concluſ. 6. 7. 9 indeque etiam (ſicut & hinc ex Euangelio, Ego ueni, &c. ſi alius &c.) cognoſce uniuerſaliter, tanquam ab vno ſimili argumentans: quod nos ex nobis ſemper & nitimur in uetitum à Deo, & fugimus illud, quod Deus nobis amplectendum ſuadet.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. V.

QVOMODO uos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: Et gloriam, quæ a ſolo Deo eſt, non quæritis?] Per hæc verba oſtendit Dominus veram cauſam infidelitatis Iudæorum (à ſimili quoque & aliorum infidelium.) i. quare non crediderint in ipſum, tot etiam, tantiſque teſtimonijs uiſis. Dicit igitur: Quomodo vos &c.? Secūdum ergo veritatis altiſſimæ, quæ Chriſtus eſt Ioā. 14. Sententiam, hoc impediuit Iudæos a fide ipſius Chriſti (quod & adhuc eos impedit:) quia ſolum attendebant (ſicut & adhuc attendunt) ad gloriā ab inuicem accipiendam. i. ad gloriam, quæ ab hominibus dari poteſt, ideſt ad gloriam & exaltationem temporalem. Hanc enim ſolam, uel ſaltem principaliter, expectabant tunc, & nunc expectant dandam ſibijpſis per Meſſiam. Ex alia uerò parte uidebant, Saluatorem no-

ſtrum eſſe pauperem, & abiectum, qui & tributum Cæſari ſoluebat, Matth 17. alijſque ſoluendum ei, ſuadebat Matth. 22. vnde propter vanæ gloriæ cupidam ſuiipſorum mentem illum non receperunt. Superbia ergo, & ambitio, fuit uera cauſa infidelitatis eorum. Sed & hæc ambitio excæcauerat eos, excæcatoſque tenebat, taliter in lectione ſcripturarum: vt videntes non viderent, & legentes non intelligerent. Videbant hi atque ibi legebant multa tum de paupertate, abiectioneque Meſſię, tum de eiuſdem gloria, potentiaque, ad Iudæos etiam per eundem liberos factos extendenda: ſed ſuperba ambitio intus exiſtens & prohibebat extraneum, ideſt ſibimetipſi diſſimilem ſenſū, acceptari per veram ſcripturarum illarū intelligentiam ab eis, & admittebat intraneum, ideſt ſibimetipſi conſimilē ſenſum faciebat per quandam vanam illuſionem (ne dicam per diaboli, cuius primogenita eſt ſuperbia, faſcinationem) apparere in ſcripturis eiſdem. Iudæi ergo, quorum cor iam vanum erat Pſal. 5. Scripturas de paupertate, abiectioneque Meſſiæ loquentes aut omnino conſiderare renuebant, ſecundum illud de iniuſto dictum 35. Noluit intelligere, vt bene ageret, aut de quadā ſolum ſpeculatiua, neſcio qua, paupertate, & abiectione gloſſabāt: quandoquidem vanitati cordis eorum paupertas, & abiectio ad literam, non arridebant. Scripturas verò illas, quę de gloria, potentiaque eiuſdem, Iudęis quoque iā per eundem liberis factis abundanter cōmunicanda, loquebantur, non ad ſpiritualem gloriam, potentiam, & libertatē (ut oportebat) ſed ad carnalem, i. mundanam gloriam, potentiam, ac libertatem, (quod, ſecundum contextus ſcripturæ fieri non poterat) referebant: quoniam eis, cum non ſpirituales, ſed carnales eſſent, vanitas cordis ipſorum, debere ſic fieri, facile ſuggerebat. Verè in his Iudæis probata tunc fuit veritas illa 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi: & illa, Iſai. 5. Propterea captiuus ductus eſt populus meus [ſcilicet à diaboli laqueis: à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem 2. Tim. 2.] quia non habuit ſcientiā. Hoc eſt, ueram intelligentiam ſanctarū ſcripturarum, quæ per antonomaſiam vocantur, Scientia. Magnū igitur vitium eſt iactātia (inquit Doctor ille, Alcuinus) & humanę laudis ambitio: quæ de ſe vult æſtimari, qđ de ſe non habet. Ideo. n. non poſſunt credere: quia ſuperba mens eorū laudari deſiderat, & ſe ſup alios efferre. Hæc ille. Quid eſt illud, qđ hi Iudæi præ ambitione volebant, de ſe æſtimari: qđ de ſe non habebāt? Vera ſcripturarū ſciētia. Hāc namq; ſibi attribuebant, ab alijſque attribui volebāt: in cuius ſignū uocabātur Scribæ, à notitia. ſ. ſcripturarum, & volebant vocari ab hoībus Rabbi Matth. 23. Ex tali etiam ſuiipſorum ęſtimatione moti, cum quadā indignatione, Chriſto de cęcis loquēti dixerunt Ioā. 9. Nūquid & nos cæci ſumus? & Chriſtus ad eos: ſi cęci eſſetis (ideſt ſi vos eſſe cęcos agnoſceretis) non haberetis peccatum, nunc autē quia dicitis, videmus, peccatum veſtrum manet. Vtrunque iſtorum extremorū malorum. ſ. & quod non intelligerent uere ſcripturas de Meſſia, & quod ſe eas uere intelligere, ęſtimarent, ſicque æſtimari ab alijs vellent, cauſauit ambitio illorum, prędicta, in textuque præſenti, Quomodo uos poteſtis &c. à Chriſto ſignificata.

Superbia ruinarum maximarum eſt cauſa, &c.

ANNOTATIO QVARTA.

Cap. V.

AMBITIO illa quoque ſicut fecit viam in Iudæis ipſis ad non recipiēdum uerum Chriſtum (ut declaratū eſt:) ita faciet uiā ad recipiēdum falſum Chriſtum, ideſt Antichriſtum. Videbunt. n. illum gloriam mundanam habentē, diuitias poſſidentē, potentia mundiali abundantem, ſibi ipſis libertatem corporalem non ſolum à Romanis, ſed etiam ab alijs nationibus pollicentem (ut de his rebus omnibus in ſcripturis de Antichriſto loquentibus poteſt per ſe ſtudioſus faciliter inuenire.) Et ideo, vt animales homines, ore aperto ad illum vnanimiter currentes cōclamabunt; Ecce, quem à tot annis expectabam⁹, aduenit, cōparuit, &c. Rex in æternū viue, &c. Cū eo ibunt in Hieruſalē: & in tēplo ibi erit abominatio deſolationis Matth. 24. hoc eſt, ipſū re uera idolum, non Deum, adorabunt, cum eiſdem oſtendet ſe in eo, tanquam ſit Deus, & extollet ſe pompa mundiali ſupra

Ambitio eſt uia Iudæis ad recipiēdum Antichriſtū: in pœnam peccati, quo non receperunt Chriſtū.

Digitized by Google

pra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur 2. Theſſalon. 2. Quia enim Iudæi noluerũt recipere verum Chriſtum, qui venerat in nomine patris ſui, ideſt qui venerat ad faciendum voluntarem patris, & ad hoc, vt per eum ſanctificaretur nomen patris (in cuius ſignum ipſe, vt patet in Euangelijs, omnia ſua bona attribuebat patri:) ideo fiet de ipſis iuſto Dei iudicio in pœnam illius peccati maximi, vt recipiant Antichriſtum, qui veniet in nomine ſuo, ideſt ad faciendam propriam voluntatem, ad faciendum ſibi nomen, ad glorificandum ſeipſum in mundo, iuxta omnes concupiſcentias ſuas. Valde etenim congruet Iudæis iſta pœna peccati: vt, qui noluerunt credere veritati, credant falſitati 1. 2. q. 87. artic. 2. & hæc eſt ratio ab Apoſtolo adducta, ibid. Theſſalonic. 2. Eo quod charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.

Sanctificare ergo Deum, eſt attribuere omnia bona noſtra Deo.

QVOMODO VOS &c. & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? Non dicit; Non vultis, Non deſideratis. (Reſpondiſſent enim: Volumus, Deſideramus,) ſed dicit, Non quæritis: per hoc eorum curam, ac ſtudium, culpans, quod non ſtudioſe curarent ad acquirendum gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, ideſt gratiam Dei, & gloriam æternam. Hæc enim à nullo nec dari, nec auferri, poſſunt nobis: ſed tantum à Deo per miſericordiam dari, & per iuſtitiam auferri.

Affectus ad mundi gloriã habet magnã vim ad enervandum omnia bona ſpiritualia.

Notabis denique ex hoc textu, prudens Lector: quantam uim habeat, contra non ſolum bonam conſcientiam, ſed etiam fidem Chriſtianam, affectus ad humanam gloriam: ſine uero ſtudio ad quærendum gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, ſecundum illud eiuſdem Chriſti monitum Matth. ſexto. Quærite primum (ideſt ante omnia: & diligentius, quam cætera) regnum Dei, & iuſtitiam eius. A tali ergo affectu ſibi timere, illum (quantum poſſunt) cauendo, debent præcipue magni Domini: quoniam, & circa talem materiam tanto in periculo maiori verſantur, quanto in loco ſuperiori ſunt, & talis materia maiores, ſi incauti ſint, ducit facilius ad perditionem, quam maiores, qui à tali affectu non ſic circundantur, & moleſtantur. Quomodo (inquit) poteſtis credere? Si huius rei quæras rationem: Ecce. Credere eſt actus intellectus moti à voluntate. Hinc ſiquidem fit: vt quorum voluntas non eſt affecta ad quærendum gloriam à Deo, ſed affecta ad quærendum gloriam humanam, parum aut nihil moueat intellectum ad credendum: quoniam voluntas mouet propter bonum, quod amat. Vnde dicendo, Quomodo poteſtis, ſignificatur: quod tales aut nullo modo, aut vix poſſunt credere, ſecundum quod oportet.

ANNOTATIO QVINTA. Cap. V.

SI crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. De me enim ille ſcripſit.] His uerbis Dominus retundit Iudæorũ dictum illud, quo ſupra implicite (faciendo, ſcilicet mentionem de Sabbatho, ſecundum eos, non cuſtodito à Chriſto) dicebant, ſe moueri contra Saluatorem, ex zelo Moyſi. Sicut enim prius conuicit eos de falſitate, qua dixerant, ſe contra ipſum moueri, ex zelo Dei (dicendo, ſcilicet. Hic facit ſe æqualem Deo:) ita nunc conuincet eos de falſitate, qua, ſe aduerſus ipſum moueri ex zelo Moyſi, prætendebant. Hoc autem medio, ſeu argumento demonſtratiuo eoſdem de huiuſmodi falſa excuſatione conuincit: quia Moyſes de ipſo ſcripſerat: & ipſi non credebant Moyſi. Vbi autem ſic ſcripſerit, non explicat Dominus: quia id in ſcriptis à Moyſe manifeſtum eſt (niſi quis totaliter deſipere velit: vt faciebant Iudæi,) ad quæ ſcripta remiſerat iam illos dicens, Scrutamini ſcripturas. Quid enim manifeſtius de Chriſto venturo, in libris Moyſi: quam illud Deuteron. 18. Prophetam ſuſcitabit vobis de fratribus ueſtris, &c. & de Chriſti aduentus tempore, quam illud Geneſ. 49 Non auferetur ſceptrum de Iuda, &c.? Nam ibi loco, Qui mittendus eſt, ponitur hoc nomen, Meſſias, in tranſlatione Chaldaica: quæ eſt maximæ authoritatis, tempore ab optimo doctore uiro per multos annos ante Aduen-

tum Chriſti facta ex Hebræo nondum à perfidis Iudæis in odium Chriſti Domini noſtri corruptio (ut ſupra declaratum fuit,) ſed adhuc in ſynceritate natiuæ ſuæ veritatis permanente. Taceo, quod Dominus taciturnitate ſua ſpeciali, qua ſcilicet ſpecialiter non explicauit locum Moyſi de ſe ſcribentis, innuit ſubtiliter conſiderantibus, quod Moyſes per omnem, vel quaſi per omnem ſcripturam ſuam illud fecerit. Ac ſi Chriſtus dicendo, Moyſes de me ſcripſit, ſimulque tacendo locum de hac re ſpecialem, Iudæis illis aperte dicat. Legite Moyſen, vbicunque volueritis: illum ſemper, vel fere ſemper, inuenietis ſcribentem de me. Et hoc eſt: quod Beatus Auguſtinus, in libro contra Fauſtum, videtur ſubindicare voluiſſe, dum ait. Sed & omne, quod ſcripſit Moyſes, de Chriſto eſt, ideſt ad Chriſtum omnino pertinet: ſiue quod eum figuris rerum vel geſtarum, vel dictarum prænunciet, ſiue quod eius gratiam, gloriamque commendet. Hæc ibi. Vnde non eſt mirandum, quod Chriſtus locum ſpecialem in ſcriptura Moſaica non expreſſerit: ſed mirandum eſt, quod illi Iudæi ipſum de hoc non interrogaſſent, id quod eos de mala voluntate accuſat, quod ſcilicet voluerint hoc ignorare (ſi tamen ignorabant) ut liberius Saluatorem perſequerentur, ideſt ne hoc ipſum ſcientes, ex hac ſcientia cauſaretur in eis conſcientia nō perſequendi illum. Quod forſan eſt illud, quod Beatus Chryſoſtomus innuere voluit dicens. Et quidem, ſi attenderent his, quæ dicebantur, oportebat quærere, & ab eo diſcere: quæ ſunt illa, quæ Moyſes de eo ſcripſit. Sed ſilent. Tale enim eſt nequitia: vt quicquid dicat aliquis, vel faciat, maneat proprium venenum conſeruans. Hæc ille.

Omne, quod ſcripſit Moyſes de Chriſto eſt.

CÆTERVM, illa reſidua pars, quæ ponebatur ſupra in argumēto Chriſti, ſcilicet. Ipſi Iudæi non credebant Moyſi, quomodo uera eſſe in textu probatur? Ab effectu hoc manifeſto, ſcilicet, quod non credebant Saluatori noſtro: cum dicitur, ſi crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. Hoc eſt, in propoſito. Vos non creditis mihi (ut patet, & vos cōfitemini:) ergo nō creditis Moyſi. Patet conſequentia ex eo: quod ſi crederetis Moyſi &c. Vbi illud aduerbium, forſitan, nullam dubitationem connotat in Chriſto: ſed ſolum notat, eum loqui hic more noſtro pure humano, qui eſt, quod nos de rebus futuris, vel à libertate arbitrij aliorum dependentibus (vt hic eſt de credere: quia nemo credit, niſi volens) loquendo, ſolemus loqui modo dubitatiuo. Verum ſic loquentes & nos non eſſe de illa re certos, ſed dubitare, & rem illam in voluntate liberi arbitrij conſiſtere, deſignamus: Chriſtus autem ſic loquens vnum ſolummodo illorum duorū, ſcilicet libertatem arbitrij, deſignat. Hæc dicta ſint referendo, forſitan, ad Chriſtum, qui loquebatur hic, & aliàs ſępè, vt purus homo, Iudæis ſic eum exiſtimantibus (ut ſupra vidimus ibi, Non quæro facere voluntatem meam: & ibi, ſi teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt uerum:) licet purus homo non eſſet. Porrò dici non poteſt, quod illud aduerbium, forſitan, referatur ad vim conſequentiæ: immò ſi Chriſtus, ad ipſam referendo dictum ſuum, loqueretur, non dixiſſet, forſitan, ſed dixiſſet, vtique. Non enim dubium, ſed indubitatum eſt, neque pro dubio, ſed pro indubitato, vult Chriſtus (vtpotè ad conuincendum Iudæorum duritiam nunc loquens) accipi hoc dictum ſuum, ſcilicet ſi crederetis &c. Quod ſi verum eſt, ut eſt, oportet, ſi relatio fiat ad vim conſequentiæ, dicere: ſi crederetis Moyſi, crederetis vtique & mihi. Relinquitur ergo, pro conſtanti primum intentum ſupradictū, ſcilicet, quod Iudæi ad perſequendum Chriſtum non mouebantur ex zelo Moyſi (ſicut nec ex zelo Dei.) Imò ab oppoſitis, pro conſtanti relinquitur etiam iſta conditionalis, ſcilicet, quod ſi Iudæi ex zelo Moyſi mouerentur non perſequerētur Chriſtum, ſed eum reciperent deuote in ipſum credentes. Quemadmodum & ab oppoſitis, de Deo ſuperius relictū ſupponebatur hoc, ſcilicet, quod ſi Iudæi ex zelo Dei mouerentur, non perſequerentur, ſed deuote in eum credentes reciperent, Chriſtum. Quid ergo denique ex præmiſſis Euangelij textibus concludendum in ueritate reſtat? Quod Iudęi & ex zelo malo, ideſt inuidia (cum non ex bono)

Examen notabile de illo textu Forſitan.

Vnde moti ſint Iu-

[illegible] ad perſequendũ Chriſtũ.

no) mouebantur ad perſequendum Chriſtum, & Deo, Moyſiq;, iniuriam eis non credendo, Chriſtumque perſequendo, faciebant. Quid inde? Quod Iudæi propter hoc & Deum vltorem, Deuter. 18. & Moyſen accuſatorem, Ioan. cap. 5. habebunt.

ANNOTATIO SEXTA.
Cap. V.

NOLITE putare: quod ego accuſaturus ſum vos, apud patrem. Eſt, qui accuſat vos, Moyſes: in quo vos ſperatis.] Per verba illa, Nolite putare, quia accuſaturus ſim vos, non negat Dominus hanc ueritatem, ſcilicet, quod ſit accuſaturus eos de peccatis eorum contra ſeipſum commiſſis, immò & de ipſis eos iudicaturus, cum ideo uocetur Exod. 20. Deus fortis zelotes uiſitans iniquitatem eorum, qui ſeipſum oderunt: ſed per verba illa oſtendere intendit parui, ſeu potius nihili, penſionem, quam Iudęi de accuſatione ſuijpſorum ab eo fienda habuiſſent. Ac ſi apertius illis Iudæis dicat. Scio, quod vos nihilipenditis me, & conſequenter accuſationem meam de vobis apud patrem: & ideo non dico uobis, quod ego ſim vos accuſaturus. Ex alia uerò parte ſcio, quod uos magnipenditis Moyſen, & conſequenter ſi accuſationem faceret de uobis, & propterea uobis dico, quod Moyſes accuſaturus eſt, immò etiam quod nunc accuſat, uos. exponatur ergo ſic tex. Nolite putare, ſcilicet nihilipendendo (ſicut nihilipenderetis: ſi id putaretis,) quod ego accuſaturus ſim uos apud patrem. Ad quid enim putare uos hoc: ſi nullum inde timorem ſalutiferum, ſed contemptum mei potius uobis peſtiferum, contrahitis? Putate autem, quod Moyſes accuſat uos: quia, ſi id tanquam uerum putabitis, inde propter reuerentiam ueſtram ad Moyſen (vt profitemini) timebitis. Eſt (inquit) Moyſes, in quo uos ſperatis, qui accuſat uos. Non ergo omnis ſpes eſt uera, ideſt conſequens illud, quod quis ſperat, neque bona, ideſt faciens ſuos ſperantes bonos: ſed aliqua eſt falſa ac anthonomaſice falſa, ideſt non tantum non conſequens illud, quod quis ſperat, ſed etiam conſequens illius contrarium, quod ſperat, & ſpes aliqua eſt mala, ac anthonomaſice mala, ideſt non tantum non faciens ſuos ſperantes bonos, ſed etiam faciens (ſub quodam tamen quaſi uelamine recti) eoſdem malos, & quandoque peſſimos. Ecce. Hi Iudæi ſperabant in Moyſe [tex. In quo uos ſperatis:] & tamen eorum ſpes non tantum non conſequebatur à Moyſe, quod ipſi ab eo conſequi ſperabant, ſed etiam eius contrarium, ſcilicet accuſationem ſuijpſorum à Moyſe: item illa eorum ſpes non tantum non faciebat illos Iudæos bonos, ſed etiam faciebat illos (ſub quodam quaſi velamine recti) peſſimos. Hinc enim, quia ſcilicet ſub tutela Moyſi ſperabant ſe, tanquam ſuæ legis profeſſores, defendendos in omnibus, non timebant comminationes pœnarum à Chriſto ſibijpſis factas, non curabant de Chriſti doctrina ad fidem, bonoſque moreſque bonos, ipſos inuitante, nihil Chriſtum æſtimabāt immò & ipſum & doctrinam eius, atque comminationes, ſubſannabant, deridebant, perſequebantur. Nec de his omnibus, quamuis res de ſe peſſimæ eſſent, ullam omninò conſcientiam peccati etiam uenialis ſibi faciebant, quinimò arbitrabantur hæc, & ſimilia faciendo, magnum obſequium ſe pręſtare Deo Ioan. 16. En ad quantas ruinarum profunditates illa Iudæorum vana, falſa ac mala ſpes eos, ſub ſpecie recti, trahebat: & tanto quidem effrenatius, quanto imprudentius. Similem quoque ſpem Iudæorum indicauit ſupra nobis tex. Vos putatis, in ipſis ſcripturis vitam æternam habere. Vbi (Euangelica narratione de cæcitatibus Iudæorum in ſcripturis intelligendis, tum hic, tum alibi ſæpius adiuncta) patet: quam fuerit deuia hæc illorum de intelligentia ſcripturarum ſpes. Deuia, inquam: & in abducendo Iudæos à vero ſenſu earum, & in perſuadendo eiſdem ſenſum de ſcripturis falſum.

Spes falſa & mala, quæ ſit: & quot, quã taque ma

la ſpes ſit in Iudæis, tum in hæreticis.

QVID in, & ex, ſupradictis Euangelij textibus ſic (vt oportuit) declaratis uides? Spem hæreticorum à ſpe Iudęorum figuratam, & in ipſa, cum ſuis eorundem hęreticorum ruinis maximis, ad uiuum depictam: maximis, inquam, ruinis, non tantum circa fidem bonoſque

 mores,

mores, ſed etiam circa perſecutionem ipſorum contra catholicos, deprauationemque ſcripturarum ab eiſdem factam contra Spiritumſanctum illarum authorem. Sperent ergo & ipſi hæretici ſpe ſua falſa, mala, & inani fiducia, in Moyſe, in Apoſtolo Paulo, in Chriſto, in Euangelio: & illos ſic ſperantes, confidenteſque Moyſes, Paulus, Chriſtus, Euangelium, accuſabit, quin etiam nunc accuſat. De quo accuſat? De iniuria multiplici ſubiipſis ſingillatim ab hæreticis illis enormiter facta: tum quo ad ea, quę fidei, tum ad ea, quæ morum, tum ad ea, quæ ſcripturarum, ſunt. Putabant (vt dixit textus) Iudæi illi, habere vitam æternam in ſcripturis. Bene putaſſent, ſi eas bene intellexiſſent. Nunc autem, quia eas male intellexerunt, ideò male putarunt, in cuius certum ſignum inde ſibi non uitam æternam, ſed damnationem perpetuam, acquiſierunt 2. Pet. 3. Sic ergo conformiter, ex eodem Euangelij textu, dic de hæreticis, quoniam putatio eorum de ſcripturis eſt erectio cornuum contra Eccleſiam Chriſti catholicam, & impoſſibile eſt, nõ adimpleri illud Pſal. ſeptuageſimuſquartus. Omnia cornua peccatorum. [Hi, anthonomaſice, ſunt hæretici] confringam, & exaltabuntur cornua iuſti. [Iuſtus, anthonomaſice, eſt Chriſtus Eccleſiæ ſanctæ ſponſus.

ANNOTATIO SEPTIMA. Cap. V.

SI AVTEM illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis? Hoc in loco Chriſtus loquitur de ſe, tanquam de minori, quam ſit Moyſes (ut patet penetrantibus hoc argumentum eius interrogatorium.) Eſt enim hic ſermo, ac ſi diceret. Si uos Iudæi nõ creditis Moyſi maiori, & maioris fidei, quam ego ſim, quomodo credetis mihi? Sciendum igitur, ne incidat quis in tam magnum errorem, tenendo ſcilicet Moyſen eſſe maiorem, & maioris fidei, quam Chriſtus, quod hic loquitur Dominus ad Iudæos ſecundum æſtimationem ipſorum (quod & ſupra cap. eod. faciebat dicendo, ſi teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum, non eſt verum,) qui tenebãt eum non ſolum multo minorem, minoriſque fidei, quam eſſet Moyſes, ſed etiam pro nihilo fere (ut patet ex plurimis Euãgelij locis) eum deridentes &c. peccatoremque maximum inter populum prædicantes. Exponendus ergo eſt ſic tex. Si literis Moyſi, ſcilicet tam grandis apud uos, non creditis, quomodo uerbis meis, ſcilicet qui tam paruus ſum apud uos, credetis? Hoc magiſtri ſui exemplo loquendi & Apoſtolorum princeps Chriſti primus Vicarius uſus eſt, quando dixit 2. Petr. 1. Habens firmiorem propheticum ſermonem. Voluit enim per hoc oſtendere, quod ſermo propheticus apud Iudæos, vtpote propheticis libris ab antiquo aſſuetos, erat firmior, quam ſermo Apoſtolicus, tanquam de recenti natus, non autem uoluit dicere, quod ſecundum rei ueritatem ſit ſic, cum illius oppoſitum eſſet dicendum. Apoſtoli namque primitias ſpiritus habebant Rom. 8. Et ideo ſermo eorum ſermoni cuiuſcunque prophetæ ueteris re uera antefertur, tanquam illo firmior. Nec illud firmitatis eminens priuilegium; quod eſt magna gloria Apoſtolorum, volebat B. Petrus per illa uerba minuere. Taceo, quod alium etiam ſenſum habent uerba illa 2. Pet. 1. Per firmiorem enim propheticum ſermonem intelligitur ſermo prophetæ per anthonomaſiam dicti, ideſt Dauidis. Nominatur enim abſolute Propheta, ſicut & D. Paulus per hoc nomen, Apoſtolus abſolute, ideſt nullo addito, deſignatur. Cæterum hæc uera expoſitio non ſeruit propoſito præſentis Euangelij, quemadmodum ſeruit prior illa, & propterea dixi, Taceo, quod alium, &c.

Ad Iudæos, Chriſtus ſæpè loquitur de ſe, ſecũdum opinionẽ Iudæorũ, nõ ſecundum rei ueritatem.

CAPI-

CAPITVLVM SEXTVM.

Poſt hæc abijt IESVS trans mare Galileę, quod eſt Tyberiadis. Et ſequebatur eum multitudo magna, quia videbant ſigna, quæ faciebat, &c. Subijt ergo in montem &c. Vſque in finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA. Cap. VI.

Miracula Chriſti fuerunt patenter vera, & in caſu neceſſitatis, & per virtutem diuinam facta: & tùm corporibus, tùm animabus, aſtantium fructuoſa, (vt ex his conditionibus manifeſta fiat differentia à miraculis Antichriſtorum, Matth. 24 Mar. 13. 2. Theſſal. 2.) Cum tamen eſſent tanta, Chriſtus non quæſiuit ex his honores mundanos, imo ſibi inde à toto populo oblatos conſtantiſſime de facto recuſauit. (Vt & hinc ab Antichriſtis mira facturis differre ſe, oſtendat.)

PROBATIO Concluſionis.

PRAESENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Videbant ſigna, quæ faciebat ſuper his, qui infirmabantur, & tex. cum vidiſſet, quia multitudo maxima, &c. vſque ad, fugit iterum in montem ſolus. Prima itaque pars, ſcilicet quod miracula Chriſti fuerint patenter vera, patet ex tex. vt autem impleti ſunt, & tex. Colligite fragmenta, ne pereant, collegerunt ergo 12. cophinos fragmentorum. Ex eo enim, quod comedentes de panibus miraculoſe factis per ipſam comeſtionem ſaturati fuerunt realiter (quod eſt, eos fuiſſe impletos, vt dicit textus) patet, quod panes illi per miraculum facti erant veri panes, in ſtomachum verè deſcendentes, ipſumque vere implentes: id quod eſt, miraculum illud fuiſſe patenter verum. Totus enim ille populus per experimentum ſenſibilis comæſtionis certiſſimè cognouit hanc miraculi veritatem. Rurſum. Ex eo, quod collegerunt fragmenta realiter 12. Cophinos implentia, quæ & diu cõſeruari poterant, & ad abſentes delata ad manducandum ſunt, miraculi facta eſt etiam realis probatio, & fama diffuſior. A veritate igitur, quæ Chriſtus eſt proceſſit miraculum verum, quoniam nullum mendacium, aut falſitatem, ſumma veritas in ſuis operibus committere poteſt. Hoc enim eſſet veritatem illam negare ſemetipſam, quod omnino impoſſibile eſt 2. Tim 2. De panibus autem & piſcibus præexiſtentibus ſibi ab Apoſtolo Andrea oblatis, facit miraculum, non quod materia ſubiecta indigeat, ſed nè creaturę videretur eſſe alienæ ab eius ſapientia, creaturis ipſis vtitur ad materiam miraculorum. Vlterius, hoc facto ſuo Chriſtus hæreſim Manichæi, quam præuiderat, damnat, oſtendens opere ſenſibili, quod creaturæ corporales non à Diabolo, ſed à Deo, non ſecundum ſe malæ, ſed bonæ, ſunt. Nam ſi à malo Deo (ſic enim ille Diabolum vocabat) viſibilia creata eſſent, boni Dei filius panes, piſceſque non multiplicaret: & ſi tales creaturæ eſſent ſecundum ſe malæ, non ſolum eas bonus Dominus non multiplicaſſet ſed potius diminuiſſet, aut penitus de mundo abſtuliſſet. Porro hanc miraculi veritatem pertractans, B. Chryſoſtomus

ſoſtomus

ſoſtomus ait. Vt autem impleti ſunt, &c. Vide: quanta eſt ſerui, & Domini differentia. Nam prophetæ, quaſi ex menſura habentes gratiam, ita miracula faciebant: Chriſtus autem abſoluta virtute faciens, cum multa ſuperabundantia omnia operabatur. Colligite, fragmenta, &c. Non quidem oſtentatio hæc ſuperflua fuit, ſed nè phantaſiam exiſtimarēt, quod factum eſt: propter quod etiam ex ſubiecta materia miraculum fecit. Sed quare non turbis dedit fragmenta portanda, ſed diſcipulis? Quia hos maxime erudire volebat, qui orbis terrarum debebant eſſe magiſtri. Ego autem non ſolum admiror multitudinem panum, quæ facta eſt, ſed etiam certitudinem ſuperfluorum. Quia neque plus, neque minus fecit ſuperfluum eſſe, ſed tantum, quantum volebat, ſcilicet duodecim Cophinos, ſecundum numerum duodecim Apoſtolorum. Hæc ille. Ex miraculo hoc denique tam verè, & tam abundanter perpetrato addiſcimus: non fieri puſillanimes in coarctationibus paupertatis, ſed maxima cum fiducia ſperare in Deum viuum, quoniam ipſi cura eſt de nobis 1. Petr. 5. qui adiutor eſt in tribulationibus, Pſalm. 45. cui non entia, vt entia, ſubſiſtunt, dum vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt Rom. 4. (vt de his tribus patet in hoc Euangelio.)

SECVNDA, ET TERTIA Pars Concluſionis.

SCILICET; Miracula Chriſti fiūt in tempore neceſſitatis, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Vnde ememus panes, vt manducent hi? Et tex. Ducentorum denariorum panes nō, &c. & tex. Qui habet quinque panes, & duos piſces ſed hæc quid ſunt inter tantos? Nam ex eo, quod dicit Chriſtus, vnde ememus panes, vt manducent hi, innuitur, quod turba illa non habebat, alimenta ſecum. Tanto enim deſiderio mota erat ad ſequendum Chriſtum, vt nullum, aut vix vllum, portauerit alimentum, ita vt de illa implicite dicat nunc ipſe id, quod in ſimili caſu de alia dixit explicite, Mar. 8. Ecce iam triduò ſuſtinent me, Nec habēt quod manducent. Taceo, quod interrogat etiam de hoc Philippum, vt appareat poſtea magnitudo miraculi. Nam, ſi ſimpliciter, ideſt ſine iſto, vel ſimili, addito factum eſſet miraculum, non tantum appareret. Nunc autem prius confiteri cogit inopiam, vt certius diſcas miraculi magnitudinem, & vt charius ſit omnibus miraculum fiendum. Chariora ſiquidem ſolent haberi ſubſidia illa, quæ nobis in maiori neceſſitate poſitis adueniunt, quā illa, quæ in minori. Rurſum. Ex eo, quod Philippus reſpondet, Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat, patet, quod pecunia ad emendum panes pro turba ſaturanda deerat. Sicut ergo prius ex interrogatione Domini patuit neceſſitas à parte turbarum: ita nunc ex reſponſione diſcipuli patet neceſſitas à parte pecunię. Defectus ergo panum inſinuatur adeſſe per Dominum inquirentē: defectus autem pecuniarum per diſcipulum reſpondentem. Philippi enim reſpōſum tale eſt: ac ſi apertè diceretur ab eo. Pauperes ſumus, Domine; & tantā pecuniam, ſcilicet ducentorum denariorum, non habemus, & dato etiam, quod hanc haberemus, non ſufficeret adhuc pro huius maximę multitudinis refectione. Deſperatus igitur erat caſus iſte, ſi ad pecuniam diſcipulorum reſpiciebatur: ſicut, & deſperatus fuerat, quando ad alimenta à turbis illis habita intentum ferebatur. Rurſus. Ex eo, quod Andreas dicit, ibi eſſe ſolum quinque panes, duoque piſces, quod pro nihilo ad paſcendum tantam multitudinem reputatur, patet, quod neceſſitas maxima aderat ex parte modicitatis cibi inter illos reperti. Deſperatus ergo etiam erat caſus iſte: ſi ad cibum actualiter ibi inuentum conſiderabatur. Neceſſitatem igitur triplicem, quæ, & humanitus deſperationem ſapiebat, vides hic pro faciendo miraculo concurrere. Hinc addiſcas: ideo Chriſtum miraculum non feciſſe ad ſuaſionem Diaboli, Matth. 4. neque Herodis, Luc. 23. neque Scribarum, & Phariſæorum, Matth. 12. 16. neque curioſorum hominum nunc temporis, cum diuite Epulone dicētium, Luc. 16. ſi quis ex mortuis, &c. ideſt miracula petentium, quoniam extra tempus neceſſitatis diuina ſapientia, quæ

Dominus aſcēdit ſuper occaſum Pſal. 67. hoc eſt quando res humanitus eſt deſperata addiuuat mirabiliter nos, &c.

ſemel

Digitized by Google

ſemel pro ſemper dixit, Eccl. 3 omnia tẽpus habent, & cap. 8. omni negocio tem pus eſt, & opportunitas, miracula non operatur, & in nullo illorum caſuum, ſcilicet Diaboli, Herodis, &c. erat, nec eſt nunc, talis neceſſitas. Hinc quoque videre eſt, quod Deus abundantia pietatis ſuæ, & merita ſupplicum excedit, & vota (vt Eccleſia in quadam collecta dicit:) quoniam ad hoc vniuerſaliter ſignificandum, nunc ſupra id, quod tum à Philippo, tum ab Andrea ſperabatur, largitus eſt, & eis & alijs ſuam largam benedictionem in paſtu miraculoſo. Conuenienter ergo ad hunc, & alios ſimiles ſcripturarum textus, locutus eſt Apoſtolus, quando de Deo dixit, Epheſ. 3. Potens eſt, omnia facere ſuperabundanter, quam petimus, aut intelligimus.

DE tertia autem parte concluſionis probanda, ſcilicet quod Chriſtus per virtutem diuinam faciebat miracula, non oportet multum laborare. Nam ex textu dicente, quod Chriſtus acceptis panibus gratias egit, conſtat aperte, quod ipſe ad Deum patrem pro multiplicatione ciborum recurrebat. Et quid eſt hoc: niſi, quod per virtutem diuinam erat miraculum facturus, proteſtari? Quoniam igitur proteſtatio hęc publicè coram tot, tantiſque hominibus facta eſt (vt patet ibi:) ideo inexcuſabiles omnino ſunt, & ab vniuerſis hominibus illis etiam condemnandi, omnes tum Scribę, & Phariſęi, tum Gentiles Tyranni, tum alij quicunque fuerint, qui Chriſtum (à ſimili, intellige, & Chriſtianos, vt Chriſtianos) per artem magicam, hoc eſt, interuentu Diabolicæ virtutis, operatum fuiſſe aliquando miracula dixerunt. Aliquando, inquam, quia hæc textualis probatio de miraculis, extenditur virtualiter ad omnia alia miracula à Chriſto facta. Id quod optime declarat B. Chryſoſtomus, cum examinans hunc locum dicit. Sed quare paralyticum debens ſanare non orat, neque ſuſcitans mortuos, neque mare quietans: hic autem orat gratias agẽs? Vt oſtendat: eos, qui comeſtionem incipiunt, gratias agere oportere Deo. Sed & aliter. In minoribus maxime orat: vt diſcas, quod non propter indigentiam orat. Si enim indigeret orare: multo magis in maioribus hoc feciſſet. Quia verò illa ex authoritate facit: manifeſtũ eſt, quod hic, condeſcendendo nobis, orat. Et adhuc. Quoniam turba multa erat præſens; oportebat eis ſuaderi, quod ſecundum voluntatem Dei aduenerat. Et ideo cum faciebat miraculum, coram multis orabat: ne crederent, quod eſſet Deo contrarius. Hæc ille. Quin, & ipſe Chriſtus de verbis operibus ſuis omnibus etiam miraculoſis idem, ſcilicet, quod per virtutem diuinam illa faciat, teſtatur dicens; Ioan. 14. verba, quæ ego loquor vobis, à meipſo non loquor. Pater autem in me manens, ipſe facit opera. Notabis denique, quod Chriſtus gratias agit, antequam faciat miraculum, vt per hoc ſignificet, quod petitio futurorum debet ex gratitudine præteritorum conſurgere, & conſequenter ab oppoſitis, ꝙ ingrati de præteritis merentur per hoc, non accipere beneficia futura. Gratitudo igitur (vt ex textu conſtat) aperit os, & ſpem, in oratione: ingratitudo autem vtrumque claudit.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET; Miracula Chriſti tum corporibus, tum animabus aſtantiũ erant fructuoſa, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Videbant ſigna, quę faciebat ſuper his, qui infirmabantur, & tex. Illi ergo homines, cum vidiſſent, quod fecerat ſignum, dicebant, quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundũ & tex. venturi eſſent, vt facerent eum regem. Ex eo enim, quod faciebat ſigna ſub oculis omnium manifeſta (ad tollendum omnem ſiniſtram ſuſpicionem) ſuper his, qui infirmabãtur, patet, quod miracula illa erant fructuoſa corporibus. De ſignis namque circa corpora factis eſt hic ſermo, puta, quod cæcos illuminabat, ęgrotos ſanabat, alioquin turbę oculis corporalibus non vidiſſent ſigna hęc. Vbi nota, quod textus iſte valet quoque ad probandum concluſionis tertiam particulam prędictam: Nam miraculoſę ſanitates corporeę, quę ad reducendum, & ſanatos illos, & aſtantes in Deum (quales fuiſſe omnes huiuſmodi ſanita-

tes

tes à Chriſto collatas: conſtat ex Euangelio paſſim) fieri non poſſunt, niſi virtute diuina. Impoſſibile enim eſt: quod Diabolus per aliquod opus à ſe in toto, vel in parte, factum, intendat reducere homines in Deum. Id quod patet non tantum ex obſtinatiſſima voluntate Diaboli in malo 1. quæſt. 64. art. 2. Sed etiam ex hoc, quod Chriſtus loquendo de ſanitatib. corporalib. in tali ſenſu, i. ad reducendum homines in Deum collatis, dicebat, Marc. 3. Quomodo poteſt Satanas, Satanam eijcere? Nunquam enim, volens, agit ad deſtructionem regni ſui, ideſt malitię, (vt inde, & ex Matth. 12. Luc. 11. habetur:) & per conſequens ſemper agit ad abducendum homines a Deo tantum abeſt, vt aliquando agat ad reducendum illos in Deum. In cuius euidens ſignum eſt etiam, quod ipſe Diabolus firma voluntate ſemper vult, votiſque omnibus deſiderat (ſicut, & alij damnati) omnes in ęternum damnari 3. de Sacram. Addition. quæſt. 98. art. 4. Videbant, ſigna, quæ faciebat. Miratur B. Chryſoſtomus ſuper hunc locum, & dicit. Tanta doctrina potientes, a ſignis magis mouebantur, quod groſſioris mentis erat. Signa enim (vt ait Paulus) non ſunt data fidelibus, ſed infidelibus. Sapientiores autem erant illi, de quibus in Luca dicitur, quod ſtupebant in doctrina eius. Sed quare non dicit, quę ſigna videbant eum facientem? Quoniam hic Euangeliſta maiorem partem libri, in ſermonibus Domini, conſumere ſtuduit. Hæc ille.

RVRSVM. Ex eo, quod illi homines, viſo, ideſt experientia ſenſibili comprobato, miraculo & dixerunt, eum eſſe vere prophetam, qui expectabatur venturus in mundum. & voluerunt, eum ſuper ſe facere regem, patet, quod miracucula à Chriſto facta animabus hominum fuerunt fructuoſa. Ecce, ex vno illo miraculo duplex animarum cauſatur fru-
Primo. ctus: & vterque mirabilis. Primus eſt fides, confeſſioque fidei, magna, quod Ieſus ille Nazarenus erat verus Meſſias in lege promiſſus, venturus in mundum. Ad hunc, ſcilicet ſaluandum à morte peccati, & paſcendum cibo ſpirituali: Expoſitionem enim iſtam colligimus ex materiali motiuo turbarum; Spiritusſancti impulſu talem fidei confeſſionem facientium materiale motiuum fuit cibus corporalis, quo à morte corporali ſunt pręſeruati (in cuius ſignum, in quodam ſuo ſimili dicitur, Mar. 8. ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via:) quod quidē motiuum materiale ſi à motiuo ſpirituali ſuperaddito, ideſt à Spiritusſancto eleuatum ad altiora conſideremus, parturit expoſitionē pręmiſſam, ſcilicet quod mors corporalis ſignificabat mortem animæ per peccatum, cibuſque corporalis cibū ſpiritualem (Hic eſt verbum Dei, ideſt diuinarum ſcripturarum, gratia eius, & Euchariſtia:) & ex conſequenti, quod ille propheta venturus erat ad mundum tum à morte peccati ſaluandum, tum cibo ſpirituali paſcendum. Hic eſt (inquiunt) vere propheta, &c. Ex hoc, quod addunt, Qui venturus eſt in mundum, oſtenditur manifeſte, quod non de quocunque ordinario propheta (qualis fuerat Iſaias, Hieremias, Baruch, &c.) Sed de quodam principali, quem expectabant, loquuntur. Ad quod ſignificandum etiam valet articulus, qui in textu Gręco apponitur huic dictioni, Propheta: ac ſi ad literam dicatur, Propheta ille, diſcretus ab alijs prophetis. Vnde B. Aug. inquit. Sic autem propheta eſt Chriſtus, & Dominus prophetarum, ſicut eſt Angelus & Dominus Angelorum. Ex eo enim, quod præſentia annunciauit, Angelus erat, ex eo, quod futura pręđixit, propheta erat, ex eo, quod Verbum caro factum eſt, & Angelorum, & prophetarū
Dominus erat. Nullus enim propheta ſine Verbo Dei. Hæc ille. Secundus ex *Secundo.*
miraculo ſequens animarum fructus grādis eſt excellentiſſimi honoris exhibitio: quam Chriſto ipſi deferre ſtatuerant. Determinarunt enim eum inthronizare, tanquam verum regem in hoc errabant, quod Meſſias eſſet verus rex, quandoquidem de illo ſcriptum eſt, quod & ipſi forte audierant, Hierem. 33. Suſcitabo Dauid germen iuſtum; & regnabit rex, ſed tamen in hoc alio errabant, quod regnū ipſius Meſſię more humano, & à ſeipſis intelligendum, & ab illo adminiſtrandum putarunt. Ideo Chriſtus, vt oſtenderet facto ſuo iſtam ſecundam turbarū opinio-

opinionem eſſe erroneam, tanquam veræ ſcripturarum literæ verum ſenſum nõ tenentem; fugit in montem, ne taliter fieret Rex, idest ne talis futurus rex, Meſſias verus crederetur. Reliquit autem ex hoc ſuo facto intelligendum ab oppoſitis, quod falſus Meſſias, idest Antichriſtus, mundanum regnum mundiali pompa intellectum, & adminiſtratum, non fugiet, ſed ambibit, non oblatum quæret, & oblatum libenter acceptabit.

QVINTA PARS Concluſionis.

SCILICET; Chriſtus ex miraculis ſuis non quæſiuit honores mundanos, imo ſibi inde à toto populo oblatos conſtantiſſime de facto recuſauit (vt & miracula ex prioribus, & facta, Chriſti ex nunc dictis, differre ab Antichriſtorum mirandis, ſtendiſque agnoſcas:) demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Cum cognouiſſet, quod venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem, ipſe ſolus. In quo Domini facto multa ad propoſitum includuntur. Primo: quod auidiſſimum ſe ad reſpuendum honores, monſtrauit. Hoc enim importatur in hoc verbo, fugit in montem. Vide. Non dicit, iuit, ſed fugit, idest velociter iuit: nec dicit, fugit in planum, vel deorſum; ſed, fugit in montem. Ita quod, & motus velocitas, & alta itineris aſperitas, declarant quanto deſiderio vitandi pompam mundanam teneretur Dominus. Nec tñ ſibimetipſis de cadendo in vanæ gloriæ, vel alterius inordinationis peccatum ex acceptatione regni timebat, cum omnino impeccabilis eſſet, ſed noſtræ inſtructioni ſtudebat, vt ſcilicet in ſeipſo doceret nos; & quam periculoſus ſit, plus tamen ac minus ſuperioritatis locus, & quanta auiditate, ſolicitudineque ſit à nobis vitandus. Secundo: quod ita remotus erat Dominus ab omni deſiderio, & omni etiam ſpecie, mundialis honoris, vt à turbis quoque communiter hoc de ipſo cognoſceretur. Ex hac enim de eo cognitione moti homines iſti, qui eum regem

Pericula magna re ctorib imminere, fuga Christi præſens denotat.

Primo.

Secundo.

facere volebant, decreuerunt rapere, & vi quadam inuitum illum trahere ad hanc honoris dignitatem. Hanc namque Domini noſtri continuam humilitatem non tantum cordialem, ſed etiam exteriorem fuiſſe cognitam à turbis propterea que eas fuiſſe arbitratas, eum dignitatem illam (quamuis in mundo maximam) non acceptaturum; beatiſſimus Euangeliſta Ioannes annotauit, nobiſque patefecit, per illud verbum, Raperent. Ac ſi dictum ab eo ſit: Niſi populi illi ſciuiſſent, Chriſtum præ maxima eius humilitate recuſaturum omnino ipſam, quam ei conferre volebant, regiam dignitatem, non fuiſſet opus, vt inter ſe ſtatuerent, ſicut ſtatuerunt, rapere illum. Sufficiſſet enim tunc dimittendo verbum, Raperent, dicere in textu. Cum cognouiſſet, quod venturi eſſent, vt facerent eum regem. Ad quid enim addere raptum, ſi non adeſſet oppoſita reſiſtentia? Nam raptus proprie ſecundum ſe, idest vt raptus eſt, dicit coactionem eius, qui rapitur. Cogitur vero ad aliquid faciendum ille, qui voluntatem repugnantem habet, idest qui non vult abſolute facere illud; non autem ille, qui voluntatem promptam, vel ſaltem indifferentem, habet ad illud, ad quod vocatur. Vide hic quam differenter ſe habet Dominus ad glorias mundanas, & ad ignominias etiam vſque ad mortem crucis, vt & hinc addiſcas, quam differenter nos eius ſeruuli habeamus noſmetipſos ad ipſum Dominum. Regalis gloria offertur hic Domino, ipſam toto animo recuſat, ita vt ad eam illum rapi oporteat: nec tamen rapi ad eam ſe patitur, quia fugit in montem. Mortalis ignominia offertur eidem Domino, Ioan. decimo octauo, ipſam toto animo acceptat; ita vt ad eam illum cogi non oporteat: quoniam coactiuus raptus ad eam ibi à ſeipſo manifeſte excluditur, vbi ignominiam tantam ſibi offerentibus ſe primus oſtendit. De modo, quo Dominus ad regalem gloriam ſe habuit legitur hic; Cum cognouiſſet, quod venturi eſſent, vt facerent eum regem fugit: de modo autem, quo ad multiplicem, mortalemq; crucis, ignominiam ſe habuit, legitur capit. 18. Ieſus itaque

Humilitatis magnæ virtute in Chriſto eſſe populus nouit.

itaque ſciens omnia, quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit, & dixit eis. Quem quæritis? Ab honore ergo mundiali maximo, vt præuidebat, offerēdo ſeipſum veloci motu, quamuis arduo, elongauit penitus; vt non inueniretur; ab ignominioſis autem paſſionibus maximis vt præuidebat, offerendis ſeipſum non modo nō elongauit, ſed etiam eis, vt facillime inueniretur, obuiam iuit.

EIVSDEM REI Proſecutio.

Tertio. TERTIO in illo Chriſti facto, poſito in huius probationis principio, includitur: quod eos, qui ad ſui exempli imitationem glorias mundanas vere fugerent, Chriſtus demonſtrauit fore, ſic raros, vt comparatiue ad appetituras illas ſint nullus. Vbi hoc à Domino demōſtratur in textu? Ibi: Fugit, ipſe ſolus. Ad gloriam ſiquidem illam efficaciter declinandam nobiſque talem declinationē eius notificandam ſufficere videtur, Euāgeliſtam dixiſſe, fugit in montem: & ideo eundem ad connotandum etiam aliquid aliud dicimus ſignificanter appoſuiſſe, hoc, ſcilicet, ipſe ſolus. Quid verò ſit illud aliquid aliud, conſtare iam poteſt ex contextu, iuxta veram eius declarationē ſuperius factam. Si enim illa fuga voluntaria Domini in montem ſignificat ad literam animum eius totaliter elongatum ab honoribus mundi (vt vere ſignificat) ſequitur, quod illud ipſe ſolus, conſignificet ad literam, rariſſimos, & reſpectiuè nullos, fore, qui tale Dominicum contemptus mundi vere imitentur exemplum.

Quarto. Quarto ibidem (vt ſupra) includitur, quod per illud factum Chriſti expoſita fuit prophetia illa de Iechonia, qua dicitur, Hierem. 22. ſcribe virum iſtum, ſterilem, non enim erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſoliū Dauid. Potuiſſent forſan quidam ad ſuperficiem huius prophetiæ reſpicientes negare Chriſtum eſſe de ſemine Dauid per Iechoniam (vt ſcriptū eſt Matth. 1.) dicentes, quod Iechonias futurus erat ſterilis in hoc ſenſu à Hieremia ibi per coniunctionem. Enim, deſignato, ſcilicet quod de eius ſemine nullus ſederet ſuper ſolium Dauid ideſt nullus foret rex, Subinferrent namque. Nonne Chriſtus eſt rex? Vtique iuxta illud, Hierem. 33. Suſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex. Nonne Chriſtus ſedit ſuper ſolium Dauid? Vtique iuxta illud, Luc. 1. Dabit illi Deus ſedem Dauid; & illud, Iſai. 9. ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius, ſedebit. Ideo ne accideret tam grauis error contra Chriſti genealogiam ab Euangeliſta Mattheo deſcribendam, voluit ipſemet Chriſtus verum ſenſum illius prophetiæ, quatenus videtur in contrarium aperire in facto ſuo perſonali. Verus ergo ſenſus verbi illius prophetici. Non erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, eſt: quod nullus vir à Iechonia deſcendens erit rex ſecundum pompam ſecularis honoris regnans. Sic ergo per Chriſtum expoſita prophetia, ſtant bene ſimul hæc omnia, ſcilicet Chriſtus deſcendit à Dauid per Iechoniam, & Chriſtus nunquam ſedit ſeculari pompa ſuper ſolium Dauid [Nonne hoc mōſtrat ipſe per illud, Ioan. 19. Regnum meum non eſt de hoc mundo?] Chriſtus eſt rex ſpiritualis, & ſedet ſpirituali regimine, ideſt per fidem, & charitatem, aliaque dona ſpiritualia, & virtutes (vt patet) ſolium Dauid, ideſt ſuper fideles. Nam, quod veri fideles ſint intelligendi per ſolium, ſeu domum, Dauid: patet ex illo dicto prophetæ Nathan ad Dauid, iuſſu Domini 2. Reg. 7. Prædicit tibi Dominus: quod faciat tibi: & fidelis erit domus tua, & regnum tuū vſque in æternum ante faciem meam: Itē ex 1. Paralipom. 17. Annuncio tibi, qđ ædificaturus ſit tibi Dominus domum: & thronus tuus erit firmiſſimus in perpetuum. Porrò de regno Chriſti non tantum vt Deus, ſed etiam vt homo eſt, & temporali quoque (licet non ſeculari pompa) authoritatiue, ſed ipſo volente, non executiue, vide Elucidationes ſuper tertio de Sal. quæſtio. trigeſima quinta, artic. ſeptimo vbi multa pulcherrima de Chriſto homine in ſcripturis fundata circa talem materiam reperies, in notationibus omnibus ante argumenta.

Reſponſio optima ad dubiū præcedens de Iechonia, &c.

D V-

DVBIORVM SOLVTIONES.

CAETERVM, dicet aliquis. Quare Chriſtus noluit executiue habere regnum temporale in mundo (vt patet in textu?) Reſp. Ad hoc quæſitum reſponſio mutuanda eſt ex illo eius dicto, cap. 5. claritatem ab hominibus non accipio. Sicut enim ibi dictum fuit, quod ideo ab hominibus non accipit claritatẽ, quia claritas humana illo indigna eſt, ideſt ad illum; qui eſt claritate diuina plenus, nihil penitus eſt; ita hic reſpondendum eſt, quod ideo regnum temporale ſeculari pompa adminiſtrandum (Hoc eſt habere executiue illud) noluit acceptare, quia talis dignitas eſt illo indigna ideſt ad ipſum, qui diuinam dignitatem habet nihil omnino eſt. Nunquam autem Chriſtus fecit, imo nec facere poteſt, inconuenientia: ideo talem inconuenientiam in ſeipſo admittere, penitus recuſauit. Præterea, Chriſtus acceptare noluit dignitatem illam, quia talis regni acceptatio erat contra principalem finem intentum ab ipſo, & per conſequens ipſum deſtruxiſſet illum. Nam principalis finis, quem Chriſtus in hoc ſuo primo aduentu in mundum intendebat, fuit iſte ſcilicet, & quod ſubijceret ſibi mundum (id quod maxima eſt mundi perfectio) per fidem virtute diuina, & quod ab hominibus vere agnoſceretur eſſe diuina virtute factum. Si autem tale regnum, aliquando exercuiſſet: putaſſent faciliter homines (maxime cum ſemper ad malum de proximis credendum procliuiores ſimus q̃ ad bonum. Geneſ. 8.) qđ nõ virtute diuina, ſed induſtria humana (puta, diuitijs, honoribus, muneribus, terroribus promiſſionibus terrenis, vel armorum, & ſatellitum, potentia) mundũ ad ſui ſequelam traxiſſet, & votis ſuis in omnibus, ac per omnia, obedientem feciſſet. Nunquid non igitur vides, quod ex dominio ſeculari ſecularitater adminiſtrato deſtructus fuiſſet omnino finis principalis, ad quem exequendum venerat Chriſtus? Sapientiſſime ergo fecit, dum & tale regnum tam conſtanter tota auiditate (vt patet ex hoc textu) recuſauit, & paupertatem, viaſque omnes mundialibus deſiderijs contrarias (vt per totius Euangelij decurſum patet) elegit totaque ſolicitudine ad vnguem in tota vita ſua operib. ipſis vſq; ad mortẽ fortiſſimè cuſtodium tenuit, & ad hãc humillimã, arctiſſimãq; viã currẽdã, vt gigas exultauit Pſ. 18. Si vero inſtet quis iterũ dicẽs, ꝙ dr̃ de Chriſto Matth. 14. Dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus orare. Vbi nulla mentio fit de fuga. Cur ergo Ioannes de fuga meminit, nihil de oratione dicẽdo? Reſp. Euangeliſtæ, Spirituſancto duce, ſibi inuicem ſæpe deſeruiunt hoc modo, vt quod vnus de eodem facto ab alijs narrato explicite dicit, alius id ſub ſilentio tranſeat de implicita eius tantũ commemoratione contentus. Id quod nullam ipſorum realem differentiam dicit: ſed magnam in textura eiuſdem hyſtoriç prouidentiam. Addit tamen, in hoc particulari caſu, aliam reſponſionẽ B. Aug. in libr. de conſenſu Euang. dicens Non repugnat, quod Matthæus dixit: Aſcendit in montem ſolus orare. Neque enim cauſa orandi contraria eſt cauſç fugiendi. Quandoquidem & hinc Dominus doceat: hanc eſſe nobis magnam cauſam orandi, quando eſt cauſa fugiendi. Hæc ille. Qui & hic præſentem locum noſtri Euangeliſtæ examinans inquit. Erat autem rex, qui timebat fieri rex. Nec talis rex, qui ab hominibus fieret: ſed talis, qui hominibus regnum daret. Semper quidem ille cum Patre regnat, ſecundum quod eſt filius Dei. Prædixerunt autem prophetæ regnum eius, & ſecundum qđ homo factus eſt Chriſtus, & fecit fideles ſuos Chriſtianos, qui ſunt regnum eius: quod modo colligitur, modò ſanguine Chriſti emitur. Erit autem aliquãdo manifeſtum regnum eius: quando erit aperta claritas ſanctorum eius, poſt iudicium ab eo factum. Hęc ille.

EX prçmiſſis ergo omnibus probatis partibus concluſionis, patet ab oppoſitis oppoſitorum Chriſto, ideſt Antichriſtorum conditio, tum in ſuis perſonis, tum in ſuis factis (vt in eadem capituli cõcluſione tangebatur.) Quo ad perſonas eorum quid patet? Quod Antichriſti omnes, vt antichriſti, erunt ſpiritus ſuperbiæ, & vanç gloriç, regnandique ſuper alios, tumidi. Nec fugient orando, nẽ ſibi dentur honorabiles gradus, ſed è contrario,

Epilogus de conditionibus Antichriſtorum.

contrario. De operibus ſuis, quandoque (Deo permittente) mirandis auram popularem deſiderabunt, & quærent, habere. Quo ad facta eorum quid ex pręmiſſis, per oppoſitum, patet. Quod mira, quæ aliquando Matth. 24. Mar. 13. 2. Theſſa. 2. facient, non erunt vera miracula: cum nec Angeli ſiue boni, ſiue mali, poſſint facere miracula ſimpliciter ideſt miracula, quæ ſecundum rei veritatem ſint miracula, 1. quæſt. 110. art. 4. & quæſt. 105. artic. 7. nec erunt per diuinam virtutem facta, nec erunt animabus hominum vllo tempore, nec corporibus finaliter proficua, nec in caſu ſolum neceſſitatis fient, ſed pro quadã vere inutili curioſitate.

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD miracula Chriſti, quæ in Eccleſia ſunt pro talibus acceptata non ſunt falſa, ſed vera ſimpliciter, ideſt ſecundum rei veritatem miracula, vide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis, &c. declaratum eſſe, in Elucidationibus pri. par. articulorum num. 518 & 2. 2. articulorum num. 844. & 3. de Sal. artic. nu. 146. 241. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Exod. 18. concl. 2. & Numer. 14. concluſ. 3. Quod miracula Chriſti, imo & ſanctorum Chriſti, nullo modo virtute Diabolica (vt blaſphema ſunt quidam Antichriſti) ſed virtute diuina ſunt facta: vide ex ſacroſanctis, &c. in omnibus locis: vbi ſupra. Item 3. de Sal. q. 43. art. 2. & q. 44. art. 4. Quod Chriſtus debuerit viuere abiecte in hoc mundo, non autem in diuitijs & honore: vide, ex ſacroſ. &c. in 3. de Sal. q. 40. art. 3. videbis quoque ibid art. 1. quod faciet ad intelligendum illum textum. Ipſe ſolus, & articul. ſecundo, quod facit ad textum de panibus etiã à Chriſto aliàs viuente vitam communem ſumptis: & art. 4. quod faciet ad tex. Erat paſcha Iudęorum, quando, ſcilicet Chriſtus factus ſub lege, Galat. 4. non iuit ad templum in Hieruſalem.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. VI.

CHRISTVS de Cælo deſcendit; vt eſſet panis noſter, ideſt vt nos per ſui comeſtionem aſcenderemus in cælũ, quæ comeſtio eſt duplex, ſcilicet ſpiritualis, & ſacramentalis, in quo quidem ſacramento comeſto. [Hoc vocatur, Euchariſtia] tria ſunt, ſcilicet id, quod eſt ſolummodo ſacramentum, & id quod eſt res ſignificata ſimulque realiter contenta, & id quod eſt res ſignificata, ſed non contenta.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Ego ſum panis vitæ de cęlo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur; & tex. Panis, quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita, & tex. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam ęternam, & tex. caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Prima itaque pars, ſcilicet Chriſtus de cęlo deſcendit, vt eſſet panis noſter, ideſt vt nos per ſui comeſtionem aſcenderemus in cælum, patet ex eo, quod & in tertia perſona, ſeipſum ſignificans, dicit, Panis verus eſt, qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo, iterumque, Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur: & in prima perſona, idẽ confirmans, ait, ego sũ panis viuus, qui de cælo deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum. Exponitur enim ſic ille tex. Panis ver. eſt, qui de cæl. deſce. & dat. ideſt ad hoc, vt det, vitam mundo: item ille alius: Hic eſt panis de cęlo deſcendens, vt ideſt ad hunc finem, vt ſi quis ex ipſo manducauerit non moriatur: & ad talem ſenſum reducitur ille tex. Ego ſum panis viuus, qui &c. Ad quorum textuum aliorumque ſimilium de pane illo tractantiũ intelligentiam, ſciendum eſt; quod panis iſte, qui eſt animarum cibus, eſt Chriſtus principaliter quidem ratione deitatis, ſecundario autem ratione aſſumptæ huma-

Digitized by Google

manitatis, quæ pro cibo nobis ab ipſo datur in Sacramento Euchariſtię. Ideo in capituli concluſione CHRISTVS, quo ad rationem vtramque ſumebatur; ſicut & per totam eiuſdem concluſionis ſeriem prudens lector aduertere poteſt maxime ex ſucceſſiue, ſecundum ordinem dicendis coadiutus.

Panis in textu intelligitur vere eſſe duplex.

EX TEXTVVM verò Euangelij ordinatione ſeruata ab Euangeliſta habetur præmiſſa panis intelligentia duplex. Nam prius de pane illo, ratione deitatis Chriſti, agitur ibi, Amen, Amen dico vobis non Moyſes, & cætera poſtea ratione aſſumptæ humanitatis, ibi; Panis, quem ego dabo, Caro mea eſt; CHRISTVS ergo prius de ſe pane, vt Deus eſt, quam excellentes conditiones habeat oſtendit dicens: Amen, Amen dico vobis: non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed pater meus dat vobis panem de cęlo verum. Panis enim verus eſt: qui de cęlo deſcendit, & dat vitam mundo. Ego ſum panis vitæ: Qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet in ęternum. Qui videt filium, & credit in eum: habet vitam ęternam. Ego ſum panis vitę. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto? & mortui ſunt. Hic eſt panis de cęlo deſcendens: Vt, ſi quis ex ipſo manducauerit non moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Ecce; quot, & quantas, excellentias habet hic panis, in infinitum ſuperantes excellentiam præcipui panis dati patribus antiquis, ideſt mannæ. Dicit igitur. Non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ideſt panem illum inſignem, qui in ſummo habet proprietates panis, abſque defectu. Nam in textu Gręco apponitur articulus dictioni, panem. Patet autem ex multoties dictis, quod articulus denotat quid maximæ eminentiæ in genere illius rei, cui apponitur. Vt. Chriſtus eſt agnus ille, eſt paſtor ille, eſt panis ille, ideſt eſt agnorum omnium præcipuus, ideſt ſacrificiorum excellentium (nam ſacrificabantur quotidie duo agni. Exod. vigeſimo nono. Numer. vigeſimo octauo.) ſacrificium excellentiſſimum, item eſt paſtorum quorumcunque bonorum paſtor optimus, item panum omnium pro officio panis exequendo eſt panis præſtantiſſimus: Per ipſum igitur textum CHRISTVS non negat, panem fuiſſe datum, ideſt manna, à Moyſe: ſed negat, panem illum inter omnes magis in officio panis manducantibus præſtando inſignem eſſe ab ipſo datum, ſicut etiam ibidem non negat, quod panis datus à Moyſe fuerit de cęlo, ſecundum quid dicto, ideſt aereo, ſed negat, quod fuerit de cęlo ſimpliciter dicto, ideſt empyreo. Deſcendebat ſiquidem manna, ſicut ros. Exod. decimo ſexto. Numer. vndecimo: Et ideo non poterat eſſe de cælo ſydereo, & multo magis de empyreo, ſed tantum de aereo. Quocontra pater meus (inquit) dat vobis de cęlo empyreo, imo ſupraempyreo, ideſt de cęlo ſummæ Trinitatis, panem verum, ideſt non figuralem, ſicut manna, ſed figuratum. Ex hoc textu patet, quod figura licet non ſit quid falſum, ſed in ſe ſit quid verum tamen comparatiuè ad figuratum illa (quamuis numquam ſit falſa) non meretur nomen veri, ideſt abſolute vocari verum, ſeu veritas: quoniam talis nomenclatura reſeruanda eſt figurato (vt habetur hinc, & ex capitul. primo. Veritas per IESVM CHRISTVM facta eſt.) Quomodo igitur nominanda tunc erit figura? Nomine rei. Vt. Agnus: Petra: Panis, Vitis.

Nomē, veri, abſolute cui conueniat.

NAM figurato poſt modum vltra nomen rei additur nomen veri. Vt CHRISTVS eſt agnus verus, Petra vera; Panis verus; Vitis vera, Ioannes decimo quinto. Panis (inquit) verus eſt: qui de cęlo deſcendit, & dat vitam mundo. Huic etiam dictioni, Panis, apponitur articulus in textu Græco: ex quo ſignificatur, quod hic loquitur de pane eodem modo accepto, quo locutus fuerat ſupra, Non Moyſes dedit panem, & cætera. Hanc ſententiam in tertia perſona dictam intelligit de ſeipſo (vt ipſe poſtea applicando dicit:) quin, & Iudæi

Digitized by Google

ſic eam intellexerunt, cum infra dicant. Nonne hic eſt filius Ioſph, cuius nos nouimus patrem, & matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cælo deſcendi? Porro de cælo deſcendit Chriſtus, & vt Deus, non localibus greſſibus, ſed vniendo ſibi naturam humanam (ipſa namque carnis in terra aſſumptio eſt deſcenſus de cælo, ideſt de ſumma celſitudine. Vnde hanc aſſumptionem vocat Apoſtolus exinanitionem cum dicit, Philip. ſecundo. Exinaniuit ſemetipſum:) & vt homo, tum quia anima humana de cælo, ideſt à Deo, qui in cælis eſt, venit immediate, ideſt ab ipſo ſolo de nouo, cum prius non eſſet, infundendo in corpore de nihilo creatur, tum quia virtus formatiua corporis Chriſti fuit de cœlo, ideſt à Spirituſſancto. Quemcunque enim effectum producit Deus, cauſis ſecundis mediantibus, poteſt etiam producere ſine illis (quod & phyloſophia docet:) vnde qui mediante cauſa efficiente, ſecunda.i. ſemine virili producit aliorum hominum corpora, ipſemet abſque tali cauſa ſecunda produxit effectiue, & quidem facillimmè, corpus Chriſti: id quod eſt facere, quod virgo remanens totaliter virgo concipiat prolem.

Quicquid medijs cauſis ſecundis facit Deus poteſt facillime facere ſine illis.

DAT (INQVIT) vitam mundo. Dat vitam, ſcilicet ſimpliciter dictam, ideſt non morti commixtam, ideſt non mortalem, ſed immortalem. Dat, ideſt continue influit. Si enim, vel ad modicum ſubtraheret Deus manum ſuam ab habente gratiam aut gloriam (quæ illa vita eſt,) ideſt non continuaret iugiter influxum ſuum talem, ſcilicet gratioſum, aut glorioſum, habens gratiam ſubito perderet eam, & ſimiliter habens gloriam ab ipſa ſtatim caderet. Mundo: hoc oſtendit, illum panem dari ſine acceptatione perſonarum, cum toti mundo manducandus proponatur, & eſſe inconſumptibilem cum pro toto mundo cuiuſcunque differentiæ temporis, atque durationis (in altero enim mundo à comprehenſoribus ſingulis, ſine Sacramento, comedetur ſine fine) abundanter ſufficiat. Ideo textus dixit, Mundo non limitando locum, nec tempus, nec durationis ęternitatem.

QVI VENIT AD ME, NON eſuriet, &c.

ADHVC de ſua Deitate loquitur CHRISTVS ideſt de ſeipſo, vt Deus eſt, & dicit. Ego ſum panis vitę. Qui venit ad me, non eſuriet, &c. Vide: quoties replicat ſe eſſe panem vitæ. Nonne dixit, ſe eſſe panem verum, qui dat vitam mundo? Nunquid non, & infra dicet, Ego ſum panis uitæ? Et iterum, paucis interpoſitis; Ego ſum panis viuus, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum? Et adhuc per totum fere capitulum multa ſimilia: quæ in ſenſu idem ſunt, ac ſi dicatur, Ego ſum panis vitæ? Quare ergo Deus, cum de eo ſcriptum ſit, Iob trigeſimo tertio. Semel loquitur Deus, & ſecundo idipſum non repetit, nunc non tantum ſecundo, ſed etiam tertio, & pluries, repetit idipſum? Reſpon. Repetitio in præſenti Euangelio facta non eſt contra illam authoritatem Iob, imo declarat eam, ideſt verum ſenſum eius. Quando enim ſcripturæ ſacræ inter ſe diſcordare videntur: tunc (vt alibi diximus) ſe inuicem, ſi bene conſiderentur, in ſenſuum veritate aperienda iuuant. Cum ergo repetitionem eiuſdem ſententiæ videamus in textu Euangelico ab incarnato Deo fieri, oportet dicere, quod illa authoritas, Iob non intelligitur de repetitione quacunque, ſed de repetitione quæ ſine graui cauſa fit. Dedecit enim tantam Maieſtatem, qua Deus eſt, ſemel à ſe pronunciatum repetere ſine graui cauſa. In hoc igitur Euangelij loco cauſam grauem interceſſiſſe ad repetitionem faciendam denotatur ex eo quod CHRISTVS ſe, & panem vitæ eſſe, & manducantibus ipſum magnam vtilitatem afferre, non tantum ſemel, ſed ſæpe, dicit. Sed quæ tandem eſt illa cauſa? Excluſio hæreſium multarum, quas futuras contra veritatem huius panis cęleſtis pręuiderat Dominus.

Regula de conſenſu magno ſcripturarum, apparenter diſcordantium.

Digitized by Google

minus. Poſt factum ab ipſo mandatum de non comedendo cibo mortis Geneſ. ſecundo inſurrexiſſe viderat Diabolum ad ſuadendum, quod mortis cibus eſſet cibus vitæ, & non tantum ſuaſiſſe illud mulieri primę, ſed etiã perſuaſiſſe. Nunc ergo, poſt conuiuium hoc cęleſtis panis inquit Dominus à meipſo pro ſalute hominum optimè præparatum, diabolus idem, quia ſemper mihi, operibus meis, contrarius eſt, inſurget ardentius: totiſque inſidiarum ſuarum conatibus ſuadebit hominibus: panem hunc vitæ eſſe panem mortis, vel ſaltem non tam ſuaue, tam pingue, tam precioſum, ſicuti eſt. Quamuis autem illud ſuum mendacium perſuaſurus ſit multis, quorum figura ſunt hi, qui meum hunc ſermonem durum dicentes nunc retrocedent (vt patet in textu:) tamen, nè mulieri ſecundę, quæ ſoror mea ſponſa, & vna columba, eſt (Cant. quarto, ſexto) ideſt Eccleſiæ catholicæ perſuadeat nunquam illud, ideo & ad hanc ſponſam meam in rei veritate manifeſtiſſimè firmandam, & ad illos à diabolico mendacio ſeductos de ſua ipſorum falſitate apertiſſimè conuincendos, replicaui hic multoties, Ego, ſum panis vitæ, & quædam alia ad idem conuiuium pertinentia. Ecce, quàm grauis, immò grauiſſima, fuit cauſa repetendi idipſum: & merito, inquã, grauiſſima, quoniam tota ſalus hominum, quo ad ſummum animę nutrimentum, in hac menſa conſiſtit. Per conſequens ergo maximi momenti eſt, agnoſcere hic quid veritatis contineatur: vt ipſam amplectendo, ipſiuſque contrarium, ideſt falſitatem fugiendo, ępulemur non in fermento malitiæ, & nequitię (quod abſit:) ſed in azimis ſynceritatis, & veritatis (quod ſemper, Deo præſtante, adſit). 1. Cor. 5.

QVI VENIT AD me (inquit) & qui credit in me. Hoc eſt: qui credit per fidem charitate formatam. Nam venire eſt officium partis noſtrę affectiuæ, ideſt voluntatis, in qua eſt charitas, ſecunda ſecundæ queſt. vigeſimaquarta, articulo primo, & credere eſt officium partis cognoſcitiuæ, ideſt intellectus, in quo eſt fides, ſecunda ſecundæ, quæſtione quarta, articulo ſecundo. Voluntas enim tendit ad obiectum in re: intellectus autem trahit obiectum in ſe. Porrò, cum expectaretur, vt diceret, Qui manducat me (ſic enim manifeſtè locutio correſponderet ad panem) dixit: Qui venit ad me, qui credit in me. Quare? vt remoueret auditores à cogitatione panis corporei, ſeu à cogitatione manducandi corporaliter, & eleuaret eoſdem ad cogitandum, intelligendumque, quod hic eſt ſermo de pane omnino ſpirituali in ſe, & ſpiritus noſtri nutritiuo. Iam enim ſupra diximus, quod Chriſtus loquitur ſolum de ſe pane, ut Deus eſt: vſque ad illum textum. Panis, quem ego dabo, caro mea eſt. Non eſuriet (inquit) & non ſitiet, in æternum. Ex effectu hoc eſt tollere pro ſemper eſuriem & ſitim, probat: ſe eſſe panẽ vitæ. Tanquam apertius dixiſſet. Nullus panis alius eſt panis vitæ abſolutè, ſed eſt panis vitæ ad horam, quoniam non tollit famem abſolutè, ſed ſolum pro aliquo tempore: Ego verò ſum panis vitæ abſolutè, quia tollo famem in ęternum. Vis huius differentiæ rationem? Quia omnes alij panes (ſicut & alimenta quæcunque) ſunt tranſitorij, ideoque redit fames, redit ſitis: Chriſtus autem eſt panis nunquam deficiens, ſed in æternum permanens, ideoque manducans illum per fidem charitate formatam non eſurit amplius in ęternũ, neque ſitit. Intelligenda ſunt hæc formaliter, ſcilicet, quantum eſt ex parte panis comeſti (id quod & per totum capitulum in ſimilibus obſeruandum eſt) Non eſuriet, neque ſitiet, ſcilicet aliud extra me. Alioquin talis quanto magis comedit illum panem, tanto magis eſuriet, & ſitiet, eundem, ideſt augmentum, & perfectionem fidei & charitatis in Dominum Deum noſtrum; iuxta illud, Eccleſiaſt. vigeſimoquarto. Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient. Vnde ſanctus Bernardus, declarando vtrunque, ſcilicet, quod eſurient, & non, dicit domino.

Formaliter loquẽdo per totum capitulum.

Tua IESV dilectio,
Grata mentis refectio;
Replens ſine faſtidio,
Dans famem deſiderio.
Qui te guſtant, eſuriunt;

Digitized by Google

Qui bibunt, adhuc ſitiunt;
Deſiderare neſciunt,
Niſi IESVM: quem ſitiunt.

Neque ſitiet (inquit.) Ex hoc etiam verbulo manifeſtum fit, quod panis ille, de quo in textu loquitur, differt multum a pane noſtro materiali. Quoniam hic materialis non tollit, nec tollere poteſt, ſitim (hoc enim pertinet non ad ſicci, ſed ad alimenti humidi, officium,) ille verò Euangelicus tollit non ſolum eſuriem, ſed etiam ſitim. Hinc ergo diſcas tu veritatem illam tum Philoſophicam, tum theologicam, ſcilicet quod ea, quæ ſunt diuiſa in inferioribus ſunt vnita in ſuperioris ordinis rebus prima quæſtione prima, articulo tertio, & quæſtione quarta, articulo ſecundo, & quæſtione decima tertia, articulo vndecimo & alibi.

QVI VIDET FILIVM, Et credit, &c.

DE ſe, vt Deus eſt, loquitur adhuc Chriſtus. Deſcripſit in ſententia ſuprascripta eos, qui vere credunt, quod ſcilicet ſunt ij, qui credendo per intellectum, veniunt per bonam voluntatem, ad ipſum. Porro hoc totum importatur per, Credere in Deum; per Credere in Chriſtum; per, Habere fidem charitate formatam. Vnde quandocunque Chriſtus dicit, Qui credit in me: aut, Qui credit in filium: ſemper totum illud importat: id quod eſt, hominem principale, quod in ſe eſt, dare totum Deo, ſcilicet intellectum, & voluntatem Cæterum in præſenti textu, ſcilicet, Qui videt filium, & cætera notificat nobis illud, quod eſt ratio credendi. Ac ſi aperte dicat. Ex eo, quod quis videt filium, deriuatur, quod credat in eum. Videre igitur eſt via ad credendum, ſeu (quod in idem redit) eſt ratio credendi: quoniam videre filium præponitur in textu ad credere in eum. Vbi nota, quod non accipitur videre, vt dicit viſionem corporalem, in cuius ſignum a ſ videntem corporaliter dictum eſt, Ioan. vigeſimo. Beati qui non viderunt, ſed accipitur, vt dicit viſionem ſpiritualem, non tamen ſpiritualem, qua videntes filium fiunt beati comprehenſores, ſed qua videntes filium fiunt in eum credentes. Vt enim patet in textu, eſt ſermo hic de videre, vt ſtat cum. Credere: & per conſequens non de videre beatorum in patria. Viſio autem filij ſtans cum credere, eſt, qua intellectu noſtro videmus filium ſic, & ſic. credendum: & hoc, vel ex teſtimonio ſcripturarũ, vel ex euidentia miraculorum, vel ex interno fidei lumine deſuper à Deo nobis donato gratis, & infuſo, iuxta illud, Epheſ. ſecundo Donum Dei eſt, ne quis glorietur, id eſt ſine vllis meritis noſtris, ſed omnino ex ſola bonitate Dei nobis datum. Alioquin ſiquidem poſſet quis, ſaltem in modico, de hoc gloriari, quod eſt contra ipſum Apoſtolum. Illa enim tria ſufficiunt ad videndum filium ſub ratione credibilis: & hanc rationem credibilis explicant verba ſubiuncta, ſcilicet, & credit in eum. Niſi enim de viſione filij, ſub ratione credibilis, Dominus loqueretur, tunc viſioni filij non adiunxiſſet Credere in eum quoniam, quod videtur in ſeipſo, non creditur. Subnectendo igitur, Et credit in eum, declarat, quod non loquitur de videre filium in ſeipſo. ſed de videre filium ſub ratione credibilis.

Viſio, ſub rõne credibilis, quid ſit.

HINC ERGO habetur vniuerſaliter, quod modus, via, ſeu ratio, credendi eſt hæc, ſcilicet viſio credibilium. Quod enim hic de filio dicitur non adducitur tanquam illi ſoli ſpeciale, ſed tanquam commune omnibus, quæ per ſolam fidem habentur. Myſteria enim ſummæ Trinitatis. Diuinæ incarnationis, cæteroſque fidei articulos credimus, quia videmus, non quidem illa quæ credimus, ſed illa eſſe credibilia. Vnde & Apoſtolus nomine viſionis vſus eſt, quando hoc ipſum nobis explicans dixit, primo Corinth. decimo tertio. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Videre igitur hoc, eſt: ac ſi ſub exemplo à longe dicamus: Remotiſſimas orbis terræ partes, earumque tales, vel tales, conditiones credimus, quamuis eas in ſeipſis nunquã viderimus, quia nos de his

tot

Digitized by Google

tot fide digna teſtimonia habemus, quod videmus illas terræ partes cum ſuis conditionibus eſſe credibiles, ideſt debere credi, quod ſic, & ſic in rerum natura exiſtant. De hac veritate ex Euangelio ad literam deſumpta, atque præmiſſa, vide fideliſſimum Eccleſiæ catholicæ doctorem, ſanctum Thomam 2. 2. quæſt. 2. artic. 4. Qui videt (inquit) filium, & credit in eum, habet vitam æternam. Superius dixit, cap. 5. Qui audit verbum meum, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam: nunc autem dicit, Qui videt filium, & credit in eum, non dicit, & credit in patrem. Quid hinc ad literam colligis? Quod hoc eſt credere in filium, quod & in patrem: eundemque fructum, ideſt vitam æternam affert hoc, ſicut & illud. Nec mirum, quia ſicut pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit, & filio vitam habere in ſemetipſo, vt ſic omnis qui credit in filium habeat vitam æternam.

QVI ſint autem illi qui vere veniunt, & credunt in filium, declarat, B. Auguſt. lib. de correctione, & gratia, dicens: Qui in Dei prouidentiſſima diſpoſitione præſciti, prædeſtinati, vocati, iuſtificati, glorificati, ſunt, etiam nondum renati, ſed & nondum nati: iam filij Dei ſunt, & omnino perire non poſſunt. Hi enim vere veniunt ad Chriſtum. Hæc ibi. Et quia in contextu dictum fuerat, eum, qui venit ad me, non eijciam foras: ideo etiam hoc totum declarans dicit. Quare non eijciat eum foras, ſubiungit dicens: Quia deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me. Propterea enim anima à Deo exijt; quia ſuperba erat. Superbia eiecti ſumus: humilitate *Humilitas eſt vtiliſſima, fũdaturq; in obediẽtia ad Deum vel etiam Dei miniſtros, &c.* regredimur. Vt ergo cauſa omnium morborum, ideſt ſuperbia curaretur, deſcendit, & humilis factus eſt, filius Dei. Quid ſuperbis homo? Filius Dei, propter te humilis factus eſt. Puderet te fortaſſe, imitari humilem hominem: ſaltem imitare humilem Deum. Hæc eſt enim commendatio humilitatis. Non veni facere voluntatem meam, ſed uoluntatem eius, qui miſit me. Superbia quippe facit voluntatem ſuam: humilitas uoluntatem Dei. Qui ad me uenit, incorporatur mihi, & humilis fit, quia non faciet voluntatem ſuam, ſed Dei. Ideo non eijcietur foras, quia, cum ſuperbus eſſet, eiectus eſt foras. Ad me enim uenire non poteſt; niſi humilis. Non mittitur foras, niſi ſuperbia, qui ſeruat humilitatem non labitur à ueritate. Hæc eſt uoluntas patris mei, ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo. Ipſe illi datus eſt: qui ſeruat humilitatem. Non eſt uoluntas in conſpectu patris, ut pereat unus de puſillis. De tumentibus poteſt perire, de puſillis nihil perit. Quia niſi fueritis, ſicut puſillus iſte, non intrabitis in regnum cælorum. Hæc ille ſuper Ioan. Ex quibus omnibus patet: quod humilitas fundatur ſuper obedientia. Id quod etiam Beatus Hilarius, tractans illud, Non ueni facere uoluntatem meam, ſed patris, docet in lib. tertio de Trinit. Non hoc dicit, quia faciat, quod non uelit, ſed obedientiam ſuam ſub effectu paternæ uoluntatis oſtendit, uolens ipſe, uoluntatem patris explere. Hæc ibi.

PANIS QVEM EGO DABO, Caro, &c.

SALVATOR noſter (ut ſupra dicebatur) de ſe pane, ut Deus eſt, locutus fuit prius uſque ad hunc textum nunc præmiſſum in quo de ſe pane, ut homo eſt, incipit loqui. Quia uero talis panis, & eſt nobis paſſione ſua comparatus (in cuius ſignum ipſe tunc in cruce, tanquam primus ſacerdos, carnem ſuam modo cruento pro nobis Deo patri ſacrificauit) & eſt paſſionis eiuſdem memoriale perenne (ut ipſe in cæna ſuprema ordinans hoc Sacramentum expreſſit:) ideo paſſionem ſuam pani huic interſerit dicens. Quem ego dabo, caro mea eſt, quam, ſcilicet ſacrificabo in cruce. Vnde Beatus Auguſtinus hunc locum exponens dicit. Determinat conſequenter Dominus, quomodo ſe panem dicat non tantum ſecũdum diuinitatem, quæ paſcit omnia *Secundo.*

ſed etiam ſecundum humanam naturam quæ eſt aſſumpta à Verbo Dei. Hæc ibi. Venerabilis quoque Beda ſuper eundem textum dicit. Hunc panem tunc Dominus dedit: quando myſterium corporis, & ſanguinis ſui diſcipulis tradidit, & quando ſemetipſum Deo patri in ara crucis obtulit. Hæc ille. Incipit ergo Chriſtus à paſſione, & morte, ſua dicens: carnem ſuam eſſe cibum mundi pro eius ſalute. Quod & de ſe Deo ſupradixerat ibi: Panis verus eſt qui de cælo deſcendit, & dat vitam mundo. Item, Ego ſum panis vitæ: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Non ſolum ergo, ſecundum hanc Euangelij texturam, ipſe Verbum, ſed etiam ipſe Crucifixus, mortuus, &c. eſt cibus, & vita, mundi. Id quod eſt, ac ſi ex eodem Euangelio dicamus: oportere nos paſci ſacramentaliter credendo & amando non ſolum Deum in ipſo Chriſto homine, ſed etiam hominem paſſum, & mortuum pro ſalute noſtra. Hoc eſt: ſicut ipſe totus ſe totum dat nobis in cibum: ita nos toti debemus nos totos dare in comedendo, & ſpirituali & ſacramentali comeſtione ipſum cibum. Caro (inquit) mea eſt, pro mundi vita. Ex illo textu Luc. 22. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur, collige, præſentem textum ſic eſſe exponendum; Caro mea eſt, ſcilicet quã ego dabo, pro mundi vita. Ita vt integra Domini ſententia ſit hæc. Panis, quem ego dabo caro mea eſt, quam ego dabo, pro mundi vita. Vbi apertiſſimè patet, ꝙ caro Chriſti nobis in cibũ data nõ eſt myſtica, nec figuralis ſpiritualis, aut in ſigno (contra hæreticos: qui in legendo textum hunc, ſiue Luc. 22. oculos habent & non vident, aures habent, & non audiunt, Pſal. 113.) Sed realis ſubſtantialis, & eadem penitus numero, quam ipſe pro mundi vita tunc daturus erat, & nunc iam dedit, in cruce. Notiſſimum porrò eſt, & fuit, in oculis etiam Iudæorum, aliorumque crucifigentium Chriſtum, quod carnem non typicam, non myſticam, non fantaſticam, ſed carnem naturalem, veram, realem, materialem, ſubſtantialem, crucifixerunt. Conſtat verò, quod non aliam numero crucifixerunt; niſi illam, quam ipſe Chriſtus voluntarie pro mundi vita eis crucifigendam dedit: Quam (inquit) ego dabo. Non enim ipſius carnem crucifigere vnquam potuiſſent: niſi ipſe volens & illam crucifigendam, & poteſtatem crucifigendi eandem eis dediſſet, Item. Non dixit; Panis, quem ego dabo, figura, vel ſignum carnis meæ eſt, ſed caro mea eſt. Heus tu, quiſquis es, ſi tibi licentia ampliſſima detur explicandi veritatem, realitatem, ſubſtantialitatem, carnis alicubi eſſe; vel aliquid veram, realem, materialem, ſubſtantialem, carnem eſſe: quomodo melius, clarius, breuius, firmius, facilius, explicabis hunc conceptum totum, quam dicendo: Ibi eſt caro mea, vel illud eſt caro mea? Nec oportet, imo, nec debet, intelligi, niſi ſimpliciter: quod ſimpliciter profertur. Nunquid non & Iudæos ipſos verba illa Chriſti intellexiſſe de vera, & reali carne vides: quando mox ſubiunctum in textu legis, quod ipſi litigabant ad inuicem, reputantes eſſe impoſſibile, reperiri modum quo eis poſſet Chriſtus dare carnem ſuam ad manducandum? Erant ſiquidem Iudæi à primæua etiam ætate aſſueti ſignis, & figuris (vt patet frequenter in lege veteri;) & conſequenter ſi vidiſſent, poſſe bene intelligi verba illa Domini de carne in figura, aut in ſigno, vel in ſpiritu, tunc vtique de hoc non litigaſſent, vtpote faciliter ex aſſuetis capientes, quomodo poſſet dari caro ad manducandum. Ex litigio itaque Iudæorum conſtat: quod illi melius, quam hæretici intellexerunt illa Chriſti verba, quo ad carnem in cibum dandam.

Nos totos ei, ſicut ipſe totũ ſe nobis, etc.

Tam clare loquebatur de realitate carnis ſuæ vt Iudæi etiam ſic intelligerent, eũ loqui.

PRO MVNDI (inquit) Vita. Cauſam patiendi, moriendi, & ſe panem dandi ad manducandum, oſtendit eſſe hanc, ſcilicet vt det vitam non huic, aut illi, ſed omnibus, cum non dicat, Pro aliquorum, ſed; Pro mundi vita. Ex hoc igitur textu conſtat: quod & intentio Chriſti patientis, ſeque panem ad manducandum dantis, & res ipſæ, ſcilicet eius paſſio, paniſque tendunt ad vnum finem, ſcilicet ad dandam vitam gratiæ mundo. Quia verò intentio

Chriſti

Digitized by Google

Chriſti non poteſt fruſtrari, prima quæſt. decimanona, articulo ſexto, & paſſio eius, paniſque ſunt infinitæ virtutis, oportet ſimpliciter omnino dicere, quod, & ſua paſſio eſt ſufficiens, imo ſufficientiſſima, & panis ſuus eſt ſufficientiſſimus, ad dandam vitam gratiæ toti mundo, ſeu (quod in idem redit) ad ſaluandum totum mundum, imo, & infinitos mundos, ſi eſſent. Quod ſi ex hac veritate inferas, ergo totus mundus idest omnis homo, ſaluabitur, idest vitam gratiæ, & poſtea gloriæ, conſequetur. Negabitur iſta conſequentia. Ratio eſt: quia aliud eſt precioſſimum Chriſti ſanguinem eſſe ſufficientiſſimum ad totius mundi ſaluationem, aliud verò eſt, totum mundum effectualiter conſequi iſtam ei à Chriſto emptam gratiæ, & gloriæ ſalutem. Nam ad verificationem illius primi attenditur ſolummodo quantitas precij ad æqualitatem rei emptæ. [Et hanc quantitatem conſtat eſſe infinitam: cum ſanguis Chriſti ſit ſanguis omnipotentis Dei:] ſed ad verificationem illius ſecundi concurrit etiam liberum arbitrium hominis [Et hoc conſtat reſiſtere Deo vocanti, & retrorſum abire, multoties ab obſeruatione diuinorum mandatorum, ſine qua tamen non eſt ſalus, Matth. decimo nono, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata:] Ad hoc igitur, vt quis ſit à Chriſto per ſanguinem redemptus, ſufficit, quod ſit homo, & ad hoc, vt vitam gratiæ, gloriæque conſequatur, non ſufficit, ſed vltra id, de neceſſitate requiritur, quod ſit obſeruans omnia Dei mandata. Ex omnibus ergo ſupradictis, patet abundantiſſimè concluſionis illa pars prima, ſcilicet, quod Chriſtus deſcendit de cælo, vt eſſet panis noſter, idest vt nos per eius comeſtionem aſcenderemus in cælum.

Sufficientiſſima vis ad ſaluandum infinitos mūdos ſi eſſent.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Comeſtio panis cæleſtis, idest qua, ſub ſpecie panis, cōmedimus Chriſtum, eſt duplex, ſcilicet ſpiritualis, & ſacramentalis, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Qui venit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet in æternum, & tex. Si quis manducauerit, ex hoc pane, &cæt. & ex tex. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, &c. Diſtinximus enim ſupra de pane, vt Verbum eſt, & de pane, vt homo eſt, dicentes, quod à tex. Non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed, & cætera vſque ad tex. Panis, quem ego dabo, caro mea, & cætera, agebatur de pane, vt Verbo, & in tex. Panis, quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita; tractabatur de pane, vt homine. Secundum igitur hanc textuum diſtinctionem oportet ea, quæ ibi de manducatione dicuntur, intelligere correſpondenter ad panem, iuxta ſenſum, in quo illic de pane fit ſermo. Dicendum ergo eſt, quod à tex. Non Moyſes dedit, &c. vſque excluſiuè ad text. Panis, quem ego dabo, & cęt. loquitur Dominus de manducatione ſpirituali, quotieſcunque de panis manducatione ſub quibuſcunque verbis loquitur, & quod à text. Panis quem ego dabo, &c. vſque ad tex. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum, loquitur de manducatione ſacramentali, quotieſcunque de panis manducatione loquitur. Hinc ergo patet, quod duplex modus manducandi panem altaris, non eſt noua inuentio Doctorum, nec tanquam nouum, quid tractatur à Theologorum Scholaſticorum principe, Sancto Thoma tertio de Sacram. quæſt. octuageſima, art. primo. Sed tanquam vetus quid in Euangelio traditum, nobiſque à Chriſto multis verbis opportune commendatum.

QVID VERO ſit hæc vtraque comeſtio: ex eiſdem Euangelij locis poteſt haberi iam ſupra etiam partim declaratis. Comeſtio itaque ſpiritualis eſt: qua ſpiritus noſter manducat Chriſtum, idest qua intellectus per fidem, & voluntas per charitatem, paſcitur de Chriſto. Comeſtio ſacramentalis eſt:

qua corporali ore ſumimus Sacramentū Chriſti, ideſt corpus ſuum, & ſanguinem ſub ſpecie panis, vel etiam ſub ſpecie vini conſecratum. Diuiſæ quidem ſunt ſpecies, ſed non diuiſus eſt Chriſtus. Nam totus eſt ſub vna ſpecie, & totus ſub vtraque, nec aliquid plus de Chriſto, reperitur ſub vtraque, quam ſub vna. Ex his accedas ad rectè intelligendum illud Euangelij de ſacramentali manducatione dictum, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vide. De ſolo pane, & carne fecerat mentionem dicens, Panis, quem ego dabo, caro mea eſt: & nunc ſubiungit etiam de ſanguine. Quid ergo ex hac loquendi textura ad inuicem connexa intelligi datur à Chriſto? Quod panis ſacramentalis non ſolum eſt caro ſua, quam ipſe crucifigendam, ſed etiam eſt ſanguis ſuus, quem ipſe effundendum, dedit pro mundi vita. Quando igitur Chriſtus dixit, Panis, quem ego dabo, caro mea eſt, plus importauit nobis intelligendum per hoc: quam illa ſua verba expreſſerint. Nam verbis illis ſolum expreſſit; Panis quem ego dabo caro mea eſt: & tamen ſimul cointellexit, Panis idem ſanguis meus eſt. Niſi enim, & hoc implicite cointellexiſſet: ad Iudęos de impoſſibilitate dandi carnem ad manducandum, ex illis verbis à Chriſto expreſſe præmiſſis occaſione accepta, litigantes dixiſſet tantummodo, Niſi manducaueritis carnem filij hominis; non habebitis vitam in vobis. Extra propoſitum enim videretur ſubintuliſſe ſermonem de ſanguine ad litigantes de carne ab ipſo prædicta: niſi in illa carne ſua Chriſtus ſanguinem etiam connotare voluiſſet. Suffeciſſet namque ad compeſcendum litigium Iudæorum illam carnis manducationem reputantium impoſſibilem, dicere, quod non ſolum non erat impoſſibile, ſed etiam neceſſaria, id quod important ſola illa verba text. Amen, amen, dico vobis, niſi manducaueritis carnem filijs hominis, non habebitis vitam in vobis. Nunc ergo Chriſtus per hoc, quod de ſanguine etiam meminit, oſtendit manifeſte: quod caro illa, de qua prælocutus fuerat, non eſt ſine ſanguine. Ac ſi prius dixiſſet: Panis, quem ego dabo, caro mea viua eſt; non autem exanguis, ſeu (quod in idem redit mortua. Cæterum dices. Quare non dicit tunc expreſſe: Caro viua, ſeu Caro, cum ſanguine: ſed ſolum poſtea de ſanguine expreſſam fecit mentionem? Quia per hoc volebat denotare: quod licet ſub ſpecie panis ſit caro ſimul, & ſanguis; tamen ibi de directo, [quod ſacri Theologi dicunt Ex vi verborum] eſt caro, ideſt corpus; & ex conſequenti [quod dicunt ijdem; Non ex vi verborum, ſed ex reali concomitantia, tertio de Sacramen. quæſtio. decima ſeptima, aliàs ſeptuageſima ſexta, articulo primo, ſecundo, tertio,] eſt ſanguis. Porro ex hac veritate hic à ſe denotata voluit, tanquam à ſimili, eſſe etiam manifeſtum: quod quicquid carni illi viuę in rerum natura connexum eſt, hoc totum ex conſequenti, ideſt non ex vi verborum, ſed ex reali concomitantia, eſt ſub eadem ſpecie panis. Quia igitur carni illi viuę non tantum ſanguis, ſed etiam anima, & diuinitas, coniunguntur in rerum natura ideo ſub ſpecie eadem panis non tantum ſanguis, ſed etiam anima, & diuinitas, ex reali concomitantia adſunt. Vice verſa igitur de contentis ſub ſpecie vini dicas; tanquam à conſimili: quod ibi de directo eſt ſanguis; ex conſequenti autem caro, ideſt corpus, & diuinitas, & anima. Ergo totum Chriſtum eſſe ſub vnaquaque ſpecie ſacramenti habetur in ſenſu literali ex Euangelio (vt declaratum eſt.

Sub vna ſpecie ſacramentali tantum cōtinetur, quantum ſub vtraque per tex.

Hæc duo. ſ. Ex vi verborum, ex reali concomitantia habentur ex tex.

DE VSV SACRÆ Euchariſtiæ.

PRO NOTITIA ADHVC illius comeſtionis duplicis, quæ ponebatur ſecunda pars concluſionis, aduerten-

uertenda ſunt diligenter verba Concilij Trident. ſeſſ. decimatertia, capite octauo, quæ ſunt hæc. Quo ad vſum recte, & ſapienter, Patres noſtri tres rationes hoc ſanctum Sacramentum accipiendi diſtinxerunt.

Quoſdam enim, docuerunt, ſacramentaliter duntaxat id ſumere (ut peccatores) Alios tantum ſpiritualiter, illos nimirum, qui uoto propoſitum illum cœleſtem panem edentes fide viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius, & vtilitatem ſentiunt. Tertiò porro ſacramentaliter ſimul, & ſpiritualiter. Hi autem ſunt, qui ita ſe prius probant, & inſtruunt: vt veſtem nuptialem induti, ad diuinam hanc menſam accedant. Hæc ibidem. Et in ſeſſ. vigeſimaſecunda, approbans; atque etiam per applicationem ſingularem declarans, eandem comeſtionis diſtinctionem, inquit capite ſexto. Optaret quidem ſacroſancta Synodus: vt in ſingulis Miſſis fideles aſtantes non ſolum ſpirituali affectu, ſed etiam ſacramentali Euchariſtiæ perceptione, communicarent, quo ad eos ſanctiſſimi huius ſacramenti fructus vberior perueniret. Nectamen, ſi id non ſemper fiat, propterea Miſſas illas, in quibus ſolus Sacerdos ſacramentaliter communicat, vt priuatas, & illicitas damnat, ſed probat, atque adeò commendat. Siquidem illæ quoque Miſſæ, verè communes cenſeri debent: partim quod in eis populus ſpiritualiter communicet, partim uerò quod à publico Eccleſiæ miniſtro non pro ſe tantum, ſed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus CHRISTI pertinent, celebrentur. Hæc ibid.

Veſtis nuptialis, quæ ſit, quam induāt accedētes ad mēſam diuinam.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, In Euchariſtiæ ſacramento tria ſunt, ſcilicet id, quod ſolummodo eſt ſacramentum, & id, quod eſt res ſignificata, ſimulque realiter contenta, & id, quod eſt res ſignificata, ſed non contenta, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Panis, quem &c. & tex. caro mea eſt, & tex. pro mundi uita. Sacramentum enim eſt ſacræ rei ſignum 3. de ſacramen. quæſt. prima; aliàs 60. artic. primo, & ideo per hoc, quod iſte cibus dicitur panis, ideſt ſub ſpecie panis, dandus, patet: quod panis eſt ſolummodo Sacramentum. Illa ſiquidem ſpecies oculis corporeis ſubiecta ſignum eſt rei ſacræ, quæ ſub ipſa ſpecie latet, & conſequenter oculis corporeis non videtur. Dixi autem, ſolūmodo: quia ille panis, poſt conſecrationem hic implicite ſubintellectam, non eſt panis, ideſt non eſt res, quæ ſit (ut erat prius) materialis panis 3. de Sacramen. quæſtione decimaſexta, aliàs 75. artic. 2. 6. Sed tantum eſt ſpecies panis, vtpotè accidentia panis antea ibi exiſtentis præſeferens, penitus immutata, ideſt non mutata ſecundum ſe, licet nunc ſine ſubiecto miraculosè exiſtant 3. de Sacramen. quæſt. decimaoctaua, aliàs ſeptuageſima ſeptima, articu. 1. Dixi, Poſt conſecrationem hic implicitè ſubintellectam: quoniam in declaratione virtutis Sacramenti debet ſecundum rationem ſubintelligi, tanquam quoddam præſuppoſitum, exiſtentia ipſius Sacramenti. Quia igitur hoc in loco Euangelij (ut patet) declaratur à Domino, quam, & quantam, virtutem habeat Sacramentum Euchariſtiæ, quod in textu vocatur panis: ideo neceſſe eſt ſubintelligi, tanquam præſuppoſitum quoddam, exiſtentia ipſius Sacramenti, ideſt quomodo panis ille ſit Sacramentum. Hoc autem eſt, ſubintelligere conſecrationem: quia non, niſi per conſecrationem, panis ille fit Sacramentum, ideſt ſacræ rei ſignum, Remanente, ſcilicet ſola ſpecie, non autem ſubſtantia, panis. Porrò, conſecrationem, quæ hic à CHRISTO cointelligenda præſupponitur, videre poteris Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Verbis enim illis dictis, Hoc eſt corpus meum, conſecratur panis, ideſt fit, ut Panis ſit corpus, ſeu caro (ut hic textus dicit) atque ideo vt panis, ideſt ſpecies panis præexiſtentis ſit ſolummodo Sacramentum.

DICEBATVR, & quod in Sacramento Euchariſtiæ adeſt etiam res ſignificata ſimulque cōtenta, & quod hoc probabatur ex tex. Caro mea. Hanc enim trā

ſub-

ſubſtantiationem, ſcilicet, quod ſubſtantia panis materialis ſit ſubſtantia carnis, facit vis verborum illorum Chriſti, quæ ſupra diximus. Vnde illa res eſt ſignificata à verbis illis, Corpus meum: & eſt ſub ſpeciebus illis ſacramentalibus realiter contenta, ne in verbo Chriſti, (Eſt,) ſit aliqua falſitas, quod eſt omnino impoſſibile. Præmiſſa ergo verba, vt à grammatica pendent, ſignificant tantum illam rem, vt verò à Chriſti virtute pēdent, cauſant illud totum, ſcilicet, quod panis ſit caro Chriſti, ideoque faciunt, quod res illa ab ipſis ſignificata, quæ eſt naturale corpus eius ſit ibi realiter contenta.

Dicebatur tertio: & quod in Sacramēto illo attenditur res ſignificata, ſed non contenta, & quod hoc probabatur per tex. Pro mundi uita. Hæc res eſt corpus Chriſti myſticum, ideſt Eccleſia per charitatem Chriſto coniuncta. De quo corpore myſtico, ut hic ſignificato, ſed non realiter contento Apoſtolus, tanquā hác concluſionis particulam confirmans, dicebat 1. Cor. 11. Vnus panis, & vnum corpus, multi ſumus, omnes, qui de uno pane, & de uno calice, participamus. Vnde & B. Auguſt. ſuper Ioan. ad hoc idē propoſitum confirmandum dixit. Quando autem caperet caro: quod dixit panem, carnem? Norunt autem fideles, corpus Chriſti. Corpus Chriſti eſſe, non negligant. Fiant corpus Chriſti, ſi volunt viuere de ſpiritu Chriſti. De ſpiritu enim Chriſti non viuit: niſi corpus Chriſti. Nūquid non corpus meum viuit de ſpiritu meo? Nunquid viuit de ſpiritu tuo? Hunc panem exponit Apoſtolus dicens: Vnum corpus multi ſumus. O Sacramētū pietatis, ò ſignū vnitatis, ò uinculū charitatis. Qui vult viuere, accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur. Hæc ille. Pro mundi (inquit) uita. Ex hoc datur intelligi rationabiliter diſcurrentibus: quod uita ſpiritualis mundi cauſatur, & conſeruatur iuxta modum, quo in genere ſuo cauſatur, & conſeruatur uita corporalis mundi. Sicut enim vita corporalis cauſatur, & conſeruatur, in mēbris corporis ex eo, quod vniuntur capiti naturali à quo influentiam ſenſus & motus recipiunt, ita ſic uita ſpiritualis cauſatur & conſeruatur in mundo, ideſt in hominibus fidelibus, qui ſunt membra Chriſti 1. Corinth. 6. Ex eo, quod vniuntur per charitatem capiti ſuo myſtico, ſcilicet Chriſto, quia caput noſtrum eſt 3. de Sal. q. 8. art. 1. 2.

Modus cauſatiuus & conſeruatiuus, vita ſpiritualis eſt ſimilis modo &c.

Vigilanter denique conſiderandum, & ponderandum, eſt illud verbum, Mundi. Sic enim vniuerſaliter loquitur, quando de uita per ſacramentum panis cœleſtis danda tractat: vt oſtendat & abūdantiſſimam vtilitatem à Sacramento hoc deriuari, & conſequenter differentiam huius Sacramenti in hoc à cæteris Sacramētis. Alia enim Sacramenta proficiunt ſolum recipienti. Solus namque baptizatus gratiam ex baptiſmo conſequitur, & non alij: & ſic de cæteris. Euchariſtiæ uero Sacramentum non ſolum ſacerdoti ſumenti proficit: ſed etiam toti Eccleſiæ, & his etiā qui ſunt in purgatorio 3. de Sacram. Additio. q. 71. art 9. Ratio huius eſt: quia Euchariſtia non ſolum eſt Sacramentum (ſicuti alia,) ſed etiam Eccleſiæ ſacrificiū inquantum continet Chriſtum paſſum per manus ſacerdotis Deo oblatum 3. de Sacram q. 25. aliàs 83. art. 1. Ideo omnibus Chriſti fidelibus vtilitatem affert (ut patet etiam in Concilio Trident ſeſſ. 22. capitulis, & canonibus, multis.) Quod ſi à laico tantum, vel à ſacerdote non celebrante ſummatur, tunc ſolum proficit ſumenti: quia non offertur tunc pro ſacrificio, ſed ſumitur ſolum, vt ſacramentum.

Omnibus perſonis mūdi Euchariſtia, vt ſacrificiū, prodeſt. ex tex.

Cæterum, ſi quæratur, quomodo præmiſſa res non contenta poſſit vere dici ſignificata, cum non appareat, ipſam per aliqua conſecrationis verba ſignificari: reſpondendum eſt, quod aliunde ipſa ſocietas ſanctorum, ſeu eccleſiæ vnitas, non per verba formæ, ſed per res ex parte materiæ ſe tenentes, ideſt per panem, & vinum, ſignificatur. Vnde ad hoc denotandum B. Auguſtinus dicit. Hunc itaque cibum, & potum, vult intelligi ſocietatem corporis, & membrorum ſuorum: quod eſt S. Eccleſia in prædeſtinatis, & vocatis. & iuſtificatis, & glorificatis. (quorum primum iam factum eſt, ideſt prædeſtinatio: ſecundum & tertium, & factum eſt, & fit, & fiet, ideſt uocatio, & iuſtificatio: quartum verò nunc in ſpe eſt, in re autem futurum eſt, ideſt glorificatio.)

Pro-

Propterea quippe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, corpus, & ſanguinem ſuum nobis in eis rebus commendauit, quæ ad unum aliquid rediguntur. Ex multis namque granis, vnus panis conficitur: & ex multis racemis vinum in vnum confluit. Hæc ille ſuper Ioan.

CONFIRMATIO
Concluſionis. II.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ S. Dei.

QVOD, in Euchariſtiæ Sacramento filij Dei caro uere, & non tantum in ſigno, & figura per conuerſionem ex pane facta continetur: & ideo, Chriſtum ibi realiter, in propria perſona, & identice, adeſſe (contra hæreſes Berengarij, œcolampadij, &c.) vide, ex ſacroſanctis Concilijs &c. eſſe definitum in Elucidationibus 3. de Sacramen. articulorum numero 115. 118. 107. 123. Quod in Euchariſtiæ Sacramento ſubſtantia panis, & uini, non remanet (contra hæreſes Ioan. Vuiclef. Huſſ. &c.) vide ex ſacroſanctis Concilijs, &c. in Elucid. 3. de ſacram. articulorum numero 116. 118. 120. 122. Q̃d diuiniſſimus Euchariſtiæ cibus multum prodeſt, & principaliter animabus (contra hæreſes Euthuſiaſtarum &c.) vide in Elucid. 3. de ſacramen. articulorum numero 145. 146. 148. 101. 37. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 49. concluſ. 2. & Numer. 9. cõcluſ. 6. & cap. 25. concluſ. 3. & Exod. 16. concl. 6. Quod manducatio corporis, & ſanguinis Chriſti nõ eſt tantum ſpiritualis (contra hæreſim cuiuſdam Alemani:) vide ex &c. in Elucid. 3. de Sacram. articulorum num. 153. Quod accidentia (quę vocantur etiam ſpecies) panis, & uini manent poſt conſecrationem ſine ſubiecto, hoc faciente Deo per miraculum (contra hæreſim Vuiclef:) vide, ex ſacroſanctis, &c. in Elucid. 3. de ſacramen. articulorũ, num. 131. Quod prærequiritur hæc diſpoſitio, ſcilicet, quod non tantum ſacramentalis comeſtio debet adeſſe in ſumente Euchariſtiam, ſed etiam ſpiritualis, ideſt quod ille ſit non ſolum in vera fide, ſed etiam in charitate, ideoque ſine peccato mortali (contra hæreſim Lutheri dicentis. Magnus error eſt eorum, qui accedũt ad hoc Sacramentum huic innixi, quod ſint confeſſi, quod non ſint ſibi conſcij alicuius peccati mortalis, quod præmiſerint orationes ſuas, & præparatoria, hi omnes iudicium ſibi manducant, & bibunt: ſed confidant, & credant, ſe gratiã ibi conſecuturos; Hæc ſola fides facit eos puros & dignos:) vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucid. 3. de Sacramen. articulorũ num. 156. 162. & 3. de Sacramen. Additio. articulorum num. 16. 149. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem Geneſ. 49. concl. 2. & Leuitic. 7. concl. 4. & cap. 21. concl. 7. & cap. 22. concl. 2. item Numer 8. concl. 8. & cap. 9. concluſ. 2.

CONCLVSIO TERTIA,
Cap. VI.

SVFFICIT non celebranti communicare, ideſt Euchariſtiæ Sacramẽtum ſumere ſub ſpecie tantum panis, ad habendum vitam æternam, & alia ſub vtraque ſpecie communicanti promiſſa in Euangelio (contra ignorantiam malitioſam aſſerentium: communionem ſub vtraque ſpecie eſſe neceſſariam ad ſalutem, etiam non celebrantibus: quam communionem ſub ſpecie ſolummodo panis prædixit Chriſtus futuram eſſe in Eccleſia ſua, poſtquam in ea fuiſſet communio ſub utraque ſpecie: qui & Chriſtus carnem ſuam realem, & ſanguinem inuiſibili modo à ſe dandam, à nobiſque manducandam teſtatus eſt.

PROBATIO
Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Qui manducat me, uiuet propter me, & tex. Qui manducat hunc panem uiuet in æternum, & per tex. Verba, quæ ego locutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt. Patet ſiquidem ad planam literam per illas duas ſententias primò adductas, pars prima cõcluſionis, ſcilicet, quod communionem accipere ſub

ſub ſpecie tantùm panis, ſufficit non celebranti, ad conſequenda omnia in Euãgelio, promiſſa cõmunione ſub vtraque ſpecie ſumentibus. Mentio enim ibi de ſanguine non fit: & tamen vita gratiæ, & æterna, per Chriſtum promittitur habenda. Nam illud. Qui manducat hunc panem: viuet in æternum, & illud. Qui manducat me, viuit propter me: mentionem talem non exprimunt: & talis vitæ promiſſionem faciunt. Quid verò amplius communicãti ſub vtraque ſpecie promittitur? Nihil penitus. Audi textum. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam; & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die: & rurſum. Reſpondeo manducat meam carnẽ, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Nam in his duabus ſententijs vita gratiæ in præſenti ſeculo, & ęternæ gloriæ in futuro per Chriſtum conſequenda promittitur: præterea, quò ad rei ſubſtantiam, nihil. Illud enim, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die; explicat vitam æternam, de qua immediatè mentionem fecerat, ad corpus etiam ſuo modo extendendam: id quod procul dubio de neceſſitate ſubintelligitur in illa poſt ſubiuncta ſententia, Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Quomodo enim ille homo totus poſſet viuere in ęternum: niſi, poſtquam mortuus fuiſſet, reſuſcitaretur? Quod erit in nouiſſimo die: poſt quem nullus temporalis erit dies; ſecundum illud, Apoc. 10. Tẽpus vltrà non erit. Idem ergo eſt, ac ſi in illarum ſententiarum vtraq; diceretur: Qui communicat, vel ſub ſpecie vtraque, vel ſub ſpecie panis tantũ, habet vitam æternam nunc in ſemine ſuo, ideſt in gratia, & poſt viuet in æternum, non quòd non moriatur corporaliter (reſuſcitari enim præſupponit mortem) ſed quia reſuſcitabitur in fine ſeculi à Chriſto ad vitã glorioſam æternaliter habendam ſimul cum ſuo corpore. Ecce quòd, quo ad rei ſubſtantiam, nihil differunt promittendo illæ ſententiæ; licet in verbis aliquantulũ: id quod dicendum quoque eſt de alijs duabus, ſcilicet: Qui manducat meã carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo: & Qui manducat me, viuet propter me. Nã in eandẽ redit veritatem: quòd aliquis in Chriſto maneat, Chriſtusq; viciſſim maneat in ipſo; & quòd aliquis viuat, vita gratiæ; propter Chriſtum. Non poteſt enim quis viuere per charitatẽ Chriſti, quæ ſemper gratiam comitatur: niſi maneat in Chriſto, tanquam amans in amato; & Chriſtus maneat in illo, tanquam amatum in amante.

QVI MANDVCAT (inquit) ME. Pondera, ingenioſe lector, illud verbum, Me: & hinc videas, quod Chriſtus ad literam planam oſtendit; ſe totum contineri in Sacramento Euchariſtiæ. Mox enim, vt dixerat, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem (quod eſt Sacramentum illud) ſubiungit; Qui manducat me. Item: Poſtquam antea præmiſerat, ſi quis manducauerit ex hoc pane; nunc dicit, Qui manducat me. Ergo de neceſſitate contextuum nobis concludendũ relinquit: quod ipſe totus manducatur & quando caro ſua manducatur, ſuuſque ſanguis bibitur, & quando panis ille manducatur. Teſtatur ergo per ſeipſum, dicendo Me, Chriſtus: quod ſiue ſub duabus, ſiue ſub vna tantum ſpecie, communionem accipias, totum ipſum, Deum, ſcilicet & hominem accepiſti. Certè nil clarius & ad fideles de hoc inſtruẽdos, & ad proteruientes ſchiſmaticos hæreticoſque conuincendos, dici potuit, quàm pro carne, pro ſanguine, pro pane, ponere, Me.

Maxima vis cõplectens multa exprimitur per illam literam, Me.

QVI (inquit) MANDVCAT HVNC panem, viuet in æternum. Quem hunc? Illum: qui (vt ſupra textus habet) de cęlo deſcendit. Vbi Sanctus Auguſtinus, texturam vtranque ſimul conſiderando, dicit: Vt, illum panẽ manducando, viuamus, qui æternam vitam ex nobis habere non poſſumus: de cęlo deſcendit. Hæc ille. [Ex quibus confirmatur concluſio ſecunda capituli huius, quo ad primam partem.] Per panem, non intelligit Chriſtus ſuam carnẽ tanquam puri hominis, ſed tanquam diuinitati vnitam: quandoquidem ſic eam intelligi voluit ibi, panis, quem ego dabo caro mea eſt. Vnde ad hoc ſignificandum dicit magnus Doctor Theophilactus: Non purum Deum comedimus, nã & impalpabilis, & incorporeus eſt: neque

quæ hominis puri carnem comedimus, quæ nil poſſet proficere. Sed quia Deus carnem ſibi vniuit, caro eius viuificatiua exiſtit: non ꝙ in Dei naturam tranſierit, ſed ſecundũ quandã igniti ferri conſuetu dinem (quod & ferrum manet, & ignis) actũ oſtendit. Sic & caro Domini viuificatiua eſt: tã quã caro verbi Dei. Hęc ille.

VIVET IN ÆTERNVM.

PER iſtud, viuere in ęternũ, cũ hæc ſententia ſit tanquã omnium præcedentium de effectu panis tractantiũ con cluſio (vtpotè omnium vltima, vt in textu patet) intelligi poteſt quicũque panis effectus ſupra per dominũ adductus, veluti in iſto viuere in æternum, virtualiter incluſus. & tunc ſimiliter per verbũ, Qui manducat hũc panẽ, cointelligetur quic quid de aſſumente hunc panem, fuit dictum ibid. cã tex. Ego ſum panis viię, qui venit ad me nõ eſuriet, & qui credit, &c. vſq; ad ſententiã illam, Qui manducat hunc panẽ, viuet in æternũ. Vt ſic eam to tam ex illis ſupradictis exponamus, dicẽ do. Qui veniendo ad me, & credendo in me filiũ, tractus à patre, manducat hunc panẽ, nõ eſuriet & non ſitiet in æternũ, ſed habet vitã æternã, quoniã in me manet, & ego in illo, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die, & ipſe viuet propter me in ęternũ. Ecce totus ille tex. ſub hac vltima ſententia, tum ex parte ſubiecti, ideſt manducantis, tum ex parte prædicati, i. effectus ex illa manducatione conſequentis, reductus. Vbi expreſſe habetur & quis ſit ille, qui Euchariſtiam accipit digne, & quis ſit fructus, quem talis exinde conſequitur. Vt dicamus. Quis eſt ille, qui cõmunionem accipit digne? Qui veniendo ad Chriſtum, & credendo in ipſum, tractus à Deo (ideſt qui per fidem veram & charitatem, humiliter accedẽs) manducat hunc panem. Quis eſt fructus, quem talis inde conſequitur? Quò talis nunquã eſuriet, aut ſitiet, quò habet in ſe vitam æternam (ideſt Deum, qui vita æterna eſt,) quod manet in Chriſto, & Chriſtus in eo, quod à Chriſto ad gloriã reſuſcitabitur in nouiſſimo die, quod pro pter Chriſtum viuet in æternum. Vides ergo ex his, quod Chriſtus, quandocun-

Totius tex tura Epilo gus breuis, & pul cher.

que de ſui mãducatione loquitur in hoc capitulo, ſemper intelligit de manducante dignè, & non aliter. Cum hac tamen veritate ſtat, quod locutio illa Chriſti vniuerſaliter, ideſt extendendo eam ad qualitercunque accedentes, verificatur ſemper, ſi intelligatur (vt debet iuxta morem ſapientum, intelligi) formaliter. Vt. Qui manducat hunc panem, vel carnem meam, & bibit meum ſanguinẽ talis quantum eſt, ex parte virtutis panis, vel carnis ipſius & ſanguinis, habet vitam ęternam: In me manet & ego in illo: Non eſuriet, neq; ſitiet, vnquam: Reſuſcitabitur ad gloriam à me in nouiſſimo die: Propter me viuet in æternum. Indignè igitur ſumens Euchariſtiam con ſequitur, quantum eſt ex virtute Euchariſtiæ, omnes illos quinque optimos fructus: licet, quantum eſt ex ſua indignitate, de facto non illos, ſed illis contrarios fructus peſſimos, conſequatur. Dignè verò Euchariſtiam accipiens, & quantum eſt ex virtute Euchariſtiæ, & quãtum eſt ex dignitate ſua, ideſt ſibimetipſi à Deo donata, conſequitur fructus illos quinq; optimos. Hoc autem modo, ideſt formaliter, locutum ſemper fuiſſe de ſui mandu catione Chriſtum, manifeſtat ipſe per illud, quod de figura dicit: Patres veſtri manducauerunt manna, & mortui ſunt. Clarum eſt enim, quod multi illorum pa trum, puta Moyſes, Aaron, Hur, Ioſuè, manducauerunt manna, & mortui non ſunt, ſcilicet morte damnationis, de qua hic loquitur: immo manducando manna illud meruerunt vitam æternam, & reſuſcitari ad gloriam in nouiſſimo die. Cur ergo abſolutè dicit de illis, quod manducauerunt, & mortui ſunt? Quia per hoc vniuerſaliter dictũ vult à legẽtibus aper tè cognoſci, quod loquitur de manna for maliter, i. quantum eſt ex virtute mãnę, & non aliter. Patet ſiquidem omnibus recta ratione vtentibus, quod illud manna, cum eſſet quoddam pure corporeum, non poterat extendi ad præſeruandũ vir tute propria ſe commedentes à morte damnationis, neque ad merendum, ſiue ad dandum vitam æternam, aut nouiſſimã reſurrectionẽ glorioſam Conſequenter etiam patet, quod comedentes illud, nõ ex comeſtione illa, ſed aliunde, ideſt

Locutio formalis conuenienter fieri p totum capitulum, ex comparatione literali ad Manna.

ex fi-

ex fide per charitatem formata in Chriſtum a manna figuratum, conſequebantur & euaſionē mortis infernalis, & adęptionem meriti vitæ æternæ, reſurrectioniſque glorioſæ, atque aliorum ſimilium. Ex oppoſito igitur ad illud manna, tam ex ſe ad illa bona infirmum, locutus eſt Dominus dicens, Qui manducat meam carnem &c. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum, id eſt quantum eſt ex virtute manducati panis huius, carnis meæ, ſanguinis mei, vitam æternam &c. (vt ſupra.)

PORRO, cur de vita mentionem hic ſæpe faciat Dominus, oſtendit Beatus Chryſoſtomus dicens. Si poſſibile fuit, ſine melle, & frumento, & alijs huiuſmodi, quadraginta annis illorum vitam conſeruare: multo magis nunc cibo ſpirituali hoc facere poterit, cuius illa erant figuræ. Frequenter autem uitam repromittit: quia nihil eſt ita delectabile hominibus. Vnde & in veteri teſtamento longitudo vitæ promittebatur: hic autem vita finem non habens. Simul etiam per hoc oſtendere vult: quoniam ſententiam mortis traditam pro peccato, nunc ſoluit, vitam æternam è contrario promittens. Hęc ille ſuper Ioan. Vbi per, Cuius illa erant figuræ, comprehenditur non ſolum manna, ſed & carnes coturnicum & aqua de petra. His enim paſti fuere filij Iſrael in deſerto: quæ Euchariſtiæ erant figurę. De quo vide Veritates aureas ſuper legem veterem Exod. 16. concluſ. 2. 4. 6. & Deuteronom. 7. concl. 7. & cap. 8. conclu. 8. & Numer. 20. concl. 8.

PRIMA pars illa concluſionis confirmatur apertiſſime ex Concilio Tridē. ſeſſ. 21. cap. 1. his verbis. Sancta ipſa Synodus à Spiritu ſancto, qui ſpiritus eſt ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij & pietatis, edocta, atque ipſius Eccleſiæ iudicium & conſuetudinem ſecuta, declarat, ac docet: nullo præcepto diuino laicos, & clericos non conficientes, obligari ad Euchariſtiæ Sacramentum ſub vtraque ſpecie ſumendum, neque vllo pacto, ſalua fide, dubitari poſſe, quin illis alterius ſpeciei communio ad ſalutem ſufficiat. Nam etſi Chriſtus Dominus in vltima cœna venerabile hoc Sacramentum in panis, & vini, ſpeciebus inſtituit, & Apoſtolis tradidit: non tamen illa inſtitutio, & traditio, eo tēdunt, vt omnes Chriſti fideles, ſtatuto Domini, ad vtrāq; ſpeciem accipiendam aſtringantur. Hęc ibi. & Canon. 1. Si quis dixerit, ex Dei præcepto, vel neceſſitate ſalutis, omnes & ſingulos Chriſti fideles vtranque ſpeciem ſanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti ſumere debere: anathema ſit. Hæc ibi.

De vna, vel vtraque ſpecie.

SECVNDA PARS
Concluſionis.

SCILICET; communionem ſub ſpecie ſolummodo panis prædixit Chriſtus futuram eſſe in Eccleſia ſua, poſtquā fuiſſet in ea communio ſub vtraque ſpecie, demonſtratur ex tex. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinē, & tex. Qui manducat hunc panem. Ex ordine enim illorum textuum qui profecto non ſine cauſa ſic obſeruatus eſt ab eo, à quo quæcūque ſunt, ordinata ſunt Rom. 13. patet abſque vlla controuerſia cuiq; recte ratiocinanti intentum præſens. De manducatura ſiquidem Eccleſia (nam hic cibus infidelium non eſt, ſed Chriſti fidelium) locuturus Dominus, ordine ciborū, id eſt vnius cibi duarum ſpecierum ſeruato, dicit prius, Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem: & poſtea, multis verbis interpoſitis (quod ſignificat aliquātum ſpacium: quo ſub ſpecie vtraque communicauit Eccleſia) ſubiungit, Qui manducat hunc panem. Ex quo vtique ordine cōſtat manifeſtiſſime: quod cōmunionem vtriuſque ſpeciei antea, deinde communionem vnius tantum ſpeciei, ſcilicet panis, ponit. Porrò, quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt Rom. 15. & maxime illa, quæ ptinēt ad inſtitutionē ſanctæ Eccleſiæ, modique eccleſiaſtici circa diuinū cultum ſeruandi: quale eſt, & quidē de principalibus, documentum omne (ſicuti eſt præſens) datum circa diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Eſt ergo idē, ac ſi ibi per ſic ordinatam texturam dixiſſet Chriſtus. Eccleſia mea, pro qua ſola cibanda Sacramentum hoc prędico futurum, prius aliquanto tempore paſcetur iſto cęleſti cibo ſub vtraque ſpecie, & poſtea ſub panis tantum. Quid ex his veri-

tatibus

Digitized by Google

tatibus habes? Quod non ſolum non præcepit Chriſtus, omnes fideles debere cõmunicare ſub vtraq; ſpecie (quod ad pauca reſpiciẽtes defendere fruſtra conant:) ſed è contrario ſe habuit, ideſt prædixit, & approbauit, communionem in Eccleſia pro tempore futuram ſub vna ſpecie tantum. Ad pauca, inquam, reſpicientes; quoniam præceptum ſolis ſacerdotibus factum de conſecrando, accipiendoque Sacramentum hoc ſub vtraque ſpecie, Matth. 26. (vbi videas multa ad propoſitum) extendunt ad laicos, quaſi quod laici ſint ſacerdotes, aut quod laicis dixerit Chriſtus, Hoc facite in meam commemorationem. Non enim diſcernunt hi, aut diſcernere nolunt, inter ſacrificium, & Sacramentum, videntes, quod offerre Euchariſtiam eſt opus ſacrificantis, & manducare illam eſt opus Sacramentum ſumentis. Si namque diſcernere, & videre vellent hæc, confiterentur: & quod ſoli ſacrificantes ad vtranque ſpeciem (ut primo ſacrificanti Chriſto ſeparatis his partibus ſeipſum tum in Cruce, tum in vltima cœna, ſe conformarent) aſtringũtur, & quod Sacramento, ſolum communicãtes vna ſpecie tantum, vt qui ad illam cõformitatem non teneantur, debent eſſe contenti. Quod ſi addantur dictis his ueritates iſtæ, ſcilicet, quod nihil minus hi communicantes de Chriſto participant, cum totus Chriſtus ſub illa ſpecie ſit, & quod iuſtis de cauſis ſpecies uini negatur ab Eccleſia non ſacrificantibus: tunc irrationabilitatem magnam illorum irrationabiliter de hoc (ut ſupra) loquẽtium, magis conſpicies atque penetrabis. De toto Chriſto ſub qualibet ſpecie contento, & de iuſtitia cauſarum negandi ſpeciẽ uini non ſacrificantibus, vide Concilium Tridentinum, ſeſſ. 21. capitulis, & canonibus multis.

DOMINVS non lquitur de ſe, vt Sacramento, in præſenti capitulo, niſi à textu, Panis, quẽ ego dabo, caro mea eſt, vſque ad finem. Licet enim ante adductũ tex. Panis quem &c. multa de ſe pane fidelibus ad ſeipſum venientibus utiliſſimo, dicat: tamen ſe panem quaternis uerbum non quatenus Sacramẽtum, ibi nominat, ſicque de ſe pertractat. Hæc in memoriã lectoris nunc reduxerim, quæ & ſupradicta ſunt: ne miretur: cum viderit me ad probandam hanc ſecundam cõcluſionis partem non adduxiſſe textus Euangelicos, qui poſiti ſunt ante tex. Panis quem &c. ſed ſolummodo illos, qui ponuntur poſt. Priores ſiquidem, quamuis de pane loquantur, non facerent ad propoſitũ (ut declaratum eſt (ſed tantummodo poſteriores.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus carnem ſuã realem, & ſanguinem, inuiſibili modo à ſe dandam, à nobiſque manducandam, teſtatus eſt: demonſtratur ab Euangeliſta, ex tex. Spiritus eſt, qui viuificat, caro non prodeſt quicquam verba, quæ locutus ſub vobis, ſpiritus & uita ſunt. Hic enim non loquitur Chriſtus de rebus dandis, ſed de modo dandi illas, ad manducandum. Cuius rei ſignum euidẽs eſt: quod his verbis reſpondet ad præmiſſam interrogationem Iudæorum illam; Quomodo poteſt hic dare carnem ſuam ad manducandum? In illa ſiquidem interrogatione intenderunt Iudæi quærere modum (quod patet per verbum; Quomodo:) & tamen in mente ſua vnum retinebant, ſcilicet, quod hoc, ideſt Chriſtum dare carnem ſuam ad manducandum eſſet impoſſibile Chriſtus ergo, qui ſcrutator eſt cordium, uidens hanc in illorum mente ſuppreſſam infidelitatis cogitationem ſolicitus fuit prius apponere uerba ſufficientia ad ipſam, veluti ad peiorem morbi cauſam, extirpandam: vt, ea ex illorum mentibus remota, reſponſionem de modo, quam illis erat daturus, caperent facilius. Ad remouẽdam autem prædictæ infidelitatis cogitationem dixit ſtatim eiſdem. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis uitam in vobis. Hoc eſt, ad propoſitum remouendæ infidelis radicis prædictę. Vos reputatis in corde ueſtro, & quod me dare carnem meam ad manducandum, & conſequenter, quod uos manducare carnem meam, ſit impoſſibile: ego autem dico uobis, quod hoc ſcilicet uos manducare carnem meam non tantum non eſt impoſſibile, ſed etiam eſt

neceſ-

Digitized by Google

neceſſarium, ſi vultis beatam uitam habere in vobis. Moxque pergit ordinatiſſime Dominus ad ſuadendum illis talem manducationẽ ex vtilitate tum abſolute magnâ, tum ſupra manna valde maiori, quã animę, corporique, manducantis affert. His finitis omnibus, quæ ordinabantur ad illam internam radicem interrogantium extirpandam: aggreditur Dominus ad directè reſpondendum modo illi, de quo externam interrogationem fecerant dicentes. Quomodo poteſt &c. [Ne miretis autem, ſi hoc eorum ad inuicem litigium voco interrogationem: quia licet non explicitè, tamen implicitè, loquebãtur ibi Domino. In cuius ſignum eis Dominus reſpondet.] Euangeliſta tamẽ quorundam ſcandalum illorum interrogantium infidelitati ſimile interponit, vt reſponſione vna & iſtorum, & illorum dubitationibus, quoniam ſimiles aliqualiter ſunt ſatisfaciat. Ad modũ igitur, quo ſuam carnem ad manducandum (cointellige & quo ſanguinem ad bibendum) dabit, reſpõdit Chriſtus dicens: ſpiritus eſt, qui viuificat, caro non prodeſt quicquam verba, quę ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt. Vnde ſententiam hanc exponens B. Chryſoſtomus ait. Spiritus eſt, qui viuificat, caro non prodeſt quicquam: quod autem dicit, tale eſt. Spiritualiter oportet ea, quę de me ſunt, audire: qui autem carnaliter audit, nihil proficit. Eſt autem carnaliter intelligere, ſimpliciter ea, quę propoſita ſunt, videre: & nihil plus imaginari. Oportet autem, nõ ita iudicare, ſed omnia verba myſterij interioribus oculis inſpicere: quod ſemper eſt, ſpiritualiter audire. Carnaliter uero erat dubitare: qualiter poteſt, nobis carnem dare manducare. Hæc ille. Quod autem carnaliter dubitarent de hoc Iudæi: declarat B. Auguſtinus ſic. Caro non prodeſt quicquam: ſed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe ſic intellexerũt: quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur. Hæc ille. Quia igitur litigantes illi intellexerant, carnaliter verba Chriſti de carne ſua manducanda, id eſt, quod ad modum aliarum carnium dilaniaretur, viſibiliterque comederetur: ideo hanc ab eorum mentibus intelligentiam remouet Chriſtus dicens, verba illa alio modo, id eſt non illo carnali, ſed ſpirituali, intelligenda eſſe. Et hoc eſt in ſenſu illud, quod dicit: caro nõ prodeſt quicquam (ſi intelligatur, ſcilicet modo illo, quo vos intelligitis:) ſpiritus eſt, qui viuificat, & verba, quę locutus ſum, ſpiritus ſunt, id eſt ſpiritualem, quo ad modum, ſcilicet de quo vos litigantes interrogatis, habent. Et ex his Chriſti verbis propius ad præmiſſam interrogationem accedendo, quid reſpondere ipſum dicemus? Vos quæritis, quo nam modo carnem meam dabo ad manducandum: & ego uobis reſpondeo, quod ad manducã dum eam dabo modo nõ carnali (vt vos putatis, non tranſcendentes conſuetum vobis modum manducandi carnes) ſed ſpirituali. Res ergo, quę manducabitur, erit carnalis, id eſt vera caro: ſed modus, quo manducari poterit abſque horribilitate, erit ſpiritualis. Alioquin ſi modus eſſet carnalis, non mãducaretur caro Chriſti, quoniam hoc eſſet nimis horribile: & conſequenter illius caro, vtpote non mãducata, nõ prodeſſet nobis quicquam ratione manducationis. Hęc omnia ex textu ſecundum verum ſenſum dicta ſint.

Breuiter ergo ex præmiſſis exponatur textus. Spiritus eſt, qui viuificat, & verba, quæ locutus ſum vobis, ſpiritus ſunt, id eſt ſi modo ſpirituali (ſtando in modo mãducandi, de quo interrogauerant) intelligantur, uiuificant, id eſt afferunt vitam ęternam. Vnde & Apoſtolus Petrus, ſic intelligens hęc verba Chriſti, dicit de his ei infra: Verba vitę æternę habes Caro ſcilicet mea, ſi daretur carnaliter, id eſt viſibiliter manducanda (vt vos intelligitis) non prodeſſet quicquam. Cæterum dicet quis. Quid eſt illud: ſpirituali modo? Eſt: Inuiſibili modo. Nam ſpiritus à quo denominatur ſpiritualis, eſt inuiſibilis (vt patet de ſpiritu noſtro.) Quia igitur vera Chriſti caro, abſque hoc quod corporeo viſu, guſtu, olfactu, tactu, ſentiatur, manducatur in Sacramento Euchariſtiæ diuiniſſimo: ideo verè diximus in illa tertia conclusionis parte ex præſentis Euangelij loco, quod Chriſtus realem carnem ſuam dat nobis modo inuiſibili manducandam in Altari.

CON-

Digitized by Google

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD non eſt ſub utraque ſpecie .ſ. panis, & vini, de neceſſitate ſalutis communicandum: & ꝙ propterea eſt falſiſſimum illud ſchiſmaticorum quorundam .ſ. quod communicans tantum ſub vna ſpecie committit ſacrilegium, etiam ſi non ſit celebrans: vide ex ſacroſanctis Concilijs &c. eſſe definitum in Elucidationibus 3. de Sacram. articulorum num. 164. Quod hæreticum eſt dicere, ꝙ Chriſtus non contineatur totus ſub vnaquaque ſpecie: vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationibus 3. de Sacram. articulorum num. 124. Quod non eſt conſultius, Eccleſiam ſtatuere, laicos ſub vtraque ſpecie communicandos (contra erroneum conſilium Lutheri:) uide ex &c. in Elucidationibus 3. de Sacram. articulorum num. 164. Quod uero corpus Chriſti ſub Sacramento Euchariſtiæ modo inuiſibili eſt ita, ſcilicet, quod licet ibi uere ſit, non poteſt videri ab oculo noſtro corporeo, immò nec ſentiri guſtu, tactu, aut olfactu, corporeis: vide ex &c. in Elucidationibus 3. de Sacram. q. 17. aliàs 76. articulo 7. Quod Sacramentum hoc debet ſub vtraque ſpecie ſumi à Sacerdote celebrante: uide ex &c. in Elucidationibus 3. de Sacramē. quæſt. 21. aliàs 80. articu. 12. & q. 23. alias 82. art. 4.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. VI.

DVRVS eſt hic ſermo &c. Verba uitæ æternæ habes.] De eiſdem uerbis Domini de Euchariſtiæ Sacramento dictis loquuntur Diſcipuli murmuratores, & B. Petrus: & tamen de illis diuerſiſſimum iudicium proferunt. Nam murmuratores dicunt, illa verba eſſe dura .i. impenetrabilia, & indigna, ut audiantur: Petrus uero illa dicit eſſe ſuauiſſima, & digniſſima, vt audiantur, vtpote vitæ æternæ promiſſiua, ad ipſamque inductiua. Durus (inquiūt) eſt hic ſermo, & quis pōt eum audire? A corporalium duricie tranſfertur metaphora ad rem ſpiritualē. i. ad ſermonem, cum dicitur durus. Sicut ergo in rebus corporalibus illud dr̄ durum, qđ vel nō eſt de facili penetrabile, vel reſiſtit tangenti: ita in ſpiritualibus illud dicitr̄ durum, quod vel intellectui eſt impenetrabile, vel volūtati reſiſtit. i. ei diſplicet. Quia igitur horum murmuratorum & intellectus non intelligebat uerba Chriſti, & voluntas ea deteſtabatur: ideo de illis dixerunt, Durus eſt hic ſermo. Ac ſi aperte dixiſſent. Sermonem illum, vt qui ſecūdum ſe ſit incompactus, nō poſſumus intelligere, & voluntati noſtræ diſplicet audire talia. Attende, & vide, ſuperbiā illorum quaſi occultam. Cauſam originalem propriæ ignorantiæ .i. ꝙ non intelligant, non ſibijpſis (vt debebant) attribuunt, ſed ſermoni, dicentes eum eſſe durum. Duri erant reuera illi: nō autem ſermo. Doctrina enim prudentium [quorū primus erat Chriſtus] facilis, Prouer. 14. Et intellectū dat paruulis, Pſal. 118. Hoc eſt, facilis quidem, ſed humilibus corde. Nam ſapientiam atque doctrinam ſtulti [.i. ſuperbi. quales erāt hi murmuratores] deſpiciūt Prouer. 1. Et ideo verborum ſuorū Deus verum ſenſum iuſtè abſcondit à ſapientibus & prudentibus .ſ. apud ſemetipſos (quales erant illi ſuperbi, & ſtulti .i. ſuperbiam ſuam præ ſtultitia non cognoſcentes) & eūdem miſericorditer reuelat paruulis Matth. 11. Audi paruulum Petrum, humillimi magiſtri humilē diſcipulum. Dicet ne vnquam iſte de verbis Domini, Durus eſt hic ſermo? Abſit. Erit quidem aliquando, cum magiſtri ſui verbum aliquod non intelliget: ſed nunquam erit, quando de non intellecto verbo illius dicat, Durus eſt hic ſermo. Quare erit primum? Quia Petrus eſt homo, & per conſequens, de ſe ignorans. Quare nunquam erit ſecundum? Quia Petrus eſt humilis: & per conſequens ſibijpſi, non ſermoni, defectum intelligendi, attribuens. Vis de hoc videre practicam? Ecce. Petrus, cum ſuis coapoſtolis, audiuit magiſtrum ſuum dicentem Ioan. 16. Modicum, & iam nō videbitis me, & iterum modicum, & uidebitis me: quia vado ad patrem. Nunquid ſenſum verborum horum intellexit? Non. Ipſe n. & alij (ut ibi. patet) dixerūt ad inuicem, Quid eſt hoc, quod dicit nobis,

Superbia hominum occultat eis verum ſenſū ſcripturarū. ſeu verborum Chriſti.

bis, Modicum? Neſcimus, quid loquitur. En vera vox humilium, quando aliquod Dei eloquium nõ intelligunt; Neſcimus, quid loquitur. En quam contraria eſt voci ſuperborum in tali caſu dicentium; Durus eſt hic ſermo. Neſcimus enim quid loquitur, ſonat accuſationem ſuiipſorum, ſonat confeſſionem propriæ ad intelligendum duritiei: & conſequenter è diametro opponitur voci illi tumida ſuperbia plenæ, Durus eſt hic ſermo. Hinc factum poſtea eſt: vt Petrus ibid. à magiſtro, qui humilibus dat gratiam Iacob. 4. edoceretur de illo, Modicum, & iſti, tanquam puluis, quem proijcit ventus (hic, in propoſito, eſt ſuperbia) à facie terræ Pſal. 1. Abierunt retro, ſpiritualiter, & iam non cum Chriſto ambulabant corporaliter.

Vox humilium bene dicta: quãdo nõ intelligunt aliquã ſacrarũ literarum particulam.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. VI.

MVLTI, &cæt. Durus eſt hic ſermo &c. verba vitæ æternæ habes.] Ex dictis inquires. Qui ſunt Diſcipuli Chriſti, qui proprie, & maxime, retro abeunt volũtarij ab ipſo, nec amplius cũ eo, eiuſque Apoſtolica familia, ambulare dignãtur? Hæretici. Hi enim priori tempore erant nobiſcum (dicit vnus ex familia illa intima) & poſtea exierunt ex nobis. 1. Ioan. 2. Exierunt ſpiritu, exierunt & corpore. ſpiritu quidẽ, quia ad inſtar horum murmuratorum (qui propria illorũ figura ſunt) ea Chriſti dicta, quæ non intelligunt, blaſphemãt (Iudę, cap. 1.) hoc eſt, ſcripturas ſanctas deprauant ad ſuam ipſorum perditionem 2. Pet. 3. Nunquid non ad ſuã ipſorũ perditionem deprauarũt hi murmuratores ſacroſancta Dei eloquia: quũ, & illa vituperarunt, pro nihiloque ad ſalutem habuerunt, dicentes, Durus eſt hic ſermo, & ex hoc mox ijdem ſemetipſos ſcandalizantes abierunt retro, ampliuſq; cũ Chriſto non ambularunt? Seipſos, inquã, ſcãdalizauerũt hi ex optimis verbis Dñi: quũ & illa prius non intelligẽtes ſpreuerũt, & ex hoc ſtatim in peius corruerunt. ſ. q; Dñm ipſum talia loquentẽ ſpernentes dereliquerunt. Tñ autẽ hoc ipſorũ ſcãdalũ paſſiuũ fuit: vt nec per declarationẽ à Chriſto de verbis ſuis factam. ſ. verba, quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt, mitigari ſe, permiſerint. In quo vtiq; facto ipſi, figuratorũ hæreticorum obſtinatiſſimã voluntatẽ in intellectus ſui cæcitate ſequẽda pmonſtrarunt. Voluntarij, inquiebam ſupra, abierunt hi retro, quia nullus eos abegit. Quære in Euangelio: & oẽm non diſcedendi, ſed cum Chriſto remanendi, occaſionem eis datam inuenies. Quis ergo ex Chriſti conſortio eos eduxit? Superba ſuiipſorũ uoluntas, & cæcus intellectus. Ne quæras ergo in poſterum: cur hæretici abeant retro. i. diſcedant, ſiue diſceſſerint ab Apoſtolica Chriſti eccleſia. Nam in eorum figura depictum hic eſt: quare talis ab eis diſceſſio fiat. Per intellectum. n. ſuum cæcum ſcandalizant ſemetipſos circa diuinas ſcripturas intelligendas, & per uolũtatẽ ſuperbam nolunt acquieſcere Chriſto in eccleſia de uero ſcripturarũ ipſarũ ſenſu eos docenti (ſicut nec iſti Chriſto in propria perſona ſuorũ verborũ ſenſum verum aperienti:) & inde in ſua cæcitate priori voluntarie remanentes, eandemq; voluntarie augentes, abeũt poſt Satanã, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ Iob 41. nec ultra ambulant cum Chriſto, qui eſt firma petra 1. Cor. 11. In cuius ſignũ poſt circunferuntur oĩ uento doctrinę Epheſ. 4. ſeducti varijs deſiderijs, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes: ſed proficientes in peius, errantes, & in errore mittentes. 2. Tim. 3. Alias cauſas hęreſis vide tu, in 2. 2. quęſtio. 11. artic. 1. 2.

Aptiſſima figura hæreticorum proceſſus, &cæt. per tex.

Denique vide mirũ miraculo ſatis ſimile. Quid? Quod vnde hæretici (vt in ſua figura patet) hauriunt aquas venenoſas. ſ. occaſiones diſcedendi à Deo uiuo, & uero: inde catholici (ut hic in eorum uicario capite, Petro patet) hauriunt fontẽ aquæ viuæ ſalientis in uitã æternã: Quid. n. inquit Apoſtolorũ princeps de illis eiſdem verbis Chriſti; ex quibus murmuratores iſti ſuarũ ruinarũ occaſionẽ ſumpſerunt? Verba vitæ æternæ habes. Ex ſcripturis igitur damnationẽ trahunt hæretici, dum ſuo ſenſu pertinaciter inhæſi Petro Apoſtolo. i. ſuę ſedi Apoſtolicæ Romano Pontifici pro tpe à Dño creditę nolunt aſſentire: relinquendo pprium ſenſum erroneũ (quãuis ſibiipſis bonus videatur) & ſucceſſoris

Eadem litera ſcripturæ eſt in ruinã hæreticis, & in reſurrectionẽ catholicis, Luc. 2.

ceſſoris Petri iudicium in talibus ample-
ctendo: id quod eſt, obedire fidei. Rom. 1.
Vere in hac differentia perſonarum. ſ. Pe
tri, & murmuratorum apparet manifeſte
adimpletum illud Iſa. 6. Niſi credideritis
non intelligetis. Hinc ſiquidem ad literã
patet: & ꝙ murmuratores eo, ꝙ non cre-
debãt (ut habetur in textu) nõ intellexe-
runt, imò nec intelligere voluerunt, ver-
borum Chriſti de ſacroſancto Altaris ſa-
cramento ſenſum verum, licet eis decla-
raretur ab ipſo: & ꝙ Apoſtoli ſenſum il-
lum intellexerunt, eo ꝙ magiſtro ipſum
declaranti crediderunt. Vnde idem Apo
ſtolus ſubiũxit in tex. & nos credidimus,
& cognouimus. Vbi duos actus intelle-
ctus, quorũ ſecundus ſequitur ad primũ,
confitetur. ſ. credere, & cognoſcere. Por-
rò, credere eſt actus intellectus moti à vo
luntate ad credendũ: Cognoſcere autem
eſt actus itellectus moti à teſtimonijs tot
miraculorũ ab ipſis viſorum. Per hæc igi
tur concludẽdũ reſtat: ꝙ ſcripturas in ue-
ro ſenſu hæretici nũquam intelligent: qa
nolunt credere Eccleſię Apoſtolicæ uice
Chriſti ſponſi ſui oĩum eccleſiarum magi
ſtræ. 2. 2. q. 5. art. 3. Vide Veritates aureas
ſup legẽ veterẽ Deuter. 17. conclu. 7. 8. 9.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. VI.

NEMO poteſt venire ad me, niſi pa-
ter, qui miſit me, traxerit eum.] Ergo
homo à patre tractus põt venire ad me.
Quis ergo tunc venire poteſt, & venit ad
Chriſtum? Hoĩo. Qũo? Libere. Nam per
liberum arbitrium a Deo, vt veniat, exci-
tatum venit. In cuius ſignum, ꝙ libere ue
niat, poteſt etiam non uenire. Neque. n.
paſſibus corporis venit (vt cuique ſapien
ti patet) ſed affectibus mentis, qui ſunt aſ
ſentire, & diſſentire; Si. n. liberũ arbitriũ
Deo ſuauiter. i. abſque uiolentia (non. n.
violentatur animus, qñ à Deo libertatis
hominis conditore, & conſeruatore, trahi
tur) ſe trahenti aſſentiat, tunc venit ad ip
ſum: ſi uerò diſſentiat, tunc non venit, ſed
recedit ab ipſo. Aſſentire aũt, & diſſenti-
re (oĩum recte ſentientium iudicio) dicũt
actiuã actionẽ. Quapp non de titulo, ſed
de rẽ. i. nõ nominaliter, ſeu fictitie (vt Lu
therus falſo imaginatur:) ſed realiter, &
verè, liberum arbitrium concurrit actiue
ad ſuã iuſtificationẽ. Vnde ueritatẽ hanc
merito docens Cõcilium Tridẽt. contra
riumq; anathematizans, dicit ſeſſ. 6. Ca-
non. 4. Si quis dixerit: liberum hoĩs arbi-
triũ à Deo motum, & excitatũ nihil coo-
perari aſſentiendo Deo excitanti, atque
vocanti, quo ad obtinendã iuſtificationis
gratiã ſe diſponat, ac præparet, neq; poſ-
ſe diſſentire, ſi velit, ſed, veluti inanime
quoddã, nihil oĩno agere, mereque paſſi-
ue ſe hr̃e: anathema ſit. Hæc ibi. & Cano.
5. Si quis liberum hoĩs arbitriũ, poſt Adę
peccatum, amiſſum, & extinctũ eſſe dixe
rit, aut rẽ eſſe de ſolo titulo, imò titulum
ſine re, figmentũ denique à Satana inue-
ctũ in eccleſiam: anathema ſit. Hęc ibid.

Condemnantur ꝑ textũ Lutherani, & mox Pelagiani.

Differentia tñ inter actiue aſsentire, & a-
ctiue diſsentire, liberi arbitrij eſt hæc: ꝙ
ex ſe habet, ꝙ poſſit diſsentire Deo trahẽ
ti, ſed ꝙ ipſi Deo poſſit aſsentire non ha-
bet ex ſe, ſed ſolũ ex dono ipſiuſmet Dei.
Nemo (inquit) põt uenire ad me, niſi &c.
Quid clarius, ad hoc propoſitũ firmiter
concludendũ? Pater ſiquidẽ facit nõ tñ
vt homo veniat, ſed ẽt ut poſſit uenire. Er
go ceſsante tractu patris non põt homo
aſsentire. Adeo ꝙ & initiũ ueniendi ad
Chriſtum, qđ fit per illud aſsentire, eſt à
patre, & mediũ, & finis, ſunt ab eodẽ, ſed
tñ hæc duo, non ſine nobis cooperãtibus
Deo facienti illa ipſa in nobis. Vñ Conci
liũ Arauſicanũ contra Luciferinã hære-
ſim Pelagij loquens, ac ſimul pro huius
Euangelici dogmatis recta intelligentiæ
declarationẽ (quam textui per te applica
bis) afferens, de impoſſibilitate humana
ad bonũ qđcũq; ſine Deo ſemp, & vbiq;
ſibi per auxiliũ aſſiſtente dicit Can. 20.
Multa in hoĩe bona fiunt q̃ non facit ho-
mo: Nulla uerò facit homo bona, q̃ non
p̃ſtet Deus, ut faciat homo. Hæc ibi. Nõ-
ne aſsentire Deo trahẽti eſt bonũ? Vtiq;
Ergo hoc, iuxta ueritatẽ Concilij, eſt no-
bis ex dono Dei: qm̃ inquit nulla bona fa
cit homo, q̃ non p̃ſtet Deus, ut faciat ho-
mo. Et Can. 9. Diuini eſt muneris: cũ re-
cte cogitam⁹, & pedes nr̃os à falſitate, &
iniuſtitia tenemus. Quoties. n. bona agi-
mus: Deus in nobis atque nobiſcum, ut
operemur, operatur. Hęc ibi. Nota illud,
Nobiſcũ ut operemur, operatur in nobis.
Ecce, noſtri liberi arbitrij actum: ope-

ratio, ibi, Vt operemur: Ecce quod talis noſtra operatio nõ eſt in nobis ex nobis, ſed in nobis ex Deo operante ſic in nobis ideſt vt libere actiuam illam operationẽ faciamus, ibi operatur nobiſcũ, in nobis, vt operemur. Nec mirum ſi hęc veriſſimè dicta ab iſto ſancto concilio, conformiter ad illud, Iſa. 20. Oĩa opera noſtra operatus es in nobis Domine, quidam minus, q̃ in tanta re oporteat, perſpicaces, non penetrent, quaſi volentes modo inexplicabili ſe excuſare ſub vmbra defendẽdi actiuitatem liberi arbitrij: quoniam illa concilii dicta ſubtiliſſima ſunt, & excuſationem iſtorum efficaciter excludunt, dũ ponunt (vt ibi patet) nos operari. Non dico ſolum pati. i. trahi, excitari, vocari, moueri, à Deo, ſed agere, i. operari, recte cogitare, pedes à falſa iniuſtaq; via retinere. Deſinant ergo illi, nodum in ſcirpo q̃rere.

Clara ſiſtmaq; ſententia cõcilij pro actiuitate liberi arbitrij, licet ex dono Dei.

Proinde has veritates tum Euangelij præſentis, tum Iſaię prophetæ, tum Conciliorum Arauſicani, & Tridentini, merito dixerim & eſſe ſubtiliſſimas in concordando actiuitatem liberi arbitrij cũ gratia Dei ſemper, & vbiq; ſecum intimius (quam poſſit Pelagiana hæreſis intelligere) vt ipſum operetur, operante, & eſſe à quibuſdã nõ intellectas, quia etiam aut non, aut vix, capi recte põt à multis veritas illa, licet ſit minus difficilis, & alta, q̃ dicit, ꝙ Deus operatur in omni operante etiam naturaliter, etiam inanimato, 1. q. 105. art. 5. Sic enim ibi fideliſſimus Eccleſię catholicę Doctor, D. Thomas inquit: Deum operari in quolibet operante, aliqui ſic intellexerunt, ꝙ nulla virtus creata aliquid operaretur in rebus, ſed ſolus Deus immediate oĩa operaretur (puta, ꝙ ignis nõ calefaceret, ſed Deus in igne, & ſimiliter de omnibus alijs.) Hoc aũt eſt impoſſibile. Hęc ibi. Sicut ergo illam veritatem (Deus operatur in omni operante) non bene, ſed erroneè intelligebant iſti, vtpote negãtes ex hoc, virtutem creatam in reb. actiuę operari (puta, virtute ſua creata ignem calefacere:) ita illam altiorem admodum, ac difficiliorem veritatem (Deus in libero arbitrio hominis opera bona eius oĩa, etiã ipſum aſſentire operatur) illi non bene, ſed erronee, intelligunt; vtpote negari credentes, ex hoc, virtutem liberi arbitrij creatam actiue aſſentire, & alia poſtmodum opera bona facere.

ANNOTATIO QVARTA. Cap. VI.

NEMO poteſt uenire ad me niſi pater, &c.] Ex hoc loco pręcipue, inter alia, illud dictum humilitatis, & uerax mutuauit Apoſtolus, ſuperbiam Pelagij futuram ita contundens, 1. Cor. 15. Non ego aũt ſed gratia Dei mecum, & 2. Cor. 3. Non ſumus ſufficiẽtes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. In Apoſtolico dicto, Gratia Dei mecum vide ad literam illud cõcilij Arauſicani, Deus nobiſcum, ut operemur, operatur. Quod ſane concilium præſentis Euangelici textus unum uerbum, ſcilicet traxerit eum, uidetur declarare uoluiſſe, cum dixit: Multa in homine bona fiunt, quæ non facit homo. Tractus enim ille patris, quo inuitũ hoiem trahit ad uiã, eſt quid bonum, & fit in homine, ſed illũ non facit homo. Si. n. aliorſum pendebat, imo, & uelociter quandoq; alio tendebat homo: quomodo (etiam ſi licentia fingendi detur) fecit ipſe, aut ad faciendum cõcurrit, illum tractum? Solus ergo Deus hunc nobis ſalutiferum, ſed nõ à nobis factum, facit tractum. Ad reliqua uerò opera cooperatur homo diuinæ operationi, (ut ſupra diximus,) ſm illud, Mecum, & Nobiſcum: quę Apoſtolus, & concilium dixerunt. Patet igitur ex his: ꝙ B. Thom. meritò dixit, illorum in 1. q. 105. art. 5. recitatorum intelligentiam malam reijciendo. Hoc aũt eſt impoſsibile. Qđ quidem ex rõne efficaci (ut ſui moris eſt ubiq; ſano modo, ut ipſe uoluit, intelligentib. eum) probat cõſequenter, immediate ibi ſubiũgens. Primo quidẽ, quia ſic ſubtraheretur ordo cauſæ, & cauſati à reb. cauſatis, qđ pertinet ad impotentiam creantis. Ex uirtute enim agentis eſt: ꝙ ſuo effectui det uirtutem agendi. Secundo; quia uirtutes operatiuæ, quæ in rebus inueniuntur, eſſent fruſtra rebus attributæ, ſi per eas nihil operarentur. Quinimo omnes res creatæ uiderentur quodammodo eſſe fruſtra, ſi propria operatione deſtituerentur, cũ omnes res ſint propter ſuam operationem. Semper enim imperfectum eſt pro-

pter

Digitized by Google

pter perfectius. Sicut igitur materia eſt propter formam: ita forma, quæ eſt actus primus, eſt propter ſuam operationem, quæ eſt actus ſecundus. Et ſic operatio eſt finis rei creatæ. Sic igitur intelligendum eſt, Deum operari in rebus, quod tamen ipſæ res habeant propriam operationem. Hæc ibi. Vbi nota pro ſemper & vbiq; illud concluſum poſtremo, ſcilicet. Sic igitur intelligendum &c. & hoc pro concordia continuè ſeruanda liberi arbitrij, quo ad operationem eius propriam, idest actiuam, & liberam, cum hac alia veritate. ſ. quod Deus omnia bona liberi arbitrij noſtri, etiam aſſentire, operatur in nobis. Hinc quoque manifeſtiſſimum tibi facit ipſe Doctor verè catholicus, Sãctus Thomas: quod quandocunque dicit illud ſpecialiter de liberi arbitrij operibus, non ſic intelligit, vt tollat actiuam operationem ab ipſo (ſecundũ quod quidam, ſimiles recitatis in principio corporis ab eodem ſancto, dixerunt) ſed ſic intelligit, Deum operari omnia in libero arbitrio, vt etiam ipſum liberum arbitrium habeat propriam, quæ actiua, & libera eſt, operationem.

Notandũ pro ſemp. & ubique eſt hoc, &c.

PORRO, quia veritas vero concordat, hoc ipſum ab Angelico Doctore de ſpeciali gratia Dei operante, & cooperãte, in, & cum, libero arbitrio propriam actionem exercente, tenuerunt, definierunt, & declararunt, Concilia prædicta non ſolũ uerbis illis, quæ ſuprà adduximus: ſed etiam, & clarius, per verba ſequentia. Dicit igitur Concilium Arauſicanum, Canone 16. Nemo ex eo, quod videtur habere, glorietur, tanquam non acceperit. Nam, ſicut Apoſtolus dicit, Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem; Dedit dona hominibus. Inde habet: quicunque habet. Quiſquis autem inde ſe habere negat, aut vere non habet: aut id, quod habet, auferetur ab eo. Hæc ibidem. Et capite vigeſimotertio. Suam voluntatem homines faciunt, non Dei: quando id agũt, quod Deo diſplicet. Quando autem ita faciunt, quod volunt, vt diuinæ ſeruiant voluntati: quamuis volentes agant, quod agunt, illorum tamen voluntas eſt, à quo præparatur, & iubetur, quod volunt. Hæc ibid.

ANNOTATIO QVINTA.

Cap. VI.

NEMO poteſt venire, niſi &c.] Venire ſcilicet vllo modo. i. vel cogitãdo, vel cogitare incipiendo, vel amando, vel loquendo &c. ad me: niſi pater meus traxerit eum. Ac ſi apertius dicatur. Nihil boni fieri poteſt ab homine, ſiue cogitando, ſiue volendo, ſiue operando, ſiue peccatum vitando, ſiue quocunque alio modo bene ſe habendo: niſi a patris tractu præueniatur, & poſtea ab ipſo tractu cõtinue aſſocietur. Non enim Deus eſt ſolummodo cauſa faciens, ſed etiam conſeruans, ita quod iſtud ſuum trahere non intelligitur oportere ſolummodo in præueniendo, ſeu in principio noſtræ bonæ affectionis, locutionis, operationis, cuiuſcunque adeſſe, ſed etiam in ſubſequendo ſeu in progreſſu vſque ad finẽ. incluſiue. Quandocunque igitur ceſſaret ille tractus, ceſſaret ſtatim immediate bona illius hõis in principio tracti (&ſi progreſſa fuiſſet ſimul ꝑ quadraginta annos, & ſuprà) affectio, locutio, operatio. Ex iſto itaq; Euangelij textu patenter manifeſtatur: & ꝙ homo, quicunq; ſit ille, nihil boni, quodcunq; ſit illud, habet, ſed nec habere põt, à ſemetipſo, & ꝙ ipſe habet, quicquid boni hẽre põt, à Deo in ipſius hõis libero arbitrio ꝑ tractũ illũ ſuũ operante, cooperante, ac in finẽ vſq; inceſſanter cõcomitãte. Deus ergo tractu illo ſuo & mouet nos ad bonũ, & facit noſtrũ liberũ arbitriũ aſſẽtire diuinæ illi motioni. Adeo, ꝙ aſſẽtire quidẽ eſt noſtrũ: ſed nõ eſt de noſtro Deus nanq;, qui ꝓueniendo nos traxit, & ſubſequẽdo, vt tractũ illũ acceperimus, ꝑ gratiã ſpecialẽ eff cit. Hoc aũt totũ docuit oẽs filios ſuos eccleſia sãcta, dũ in collecta Paſchæ reſurrectionis Chriſti orãdo Patrẽ dicit: vota noſtra, q̃ ꝓueniẽdo aſpiras, & adiuuãdo ꝓſequere. Qđ & prius docuerat Spiritusſanctus: dũ ꝑ Prophetã dixit Pſ. 67. Aſcẽdiſti in altũ, cẽpiſti captiuitatẽ, accepiſti dona in hoibus, & ꝑ Apoſtolũ Epheſ. 4. Aſcẽdit in altũ captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hoib. Quid eſt: ꝙ idẽ ſpũs de donis diuinis ſic differẽtes ꝓfert ſniãs. ſ. dedit dona hoib. Accepiſti dona in hoibus? Si dedit, quõ accepit? &, ſi accepit, quõ dedit? Præueniẽdo nos, illa dona nobis dedit: ꝓſequẽdo ꝑ

gratiā cooperātē nobiſcū, eadē ſua dona in nobis accepit. Ita, ꝙ Deus, ex parte ſui cōſideratus, dat: & ipſemet, ex parte noſtri cōſideratus, accipit. Nō.n. accipit dona in ſemetipſo; ſed in hominibus. Trahit ergo homines dupliciter ad filium: primò cum dat eis dona; ſecundò, cum eadem dona accipit in eis. De primo ſolum tractu intellige illud Ioan. 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. De ſecundo autem iſtud Euangelicum, Niſi pater traxerit eum, & illud Rom. 8. Qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Non enim omnis homo ueniens in hunc mundum, venit ad Chriſtum (vt patet de infidelibus:) cum tamen omnes, de quibus dicitur hic, & ibi Roma. octauo, quod trahuntur, veniant ad ipſum. Tractus ergo ille primus eſt gratia communis, ſeu gratuitum auxilium vniuerſale: tractus verò ſecundus eſt gratia ſpecialis, ſeu gratuitum auxilium ſpeciale. Tractu primo vocat nos Deus, & facit nos audire illam vocem ſuam: tractu autem ſecundo facit, vt nos audientes vocem ſuam non obduremus corda noſtra; ſed ex toto corde aſſentiamus, & obediamus, illi voci auditæ. Ecce: quod ex Euangelio, Eccleſia, Pſalmo, cum Apoſtolo, patet, aſſentire vocationi diuinæ eſſe noſtrum, ſed non eſſe de noſtro. Scis: quid ſolummodo ſit noſtrum ſimul, & de noſtro? Audi Cōcilium illud Arauſicanum Pelagianam ſuperbiolam, ideſt vix in ſua radice apparentem, ſtirpitus euellens, cap. 22. Nemo habet de ſuo, niſi mendacium & peccatum. Hæc ibi.

CÆTERVM, inſurget quis, & dicet. Si non poteſt aliquis homo (ut ex dictis patet) etiam à Deo vocatus aſſentire uocationi: niſi ab eodem trahatur ad habere aſſentiendum ei: quo iure culpabitur homo, vt culpatur, ſi non aſſentiat Deo vocanti? Item. Si dona à Deo homini data non poteſt homo viribus ſuis recipere, niſi Deus ipſe illa recipiat in homine: qua ratione homo de ingratitudine culpari poterit, quando ſibi dona deſuper data non acceptabit? Ex eo enim, quod Deus tractu illo pleno (de quo Euāgelium,) ideſt vtroque non trahit iſtos homines, procedit: quod nec primus ille homo Deo vocanti aſſentit, nec ſecundus dona diuina debito modo recipit. Reſpondetur faciliter ad hoc: quod ſi homo non apponeret obſtaculū tractui illi pleno, excuſandus videretur, quando nō ſic traheretur. Sed quoniam tractui illi, ne ad ſe pertingat, ponit obſtaculum: ideo non eſt vllo pacto de hoc excuſandus, immò eſt accuſandus, ſi tractu illo non trahatur, & Deus ſemper inde eſt laudādus. Quod verò ſemper ex defectu hominis, propter impedimentum appoſitum, proueniat, illum non ſic trahi, patet, ex Beato Auguſtino, libro de correptione, & gratia, dicente. Auxilium gratię quibuſcunque diuinitus datur, miſericorditer datur: quibus autem non datur, ex iuſtitia non datur, in pœnam præcedētis peccati, ſaltem originalis. Hæc ibid. Vide ſecunda ſecundæ, quæſtione ſecunda, articulo quinto, ad primum. Verè his uerbis catholicis conquaſſat B. Auguſt. totam ſuperbiam Pelagianorum. Ideo ſculpendo ſunt in cordibus noſtris pro ſemper.

Ad obſtruendū os omniū iniquorū ſufficit hæc B. Auguſt. ſententia.

ANNOTATIO SEXTA, Cap. VI.

NEMO poteſt uenire, &c.] Si nemo (inſtabit adhuc aliquis) poteſt venire ad Chriſtum, hoc eſt, ad ſeruandū ea, quæ ad ſalutem ſibi per Chriſtum dāda pertinent, niſi Pater traxerit eum: quare Deus, cum iſtam hominis impoſſibilitatem certiſſime ſciat, præcipit homini hæc, & illa, mandata ſeruanda? Reſp. Quia ipſe Deus, ſicut noſtram ex nobis ſolis impoſſibilitatē nouit: ita etiam ſcit noſtram per tractum ſuum poſſibilitatē, de qua poſtmodum dixit Apoſtolus Philip. 4. Omnia poſſum in eo, qui me confortat. Ex hac ſiquidem Chriſti ſentētia, Nemo poteſt &c, patet: quod Deus non præcipit nobis, vt ſeruemus mandata ſua noſtris viribus ſolis, ſed vt ſeruemus ea viribus ipſis à Deo adiutis. Nunquā enim ille, qui diſpoſuit omnia ſuauiter Sap. 8. Præcipit impoſſibilia: & conſequenter in omnibus mandatis ſuis cointelligit, ſuum adiutorium, quantum eſt ex parte ſua, ſemper aſſuturum homini, cui dat mandata illa. Alioquin nihil agendum cogitatione, locutione, vel opere, mandaret hominibus: cum ſciat, quod nemo poteſt

Quō mādata ſua, vt à nobis cuſtodiantur, intelligat Deꝰ, & ab cībus velit intelligi.

teſt

teſt venire ad ipſum, niſi pater traxerit eum. Quando igitur, & quotieſcunque, Deus aliquid præcipit: toties, tunc ſui auxilij ſponſionem implicite facit. Quia ergo auxilium diuinum ſemper præſto eſt volenti illud, ſequitur: quod ille, qui mandata Dei non ſeruat, excuſari non poſſit, quaſi nō potuerit ex hac parte. Cuius oppoſitum accideret, ſi Deus mandaſſet homini, ut ſolis uiribus humanis cuſtodiret diuina præcepta. Tunc enim homo poſſet excuſari de impoſſibilitate: quandoquidem nemo poteſt venire &c. Vide 2. 2. quæſt 2. ar. 5. ad primum. Audito igitur mādato diuino, omnes in Dei auxilio firmiſſimam ſpem (inquit Concilium Trid. ſeſſ. 6. cap. 13.) collocare, & reponere, debent: quoniam Deus (niſi homines ipſi, eius gratiæ defuerint, ponendo ei obſtaculum: vt declaratur circa finem annotationis quintæ) ſicut cœpit opus bonum, nobis per ſuum præceptum aperiendo viam ſalutis, ita perficiet, operans velle, & perficere. [Audis ne Concilium dicēs: quod Deus eſt operans velle? Quod ſane ab Apoſtolo fuerat prædictum Philip. 2. Deus eſt, qui operatur in vobis velle. Si operatur in nobis velle bonum: ergo hoc velle eſt quidem noſtrum, quia in nobis, ſed non eſt de noſtro, quia Deus operatur in nobis illud. Hæc pauca notata nūc ſint in fauorem ſupradictorum. Annotatio. quinta.]

Notabis in Cōcilio Triden illud verbū ſ. operans velle. Cōtra Pelagianos.

Denique Concilium idem, contra impoſſibilitatem prætendentes ad excuſandam ſuam tranſgreſſionem mandatorum Dei per illud à ſe falſo intellectum, Nemo poteſt venire &cæt. loquitur: dicens, ſeſſ 6. cap. 11. Deus impoſſibilia non iubet: ſed iubendo mōnet & facere, quod poſſis, & petere, quod non poſſis, & adiuuat, vt poſſis. Hæc ibi. Quibus doctrinā præmiſſam ipſum Concilium breuibus nos docuiſſe videre, potes. Docuit & aliud iam à nobis aliquo modo ſuprapoſitum, ſcilicet, quod ſtant ſimul iſta duo, omnia merita hominum ſunt dona Dei, & hoc ſcilicet ipſa eſſe dona Dei non facit, quod non ſint vere opera hominum meritoria. Dicit enim ſic, ſeſſ. 6. Canon. 32. Si quis dixerit, hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona Dei, vt non ſint etiam bona ipſius iuſtificati merita: aut ipſum iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum, cuius viuum membrum eſt, fiunt, non vere mereri augmentum gratiæ, vitam ęternam, & ipſius uitę æternæ (ſi tamen in gratia deceſſerit) conſecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, anathema ſit. Hæc ibi. Conſtantiſſimum porrò eſt: quod ſicut peccatum non eſt peccatum, niſi ſit voluntarium, ita meritum non eſt meritum niſi voluntarium. Opera igitur iuſtificati ſunt voluntariè ab eo facta, & tamen ſunt dona Dei. Per gratiam enim Dei, & per meritum Chriſti, facta ſunt ab ipſo iuſtificato. Alioquin quid ex ſe, auxilio Dei ſecluſo, poſſet facere homo? Nihil. Eſt enim de nihilo factus, & ideo ex ſe nihil habet, ſed nec habere poteſt, niſi nihil. Nam prædicatum omne, quodcunque ſit illud, præſupponit hoc primum, tanquam omnium fundamentum, ſcilicet eſſe: cum (ut patet) nulla res poſſit operari, nec fingi operari, niſi ſit. Si ergo ſit aliquid, operari poteſt aliquid: ſi autem ſit nihil (ut homo) operari non poteſt, quantum de ſe eſt, niſi nihil. Sed nec aliud, ſcilicet, quod de ſe facere aliquid poſſit, fingi poteſt. Quid inde? Ergo ſi homo operetur aliquid hoc eſt non de ſuo, ideſt quatenus nihil, ſed ex dono Dei, quatenus, ſcilicet donum Dei facit, hominem eſſe aliquid. Patet ergo ex præmiſſis abunde: quod gratiam cooperari ſemper per ſpecialem auxilium in libero arbitrio non facit: quod liberum arbitrium non agat actiue, & libere.

Ratio inuincibilis, ſummeq; demōſtratiua, quod homo, vt ex ſe nihil boni pōt incipere, cogitare, facere, &c.

Poſtremo nota plurimas orationes eccleſiæ quas uocant etiam collectas: & clare uidebis principale ſupra propoſitum ex illa ſententia, nemo poteſt uenire &cæt. Vt quid enim à Deo petit Eccleſia ſpiritum recte cogitandi? Vt quid inquit: Fac, nos tuis obedire mandatis? Fac, nos proſpera mundi deſpicere, & nulla eius aduerſa formidare? Quales nos eſſe præcipis, tales nos facias? Sancti nominis tui timorem pariter, & amorem, fac, nos habere perpetuum? & alia innumera huiuſmodi. Secundum igitur doctrinam ab eccleſia ſępiſſime datam patet: quod Deus operatur in nobis tractu illud ſpeciali non ſolum exte-

riores, ſed etiam interiores, & intimos cordis motus bonos; Nec hoc tolli actiuitatem cooperandi à libero arbitrio, quod per tales bonas affectiones meretur. Alioquin Eccleſia, ſic orando, oraret contra ſemetipſam: quoniam auferret ſibi tunc viam merendi, ideſt faciendi actiue & libere opera meritoria augmenti gratiæ, & gloriæ &c. vt ſupra per Concil. Trident.

Pondera illud, alioquin Eccleſia ſic orando, &c.

ANNOTATIO SEPTIMA. Cap. VI.

SI ergo uideritis filium hominis aſcendentem, vbi erat prius] ſcilicet: ſignum certum huius rei habebitis: quod ego deſcendi de cęlo. Pro cuius intellectu ſciendum eſt: quod Iudæi fuerunt ſcandalizati de duabus ſententijs à Chriſto dictis, ſupra enim audito qđ carnem ſuam in cibum pro vita mundi daturus erat, ſcandalizati fuerunt litigantes &c. (vt ibi.& hoc fuit ſecundum ſcandalum) ex hoc etiam, quod ſe deſcendiſſe de cęlo dixerat, ſcandalum ſibi acceperant dicentes; Nonne hic eſt filius Ioſeph &c.? (& hoc fuit primum ſcandalum.) Dominus ergo per ordinem vtrunque ſcandalum eorum, quantum ex eo fuit, euacuauit: & ſecundum quidem ibi, ſpiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquā; uerba, quę locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt, primum verò ſcandalum per ſententiam præmiſſam, ſi ergo videritis filium &cæt. De ſecundi euacuatione, iam in ſuperioribus locuti ſumus: de primi autem loqui nunc aggredimur. Si ergo (inquit) uideritis, filium hominis aſcendentem, vbi erat prius? Quid ſcilicet dicetis tunc? Certè ex ipſo facto obſtruetur os ueſtrum: quoniam ſigno hoc certo cognoſcetis, quantum ex ſigno eſt, ꝙ ego fui ante Ioſeph; & qđ deſcendi de cęlo. Nam res quælibet ad locum ſuum reuertitur, uel ſaltem illud reuertendi in clinationem naturalem habet ſeu deſiderium (ut patet in motibus rerum naturalium etiam inanimatarum.) Per hoc ergo, quod aſcendendo reuertar in cęlum habebitis argumentum: quod ibi eram prius. Significanter autem dicit filium hominis aſcendentem: quia per hoc dat intelligere, ſeipſum habere duas naturas, ſcilicet humanam, qua poſſit mutare locum, & diuinā, qua proprijs viribus in tam diſtantia loca poſſit ſui facere translationem. Nam hoc uerbum, Aſcendere, implicat duo: uidelicet mutationem loci ad locum, id quod naturę diuinæ, cum ſit omnino immutabilis, ac ubique, prima quæſtione octaua, articulo ſecundo, & quæſtione nona, articulo primo, conuenire non poteſt, & uirtutem propriam taliter faciendi, id quod naturæ humanæ, vt natura præciſe humana eſt, non conuenit 3. de Sal. quæſtione quinquageſimaſeptima, articulo ſecundo, tertio. Porrò, quod aſcendere impoſtet hoc ſecundum, conſtat ex differentia inter aſcendere, aſſumi, & portari. Nam portari, & aſſumi, fit (ut ſonat) per uirtutem alterius, aſcendere verò per uirtutem propriam ipſius aſcendentis. Vbi (inquit) erat prius. Hoc dicitur ad denotandum ſpecialem locum, quo aſcendit. Viderunt enim quod aſcendit in cęlum, ſed non uiderunt in quem cęli locum ſpecialem aſcenderit. Et ideo hic declarat, quod aſcendit illo, ubi prius erat, ideſt ſuper omnes cęlos, ad dexteram Dei patris 3. de Sal. quæſtione quinquageſimaoctaua, articulo ſecundo, tertio. Per quam declarationem etiam manifeſtat illud ſupradictum, de quo illi ſcandalizarunt ſemetipſos, ſcilicet, Deſcendi de cęlo. Ac ſi dixiſset. Deſcendi de ſummo cęlorum, vbi ſedeo ad dexteram patris. Sic ergo monſtrat, ſe feciſſe figuram circularem perfectam deſcendendo, & aſcendendo, iuxta illud antea de ipſo Prophetatum Pſal. decimooctauo. A ſummo cęlo egreſsio eius, & occurſus eius uſque ad ſummum eius. Et ſic per illas ſententias ſimul coniunctas, ſcilicet Deſcendi de cęlo, & uidebitis filiū hominis aſcendentem, ubi erat prius, reducit Chriſtus Iudæis illis ad memoriā illud propheticum in eorum libris poſitum: & conſequenter eis commonſtrat per hoc, quod ipſe eſt filius Dei incarnatus Eccleſiæ ſponſus, de quo ille Pſalmus (ut patet) loquitur ad literam.

SICVT AVTEM per tex Filium hominis aſcendentem, notificauit nobis Dominus, ſe habere duas naturas: ita per tex-

Vna tantum perſona diuina in Chriſto habente duas naturas.

tex. Vbi prius erat, notificat, ſe duarum naturarum illarum habere vnam tantum perſonam, quæ Deus Verbum eſt. Patet ſiquidem, quod Chriſtus, & quando nunc loquebatur Iudæis, erat in terra, & quando ab eis, vel ab omnibus, vel aliquibus (ſic enim intelligitur tex. ſi videritis) aſcendere viſus eſt, erat circa terrā: cum qua tamen veritate concorditer maneat, oportet, illum tunc fuiſſe in ſummis cęlorum ad dexteram patris. Alioquin Chriſtus ipſe aſcendens non aſcendiſſet, vbi erat prius, ſed aſcendiſset vbi non erat prius. Quomodo enim potuiſſet ille qui in terra ſenſibiliter loquebatur, aſcendere, vbi prius erat, niſi perſona ſua eſſet tunc ibi, quo poſtea aſcendit? Porrò illud verbum, Erat, trahit ſecum, & perfectam ęternitatem, & totalem immutabilitatem: cum & perfecte æterna 1. quæſt. 10. art. 2. & omnino immutabilis 1. quæſtio. 9. art. 1. ſit perſona diuina: Ac ſi explicite, quod implicitum ibi eſt, diceret ſic. Vbi prius erat ab ęterno, & vſque in æternum, ſeu (quod idem eſt) vbi prius erat omninò immutabiliter. Impoſſibile verò eſt: hoc dictum verificari de perſona creata, tum quia nihil eſt ab æterno, niſi Deus, prima quæſt, decima art. tertio, & quæſt. 46 artic. primo, ſecundo. tum quia nullum aliquod creatum eſt infinitum ſecundum eſſentiam, aut magnitudinem 1. quæſt. 7. artic. 2. 3. & conſequenter de nullo aliquo creato verificari poteſt, quod exiſtens in terra exiſtat ſimul in altiſſimis cęlorum. Relinquitur ergo manifeſtiſſimum ex hoc tex. Vbi erat prius, quod perſona Chriſti hominis (vt homo enim ſenſibiliter loquebatur) eſt increata, ideſt diuina, ideſt Deus Verbum. Si Chriſti hominis perſona eſt Deus: ergo multò manifeſtius Chriſti Dei perſona eſt Deus: cum idem realiter ſit in Deo natura, & perſona, imo etiam eſſe, & eſſentia, 1. quæſt. 3. art. 3. 4. Ex eodem ergo textu conſtat neceſſario: quod Chriſti duæ naturæ habent non duas, ſed vnam perſonam, quæ verus Deus eſt 3. de Saluat. quæſt. ſecunda, art. ſecundo, tertio, quarto, ſexto. Vnde B. Auguſt. hunc Euangelij locum examinans dicit. Filius hominis Chriſtus ex Virgine Maria hic eſſe cępit in terra, vbi carnem aſſumpſit ex terra. Quid ergo vult, quod ait, cum videritis filium hominis aſcendentem, vbi erat prius; niſi vt intelligamus, vnam perſonam eſſe Chriſtum Deum, & hominem; non duas? Ne fides noſtra ſit quaternitas, ſed Trinitas. Sic ergo erat filius hominis in cælo, quemadmodum filius Dei erat in terra. Filius Dei in terra, in ſuſcepta carne: filius hominis in cęlo, in vnitate perſonę. Hæc ille. Tu ergo, edoctus à tanto doctore ne putes propter tex. Vbi erat prius: quod Chriſti corpus de cęlo deſcenderit (quod eſt Martiani, & Apollinaris hæreticum dictum;) ſed quia vnus & idem erat, eſtque ideò, & ſemper erit, filius Dei & filius hominis. Rurſus. Ad idem propoſitum loquens ipſe Auguſt. lib. de batiſ. paruul. inquit, Quāuis in terra factus ſit filius hominis, diuinitatem tamen ſuam (qua in cęlo manens deſcendit ad terram) non indignans cenſuit nomine filij hominis, ſicut carnem ſuam dignatus eſt nomine filij Dei. Per vnitatem enim perſonæ, qua vtraque ſubſtantia vnus eſt Chriſtus, & filius Dei ambulabat in terra; & idem ipſe filius hominis manebat in cęlo. Hæc ibi.

CA-

CAPITVLVM SEPTIMVM.

Poſt hæc ambulabat IESVS in Galilæa. Non enim volebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies feſtus, &c. vſque in finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

Euangelium non eſt humana, neque Angelica, ſed Diuina, ideſt totius ſummæ Trinitatis immediate, veritas: & vniuſcuiuſque hominis rectæ rationi concors (ita, ſcilicet, quod quicunque non credit Euangelio, eſt inexcuſabilis:) cuius Euangelicæ veritatis primus feruentiſſimuſque pra[illegible]tor Chriſtus eſt Deus patri coæqualis, & homo eiuſdem ſpeciei nobiſcum, in vna tantum perſona, quæ increata eſt, exiſtens.

PROBATIO Concluſionis:

PRÆSENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Mea doctrina non eſt mea, ſed eius, qui miſit me, & per tex. ſi quis voluerit, voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina mea, vtrum ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar, & per tex. & me ſcitis, & vnde ſim ſcitis, & à meipſo non veni, ſed eſt verax, qui miſit me, quem vos neſcitis; Ego ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & per tex. Vbi ſum ego, vos non poteſtis venire. Prima igitur pars, ſ. Euangelium eſt veritas diuina, ideſt totius ſummę Trinitatis immediate, patet ex eo, quod Chriſtus cuius doctrina tota dicitur Euangelium (iuxta illud de ſe dictum, Math. 4. Prędicans Euangelium, & Matth. 24. Prædicabitur hoc Euangelium in vniuerſo orbe) dicit: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius, qui miſit me. Hoc eſt. Illa, quā ego prędico, doctrinam eſt mea inquantum eam perfecte intelligo, ſeu poſſideo, & non eſt mea, inquantum non eſt mihi à me, ſed à patre, qui me ab ęterno genuit & in tempore incarnari conſtituit. Nam mitti, præſupponit proceſſionem ęternam perſonę, quæ mittitur 1. q. 43. art. 1. 4. Pronomen ergo, Mea refertur ad diuerſa, & ideo nulla eſt hic contradictio, quoniam (vt patet per philoſophum, in Poſt prędicamen.) oppoſitio attenditur ad idem, & ſecundum idem. Cum enim dicitur, Mea doctrina, pronomen illud ſignificat ſimplicē eius poſſeſſionem (ideſt quam ego perfecte intelligo:) cum autem ſubiungitur, Non eſt mea pronomen hoc ſignificat eius originem (ideſt non originatur à me.) Etenim (vt per exemplum, cum B. Aug. loquamur) quid eſt tam tuū, quam tu? Et quid eſt tam non tuum, quā tu: ſi alicuius es, quod es? Doctrinam ergo Chriſti eſſe doctrinam Chriſti, ideſt quam Chriſtus docet, patet ex terminis: doctrinam, quoque Chriſti non eſſe Chriſti, ideſt non eſſe ſibi à ſeipſo, patet ex eo, quod Chriſtus non à ſeipſo, ſed à patre Sciētia namq; Dei eſt realiter idē cū eſſentia eius 1. q. 33. ar. 1. ſequit̄ neceſſario, quod ſcientia, quam docet, non ſit à ſe ſed à patre. Scientia namque Dei eſt realiter idem cū eſſentia eius 1. q 14. ar. 1. 4. 15. & propterea filius, dum accipit eſſentiam à patre, accipit etiam ſcientiam ab eodem. Ac ſi ergo per illud, Mea doctrina non eſt mea Chriſtus dixiſſet. Ego ſum ego, ſed non ſum ego à meipſo: & ideo non mirum ſi mea doctrina eſt mea, & tamen à meipſo:

Tex. Mea dupliciter ſumitur.

ſermõ eſt. Nunquid non vides tu erudite lector; quod Chriſtus ſubindicat per hoc Iudæis, ſe eſſe verum filium Dei? Doctrinam ſiquidem ſuam non eſſe ex origine ſuam, ſed patris, fert ſecum neceſſario illud, ſcilicet quod eſſentiam ſuam ipſe habeat à patre (vt ex prædictis conſtat:) id quod eſt, eſſe per naturam filium Dei patris. Aduertas, & aliud hic, ſcilicet, quod per hoc dictum, Mea doctrina nõ eſt mea, ſed eius, qui miſit me, condemnat Chriſtus Sabellianam hæreſim: quæ dicit, quòd pater & filius ſunt vna perſona. Si enim eſſet verum hoc; filius tunc diceret, Mea, doctrina eſt mea. Hoc eſt, Illam à nullo habeo, ſicut pater à nullo eam habet. Nunc verò, cum non tantũ negatiua (id eſt. Non eſt mea) ſed etiã aduerſatiua, (id eſt. Sed. Quod eſt aduerſatiua coniunctio, apud grammaticos) locutione vtatur, monſtrat apertè, quod ipſe, & pater ſunt duæ perſonæ realiter ab inuicem diſtinctę.

PORRO, quia eſſentia filij non tãtum patris, ſed etiam Spiritusſancti, eſſentia eſt (eadem enim numero eſſentia tribus perſonis communis eſt, prima quæſt. 39. art. ſecundo) ideò in concluſione dictum fuit, quod illa veritas Euangelij eſt diuina, id eſt totius ſummæ Trinitatis immediate. Scientia namque, quam verbis exterioribus docuit Chriſtus, erat (vt probatum eſt) eſſentia diuina. Illud etiã dixit concluſio propter regulam vniuerſalem ſacrę Theologiæ, quæ eſt, quòd in ſcripturis ſanctis, nominato patre & filio (demptis actibus perſonalibus, ſeu rationalibus) cointelligitur ſemper Spiritusſanctus, tanquam nexus amborum, 1. q. 37. art. 1. Cum ergo hic ad propoſitum doctrinæ nominetur Chriſtus & pater, debet cointelligi, quod implicite nominatus ſit etiã Spiritusſanctus. Sic ergo Euãgelium eſt veritas à tota ſumma Trinitate immediate.

EX prædictis denique patet illa particula cõcluſionis negatiua, ſcilicet, quod Euangelij veritas nõ eſt humana, aut Angelica. Si enim Euangelica veritas eſt immediate à ſumma Trinitate, conſequens eſt, quod illa veritas non ſit inuentum humanum, neque Angelicum, ſed & tam digna, vt nec ab homine, nec ab Angelo debuerit in mundum efferri. Qua propter etiam ſequitur, quod ipſa veritas Euangelij ſit maxime certiſſima, & quod ab omnibus cum omni deuotione, & captiuatione intellectus in obſequiũ Chriſti debeat recipi, vitam noſtram conformiter ad eandem veritatem per omnia, toto dilectionis affectu, inſtituendo.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Euangelica doctrina vniuſcuiuſque hominis rectæ rationi eſt concors (ergo quicunque non credit Euangelio, eſt inexcuſabilis) demonſtratur ex tex. Si quis voluerit, voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina mea, verũ ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar. His. n. verbis oſtendit Chriſtus viam, ſeu modum, cognoſcendi, doctrinam ſuã eſſe ex Deo. In quibus patet, quod ad hoc cognoſcendum non exigit, vt literarum ſtudio attendant, nõ requirit ingenij ſpeculatiui magnitudinem nec longa itineris ſpacia (ſic enim multi ab illa cognitione, propter difficultatem modi requiſiti, excluderentur neceſſario:) ſed ſolummodo bonã voluntatem, quæ cõſiſtit in hoc, vt totaliter viuamus ſecundum voluntatem Dei. Vnde hoc deſignans ait; ſi quis voluerit, voluntatem eius facere, cognoſcet &c. Hoc eſt. Si quis habuerit nõ velleitatem, ſed voluntatem obſeruandi omnia, quæ Deus in mandatis ſuis declarauit ſe ab hominibus uelle. 1. q. 19. art. 1 2. Velleitas namque ad hoc nõ ſufficit, quoniam ipſa non amplectitur cum executione media ad finem, id eſt (vt ſiſtamus in propoſito) obſeruationem mandatorum Dei, ſed tantummodo vellet, & deſiderat finem, id eſt ſaluari. Voluntas verò ad hoc ſufficit: quia vtrunque, ſ. finem, & media ad finem cõplectitur, 1. 2. q. 8. art. 2. 3. ſi quis ergo nullum excludendo, voluerit, cum debita, ſcilicet ſerioſa, ſtabili, & deuotiſſima deliberatione, facere; id eſt factis exequi, volũtatem Dei, id eſt illud, quod ab homine uult Deus. Hic per inclinationem talis bonæ voluntatis ſuæ cognoſcet, quod doctrina Chriſti eſt ex Deo. Voluntas enim vt voluntas, mouebit intellectum ad exercitium cognitionis.

Via cognoſcendi veritatẽ Euangelicam &c.

tionis.

Digitized by Google

tionis.1.2.q.9.ar.1.& vt ſic bene affecta, inclinabit illum ad iudicandum de doctrina Chriſti conformiter ad ſuiipſius voluntatis bonam affectionem. Quia verò voluntatis affectio illa non, niſi ex dono Dei eſt, ad ipſumque Deum ſitaliter tendens, ideò intellectus, tanquam impreſſionem illius bonę affectionis per quandam reuerberationem geſtans, ad exercendum proprium officium, ideſt cognitionem, procedendo & ſentiet ſecundum interiorem hominem, doctrinam Chriſti ſibimetipſi ſapere, (quod eſt, eam rectę rationis eſſe concordem) & ex hoc ſpirituali ſenſu, rectitudiniſque concordia, aſcendens iudicabit, quod doctrina Chriſti non, niſi ex illo, eſſe poteſt, qui omnis rectitudinis cauſa eſt, i. ex Deo. Ecce, quod bona voluntas (vt docet textus) intellectui confert diſcernere doctrinam, quę ex Deo eſt, ab illa, quæ non eſt ex Deo, & hoc, in ſenſu, eſt illud, quod Apoſtolus alijs verbis dixit. 1. Cor. 2. ſpiritualis iudicat (ſcilicet rectè) omnia, ac per oppoſitum, Animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt. Nam ſicut bona guſtus diſpoſitio dat guſtui diſcernere differentias ſaporum: ita diſpoſitio volũtatis bona, ſi verè eſt bona, ideſt ex obſeruatione mandatorum Dei ſuam bonitatem (quantũ homini poſſibile eſt) comprobans, dat intellectui diſcernere differentias doctrinarum, ideſt, quæ doctrina ſit ex Deo, & quæ non ſit. Illa enim quæ ex Deo eſt, ſentitur, vt conformis diſpoſitioni taliter bonę: ea autem, quæ ex Deo non eſt, ſentitur, vt diſformis, ſeu contraria diſpoſitioni illi.

Exemplũ bonæ voluntatis.

EX declaratis conſtat, quod Chriſtus principaliter loquitur hic de iudicio intellectus, per modum inclinationis, facto non per modum ſpeculatiuę cognitionis. Speculatiuę inquam, ad differentiam cuiuſdam quaſi practicę, ideſt in ſe experimentalis, cognitionis (de qua nũc ſupra.) Pro quo ſciendum, quod ſicut duplex eſt ſapientia, vna, ſcilicet quæ habetur per infuſionẽ, quę & ideo dicitur eſſe donum Spirituſſancti, Iſa. vndecima, alia, quæ habetur per ſtudium, quæ & ideo non de neceſſitate excludit peccatum mortale à ſic ſolum ſapiente: ita duplex eſt iudiciũ. Nam ſe inuicem iſta duo ſe in diuiſione conſequuntur: quoniam ad ſapientẽ per ſapientiam pertinet iudicare (vt communis animi conceptio docet.) Porrò iudicium per modum inclinationis eſt rectitudo quædam, qua homo inclinatur ad ſic, vel aliter, iudicandum de aliqua re. Quemadmodũ ille, qui habitũ virtutis habet, iudicat rectè de ijs, quæ ſunt ſecũdum virtutem agenda: inquantum ad illa inclinatur. Hoc modo loquebatur philoſophus, cum dixit in lib. Ethicor. quod virtuoſus eſt menſura, & regula actuum humanorum. Iudicium autem per modũ ſpeculatiuæ cognitionis eſt illud, quod à cognitione rerum, ſeu ſcientiarum ſpeculatiua dirigitur, & terminatur. Quo quidem modo ille iudicat rectè de actibus virtutis, qui eſt in ſcientia morali ſufficienter inſtructus: etiam ſi virtutem non habeat. Horum primus iudicandi modus conuenit ſapienti ſecundum ſapientiam, quæ eſt donum Spirituſſancti. Nam & à Spirituſſancto eſt illa ad bene iudicandum interior inclinatio: proptereaque taliter iudicans & ab Apoſtolo vocatur ſpiritualis, primo Cor. 2. & à Sancto Dionyſio, Patiens diuina, libro de Diuin. nomin. Ierotheus eſt doctus, non ſolum diſcens, ſed & patiens, diuina, & hic à Chriſto, volens facere voluntatem Dei (modo declarato.) Secundus autem iudicandi modus eſt ſapientis ſapientia per ſtudium acquiſita.

AN EGO A MEIPSO Loquar.

AD quid adduntur verba hæc, poſtquam mediatè dictum eſt: cognoſcet de doctrina mea, vtrum ex Deo ſit? Eſſe enim doctrinam Chriſti ex Deo, quo iure diſtinguitur contra hoc, ſcilicet Chriſtum loqui à ſeipſo? Etenim Chriſtus (vt ſæpius ex Euangelio patuit) eſt verus Deus: & per conſequens à ſeipſo Chriſtum loqui, docendo, eſt doctrinam eius eſſe ex Deo, & vice verſa, ideſt eius doctrinam eſſe ex Deo eſt ipſum loqui à ſemetipſo. Reſpondeo. Alias ſuper Euangelium fuit ſæpè obſeruatum: quod Chriſtus de ſe loquens Iudæis, quandoq; iuxta opinionem, quã Iudęi de ſeipſo habent loquitur. Et hic eſt vnus talium locutionum

tionum textus. Iudæi namque putabant, Chriſtum purum hominem, atq; peccabilem: & ideò ſic, eū loqui à ſeipſo accipiebant, ut ſubiungitur in textu, tanquā de tertia perſona; Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit. Putabāt enim illum tam alta prædicare, de ſeipſo dicere, vel etiam facere, non quia eſſent vera, aut ex Deo: ſed ad quandam vanam ſui oſtentationem, ad captandos auditorum animos in ſuipſius admirationem, ad venandumque auram popularem, ſequelam, & (ſi opus aliquando fuiſſet) contra inimicos defenſionem.

Hinc ergo eſt: quod Chriſtus duo hæc, ſcilicet doctrinam ſuam eſſe à Deo, & ſe loqui à ſeipſo, diſtinguit contra ſe inuicem. Procedit, & inde, quod ipſe, tanquam recitans Iudæorum opinionem de ſe, eamque mox confutans, quaſi de alio ſubdit; Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit; Qui autem quærit gloriam eius, qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in eo non eſt.

Opiniones Iudæorum de Chriſto, &c.

Ac ſi apertè ad illos dicat. Vos exiſtimatis, quod ego loquar à meipſo, non autem ex Deo. Videamus: an rationabilis, vel irrationabilis ſit iſta de me veſtra exiſtimatio. Quis eſt ille, ſecundum vos (loquendo vniuerſaliter:) qui loquitur à ſemetipſo; ſecluſo Deo) Certè is eſt: qui gloriam propriam quærit, & tendit ad ea, quæ ſunt auditoribus placita, etiam ſecundum appetitum ſenſitiuum, ut ab eis laudem propriam, honorem, & famam clarā, conſequatur. Ergo, ſecundum vos rationabiliter diſcurrentes, quid hinc reſtat dicendum? Quod qui in docendo non quærit gloriam propriam, ille non loquitur à ſemetipſo. Ex his veris, per vos etiam conceſſis, patet: quod falſa eſt illa veſtra de me exiſtimatio, ſcilicet quod ego loquar à meipſo. Pateret ſiquidem publicè, quod ego non quæro gloriam meam. Nonne in procinctu iam veniebant, Iudæi quos panibus mirabiliter ſatiaueram, vt facerent me Regem; & ego talem honorem fugi? ſupra capitulo ſexto. Nunquid non ſanatum languidum ad piſcinā à me dimiſi, (id quod & de multis alijs feci) nè mihi ex eius, & aliorum, ſequela ab hominibus gloria proueniret? ſupra capitulo quinto. Nonne piſcatores pro diſcipulis inter primos elegi, Matth. quarto pauperemque & abiectam viuere vitam (vt vos videtis) conſtitui? & hoc, vt gloriā mundanam non ſolum non quærerem, ſed etiam factis ipſis deteſtarer, & omnino proſternerem. Irrationabilis ergo, etiam per veſtrū hoc iudicij ratiocinium, eſt patenter illa de me veſtra, exiſtimatio (tametſi ex obſtinatione deſipiatis.)

PROSECVTIO AD IDEM.

QVOD ſi his adiunxeritis conſiderare aliam propoſitionem, mihiq; ſecundū veritatem à vobis cognitam, applicaueritis, tunc quantus in veſtra de me exiſtimatione error ſit, videbitis manifeſtè. Quæ eſt illa alia propoſitio? Qui quærit gloriam eius, qui miſit eum: hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt. Patet enim, quod talis officium proprium fideliter exequitur, quandoquidem fidelitas miſſi eſt in his, propter quæ mittitur, quærere non gloriam propriam, ſed gloriam mittentis. Talis ergo verax eſt, ideſt veraciter officium ſibi, vt miſſo congruum facit, & in tali, vt ſic faciente, non eſt iniuſtitia, quoniam non vſurpat ſibimet gloriam mittenti debitam. Quæ eſt illa, quam mihi ex præmiſſa propoſitione facere ſecundum veritatem à vobis cognitam debetis, applicatio? Quòd videatis, diligenterque conſideretis totius vitæ meæ progreſſum in hoc conſtituiſſe, & ad hoc ſemper tum verbis tum factis tetendiſſe: vt glorificaretur ille, qui miſit me. Quoties vobis ſum proteſtatus, quod ego veni in nomine patris mei? Nonne toties vidiſtis: me in faciendis tum miraculis, tum alijs operibus bonis (puta) in eiectione mercatorū, & negociatorū de tēplo. In prædicatione veritatis à Patre mihi cōmiſſa, cū multa libertate, ēt in medio inimicorum meorum, actualiter ēt ob talem prædicationem mihi ad mortē vſq; inſidiantium quæſiuiſſe gloriam Patris, poſthabita ēt mei cōtumelia, omni labore, atq; ſudoribus? Vos vtique, vos, inquā, per vos, non tantū per relationem aliorum ſcitis, quod cum propria & frequenti quidem confuſione mihi illata, vixi, docui?

Confutatio inimicorum veritatis Euangelij, &c.

docui, conuerſatus ſum: vt vnum hoc, ſcilicet gloriam eius, qui miſit me, patris in omnibus exquirerem. A veritate igitur prædicta per vos cognita, quid dicere de me, cogemini, odio poſtergato? Quod ego non loquor à meipſo, quod ſum verax, quod iniuſtitia in me non eſt. Et quia ad non loqui à ſeipſo ſequebatur ſecundum prædeclarata, doctrinam loquentis eſſe ex Deo: propterea vos eadem ratione, qua coacti dicetis, me non loqui à meipſo, coacti etiam eritis ad confitendum, quod doctrina mea ex Deo eſt.

Duo igitur ex Euangelico textu modi ſunt quibus cognoſcere quis poteſt, Euangelium eſſe doctrinam ex Deo manantē. Quorum modorum primus eſt voluntarie, & ad vtilitatem propriam, cognoſcentis: ſecundus eſt coacte (cogentibus, ſcilicet effectibus viſis) & ſine propria cognoſcentis vtilitate. Primum illorum modorum habes ex illo tex. Si quis voluerit, voluntatem Dei facere, cognoſcet, vtrum doctrina mea ex Deo ſit: ſecundum verò habes ex illo; Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit: Qui autem quærit gloriam eius, qui miſit eum, hic uerax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt (vt nunc ſupra examinatum eſt, & Euangelij authori, ideſt Chriſto, applicatum.) Reſtat igitur manifeſtum id, quod in concluſione capituli per modum parentheſis dicebatur, ſcilicet quod quicunque non credit Euangelio, eſt inexcuſabilis. Et hoc, quia Euangelium eſt concors rationi rectę, ſiue ipſa ſit aſſociata à rectitudine voluntatis [Ecce primus præmiſſorum modorum,] ſiue non [Ecce ſecundus.] Concordiam enim Euangelij, cum ratione recta cognoſci ab hominibus poſſe dupliciter: ſuperius demonſtratum eſt.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET; Euangelicæ veritatis primus, feruentiſſimuſque prædicator, Chriſtus eſt Deus patri coæqualis, & homo eiuſdem ſpeciei nobiſcum, in vna tantum perſona, quæ increata eſt, exiſtens: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex & me ſcitis, & vnde ſim ſcitis, &c. vt ſupra in probatione concluſionis, vſque ad, vos non poteſtis venire. Nam Chriſtum eſſe hominem eiuſdem ſpeciei nobiſcum, patet ex ipſius atteſtatione illa, & me ſcitis, & vnde ſim ſcitis. Per hoc enim dictum confirmat illud, quod Iudæi dixerant; Hunc ſcimus, vnde ſit. Quam de illo ſcientiam explicarunt diſtinctius, ibi cap. 6. Nonne hic eſt filius Ioſeph? Cuius nouimus patrem, & matrem. Quid inde? Manifeſtum eſt, quod hi Iudæi non, niſi de hominibus eiuſdē ſpeciei loquebantur, quando hæc dicebant. Vnde B. Auguſt. ait. Solus in hac cauſa latebat Virginis partus, quo excepto totum nouerant in IESV, quod ad hominem pertinet. Recte ergo dixit: & me noſtis, & vnde ſim ſcitis, ſecundum carnem, & effigiem hominis, quam gerebat. Hæc ille ſuper Ioan. Quod verò Chriſtus ſit Deus, patet ex eo quod dicit, A meipſo non veni, ſed eſt verax, qui miſit me, quem vos neſcitis. Vnde idem Auguſt. hoc exponens dicit. Secundum diuinitatem à meipſo non veni: ſed eſt verus, qui miſit me. Hęc ille. Sed & B. Chryſoſtomus textum illum examinans inquit. Per quod ea, quæ in mente habebant, reuelat. Ac ſi diceret; Non ſum de numero eorum, qui ſine cauſa veniunt, ſed eſt verus, qui miſit me, &, ſi verax eſt, in veritate miſit: &, qui miſſus eſt, congruum eſt, veracem eſſe. Rurſus autem ex proprijs ſermonibus eos capit. Quia enim dicebant, Cum venerit Chriſtus, nullus cognoſcit vnde eſt, oſtēdit etiam, inde ſe Chriſtum eſſe. Quoniā à patre venit; quem ipſi neſciebant. Et ideo ſubdit; Quem vos neſcitis. Hæc ille. Ex his ergo, Iudæorum dictis duobus, ſcilicet. Hunc ſcimus, vnde ſit, Chriſtus autem cum venerit, nemo ſcit, vnde ſit, ſi ad inuicem coniunctim cum dicto illo Domini; Quem vos neſcitis, conſiderentur: conſtat quod Iudæi cōfeſſi ſunt, quaſi tamen nolentes, ſimulque neſcientes noſtrum Saluatorem eſſe Meſſiam, ſcilicet Deum, & hominem. Chriſtus (inquiunt) cum venerit, nemo ſcit, vnde ſit. Quia ſcilicet erit ille, de quo ſcriptum eſt Iſai. 53. Generationem eius quis enarrabit? Et c. 45. Vere tu es Deus abſconditus Saluator Iſrael. Ergo Meſſias, ſecundum etiam Iudæos, eſt Deus: Rurſus inquiūt.

Hunc

Hunc ſcimus, vnde ſit. Quia ſcilicet in Nazareth nutritus. Ergo Meſſias, ſecundum Iudæos etiam, eſt homo. Porrò Saluator noſter erat à Iudæis, & incognitus, vnde eſſet, dicente ipſo, Quem ſcilicet patrē, vnde ſum, neſcitis, & notus vnde eſſet, eiſdem manifeſte atteſtantibus. Proinde hanc Iudęorum de Saluatore noſtro confeſſionem admirans quoque B. Auguſt. eorum præmiſſa duo dicta examinando, inquit. Sed hunc ſcimus, vnde ſit. Hæc opinio apud Iudæos non inaniter nata eſt. Inuenimus enim, quod ſcripturæ dixerunt de Chriſto, quoniam Nazarçus vocabitur. Ergo prædixerunt; vnde ſit. Iudæi etiam dixerunt Herodi quærenti, quod Chriſtus in Bethleem Iudæ naſceretur, & teſtimonium etiam propheticum attulerunt. Vnde ergo nata eſt hæc opinio apud Iudæos: quod Chriſtus, cum venerit nemo ſciat, vnde ſit? Quia vtrumque pronunciauerunt ſcripturæ. Secundum hominem prædixerunt, vnde eſſet: ſecundum Deum latebat impios, & quærebat pios. Hanc igitur opinionem in eis generauerat, quod per Iſaiam dictum eſt; Generationem eius quis enarrabit? Denique Dominus ad vtrumque reſpondit, & quia nouerant eum, vnde eſſet, & quia non nouerant. Vnde ſequitur. Clamabat ergo Ieſus in tēplo docens, & dicens: & me ſcitis, & vnde ſim, ſcitis, & à meipſo non veni, ſed eſt verus, qui miſit me, quem vos neſcitis. Hoc eſt dicere: & vnde ſim ſcitis, & vnde ſim neſcitis. Hæc ille ſuper Ioan.

Ex quibus inferas tu etiam aliud, iuxta Euangelium, ſcilicet quod Iudæi tenebât ſecundum ſcripturas veritatem hanc (licet nunc eam communiter negent) ſcilicet, quod Meſſias debebat eſſe Deus, & homo. Deus quidem, eo quod dixerunt, Chriſtus cum venerit, nemo ſcit, vnde ſit. Homo autem: eo quod ſciſcitanti Herodi, vbi Meſſias naſceretur, reſponderunt: In Bethleem Iudæ. Nam illud, Nemo ſcit, vnde Chriſtus ſit, didicerunt ex ſcripturis Iſai. 45. & 53. ſupra recitatis: hoc verò, In Bethleem Iudæ, habuerunt ex prophetia Michæ. 5. Ex te, Bethleem Iuda, exiet dux Iſrael. Clarum enim eſt, quod ibi Michęas loquitur de natiuitate humana ducis illius, id eſt de Meſſia. Hoc namque eſſe verum non ſolum monſtrat translatio Chaldaica, quæ pro verbo, Dux, ponit Meſſias, ſed etiā iſtud, ſcilicet quod Iudæi prędicta reſponderunt interrogationi ſibi factæ de Meſſia naſcituro temporaliter, Matth. ſecundo.

EIVSDEM PROBATIONIS Continuatio.

QVOD autem (vt concluſio dicebat) Chriſtus, vt Deus, ſit æqualis patri, conſtat ex eo, quod ipſe dicit, Scio eum, quia ab ipſo ſum. Nam de ſcientia naturali, & proprie comprehenſiua loquitur de qua aliàs dixit, Matth. 11. Nemo nouit patrem, niſi filius. item, Ioan. 10. ſicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem. Quod verò de tali ſcientia loquatur, affirmat etiam B. Hilarius, in 6. de Trinit. dicens: Quæro autem, vtrum id, quod ab eo eſt, in eo opus creationis, aut naturam generationis oſtendat. Si opus in eo creationis eſt: vniuerſa quoq; quæ creantur à Deo ſunt. Et quomodo patrem non vniuerſa nouerunt: cum filius eum iccirco, quia ab eo eſt, non neſciat? Si verò iccirco ei, quia ab eo ſit eū noſſe ſit proprium: quomodo non hoc ei, qui ab eo eſt, erit proprium, ſcilicet, vt verus filius ex natura Dei ſit? Habes igitur proprietatem cognitionis de proprietate generationis. Hæc ibi. Talis porrò ſcientia eſt (vt aliàs dictum fuit) eſſentia ſeu natura Dei 1. quæſt. 14. art. 1. 4. Et ideo filium eſſe æqualem patri in ſcientia eſt ipſum eſſe ei æqualem abſolutè in omnibus, cum ſit in eadem natura 1. quæſt. 42. art. 2. 3. 6. Vnde & B. Aug. ad idem ait. Ab ipſo, inquit, ſum quia filius de patre. Quod autem videtis me in carne, ipſe me miſit. Vbi noli intelligere naturæ diſſimilitudinem, ſed generantis authoritatem. Hæc ille, ſuper Ioan. Vbi, Authoritatem generantis, intellige modo illo ſano: quem fideliſſimus Eccleſiæ catholicæ doctor, ſanctus Thomas tradit, dicens 1. quæſt. 33. artic. 1. Licet attribuamus patri aliquid authoritatis, ratione principij: nihil tamen ad ſubiectionem, vel minorationē, quocunque modo pertinens attribuimus ſilio, vel

De generatione, qua filius Dei à Patre generatur, &c.

Spiri-

Spiritiſancto, ſecundum quem modum Hilarius dicit 8. de Trinit. Donantis authoritate pater maior eſt: ſed minor non eſt filius, cui vnum eſſe donatur. Hæc ibi.

AB ipſo (inquit) Sum. Non dicit, Ab ipſo ſum hoc, vel illud, huius, vel illius naturæ, in hoc vel illo gradu; nec vllam aliam ad ſuum ab ipſo eſſe apponit limitationem, ſed abſolute omnino dicit, Ab ipſo ſum, vt hinc det nobis intelligere, quod loquitur de ſuo eſſe diuino; quod à patre habet per generationem æternam. Et ideò etiam, vt illam ſignificaret æternam, non dixit; Ab ipſo fui: ſed ab ipſo ſum. Hoc eſt. Nulla datur duratio, neque in præteritum ante omnia ſecula, neque in pręſens, neque in quodcunque futurum, in qua non ſit verum dicere, quod ego ab ipſo ſum. Per intellectum enim paternum, inquantum ſcilicet pater omnia intelligenda format conceptum, generatur filius a patre 1. q. 34. art. 1. & quæſt. 27. art. 2. vnde quia pater nunquam fuit, neque eſt, neque erit ſine ſapiētia hac, quod intelligat omnia perfectiſſime, cum ſemper fuerit, ſit, & futurus ſit immutabilis omnino 1. q. 9. artic. 1. ideo oportet dicere (vt hic Euangelium inſinuat) quod pater ſemper filiū omnino perfectum generat, & per conſequens quod filius ſemper vere poteſt dicere, Ab ipſo ſum. Alioquin, ſi non ſemper generaret eum, nunquam generaſset neque generaturus eſset eum (quod intellige etiam de proceſſione Spiritusſancti ab vtroque:) qm̄ impoſſibile omnino eſt Deum eſse mutabilem 1. q. 9. art. 1. 2. Dictum ergo hoc, Ab ipſo ſum, intellige cōformiter ad illud, quod idē filius per prophetam dixerat, Pſal. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu: Ego hodie genui te. Ecce. Genui reſpicit præteritum: Hodie, reſpicit pręſens. Ac ſi aperte diceret pater. Ego ſemper genero filium, ita quod omni die (ſumendo diem large, ideſt vt extenditur etiam ad diem æternitatis) poſsum veraciter dicere, Ego hodie genero: & ſic omnino perfecta eſt hæc generatio tum ex parte actus generandi tum ex parte filij geniti, vt veraciter quoque poſſim dicere: Ego filium genui (quod grammaticaliter importat pręteritum perfectum.) Non ergo genui illum, ita quod ceſsauerim eundem quotidie generare: neque illum quotidie gigno, ita qđ eundē non perfectiſſime genuerim. Christus igitur, vt Deus, myſterium generationis ſuæ, quod antiquitus per os alterius dixit, nunc ore proprio ſub alijs verbis, eundem penitus retinendo ſenſum, dicit, Ab ipſo ſum. Vbi denique nota proprietatem locutionis in verbo, Sum: quod ſcilicet per hoc ſignificatur & pelagus eſsendi infinitum, & quod hoc nomen, Eſt, ſit maxime proprium nomen Dei, 1. q. 13. ar. 11. Solet enim Dominus proprietates nominum attendere, dum loquitur, vt & à contextu hic patet. Verus (inquit) eſt, qui miſit me. Hic namque vbi agitur de doctrina ſua (vt patet incipiendo à tex. Docebat eos, & mirabantur Iudæi: &c.) Deum patrem appellat verum, ſeu veracem, quoniam doctrina proprie veritatē reſpicit, & à veritate procedit. Supra tamen, quia ibi cap. 6. agebatur de vita à ſeipſo danda carnem ſuam manducantibus, proprietatem vitę, non autem doctrinæ, ſequens, ſuum patrem appellauerat viuentem, dicens; Miſit me pater viuens.

Proprietatem nominum in loquēdo ſeruat Chriſtus.

Cæterum dices. Cur tam frequentiſſime (vt in Euangelijs patet) dicit, ſe fuiſse miſsum à patre? Vt oſtendat & ſe veniſſe in nomine patris, & ſe ex obedientia fuiſse incarnatum, ideoque ex eadem omnia facturum, paſsurum, moriturum, reſurrecturum, ad eundem patrem per aſcēſionem rediturum, indeque ad iudicandum omnes venturum [Hoc eſt: ſe ex obedientia executum fuiſse, atque compleſse, in carne myſteria omnia noſtræ ſalutis, ſeu ad noſtram ſalutem pertinentia,] & ſe libentiſſime carnē noſtrā pro nobis prædicto modo ſaluandis aſsumpſiſse [Quod enim libenter facimus: eius frequenter, & recordamur, & etiam verbis externis mentionem agere gaudemus:] & ſe velle nos ad gratitudinem tanti beneficij, ſcilicet incarnationis, tot alia tantaque beneficia concernentis excitare, inuitare, animare. Vt videlicet in tot tantiſque beneficijs recolendis, & corde, & ore, & opere, iugiter inueniamur deuota gratitudine pleni.

Chriſtus ſępiſſime dicit ſe à Patre miſſum ut per hoc de quattuor mirabilibus nos inſtrui ab ipſo, intelligamus.

QVOD tandem (vt concluſio dicebat) Chriſtus Deus, & homo in vna

tantum

tantum perſona, quæ increata eſt, exiſtat demonſtratur ex tex. Vbi ego ſum, vos nõ poteſtis venire. Sic enim verba hæc exponit B. Auguſt. Non dixit, vbi ero, ſed vbi ſum. Semper enim ibi erat Chriſtus, quo fuerat rediturus: ſic rediit, vt nos nõ derelinqueret. Erat enim Chriſtus ſecundum uiſibilem carnem in terra: ſecundum inuiſibilem Maieſtatem in cœlo, & in terra. Non autem dixit, Non poteritis, ſed, Non poteſtis venire. Tales enim tunc erant, qui non poſſent. Hęc ille ſuper Ioan. Dominus igitur dicendo, vbi ego ſum, demonſtrat, quod perſona ſuæ humanitatis, quæ loquebatur, erat in gloria patris, ad quam gloriam ipſamet perſona (vtpote Deus) ſubleuatura erat eãdem ſuam humanitatem. Quod ſi perſona humanitatis eſſet creata: Chriſtus homo tunc loquens non diceret, Vbi ego ſum, ſed, vbi ego ero. Nullam ſiquidem veritatis apparentiam habet, quod vnus homo perſonam creatam, ideoque finirã, habens dicat, Ego ſum ibi, quo nunc dico me iturum. Quod tamen Chriſtus, dixit qui eſt ſumma veritas, Ioan. 14. dixit in contextu illo. Ergo per hoc damnauit omnino pro hęreſi errorem illorũ, qui poſtea dixerunt: Chriſti hominis perſonam fuiſſe creatam.

Perſona humanitatis Chriſti eſt Dei patris vnigenitus.

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Euangelica doctrina eſt à prima veritate, id eſt à Deo, immediate procedens, vide ex, &c. in Elucidationibus 1.2.q. 106. artic. 1. Et quoniam eſt à prima veritate, impoſſibile eſt, quod doctrina ipſa Euangelica ſit contraria legi veteri, aut prophetis (contra hæreſim Adę Manichęi:) vide ex ſacroſanctis, &c. definitum eſſe in Elucidationibus 1. 2. articulorum numero 570. 571. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Deuteronom. 10. concl. 1. Quod Euangelium eſſe à Deo, monſtrat hoc, ſcilicet, quod ipſum vocatur Euangelium regni, vide ex, & cętera in Elucidationibus 1. 2. articulorum num. 568. Quod Euangelica veritas eſt concors rectæ rationi hominum, in cuius ſignum euidens eſt, quod Euangelium eſt ædificatorium (contra hæreſim cuiuſdam Ioannis:) vide &c. in Elucidat. 1.2. articulorum num. 568. Quod veritas Euangelica actus hominis tum exteriores, tum interiores recte ordinauerit (hinc autem conſtare poteſt, quod ipſa eſt concors rectæ rationi humanę:) vide ex &c. in Elucidat. 1. 2.q. 108. artic. 2. 3. Quod Chriſtus fuit verus homo eiuſdem ſpeciei nobiſcum: vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationibus 3. de Saluat. articulorum, num. 7.33.36. 86. Quod Chriſtus eſt verus Deus patri æqualis, vide ex &c. in Elucidationibus 3. de Saluat. articulorũ num. 107. 108. 17. 42. 158. 159. 160. 161. Item in Elucidationibus. pri. par. articulorum num. 210. 216. 221. 190. 172. 205. 225. & 3. de Saluat. art. num. 69. 70. 71. 91. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 378. Quod in Chriſto eſt vna tantum perſona quæ increata eſt: vide ex ſacroſanctis, & cætera, in Elucidationibus, 3. de Sal. articulorum num. 111. 144 113. 8. 9. 28.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. VII.

IN rebus fidei declarandis, perſpiciendis, definiendis, debemus ſequi teſtimonium ſcripturarum ſanctarum, ſecundum iudicium Eccleſiæ Apoſtolicæ intellectarum: nec tamen hæc vera fides ad ſalutem æternam ſufficit, niſi coniungatur ei charitas, quæ (vt patuit in Apoſtolis,) magna operatur faciliter, & prompte, pro Deo, & proximorũ ſalute.

PROBATIO Concluſionis.

PRAESENTEM concluſionem, quo ad oẽs eius partes, probat Euangeliſta per tex. Si quis ſitit, veniat ad me, &c. vſque ad, accepturi erant credentes in eum. Pars itaq; prima, ſ. in reb. fid. declarandis, &c. Apoſtolicè intellectarum, patet ex tex. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura. Hunc enim locum, B. Chryſoſtomus ſic examinat, & exponit.

nit. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Sed vbi hoc dicit ſcriptura? Nuſquã. Quid igitur? Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, hic ſub diſtinguere oportet, vt poſtea ſubſequatur, flumina de ventre eius fluent aquæ viuę. Oſtendens, quoniam rectam oportet habere cognitionẽ: & non ita à ſignis, ſicut à ſcripturis, credere in ipſum. Etenim ſuperius dixit: Scrutamini ſcripturas. Hæc ille.

Vera fidei ſignũ certiſſimũ eſt hoc, & ſcutum validiſſimũ cõtra errantes, & errores.

Nullus ergo Chriſti fidelis debet credere in ipſum ſicut propria mens ſuggerit, ſed ſicut dicit ſcriptura. Hanc ſiquidem, pro limitatione credulitatis in ſeipſum, appoſuit CHRISTVS particulam, vt & veram fidem, quæ ſit notificans, à falſa diſtingueret, & inueniendi, ſeu intrudendi errores, aut ſchiſmata, in puritate fidei Chriſtianæ, viam omnino (quantum in ſe eſt) præcluderet. Huius notabiliſſimæ limitationis, Sicut dicit ſcriptura, ſancti patres Conciliorum meminerunt, eamque, tamquam rem maximi momenti, in Eccleſiæ catholicæ filiorum memoriam reducere voluerunt: quando in ſymbolo fideì exponendo appoſuerunt. Secundum ſcripturas. Ac ſi, iuxta hanc Euangelij limitationem, pro vnoquoque filiorum ſuorum dixiſſent. Quod Chriſtus reſurrexerit, ideoquę, quod prius mortuus, anteaquę paſſus, ex Beata Virgine pro nobis natus, fuerit: Credo, ſicut dicit ſcriptura. Fuerat & ab Apoſtolo obſeruata limitatio hæc tanquam ex Euangelio deſumpta, quando de rebus fidei tractans dicebat, 1. Corinth. 15. Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundum ſcripturas, & ſepultus eſt, & reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas. Quibus vtiquę verbis nos edocuit, quod in ijs, quæ fidei ſunt, non debemus credulitatem noſtram accomodare, ſecundum quod nobis rectum videtur, (vt de Iſraelitis ſine rege exiſtentibus legitur, Iudic. 17.) Sed, Sicut dicit ſcriptura. Porrò, ſi de hoc quæras rationem, in promptu eſt: quia fides catholica propriè eſt de tranſcendentibus humanam capacitatem, iuxta illud, Hebr. 11. Fides eſt ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium 2. 2. quæſtio. 1. artic. 1. Huiuſmodi verò tranſcendentia humanam capacitatem non poſſunt cognoſci, niſi per diuinam reuelationem 1. quæſt. 1. artic. 1. Quis enim cognouit ſenſum Domini? Nam ſicut ea interiora, quæ ſunt hominis, nemo ſcit, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in eo, & cui homo ipſe voluerit reuelare, ita & quæ Dei ſunt, nemo nouit, niſi ſpiritus Dei, & cui ipſe ſpiritus voluerit reuelare, 1. Corinth. 2. Quapropter neceſſarium omnino eſt in rebus fidei, & recurrere ad diuinam ſcripturam, & ſecundum eam ſe regulare: quandoquidem per ſacram ſcripturam voluntas diuina nobis innoteſcit, tertio de Saluat. quæſtione prima artic. tertio.

CÆTERVM in his omnibus ſemper, & vbique nulla exceptione data, obſeruandum diligentiſſime eſt illud, quod in ipſa prima concluſionis parte tanquam indiuiduum ſigillum eius, ponitur, ſcilicet. Secundum iudicium Eccleſiæ Apoſtolicæ intellectarum. Senſus enim iſte ſubintelligitur à Domino in illis verbis ſuis; Sicut dicit ſcriptura. Nam ideo Apoſtolis ſuis aperuit Chriſtus ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, Luc. 24. vt quotieſcunque de ſcripturarum dictis ipſe, vel per ſe, vel per ſuos miniſtros fecerit mentionem in nouo aut veteri teſtamento, intelligatur ſemper, quod dictorum illorum ſcripturalium ſenſus verus petendus ſolumque expectandus eſt ab Apoſtolica Eccleſia, quam vſque ad conſummationem ſeculi ſine intermiſſione duraturam ipſi tunc Apoſtoli abſque dubio repræſentabant. Verus, inquam, ſenſus ab Eccleſia illa ſolum in rebus fidei expectandus eſt, quoniam, & hoc fuit quondam figuratum Deuteronom. 17. capit. 17. Si difficile, & cætera (vt ibidem concluſ. 7. patet in Veritatibus aureis ſuper legem veterem.) & (quod magis aperte vrget) ad ſolum Petrum Apoſtolum, cui commiſſa eſt Eccleſia, à quo etiam principaliter denominatur Apoſtolica, dictum eſt à Domino, Luc. 22. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Ex eo igitur, quod fides debet eſſe in Chriſtum, ſecundum quod dicit ſcriptura

Neceſſariiſſima limitatio & intelligentia ſcuti ſupradicti.

ad

ad mentem Apoſtolicæ Eccleſiæ expoſita (vt per textum Euangelicum patuit,) quis non aperte videat, probatam optime conclusionis partem eſſe hanc, ſcilicet, in rebus fidei declarandis, perſpiciendis, definiẽdis, debemus ſequi teſtimonium ſcripturarum ſanctarum, ſecundum iudiciũ Eccleſiæ Apoſtolicæ intellectarum? Ex hoc denique eodem tex. [Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura] & illo, Luc. 24. [Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas] & illo, Luc. 22. Rogaui pro te, vt &c.] crediderim ego, Diuum Thomam accepiſſe illam ſuam fideliſſimam doctrinam, qua dicit in 2.2 quæſt. 5. artic. 3. Formale obiectum fidei eſt veritas prima, ſecundùm quod manifeſtatur in ſcripturis ſacris, & doctrina Eccleſiæ, quæ procedit ex veritate prima. Vnde quicunque non inhæret, ſicut infallibili, & diuinæ regulæ, doctrinæ Eccleſiæ, quæ procedit ex veritate prima in ſcripturis ſacris manifeſtata, ille non habet habitum fidei, ſed ea, quæ ſunt fidei, alio modo tenet quam per fidem. Omnibus articulis fidei inhæret fides propter medium vnum, ſcilicet propter veritatem primam propoſitam nobis in ſcripturis, ſecundũ doctrinam Eccleſiæ, & ideo qui ab hoc medio decidit, caret fide totaliter. Hæc ibi Angelicus ille vir, cuius ſapientia tam mirifice veridica, & catholica eſt, vt (Papa Innocentio teſte) qui eum tenuit, nũquã ſit inuentus, à veritatis tramite deuiaſſe, & qui eum impugnauit, fuerit ſemper de veritate ſuſpectus.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Vera fides (quæ ſcilicet per primam partem concluſionis dicta fuit,) non ſufficit ad ſalutem æternam, niſi coniungatur ei charitas; demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Ex eo namque, quod venientes ad ſeipſum Chriſtus vult bibere, patet, quod fides vera, quamuis ad ſalutem neceſſario requiratur, & adſit, tamen ſine charitate non ſufficit ad illam ſalutem promerendam, atque capeſcendam. Dicit ergo. Si quis ſitit; neminem excipiendo: bonumque ſpirituale, ſitis nomine, ſignificando. Veniat ad me. Scilicet paſſibus mentis, hoc eſt, per fidem: quæ mentis principale ideſt intellectus à voluntate motus venit ſubijciendo ſe mihi ad firmiter credendum quæcunque illum docuero. Ecce, quod ſitienti monſtratur fons, monſtratur & iter ad fontem. Fons eſt ipſe Chriſtus, quem demonſtrat illud pronomen, Me: iter ad fontem eſt intellectum voluntarie moueri ad Chriſtum, id quod denotant illa verba, Veniat ad me. Et bibat (inquit.) Vide quod non ſufficit venire ad Chriſtum, ſed oportet, poſtquam ad ipſum veneris, bibere. Sicut enim ſitienti corporaliter non ſufficit venire ad fontem materialem, ſed cum hoc requiritur neceſſario ſi tollenda eſt ſitis, vt ore corporis aperto bibat: ita ſpirituale bonum quod principaliter, & abundãtiſſime Chriſtus eſt, ſitienti non ſufficit ad ipſum fontem omnium gratiarum accedere per fidem, ſed vltra hoc de neceſſitate requiritur, vt aperto ore cordis incorporet ſibi ſuauiſſimum illum fontem hauſtu amoris præcipui, ideſt charitatis. Id quod, & per prophetam Deus, antequam loqueretur per ſemetipſum prænunciauerat, ſic nos inuitando, Pſal. 80. Audi populus meus, & conteſtabor te Iſrael, ſi me audieris, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. [Ecce remotio falſę fidei.] Ego enim ſum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti. [Ecce inſtructio veræ fidei.] Dilata os tuum [Ecce, quod Deus, vltra fidem, exigit à nobis dilatationem oris cordialis, ideſt charitatem.] Et implebo illud [Ecce finis, ad quem exigebat à nobis oris apertionem, ſcilicet vt ipſo donante, biberemus abundanter.] Veruntamen, quia Chriſtus prę uidebat multos de ſola fide ſe iactaturos, & charitatem veram abiecturos, ipſe ad hoc ſignificandum, eoſque de tali iactantia, & abiectione increpatos in bonam ſalutis viam reuocandum, ſtabat (vt textus inquit) & clamabat, dicens: ſi quis ſitit, &c. Nec tãtum ſtabat, & clamabat, ſed etiam hęc ad diem magnum feſtiuitatis nouiſſimum dicenda reſeruauerat. Cur tot circunſtantias in his à Domino

Pulchra, plena, & breuis expoſitio Pſalmi.

Q 2 dicen-

dicendis obſeruat Euangeliſta? Vt per hoc deſignet; quod Dominus de rebus magnis locuturus eſt; & ad eum audiendum nos ideo ſpecialiter excitet. Res quidem magnæ per anthonomaſiam ſunt illę quoniam de totius ſpiritualis boni fundamēto erat immediate locuturus, & eos conſequenter, qui fundamentum huiuſmodi, vel cæcitate neſciunt, vel inflatione contemnunt (quales ſunt, quos nunc dicebamus) fortiter increpaturus. Quid eſt illud tam magnum fundamentum? Fides. Non quidem ficta 1. Tim. 1. hoc eſt quam ſibi fingunt hæretici, Iudęi, ſiue pagani, neque fides informis, licet ſit vera 2. 2. quæſt. 4. artic. 4. Sed fides per charitatem formata (vt patuit in declaratione textus.) Docet enim veritatem hanc Angelicus Eccleſiæ ſanctæ Doctor 2. 2. q. 4. attic. 7. Dicens. Ad rationem fundamēti non ſolum requiritur, quod ſit primum ſed etiam, quod ſit alijs partibus ędificij connexum. Non enim eſſet fundamentum, niſi ei alię partes ędificij cohærerent. Connexio autem ſpiritualis ędificij eſt per charitatem, ſecundum illud, Coloſ. 3. Super omnia charitatem habentes, quæ eſt vinculum perfectionis. Et ideo fides ſine charitate fundamentum eſſe non poteſt. Hæc ibi. De tantis ergo rebus, ideſt fundamento, in quo virtualiter omnia Chriſtianitatis bona ędificanda continentur, volens loqui Dominus, merito ſtabat erectus, tanquam paratus ad ſuccurrendum ad ſeipſum venturis per fidem illam formatam contra omnia tali fidei aduerſa, & clamabat, tanquam maximum ſuauiſſimi cordis ſui affectum palam, ut ab omnibus, audiretur, alta, libera intelligibilique voce exprimens. Propter quod etiam, vt plures tantæ rei auditores melius ad ſuā hāc ſūmę ſalutiferam prædicationem concurrerent, reſeruauit ſibi pro his dicendis diem nouiſſimum feſtiuitatis. Iſte ſiquidem dies octauus erat celeberrimus, atque ſanctiſſimus (vt patet Leuit. 23.) quoniam tunc erat cætus, atque collectæ. Medios quippe dies (vt Beatus Chryſoſtomus inquit) magis ad voluptatem Iudæi conſumebant. Ideo ergo prima die hoc eis non dixit, neque ſecunda, aut tertia: ne ea, quę dicebantur, deperirent, eis voluptati vacantibus. Hæc ille. Clamat denique non ſolum propter turbę multitudinem, ſed etiam vt, & confidentiam in animis aſtantium largiretur, ad voci ſuæ obediendum, & nullum ſuorum inimicorum ſe formidare, oſtenderet.

Pulcherrimè exponitur fides ficta.

Qualis fides ſit & non ſit, fundamētum.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Charitas faciliter, & prompte operatur magna (vt patuit in Apoſtolis) pro Deo, & proximorum ſalute, demonſtratur ex tex. flumina de ventre eius fluent aquę viuæ, Hoc autem dixit de Spiritu ſancto, quem accepturi erant credentes in eum. Nam facilitas, & promptitudo, operandi deſignatur hoc metaphorico ſermone, ſcilicet flumina aquæ viuæ fluent, quoniam ad ſenſum patet, quod flumina aquarum viuentium & faciliter, ratione, qua omne graue tendit deorſum, & prompte, ratione, qua viuæ ſunt, fluunt ad locum ſibi à natura præfixum: magnitudo quoque operum ad aliorum ſalutem extenſarum nominibus pluralis numeri, ſcilicet flumina fluent, conſignificatur. Dicit ergo. De ventre eius, ſcilicet credentis in me per fidem charitate formatam, fluent flumina, ſcilicet diuerſarum gratiarum, & feruidarum operationum, tū ad honorem Dei, tum ad ſalutem propriam, & proximorum. Quid autem ſit, hic venter, quid fluxus aquæ viuæ, declarat Beatus Auguſtinus his verbis. Vēter interioris hominis eſt cōſciētia cordis eius. Bibito autem illo liquore viueſcit purgata cōſcientia: & hauriens fontē habebit, & ipſa fons erit. Quis eſt fons, vel qs ē fluui⁹ q manat de vētre interioris hominis? Beneuolētia, quā vult cōſulere proximo. Bibunt ergo, qui credunt in Dominum. Si autem putat, qui bibit, quod ſoli ipſi debet ſufficere, non fluit aqua viua de ventre eius. Si autem proximo feſtinat conſulere, ideo non ſiccatur, quia manat. Hæc ille ſuper Ioan. Cui non diſſimili ſenſu licet ſub alijs verbis, concordat illa textus huius expoſitio, quam Beatus Gregorius, ſuper Ezechiel. ſic affert. Cum à mente fidelium ſanctæ prædicationis verba defluunt, quaſi de ventre

Ponderatur per ſingula textus.

tre

tre credentium aquę viuæ flumina decurrunt. Ventris enim viſcera, quid ſunt aliud niſi mentis interna, ideſt recta intentio, ſanctum deſiderium, humilis ad Deum, pia ad proximum voluntas? Hæc ibi. Porrò Chriſtus per hoc, quòd dicit flumina, & non flumen, copioſitatem & vbertatem donorum occulte ſignificat: per hoc autem quod aquam viuentem dicit, inſinuat, Spiritusſancti gratiam, & coniungere animas noſtras ſuo principio ideſt Deo, & nunquam (quantum eſt de ſe) eſſe ocioſam, ſed ſemper agentem.

Hoc autem (inquit) dicebat de ſpiritu quem accepturi erant, credentes in eum. De Apoſtolis ſpecialiter intellige dictum iſtud, Quem accepturi erant credentes in eum: quem vtique ſenſum importat contextus, cum rationali coniunctione ſubinferens; Nondum.n.erat ſpiritus datus, quia Ieſus nõdum erat glorificatus. Ideo, & nos, vt huic textui conformatemur, diximus in concluſione, vt patuit in Apoſtolis. Ac ſi per hanc particulam, ex collectione ſuperiorum apertius ibi dixiſſemus. Apoſtoli fuerunt ſitibundi, pro ſitique extinguenda venerunt ad fontem aquarum viuentium Dominum, eique pręcæteris ore cordis aperto per fidem ſcripturis omnino conformem inhærentes biberunt charitatis abũdantiam tantam, vt flumina grandia aquæ viuæ de ipſorum uentre impetu magno fluxerint ad irrigandam vniuerſam terram. Poſtquam enim ipſis Apoſtolis, à Ieſu per aſcenſionem ſuper cęlos glorificato, fuit ſpiritus datus, tunc de eis ſpecialiter adimpletum eſt illud, Iſai. 27. Egredientur impetu à Iacob, florebit, & germinabit, Iſrael, & implebunt faciem orbis ſemine. Spiritus enim gratia (inquit Beatus Chryſoſtomus:) cum in mentem intrauerit, & firmata fuerit, omni fonte magis manat, & neque deficit, neque euacuatur, neque ſtat. Videbit quis vtique hoc, ad ſapientiam Stephani, ad Petri linguam, ad Pauli fluxum, inſpiciens. Nihil enim eos detinebat: ſed ſicut flumina, multo impetu delati omnia ſecum trahentes abibant. Hæc ille ſuper Ioan. Merito igitur Apoſtolis, tanquam primoribus, quod vniuerſaliter dicebatur, Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura flumina de ventre eius fluent aquæ viuę, merito, inquam, hoc applicatum, ſpecialiter eſt Apoſtolis ab Euangeliſta dicente. Hoc autem dixit de Spiritusſancto quem accepturi erant credentes in eum. Vndè & merito elicitur illud, quod coapoſtolus omnium aliorum perſonam induius dicebat, Rom. 8. Nos ipſi primitias ſpiritus habentes. Hoc eſt. Merito elicitur, quod Spiritũſanctũ in copioſitate uberiori, præ cæteris quibuſcunque in Chriſtum credentibus, acceperunt Apoſtoli in die Pentecoſtes. Cuius rei etiam ſignum eſt, quod in textu ãnotatur datus tunc ſpiritus, quaſi nunquã datus ante fuiſſet. Quod vtique aliquo modo, ideſt comparatiue in tanta copia, verum eſt, non autem abſolute. Vnde Beatus Auguſtinus hoc nobis indicans in 4. de Trinit. dicit. Sed quomodo, & de Ioanne Baptiſta dictum eſt; Spiritusſancto replebitur ab vtero matris ſuæ, & Spiritusſancto Zacharias inuenitur Spiritusſancto Simeon & Anna, vt magnitudinem Chriſti paruuli agnoſcerent? Quomodo ergo intelligitur, niſi quia tanta illa Spiritusſancti datio poſt clarificationem Chriſti futura erat, qualis nũquã antea fuerat? Habitura enim erat quandam proprietatem in ipſo aduentu qualis antea nunquam fuit. Nuſquam enim legimus: linguis, quas non nouerant, homines locutos, veniente in ſe Spiritusſancto: ſicut tunc factum eſt, cum oporteret & eius aduentum ſignis ſenſibilibus demonſtrari. Hæc ille.

QVÆSTIONEM Porro bonam & pulchram mouet idem pater Aug. ſup Ioan. ſimulq; ſoluens dicit: Cum ergo, & modo accipiatur Spiritusſanctus, quare nemo loquitur linguis oium gentiũ? Quia iam ipſa Eccleſia linguis gentiũ loquitur. In hac qui non eſt: nec modo accipit Spiritumſanctũ. Si amas vnitatem, tibi ẽt habet, quiſquis in illa aliquid habet. Tolle inuidiam: & tuum eſt, ꝙ habeo. Liuor ſeparat: charitas iungit. Ipſam habeto, & cuncta habebis: quia ſine ipſa nihil proderit, quicquid habere potueris. Charitas aũt Dei diffuſa eſt in cordib. noſtris per Spiritũſanctũ, q datus eſt nobis. Quãre ergo Dominus poſt reſurrectionẽ ſuã Spiritũſan. dare voluit? Vt in reſurrectio-

Textus totus pulchro epilogo aptatur Apoſtolis ad litteram.

Quomodo nunc accipientes Spiritumſanctum loquantur omniũ linguis.

nem noſtram. [Hæc enim ab illa Chriſti cauſatur 1. Cor. 15.] charitas flagraret, ab amore ſeculi ſepararetur, & tota curreret in Deum. Qui enim dixit, Qui credit in me, veniat & bibat: & flumina de ventre eius fluent aquæ vitæ, vitam ęternam promiſit: vbi nihil timeamus, vbi non moriamur. Quia ergo tale eſt, quod promiſit Spiritusſancti charitate feruentibus, ideo ipſum ſpiritum noluit dare, niſi cum eſſet glorificatus, vt in ſuo corpore oſtenderet vitam, quam modo non habemus, ſed in reſurrectione ſperamus. Hæc ibi.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD hæreticum eſt dicere fidem ex ſacris ſcripturis non pendere: & quod in fidei diſciplina rationibus potius, quam ſacræ ſcripturæ authoritatibus & teſtimonijs, agendum eſt, vide ex ſacroſanctis concilijs, pontificibus maximis, vel, &c. in Elucidationibus pri. par. articulorum num. 8. 247. & 1. 2. art. nu. 378. & 2. 2. art. num. 1. 5. Item in Veritatibus aureis ſup totam legẽ veterẽ, Num. 2. cõcluſ. 10. & cap. 4. concl. 1. & cap. 13. concl. 7. & cap. 23. concl. 5. Quod hæreticum eſt dicere, credendum non eſſe niſi per ſe notum; vel quod ex per ſe notis poſſit declarati, vide ex ſacroſanctis, &c. definitum eſſe in Elucidat. pri. par. articulorum nu. 247. & 2. 2. artic. num. 23. & in alijs omnibus locis nunc ſupra citatis. Quod hæreticũ eſt dicere, quod in rebus fidei vnuſquiſque permanere in ſua perſuaſione debet, quicquid dicat ſcriptura ſecundum Eccleſiam intellecta: vide ex ſacr. &c. in Elucidat. 1. 2. artic. num. 378. & 2. 2. art. nu. 4. 47. Item in Veritatibus aureis, &c. Geneſ. 2. concl. 3. & Leuit. 23. concl. 5. & Numer. 2. concl. 10. & cap. 4. concluſ. 1. & cap. 13. concl. 7. & Deuter. 12. concluſ. 4. Quod hæreticum eſt dicere, quod ſola fides iuſtificat, & quod fidem habenti nullum peccatum, quantumlibet graue imputatur, & (quod in idem redit hominem ſemper eſſe certum de ſalute ſua, ſi fides firma ſit, & fixa, qualiacunque ſint opera eius: vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucid. pri. par. articulorum num. 437. Et 1. 2. art. num. 602. & 2. 2. art. num. 110. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 442. Item in Veritatib. aureis, &c. Geneſ. 17. concl. 5. & Leuit. 4. concl. 6. & cap. 11. cõcluſ. 7. & cap. 15. concl. 4. & Numer. 14. concluſ. 9. & Deuteron. 7. concl. 1. Quod hæreticum eſt dicere, quod fides non poteſt eſſe ſine charitate, & quod fides ſine operibus non eſt vera fides: vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationibus 1. 2. articulorum num. 602. Quod Eccleſia Apoſtolica (de qua in ſymbolo fidei, Credo ſanctam Eccleſiam, catholicam) habet à Domino poteſtatem, & authoritatem diſcernendi verbi Dei ab hominum verbis, exponẽdique verbum illud, id eſt facram ſcripturam, iudicandique de vero illius ſenſu, & falſo ab alijs dato, & eam in his omnibus non poſſe errare: vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationib. pri. par. articulorum num. 184. vel 183. 170. 360. & 2. 2. quæſt. 5. art. 3. Item in Veritatib. aureis, &c. Leuit. 13. concluſ. 1. & Exod. 13. concluſ. 6. & Deuteron. 17. concl. 7. 8. 9. Ex quibus de neceſſitate inferendum relinquitur: erroneum eſſe, & deſcendendi ad infernum damnatorum portam patentem illud Brentij dogma, quo dixit: Iudicio proprio ita ſtandum eſſe, vt nullo modo licitum ſit in cauſa æternæ ſalutis, alienę ſententiæ ita inhærere, vt eam ſine proprio iudicio amplectamur. Ad cuius erroris, & portæ inferi deſtructionem, vide etiam Elucidationes 1. 2. articulorum num. 378. & 2. 2. artic. num. 217. & 3. de Saluat. 302. Item Veritates aureas, &c. Numer. 2. concluſ. 10. & capit. 13. concluſ. 7. & capit. 14. concluſio. 13. 14. & capit. 23. concluſ. 5.

Superbia, q̃ ex amore ad ſe inordinato naſcitur, eſt omnib. hæreticis amica uel de,

CONCLVSIO TERTIA, Cap. VII.

CHRISTVS in primo aduentu ſuo venit in iudicium diſcretionis huius, vt non videntes, ex ipſius gratuito adiutorio videant, & videntes ex ipſorum ingrato beneficiorum diuinorum abuſu, cæci fiant. Nec miracula adhibuit doctrinæ ſuæ, quaſi quod doctrina

ipſa

ipſa non eſſet ſufficiens, per ſe ſolam conuertere homines, ſed ad abundantiorem erga nos bonitatem oſtendendã id fecit.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionẽ, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. De turba autem multi crediderunt in eum, & tex. Ex illa ergo turba, cum audiſſent hos ſermones, dicebãt, hic eſt verè Propheta: alij dicebant, hic eſt Chriſtus. Quidam autem. Nunquid à Galilæa venit Chriſtus, &c. & Nunquã ſic locutus eſt homo, ſicut hic loquitur, & text. Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſęis? &c. Et vide, quia à Galilęa propheta nõ ſurgit. Antequam tamen extendatur primæ partis probatio aduerte, quod iſte concluſionis terminus, Non videntes, ſumitur pro illis, qui minus eruditi videbantur, qui & ideò populares, plebeij, minores communiter, & in textu turba, vocantur. Per oppoſitum verò terminus alter, ſcilicet videtes, ſumitur pro magis intellectu naturali valẽtibus, & in lege peritis: qui maiores Iudæorum vulgariter, & in textu Pontifices, principes, & phariſęi, appellantur. Prima igitur pars, ſcilicet Chriſtus venit in iudicium diſcr.hu. vt non videntes videant, & videntes cęci fiant, patet ex eo, quòd ad prædicationem, & miracula Chriſti ſecutam videmus hic diſcretionem minorum à maioribus, quò ad credulitatem, & incredulitatem, in ipſum. Priore enim ſermone facto (quando, ſcilicet de legis tranſgreſſione, de circunciſione, de homine ſanato, de ſcientia & neſcientia Iudæorum de Chriſto, tractabatur) legimus in tex. Quærebant ergo (ſcilicet maiores Iudæorum) eum apprehendere, & nemo miſit in illũ manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Chriſtus, cum venerit nunquid plura ſigna faciet; quàm quæ hic facit? Audierunt Phariſęi turbam murmurantem de illo hæc, & miſerunt Principes, & Phariſęi miniſtros, vt apprehenderent eum. Huculque ibi. Ecce: quanta inter prædictos ab inuicem diſcretio. Multi de turba ad illum ſermonem Chriſti credunt in eũ: ita, vt externis uerbis et confiteantur, illum eſſe Meſſiam ex legis promiſſione venturum, & ab ipſis expectatum. Nam per hoc, quod dicunt, Nunquid Chriſtus, cum venerit, plura ſigna faciet, quam hic facit? oſtendunt: ſe ex multitudine, magnitudineque miraculorum ab ipſo factorum eſſe conuictos, & attrictos, ad confitendum (quam tamen confeſſionem non coacte, ſed voluntarie, faciebant) ipſum eſſe Chriſtum. Ac ſi apertius dicerẽt. Chriſtus nobis à Deo promiſſus (vt à maioribus noſtris ex lege audiuimus) multa ſigna eſt facturus in aduentu ſuo, & iſte IESVS à Nazareth Galilęę tot, tantáque ſigna facit, vt plura maioraque fieri, non videatur poſſibile: Ergo rationabiliter tenere debemus, quod iſte eſt Chriſtus, & alius nõ eſt expectandus. Cæterum maiores Iudæorũ multo aliter ad eundem Chriſti ſermonẽ ſe habuerunt. Quærebãt ergo (inquit textus) apprehendere &c. Quid ſibi vult illud, Ergo? Quod ex ſermone illo, vnde ſecundum conditionem eius (cum eſſet mirificus, & ſaluberrima veritate plenus) debuerant emolliri atque conuerti (ſicut Minores fecerunt) acceperunt iniquam occaſionem auerſionis, & obdurationis: atque hoc in tantum, ut quærerẽt apprehendere eum. Et nemo (inquit) miſit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. Hoc eſt. Tanta fuit illa eorum obduratio, vt à captione Chriſti non abſtinuerint propter timorem turbarum (vt aliàs, quando ipſi turbam videre ab inuidia permiſſi, fecerunt) ſed propter coactionem ipſis inuiſibiliter factam à diuinitate eius, quia talem horam pro captione ſui non ſtatuerat, ſed aliam. Quia ergo hora ad hoc ab ipſomet ordinata nondum venerat; ideo Maiores illi, quãuis toto animorum conatu apprehendere eum quærerent, non potuerunt quicquam contra illam eius ordinationẽ facere. Vides ne tu hic omnipotentiã Chriſti, qua ſuos hoſtes ferociſſimos, ad captionemque ſui paratiſſimos, ſic ſola voluntate cõſtringit, ut nec mutire audeãt? Hinc ergo, & ex alijs ſimilibus in Euangelio locis, agnoſce: Chriſtum tunc adimpleſſe apud Iudæos (ꝙ & apud alios in ſi-

Credulitas, et confeſſio, turbarum de Meſſia vende nata ſit, &c.

Hora eius quid ſit, et omnipotentia eius quãta facit.

Digitized by Google

in ſimilibus caſibus quotidiè adimplet. 1.q.103.ar.7.8.) illud ſibi à Patre dictum Pſal.109. Dominare in medio inimicorũ tuorũ. Vnde B. Chriſoſtomus hoc ipſum ſcilicet, quod quærebant eum apprehendere, & nemo miſit in illum manus, conſiderans inquit. Vide: furorem eorũ inuiſibiliter refrænatum, & B. Aug. ſic exponit illud, Quia nondũ venerat hora eius. Hoc eſt: Quia nolebat. Non enim Dominus ſub fato natus eſt. Hoc nec de te credendum eſt: quanto magis de illo, per quem factus es? Si ſua hora voluntas eſt illius: illius hora quę eſt, niſi voluntas ſua? Non ergo horam dixit, qua cogeretur mori: ſed qua dignaretur occidi. Hæc ille, ſuper Ioan.

AVDIERVNT (inquit) Phariſęi turbam &c. Ecce, quod illa auerſio maiorum à Chriſto fuit tanta, ut etiam ad auertendum alios ab ipſo extenſa ſit. Audientes enim illi, turbã confitentem, quamuis propter metum aliorũ ſubmiſſo vocis ſono (quod textus dixit, Murmurantem) hæc de illo, ideſt, qđ ipſe eſſet Chriſtus, & doluerunt, quod turba ad ipſum per fidem conuerteretur, & procurarũt, mittendo ad eius capturam miniſtros, nè multitudo fidelium in eundem augeretur. Ex quo eorum facto conſtat, quod ipſi maiores peccatum duplex in Spiritum ſanctum tunc cõmiſerunt; quorũ vtrumque eſt ex certa malitia, & irremiſſibile, ſecunda ſecundæ. q.14. art.1.3. Inuidentiam ſiquidem fraternæ gratię (quæ peccatum in Spiritumſanctum eſt. 2.2.q.14. art.2. ſe habere, probarunt, dum de conuerſis ad Chriſtum doluerunt, & de impediendis conuertendis procurarunt. Impugnationẽ quoq; veritatis agnitæ (quæ eſt peccatum in Spiritumſanctum, ſecunda ſecundæ, ibid.) in eis fuiſſe, probatur per hoc, quod interius; exteriuſque nolebant, quod aliquis crederet, aut confiteretur, ipſum eſſe Chriſtum. Cognouerant enim maiores veritatem hanc, ſcilicet IESVM Nazarenũ verè eſſe Chriſtum, 3. de Sal. quæſt. 47. art. [illegible] poſtea [illegible] inuidia exagitati illum perſequebantur, & pro eo, quod eum diligere debebant, detraherent ei. Pſal. 108. [illegible]

CONTINVATIO PROBATIONIS Eiuſdem.

IVDICIVM diſcretionis prædictũ inter maiores & minores probatur et per ſequentem Euangelij textum. Nam *Secundo.* poſteriore ſermone Chriſti facto [vbi ſcilicet de receſſu eius poſt modicum tempus, de requiſitione eius à Iudæis fienda, ſed fruſtranda, de uocatione omnium ab eo facta ad bibendum, & grandi promiſſione ad credentes in ipſum, tractatum eſt] ſequitur in textu: Ex illa ergo turba, cum audiſſent hos ſermones eius dicebant &c. Quidam autem ex ipſis volebãt apprehendere &c. Nunquam ſic locutus eſt homo &c. vſque ad finẽ capituli. Ecce, quàm longo interuallo diſcernuntur & minores inter ſe, atq; à maioribus, & maiores quoque inter ſeipſos, & omnes vel ſolũ accepta (ſi de malis loquamur) vel etiam data (ſi de bonis) occaſione originaliter, ex illo ſermone Chriſti. Dicamus ergo ex textu. Turbæ huius prima *Primo.* pars aliqualiter bene diſpoſita dicebat de Saluatore noſtro, Hic eſt vere Propheta, ideſt non fictus, non falſus, ſed verus propheta. Licet.n. hæc illius cõfeſſio oſtẽdat eandẽ turbam eſſe bene diſpoſitam, inquantũ credit eum eſſe de numero verorum prophetarum: tamen eam ad perfectum non veniſſe ſubindicat, quãdo nõ plus vltra procedit. Secundã partẽ turbæ *Secundo.* fuiſſe melius diſpoſitam ſua confeſſio declarat, dum aſſertiue dicit; Hic eſt Chriſtus. Prophetarũ namq; ordinẽ tranſcendunt iſti: quia Meſſiã illum, qui tanquam Dñs vere prophetarum a Iudæis communiter habebatur, confitentur. Tertiam tur*Tertia.*bæ partẽ fuiſſe male diſpoſitam mõſtrat ſua obiectio, quæ & eſt quaſi contradictio ad ſecundã partem turbæ. Obijciũt autem hi a patria, vbi ſciebant, Saluatorem noſtrũ eſſe nutritum, ſ. à Galilęa: tanquam volentes concludere, vel ſaltem in dubium reuocare, qđ ipſe non eſſet Meſſias (vt dixerant ſecundi) Nunquid a [illegible] Chriſtus? Nonne ſcriptura dicit, q ex ſemine Dauid, & de Bethlehem caſtello vbi erat Dauid, venit Chriſtus? Hi de turba alijs eruditiores ſe monſtrant, dum adducũt ſcripturã, de Meſſia proteſtantẽ duo, ſcilicet.

ſcilicet quod venturus erat ex ſemine Dauid (vt patet Hierem. 23. Suſcitabo Dauid; ideſt Dauidi germen iuſtum: & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudiciū, & iuſtitiam in terra, & hoc eſt nomen, quo vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter) & quod naſciturus erat in Bethleem (vt patet Mich. 5.) ſed tamen in ſcripturarū eruditione ſemetipſos deficere etiam cō-probant, dum à Galilæa Chriſtum non eſſe venturum dicunt. Scriptura namque affirmat, Chriſtum eſſe venturum à Galilæa, dum ipſum fore ex Nazareth dicit quoniam ciuitas Nazareth eſt in Galilęa Non ſemel autem, ſed pluries, nec vna tantum, ſed plures ſcripturæ dicunt, quod Chriſtus erit ex Nazareth. Sic enim de puero Chriſto, per Ioſeph adducto ſcribitur, Matth. 2. Veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth, vt adimpleretur, quod dictum eſt per prophetas; quoniam Nazaręus vocabitur. Vbi ad planam literam patet, quod illud, Nazaręus, eſt nomen patrium ideſt ſumptū denominatiue à patria Nazareth, quia ſcilicet in ciuitate illa habitauit. [Quod annotare volui: ne credideris vnquam, illud accipi hic in eo ſenſu, quo de quibuſdam ex ſpeciali religioſitate vocatis Nazarçis, tractatur in lib. Numer. capit. 6.] Dictum eſt, inquit per prophetas: Nazaræus vocabitur. Porro B. Hieronymus hoc exponens ait. Si fixū de ſcripturis poſuiſſet exemplum; numquam diceret, Quod dictum eſt per prophetas: ſed ſimpliciter. Quod dictum eſt per prophetam. Nunc autem pluraliter prophetas vocans oſtendit, ſe non verba de ſcripturis ſumpſiſſe, ſed ſenſum. Nazaręus interpretatur ſanctus: ſanctū autem futurum Dominum, omnis ſcriptura commemorat. Poſſumus & dicere, quod etiam eiſdem verbis, iuxta hebraicam veritatem, in Eſaia ſcriptum ſit: Exiet virga de radice Ieſſe, & Nazaræus de radice conſurget. Hæc ille, ſuper Matth. Vbi & B. Chryſoſtomus ait. Aut forte, legerunt & aliquos prophetas ita dicentes, qui non ſunt nobis canonizati. Et quoniam hoc prophetatum erat manifeſtat Philippus dicens ad Nathanaelem: Quem ſcripſit Moyſes in lege, inuenimus Ieſum à Nazareth. Vnde etiā prius Chriſtiani vocabantur Nazarçi, ſed apud Antiochiam mutatum eſt hoc nomen, & dicti ſunt Chriſtiani. Hæc ille, in homil.

Falſum igitur argumentum aſſumpſerant illi de tertia parte turbarum dicentes: Nunquid à Galilæa venturus eſt Chriſtus? Quaſi dicerent; Non. De Saluatore noſtro etiam reliqua duo negabant falſo quod eorum intentionē in ſuis verbis ibi ſequentibus conſideranti facile patet. Saluator enim noſter erat, & ex ſemine Dauid per B. ſemper Virginem deſcendens Matth. 1. Et in Bethleem Caſtello Dauid natus Matth. 2. ſicut in Nazareth Galilæç conceptus, Luc. 1. atque nutritus, & vt in patria habitationis ſuæ cōuerſatus Matt. 2. Luc. 2. Denique, vt agnoſcas quod Euāgeliſta adduxit illud nomen, Nazarçus, in ſenſu literali (quamuis interpretetur ſanctus Anthonomaſice, & Saluator noſter ſit ſtirps, germen, floſque totius ſanctitatis à prophetis prænunciatus) vide fundatiſſimam determinationem de omnibus ſimilibus allegationibus, ex veteri teſtamento per Euangelium adductis, in Elucidationibus primæ partis Sancti Thomæ quæſtio. 1. articul. 10. append. Quem Elucidationum locum perpetuç memoriæ commendato, quandoquidem ille locus rectæ ſcripturarum intelligentiæ multum neceſſarius eſt.

EIVSDEM MATERIAE Proſecutio.

QVARTAM denique turbæ illius partem oſtendit textus fuiſſe multum pertinacem, dicens: Quidam autem ex ipſis volebant apprehendere eum. Pertinax enim fuit iſtiuſmodi, quia non ſolum obſtinata in incredulitate, ſed etiam in propoſito firmo capiendi Chriſtum. Quod autem de facto non ceperit eum, non proceſſit ex minus ardente eorum ad hoc voluntate, ſed ex virtute diuina qua Chriſtus eorum conatus, & vires externas inuiſibiliter repreſſit, (vt hic ſupra in ſimili caſu de quibuſdam alijs dictum eſt.) Et hoc ſignificat textus dicendo: Sed nemo miſit ſuper eum manus. Per quod, & *Quarto*:

oſtendit

oſtendit conſequenter omnibus ratione recta diſcurrẽtibus: quod hoſtes Chriſti, quantumcunque conatu toto vterentur, nihil poterant ei facere, niſi quantum, & quando, ille eis permitteret. Id quod & à ſimili, intellige à textu eſſe oſtenſum pro ſemper, quod videlicet in quacunque differentia temporis nullus Chriſto aduerſarius, quantumlibet ferociſſimus, omnique creaturarum munimine ſeptus, poterit vnquam facere aliquid contra Chriſtum, ſeu pertinentia ad ipſum (puta, aliquem ſeruum eius: & Eccleſiam:) niſi quantum, & quando, & quomodo, ipſe permiſerit. Volebant ergo iſti propria ſponte, quamuis non iuſſi à principibus, apprehendere eum: ſed in executionẽ voluntatem hanc ponere non poterant: & hoc, quia Chriſtus, licet illis permiſiſſet illud eorum velle, nolebat eis tunc permittere talis volũtatis executionem, eo quod nondum venerat hora eius.

Vide incõprehenſibilẽ omnipotentiam Chriſti, et confide sẽper in eo. Pſal. 2.

CÆTERVM inquirens aliquis dicat. Quare nec iſti, nec alij ſimiles ſupradicti, ex hoc, quod ſuos conatus contra Chriſtum impediri deſuper experiebantur, non redibant ad cor ſuum: vel ſaltẽ, ſi conuerti nolebant, non deſiſtebant à proſequendo perſecutionem Chriſti? Conſtat ſiquidem hos in ſua pertinacia contra ipſum vſque ad mortem crucis permãſiſſe: immò & poſt mortem non deſijſſe, ſed adhuc vſque in præſens perdurare, tum contra Chriſtum, tum contra omnes & omnia, quos & quæ ad Chriſtum pertinere imaginantur. Reſponderi poteſt ad illud quęſitum: quod tales à ſua pertinaci voluntate, diabolicaque fraude deluſi, impotentiam illorum ſuorum conatuum, quam experiebantur, non putabãt deſuper, ideſt à ſuperna Chriſti, vel Dei virtute cauſari: ſed hoc aut alijs quibuſdam cauſis attribuebant, aut à caſu vel fortuna accidere arbitrabantur. Vnde à tali ſua pertinacia non deſiſtebant, ſed magis nitebantur in vetitum: vt obijciẽs oſtendit. Veruntamen B. Chryſoſtomus (cui & nos aſſentimus) conſiderans rei veritatem in ſeipſa, ideſt & repreſſionem illorum conatuum fuiſſe à Chriſto, & hoc ab eiſdem malignantibus Iudæis debuiſſe cognoſci, ad præmiſſum quæſitum ſic reſpondet. Hoc ſufficiens erat, eos in cõpunctionem deducere: ſed non ſunt compũcti. Talis enim nequitia nulli vult credere (ſeu cędere:) Ad vnum aſpicit ſolum vt eum, cui inſidiatur, interficiat. Hæc ille, ſuper Ioan.

QVINTA denique pars Minorum, licet non proprie turbarum, deſcribitur in textu bene ad Chriſtum conuerſa, ibi. Reſponderunt miniſtri, Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic loquitur. Ac ſi Pontificibus & Phariſæis interrogantibus cauſam, propter quam non ceperint Saluatorem noſtrum, aperte reſpondeãt. Cauſa quare illũ non cepimus, eſt: quia nos ex modo loquendi. [Ideo dicunt: Sic, ſicut] & ex gratia, ſeu bonitate, ſermonis [Ideo dicunt: loquitur] illius hominis ſumus capti: atque animo mutati, & hoc adeo perfecte, vt arbitrati certo fuerimus, indignum facinus, ac temerarium nimis eſſe, extendere in tantum virum manus. Vis videre clarius: quod hæc quinta pars Minorum, ideſt miniſtri, non ſolum ad Chriſtum conuerſa eſt, ſed etiam (ut ſupra dicebamus) bene? Audi B. Chryſoſtomum perfectionem talis eorum cõuerſionis mirantem & ex contemplatione huius textus taliter deſcribentem. Ecce Phariſæi & Scribę miracula videntes, & ſcripturas legentes, nihil profecerũt: miniſtri autem nihil horum habentes ab vna ſola allocutione ſunt capti, & abeuntes vt eum ligarent, redierunt ligati miraculo. Et non dixerunt, non potuimus propter turbam: ſed præcones efficiuntur Chriſti ſapientiæ. Nam reſponderunt: Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic loquitur. Non eſt autem ſolum prudentia eorum admiranda, quia ſignis non ſeguerunt, ſed ſola doctrina ſunt capti (non enim dixerunt, nunquam talia miracula fecit homo: ſed, nunquam ſic locutus eſt homo:) ſed etiam admiranda eſt eorum ſecuritas. Quoniam ad Phariſęos, qui contra Chriſtum aduerſabantur, venerunt: & eis talia locuti ſunt. Hæc ille, ſuper Ioan. Nunquam ſic locutus eſt homo (inquiunt:) ſicut hic loquitur. Quaſi dixerint. Iſte, ut patet ex ſuę locutionis altitudine, eſt plus: quam homo. Et vere dixerunt, forſan & explicite cognouerunt: quoniam ille, qui ſic loquebatur, erat Deus & homo.

Epilogalis peroratio de minoribus.

EX omnibus à principio hactenus dictis manifeſte probata relinquitur illa concluſionis particula, ſcilicet quod Chriſtus venit ad hunc finem, vt non videntes videant, ideſt, vt qui ſunt apud ſe, & apud alios, humiles. (Hi ſupra uocantur, Minores) exaltentur, ad cognoſcendum Meſſiam ipſum per fidem, vel etiam ad adhærendum ei per veram charitatem. Dictum enim diffuſeque ex Euangelico textu oſtenſum eſt: quod Minores, vt in pluribus, Chriſtum cognouerunt, eum in cordibus ſuis & verbis etiam exterioribus uenerantes.

PROBATIO
De Maioribus.

ANNOTARI voluit Euangeliſta ſuperius quoddam ſuum dictũ: quãdo ſignanter nominauit turbam dicens, diſſẽſio itaque facta eſt in turba propter eum. Non enim neceſſarium videbatur tunc explicite nominare turbam (ſubintelligebatur enim quaſi ineuitabiliter ex contextu: cum totus ſermo immediate p̃cedens fuiſſet de turba) niſi per talem nominationem expreſſam daretur intelligi aliquid notabile. Quid eſt illud? Differentia turbarum à principalibus in relatione ad Chriſtum. Ac ſi dictum ibi aperte fuiſſet. Diſſenſio propter eum facta eſt in turba, non in principalibus. Turbas namque voluntatum diuerſarum fuiſſe erga ipſum narrauerat, mox narraturus, quod principales vnius voluntatis cõtra eundem exiſtebant, nolentes, ſcilicet eum recipere pro Chriſto, immò & conſpirantes, vt ſi quis eum eſſe Chriſtum confiteretur, extra ſynagogam tanquam excommunicatus fieret Ioan. 9. Vis hanc vnam, eamque peſſimam voluntatem uidere in principalibus? Audi mox narrantem Euãgeliſtam ſic ex ore eorum. Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis? Ac ſi expreſſe dicant, non. Inter principales ergo Iudæorũ omnes, ideſt Pontifices, Principes, & Phariſæos, non erat diſſenſio propter eum: ſicut facta dicebatur in turba. Nec obſtat, quod vnus Nicodemus (de quo mox ſubiungitur) crediderit in Chriſtum: tum quia alij prędictam negationem de principalibus vniuerſaliter enunciantes illud de Nicodemo neſciebant (propterea & ipſe, ut ne ſciretur factum, venerat nocte ad eum Ioan. 3.) tum quia unum non ponit in numerum, licet ſit principium numeri: tum quia etiam hac data diſſenſione animorum inter ipſos Maiores, adhuc non erat talis inter illos diſſenſio, qualis inter turbas (ut patet ex præmiſſis.)

CÆTERVM, ut diſtinctius pateat illa una uoluntas maiorum contra Chriſtũ: examinetur textus. Venerunt (inquit) miniſtri ad Põtifices & Phariſæos. Quos ſcilicet ipſi Pontifices & Phariſæi miſerant: ut apprehenderent eum. Ad hos illi dixerunt Quare non adduxiſtis eum? Vide hic continuatam maiorũ, quam à principio habebant, malitiam contra Chriſtum: quandoquidem non pœnitet eos miſſionis factæ, ſed ardẽter effectum miſſionis inquirunt, & de defectu ipſius effectus, quod ſcilicet miſſi non adduxerint Chriſtum ligatum, dolent. Sed adhuc peiora uidebis. Ad miniſtros enim dicẽtes, nunquam ſic locutus eſt homo, responderunt (inquit textus.) Nunquid & uos ſeducti eſtis? Vbi & Chriſtum pro ſeductore habent, pro talique ab alijs omnibus haberi uolunt: & conuerſos ad Chriſtum ſeductos, ideſt à uia ueritatis, quæ per legẽ diuinam docetur, auerſos uocant. In cuius ſignum mentionem legis, tãquam unde miniſtri illi deuiauerint, poſtea faciũt dicentes: Sed turba hæc, quæ non nouit legem. Nota igitur hic adauctam prauitatem Phariſæorum: quando audis ex textu, eos conari non tantum ad remouendũ populos à Chriſto, ſed etiam ad faciendum hoc ſub nomine legis diuinæ. Hos ergo in tali caſu agnoſcas eſſe figurã hæreticorum: qui per dulces ſermones & benedictiones, Rom. 16. ſeducunt corda innocentium: & callide ad uenationem animarum pro diabolo uadunt in ueſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, Matth. 7. Maledicti (inquit) ſunt. En peruerſitatem nimiam Phariſæorum. Conuerſos ad Chriſtum non ſolum uocant ſeductos, & ignorantes legẽ Dei, ſed etiam ſimpliciter maledictos: Cum tamen ſit totum contrarium. Nam conuerſi ad Chriſtum formaliter, ideſt ut tales, ſunt & in uiam ueritatis adducti, &

Sub ſpecie ouina latet rabies lupina horum figurantiũ, & figuratorum, &c.

legem Dei optimè .i. practicaliter ſcientes, & ſimpliciter .i. à Deo benedicti: ex oppoſito autem auerſi à Chriſto (quales erant ſupradicti maiores) ſunt re uera & ſeducti, & neſcientes ad propriam utilitatem legem Dei, & ſimpliciter .i. à Deo maledicti. Scito igitur & in hac ignorantia prauæ diſpoſitionis Phariſæorum ipſos gerere figuram hæreticorum, aliorumq; infidelium: per reſpectum ad Chriſtianos. Quid dicunt illi de Chriſtianis? Totum oppoſitum veritatis, quę ſecundum rei exiſtentiam eſt, & quam deberent dicere: quod quidem oppoſitum de illis ipſis hæreticis, cæteriſque infidelibus verificatur: Sunt ergo (ut res ipſa docet) ſignanter à maioribus Iudæorum hic figurati. De hac eorum contra catholicos inſana dicacitate, & oppoſiti illorum, quæ in ipſos obijciunt, verificatione: vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Numer. 16. concluſ. 2. per totum.

Dicũt bonum malũ, & malum bonũ ad ſuã figurã correſpondẽter, &c.

DE MAIORIBVS Iudæorum adhuc.

POSTREMO, vt videas Phariſæos illos, Principes, ac Pontifices, eſſe ab omni veritate præ maxima inuidia in Chriſtum elongatos, in malitiaque prorſus obſtinatos, conſidera textum narrantem, quod reſponderint comprincipi Nicodemo rationabilia eis proponenti. Nũquid (inquit Nicodemus ad eos) lex noſtra iudicat hominem: niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit, quid faciat? Hoc eſt. Lex nobis à Deo data, non vult aliquem damnari, niſi prius & cauſa eius examinetur, & ipſemet audiatur. (Hoc poteſt haberi ex Exod. 22. vbi cauſam iudicandorum ad Deos .i. ad iudices debere peruenire ſancitur, & præſentialiter ipſos iudicandos à iudicibus audiri: antequam aliquis eorum ab eiſdem condẽnetur.) Volebat ergo Nicodemus ſuos collegas ex ui legis diuinæ, vel etiam alicuius ſpecialis inter eos ad illius imitationem confectæ, inducere, & ad bene examinandum cauſam Chriſti .i. vtrum ſufficeret, an non, ad eius capturam, carcerationem, aut mortem, & ad perſonaliter audiendum illum, ſi forte rationabiliter defendere, uoluiſſet cauſam ſuam: ſperãs quod interim ſedatis iræ paſſionibus, ad bonam mentem redirent, & maxime ad Chriſti ſermones, quos pro cauſa ſua induceret, perſonaliter ſine turbis auditos. Ex hoc igitur textu videtur: quod Nicodemus, tanquam pius vir, non fuerit arbitratus, tam inueteratum, ſeu intenſiſſimum, odium contra Chriſtum eſſe in ſuis collegis, ſicuti erat, ſed ſolummodo quandam, iram, quamuis magnam, flexibilem tamen. Reſponderunt (inquit) & dixerunt ei. Nunquid & tu Galilæus es? id eſt à Galilæo ſeductus? Maiores enim hi Saluatorem noſtrum contemptiue vocabant Galilæum, quaſi in vili, & parua terra, præſertim reſpectiue ad Iudæam educatum, tantoque tempore conuerſatum. Ab his Chriſti oſoribus nimium, & contemptoribus, mutuatũ accepit (opinor) hoc pro vilipendio cognomen Iulianus apoſtata Imperator: qui & viuens Dominum noſtrum non alio, quam hoc nomine, ſcilicet Galilæum, deſpectiue vocare ſolebat: & moriens diuino iudicio a Sancto Mercurio Martyre è cœlis decurrente lanceatus, ex inuidia in Chriſtum manu extenſa proiecto ſanguine proprio verſus cęlum, deſperatus aiebat; Viciſti Galilæe, viciſti Galilęe. Reſponderunt (inquit) & dixerunt; nunquid & tu Galilæus es? Vide inſaniam iſtorum ex odio in Chriſtũ cauſatam: & inde cognoſcas, quod inuidia eſt ſine viſu (ſic enim interpretatur nomen eius:) hoc eſt, in propoſito, quod homines inuidia & iracundia agitati nõ recipiunt rationabilem perſuaſionẽ: iuxta illud, Prouerb. 18. Non recipit ſtultus verba prudentię, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde eius. Nam excæcante illos maiores furore iam in rabiem conuerſo, non reſpondent obiectioni (quod ratio volebat,) quam ex lege attulerat Nicodemus; quaſi ipſam non uiderint .i. nõ audierint: ſed præcipites cõſurgendo in ſuũ collegam, proferunt eum ſuſpectum, tanquam Galilæum: quaſi quod ſuaſionem præmiſſam non fecerit ex zelo legis, ſed ex affectu ad Ieſum Galilæum. Dato enim, licet non conceſſo, quod locutus p̃dicta ex zelo legis non fuiſſet Nicodemus: debuiſſent illi maiores attendere, & ponderare ea, quę ab eo dicebantur, minus interim curantes quo animo dicerẽtur:

De Iuliano Apoſtata vilificãte, etiã moriẽs Chriſtũ &c.

Digitized by Google

tur: quandoquidem non animus Nicode-
mi, ſed lex ab ipſo allata, ab eiſque ne-
glecta, eoſdem condemnatura erat. Atta-
men (vt ait poeta.) Impedit ira animum,
ne poſſit cernere verum.

SCRVTARE, inquiunt, ſcriptu-
ras, & vide: quia à Galilæa Propheta nõ
ſurgit. Nota ibi ſuperbiam, qua ipſi ia-
ctant ſe de ſcrutatione ſcripturarum: No-
ta & contemptum tanti ſui proximi. ſ. Ni-
codemi Principis, quo ipſum de ignoran-
tia ſcripturarum, negligentiaque ſtuden-
di eis, taxant: nota & eorũdem falſam ſen-
tentiam, qua ex Galilæa nullum ſurgere
Prophetam aſſerunt. Quia igitur falſum
eſt hoc tertium (vt nunc patebit) quod ip-
ſi falſo ex ſcripturis proferunt, reſtat: vt
etiam primum illud. ſ. de ſua ſcrutatione
ſcripturarum, ſit falſum, ideſt reſtat, quod
ipſi non fuerint bene (vt ſe iactabant)
ſcripturas ſcrutati: ſed peruerſe, ſeu diſtor-
te. En: hos etiam hic factos propriam fi-
guram hæreticorum, qui de ſcrutatione
ſcientifica ſcripturarum ſe falſo iactant:
cum Apoſtolus veraciter de illis, vtpotè
fidem ficiam habentibus ſemel pro ſem-
per dixerit, 1. Timot. 1. Conuerſi ſunt in
vaniloquium, volentes eſſe legis Docto-
res, non intelligentes neque quæ loquun-
tur, neque de quibus affirmant. Vnde ſi-
cut horũ figura. ſ. Iudæi prædicti, ex odio
in Chriſtum habito excæcabantur iuſte,
ne uerum in ſcripturis ſenſum uiderent,
ſed ſolum eorum falſum in ipſis pro vero
confingerent. [De quo uide mira, in Veri-
tatibus aureis ſuper legem veterẽ, Exod.
34. concluſ. 8. 9.] ita ab eis figurati. ſ. hære-
tici, ex odio in Eccleſiam Chriſti habito
excæcantur iuſte, vt non niſi falſum ſuũ
pro vero ſcripturarum ſenſu, ſibimetip-
ſis & aliis toto conatu ſuadeant, & uen-
dant. Propheta, inquiunt, à Galilęa non
ſurgit. Ecce mendacium expreſſum: &
(quod peius eſt) nomine ſcripturarum ab
ipſis Iudęis falſo ſuffultũ. Nam ſi de præ-
terito loquantur, mentiuntur: cum ſecun-
dum ſcripturas iſti à Galilæa ſurgentes
fuerint Prophetæ, ſcilicet Heliſæus, 3.
Reg. 19. Tobias (vt patet in Cantico li-
bri eius, cap. 13. 14.) & Delbora, Iudic. 4.
Si autem de futuro. i. de Propheta antho-
nomaſice dicto, Deuter. 18. Qui eſt Meſ-
ſias, loquantur, mentiũtur adhuc: quoniã
de tali Propheta ſcriptũ eſt ſecundũ veri-
tatem Hebraicam, Iſa. 11. Exiet virga de
radice Ieſſe, & Nazaræus de radice con-
ſurget. Pro eo. n. quod noſtra translatio po-
ſuit interpretationem eius dicendo, flos:
Hebræa litera habet interpretatum dicẽ-
do, Nazaræus. A flore ſiquidem dicitur
Nazaræus quaſi floridus. Vnde ſenſum li-
teralem reddit eundem vtra que lectio. i.
ſiue legas, flos de radice, ſiue legas, Naza-
ręus dę radice conſurget. Veruntamẽ (vt
ciuitati Nazareth, quę interpretatur flos,
ſuum ius cõſeruetur) aduerte, quod licet ſim-
pliciter loquendo, Nazaræus interpreta-
ri debeat, floridus (vt patet in, De inter-
pretatione nominum Hebraicorum. Poſt
Bibliam:) tamen anthonomaſice loquen-
do [. i. attendendo, quod aliquis de ciuitate
Nazareth veniens eſt per anthonomaſiã,
hoc eſt, per excellentiam floridus ſ. in vir-
tutum omnium, gratiarum quarumcumque,
ac totius ſanctitatis decore. Quod totum
verificatur de Chriſto] poteſt recte, & de-
bet Nazaræus interpretari flos. Dicit er-
go Iſaias de illo maximo Prophetarũ. i.
de Meſſia loquens: quod conſurget de radice
Ieſſe Nazaræus. i. quod ille ipſe, & naſcetur ex
ſtirpe Dauid filii Ieſſe, & erit (. ſ. quo ad
cõceptũ, & habitationẽ) de ciuitate Na-
za. Vide et ſup. circa hoc dicta, & Mat. 2.

PRAETEREA magnum teſtimo-
niũ, de mẽdacio prædictorũ negãtium, à
Galilæa non ſurgere Prophetã ſummũ. ſ.
Chriſtũ, habetur ex dictis per totũ i ſcripturis
antiqui teſtamẽti recitatis ſupra, Ioan. 1.
ibi. n. ab Andrea, poſtquam vidit Saluatorẽ
noſtrũ eſſe de Nazareth Galilęę, dicitur ad Si-
monẽ fratrẽ ſuũ; inuenimus Meſſiã. Por-
rò ratione, qua Ioãnis Baptiſtę diſcipulus
fuerat, peritus erat Andreas, licet nõ ſim-
pliciter quam piſcator. Nõne & ſuus magiſter. ſ. Ioã-
nes ipſe, plenus Spirituſancto veteris le-
gis doctrinã ſanã ei ſuggerẽte, quando nis ſciret
Saluatorẽ noſtrũ eſſe ex Galilęa, dixerat
ipſum eſſe Meſſiã? Ecce (inquit) agnus Dei: &
medius veſtrũ ſtetit &c. Itẽ Philippus le-
ctioni ſcripturarũ deditus fratri ſuo Na-
thanael. i ſcripturis docto, atque perito di-
xit; Quẽ ſcripſit Moyſes, & Prophetę, inue-
nimus Ieſum à Nazareth. Vbi, pro eo, quod An-
dreas dixerat, inuenimus Meſsiã, Philip-
pus quaſi exponẽs clarius dicit; inuenimus
illũ, quẽ Moyſes ſcripſit, & Prophetę. ſ. Ie-
ſum

Etiam hic à Iudæis his figurantur hæretici, &c.

Digitized by Google

ſum à Nazareth. Ergo,ſecundũ planiſsi-
mam literam utriuſque connexam, ille
quem Moyſes, & Prophetæ futurũ eſse
Meſſiam ſcripſerunt, debebat eſſe à Na-
zareth Galilææ:& ſignanter nominari Ie
ſus. Quid magis clarum ex ſcripturarum
veterum peritis deſideratur ad conuin-
cendum de falſitate prædictos Iudæorũ
maiores de Chriſto dicentes, quod Pro-
pheta à Galilæa non ſurgit?

RESPONSIO
Nathanaelis,&c.

ADVERSVS eoſdem ſcripturarũ,
in odium Chriſti humillimi [quem
ideo ipſi, vtpotè de multis, & de vanita-
te magnarum terrarum ſuperbientes, re-
cipere pro Chriſto,imò pro ſimplici pro
pheta,nolebant:vt ex hoc ſuo dicto de
Galilæa oſtendunt]peruerſores, & in fa-
uorem catholicæ ideoque certiſſimæ ve-
ritatis,multum valet reſpõſio Nathanae-
lis ad Philippum:maxime ſi cum appro-
batione eius à Chriſto facta accipiatur.
Dicamus igitur,ex Ioan.1. proſequentes.
Reſpondit ei Nathanael. A Nazareth po
teſt aliquid boni eſſe. Ecce iam patens
quod quærimus. De Meſſia ſolum tracta-
tur hic: & Nathanael in lege Meſſiam de
ſcribente ſatis peritus, audito, quod eſt à
Nazareth, reſpondet: quod à Nazareth
poteſt eſſe aliquid boni. Ac ſi aperte, ſe-
cundũ contextum literæ,dicat fratri ſuo.
Tu mihi in tua bona annunciatione de
Meſſia nominaſti ciuitatem Nazareth:&
ego dico tibi, quod inde in ſpem bonam
exurgo,quod ipſe, quẽ dicis, ſit Meſſias,
quoniam locus Nazareth concordantiam
habet cum ſcriptura promittente hoc ſin
gulare bonum, ideſt Meſſiam, cum de il-
lo ſcriptum ſit Iſai.11. Exiet virga de ra-
dice Ieſſe, & Nazaræus de radice eius
conſurget. Propter quam concordantiam
poteſt credi illud boni, quod annuncias.
Iſte Nathanael, tanquam doctus in lege,
& Prophetis,prudenter in reſpondendo
appoſuit, poteſt: vt per hoc ſignificaret
fratri, quod non ſufficit iſte locus ad fir-
miter cõcludendum, quod Saluator, quẽ
nunciabat,ſit Meſſias:niſi etiam alius lo-
cus,ſcilicet Bethleem,de quo loquitur Mi
chæas,cap 5.verificetur de eodem. Quod
ceu ſubintelligens Philippus dixit ad eũ,
Veni,& vide. Ac ſi dixiſſet. Ex quo pro-
babilitatem habes è loco Nazareth,quod
ipſe ſit Meſſias, & dicis hoc non ſufficere
ad firmam intenti concluſionem: veni tu
perſonaliter ad ipſum, & vide quod di-
xi,ideſt certior fias per te, quod ipſe vere
eſt Meſſias. Hinc enim ſimul etiam vide-
bis,ideſt cointelliges,qualiter locus quo-
que alius,qui te ſuſpenſum tenebat,veri-
ficetur de eo. Venit itaque Nathanael ad
Saluatorem: & vidit,ideſt de primaria
concluſione, ſcilicet, quod ipſe eſſet ve-
rus Meſſias, certificatus eſt ex tribus ſi-
gnis (Iudæi enim ſigna quærunt, 1. Co-
rinth.1.) ab ipſo ſibi datis. Quibus ſignis
ad certificationem principalis intenti ha
bitis, ſcilicet reuelatione occulti præſen-
tis.[Ecce vere Iſraelita,in quo dolus non
eſt,]& reuelatione occulti præteriti[cum
eſſes ſub ficu, vidi te] & reuelatione oc-
culti futuri.[Videbitis cęlũ apertũ,& An
gelos Dei aſcendentes, & deſcendentes,
ſuper filium hominis:]his,inquam,ſignis
certificatus de veritate concluſionis cre-
didit certò eſſe iam ſolutum dubium loco
rum,quod eum(vt ſupradictum eſt)tene-
bat,ideſt credidit,quod de Meſſia verifi-
caretur & locus Nazareth,& locus Beth-
leem,prout ſcripturæ prædixerant,ac in
tellexerant. Vnde ſuperfluum eſſe exiſti-
mauit,quærere amplius de hoc,à Saluato
re noſtro: quamuis intentionem idipſum
ab eo quærẽdi habuiſſet prius, & ad hoc
etiam veniſſet ad eũ (ut ſupra diximus.)

Tria ſigna ducũt Nathanaelẽ in notitiã Meſſiæ &c.

Ex præmiſſis omnibus patet, quod Na
thanael in ſcripturis verſatus,& teſtatus
eſt,quod à Nazareth ſurgit Propheta an
thonomaſice magnus, ideſt Meſſias, &
huic ſuo teſtimonio cõnexam habuit pri-
mitus in animo vnam dubitationem de
alio loco, ſcilicet quomodo eſſet verificã
dum,quod Meſſias ſurgit à Bethleem. Cõ
ſequenter ergo ex eiſdem conſtat, quod
ipſius Nathanaelis dictum poteſt legi aſ
ſertiue,& interrogatiue. Si enim conſide
retur ſolum locus à Philippo expreſſus,
ſcilicet Nazareth, tunc legitur aſſertiue:
quoniam Nathanaelis intentio eſt affir-
mare, quod a Nazareth eſt aliquid boni,
& hoc ne ſcripturam, quæ Meſſiam uo-
cat Nazaræum, neget. Si autem ſimul cũ
loco à Philippo expreſso conſideretur lo
cus alius animo Nathanaelis impreſsus,
ſci-

ſcilicet Bethleem, tunc interrogatiue, quaſi aliqualiter dubitando, legitur: quoniam licet Nathanael propter ſcripturã non dubitet, quod à Nazareth futurum ſit aliquid boni, tamen dubitat, id eſt in ſuſpenſo de hoc ſtat, quomodo verificetur ſine diſcordantia, quod à Bethleem erit illud boni, id eſt Meſſias. Vnde huiuſmodi lectio ſiue aſſertiue, ſiue interrogatiue fiat, non tollit firmum ſenſum Nathanaelis, ſcilicet, quod à Nazareth eſt multum boni, id eſt Meſſias.

DICEBATVR ſupra, quod reſpõſio Nathanaelis ad Philippum multum ad id valebat, maxime ſi cum approbatione eius à Chriſto facta acciperetur. Diximus reſponſionem: dicamus approbationem. Videns Chriſtus Nathanaelẽ venientem ad ſe, dixit de eo (vt inquit textus:) Ecce vere Iſraelita, in quo dolus nõ eſt. Ad quid faciẽdum veniebat tunc Nathanael? Ad videndum, id eſt cognoſcendum, an Saluator eſſet Meſſias: & conſequenter ad certificandum ſe, quod ipſe erat à Bethleem aliquo modo, licet eſſet à Nazareth alio modo. Quid dixerat Nathanael, antequam veniret ad Chriſtum? Reſponſionem illam, à Nazareth poteſt boni aliquid eſſe. Ecce. Ergo, ſecundum illam approbationem à Chriſto factam, nullus erat in Nathanaele dolus, ſiue attendas aduentum eius, ſiue eius dictum; veraci ergo, non doloſo animo & venit ad Chriſtum, & pronunciauit illud dictum. Falſus ergo non fuit in dicendo, à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe. Nam cum dolus includat animi falſitatem, 2. 2. q. 55. art. 4. ille vere eſt ſine dolo in aliqua re, qui in illa, vel facienda vel dicenda, non eſt falſus. Dum igitur dixit Nathanael, à Naz. p. al. bo. eſſe, non protulit falſum, ſed verum. Alioquin quomodo non eſſet in ſuo dicto falſus? Ergo ſic dicendo voluit affirmare verum, hoc ſcilicet, quod à Nazareth poterat eſſe aliqđ boni. Nec huic veritati ſuæ obſtat, ſi modo etiam interrogatiue proferre hoc potuerit: quoniam tunc interrogatione vteretur non vt de à ſe expreſſo dubius, ſed vt feſtiuus. Et ſic non exponeretur negatiue. A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? quaſi dicat, non: ſed eſſet exponendũ affirmatiue. [Gaudio, ſcilicet dicentis id expoſcente] dicendo, à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? quaſi dicat, Ita. Tali enim modo exponi ſolent interrogatiuæ pronunciationes, quando ſunt feſtiuæ. Vt eſt illa Samaritanæ Ioan. 4. Nunquid ipſe eſt Chriſtus? Quaſi dicat, Ita. Ex interno ſiquidem repentino gaudio protulit hoc interrogatiue, volens ex mirabilibus ab eo auditis affirmare, quod ipſe erat Chriſtus. Porrò, hanc aſſertionem vſque adeo corde alacri tenebat mulier, vt exigeret ab alijs aduentum, & viſum, ad confirmandum ſuam aſſertionem. Taceo aduerſus eoſdem ſcripturarum peruerſores, quod B. B. Paulus Apoſtolus, & Matthias, doctiſſimi in antiqua lege ſciuerunt non eſſe uerum, quod Chriſtus à Galilæa non ſurgit, hocque factis probarunt, dum Ieſum à Nazareth pro Chriſto receperunt.

PROBATA ergo ex prędictis abũde relinquitur illa concluſionis particula, ſcilicet, quod Chriſtus venit in hunc mundum ad faciendum miracula, & prędicandum ſuam doctrinam, vt videntes, id eſt ſeipſos, cum nihil ſint, aliquid eſſe, æſtimantes, (quales erant illi Iudæorum maiores) cæci fiant. Declaratum enim diffuſe eſt ſupra, quod maiores ipſi, vt in pluribus ualde, non adhæſerunt per fidẽ Chriſto, quinimo eum & verbis, & factis calumnioſe inſectabantur. Dixi, ut cæci fiant: vbi coniunctio, vt, non finaliter (vt ſupra, in priori particula,) ſed conſecutiue, tenenda eſt. Conſecuta eſt ſiquidem cæcitas ipſorum Iudæorum, vitio eorundem, ex aduentu Chriſti ad ſanam doctrinam prædicandum, veraque miracula faciendum: licet hanc illorum cæcitatem Chriſtus, quantum eſt de ſe, non intenderet, immò huius oppoſitum, ſcilicet illuminationem (vt res ipſa aperte teſtatur.) Doctrina enim, ut ſana, & miracula, vt vera, ſecundum natura ſuã ordinantur, & trahunt ad bonum: impl[i]catque contradictionẽ, qđ ſecũdũ ſe aut ordinentur, aut trahan[tur] ad malum.

Implicat contradictionẽ hoc, ſcilicet, q Chriſtus per doctrinã, & miracula nõ voluerit ſalutẽ Iudæorum.

SECVNDA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus non adhibuit doctrinæ ſuæ miracula, quaſi q doctrina ſua non eſſet ſufficiens per ſe ſolam

ſolam conuertere homines, ſed ad abundantiorem erga nos bonitatem oſtendendam id fecit, demonſtratur ex tex. Cum audiſſent hos ſermones, dicebant, Hic eſt Chriſtus, & tex. Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic loquitur. Ecce enim, qđ non de miraculis, ſed de ſola doctrina, Saluatoris noſtri ſit mentio: cum & turbæ huius, & miniſtrorum, conuerſio ad Chriſtum per ueram fidẽ narratur. Cum audiſſent (inquit) hos ſermones, dicebãt; Hic eſt Chriſtus. Sermoni enim ſuo Chriſtum dediſſe virtutem ad conuertendum in ſe corda iſtorum de turba, intẽdit Euãgeliſta ſignificare per hoc, quod non niſi de ſermonibus in horum conuerſione mẽtionem facit. Nec mirum: quandoquidẽ ſcriptum eſt, Pſal. 67. Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa. Nã ſi miniſtris ſuis, qui ſunt homines, & quãdoque magni peccatores, Euangelizantibus donat, vt verbum ab eis prædicatũ intret virtute magna ad conterendum vitia in cordibus audientium, inferendumque Theologas, moraleſque virtutes: multo vtique magis verbis a ſe per ſeipſum prædicatis hanc ipſam, quam diximus, virtutem dediſſe credendum eſt. Vnde, quando cum admiratione Pſalmiſta de voce Domini per alios annunciata dicit ibid. Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis, relinquit nobis firmiter credendũ, quod ipſemet voci ſuæ ex ore ſuo benedicto immediatè procedenti, dederit magnam virtutem. Miracula igitur doctrinæ ſuæ Chriſtus non adiungebat ad ſupplendã ſufficientiã conuertendi auditores; quaſi quod doctrina ſua ſola non poſſet ſufficienter conuertere illos. Niſi enim ad ipſorum conuerſionem ſufficiens eſſet, ſequeretur, quod audientes eius doctrinã, & inde nõ conuerſi, excuſarentur. Quod tamen oſtendit Dominus eſſe falſum per hoc, quod dicit, Ioan. 15. Si nõ veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatũ non haberent. Nunc autẽ excuſationem non habẽt de peccato ſuo. Ecce, quod non de miraculis, ſed de ſola doctrina loquitur, & dicit, inexcuſabiles eſſe auditores, ſi ex illius auditu non conuertantur, & per conſequens præſupponit, & præſupponendũ inſinuat, quod doctrina ſua non indiget miraculoſis operibus, ſed eſt ſola per ſe ſufficiẽs, ad conuertendos homines. Non de miraculis, inquam, ibi loquitur: in cuius ſignum poſtea aliã ab ea ſententiam, quæ de miraculis eſt, ſubiungit dicens. Si opera nõ feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatũ non haberent. Porrò, ut ex abundãti, i. fortiori ſcias, quod doctrina Chriſti ſufficit per ſe ſola ad faciendum tantum effectum excedentem vires humanas, ſ. conuerſionẽ peccatoris: inſpice ad hoc, ꝙ voce ſua ſimplici traxit ad ſuĩ ſequelã Matth. cap. 9. & Philippũ. Ioan. 1. Quid enim dixit Matthęo? Sequere me. Quid ex auditu vocis huius ſimplicis. i. ſine promiſſione vlla veſtitæ (vt fuerat illa piſcatorum, Matth. 4. Faciam vos &c.) fecit Matthęus? Surgens ſecutus eſt eum. Quod autẽ audis de Matthęo dictũ hic, intellige & de Philippo. Ecce. Quid eſt ſecundum ſe maius, vox cum doctrina exteriori, an vox ſine tali doctrina? Ex terminis patet, quo d maius quid eſt vox cum doctrina, quam ſine. Ex abundanti ergo dic. Si ſola vox Chriſti fuit ſufficiens ad cõuerſionẽ Matth. & Philip. ergo multo magis doctrina eius voce exteriori facta ad cõuerẽdos peccatores erat ſufficiens.

CÆTERVM, ſi quęratur id, quod textus hic Euãgelicus ſuapte natura ſuadet eſſe quærẽdũ, ſ. vnde originaliter procedebat tanta quæ dicta eſt, vocis, & ſermonũ, Chriſti ſufficientia, & (vt in facto patuit) efficacia: reſpondendum eſt, iuxta doctrinã Apoſtoli ad Hęb. c. 1. qđ illud procedebat ex hoc, quod qui loquebatur erat Deus, i. quod prima origo tãtæ efficaciæ vocis ſecundũ ſe, & doctrinæ Chriſti erat Diuinitas Chriſti. Hoc eſt ſũmatim: quia illius vox erat vox Dei, & illius doctrina erat Dei, perſonaliter uniti cũ homine illo, qui vocẽ doctrinãq; emittebat Dixi, vocis ſin ſe, & doctrinę ſin ſe: ad dif ferẽtiã miniſtrorũ Chriſti, qui voce ſua, & doctrina (ut BB. Dominicus, Vincentius, &c.) conuerterunt peccatores. Horũ enim vox, atque doctrina, efficaciã illam, quã habebat, non à ſeipſa, neque ab ipſis prædicatoribus originaliter primò habebat: ſed à Chriſto, cuius miniſtri erant, doctrinã eius prædicando. Et ideò ex hoc, ꝙ tot millia hominum peccatis maximis inuolutorũ, BB. Dominicus & Vincẽtius voce ſua atque doctrina cõuerterũt, non dicuntur,

Verbum Euangelizantibus vir. mul. &c.

dicuntur, neque ſunt, neque erant, Deus: ſed miniſtri ſolummodo Dei. Non ergo vox ſecundum ſe, conſiderata, neque doctrina ſecundum ſe, conſiderata, Beatorũ illorum prædicatorum ſufficientiam habebat, aut efficaciam, vt poſſet conuertere peccatores: cum tamen vox Chriſti ſecundum ſeipſam, & doctrina eius ſecundum ſeipſam, conſiderata, ſufficientiã talem & efficaciam haberet. Hinc igitur patet: quod alijs miniſtris à Chriſto conuenit illud implicite dictum, 2. Cor. 3. Non ſumus ſufficiẽtes à nobis, quaſi ex nobis, cõuertere peccatores: ſed Chriſto hoc nõ conuenit dicere. Nam ipſe à ſe, quaſi ex ſe, eſt ſufficiens, & etiam efficax, illos quãtuncunque maximos, & enormiſſimos nõ ſolum conuertere, ſed etiam facillimè (vt patet in textu ſpeciatim de miniſtris Phariſæorum) conuertere.

EFFICATIAE Præmiſſæ origo.

DIXIMVS ſupra ex Apoſtolo, Hebr. 5. Quod origo ſufficientiæ, efficaciæque vocis Chriſti ad faciendum maius opus, quam ſit creare cœlum, & terrã .i. ad conuertendum peccatores, erat iſta: quod ſcilicet Chriſtus homo erat perſonaliter Deus. Vt ergo pateat diſtinctius & illa, & multiplex alia efficatia Chriſti (id quod ad præcedentia, aliaque Euangelij loca facilius intelligenda valebit:) adducamus capituli illius Apoſtolici textum. Viuus (inquit) eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ, ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum: & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis. Et nõ eſt vlla creatura inuiſibilis in cõſpectu eius. Omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius. Vbi Apoſtolus de Chriſto ſummatim dicit: quod excellentiam maximam importantia habet, ſcilicet naturam diuinam, & virtutem infinitam, & cognitionẽ generalem. Quo ad primum igitur illorum *Primo.* ſignificandum ait: Viuus eſt ſermo Dei. Nam hic nomen, ſermo, ſumitur pro verbo: quoniam Græce ſcriptum eſt Logos, quod ſignificat Verbum. Vnde hæretici illi, qui non recipiunt Euangelium Beati Ioannis vocantur Alogiani, ideſt ſine Logo, ideſt ſine verbo 24. quæſt. 3. cap. Quidam: eo, quod Euangelium, quod ipſi negant, incipit à verbo ſic; In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & verbum caro factũ eſt. In diuinis autem verbum eſt eiuſdem naturæ cum eo, cuius eſt verbum, 1. quæſtione 39 art. 2. Significanter autem dicitur, viuus eſt ſermo: ad denotandum, quod verbum Dei viuit anthonomaſice, vita ſcilicet nobiliſſima. Quod & Philoſophus de Deo, vt Deus eſt, cognouit aliqualiter: cum dicat 12. Metaphyſ. quod primum ens viuit vita nobiliſſima, & optima. Quo ad ſecundũ vero illorũ triũ *Secundo.* ſignificandum, ait, & efficax. Scilicet, in ſummo. Omnia. n. hic dicta de verbo Dei intelliguntur anthonomaſice dici .i. per excellentiã, & eam ſummam: ſecũdum quod conuenit verbo Dei, quod eſt quoddam ſimpliciter ſummum, habere illa. Porrò efficatia ipſius verbi, quã Apoſtolus per illud nomen, Efficax, denotare intẽdit, eſt *Efficatia verbi Dei, &c.* tanta, vt ſe ad oĩa gubernanda extendat: iuxta illud, Sap. 7. Omnium eſt artifex ſapientia, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, attingit vbique pp ſuam mũditiam, & cap. 8. Sapientiam non vincit malitia. Attingit ergo à fine vſq; ad finẽ fortiter, & diſponit oĩa ſuauiter. Cõſiderandum autem eſt hic: quod virtus cæterorũ artificum ſolum exteriora rei factibilis attingit (vt patet,) ſed virtus verbi Dei attingit etiam intima cuiuſcunque rei quantuncunq; ſubtilia, illigata, & incluſa ſint. Eſt ſiquidem cauſa quaruncunque rerum dans eis eſſe, & conſeruans, principiaque cuiuslibet rei ad inuicẽ coniũgens & manutenens. Vnde pp hoc vere dicitur eſſe vicinior ipſi rei, quàm ſit ipſa res ſibimetipſi, 1. q 8. art. 1. 2. 3. Nec ab vllo poteſt impediri, 1. q. 103. art 7. 8. quin ſic ad intima rerũ pertingat. Eſt. n. (inquit) penetrabilior oĩ gladio ancipiti .i. habenti acutiem ex vtraq; parte: cuius ideo penetrabilitas nõ impeditur ex aliqua parte. Intima, dixi, quãtũcũq; ſubtilia: quia ad hoc ſignificãdũ ſubdit ibid. Pertingẽs vſq; ad diuiſionẽ aiæ ac ſpiritus. Licet. n. aĩa, & ſpũs, ſint idem realiter: tamen ſecundum quaſdam ſubtiles conſiderationes habẽt diuiſionẽ ab inuicẽ. Nam anima ratione po-

tentiam animalium, i. ſibi, & corpori communium (vt ſunt potentiæ vegetatiuæ, & ſenſitiuæ) dicitur anima: ratione vero potentiarum ſoli ſibi cõuenientium (ut ſunt potentiæ intellectiuæ) dicitur ſpiritus. Intima, dixi, quantuncunq; illigata, & incluſa: quia ad hoc ſignificandum ſubdebatur ibid. Compagum quoq; ac medullarum. Nam compages ſunt corporis iuncturæ illigatæ. Medullæque ſunt intra oſſa concluſæ. Quo ad tertium autem illorũ trium ſignificandum, ait: Diſcretor cogitationum, & intentionum cordis, & non eſt vlla creatura inuiſibilis in cõſpectu eius. Hoc eſt. Cognitio verbi ſe extendit ad cogitationes cordis noſtri, & ad eiuſdem intentiones (quæ adeo ſunt cognitu difficillima, vt Angeli naturaliter non cognoſcant cogitationes, aut intentiones cordis noſtri, 1. q. 57. art. 4.) & ad omnem creaturam ſiue creatam, ſiue creãdam, ſiue creabilem. Et vt vnico verbo generalem verbi cognitionem oſtendat concludit: Omnia ſunt nuda, & aperta, oculis eius. De ampliſſima hac ipſius cognitione, vide fideliſſimum Eccleſię catholicæ Doctorẽ, Sanctum Thomam, 1. q. 14. art. 5. 6. 9. 10. 11. 12. 13. & 3. de Sal. q. 9. 10. 11. 12. cum articulis cuiuſque ſuis.

Tertio.

EX Apoſtolicis ergo verbis, & ſenſibus prædeclaratis patet, conuenientiſſimum fuiſſe Chriſto, vtpote tantas excellentias habenti, ꝙ ſua vox eſſet ſecundũ ſeipſam ſufficiens, efficaxq; ad conuertẽdũ peccatores, etiam in actu exercito in cõtrariũ verſos, & multum intentos. Hoc vltimum dixerim propter miniſtros illos quos textus narrat à doctrina Chriſti cõuerſos: de quibus prudens quiſq; arbitrari poteſt: ꝙ tales in gratiam dominorum ſuorum, qui miſerant eos, non ſolũ venerant deliberato animo volentes capere Chriſtum, ſed & perſeuerauerant aliqualiter, in illo animo, &, dum in principio actualiter adeſſent prædicationi Chriſti, nondum depoſuerant hanc animi contra Chriſtum malignitatem. Mirabile igitur opus fuit, & ſoli Deo conueniens: ꝙ tam ſubito præter, imò contra, omnem hominum ſpem, vox ſola Chriſti prædicantis eos ab inſtituto malo, & conſueto auerſos conuerterit ad bonum eiſdem prius inuiſum & inſolitum.

PROBATA igitur particula hac. ſ. ꝙ doctrina ſola Chriſti abſque miraculis erat ſufficiens efficaciter ad conuerſionem hominum peccatorum, relinquitur, ex tali probatione ſtatim eſſe inferendũ: ꝙ miracula adhibuit doctrinę ſuę Chriſtus ex abundantiori ſua pietate in nos, & ad oſtendendum magnitudinem deſiderij ſui de noſtra ſalute. Dixit. n. ex viſceribus miſericordiarum ſuarũ motus. Etſi ſola mea doctrina ſit ſufficiens ad conuertendum homines in ſalutem: tamen, vt faciſius ipſi, libentiuſq;, ac iuxta eorum bonum deſiderium firmius cõuertantur, volo doctrinæ meæ coniungere miraculoſa opera. Probatio igitur primæ nunc dictæ particulæ de doctrina, fuit ex conſequenti probatio etiam particulę ſecundę de miraculis.

Vide pientiſſima Chriſti viſcera erga nos &c.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus non debuit prædicare Iudęis, ſine ſcandalo eorum paſſiuo. i. quod ipſi Iudæi, ex vitio animorum ſuorum inde (tanquam elicientes malum ex bono) acceperũt: vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. 3. de Sal. q. 42. ar. 2. Quod Chriſtus debuit abiectè viuere in hoc mundo, & pauperem vitam eligere, nõ aũt in honore, & diuitijs. (Hoc eſt, in propoſito huius concluſionis Euangelica: ipſum debuiſſe concipi, naſci, nutriri, habitare in paruis ciuitatulis. ſ. in Bethleem, Nazareth: & conſequenter Prophetam maximũ à Galilæa ſurgere, ſecũdum ſcripturas, & propter finem à Chriſto intentũ, qui erat & vincere mundũ, diabolũ, &c. armis profundæ humilitatis tum interioris, tũ exterioris, & facere, ꝙ agnoſcerent hoĩes, fidem à ſeipſo prædicatam neque eſſe quid humanũ; neque in mũdo plantandã, aut propagandam, & cũ augmento magno dilatandã, virtute humana ſeu creata, ſed ſola virtute Dei. Qui eligit infirma, vt fortia quæque confundat, & quæ ſtulta ſunt mundi, vt confundat ſapientes, & ea, quæ non ſunt, vt ea, quæ ſunt, deſtrueret. 1. Cor. 1.) vide ex &cæt. in Elucid.

Arma Chriſti efficaciſſima cõtra hoſtes eſt profundiſſima humilitas.

Elucid.3.de Sal.q.40.art.3. Quod Christus debuit docere ſolo verbo, non autem ſcripto (vt ſcilicet cognoſcamus etiam, quod verborum eius virtus ſufficiebat ad mundi conuerſionem, vt ſupra ex Euangelio monſtratum fuit) vide ex &c. in Elucidationibus, 3.de Sal.q.41.art.4. Quod arbitrium hominis eſt liberum ad aſſentiendum in bonum, & ad diſſétiendum a bono, actiue concurrens ad hæc. (Niſi enim ſic de hominis arbitrio eſſet: quomodo ad eandem Chriſti doctrinam, vt concluſio capituli innuit Iudæorum quidam laudabiliter, ac meritorie conuerterentur: quidam autem illaudabiliter non conuerterentur?) vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus primæ partis articulorum numero 352.408.412.909.& 2.partis articulorum numero 603. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem Geneſ.1.concluſ.4. & Exod.13.concl.3.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. VII.

NON volebat in Iudæam ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere.] Scilicet, extra tempus interfectioni ab æterno præfixum. Non enim fugiebat Chriſtus mortem, qui venerat occidi. Volebat quidem interfici: ſed hoc fieri ante, quam adeſſet tempus illud iam determinatum nolebat. Hinc ergo conſtat, quod Deus non tantum mortem Chriſti futuram præordinauit, ſed etiam tempus mortis: &, à ſimili, per hoc idem vniuerſaliter conſtat, quod Deus non ſolum de rerum quaruncunque factione, ſed etiam de factionis illarum tempore, modo, alijſque circunſtantijs, ab æterno ordinauit, & ſicut non poterant Iudæi præterire tempo- ris præordinationem de occiſione Chriſti [id quod patet infra ex illo Euangelij tex. Nemo miſit in illum manus: quia nondum venerat hora eius:] ita a ſimili, patet vniuerſaliter, quod, præordinationem diuinam de rebus, de modo, de tempore, deque cæteris circũſtantijs, ſtatutam præteriri, impoſſibile eſt. Alioquin voluntas Dei poſſet non impleri, quod eſt falſum, 1.q.19.art.6.& prouidentia eius, gubernatioq; aliquando caſſari, quod eſt erroneũ. 1.q.22.ar.4.& q.23.ar.6.& q.103.art.7.8.

Nõ poteſt præterire quis ordinationem Dei, etiã quo ad circunſtantias ſtatutas, &c.

Quare ergo nolebat Chriſtus ambulare in Iudæam, cum Iudæi tũc, etiam ſi manifeſtus ibi ambulaſſet, non potuiſſent ipſum interficere? An hoc neſciebat Chriſtus? Abſit. Cur ergo dicit tex. Nolebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere: ſi ipſe certiſſime nouerat, quod Iudæi non poſſent tunc eum, in medio quoque illorum exiſtentem, interficere? Reſponſionem ad hoc mutuo accipiamus a B. Auguſt. dicente. Futurum erat, vt aliquis fidelis Chriſti abſcõderet ſe ne à perſecutoribus inueniretur: & ne illi pro crimine obijceretur latibulum, præceſſit in capite, quod in membro confirmaretur. Vnde dicitur. Non volebat ambul. in Iud. quia quær. eum interficere. Sic autem hoc de Domino non dixit, quaſi non poſſet ambulare inter Iudæos, & non occidi à Iudæis. Hanc enim potentiam, quando voluit, demonſtrauit: ſed infirmitati noſtræ præbebat exemplum. Non ipſe perdiderat poteſtatem: ſed noſtram conſolabatur fragilitatem. Hæc ille, ſuper Ioan. Quæ de Chriſto, vt homo eſt, dicta eſſe, conformiter ad textum, intelligas. Nam quandoque ea, quæ ſunt humanitatis, & quandoque ea, quæ ſunt diuinitatis, oſtendebat. Etenim fugiebat perſecutores vt homo, & apparebat eis, vt Deus: vtrũque vere exiſtens. Sed iterum dicet quis: Quare, cum occidi pro nobis & vellet, & maxime deſideraret, voluit: occiſionem ſui non adimpleri nunc, ſed differri? Reſpon. Vt in hoc tempore intermedio doceret nos ea, quæ ad noſtram ſalutem pertinent. Siue ergo mori præordinat ab æterno, vt Deus, ſiue mortem differt, ſiue moritur, vt homo ſingula iſtorum pro noſtra ſalute facit. Tempus ergo, quo viuit in terris, expendit pro nobis: tempus, quo moritur in Cruce, expendit pro nobis: (ſicut & tempus poſt mortem apud inferos, & poſt reſurrectionem apud diſcipulos, pro nobis expendit) Quare: Vt & nos tempus omne noſtrum, ſiue quo viuimus, ſiue quo morimur, expendamus pro ipſo. i. in amore, & timore, & honore ipſius: hoc eſt, in ſeruiendo ei in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris, & poſt mortem in ſecula ſeculorum. Amen, &c.

Omnia fecit pro nobis Chriſtus, vt & nos &c.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. VII.

Primo. IPSE aſcendit ad diem feſtum, nō ma
nifeſte, ſed quaſi in occulto.] Dies hic
feſtiuus erat Iudęis ex antiquo mandato
Dei, Leuit. 23. Sed quia iam cœperant Iu
dęi ſollemnitates has Deo conſecratas ad
luxum, comeſtiones, ocioſitates, & vanita
tes conuertere, vt potius viderentur eorū
proprijs voluptatibus, quam diuinis ho-
noribus, dedicatæ (quod deriſui infideliū
patebat, iuxta illud, Trenor. cap. 1. Vide-
runt eam, ſcilicet ſynagogam, hoſtes, &
deriſerunt Sabbatha eius:) ideo Chriſtus
aſcendit ad diem illum feſtum nō mani
feſte, ſed quaſi in occulto; Quaſi verecun-
daretur in perſona Iudæorum apparere
in ſollemnitatibus eorum ſic in malis vſi-
Secundo. bus per eos conſumptis. Secundo etiam
aſcendit quaſi in occulto, ad oſtendēdum
facto hoc ſuo: quod fauores hominū non
quærit (quemadmodum à ſuis fratribus,
ideſt cognatis, ſuadebatur, in cōtextu prę
miſſo,) nec pompis ſtipantium ſe turba-
rum delectatur, nec vult gloriari tempo-
Tertio. raliter. Tertio quoque Chriſtus quaſi in
occulto aſcendit ad diem feſtum Iudęo-
rum: vt per hoc denotaret hanc veritatē,
quod ſcilicet ipſe occultabatur ſub cære-
monijs Iudaico populo à Deo inſtitutis,
tanquam figuratum ſub figura. Omnia
namque populo illi data diuinitus fue-
runt vmbra futurorum, Hebr. 10. Omnia
que in figura contingebant illis, 1. Corin.
10. Figuratum autem ſub illis latens erat
Chriſtus. Pro cuius rei notitia ſciendum,
Iudaeorū feſta nouem, &c. quod feſta Iudęorū (vt colligitur ex Nu-
mer. 28. 29.) Erant nouem, vnum ſcilicet
continuum, & octo temporalia. Conti-
nuum feſtum erat illa quotidiana obla-
tio Agni vnius mane, & agni alterius ve
ſpere. Temporalium verò feſtorum quod
dam in qualibet ſeptimana iterabatur, &
hoc erat Sabbathū] ſollemnitas hęc cele
brabatur in memoriam beneficij creatio
nis omnium rerum.] Quoddam iteraba-
tur quolibet menſe, ſcilicet feſtum Neo-
meniæ, ideſt nouæ Lunę. [Hoc celebraba
tur ad commemorandum beneficium gu
bernationis rerum omnium à Deo. Qua-
rum magis notiora nobis, ideſt inferiora,
cum varientur præcipuè ſecundum mo-
tum Lunæ: feſtum hoc meritò uocabatur,
Neomenia.] Quoddam autem feſtum di
cebatur Phaſe, quod primo menſe .i. Mar-
tio 14. Luna celebrabatur. [Hoc fiebat in
commemorationem beneficij liberatio-
nis Iudæorum ex ſeruitute Aegyptiaca.]
Quoddam uocabatur, Pentecoſtes, quod
quinquageſimo die poſt ſollemnitatem
Phaſe occurrebat. [Hoc celebrabatur in
memoriam beneficij legis datæ à Deo Iu
dęis, quinquageſimo die poſt exitum de
Aegypto.] Aliud feſtum ſollemnizabatur
prima die Septembris, & vocabatur fe-
ſtum tubarum. [Hoc fiebat in recognitio
nem beneficij liberationis Iſaac à morte,
quando ſcilicet Abraham inuenit pro eo
ſacrificando arietem hærentem corni-
bus. Quod factum totum repræſenta-
bant per cornua, quibus tanquam tubis,
buccinabant.] Aliud dicebatur feſtum
expiationis, quod ſollemnizabatur deci-
mo die Septembris. [Fiebat hoc feſtum
in memoriam beneficij remiſſionis pec-
cati idolatrię, quando ſcilicet Deus ad
preces Moyſis propitiatus eſt populo de
peccato adorationis vituli.] Aliud dice-
batur feſtum Scenophegiæ, ideſt taberna
culorum: & ſeptem diebus poſt feſtum tu
barum celebrabatur. [Hoc feſtiue fiebat
in memoriam beneficij diuinæ protectio
nis, & deductionis Iudæorum per deſer-
tum annis 40. vbi Iudæi habitauerunt in
tabernaculis. In quo etiam feſto debebāt
habere fructum arboris pulcherrimæ, id-
eſt citrum, & lignum denſarum frondiū,
ideſt mirtum, quæ ſunt odorifera, & ſpa-
tulas palmarū, & ſalices de torrente, quę
diu retinent ſuum virorē, & quia omnia
hæc inueniuntur in terra promiſſionis, ſi-
gnificabatur per totum illud factū, quod
per terrā aridam deſerti duxerat Deus il-
los ad terram delicioſam.] Aliud, qđ cele
brabatur octauo die, expletis prędictis ſe
ptem Scenophegiæ diebus, uocabatur fe-
ſtū cætus, atq; collectę [Hoc ſollēnizaba
tur in recognitionē beneficij diuini: quo
populum Iudæorum coadunauit, pacē-
que ei præſtitit, in terra ꝓmiſſionis. Ideo
vocatur, cętus. In hoc quoque feſto colli-
gebantur à populo inter ſe illa, quæ erāt
neceſſaria ad expenſas pro diuino cultu
fiendas. Ideo etiam uocatur, Collectæ.]

ANNO-

ANNOTATIO TERTIA, Cap. VII.

ASCENDIT ad diem feſtum quaſi in occulto.] Significaſſe per hoc Chriſtum, ſe, tanquam figuratum, occultari in iſto Scenophegiæ Iudæorum feſto, & à ſimili, in omnibus illorum feſtis, ſupradiximus: ad quod facilius oſtendendum etiam omnia Iudaici populi feſta diſtinctè recenſuimus. Nunc ergo ſecundum ordinem illum ad manifeſtandum, ꝑmiſsū.ſ.qđ Chriſtus ibi antiquitus occultatus erat, accedamus. Per iuge igitur

Omnia in figura, &c.

ſacrificium agnorum illorum figurabatur Chriſti, qui eſt Agnus Dei, perpetuitas, ſecundum illud, Hebr. 13. Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula. Per Sabbathum autē figurabatur ſpiritualis requies nobis data per Chriſtum. [Ad verificandum enim quod per illa omnia figuraretur Chriſtus, ſufficit: quod figuretur aliquid pertinens ad Chriſtum.] Per Neomeniam, quæ eſt apparitio nouæ Lunæ, deſignabatur illuminatio primitiuæ Eccleſiæ Chriſti, per eius prædicationem, & miracula. Per feſtum Phaſe ſignificabatur tranſitus Chriſti ex hoc mundo ad patrem, ideſt mors, reſurrectio, & aſcenſio eius ad cœlos. Per feſtum Pentecoſtes denotabatur miſſio Spiritusſancti à Chriſto ſuper Apoſtolos. Per feſtum tubarum figurabatur prædicatio Apoſtolorum Chriſti. Qui exaltantes voces ſuas tanquam tubas exierunt in omnem terram ad conuocandum homines ad ipſum Chriſtum. Per feſtum expiationis deſignabatur emundatio populorum à peccatis facta à Chriſto per ſuos Apoſtolos, mediante baptiſmo. Per feſtum tabernaculorum figurabatur peregrinatio Chriſti fidelium in hoc mundo, in quo ambulant per varia certamina in virtutibus proficiendo. Per feſtum tandem cætus, atque collectæ figurabatur Chriſti fidelium congregatio in regno cœlorum. Et ideo iſtud feſtum dicebatur eſſe ſanctiſſimum. Denique notandum diligenter eſt: quod tria hæc feſta vltima, ſcilicet expiationis, tabernaculorum, cætus atque collectæ, erant continuata ad inuicem, ad figurādum: quod oportet expiatos à vitijs ꝓficere de virtute in virtutem, quouſq; perueniant ad viſionem Dei deorum in Siō, ideſt in ſpecula anthonomaſice dicta.i.in regno cœlorum (ut habetur ex Pſal. 83.)

PORRO, quia de ratione figuræ, vt figuræ, eſt, quod ceſſet adueniente figurato: ideo neceſſarium fuit, vt feſta illa Iudæorum, quæ, donec Chriſtus ibi manſit in occulto, retinebant ſtatum ſuum.i.obligabant ad ſui obſeruationem, Chriſto apparente in manifeſto .i. Euāgelio Chriſti iam per Apoſtolorum prædicationem ꝑ mundum diuulgato, ceſſarent.i. nec amplius ad ſui obſeruationē obligarent, nec abſq; peccato mortali obſeruari poſſent. Cum.n.illa feſta (ſicut & alię ceremoniæ legis) eſſent proteſtationes fidei de Chriſto venturo propter nos morituro, reſurrecturo, ad cœlos aſcenſuro, Spiritumſanctum inde miſſuro, Eccleſiam ſuā per Apoſtolorum prędicationem per orbē terrarum fundaturo (vt ſupra declaratū eſt:) patet, ꝙ nunc ſi obſeruarentur, cōmitteretur ex facto ipſius obſeruationis mendacium in fide, qđ eſt mortaliſſimum. Iam ſiquidem venit Chriſtus, ꝓ nobis eſt mortuus, reſurrexit, aſcendit, Spiritū ſanctum miſit, Eccleſiam ſuam per Apoſtolos per mundum dilatauit. Cæterum quia feſta illa in recognitionem ēt beneficiorum diuinorum fiebant (id qđ eſt quid morale, inquantū importat gratitudinē quādā erga Deū benefactorē,) & recognoſcere beneficia Dei nobis pro tpe facta tenemur adhuc, imò ēt ſemꝑ: ideo neceſſe fuit, vt nūc illorū feſtorū loco ſuccederēt quędā alia feſta, quæ & proteſtationem fidei de myſterijs Chriſti iā præteritis continerēt & gratitudinē Deo pro beneficijs reſpectiue acceptis importarēt. In vtriuſq; ergo tꝑis feſtiuitatib. Chriſtus repræſentatꝰ, ſed diuerſimode: in illis qdē prioribus, vt ꝓfiguratus ī futurū, ī his verò ſuccedētib. vt cōmemoratus in ꝑteritū. In vtriſq; ēt ſunt bñficia ſibi inuicē, pro tpe correſpōdentia: qm̄ bñficia Iudæis exhibita figurabant bñficia poſt nobis ꝑ Chriſtum conceſſa (ut per ſe diſcurrēdū hic relinquitꝰ)

FESTO igitur, qđ dicebatur Sabbathū, ſuccedit Dominica, [& hoc in memoriam beneficij Reſurrectionis Chriſti tunc facta: in cuius etiam Reſurrectione cōmemoratur inchoatio nouæ creaturę, quam Apoſtolus deſiderat nobis, Galat. ſexto.] Feſto autem Phaſe ſuccedit Pa-

ſcha mortis,& reſurrectionis Chriſti. Feſto Pentecoſtes, in quo fuit data lex ſcripta in tabulis lapideis,ſuccedit Pentecoſtes, in quo fuit data lex ſcripta ſpiritu Dei viui,& in tabulis cordis carnalibus. Actu 2.& 2.Corinth.3. Feſto Neomeniæ ſuccedit quodlibet feſtum Beatæ Virginis matris:in ea enim apparuit noua illuminatio & ſingularis, quando peperit corporaliter Chriſtum, & præ alijs à Chriſto illuminatis per copiam gratiæ, quaſi in immenſum,maior. Feſto tubarum ſuccedunt feſta Apoſtolorum, per horum enim prædicationem liberati ſumus à morte peccati, & inferioris inferni. Feſto expiationis ſuccedit quodlibet feſtum Martyrum, & Confeſſorum, ac Virginum. Quandoquidem tum verbis, tum ſcriptis,tum factis vſque ad mortem nobis procurarunt, & oſtenderunt viam expiandi noſtra peccata,id eſt, qua Deus fiat propitius nobis peccatoribus. Feſto tabernaculorum ſuccedit feſtum conſecrationis Eccleſiæ.Nam de hac etiam literaliter canitur in officio eius: Ecce tabernaculũ Dei cum hominibus, Apocalyp. 21. Feſto cætus, atque collectæ ſuccedit feſtum Angelorum, vel etiam feſtum omnium Sanctorum. Feſto denique illi continuo,quo agni ſacrificabantur quotidie, ſuccedit feſtum corporis Chriſti. Hoc enim feſto ſollemniſſime repræſentatur non in figura, ſed in veritate oblatio illa munda: quæ iugiter in Miſſis quotidianis Deo in omni loco offertur. Malach. cap.1.

Correſpõdent noua & vetera feſta.

ANNOTATIO QVARTA. Cap. VII.

NOLITE iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.]Scilicet de me,factiſque meis,& de Moyſe,factiſq; ſuis. De ſeipſo enim Chriſtus præmiſerat,quod totum hominem fecerat ſanum in Sabbatho,& quod ex hoc ſuo facto Iudæi ſibijpſi indignabantur: De Moyſe autem prædixerat,quod dedit illis circunciſionem, quæ originaliter nõ ex illo, ſed ex patribus erat, & quod ipſi Iudæi hoc factum Moyſis, id eſt dationẽ circunciſionis, adeo in reuerentia tenebant adhuc, vt propter obſeruandũ eius mandatum circunciderent in Sabbatho hominẽ (natum ſcilicet prius octauo die in Sabbatho)nõ reputantes,ſe ex hoc violare Sabbathum,ſed obedire laudabiliter legi Moyſis. His ergo duobus comparatiue ſic præmiſſis, infert modo, tanquam cõcluſionem,illud ſupra poſitum,ſcilicet nolite iudicare ſecundum &c. Ac ſi concludens diceret.Si vos non ſecundũ aſpectum exteriorem,ſed ſecũdum iuſtũ cauſæ meritum,de me, & Moyſe,quo ad facta vtriuſque iudicaretis: tunc ex cõceſſis à vobis aſſertiue deduceretis, quod ego totum hominem ſanando in Sabbatho non violaui Sabbathum,ſed laudabiliter ſic operatus ſum. Vt autem hanc quã dicit Chriſtus, veritatẽ melius ex litera penetrare poſſis,aduertas,quod ipſe è regione circunciſionis poſuerat, facere ſanum totum hominem:& circunciſionem licite fieri poſſe in Sabbatho,Moyſen docuiſſe, dixerat.Propterea (inquit) Moyſes dedit vobis circunciſionem.Vt.ſ. eam exerceatis etiam in Sabbatho, quando octauus dies natiuitatis maſculi in Sabbatho ceciderit. Tunc his ſtantibus,examinãdo dic. *Primo.* Quid ſibi vult in textu illud, propterea? ꝓpter hoc,ne.ſ. miremini. In textu enim præmiſſo,quẽ refert, dicitur: vnum opus feci,& omnes miramini. Exponatur ergo ſic totus ille textus. Propterea Moyſes dedit vobis circunciſionem.i. vt non miremini talia opera mea in Sabbatho facta.i. vt non turbemini,ſeu(ſecundum verba textus ibi ſequentis)vt mihi non indignemini,de operibus a me in Sabbatho factis, ideo Moyſes dedit vobis circunciſionem fiendam etiam in Sabbatho ſecundũ mãdatum eius. Porrò his verbis intẽdit Chriſtus docere illos Iudæos: quod ex hoc ꝙ circunciſio ſecundum legem eſt licita in Sabbatho,inſinuatum a Moyſe vniuerſaliter fuit,ꝙ opera ꝗ authoritate diuina in Sabbatho fiũt,ſunt licita. *Secundo.* Rurſum tu pro ſequendo illorũ examen,dic. Quid differentiæ importat illud, circuncidiſtis,& totum hominem feci ſanum? Quod,circunciſio & tollit integritatem hominis,auferendo pellis particulam,& infert vulnus. Item. Quod,ſanum feci,cõtraponitur ægritudini vulneris:&,totum contraponit diminutioni integritatis. Nã hic tanti valet,totum:ac ſi diceretur in corpore,& in anima.

Digitized by Google

anima. Quod autem in corpore ſanatus fuerit, patebat ad ſenſum: quod vero in anima, conuincebatur ex eo, quod Chriſtus ei iam ſanato dixerat, amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat. His enim verbis oſtenderat: & quod cauſa infirmitatis illius fuerant peccata, & quod remoto effectu, ſcilicet infirmitate, debebat ſecundum rectam rationem cointelligi, remotam fuiſſe cauſam ſcilicet peccata. Quid modo ex prædicta differentia vult habere Chriſtus? Argumentum demonſtratiuum .i. inuincibile contra illos Iudæos: quod tale eſt. Si licitum eſt facere in Sabbatho opus tollens integritatem hominis, & inferens vulnus (vt patet per legem mandantem, & per vos exequentes:) ergo licitum multo magis erit, facere in Sabbatho opus afferens homini ſanitatem integram.

EX prædictis ergo reſtat clarũ, quod quicunque ſecundum merita cauſę, ideſt ſecundum naturam rei iudicandæ iudicare voluerit, cõcludet neceſſario, quod miraculoſa Chriſti opera facta in Sabbatho, non violant Sabbathum, ſed licite tunc fiunt (id quod erat principale intentum Domini in toto illo literæ diſcurſu.)

Ex illo enim examinatorum primo, ſcilicet, quod ſecundum legem licite fit circunciſio in Sabbatho, patuit regula hæc, ſ. quod opera authoritate Dei in Sabbatho facta non violant Sabbathũ, ſed ſunt licita. Modo regulę huic ſubſume tu, & dic. At illa opera Chriſti erant authoritate Dei facta in Sabbatho. Miraculoſa ſiquidem erant vere (id quod nec Iudæi rationabiliter negare poterant:) & miracula excedunt totam vim creatã, & per conſequens non poſſunt fieri niſi authoritate Dei. Tunc etiam vlterius. Si opera illa

Regula de operibus authoritate Dei factis.

non fuiſſent licita in Sabbatho, Deus nõ concurriſſet authoritate ſua ad faciendum illa in Sabbatho, & per conſequens opera illa non fuiſſent vera miracula; quod patet, etiam ſecundum Iudęos ab ipſa veritate conuictos, eſſe falſiſſimum. (Dicunt enim Ioan. 11. Hic homo multa ſigna facit.) Taceo nũc, quod opera Chriſti erant authoritate Dei in Sabbatho facta, eo quod Chriſtus faciens ipſa erat Deus: quoniam ad conuincendum Iudæos ex datis ab ipſis loquor nunc, & hi nondum in litera conceſſerunt hoc. Rurſus. Ex illo examinatorum ſecundo, ſcilicet ex differentia facti circunciſionis, & facti ſanationis totius hominis, patuit illatio vnius argumenti demonſtratiui, ideſt inuincibilis, pro Chriſto, & contra Iudæos. Quod vide tu ſupra.

DOMINVS ergo illis Iudæis ſecundum exteriorem aſpectum habentibus illum tanquam vnum de populo, & per conſequens, iuxta talem de illo minimam opinionem iudicantibus de operibus illius, & non conſiderantibus naturam operũ in ſe, dicit merito verba hęc, & ipſorum iudicij defectum corripientia, & eos ad bonitatem iudicij inducentia: nolite iudicare ſecundum faciem [ſicut, videlicet, hactenus feciſtis,] ſed verũ iudicium iudicate [id quod vſque ad hãc horam facere neglexiſtis.] Ex hoc tandem, quod Chriſtus opera ſua tantorum inimicorum ſuorum iudicio ſecundum merita cauſę (ut omnis recta ratio dictat in iudicando aliquid eſſe fiendum) iudicanda ſubmittit, quid firmiter conſtat eſſe abſque vllo dubio tenendum? Quod Chriſti operationes, & ſermones omnes (de omnibus enim factis, & dictis virtualiter intelligitur illa propoſitio, nolite iudicare &c.) iuſti ſunt: etiam ſecundum iudicium ſuorum inimicorum rectam rationem in iudicando ſequentium. Rurſus ex inde conſtat, abſque vllo dubio eſſe tenẽdum: quod in Chriſti operationibus, & ſermonibus, quibuſcunque non eſt prauum. Quod non eſt in eis prauum quid, neque peruerſum: Quod recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſcientiã. Nec mirum. Nam Chriſtus eſt ſapientia illa diuina, & infinita: de qua talia dicuntur, Prouerb. 8.

CAPITVLVM OCTAVVM.

IESVS autem perrexit in montem Oliueti: & diluculo iterum venit in Templum. Et omnis populus venit ad eum: & ſedens docebat eos. Adducunt autem Scribæ & Phariſęi mulierē &c. Vſque ad finē capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

CHRISTVS diligit iuſtitiam, & odit iniquitatem: qui vt Deus remittit peccata hominibus pœnitentibus authoritate principali; &, vt homo miniſteriali, quæ poteſtas excellentię vocatur: quibus etiam ex ſua ipſius bonitate erubeſcentiam eorum de peccatis computat pro parte pœnitentiæ.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat, & tex. Iam amplius noli peccare, & tex. Nec ego te condemnabo, vade. Prima itaque pars, ſcilicet, quod diligat iuſtitiam, paret ex eo: quod iſtam mulierem de adulterio publice cōuictam iudicat eſſe ſubiectam pœnæ legis Moſaicę, ideſt lapidationi. Per hoc enim, ꝙ dicit, qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat, non negat, quod ſecundum legem lapidanda ſit: ſed declarat, à quibus debeat lapidari. Ac ſi dicat. Lapidanda quidem eſt iſta peccatrix: ſed non à peccatoribus. Vbi vides Chriſtum nō ex vna ſolum parte (vt Phariſæi illi faciebant) diligere iuſtitiam, ſed ex omni. Diligere enim iuſtitiam ſe monſtrabant, ſed ex vna tantum parte, quando dicebant, in lege Moyſes mādauit nobis, huiuſmodi lapidare: q̄m ſolam pœnā inferendam adulteræ in verbis illis attēdebant. Sed Chriſtus iuſtitiam nō ſolum ratione pœnæ, ſed etiam ratione modi obſeruauit dicēdo, Qui ſine peccato &c. Hoc eſt. Mulieri huic ſecundum merita cauſæ, quam proponitis, & ſecundum legem, quam allegatis, inferri lapidationē, iuſtum eſt: veruntamen iuſtitia hęc iuſte, ideſt modo iuſto, ſeruanda eſt. In lege ſi quidem Moyſes iubente Deo vtrunque obſeruari debere docuit, cum dixit Deuter. 16. Iuſte, quod iuſtum eſt, perſequeris. Nam dicendo, iuſtum, deſignat rem faciendam: & dicendo, iuſte, denotat modum faciendi. Vult enim Deus omnia ſibi inuicem correſpondere, ne in mandatis ſuis videatur aliquid eſſe monſtruoſū. Quædam autem monſtruoſitas appareret, ſi res iuſta adimplenda eſſet modo iniuſto. Puta. Si peccatori iuſtam, quam meruit pœnam infligat ille, qui in eodē, vel in maiori peccato eſt: nonne hoc, ſi conditionem infligentis ei pœnam cognoueris, videbitur tibi quoddam monſtrum, id eſt valde diſſonum, & improportionatū? Quando igitur in lege illa, quam allegaſtis, Moyſes iuſſu Domini ait, quod huiuſmodi mulieres lapidētur, intelligit, quod iuſte, ideſt ſeruato debito modo, ideſt ab his, qui in ſimilibus peccatis, vel grauioribus, non ſunt debeant lapidari. Sequēdo igitur verum ſenſum legis à vobis allegatæ, interrogationi veſtræ ita reſpōdeo: Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Quo audito (inquit tex.) vnus poſt vnum exibant.

Deus & rem bonā & modo bono .i. bene, vult fieri: quādo aliquid mandat nobis.

EX his ergo conſtat, quod Scribæ & Phariſæi illi, allegando legem miſcuerūt falſum dicentes, nobis: ſi per illud, nobis, intelle-

intellexerint, vel ſemetipſos, vel alios ſimiles. Non enim ab exiſtentibus in eodem crimine, aut peiori (maximè ſi hoc ſit notorium.) mandauit Moyſes reum puniri: ſed iuſtè (vt ſupra) voluit id impleri. Si autem per illud, Nobis, intellexiſſent Iudæos in communi, quibus data fuerat lex, prima ſecundę quæſt. 98. art. 4. non dixiſſent falſitatem. Cæterum, quia & venerant ipſi perſonaliter tum ad tẽtandum Chriſtum de hoc, ſcilicet vtrum lapidanda eſſet; tum ad cõfundẽdum mulierem hanc, & ad eos perſonaliter loquitur Chriſtus, cum dicit; Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in eam lapidem mittat: ideo tenendum eſt, quòd illi per illud, Nobis, intellexerint ſemetipſos. PORRO AD propoſitum primum reuertendo, aduertas, qđ Chriſtus tam diligenter, & immobiliter ſeruauit iuſtitiam, vt non ſolũ ore iuſtam illam ſententiam protulerit, ſed etiã prius eandem ſcripſerit (nam & apud nos mos iudicialis eſt, ſententiam iudicij redigere primum in ſcriptis, deinde ipſam exprimere in voce.) Dicit enim textus hoc ipſum ſignificare volens, quòd Chriſtus, antequam loqueretur, inclinans ſe, digito ſcribebat in terra [Taceo, quod hoc fecerit ad inſtructionem iudicum, ne ſcilicet ſint præcipites ad proferendum ſentẽtiam quæſtionum coram eis tractatarum, maxime in cauſa criminali qualis erat hæc, ſed vt tempus interponant ad benè conſiderandum, quid iuris dicere debeant circa illa, quæ ſibi proponuntur.] Quod enim tunc, ſcilicet prima vice, ſcripſerit in terra eandem ſententiam, quam poſtea verbo protulit, haberi ſatis probabiliter videtur ex illo dicto Eccleſiæ; Inclinauit ſe IESVS, & ſcribebat in terra, ſi quis ſine peccato eſt, mittat in eam lapidem (vt patet in Breuiario; Sabbatho poſt tertiam dominicam Quadrageſimę Antiph. ad Benedictus.)

QVAESTIO EX PRAEMISSIS, Cum Reſponſione.

PROPTER hoc, quod volentibus lapidare eam, quæ ſecundum legem merebatur lapidari, dixit Dominus, Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat, viſum eſt aliquibus veritatem quæſiti huius inquirere: Vtrum exiſtens in peccato mortali poſſit reum ſibi accuſatum iudicare ad pœnam, ſecundum quod officium ſuum, cum ſit iudex, exigit. Ex parte ſiquidẽ negatiua videtur ſtare tex. Qui ſine peccato &c. Quaſi, ad propoſitum noſtrum dixerit. Iudex, cui punire malefactores à lege conceſſum eſt, debet eſſe ſine peccato, ſi punitionem huiuſmodi licite facere velit. Alioquin ſi ipſe in peccato ſe eſſe cognoſcens, audeat punitionem talem exercere, videbitur peior his Scribis & Phariſęis: quoniam hi, audita illa Chriſti ſententia, & cognito, quod erant in peccato, recuſauerunt facere, quod antea volebant, ſcilicet punitionem lapidationis contra ream mulierem exequi. Ex parte autem affirmatiua videtur ſtare communis infirmitas, & neceſſitas iudiciorum. Nam ſi peccator non poteſt licite iudicare ad pœnam malefactorem, vix inuenietur iudex in mundo: quandoquidem peccatores plures, quam iuſti ſunt. Sic igitur remoto iudice omnia replebuntur maleficijs, abſque vllo timore pœnarum. Ad hoc dubium reſpondetur verbis ſancti Doctoris, ſecunda ſecundæ quæſt. 60. articulo ſecundo, quæ talia ſunt. Illi, qui ſunt in grauibus peccatis non debent iudicare eos, qui ſunt in eiſdem peccatis, vel minoribus, vt Chryſoſtomus dicit ſuper illud, Matthęi ſeptimo. Nolite iudicare, & præcipue hoc eſt intelligendum, quando illa peccata ſunt publica: quia ex hoc generatur ſcandalum in cordibus aliorum. Si autem non ſunt publica, ſed occulta, & neceſſitas iudicandi immineat propter officium, poteſt cum humilitate, & timore vel arguere, vel iudicare. Vnde Auguſtinus dicit in ſermone Domini in monte. Si inuenerimus nos in eodem vitio eſſe: congemiſcamus, & ad pariter conandum inuitemus. Nec tamen propter hoc homo ſeipſum condemnat: vt nouum condemnationis meritum ſibi acquirat. Sed quia condem-

Ad iudices & bonorum loquitur.

nat

nat alium, oſtendit, ſe ſimiliter condemnabilem eſſe propter idem peccatum, vel ſimile. Hæc ibi. Vbi quia in argumentando prędixerat illud ad Romanos ſecundo: Inexcuſabilis es, ò homo omnis, qui iudicas, in quo enim alterum iudicas, teipſum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas, ideo in extremis quaſi ad argumenti allegationē reſpondens appoſuit illa verba; Nec tamen propter hoc homo ſic, &c. Ad hunc locum pro dubij pręcedentis ampliori ſolutione faciunt etiam illa, quæ idem ſanctus docuerat in eadem 2. 2. q. 33. artic. 5. quærens, vtrum peccator poſſit corrigere delinquentem, quia iuſtitiæ actus, quo iudex conſeruat rectitudinē iuſtitię vnius ad alterum, eſt quædam correctio adhibens remedium peccato delinquentis, ſecundum, quod eſt in malum aliorum, & pręcipuè in nocumentum boni communis, (vt dicit idem ſanctus, ibidem articulo 1.)

DICIT ERGO IBI, art. 5. Correctio delinquentis pertinet ad aliquem, inquantum viget in eo rectum iudicium rationis. Peccatum autem non tollit totū bonum naturæ: quin remaneat in peccante aliqd de recto iudicio rationis [. 1. 2. q. 85. ar. 2.] & ſecundū hoc poteſt ſibi competere aliorum delictum arguere. Sed tamen per peccatum præcedens correctioni impedimentum quoddā affertur propter tria.

Peccatũ ĩducit impedimentum iudicandi triplex.

Primò quidem, quia ex peccato præcedenti indignus redditur, vt aliū corrigat, & præcipuè, ſi maius peccatum commiſit, non eſt dignus, vt alium corrigat de minori peccato. Vnde ſuper illud, Matth. 7. Quid vides feſtucam &c. dicit Hieronymus. De his loquitur: qui, cum mortali crimine detineantur obnoxij, minora peccata fratribus non concedunt. Secundò redditur indebita correctio propter ſcandalum, quod ſequitur ex correctione, ſi peccatum corripientis ſit manifeſtum. Quia videtur, quod ille qui corrigit, nō corrigat ex charitate, ſed magis ad oſtentationē. Vnde illud, Matthæi 7. Quomodo dicis, fratri tuo, &c. exponit Chryſoſt. In quo propoſito? Ex charitate, ut ſalues proximum? Nō. Quia teipſum ante ſaluares. Vis ergo, non alios ſaluare, ſed per bonam doctrinam malos actus celare, & ſcientiæ laudes ab hominibus quærere. Tertiò redditur indebita correctio propter ſuperbiam corripientis, inquātum, ſcilicet aliquis propria peccata paruipendēs, ſeipſum proximo præfert in corde ſuo: peccata eius auſtera ſeueritate dijudicans, ac ſi ipſe eſſet iuſtus. Vnde Auguſt. dicit in lib. de ſermon. domin. in monte. Accuſare vitia officium eſt bonorum virorum, & beneuolorum. Quod cum mali faciunt, alienas partes agunt. Et ideò (ſicut Auguſt. dicit in eodem) cogitemus cum aliquem reprehendere, nos neceſſitas cogit: vtrū tale ſit vitium, quod nunquam habuimus & tunc cogitemus, nos homines eſſe, & habere potuiſſe. Vel tale ſit, quod aliquando habuimus, & iam non habemus. Et tunc tangat memoriam communis fragilitas: & illam correptionem non odiū, ſed miſericordia, præcedat. Si autem inuenerimus, nos in eodem vitio eſſe, non obiurgemus, ſed congemiſcamus, & ad æqualiter conandum inuitemus. Ex his ergo patet, quod ſi peccator cum humilitate corripiat delinquentem non peccat, nec ſibi nouam condemnationem acquirit, licet per hoc, vel in conſcientia fratris vel ſaltem ſua pro peccato pręterito condemnabilem ſe eſſe oſtendat. Hæc ibi. Quæ ad iudicem, vel etiam aliàs peccatoris punitorem, applica proportionaliter, ſecundum quod requirit prudentia. Ex his denique omnibus patet: quid ſit reſpondendum ad in principio huius quæſtionis vtrinque obiecta.

Eccleſiaſticis prælatis maximum periculũ imminere niſi caſum fugiãt, docent illa vltima verba. Vnde peccat corrip. &c.

Cæterum prælato Eccleſiaſtico, prout eſt miniſter Eccleſiæ, ex officio ſuo agens; aliquid plus, quam iudici ſeculari, imminet periculi in conſcientia. De tali enim prælato dicit idem ſanctus Doctor 4. ſenten. diſtin. 19. quæſt. 2. artic. 2. quæſtiuncula 2. Quandocunque aliquis indigne vtitur officio ſuo, peccat. Ille autem, qui eſt in peccato mortali, etiam occulto, vtitur indigne officio prælationis. Vnde peccat, corripiendo, vel quicquid aliud proprij officij exequatur. Hæc ibi.

SECVNDA PARS
Concluſionis.

SCILICET Chriſtus odit iniquitatem: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Amplius noli peccare. Per hoc ſiquidem, quod adulteræ (ſicut, & alijs in Euangelio) committit, ne peccet amplius, patet quod ipſe odit peccatum. Odire ſe peccatum in nobis, monſtrauerat, dum ei peccatum adulterij miſericorditer dimiſit, ſed nunc monſtrat, etiam odire peccatum in ſe, id eſt vt peccatum eſt. Nam peccata, de quibus prohibendo dicit, Noli amplius peccare, non erant in illa, cum eſſent futura, & per conſequens ſecundum ſe, id eſt vt peccata ſunt, conſiderabantur, & odio habebantur. Peccatum autem eſt iniquitas, omniſque faciens peccatum facit iniquitatem 1. Ioan. 3. & conſequenter quicunque odit peccatum, odit etiam iniquitatem, quia, cum ſint vnum, & idem, non poteſt quis vnum odiſſe, quin oderit vtrumque. Scis: quid feciſſet Chriſtus, ſi non odiſſet iniquitatem? Dixiſſet huic mulieri, (vt dicit B. Auguſt.) Vade, & viue vt vis, de mea liberatione eſto ſecura. Ego te, quantumcunque peccaueris, etiam à Gehenna, & inferni tortoribus, liberabo. Hæc ille ſuper Ioan. Sed abſit, quod aliquando hoc alicui dixerit, dicat, aut dicturus ſit Chriſtus. Quare? Quia non tantum dulcis, ſed & rectus, eſt Dominus, Pſal. 24. nec ſolum in ſeipſo Deus eſt fidelis, & abſque vlla iniquitate, iuſtus & rectus, Deuter. 32. ſed etiam in alijs, hæc ipſa diligit, & odit cōtraria. Ei nāq; veraciter dicebat propheta, Pſal. 5. Non Deus volens iniquitatem tu es. Odiſti omnes, qui operātur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Virū ſanguinū, & doloſū abominabitur Dñs. Hęc ergo, & illud, quod mulieri dictum eſt, Noli amplius peccare intendant omnes, qui in Domino amant manſuetudinem, & timeant veritatem. Hinc enim clare patet, & quod non ſunt grati Deo, ſed odibiles, qui peccato mortali inquinantur, & q; ab ipſo condemnabuntur, ſi tales perſtiterint: Nam, cum dixiſſet Dominus adulteræ pęnitenti, Ego te non condemnabo, mox intulit: iam amplius noli peccare. Hoc eſt (ſecundum planam literam, ab oppoſitis.) Te de peccatis pęnitentem non condemnabo; igitur, ſi amplius peccaueris, ego te condemnabo. Ex hoc ergo comonſtrat Dominus, & quod pęnitens eſt ſibi gratus (propterea. n. illum non condemnat,) & q; peccator, vt peccator eſt ſibi ingratus (alioquin eum non condemnaret. Ex præſenti ergo Euangelij textu habes prædamnatam à Chriſto fuiſſe hæreſim Buceri dicentis: Gratos ſe eſſe Deo per Chriſtum homines debere credere, quantumlibet impure, & ſcelerate viuant. Item hæreſim Georgij Dauidis dicentis: Animæ infidelium ſaluabuntur. Item hæreſim Lutheri dicentis: Habenti fidem nullum flagitium, nullum ſcælus imputatur, & illam (quæ in idem redit) Fides ſi ſit firma & fixa: qualiacunque ſint opera hominis, erit ſemper certus de ſua ſalute: Vel etiam hanc ſub alijs verbis, ſcilicet fideles, quamuis inuoluti ſint multis peccatis, ſaluabuntur per Chriſtum. En contra. Mulier hæc erat fidelis, imo & nunc per gratiam Dei iuſtificata: & tamen audit à Chriſto, Amplius noli peccare. Quid neceſſe fuiſſet, hoc ei dicere, ſi cum peccatis etiam potuiſſet ſaluari? Nè igitur, id ipſi ſuperflue dictum fuiſſe dicamus, (quod eſſet blaſphemia) oportet fateri, quod Dominus per talem perſonæ tali prohibitionem factam, condemnauit omnes illas hæreſes à ſe præuiſas.

Sic dicūt Lutherus & ſimiles ſuis, utuerbis exprimit Beat Aug.

Mirum certe, valdeque mirum, quod prædicti, qui ſe (licet falſo: vt patet) Euangelicos vocant, ab alijſque vocari volunt, non legerint vnquam, aut legendo non intellexerint, locum Euangelij præſentem pugnare directe contra ſuas adinuentiones illas, pugnandoque eaſdē in totum expugnare. Si enim hoc à Chriſto vnicuique fideli dictum, Amplius noli peccare, deſignat (vt vere deſignat) q; odio ſunt Deo impius, & impietas eius, Sap. 14. quomodo fideles, ſi ſcælerate viuant, poſſunt verum arbitrari hoc eſſe, vel quod ſint grati Deo per Chriſtum, vel quod ſibi ipſis non imputandum ſit aliquod flagitium, vel quod ſint certi de ſua ſalute, vel quod ſaluabuntur? Cæterum, quomodo alijs etiam modis prędictæ hæreſes damnentur, videbis infra, ibi,

Cōdēnat Chriſtus hæreſes p̄narratas.

ibi; Confirmatio concluſionis primæ cont. hoſt. Eccl. San. Dei.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus, vt Deus, remittit hominibus pœnitentibus peccata authoritate principali, &, vt homo miniſteriali, quæ poteſtas excellentiæ vocatur, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Nec ego te condemnabo; vade. Per hoc ſiquidem pronomen, Ego, patent omnia: ita vt ſolum relinquatur declaratio terminorum fienda. Quid enim hic ſignificat Ego; niſi Chriſtum: qui Deus, & homo eſt? Deum autem authoritatem principalem habere in faciendo quęcunque voluerit, patet ex terminis, quia Deus non eſſet Deus, niſi authoritas eius ad faciendum quodcunque ſibi placuerit eſſet omnino principalis, id eſt ſumma, & à nullo dependens. Licet vero Chriſti, vt Dei authoritas ſit à patre, quemadmodum & eſſentia, non tamen per hoc eſt ab illo dependens, id eſt minor authoritate patris, ſed eadem penitus numero. Adeo, quod eius authoritas, & patris nõ ſunt duæ authoritates, ſicut nec duæ eſſentiæ (Abſit:) ſed una ſimpliciter authoritas, ſicut & eſſentia. Porrò cum tali, tantaque unitate ſtat ueritas hæc, quod authoritas illa, quemadmodum, & eſſentia, prout eſt in filio, eſt communicata ſibi à patre per generationem, ſed prout eſt in patre, non eſt communicata ſibi ab aliquo. Cæterum authoritas Chriſti, ut hominis, eſt dependens à Deo, id eſt à patre, & filio, & Spirituſancto nec mirum, quia Chriſtus, ut homo eſt minor ſeipſo, ut Deus eſt, & patre, & Spirituſancto. Rectè igitur authoritas eius, ut homo eſt, vocatur poteſtas miniſterialis, cum ſingulari excellentia. Talis ſiquidem poteſtas eſt quid creatum in anima Chriſti, quæ anima proculdubio eſt Dei inſtrumentũ ſicut & omnes aliæ res creatæ ſunt, ideoque poteſtas illa & ratione, qua ipſa creata eſt, & ratione, qua anima, vbi reperitur, creata eſt, vocatur miniſterialis. Sed quia anima illa eſt vnita Deo perſonaliter, id quod non verificatur de alijs rebus creatis, ideo anima dicitur inſtrumentum coniunctum alia vero creata inſtrumentum ſeparatum. Propterea etiam poteſtas miniſterialis datur animæ Chriſti, cum quadam excellentia ſuper omnes quorumcunque aliorum poteſtates miniſteriales. Vnde non licet argumentando inferre, tanquam verum, quod aliquis, puta, ſacerdos poſſit facere id, ad quod miniſterialis poteſtas Chriſti, per excellentiam extenditur. Quare? Quia nullus ſacerdotum aliorum habet illam excellentiam poteſtati ſuæ miniſteriali annexam, ſed ſoli Chriſto conuenire. 3. de Sacram. quæſt. 5. aliàs 64. art. 4. Vbi etiam art. 3 declaratur, quod ipſa poteſtas excellentiæ conſiſtit in quattuor. Primo quod meritum virtuſque paſſionis Chriſti operatur in Sacramentis. Secundo, quod in nomine eius ſacramenta ſanctificãtur, Tertio, quod ipſe potuit inſtituere ſacramenta. Quarto quod potuit effectum ſacramentorum ſine exteriori ſacramento conferre.

So.9 Chriſtus habet miniſterij excellentiam hĩc quia ſolius Chriſti humanitas eſt inſtrumentum coniũctum, etc.

DECLARATIS igitur terminis, qui in illa tertia parte concluſionis videbantur aliqualiter obſcuri: nunc accedamus ad expoſitionem textualis probationis. Nec ego (inquiebat) te condemnabo; vade. Hoc eſt. Nec authoritate primaria, nec poteſtate excellentiæ, te cõdemnabo, vade in pace. Vbi quoque ſciendum eſt, quod Chriſtus vtitur illa figura, quę minus dicendo ſignificat plus. Dicit itaque. Nec ego te condemnabo. i. & non condẽnabo, & te iuſtificabo Alioquin videretur Dominus, cum in miſericordiæ eius nullus ſit numerus, ſuam miſericordiam intra terminos actionum hominum commenſurare. Dixerat enim prius Nemo te condemnauit? Et illa reſpondente, Nemo Domine, ſubiunxerat; Nec ego te condemnabo. Vt ergo Chriſtus ſuam miſericordiam ſuper opera illorum exaltari oſtenderet, ſic dictum ſuũ intellexit, & ſic intelligi voluit. Ego volens, & libens, te non condemnabo, & vltra hoc, te iuſtificabo. Quaſi, ſecundum totam literæ texturam loquens dixerit. Illi aduerſarij tui nolentes, & inuiti, vipote ab ipſa ſuæ conſcientiæ à me illis oſtenſa veritate coacti, te non condemnauerunt, ſed tamen nec te iuſtificauerunt, nec iuſtificare voluerunt, aut potuerunt.

Locutio per figuram figuræ hyperbole cõtrariam.

Ego

Ego autem volens & lubens & cætera. (vt ſupra.)

DVBIVM CIRCA Præmiſſa, cum Reſponſione.

EX hoc Euangelij loco multam ſibi-ipſis arripiunt hæretici occaſionem negandi tertiam partem Pœnitentiæ.i.ſatisfactionem, & conſequenter inſultandi aduerſus Eccleſiam catholicã & Apoſtolicam, dum partem illam ponit, ſpeciatimque declarat in Cõcilio Triden. Seſſ. 14. cap. 3. 8. 9. & Canon. 4. Mulier hæc (inquiunt) ex adulterio, aliiſque peccatis mortalibus (quandoquidem vnum ſine alijs nunquam remittitur) liberata eſt à Chriſto per gratiã iuſtificantem: nec tamen ab ipſo impoſita eſt ei vlla ſatisfactio. Dominus enim ei iam pœnitenti, & iuſtificatæ tantũmodo dixit; Vade. Qđ ſi neceſſaria eſſet ſatisfactio, Dominus ipſe dixiſſet; Vade, Ieiuna, Ora, Eleemoſynam fac. Hoc eſt. Ieiunijs, Orationibus, vel Eleemoſynis, ſatisfacias pro peccatis præteritis, ideſt pro pœna temporali reſidua tibi debita, ratione peccatorum præteritorum, licet quo ad culpam, & pœnam æternam dimiſſorum. Sic etenim vos Eccleſiaſtici, ſpeciatim in Concilio illo, ſatisfactionem declaraſtis. Reſpondetur: quod hoc dubium nihil valet: quoniam ex ignorantia (vtinam non ſimul ex malitia) intelligendi verum ſenſum textus Euangelici naſcitur. Neque enim in textu remittentis peccata poteſtatem, neque pœnitentis animi qualitatem, neque quid per id nomen, Vade, conſignificetur, attenderunt dubium prædictum afferentes: quorum bona ſingillatim conſideratio totaliter annullat talia puerilia ludibria (ſic enim Concilium Nicænum ſecundũ, Canon. nono Hæreticorum dicta, ſcriptaque vocat.) Primò ergo ſecundum textum, quis eſt, qui mulieri peccata remittit? Chriſtus. Qua poteſtate? ſibi, vt ſummo omnium Sacerdoti, propria: quæ dicitur poteſtas excellentiæ. Per hanc poteſtatem effectum Sacramentorum, ideſt remiſſionem peccatorum, & gratiam, poſſe ipſum conferre, ſine exteriori Sacramento, nonnè ſupra diximus? Et hoc idem nonnè in Euangelio frequenter patet? Remiſit peccata, gratiamq; contulit & Paralitico, Matth. 9. & Mariæ Magdalenæ, Luc. ſeptimo, & languido, Ioan. quinto, & quibuſcunque peccatoribus ab ipſo corporaliter ſanatis (vt SS. Doctores dicunt ſuper illud, totum hominem ſanum feci, Ioan. 7.) ſine vllo exteriori Sacramento. Si ſine externa Sacramentali confeſſione peccatores à culpis, æterniſque pœnis abſoluit: quid mirum, ſi ſine externa ſatisfactione pœnam temporalem, ſi qua purganda remanſerat, eiſdem condonauit? Immo vero hoc de ſatisfactione tali credibile magis, quam de confeſſione, eſt: quandoquidem maius admodum eſt abſoluere hominem à culpis, pœniſque æternis, quam a pœnis temporalibus tantum. Illud de confeſſione Chriſtum feciſſe, ex Euangelij locis nunc citatis certum eſt. Ergo & illud de ſatisfactionis impoſitione eum feciſſe, abſque dubio firmiter, tanquam ex Euangelio cointellectum, multo magis tenendum eſt. Sciebat Chriſtus, neceſſariam eſſe ſatisfactionem, vtpote qui eam eſſe partem pœnitẽtiæ per ſuum præcurſorem nobis intimauerat dicens Luc. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ: ſed volebat interim, dum præſens corporaliter per ſeipſum abſolueret peccatores in terris, manifeſtare, quæ eſſet differentia inter ſe, & alios Sacerdotes, in remittendo peccata pœnitentibus. Vnde hoc factum Domini, quod ſcilicet, ſine ſatisfactionis exterioris impoſitione abſoluit pœnitentem, non debent cæteri Sacerdotes imitari; immo tenentur id ſic non imitari: cum illud, iuxta intentionem Domini, ſit factum pro differentia ſui ſic abſoluentis à reliquis Sacerdotibus oſtendenda.

CAETERVM, ex quo Sacerdotes Chriſtum in facto illo non debent nec poſſunt, imitari: quomodo procedent in abſoluendo pœnitentes? Eo modo, quo Chriſtus voluit, & docuit, eos procedere: ligando ſcilicet pœnitentes ad ſatisfactionem. Hunc enim modum, tanquam regulam, illis præfixit, dum poteſtatẽ non tantum ſoluendi, ſed & ligãdi eandẽ tradidit, Matth. 16. 18.

Non

Digitized by Google

Non ſolum enim hæc ligandi poteſtas intelligi debet, prout B. Hilarius intelligit, ſcilicet vt quos ipſi ſacerdotes ligauerint, id eſt peccatorum nodis innexos reliquerint, hi in cœlis ligati ſint, ſed etiam, & magis nunc ad propoſitum noſtrum, prout intellexit, intelligique voluit, concilium Tridentinum. Hoc namque contra hæreticos negantes ſatisfactionem eſſe partem pęnitentiæ loquens, & ex Euangelio eius neceſſitatem probans dicit ſeſſ. 14. cap. 8. Habeant ſacerdotes Domini prę oculis, vt ſatisfactio, quam imponũt, non ſit tantum ad nouæ vitę cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad pręteritorum peccatorum vindictam, & caſtigationem. Nam claues ſacerdotibus non ad ſoluendum duntaxat, ſed & ad ligandum conceſſas, etiam antiqui Patres, & credunt, & docent. Nec propterea exiſtimarunt, ſacramentum pęnitentię eſſe forum irę, vel pęnarum, & ex huiuſmodi noſtris ſatisfactionibus vim meriti, & ſatisfactionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel obſcurari, vel aliqua ex parte imminui. Quod dum Nouatores intelligere volunt: ita optimam pęnitentiam nouam vitam eſſe docent, vt omnẽ ſatisfactionis vim, & vſum, tollant. Hęc ibi. Et Canon. 15. Si quis dixerit: Claues Eccleſiæ eſſe datas tantum ad ſoluendum, non etiam ad ligandum, & propterea ſacerdotes, dum imponunt pœnas cõfitentibus, agere contra finem Clauium, & contra inſtitutionem Chriſti, & fictionem eſſe, quod virtute clauium ſublata, pœna ęterna, pęna temporalis plerunq; exoluenda remaneat, anathema ſit. Hęc ibi. Vides ne hic quam aperte dicatur, quod poteſtas ligandi eſt à Chriſto ſacerdotibus data ad ligandum pęnitentes ad ſatisfactionis opera? Ergo ſatisfactionem eſſe partem Pęnitentię, & conſequenter pœnam temporalem, æterna pœna per virtutem clauium ſublata, remanere communiter exoluendam, docuit CHRISTVS Eccleſiam per hoc, quod ei dedit poteſtatem abſolutos ligandi.

Poteſtas ligandi data à Chriſto eſt ſatisfactio ſacramentalis.

STATVERVNT EAM In medio, &c.

Secundo.

DICEBATVR, ſecundo, quod dubium ſuprapoſitum aſſerentes non attenderũt (vt debebant) in illo textu Euangelico qualitatem mulieris pœnitentis. Quoniam ſi qualitatem illius bene conſideraſſent, cognouiſſent vtique dubij ſui infirmitatem: & conſequenter, tanquam de propria inſcitia verecundati tacuiſſent. Quæ ſunt igitur huius mulieris qualitas? Audi ex Euangelio, & ex eodem, naturalis rationis recto diſcurſu, cognoſce tuum propoſitum, ſcilicet quod nulla alia ſatisfactio ei neceſſario imponenda erat, ſtatuerunt (inquit) eam in medio: & dixerunt. Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. In lege autem Moyſes mandauit nobis, huiuſmodi lapidare. Qualem putas ex his fuiſſe animum mulieris? Quantam verecundiam? Quantum tremorem? Quantam erubeſcentiam? Quantam de propriæ vitæ violenta amiſſione formidinẽ? Peccati magna infamia, quia adulteriũ: eiuſdem inexcuſabilitas, quia modo deprehenſa eſt: eiuſdem, cum præſentia peccatricis perſonali, propalatio grandis, ſcilicet in medio, coram, & tam mundiſſima ſanctitate, ſcilicet Chriſto, & tanta multitudine, ſcilicet omni populo, quantum verecundiæ, confuſionis, tremoris, & erubeſcentiæ animo præſertim muliebri, & pœnitudinem de ſuo peccato habenti, attulerint, non facile dictu, imo nec cogitatu, comprehendi poteſt. Quod & ſentiendum eſt, quo ad formidinis de lapidatione magnitudinem: quando, & quandiu, mulier videbat, & Phariſæos inſtanter accuſando ſuiipſius lapidationem ex lege poſtulantes, & Chriſtum iudicem, quem nouerat ſanctum, & ideo iuſtum, ſententiam, vtrum lapidaretur, differentem. Omnibus ergo his, ſecundum textum conſiderandis, graui (vt decet) conſideratione ponderatis, apparet, quod illa mulier erat præ animi ſui anguſtijs ſemimortua. Hanc ſic vndique afflictam videns ille, qui laborem, & dolorem conſiderat, Pſal. 19. qui iuxta eſt his, qui tribulato ſunt corde, Pſal. 33. qui reſpicit in orationem humilium, & non

ſpernit

ſpernit preces eorum, Pſal. 101. noluit addere afflictionem afflicto recordatus mandati ſui ad hominem, Eccl. 4. Cor inopis ne afflixeris, ſed ſecundum multitudinem dolorum in corde eius conſolationes ſuæ lætificauerunt animam eius, Pſalm. 93. Quid fecit? Tantas eius erubeſcentias, cordiſque tormenta, computauit pro reſidua pęnarum temporalium ſatisfactione ei poſt remiſſionem totius culpæ, & pęnę æternę debitarum. In cuius ſignum, nec eam aſperitate verborum de peccato adulterij corripuit, vtpote ſciens amaritudinem animæ eius amariſſimam, ſpiritum eius contribulatum, cor vehementer contritum, & humiliatum, ſed ſolum benigna monitione cauendi peccata de cætero contentus, dixit ei: Vade, (ſcilicet abſoluta à culpa, & pœna,) & amplius noli peccare. Poteſt ne modo quis aliorum ſacerdotum interiora mentis coram ſe pœnitentium oculis proprijs penetrare, & contritionis eorum menſuram ponderare, ita vt ſine vlla erroris trepidatione cognoſcat ipſam æqualiter cōmenſurari pęnis etiam temporalibus cūctis delendis, quæ poſt peccata æternaſq; pœnas condonatas remanſerunt? Non. Nam ſolius Dei hoc proprium eſt, iuxta illud, Prouerb. 26. Spirituum ponderator eſt Dominus. Nullus ergo ſacerdos, præter Chriſtum, pęnitenti quantumcumque contrito etiam quod eius contritio re vera extenderetur ſufficienter ad deletionem cuiuſcunque pœnę temporalis, poteſt relaxare, idest non imponere ſatisfactionem (puta: ieiunium, orationem, eleemoſinam:) propter rationem nunc prędictam.

Tertio. RVRSVM dicebatur, Tertio, quod dubitationem antepoſitam afferentes nō conſiderarunt in textu (vt decebat) quid conſignificetur, idest quid implicite ſignificetur, per id nomen, Vade. Nam huius debita conſideratio ſcrupulum de ſatisfactione tollit. Hic ſiquidem dicendo huic peccatrici, Vade, illud implicite intellexit Chriſtus, quod alteri peccatrici dicens; Vade explicando addidit, Luc. 7. in pace. Porrò. Quid ſit peccatrici pęnitenti dicere, Vade in pace: conijce ex verbis Teophilacti Doctoris magni, quæ ſunt hæc. Poſtquam autem ei peccata dimiſit, non ſiſtit in remiſſione peccati, ſed adijcit operationem boni. Vnde, ſequitur: vade in pace, ideſt in iuſtitia. Quia iuſtitia eſt pax hominis ad Deum, ſicut peccatum eſt inimicitia inter Deum, & hominem. Quaſi dicat. Operare omnia quę ad pacem Dei te ducunt. Hęc ille, ſuper Ioannem. Sic ergo in hac adultera pœnitente impletum eſt illud, Iſai. 38. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Talis enim tantæque amaritudinis terminus fuit pax non illa, quam mūdus ſed illa, quam Chriſtus dat, Ioan. 14. Quam mundus, cum carne, & Diabolo, ſemper impugnat: iuxta illud Eccleſiæ (in ſequentia omnium ſanct.) Mundus, caro, Dęmonia, diuerſa mouent prælia, certantque pari fœdere, de terra pacem tollere, Vade igitur in pace. Ideſt. Operare bona iuſtitiæ (vt expoſuit ille Doctor) quę ad pacem Dei te ducunt. Quia vero in illis operibus, abſque vlla dubitatione, includitur ſatisfactio, ſi requiratur adhuc, ideo per huiuſcemodi verba Chriſtum implicite impoſuiſſe ſatiſfactionem adulteræ, ſi tamen ei adhuc fuiſſet neceſſaria, nullatenus eſt dubitandum. Ac ſi per illa verba, Vade in pace, dixiſſet virtualiter ei. Quicquid boni feceris, & intendis facere, & mala, quæ ſuſtines, & patienter ſuſtinebis, ſint tibi in remiſſionem peccatorum, ideſt pęnarum pro peccatis debitarum.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET; Chriſtus, ex ſua bonitate hominibus pœnitentibus erubeſcentiam eorum de peccatis computat pro parte pœnitentiæ; demonſtrata ab Euangeliſta ſupponitur ex hoc quod nō narrat, Chriſtum impoſuiſſe explicite ſatisfactionem (cum tamen ſit pars pœnitentiæ neceſſaria) huic mulieri pœnitenti. Ex taciturnitate igitur Euangeliſtę merito colligitur, quod Dominus, cuius opera ſunt perfecta, Deuteron. 32. aliquid hic loco ſatisfactionis, computauit adulteræ iam de peccato contritæ, & confeſſæ. In hoc enim caſu verificatur illa regula iuris (lib. 6. Bonifacij.) Qui tacet, affirmat. Accuſabant Scribæ, &

Pha-

Digitized by Google

Phariſæi hanc de adulterio, & hæc, cui ſeipſam defendere (ſi licite potuiſſet) cõpetebat, tacebat. Suum igitur tacere erat quoddam affirmare. Non enim per loquelam ſolum, ſed etiam per ſilentium, qñ neceſſe eſt loqui, affirmamus aliquid. En ergo cõfeſſio eius, cum contritione. Vbi ſatisfactio? Erubeſcentia illa ferme intolerabilis, quam mulier hæc in præſentia tantorum virorum ex turpitudine proprij peccati ſuſtinuit. Dominus enim ex ſua bonitate erubeſcentiam hanc, ei pro ſatisfactione computauit. Nec mirũ. Correſpondent enim ſibi inuicem ſatisfactio, & pœnitentis erubeſcentia, in illo formali puncto, ratione cuius peccator ſatisfacere dicitur, ſcilicet in pœnalitate. Satisfactio namque debet fieri per opera ſecundum ſe pœnalia, 3. de Sacr. Addition. quæſt. 15. art. 1. 2. Et erubeſcentia de peccato turpi commiſſo, ac manifeſtato, magnam ſecum trahit pœnam (vt patet.) Taceo, quod erubeſcentia eſt contra voluntatem ſenſualem, ſicut è contrario peccatum erat ſecundum voluntatem ſenſualem, & ideo illa eſt tanquam antidotum ſatisfactorium, directe feriens, ideſt percutiens peccatum. Vnde erubeſcentia ex peccato reſultans, ſi voluntarie, ſecundum rationem propter Deum aſſumatur, vel etiam ſi ex improuiſo adueniens (vt fuit in iſta muliere) patienter propter Deum, & humiliter propter peccata propria, toleretur, talis inquam erubeſcentia valet multum ad pœnarum peccatis debitarum deſtructionem. Intellige ſemper: ſi erubeſcens ſit in gratia Dei. Alioquin erubeſcentia illa, quum ſemper ſecundum ſe bona ſit, erit tantum diſpoſitiua ad gratiam Dei, & conſequenter poſtea ad ſatisfactionẽ: non autem erit actualiter, ideſt de præſenti, ſatiſfactoria, cum ſit opus extra charitatem, tertio de Sacramen. Additio. quæſtio. 14. artic. 2. 3. Portò, ad ipſius quartæ partis concluſionis probationem faciunt plurimum præmiſſa de mulieris huius pœnitentis qualitate, ideo vide tu illa ſupra.

Quare erubeſcentia pro ſatiſfactione valeat.

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD hæreticum eſt dicere, quod habenti fidem nullum flagitium, nullum ſcælus imputetur, vel etiam, quod ſi firma, & fixa ſit fides; qualiacumque ſint opera, fidelem ipſum eſſe certum ſemper de ſua ſalute (odit ſiquidem Chriſtus iniquitatem, & ideo hominem iniquum, vt iniquum,) vide, ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis, vel, & cætera definitum eſſe, in Elucidationib. pri. pàr. articulorum, nume. 437. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 442. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 17. concluſ. 5. & Leuit. 4. concl. 6. & cap. 11. concluſ. 7. & capit. 15. concl. 4. Item Deuteron. 7. concl. 1. Quod hæreticum eſt dicere, homines debere credere, ſe eſſe Deo gratos per Chriſtum, quantumlibet impure, & ſcælerate viuant, vide, ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationibus 1. 2. artic. num. 600. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 56. Item in Veritatibus aureis, &c. Geneſ. 17. concl. 5. & Leuit. 11. concl. 6. & cap. 15. concl. 4. & Deuteron. 29. concl. 5. Quod hæreticum eſt dicere, quod animæ infidelium ſaluabuntur, vide, ex ſacroſanct. &c. in Elucidationibus 1. 2. articulorum num. 341. 463. & 2. 2. artic. num. 51. 122. & 3. de Sacram. Addition. artic. num. 386. 441. 443. Item in Veritatibus aureis, &c. Geneſ. 3. concluſ. 17. & Leuit. 4. conclu. 5. & cap. 22. concl. 7. & Numer. 2. concluſ. 10. & Deuteron. 12. concluſ. 4. Quod Chriſtus eſt verus Deus (ideo primam ſummamque authoritatem habet in remittendo peccata, faciendoque quicquid ſibi placuerit:) vide ex ſacroſ. &c. in Elucidationibus 3. de Saluat. articulorum num. 17. 42. 107. 108. 139. 297. Qđ Chriſtus eſt verus homo, vere Deo perſonaliter vnitus (ideo poteſtate miniſteriali, excellentiæ tamen, potuit peccata remittere:) vide, ex &c. in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum num. 7. 33. 36. 86. 94. 95. 96. Item art. nu. 8. 42. 113. 195.

Quod

Quod remiſſa culpa per pœnitentiam, remanet reatus pœnę: (ideo poſt requiritur ſatisfactio:) vide &c. in Eluc. 3. de Sacramen. q. 86. art. 4.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. VIII.

OMNIS noſtra, & cuiuſcúque creaturæ cognitio eſt à Chriſto, qui licet ſit homo, non eſt ſimplex creatura (cõtra Arrianam hæreſim,) neque eſt ſol iſte cęleſtis materię, (contra hæreſim Manichęorum,) neque eſt in quo, tanquam in domo, Deus habitat (contrà hæreſim Neſtorianam) ſed idẽ, qui homo, eſt in perſona Deus (ſecundum fidem Catholicam dicẽtẽ, Deus & homo non duo, ſed vnus eſt Chriſtus:) & ideo neque à clara iuſtitia in vllum peccatum, neque à ſyncera veritate in vllum mendacium aut falſitatem poteſt vnquam vllo modo declinare.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quo ad omnes eius partes, ꝓbat Euangeliſta per text. Ego ſum lux mundi, &c. vſque ad tex. Si me ſciretis, forſitan & patrem meum ſciretis [id eſt ab illis verbis primis vſque ad iſta vltima ſumuntur cõcluſionis probationes, licet non omnia verba in tali ſpatio contenta ad probationem aliquã eiuſdem ſumenda ſint. Id quod in alijs quoque ſimilibus locis, quando occurrerint, intelligere debes.] Pars igitur prima, ſcilicet, omnis noſtra, & cuiuſcunque creaturę cognitio eſt à Chriſto, patet ex eo, quod ipſe dicit, Ego ſum lux mundi. Lux enim (vt ex notioribus nobis ad ſenſum conſtat) habet rationem manifeſtatiui, & per hoc nomen, Mundi, intelliguntur hic omnes creaturę, tum ſupralunares, tum ſublunares. Nam mundus omnes has continet. Dicitur etiam ibi, Ego, ad diſcretionem ſeu differentiam ſignificandam ab omnibus alijs, qui ſe mundi lucem aliquando præter doctrinã Chriſti, eſſe iactauerunt, aut iactabunt; iuxta illud à ſimili, de ſe oſtio, explicite additum, Ioan. 10. Omnes, quotquot venerũt, fures ſunt, & latrones. Vt ſic illinc edocti dicamus hic. Ego ſum lux mundi. Quid connotat, Ego? Quòd omnes quotquot venerunt (intellige & veniẽt) præter me, non ſunt lux mundi. Præuidens ergo Chriſtus Manichęum, Montanum, Menandrum, Mahometem, Lutherum, Caluinum, & ſimiles, qui ſe aliquid magnum pro illuminando mundo eſſe iactabant, eos omnes per hæc verba, Ego ſum lux mundi, & implicitè de mendacio damnat, & pro furibus atque latronibus habendos eſſe, decernit. Quid ſe pro grandi re venditando, dicebat Manes, ſeu Manichęus? Ego ſum Chriſtus: Ego ſum Paracletus. Quid Montanus? Mihi, non Apoſtolis, Spiritusſanctus fuit infuſus. Quid Menander? Ego ex Olympo ad hominum ſalutem demiſſus ſum, & deſtinatus Saluator mundi. Quid Mahometes? Ego ſum Propheta magnus; ac flatus Dei. Quid Lutherus, Caluinus, ac ſimiles, cum ſuis ſequacibus? Nos ſumus Euangelici, puri ſcripturarum cognitores: nobis vera ſalutis via hactenus à mille quingẽtis annis ignorata, diuino quodam ſpiritu eſt patefacta, &c. Omnes ergo, ac ſinguli, à ſuperbia intrantes incipiũt; vt hoc ſigno, vel nolentibus ipſis, ex ore ſuo cognoſcantur ab hominibus, ꝙ ſunt directè contra Chriſtum, qui ſemper fuit humilis corde, Matth. 11. & ꝑ conſequens veritatem hanc, Ego ſum lux mundi, ſine vllo ſuæ humilitatis profundiſſimę præiudicio dicit. Charitas. n. eius erga nos ſeipſum nobis pro noſtra ſalute manifeſtare coegit: quoniam, cum cognitio de illo ſit omnibus ſaluandis neceſſaria, patet, qđ ipſo tacente, & ipſum cognoſcere nõ poſſemus, & omnes propterea in infernum damnaremur.

Hæreſes multorũ hic à Chriſto dânantur, &c.

QVIA IGITVR Chriſtus eſt lux per eſſentiam (vt Deus enim loquitur,) & id, quod eſt tale per eſſentiam, eſt cauſa omnium aliorum per participationem, hoc eſt omnia alia participant ab eo tale quid ſecundo Metaphyſ. ſequitur de neceſſitate, quod quæcunque creaturarum habent aliquam cognitionem, participent ipſam à Chriſto; Quælibet ſiquidem cognitio, ſecundum ſe importat aliquam manifeſtationem (vt patet.) &

Digitized by Google

lux,(vt diximus) manifeſtatiua. Cæterũ participationem hanc fieri proportionaliter, ideſt iuxta modum cuiuſque creaturæ diuerſum, intelligas, vt diſponantur omnia ſuauiter, Sap. 8. Hoc eſt: quod à creaturis intellectum habentibus lux illa participatur intelligendo, diuerſimode tamen: ſecundum diuerſitatem, & graduum, & diſpoſitionum, & meritorum, tum naturæ, tum perſonæ. A creaturis autem ſenſum tantummodo habentibus participatur ſolum diminutè, ideſt ſentiendo: quoniam ſenſus omnes ſunt, tanquam riuuli intellectus. Quicquid ergo cognitionis eſt in creaturis, totum eſt ab illa luce participatum (& hoc erat prima concluſionis pars probanda.)

LVX MVNDI.

Primo. Contra Pelagianos grauiſſimè eos damnãdo exurgit Christus.

EX præcedentibus ergo dicenda ſunt duo. Primum eſt, quod hęreſis Pelagianorum funditus deſtruitur à Chriſto. Ex hoc enim, quod ipſe eſt mundi lux per eſſentiam, id quod virtualiter includit, nullam lucem reperiri poſſe alicubi, niſi per participationem eius, ſequitur neceſſario; quod initium boni alicuius (puta bonarum affectionum, locutionum, operationum) non eſt à nobis, ſed à Chriſto. Alioquin ſolus ipſe (ſic enim intelligitur hic textus) non eſſet lux p eſſentiã, ſed & nos eſſemus, quo ad aliquid, lux per eſſentiã; inquantũ nõ eſſemus lux per participationem, quo ad illud. Nam ſi non participamus à Chriſto lumen, quo ad initium boni, ſed à nobis illud facimus, vtique nobis ſumus tunc ibi lux per eſſentiam, ideſt primo, prima à nullo dependens. Non enim inter eſſe lucem per eſſentiam, & eſſe lucẽ per participationem, datur medium. Ergo nos eſſemus, quo ad aliquid, nobiſipſis Deus: cum ſolus Deus ſit ille, qui nullius auxilio in aliqua re facienda indiget. Ergo conformiter ad hoc Euangelium, Ego ſum lux mundi, & difformiter ad hæreſim Pelagianam, ſcilicet damnando illam, dixit Papa Cæleſtinus primus in epiſt. ad Epiſcop. Galliç, omnia hæc quæ breuiter hic, licet ipſe ibi latius, tanquam per capita ſubiungimus. 1. Om-

Aureç ſententia Cęleſtini papę contra arrogantiam Pelagianorum.

nis ſancta cogitatio, & motus piæ voluntatis, ex Deo ſunt. 2. Omnia ſanctorum merita ſunt dona Dei. 3. Per Chriſtum libero bene vtimur arbitrio. 4. Nemo eſt bonus ſuis viribus, ſed participatione eius, qui ſolus eſt bonus. 5. Niſi gratia Dei iuuemur, non poſſumus euitare inſidias Diaboli 6. Non poſſe quempiã p liberum arbitrium ex peccato conſurgere, niſi eum gratia Dei erexerit. 7. Gratia Dei non ſolum peccata dimittit, ſed etiã adiuuat, ne committantur, & præſtat, vt lex impleatur (non ſicut Pelagius ait, facile, quaſi ſine gratia Dei poſſit difficilius impleri) 8. Gratiam Dei etiam baptizandorum teſtatur instituta purgatio, cũ ab eis & exorciſmis, & inſufflationib. expellantur ſpiritus immundi. 9. Pręter ſtatuta ſedis Apoſtolicæ, omnes orationes Eccleſiæ gratiam Chriſti reſonant, qua genus humanum reparatur, & ab ęterna damnatione reducitur. His Cęleſtini papæ dictis vere aureis, contra ſuperbos, concordat doctrina illa Angelica, quam fideliſſimus Eccleſiæ catholicę Doctor Sanctus Thomas tradit, 1. q. 23. art. 5. Hanc tu videas per te ibi, cum Elucidationibus formalibus. Supra ex pręcedenter dictis circa cognitionem deduximus vniuerſa hæc: quoniam ex eo, quod inter omnia, quæ procedunt ex nobis, cognitio eſt prior, ſequitur neceſſario (vt patet,) quod ſi nulla cognitio poteſt eſſe in nobis, niſi a prima luce, ideſt Chriſto, nec vlla boni inchoatio, ſiue per affectum ſit, ſiue per eloquium, ſiue p opus, poterit in nobis eſſe niſi ab illo.

Secundo.

SECVNDVM autem, quod ex præcedentibus, ideſt occaſione præcedentium, dicendum relinquitur, eſt quoddam quæſitum inde habens originem huiuſmodi. In textu legitur, Ego ſum lux mundi, hoc eſt, vniuerſarum creaturarum, ſecundum tamen illarum capacitatem. Cur ergo de ſolis creaturis intellectualibus, & ſenſitiuis, facta eſt ſupra declaratio, & non de alijs? Quia cum in prima parte concluſionis de cognitione creaturarum fiat ſermo, & cognitio in alijs non reperiatur, ſed ſolum in intellectiuis, & ſenſitiuis: ideo de cæteris declarationem ibi facere, erat extra propoſitum, quandoquidem probationi concluſionis, cui tunc intẽdebatur,

non

Digitized by Google

non deſeruiebat. Nunc ergo ſaltem propter pleniorem intelligentiam textus, Ego ſum lux mundi, quare non fiat? Fiet vtique. Sed, cum a creaturis cæteris veſtigio potius quodam, quam imitatione expreſſiori lucis illius supremæ participatio habeatur: propterea ad illam quæ petitur textus intelligentiam neceſſaria de veſtigio eſt aliqua præinſtructio.

QVID, ET VBI, SIT Veſtigium, &c.

REPRAESENTARE cauſam ſuam conuenit cuilibet effectui: nō tamen vniformiter. Nam quandoque illam repręſentat per modum veſtigij; quandoque autem per modum imaginis. Porro tunc per modum veſtigij repræſentatio fit, cum effectus ſolam cauſalitatem cauſę, non autem formam eius, repręſentat (ſic dicimus, quod fumus repræſentat ignem.) Veſtigium namque demonſtrat (vt experientia quotidiana docet) motum alicuius tranſeuntis: ſed non, qualis ſit ille, qui tranſijt, an ſcilicet albus, vel niger, pallidus, vel rubeus. Tunc aūt per modum imaginis fit repræſentatio, quando effectus non ſolum cauſalitatem cauſæ, ideſt quod à cauſa eſt cauſatus, repræſentat, ſed etiam ipſam cauſam quantū ad ſimilitudinem formę eius (ſic dicimus, quod ignis generatus repræſentant ignem generantem, & ſtatua Herculis, Herculem.) Dicendum ergo ex his eſt, quod in creaturis inſenſitiuis, & inanimatis, fit illius supremę lucis repræſentatio, non per modum imaginis, ſed per modum ueſtigij: Quare non per modum imaginis? Quia lucem illam non repræſentant, quantum ad ſimilitudinem formæ eius. Nullam ſiquidem habent illę cognitionem, & conſequenter non repræſentāt ſimilitudinem formæ illius lucis. Lux enim pro forma quandam habet manifeſtationem, & cognitio eſt manifeſtatio quædam. Quare per modum veſtigij? Quia ipſę repræſentāt cauſalitatem cauſæ ſuæ, ideſt repręſentant, quod ſunt cauſata ab illa cauſa, ſcilicet à luce illa, quæ eſt Deus. Sicut enim artificiatum repræſentat exemplar artis, quod eſt in mente artificis, ita quod viſo artificiato, cognoſcis qualitatem exemplaris præexiſtentis in mente artificis, ſic creaturæ illę repræſentāt rōnem exemplaris, quā habuerūt in mente illius lucis, ideſt Dei. Conueniunt quidem & omnes alię creaturæ in hac repręſentatione, ſed habent illud plus, quod ſupra diximus.

ALIO quoque modo poteſt intelligi, quod mundus, ideſt creaturæ omnes per quandam participationem repręſentent per modum veſtigij, vel etiam per modum imaginis lucem illam. Pro quo ſciendum prius eſt, quod lux illa eſt Deus & quod Deus eſt Trinitas, ſcilicet Pater, & Filius, & Spirituſſanctus. Licet autem filius, qui dicit in tex. Ego ſum lux mūdi, non ſit Trinitas, & hoc, ratione relationis, quia ſcilicet eſt genitus, 1. q. 42. art. 6. tamen eſt Deus, qui eſt Trinitas, 1. q. 39. art. 6. Non igitur erit extra propoſitum, ſi demonſtratum fuerit, quod in creaturis inuenitur repræſentatio Trinitatis per modum veſtigij, vel etiam imaginis. Ad hoc verò demonſtrandum, non alijs, quam Sancti Thomæ verbis, vt ſecurius procedamus, vtemur, quæ sūt hęc, 1. q. 45. art. 7. Proceſſiones diuinarum perſonarū attenduntur ſecundum actum intellectus & voluntatis. Nam filius procedit, vt verbum intellectus, & Spiritusſanctus, vt amor voluntatis. In creaturis igitur rationalibus, in quibus eſt intellectus, & voluntas, inuenitur repræſentatio Trinitatis, per modum imaginis, inquantum in uenitur in eis verbum conceptum, & amor procedens. Sed in creaturis omnibus inuenitur repræſentatio Trinitatis p modum veſtigij, inquantum in qualibet creatura inueniuntur aliqua, quæ neceſſe eſt reducere in diuinas perſonas, ſicut in cauſam. Quælibet enim creatura ſubſiſtit in ſuo eſſe; & habet formam, per quam determinatur ad ſpeciem, & habet ordinem ad aliquid aliud. Secundum igitur, quod eſt ſubſtantia quędam creata, repręſentat cauſam, & principium; & ſic demonſtrat perſonam patris, qui eſt principium non de principio. Secundum autem quod habet quandam formam, & ſpeciem, repræſentat verbum, ſecundum quod forma artificiati eſt ex

Summa Trinitatis veſtigium eſt in omnib. creaturis licet imago ſit in ſolis intellectualib.

conceptione artificis. Secundum autem quod habet ordinem, repræſentat Spiritumſanctum; inquantum eſt amor: quia ordo effectus, ad aliquod alterum eſt ex voluntate creantis. Et ideo dicit Auguſtinus in 6. lib. de Trin. quod veſtigium Trinitatis inuenitur in vnaquaque creatura, ſecundum quod vnum aliquid eſt, & ſecundum quod aliqua ſpecie formatur, & ſecundum quod ordinem quendã tenet. Et ad hæc etiam reducuntur illa, tria, numerus, pondus, & menſura: quæ ponuntur Sap. 11. Nam menſura refertur ad ſubſtãtiam rei limitatam ſuis principijs, numerus ad ſpeciem, pondus ad ordinem. Et ad hæc etiam reducuntur alia tria, quæ ponit Aug. modus, ſpecies, & ordo: & ea, quæ ponit in lib. 83. quæſt. quod conſtat, quod diſcernit, quod congruit. Conſtat enim aliquid per ſuã ſubſtantiam; diſcernitur per formam; cõgruit per ordinem. Et in idem de facili reduci poſſunt quæcunque ſic dicuntur. Hæc ibi. Ex qua D. Thomæ doctrina habes, quod quando ſacra ſcriptura Deo dicit, Sap. 11. Omnia in menſura, & numero, & pondere, diſpoſuiſti; tunc notificat nobis per hoc, quod Dei, idest Trinitatis, veſtigium inuenitur in omnibus creaturis.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET. Chriſtus, licet ſit homo, non eſt ſimplex creatura, neque eſt ſol iſtę cœleſtis materię, neque eſt in quo, tanquam in domo, Deus habitat: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Si me ſciretis, forſitan & Patrem meum ſciretis, & tex. Ego ſum lux mundi. Patet enim prima particula ex eo, quod Chriſtum cognoſcens cognoſcit, & patrem, cum tamen impoſſibile ſit, quod cognoſcendo creaturam in creatoris cognitionem perfectam venias. Quomodo enim poteſt vnquam fieri, aut à quocunque recta ratione diſcurrente fingi, quod videndo finitum videam infinitũ? Nunquid non creatura omnis & creata, & creabilis, finita eſt: Deus autem pater eſt infinitus? Vtiq; Si ergo Chriſtus eſſet ſimplex creatura, (vt Arrius dogmatizabat) eſſet quid finitum: & conſequenter cognoſci perfecte non poſſet Pater, etiam ꝙ perfectiſſime cognoſceretur Chriſtus. Per hoc igitur, ꝙ ipſę dicit; Si me ſciretis, & patrem meum ſciretis; oſtendit ſe eſſe verum Deũ, & damnat, quam pręuidet, hæreſim Arrianam. Nec obſtat imo huic propoſito fauet, ꝙ interponitur aduerbium, forſitan: vt iacet in tex. Nam forſitan, vt hic ponitur, non dicit dubitationem, ſed maiorem, ex tali modo loquẽdi, aſſeuerationem. Loquebatur enim tunc Chriſtus Iudæis in infidelitate nimia, (quam valde ſtomachabatur) obſtinatis: & ideo, vt ſe cum ſtomacho talia ad illos dicere manifeſtaret, interpoſuit aduerbium illud, forſitan. Vnde B. Aug. docẽs hoc dicit. Hoc aũt verbum, forſitan, quod videtur eſſe verbum dubitationis, increpatiue dicitur. Hoĩes enim de reb quas certas habent, ponũt aliquando verbum dubitationis: velut ſi indigneris ſeruo tuo & dicas: Contemnis me? Conſidera. Forſan Dominus tuus ſum. Sic & Dominus dubitando increpat infideles, cum dicit, Et patrem meum forſitan ſciretis. Hæc ille, ſuper Ioan. Cuius exemplum de aliquo Domino contra ſeruum ſuum contumacem indignato videmus frequenter: maxime autem tunc, & quando indignationem, non communem, ſed ſolito valde maiorem oſtendere, vult, & quando aduerſus contumaciam alicuius, non quamcunque, ſed ſolito duriorem, iraſcitur. His enim duabus cauſis concurrentibus Domini ad ſeruos non ſolum vno ſimplici ſed etiã duplicato dubitationis aduerbio in reb. etiam ſibimet certiſſimis vtuntur, quãdo quę in ira furoris maximi, dicentes: Forſan, forſan, cognoſcere te faciam, quod tibi mores tui non mihi placent: Vel etiã addentes; Ego iſtã rebellem cõtumaciam tuam taliter caſtigabo, quod forte, forſan, recordaberis diu, quod ego ſum Dominus tuus, & tu es ſeruus meus.

CAETERVM, Quod illud, forſitan, ſecundum rei veritatem ſignificet hic certam affirmationem licet per modũ indignationis prolatã, clariſſimum eſt ex eodem Chriſti non per indignationem, ſed per doctrinam ſimplicem, diſcipulis dicto Ioan. 14. Si cognouiſcetis me; & patrem

Digitized by Google

patrem meum vtique cognouiſſetis. Patet enim ad literam, quod loco, forſitan, ponitur, Vtiq;. Hinc ergo cogimur dicere, quod dubitationem hic non dicit, forſitan, ſed, ſaluo modo loquendi increpatorio (vt ſupra) ſtat pro, vtiq;. Fixum igitur abſque vlla vacillatione relinquitur, quod per hanc ad Iudæos ſententiam Chriſti importãtur duo illa, quæ ſupradiximus, ſ. quod Chriſtus eſt verus Deus, & quod fantaſia Arrij eſt hic damnata pro hæreſi. Vnde B. Aug. examinando tex. & inſinuans primũ iſtorũ dicit. Quid eſt, Si me ſciretis, & patrem meũ ſciretis: niſi, Ego & pater vnum ſumus? Quando vides aliquẽ alicui ſimilem quotidiana locutio eſt. Si hunc vidiſti, illũ vidiſti, Propter ſimilitudinem, tale dediſti reſponſum. Hinc & Dñs, Si me ſcitetis, inquit, & patrem meum ſciretis, non quia pater eſt filius, ſed quia patri ſimilis eſt filius. Hæc ille, ſuper Io. Rurſum Theophilactus ex tex. bene examinato docẽs illud ſecundum, dicit. Erubeſcat Arrianus. Nam ſi iuxta eum, creatura filius ſit, qualiter qui nouit creaturam, & Deum nouit? Neque enim qui ſubſtantiam nouit Angeli, nouit & diuinam. Cum itaq; qui filium nouit, & patrẽ nouit, igitur conſubſtantialis patri eſt filius. Hæc ille. Ex omnibus ergo in fauorem probationis cõcluſionis reſtat concludendum, quod Chriſtus, homo, qui tunc loquebatur, non eſt creatura, licet eius humanitas, ideſt corpus, & anima, ſit creatura. Quare homo ille non eſt creatura? Quia hominis illius perſona eſt Deus. Quoniam igitur & loqui, & eſſe creaturam conueniunt proprie non naturæ, ſed perſonæ: ideo vere, & proprie conformiter ad primam illam partis ſecundæ particulam, dicimus, quod ille homo, qui loquebatur, non erat creatura, ſed verus Deus.

ALIÆ DVÆ PARTICVLAE, &c.

QVOD autem (vt dicebatur in ſecunda parte concluſionis) Chriſtus ... non ſit ſol iſte cœleſtis materiæ, demonſtratur ex tex. Ego ſum lux mundi, qui ſeq. m. n. a. i. t. ſ. h. l. u. Nomine enim Mundi, non ſignificat cœlos materiales, & terram, neque ſolum homines in terra habitantes, ſed omnes creaturas intellectuales tum in terris, tũ in cœleſti patria exiſtentes, ad has autem omnes illuminandas non poteſt ſecundum ſe extendi iſte ſol materiæ cœleſtis exiſtens, (vt patet.) Rurſum Contextus ille, Qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitę, oſtẽdit groſſitiem Manichæi, ideſt quod dictum illud, Ego ſum lux mundi, non poteſt de hoc materiali Sole intelligi. Nam ſecundum doctrinam cap. 12. exponendus eſt ſic tex. Qui me ſequitur, ſcilicet paſſibus fidei per charitatem operantis: non ambulat in tenebris, ſcilicet ignorantiæ pertinentium ad propriam ſalutem, & in tenebris peccatorum ad tenebras exteriores, ideſt inferni terminandis. Sed habebit lumen vitæ, ſcilicet ſciẽtiæ ſalutis propriç, & vitæ gratiæ, & vitæ gloriæ æternç. Habetur enim, ſed breuibus verbis, hæc expoſitio ex Ioan. cap. 12. ibi: Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis: Item ibi, Ego lux in mundum veni, vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. Ecce ... ſequitur de ſeipſo luce, & illud, quod prius dixerat, Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, exponit clarius dicens; Qui credit in me, in tenebris non maneat, ſed filius lucis ſit. Ergo, ſecundũ planam vtorumque textuum literam, ſequi Chriſtum luce, eſt credere in ipſum, & non ambulare in tenebris, eſt non manere in tenebris, ideſt in peccatis (vt exponitur Ioan. 3 ibi: Dilexerunt tenebras, erant enim eorum opera mala. Hoc eſt. Quid dilectę ab eis tenebræ? Opera mala) & habere lumen vitę, eſt eſſe filium lucis, ſcilicet per adoptionem gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro, Rom. 8. Vides ne, quantam fuiſſe Manichæorum maliuolam groſſitiem oſtendat præmiſſa literalis expoſitio, quæ non niſi ex ipſiſſimis eiuſdem Euangeliſtæ verbis aſſumitur? Damnatur ergo per Euangelicam hanc expoſitionem illa fantaſtica illuſio Manichæi tam quam reuera quoddam Euangelio contrarium id quod eſt hæreſis manifeſta. Merito igitur Beatus Auguſtinus contra iſtos inuehitur (quod ad confirmationem præmiſſæ a nobis expoſitionis facit) dicens. Manichæi ſolem iſtum oculis carnis viſi-

Quam ſtolidus, iuxta nomen ſuum hic ſit Manichæus, patet ex B. Auguſt.

Digitized by Google

bilem, Chriſtum Dominum eſſe putauerunt. Sed Eccleſia catholica improbat tale commentum. Non eſt enim Dominus Chriſtus, ſol factus, ſed per quem ſol factus eſt. Omnia enim per ipſum facta ſunt: & propter nos ſub ſole factum eſt lumen, quod fecit ſolem. Carnis nube tegitur, non vt obſcuretur, ſed vt temperetur. Loquens ergo per nubem carnis lumen indeficiens, lumen ſapientiæ, ait hominibus: Ego ſum lux mundi. Abſtulit aũt ſe ab oculis carnis, & reuocauit ad oculos cordis, in hoc, quod ſubdit. Qui ſeq. me, non amb. in ten. ſed hab. lumen vitæ. Non enim ſufficit dicere, Habebit lumen, ſed addidit, vitæ. Hæc verba Domini, cum verbis pſalmi concordant. In lumine tuo videbimus lumen, quoniam apud te eſt fons vitæ. In iſtis viſibus corporalibus aliud eſt lumen, & aliud fons. Fontem fauces quęrunt, lumen oculi. Apud Deum, quod lumen eſt, hoc eſt fons. Qui tibi lucet, vt videas, ipſe tibi manat, vt bibas. In eo, quod promiſit, futuri temporis verbum poſuit: in eo, quod facere debemus, præſens tempus poſuit. Qui ſequitur inquit, habebit, modo per fidem, poſt per ſpeciem. Sequens iſtum Solem viſibilem, ſi ipſe tendis ad occidentem, quo & ille tendit: & ſi nolueris tu illum deſerere, ipſe te deſeret in occaſu. Deus tuus vbique eſt totus: ſi tu ab illo non facias caſum, nunquam à te ille faciet occaſum. Tenebræ ſatis metuendæ ſunt morum, non oculorum, & ſi oculorum, non exteriorum, ſed interiorum, vnde diſcernitur non album, & nigrum, ſed iuſtum, & iniuſtum: Hęc ille ſuper Ioan.

QVOD vero (vt dicebatur in ſecunda parte concluſionis) Chriſtus non ſit, in quo tanquam in domo, Deus habitat: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Ego ſum lux mundi; Examinans namq; textũ hunc Theophilactus dicit. Vteris aduerſus Neſtorium hoc præſenti ſermone. Non enim ait, In me eſt lux mundi: ſed, Ego ſum lux mundi. Ipſe namque, qui homo videbatur, idem & filius Dei, & lux mundi erat: non (ſicut nugabatur Neſtorius) in ſimplici homine Dei filius habitabat. Hæc ille Doctor. Ex litera ergo Euangelij plana damnatur pro hæreſi fantaſticum illud Neſtorij commentum, ſcilicet Chriſtus non eſt Deus, ſed in quo Deus ſpeciali prerogatiua habitat; & illud eiuſdem, Chriſtus non Deus, ſed Deificatus eſt appellandus; Item etiam illud Berylli, Chriſtus, quo ad diuinitatem ante Mariam non fuit, nec propriam diuinitatis habuit ſubſtantiam, ſed ea quæ patris eſt deitas, in eo tantum habitauit; & illud cuiuſdam Fælicis (potius infęlicis) dicentis, Chriſtus non eſt natura Deus, ſed filius Dei adoptiuus; & illud Agarenorum, Chriſtus eſt ſolum excelſa quędam creatura omnes alias excedens creaturas. Ipſe ſiquidem, qui hic dicit Ego ſum lux mundi, eſt illud Dei Verbũ, de quo dictum fuit Ioan. 1. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & mundus per ipſum factus eſt. Ergo idem Chriſtus, qui homo eſt, Deus in perſona eſt (ſecundũ, quod concluſio capituli ſubinferebat.)

Plurim. hereſes dam-

nat vna vox Chriſti.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET: Chriſtus ideo neque à clara iuſtitia in peccatum vllum, neque à ſyncera veritate in vllum mendacium, aut falſitatem poteſt vnquam vllo modo declinare; demonſtrata ſupponitur in præmiſſis partib. probatis. Ex illis enim deducitur: in cuius ſignum additur illa dictio, Ideo. Et merito quidem ſupponitur. Nam in luce, vt lux eſt (ſic enim formaliter intelligi debet in tex. lux) nõ poteſt tenebra aliqua reperiri, quamuis in re lucida reperiri aliquando poſſit. Nã inter abſtractum, quale eſt lux, & concretum, quale eſt res lucida, hæc eſt differentia, quod concretum poteſt aliquid de ſibi contrario compati ſecum, abſtractum autem nihil penitus: cum igitur Chriſtus non tantum ſit lucidus, ſed etiam lux (vt patet ibi, Ego ſum lux, & cap. 1. Erat lux vera, & cap. 12. Ego lux in mundũ veni) patet, ꝙ impoſſibile eſt, ipſum vllo modo poſſe ad peccatum quantumcunq; minimum declinare. Quod totum confirmat per illud 1. Ioan. 1. Deus lux eſt: & tenebræ in eo non ſunt vllæ. Non ſunt. ſ. neque actualiter, neque potentialiter. i. non ſunt, nec eſſe poſſunt. Tenebræ aũt hic ſi-

gni-

gnificant peccatum: iuxta illud 1. Ioan. 2. Qui odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & illud, Tren. cap. 5. Veh nobis, quia peccauimus, ideo obtenebrati ſunt oculi noſtri. Nec mireris, ſi, cum debuiſſet concluſio dicere. Neque à luce in vltum peccatum, dixerit: Neque à clara iuſtitia: quoniam per hoc dictum voluit ſimul aduerſus eoſdem Manichæos, connotare, quod Chriſtus non eſt ſol materialis, ſed ſol iuſtitiæ, iuxta illud, Malach. 4. Vobis timentibus nomen meum orietur Sol iuſtitiæ, & illud Eccleſiæ ad B. Virginem, Ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ, Chriſtus Deus noſter.

PORRO De veritate fit in concluſionis particula mentio, cum dicitur. Neque à ſyncera veritate in vllũ, &c. vt correſpondeat textui dicenti, Teſtimoniũ meum verum eſt; quia ſcio, vnde veni, & quo vado. Nam in textu iſto continetur ſententialiter, quod Chriſti veritas eſt tantæ ſynceritatis, vt nullum quantumcunque minimum errorem, aut falſitatem poſſit in ſe admittere. Pro cuius notitia ponderandum eſt illud, quod pro veritatis cauſa adducitur, ſ. Quia ſcio vnde veni, & quo vado. Quam cauſam, B. Chryſoſtomus ſic exponit. Scio, vnde veni, & quo vado, id eſt ex Deo ſum, & Deus, & Dei filius. Non autem hoc dicit manifeſte: quia ſemper humilia miſcet altis. Hæc ille. Quis verò neſciat, Deum ipſum, & Dei filium ex Dei patris ſubſtantia exiſtentẽ, tantæ ſynceritatis in veritate ſemper dicenda eſſe, vt nihil falſitatis in ea commiſceri omnino patiatur? Alioquin Deus non eſſet Deus, neque Dei filius eſſet natura Dei filius, quoniam veritas eſt eſſe Dei, ipſo ſic atteſtante, Exod. 3. Ego ſum, qui ſum; & iterum ibi, Dices filijs Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos. Negaret ergo ſeipſum Deus, quod non poteſt, 2. Tim. 2. ſi falſitatem quantumcumque minimã dicere poſſet. Sicut enim non poteſt facere, quod non ſit Deus, ita facere non poteſt, quod in ſuis dictis, non ſit verus, quoniam eſt, quod maxime eſt nomen Dei, 1. quæſt. 13. art. 11. ſignificat ſtabilem veritatem, ſecundum illud 2. Cor. 1. Sermo noſter, qui fuit apud vos, non eſt in illo eſt, & nõ, ſed eſt in illo eſt; Hoc eſt: ſermo noſtræ prędicationis apud vos nihil falſi admixtum habet, ſed continet ſynceram, id eſt puram veritatem. Hinc B. Auguſt. tanquam prædicta confirmans, ſuper hũc Euangelij locum dicit. Verum eſt teſtimonium luminis, ſiue ſe oſtendat, ſiue alia. Locutus eſt propheta verum. Sed vnde haberet, niſi de fonte veritatis hauriret? ergo idoneus eſt Ieſus qui ſibi teſtimonium perhibeat. Omnis quidem homo, quando de ſe perhibere vult laudabile teſtimonium, ſuperbus & arrogans videtur (homines enim infirmi ſumus, verum dicere, & mentiri, poſſumus) lux mentiri non põt. Hæc ille ſuper Ioan.

Deꝰ nõ eſſet Deus, ſi vllam falſitatem in ſuis dictis poſſet admittere.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus eſt verus homo, non tamen eſt creatura ſimpliciter dicendus, vide ex ſacroſanctis Concilijs, vel ſcripturis, &c. definitum eſſe, in Elucidat. 3. de Sal. articulorum nu. 7. 33. 56. 86 94. 95. 96. 107. 139. Quod Chriſtus non eſt Deiferus appellandus, quaſi non ſit verus Deus, ſed in quo Deus prerogatiua ſpeciali habitet, vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidat. 3. de Sal. art. nu. 42. 107. 108. 113. 195. 297. Quod Chriſtus prius fuit quam Maria mater eius, quia eſt Deus, vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucid. 3. de Sal. art. nu. 7. 17. 139. 108. Quod Euangelium Chriſti meram, puramque continet veritatem, nec aliquid ad decorem ſeu ornamentum ei pręter veritatẽ addiderũt Euangeliſtæ, vide ex ſacr. &c. in Elucid. pri. par. art. nu. 71. & 2. 2. artic. nu. 245. 574. & 3. de Sal. art. nu. 229. Item in Veritatib. aureis ſuper totam legẽ veterem, Num. 24. concl. 1. Quod Chriſtus nullum habuit peccatum, neq; fomitem peccati, & quod ideo non contraxit paſſiones corporales (puta, eſurire, ſitire, &c.) quas voluntarie aſſumpſit, vide, ex ſacroſanct. &c. in Elucid. 3. de Sal. q. 15. artic. 1. 2. & q. 14 art. 3.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. VIII.

CRVX Chriſti attulit nobis multiplices has, atque mirandas vtilita-

tes, ſ. vt per veram fidem cognoſceremus ipſum, & eſſe Deum, & eſſe Dei filium, & eſſe ex eius obedientia incarnatum, & ipſi iam incarnato patrem inſeparabiliter adeſſe, illum, vt hoiem, continue in omnibus, & per oïa gubernando, & eundem iſtam à patre continuatam gubernationē meruiſſe ab inſtanti ſuæ humanæ conceptionis, & deinceps ſine vlla intermiſſione. Non mirum igitur: ſi Chriſti fidelis ſponſa Eccleſia catholica adorando ſanctam eius crucem, pro tantorum beneficiorum inde profluentium gratitudine veraciter, & cordialiter dicit: [O Crux aue; ſpes vnica.]

PROBATIO Concluſionis.

PRAESENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis, &c. vſque ad tex. Quia quę placita ſūt ei, facio ſemper. Pro qua concluſione intelligenda ſciendum eſt, quod Dominus mortem ſuam in cruce vocat hic (quemadmodum & alibi vocare ſolitus eſt) exaltationem ſui. Ad literam namque tunc in aere exaltatus eſt à crucifixoribus. Propter hoc ergo, quæcunque nobis beneficia prouentiſſe ex ipſius exaltatione dicit in textu: illa omnia crucem Chriſti attuliſſe nobis recte affirmat concluſio.

Crux Chriſti ue re dicitur exaltatio, &c.

Prima itaque eius pars, ſcilicet Crux Chriſti attulit nobis, vt cognoſceremus per veram fidem ipſum eſſe Deum, patet ex eo quod dicit. Tunc cognoſcetis, quia ego ſum. Nam per hoc nomen, Ego ſum, ſignificatur Deus: quoniam ipſe ſolus eſt eſſe per eſſentiam, cętera autem omnia non ſunt, niſi per participationem, ideſt Deus ex ſe habet, quod ſit, alia verò ex ſe non habent quod ſint. Deus ergo, ſecundum quod Deus, ita eſt, vt non poſſit vllo modo non eſſe: creaturæ autem ſecundū quod creaturę, ita ſunt, vt poſſint aliquo modo non eſſe. Quamuis enim aliquæ illarum ſint incorruptibiles (vt animæ intellectiuæ, & Angeli) tamen poſſunt annihilari à Deo 1. q. 104. art. 3. Cum ergo ſolus Deus ſecundum ſe habeat eſſe omnino inamiſſibile; ei merito conuenit hoc nomen, Ego ſum, tanquam proprium, ideſt conuerſim de eo prędicatum. Tanti ſiquidem valet, Ego ſum, quāti, & Deus; tantiq; valet Deus, quanti, & Ego ſum: id quod de nulla creatura verificari poteſt. Quod etiam apparet in mutua collocutione. Quamcunque .n. creaturam interrogaueris quid ſit, reſpondebit, Ego ſū homo, Ego ſum Angelus, Ego ſū leo, Ego ſum lapis, Ego ſum ſtella, Ego ſum cœlū, &c. numq̄ aūt ſi lapiat reſpondebit, Ego ſum. Quare? Quia tali reſponſione non ſatisfaceret interrogationi tuę, qm̄ dicendo, Ego ſum, non indicat tibi quid ſit, & quare hoc, niſi quia, Ego ſum, nō eſt nomen eius? Non ſic aūt eſt de Deo. Nā ſi ipſū interroges, quid ſit, reſpōdebit, Ego ſum, & hoc reſpōſum interrogationi tuæ ſatisfaciet abundāter, qm̄ quidē, Ego ſum, declarat optimè, quid ſit Deus (vt patet 1. q. 13. art. 11.) Propterea ad oia hic pręmiſſa denotā da dr̄ in tex. cognoſcetis me Deū. Qđ ſi aliud voluiſſet inferre, dixiſſet cognoſcetis, qa ego ſum Ieſus Nazar. vel quia ego ſum Meſſias, vel quia ego ſū innocens de ijs in quibus me accuſatis, vel &c. Reſtat ergo ex his omnib. concludendū, q̄ Iudæi cognouerint, Ieſum à ſeipſis Crucifixum eſſe Deum illum verū cuius nouerāt eſſe nomen, Ego ſum. Ex libris .n. ſuis. ſ. Exod 3. hoc habuerunt per Moyſen à principio. Cum aūt dicit tex. cognoſcetis, intellige tantū de aliquib. & non ſolum de cognitione ſpeculatiua per ſolam fidem, ſed ēt de affectiua per fidē viuā, quæ, ſ. per charitatē operaſ, Gal. 5. & q̄ de tali cognitione intelligat hic tex. patet ex lib. Actu. 2. 4. vbi plurimi Iudęorū ad talē de crucifixo cognitionem, per Apoſtolicā prædicationē, de proprijs ſceleribus vere pęnitentes, venerunt.

Ex interrogationē bus patet, quod ſū, eſt nomen Dei, nulliuſque creaturę.

Hinc ad literam habes cōſequenter, q̄ Chriſtus monſtrat, de nullius ſalute eſſe deſperandum, quandiu viuit. Vnde hoc docens ex præſenti loco, Beatus Auguſtinus dicit. Cum exaltaueritis filium hominis, & cætera. Exaltationem Crucis dicit, quia, & ibi exaltatus eſt, quando pependit in ligno. Hoc oportebat impleri per manus eorum, qui poſtea fuerant credituri quibus dicit hoc. Quare? Vt nemo in quocumque ſcelere, & male ſibi conſcius, deſperaret, quando

do videat eis donari homicidium, qui occiderant Chriſtum. Hæc ille, ſuper Ioan. Sed & B. Chryſoſtomus eandem Dei bonitatem erga peccatores hic contemplatus ait Cū exaltaueritis &c. Quaſi dicat, Vos æſtimatis, quod tunc maxime à me ſeparati eritis, quando me occideritis. Ego autem dico: quod tunc maxime ſcietis & gratia ſignorum, & reſurrectionis, & captiuitatis veſtræ, quoniam ego ſum Chriſtus filius Dei. Hæc ille. Ipſa ergo ſententia ſua Chriſtus damnat, quam præuidet hęreſim Nouati, hanc ſcilicet. In peccatum relapſi non ad pœnitentiam ſunt admittendi, ſed ad diaboli prædam proijciendi. Ecce. Crucifixores ſuos, qui tot vicibus in mente ſua peccatum illud inter omnia grauiſſimum, 3. de Sal q. 47. art. 6. replicando de nouo confirmauerât (id quod eſt, crucifixionis peccatum ſæpius mentaliter incurrere) Chriſtus ad pęnitentiam è faucibus diaboli ereptos admittit: ergo per hoc à fortiori condemnat illam Nouati fantaſticam illuſionem pro hæreſi. Contra quam videbis quoque condignam deteſtationē infra, Confirmatio concluſionis tertię &c.

Hæreſis Nouatiana dānatur per tex.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Crux Chriſti attulit nobis, vt per veram fidem cognoſceremus, ipſum eſſe filium Dei: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. & A meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me pater. Patet ſiquidem, quod Chriſtus, ſi eſſet Deus pater, faceret non tantum aliquid, ſed etiā omnia, à ſeipſo: quoniam pater cum ſit innaſcibilis. 1. quæſt. 32. art. 3. à nullo eſt. Per hoc ergo, quod Chriſtus dicit, ſe nihil facere, immo nec poſſe facere, cap. 5. à ſemetipſo, monſtrat aperte, quod non eſt pater. [Per quod & damnat hæreſim Sabellij cōfundentē perſonas. i. ipſas ab inuicem non diſtingui realiter, dicentem, ſed ſolo nomine.] Cum autem ſubiungit, ſed ſicut docuit me pater, commonſtrat ſe eſſe filium Dei patris. Patrē enim docere filium, eſt ipſum per generationem communicare filio diuinam eſſentiam: quia hæc realiter eſt doctrina ipſa diuina omnino infinita, de qua intelligitur ille tex. Docuit. Vnde B. Auguſtinus: Nemini veſtrum obrepat cogitatio carnalis. Nolite, vobis quaſi duos homines ante oculos ponere, & loquentem patrem ad filium, ſicut facis tu, quando aliqua verba dicis filio tuo: Quæ enim verba fierent vnico verbo? Si autem Deus loquitur in cordibus veſtris ſine ſono: quomodo loquitur filio ſuo? Incorporaliter pater locutus eſt filio: quia incorporaliter pater genuit filium. Nec illum ſic docuit, quaſi indoctum genuerit, ſed hoc eſt eum docuiſſe, quod eſt eum ſcientem genuiſſe. Si enim ſimplex eſt natura veritatis, hoc eſt filio eſſe, quod noſſe. Quemadmodum ergo pater illi gignendo dedit vt eſſet, ſic gignendo dedit illi, vt noſſet. Hæc ille, ſuper Ioannem. Quaſi ergo per totam ſententiam Chriſtus apertius dixerit. Ideo à meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit pater: quia ègo non a meipſo, ſed ab ipſo, ſum. (cap. 5.) Quoniam vero non à me, ſed à patre ſum, ideo nec à me loquor; nec doctrina, quā loquor; eſt mihi à me; nec principiū bonę locutionis meę. i. bonus mentis conceptus (quē humanā cogitationē vocant) eſt mihi à me; nec bonus affectus, ſiue ad Deū, ſiue ad homines (quē charitatē, ſeu charitatis motū, dicūt) eſt mihi à me: & vt ſemel dicā, nihil boni eſt mihi à me, ita quod locutio mea eſt quidē mea, ſed non à me, doctrina mea eſt quidē mea, ſed non à me, principiū talis locutionis eſt qdē meū, ſed non à me, charitas mea ad Deum, & ad hoīes eſt qdē mea, ſed nō à me, bonū quodcūque meū, eſt quidē meū, ſed nō à me. Ratio horū omniū vna eſt, & abſq; vllo dubio efficaciſſima, quæ iā dicta fuit, q. a. ſ. ego nō ſum a me. Eſſe qdē meū, eſt meū, & eſſentia mea [Hęc eſt realiter idē cum eſſe. 1. q. 3. art. 4.] eſt mea, ſed neq; illud, neq; hęc, eſt mihi à me. Cū ergo eſſe meū ſit mihi à patre, ſequit neceſſario, q & pmiſſa oīa ſint mihi à patre. Quid hic vides tu ingenioſe lector? Qđ ex abundanti dānat Chriſtus uſque ad radices hæreſim Pelagianā. Si. n. ipſe, vt ēt Deus eſt, fatetur (qđ & alibi) nihil ſe à ſe poſſe facere. ſ. nec intus p mentis conceptionē, nec extra per locutionem, & opus, multo vtique magis homines nihil boni, quantumcunque minimi, à ſeipſis facere poſſe, per hoc demonſtrat. Id quod eſt

ex

Digitized by Google

Radicitus vino Pelagianorũ ſuperbia extirpatur à Chriſto, &c.

ex abundanti damnare Pelagij hæreſim dicentem, initium boni operis eſſe ex noſtro libero arbitrio. Heu, quanta peruerſitas. Vide Chriſtum Deum nihil penitus ſibi ex ſe (vt ad literã audiſti) humiliter, & veraciter, attribuentem: vide é diametro homuncionem Pelagium aliquid ſibi ex ſe tum ſuperbe, tum fallaciter, aſcribẽtem. At inquit Pelagianus cauillus, tamquam ſub prætextu ſcrupuloſæ conſcientiæ venenum operire volens. Si non dicamus ſic, vt ego; vbi erit actio liberi arbitrij? Conſequenter, vbi erit liberum arbitrium: ſi non agit? Natura enim abhorret vacuum: vnde & nihil in ea (teſte philoſopho) datur ocioſum. Pudet huic tam cęco & ignoranti cauillo reſpondere.

Attamen, vt erubeſcant Pelagiani, & ad Deum, à cuius gratia ventus ſuperbiæ eos proiecit, conuertantur: reſpondentes dicamus. Si nihil boni, & per conſequens nec boni operis initium, eſt in Chriſto à ſeipſo: vbi eſt actio liberi arbitrij? conſequenter vbi eſt liberum arbitrium Chriſti Dei, ſi non agit? Et tamen liberum arbitrium habet Chriſtus, vt Deus. 1.q.19. artic. 10. Quomodo ergo non ocioſum? Quia agit. Niſi.n. per liberum arbitrium ageret, non diceret nunc, Hæc loquor, neque dixiſſet cap. 5. Quæcunque pater fecerit, hæc filius ſimiliter facit; & Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. Quomodo poſſunt hæc fieri, ꝙ ſcilicet nihil boni, nec eius initium ſit in Chriſto Deo, & quod tot, tantaque bona per liberum arbitrium actiuè faciat ſeu operetur? Tu es magiſter apud te, tuoſq; Pelagi: & hæc ignoras? Hinc agnoſce, ꝙ non ſine cauſa tuum cauillum præcedentem vocaui cęcum, & ignorantia plenũ.

Perſpicima ad cauillum illum Pelagianũ reſponſio ex ore Chriſti veraciſſime etc.

Audi igitur Chriſtum tuæ huic poſtremæ interrogationi hic reſpondentem. A meipſo facio nihil. Hoc eſt, ad planam literam. Ego quidem facio aliquid: ſed hoc idem, quod facio, non facio à meipſo. En Pelagi: quam bene Chriſtus magiſtrorum optimus in ſemetipſo demonſtrat, & quod liberum arbitrium non eſt ocioſum, ſed actiue facit opera, & quod illud idẽ liberũ arbitrium dum ſic agit, nihil. i. nec initiatiue, nec proſecutiue, nec conſummatiue, agit à ſeipſo. Quid ergo ex his reliquit nobis Chriſtus concludendum de noſtro libero arbitrio? Quod ipſum actiue facere aliquid boni ſtat ſimul, & bene, cum hoc: quod eſt, ipſum nihil boni à ſeipſo facere, aut etiam facere poſſe.

PRÆDICTVM Pelagij verbũ, quo dicit: A meipſo poſſum facere, & facio, aliquid boni, reclamante Chriſto de ſe, A meipſo facio nihil, & cap. 5. Nõ poſſum ego à meipſo facere quicquam: illud, inquam, eſſe verbum totius ſuperbiæ, & Deo directe contrapoſitum, & ab omnibus cum execratione deteſtandum, prænunciauerat multo ante propheta, cũ maximo ſanctę indignationis zelo dicẽs, Pſal. 11. Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt: linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt [En Pelagius ab ipſo depictus:] Quis noſter Dominus eſt? Vides nè in hoc vltimo verbo, quod hæreſis illa Pelagianorum peruenit vſque ad contemptum Dei, vtpote ad id qđ Dei eſt, ꝑripiendũ aſcẽdens, & ponens in cęlum os ſuum: verumtamen quid ad talem ſuperborum ſectam dicatur, attende, Hierem. 49. Arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui, qui niteris apprehendere altitudinem collis. Cum exaltaueris, quaſi Aquila, nidum tuum, inde detraham te: dicit Dominus. Si aſcenderit (inquit, Iob. 20.) vſque ad cęlum ſuperbia, & caput eius nubes tetigerit: quaſi ſterquiliniũ in fine ꝑdetur.

Pondera furorem Dei ab initio & ſcripturas hac depictũ aduerſus arrogãtiam Pelagianorum.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET: Crux Chriſti attulit nobis, vt per veram fidẽ cognoſceremus, ipſum eſſe ex patris obedientia incarnatum, eique iam incarnato Patrem inſeparabiliter adeſſe, illum, vt hominẽ continue in omnibus, & per omnia gubernando: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. & qui me miſit, mecum eſt, & non relinquit me ſolum. Vt enim alibi diximus, filium Dei mitti, eſt, ipſum incarnari. 1.q.43.art.3. Vnde B. Auguſtinus dicit. Cum ambo ſimul ſint, vnus tamen eſt miſſus, alter miſit. Quoniam miſſio incarnatio eſt, & ipſa incarnatio filij tantũ eſt: non etiã Patris. Ergo inquit, Qui me

miſit,

miſit, ideſt cuius authoritate, tanquam paterna, incarnatus ſum. Dicendo igitur in tex. Qui miſit me, vult denotare: ſe incarnatum fuiſſe ex obedientia ipſius patris. Crucis ergo Chriſti beneficio myſterium abſconditum à ſeculis in Deo, Epheſ. 3. cognouimus, ideſt myſterium incarnationis eius. Et qui me miſit (inquit) mecum eſt. Duplici videlicet modo. Nam in Chriſto ſecundum Deitatem eſt pater. Et hoc ſiue eſſentiam, ſiue relationem, ſiue originem, ibi attendas. Nam ſecundum eſſentiam pater eſt in filio: quia pater eſt realiter eſſentia ſua, & communicat filio ipſam numeraliter penitus eandem. Vnde ſequitur neceſſario, quod cũ patris eſſentia ſit in filio, pater ſit in eo. [Hinc etiam eadem ratione patet: quod filius ſit in patre: quoniam eſſentia filij eſt in patre, & filius eſt realiter ſua eſſentia.] Rurſus. Secundum relationem pater eſt in filio [ſicut & filius in patre:] quia, vnum relatiue oppoſitorum eſſe in altero ſecundum intellectum, manifeſtũ eſt. Item. Secundum originem pater eſt in filio: quoniam proceſſio verbi intelligibilis (vt patet) non eſt ad extra, ſed manet in dicente, & id, quod verbo dicitur, in verbo continetur, 1.q.42.art. 5. Proceſſio enim in diuinis eſt ſecundum modum intelligibilem, 1.q.27.art. 1. 2. & verbum eſt expreſſiuum etiam patris illud dicentis, 1.q.34.art.3. [Vnde & filius ſecundum originem eſt in patre: non quia pater originetur à filio, ſed quia filius originatus à patre, eſt expreſſiuus patris.] Alio quoque modo, ſcilicet ſecundum humanitatem in Chriſto eſt pater. Nam Deitas in homine Chriſto eſt modo ſibi ſoli proprio, ideſt per vnionem perſonalem, ſecundum quem modum intelligitur principaliter textus, Mecum eſt: & non tantum per eſſentiam, præſentiam, potentiam (vt in omnibus) & per habitualem gratiam (vt in iuſtis,) 1.q.8.art.3.

Modis tribus pater in filio, vt Deo, eſt; & modis quinque in eo, vt homine, eſt, &c.

ET non relinquit (ait) me ſolum. Quin ſcilicet continuata, & omnino indefectibili gubernatione in omnibus, & per omnia, cuſtodiat. Sicut ergo Chriſtus per antecedentem tex. Ego ſum, à me ipſo non loquor, oſtẽderat ſe eſſe vnum cum Deo patre, ideoque impoſſibile eſſe, ſeipſum vt Deum, vllo modo contrariari patri: ita per præſentem tex. Qui me miſit, mecum eſt, & non relinquit me ſolum, oſtendit, ſe eſſe organum Deitati perſonaliter coniunctum, ideoque ſe, vt hominem, non poſſe obliquari à Deo. Seipſum ergo eſſe omnino impeccabilem ibi demonſtrauit: ſed per priores textus, ratione naturæ diuinę, & per poſteriores, ratione ſingularis coniunctionis ad diuinam naturam. Hanc vero connaturalem, & quaſi connaturaliter ſibi continue adhærentem, impeccabilitatem oſtendere Chriſtum Iudęis, neceſſarium erat: quoniam oportebat pro ſemper & obſtruere os loquentium iniqua [ſcilicet teſtimonium tuum non eſt uerum. Non eſt hic homo à Deo, qui Sabbathum non cuſtodit. In Beelzebub Principe Dęmoniorum eijcit dęmonia. Ecce homo vorax, potator vini, & amicus Publicanorum. Dęmonium habes, &c.] Et occurrere bonis, ne ad illas iniquorum linguas maledicas ſcandalizarentur in Chriſtum, peruerſi ab eis.

Chriſtum oſtendere ſe ex omni parte impeccabilẽ eſſe, fuit valde neceſſariũ.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Crux Chriſti attulit nobis, vt per veram fidem cognoſceremus, ipſum illam gubernationẽ à patre continuatam meruiſſe ab inſtanti conceptionis ſuæ in utero B. Virginis, & deinceps abſque vlla intermiſſione: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Quia quæ placita ſunt ei, facio ſemper. Illa namque dictio, Quia, oſtendit manifeſte propoſitum. Per hoc enim, quod non interpollate, ſed ſemper, facit Chriſtus voluntatem patris, ideſt per hoc, quod ſeruat plenarie eius mandata, meretur quod pater nũquam relinquat eum ſolum, ſed continue aſſiſtat ei in omnibus, & per omnia, adiutorio gratiæ ſuę. Meruiſſe (inquit concluſio) ab inſtanti conceptionis. Ratio huius eſt: quia Chriſtus in primo ſuæ conceptionis inſtanti, fuit per gratiam ſecundum proprium motum liberi arbitrij in Deũ, 1.2.q.13.artic.5. ſanctificatus, 3.de Sal.q.34.artic.1. Sanctificatio ſiquidem Chriſti debuit eſſe perfectiſſima, quoniã ſic ſanctificatus eſt, vt eſſet aliorum etiam ſanctificator, vtpote caput eorum, 3.de Sal. q.8.art.1. & ideo debuit fieri per propriũ

actum

actum ſui arbitrij: non autem ſicut aliorum puerorum, qui non ſanctificãtur per actum proprium, ſed per actum fidei parentum, vel Eccleſiæ, 3. de Sacramen. q. 68. art. 9. Nam ſanctificatio facta per proprium actum eſt perfectior, quàm facta per actum aliorum: ſicut actus eſt perfectior, quã habitus, & id, quod eſt per ſe, quam id, quod eſt per aliud. Porrò, motus liberi arbitrij gratia informatus, eſt meritorius: & ideo Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis meruit. Nec obſtat: quod tunc fuerit comprehenſor, 3. de Sal. q. 34. artic. 4. quoniam ſimul erat viator, 3. de Sal. q. 15. artic. 10. Licet enim, vt comprehenſor non meruerit, quia comprehenſorum, vt comprehenſorum, non eſt mereri: tamen, vt viator meruit, cum viatores, vt viatores, ſint in ſtatu merendi. Hinc eſt, quod ipſe non meruit gloriam animæ, ſecundum quam dicitur cõprehenſor: ſed multa alia, ſcilicet continuatam gubernationem illam, de qua in concluſione, glorioſam reſurrectionẽ corporis, aſcenſionem in cœlum, ſeſſionem ad dexteram patris, clarificationem ſui nominis per totum mundum, ſupremam, ſcilicet vt cognoſcatur, veneretur, adoretur, ꝓ vero Deo (ſicut ab æterno eſt apud patrem, Ioan. 17.) & iudiciariam poteſtatem. Et deinceps (inquit concluſio) abſq; vlla intermiſſione Non tantum enim primus actus liberi arbitrij, qui fuit ĩ primo inſtanti conceptionis Chriſti, ſed etiã quilibet motus eius vſque ad mortem, cum quilibet fuerit gratia informatus, fuit meritorius prędictę gubernationis. Id quod & textus innuit per hoc, quod poſtquam dixit, Quia quæ placita ſunt ei facio, addit; Sẽper. Ac ſi apertius dixiſſet. Ex hoc, quod abſque vlla interpollatione feci, facio, & faciã, ſemper illa, quæ placita ſunt patri, ego merui quod ipſe nunquam relinqueret me ſolum, ideſt, quod continue gubernaret me, & aſſidua cura ſeruaret, in omnibus meis actionibus tum internis tum externis, & in omnibus paſſionibus, &c. Nec contra hoc meritum obſtat, quod ipſemet Chriſtus erat Deus ſeipſũ hominem gubernans, & ſeruans, ſine vllo merito, ſed iure diuinæ perſonæ. Voluit namque Chriſtus etiam hoc modo, ſcilicet per viam meriti, habere continuã gubernationem diuinam: ita quod pluribus de cauſis, ſcilicet & iure perſonæ diuinæ, & iure meriti, habere voluit continuitatem cuſtodiæ à patre. Sicut etiam voluit intrare in gloriam reſurrectionis, aſcenſionis &c. per meritum paſſionis: licet talis gloria eſſet ſua (vt ipſe dicit, Luc. 24.) ideſt ſibi deberetur alio modo, ſcilicet iure perſonæ diuinæ, ideſt, quia erat Dei filius, & conſequenter hęres.

EX textu illo: Quæ placita ſunt ei, facio ſemper; habes primo optimam confutationem omnium maledictionum cõtra Chriſtum à Iudęis frequenter in Euangelijs obiectarum. Si enim (vt per textum hunc verum eſt) omnia, quæ facit Chriſtus, ſunt placita patri, ſequitur neceſſario, quod ſoluere Sabbathum, eo modo, ſcilicet quo ipſe faciebat, erat placitum patri, item quod dicere, ſe eſſe filium coæqualem Deo, ſicut ipſe dicebat rurſus ꝙ eijcere dęmonia eo modo, quo ipſe eijciebat, item q̃d comedere, bibere, cum Publicanis & cũ peccatoribus cõuerſari, ſicut ipſe faciebat, ſimiliter quod docere myſteria altiſſima, ſcilicet ſummæ Trinitatis Sacramenti panis cœleſtis, totamque viã ſalutis, ſecundum quod ipſe docebat, denique, quod miracula facere ſolo imperio, vel oratione media, vel alijs cæremonijs (puta, liniendo oculos luto ex ſputo facto, linguam tangendo, digitos in aures infirmorum mittendo &c.) ad inſultationemque Iudæorum frequentem nolle deſcendere de Cruce, quemadmodum ipſe fecit: quod hæc omnia, inquam, & alia quæcunque ab ipſo facta, Deo patri erãt placita, tantum abeſt, vt in his, vel horum aliquibus, faciendis, ipſe eſſet contrarius Deo (vt maledici Iudæi ſæpiſſime calumniabantur.) Secundo ex eodem textu habes, quod Deitas humanitatem, quam ſemel in vtero virginali aſſumpſit, nunquã dimiſit, nec vnquam dimittet. Nam ſine pœnitentia ſunt dona Dei Rom. 11. Hoc eſt, Deus dona ſua ſalutifera collata nobis nunquam retrahit à nobis quantum in ipſo eſt: niſi videlicet nos illorum donorum diuino influxui peccando contraueniamus. Vnde & Concilium Tridẽt. hanc ipſam veritatem affirmans ſeſſ. 6. cap. 11. art. Deus ſua gratia ſemel iuſtificatos nõ deſerit: niſi ab eis prius deſeratur.

Primo. Obſtructũ eſt vniuerſaliter et loquentiũ iniqua, &c.

Secundo.

Et

Et de perſeuerantia loquens dicit, cap. 13. In Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare & reponere omnes debent. Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum: ita perficiet, operans velle, & perficere. Hæc ibi. Quis verò neſciat, quod Deitatem vniri perſonaliter humanitati eſt donum diuinum ſuper omnia alia præcipuum? Hoc ergo donum Chriſto homini datum eſt ſine pœnitentia, ideſt ita quod nunquam tale donum auferatur ab eo niſi peccet. Dicente igitur Chriſto, Ego quæ placita ſunt ei facio ſemper (id quod præſupponit, nunquam peccare) connotatum ibi eſt, quod Deitas, quæ per illud dictum, Qui me miſit mecū eſt, innotabatur, manebit ſemper humanitati ſuæ coniuncta inſeparabiliter. Ex quo textu etiam patet conſequēter: quod ſeparatis realiter à ſe inuicē partibus humanitatis ꝑ mortē, diuinitas remanſit ſemper coniuncta partibus ipſis, ſcilicet aīæ, & corpori, 3. de Sal. q. 50. art. 2. 3. Vide Compēdij Alber. Magn. libro 4. cap. 22. ſchol. Cæterum illius, quod per modum corolarij in concluſione capituli deducebatur dicendo, non mirum igitur &c. veritas ſic manifeſta eſt, vt nulla penitus egeat probatione.

Quod ſemel aſſumpſit, nunquā dimiſit, nec dimiſit filius Dei.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD in peccatum relapſis non clauditur via pœnitentiæ, quin ſcilicet poſſint ad ſalutem aīę per pęnitentiā redire, & debeant ab Eccleſię ſacerdotibus recipi, à vinculiſque diabolorum liberari (vt in exēplo Chriſti ſuos crucifixores ad ſuiipſius cognitionem recipiētis patet, ibi: cum exaltaueritis filiū hominis tunc cognoſcetis, quia ego ſum, &c.) vide, ex ſacroſanctis Concilijs, vel ſcripturis &c. definitum eſſe, in Elucidationibus, pri. par. articulorum numero 255. & 2. 2. articulorum numero 22. 141. & 3. de Sacram. art. num. 201. & 3. de Sacramen. Addition. articulorum numero 260. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 4. concluſ. 17. & cap. 45. concl. 1. & cap. 3. conclu. 21. & Numer. 15. concl. 2. & Deuter. 30. concl. 1. Quod per crucem ſacerdotium Chriſti erat manifeſtandū hominibus, & in Cruce conſummandum, & per Crucem oſtendendum mundo vniuerſo, quod Ieſus Nazarenus crucifixus ſolus eſt à Deo ſacerdos electus, & crux Chriſti flores, & fructus erat ſemper emiſſura in toto mundo: & per conſequens, quod per hoc cōfundendi erant omnes rebellantes Chriſto, ſacerdotiūq; alteri aſcribentes: Vide, ex ſacroſanctis ſcripturis &c. in Veritatib. aureis, &c. Numer. 17. concl. 13. vbi et ꝑ multiplex examen, mirabilia, veriſſima & pulcherrima de Cruce Domini conſpicies abunde. Quod Chriſtum pati in Cruce fuit conueniens, nobiſque ſaluberrimum multipliciter: & quod hoc ipſius pati cauſauerit noſtram ſalutem per modum efficientiæ, meriti, ſatisfactionis, ſacrificij. & redemptionis: vide ex &c. Elucidationes, 3. de Sal. q. 46. art. 4. 11. & q. 48. art. 1. 2. 3. 4. 6. & q. 49. art. 1. 2. 3. 4. 5. & q. 50. artic. 6. Quod Crux Chriſti eſt adoratione latrię adoranda (contra hæreticos) prout Eccleſia Sancta Catholica & Apoſtolica & internis & externis actibus eam deuote adorat vide ex &c. Elucidationes, 3. de Sal. q. 25. art. 3. 4. Et in Miſſali &c. Romano omnia, quæ præcipiuntur dici fieri, &c. poſteaq; fiunt &c. in die Paraſceue, ideſt Veneriſſancti, circa ſummam adorationem Crucis ibi per imaginem exiſtentis.

Eccleſia Catholica adorat Crucē adoratione ſuprema, i. Latria.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. VIII.

QVI facit peccatum, ſeruus eſt peccati.] Hoc dixit Dominus ad eos, qui ſeipſos falſo dixerant, nemini ſeruiſse vnquam corporali ſeruitute. Poterat Dominus, eos conuincere de falſitate, tum quo ad eorum patres, qui & annis quadringentis ſeruierunt in Aegypto [iuxta illud ad Abraam Geneſ. 15. Scito, quod ſemen tuum ſubijcient ſeruituti, & affligent 400. annis,] & annis ſeptuaginta in Babylone [iuxta illud, Hierem. 25. Seruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis] & varijs temporibus, dum manerent in terra ſua, diuerſis

diuerſis perſonis, regibus, ſeu nationibus (vt patet in libro Iudicum, & libro 3. & 4. Reg.) tum quo ad illos ipſos, qui tunc præſentes erant (iuxta illud Matth. 17. Acceſserunt, qui didrachma accipiebant &c. item Ioan. 19. Non habemus regem, niſi Cæſarem. Vbi eos fuiſſe Romanis tributarios, & ſubiectos, monſtratur:) potera, inquam, Dominus ſic eos conuincere: ſed noluit. Et quare? Quia corporalē ſeruitutem nihil eſſe ad ſeruitutem ſpiritualem, de qua incœperat loqui, per ſuū hoc ſilentium oſtendere voluit: & quia à ſuo primo propoſito de ſpirituali ſenſu verborum illorum, veritas liberabit vos; non diuertere, ſed ipſius texturam profequi, ſapienter elegit. Dicit ergo; Qui facit peccatum, &c. Quaſi, ad illorum ſenſum de libertate audita reuelandum, aperte dicat. Vos putatis, me promittere vobis libertatem corporalem, & per conſequēs præſupponere vos eſſe ſeruos corporaliter, dum dico, veritas liberabit vos: & ego dico vobis, quod loquor tantum de ſpirituali tum ſeruitute, tum libertate, qua ſcilicet quis eſt ſeruus peccati, & qua liberatur à peccato. Vbi notandum relinquit nobis ad literam Dominus vulgatam opinionem Iudæorum de ſui liberatione à Meſſia ſibi promiſſo facienda: quod videlicet liberaturus eos eſset à ſeruitute temporali Romanorum, & quarumcunque gentium. Quia igitur ex vna parte mordicus opinioni huic, non intelligentes ſcripturarum promiſſiones antiquas de hoc factas adhærebant, & ex alia parte videbant, Ieſum Nazarenum non liberaſſe eos ab illorum ſeruitute, imò quaſi cōfirmando eam, dixiſse, Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, Matth. 22. ideo illum negarunt eſse Meſſiam ſibi in lege prò ſuiipſorum liberatione multiplicique exaltatione conferenda, promiſsum. Hanc ergo illorum opinionem, vt falſam, reprobās, & ad veram intelligentiam diuinarum promiſſionum in ſcripturis factarum ſub ſui ſermonis nunc dicti exemplo reducere volens, ſubiunxit. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Hoc eſt, in propoſito. Sicut in mei ſermonis de liberatione præmiſſi intelligentia erratis, ita in ſcripturarum vobis antiquitus datarum ſenſu uero attingendo deficitis. Cæterum, ſi uis

Seruitus corporalis quantūcū[illegible] dura[illegible] eſt [illegible] ſeruitutem pecca ti.

diffuſius cognoſcere, quod Iudæi iam amiſerūt verum intellectum in ſcripturis ſanctis, & etiam de libertate magis inſtrui: vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Exodi 33. concluſ. 8. 9. & Num. 4. concluſ. 3. Qui (inquit) facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Ex quod omne peccatū mortale eſt contra naturam, & qui quocunq; modo peccat mortaliter, agit contra naturam. Peccatum ſiquidem omne eſt contra libertatem: quam omnes creaturæ (ut patet de auibus incluſis in caueis, & etiā de inanimatis, puta aere, qui incluſus in viſceribus terræ contendit exire per terræ motus magnos) appetunt, & maxime homo, qui, cum ſit rationalis, de ſua natura eſt liber (in cuius ſignum habet naturaliter liberum arbitrium, 1. q. 83. art. 1.) & cognoſcit libertatem, ideſt quantum bonū ſit libertas. Quod vero peccatum ſit contra libertatem, patet ex eo, quod cauſat ſeruitutem: alioquin ille qui facit peccatum, nō eſset ſeruus peccati: quoniā ideo eſt ſeruus, quia facit peccatum. Non ergo peccatum ſolummodo ſeruitutem generat, ſed etiam peccator. Veruntamen magis de hoc vituperandus eſt peccator, quā peccatum: quia peccator illam ſeruitutē cauſat ſibi, id eſt peccando facit ſe de libero ſeruum, peccatum autem cauſat illam non ſibi, ſed alteri, ſcilicet peccatori. Tanto etiam magis de hoc vituperandus eſt peccator: quāto ſeruitus iſta poteſt ab eo euitari, ne ſcilicet eam incurrat, & ipſam voluntarie eligit, cum peccatum nō ſit peccatum, niſi ſit voluntarium. Nam ſic exponitur tex. Qui facit ſcilicet uolūtarie. Hic igitur textus oſtendit, quod voluntas peccatoris eſt cauſa prædictarum omnium miſeriarum. ſ. quod peccatum ſit peccatū, & conſequenter qđ peccatū cauſet ſeruitutem, & quod eam cauſet ipſi peccatori, ideſt in damnum, quod quidem multiplex eſt, ipſius peccatoris. Quis ergo magis ſtultus, & ſibimetipſi inimicus, & ſui boni eſſe deſtructiuus, quam peccator? immò quis ei in his tribus æqualis?

Omnis peccans mortaliter, facit abſque dubio contra naturam, &c.

ANNO-

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. VIII.

QVI facit peccatũ, ſeruus &c.] Hoc eſt. Qui facit peccatum, trahit ſuper ſe multiplex damnum, dum peccat. Ne crediderís autem per hoc: quod ſimul cum actu peccati eadem menſura temporis menſuretur illud multiplex dãnum à peccante, & peccato cauſatum.

Primo. Nam actus peccati tranſit, ſicut & delectatio: ſed macula, reatuſque peccati remanent in anima inſeparabiliter. Tanta enim eſt ſeruitus, qua peccator premitur ſub tyrannide peccati: vt nunquam totis viribus ſuis poſſit à ſe illud grauiſſimum ſeruitutis iugum excutere. Quamuis .n. in poteſtate hominis ſit facere, vel nõ facere peccatum: tamen poſtquam peccatum fecit, eius abijciendi à ſe, non habet poteſtatem, & hoc non quia amiſerit liberum arbitrium (cum ſit hæreſis, hoc dicere: vtpotè cõtra Concilium Trident. ſeſs. 6. cap. 1. & Canon. 5.) Sed quia ipſe non poteſt ſine gratia Dei reſurgere à peccato, nec ad gratiam illam ſe per ſeipſum abſque diuino auxilio præparare, 1. 2. q. 109. art. 6. 7. Et hæc eſt prima ſeruitus peccati.

Secundo. Secunda eſt: quod peccatum factum remanens in anima dominatur ei, trahendo ad aliud peccatum tanta efficacia, vt non poſſit homo ſubiectus peccato, niſi pœniteat ſubſiſtere diu, quin peccet mortaliter, 1. 2. q. 109. art. 8. Quandoquidẽ animus eius iam auerſus eſt à Deo, cuius gratia retinebatur, ne peccaret. Nõ tamen propter hanc eius impoſſibilitatẽ à peccati tyrannide cauſatam excuſatur peccator à nouis peccatis, quin ſcilicet ei iure imputentur: tum quia voluntarie facit ſingula hæc, quamuis non poſſit vitare omnia: tum quia voluntarie ſemetipſum poſuit in tali ſtatu tam miſeræ ſeruitutis.

Tertio. Tertia eſt: quod peccatum factum, quocunque homo vadat, & in quocunq; tempore ſit, flagellat ſemper peccatorẽ, exprobrãs ei illud, Deuter. 32. Deum, qui te genuit, dereliquiſti, & oblitus es Domini Creatoris tui. Hæccine reddis Deo, popule ſtulte, & inſipiens? & illud, Hierem. 3. Vide: quam malum, & amarum, ſit, dereliquiſse te Deum tuum. Et alia ſimilia, quæ conſcientiam vehementer torquent, & amaricant. Nulla quippe grauior pœna eſt, quam mala conſcientia. Peccatoris conſcientia ſemper in pœna eſt: quoniam proprijs agitatur ſtimulis, & ſeipſam ſibijpſi celare nõ poteſt. Quis enim hominum ſeipſum fugere poſſit? Seruitus corporalis ſaltem fugiendo, euadi poteſt: & de facto, cum nimis dura videtur, a ſeruis multis euaditur, & ſic à dominorum ſuorum graui iugo aliquam requiem habent. At ſeruitus peccati, licet verè ſit duriſſima, non poteſt per fugam vitari: quia peccatum, quod homo fecit, eſt intus. Vnde quocunque peccator fugerit, ſecum illud peccatũ trahit: quod quidem ei ſemper, etiam nolenti, aſſiſtit, & oculis eius, quamuis renuat, ſeſe importune ingerit, auribuſque ipſius nimio clamore obſtrepit, eundemque renitentem die ac nocte ſine intermiſsione fatigat, donec ad amaritudinem morte amariorem inuitum conducat. *Malũ grauiſſimum eſt mala conſcientia, &c.*

QVARTA ſeruitus peccati eſt: quod illud omnes, & eos de domo peccatoris, ſuſcitat contra eum in tortura, ideſt, facit quod oẽs de familia hominis illius fiant ei inimici, eumque torqueant. *Quarta.* Ac ſi dicatur, & vere: quod peccatum illud armat omnes domeſticos hominis illius, & familiares, aduerſus ipſum factorem ſuum. Vide: quam vecors ſit peccator. Non coactus, ſed voluntarius, facit id, quod ei intantum atrox & implacabilis inimicus eſt, vt etiam totam eius familiã prius ei, antequam peccaret, pacificam, excitet in furorem ad dilaniandum eum. De familia, & quidem intima, hominis ſunt, conſcientia, memoria, ratio, voluntas, concupiſcibilis, & iraſcibilis. Peccatum mox, vt factum eſt, contra ſuum factorem erigit cornua, & machinatur ad deſtructionem tum animæ, tum corporis (vt taceã, famæ, honoris, aliorumque bonorum externorum) illius: & propterea ſuſcitat, atque contra faciem ipſius conſtituit, eiuſdem conſcientiam in accuſatorem, memoriam in teſtem, rationem in iudicem, voluntatem in carcerem, concupiſcibilẽ in mæſtitiam, & dolorem, iraſcibilem in pœnarum ei pro ſe commiſso debitarum timoroſũ pauorem, & præ nimia ſuimet confuſione in extremam deſperationem.

Quod,

Quod, quaſi prænunciare volens, Dominus ſubintulit poſtea ad ipſos peccatores, vos ex patre diabolo eſtis. Volens, inquam, oſtendere: quod iſta ſeruitus peccati, quantum eſt de ſe, terminatur ſemper ad domum diaboli, per varia conſcientię tormenta hic pręhabita vſq; ad oĩs boni deſperationẽ, ibi hæreditatem maledictã patris ſui diaboli (nam filijs debetur hæreditas patris) abſq; vllo termino habitura.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. VIII.

AMEN, Amen, dico vobis, quia omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati: ſeruus autem non manet in domo in æternum.] Textum hũc ponderans B. Auguſt. taliter exponit. Multum commẽdat, quod ſic pronunciat. Quodammodo, ſi dici fas eſt, iuratio eius eſt. Amen, quippe Hebræum eſt, & interpretatur verum. Non tamen eſt interpretatum. Nec Gręcus hoc interpres auſus eſt facere, nec Latinus: vt honorem haberet velamento ſecreti, non vt eſſet ligatum, ſed ne vileſceret nudatum. Iam, quantum commendatum ſit, ex ipſa geminatione cognoſcite. Verum dico vobis, veritas dicit, quæ vtique etſi non diceret, verum dico, mentiri omnino non poſſet: tamen inculcat, dormientes quodamodo excitat, contemni non vult, quod dicit. Omnis (inquit) Iudæus, Græcus, diues, pauper, imperator, & mendicus, ſi facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Hæc ille, ſuper Ioan. Huic ergo ſententiæ ſecũdum Beatum Auguſtinum, præpoſuit, Amen geminatum, propter duo: vt ſcilicet excitaret dormientes, & oſtenderet, ſe velle, illud dictum non contemni, ſed valde ponderari. [A ſimili ergo vbicunque in Euangelijs ponetur, Amen, maximè ſi geminetur, dicere hocipſum debes.] Implicite igitur per appoſitionem huius nominis, Amen, ſignificatur: quod homines ad id conſiderandum ſunt communiter ſomnolenti, & quod a tam vtili conſideratione profunde, & ſerioſe facienda diſtrahunt ſemetipſos intantum, vt videantur talem conſiderationem, interpretatiue ſaltem, contemnere. Conſequenter ergo per eundem textum conſignificatur: quod ſi homo, cum ſit naturaliter auidus libertatis, illam ſententiam tam duræ ſeruitutis libertati maxime cõtrariæ pronunciatiuam conſideraret, prout decet: ipſe aut vix, aut nunquam, peccaret. Ex conſequenti ergo à textu illo cõnotatur: quod multiplicatio iniquitatum in mundo prouenit inde, quia ſcilicet homines ad huiuſmodi conſiderationẽ ſunt valde pigri, immò & quandoque totaliter ex induſtria faciunt ſe huius rei obliuioſos. Dixi, duram hanc ſeruitutem eſſe libertati hominis maxime contrariam: quoniam & ipſius ſeruitutis cauſa, ideſt, quod quis peccet, & eiuſdem ſeruitutis effectus, id eſſe uerum, demonſtrant. Cauſa quidem ipſius peccare, demonſtrat illud: quia is, qui peccat, operatur præter rationem, tanquam motus ab aliquo extraneo (puta, a paſſione concupiſcibilis, vel iraſcibilis, à prauis ſocietatibus, à diabolo, ab ignorantia, vel malitia propria) ad conſentiendum operari taliter: id quod eſt ſerui, non autem liberi. Nam ſeruus, vt ſeruus, mouetur ab alio, ideſt ad arbitrium patroni ſui: vnde non proprie agit ſed agitur: liber vero, vt liber, mouetur à ſeipſo. i. ad arbitrium proprium, non alterius. Quia igitur homo ſecundũ ſe eſt rationalis, tunc vere dicitur moueri à ſeipſo, quando operatur ſecũdum rationem. Conſequenter ergo ſolus ille eſt vere liber, qui viuit ſecundum rationem: & ille ſolus eſt vere ſeruus, qui viuit extra rationem. Viuere autem extra rationem eſt peccare: ſicut è contrario, viuere ſecundum rationem eſt non peccare, ſed facere, ſecundum quod recta ratio dictat. Porrò quid magis dictat ratio recta, quam recedere ab omni peccato, & ſeruire Deo, ideſt cuſtodire mandata eius? Hinc eſt: quod non recedentem à peccato Dominus in textu vocat ſeruum; prout ſeruus contra veram libertatem diſtinguitur (vt patet ex anteriori contextu:) manentem autem in ſermone ſuo, ideſt cuſtodientem mandata ſua, vocat vere liberum. Licet enim ſeruans mandata Dei ſit ſeruus eius (ut patet frequenter in Pſalmis, & Epiſtolis Apoſtolorum) tamen talis ſeruus cum vere libero, ſicut & talis ſeruitus cum vera libertate, conuertitur, immò eſt idem (ut patet

Amen, q̃d importet ore Domini.

Primo.

Digitized by Google

Seruus Dei, & verè liber, ſeruitus Dei, & vera libertas, cõuertuntur, & ſunt idẽ.

tet ex hoc, quod Apoſtolus, poſtquã millies ſe Chriſti ſeruum dixit, vocat ſe liberum, 1. Cor. 9. Non ſum liber? & Gal. 4. Non ſumus ancillæ filij, ſed liberę, qua libertate Chriſtus nos liberauit, & ſecundo Cor. 3. Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas.) Seruum ergo peccati, cum diſtinguatur contra ſeruum Dei, eſſe vere liberum, impoſſibile eſt omninò: quantumcunque falſo nomine libertatis, cum & ipſe falſus ſit, ideſt proprio iudicio ſubuerſus, ad Tit. capit. primo, glorietur. Id quod & Beatus Gregorius docet. 3. Moral. dicens. Quiſquis ſe prauo deſiderio ſubijcit, iniquitatis Domino libera mentis colla ſupponit. Et vigeſimotertio Moral. Quanto aliqui liberius peragunt peruerſa, quæ volunt: tanto eius ſeruitio obnoxius obligantur. Hæc ibi. Item Beatus Auguſtinus. Prima libertas eſt carere criminibus, ſed inchoata eſt, non perfecta. Libertas autem plena, atque perfecta eſt, quando inimica deſtruetur mors. Noli ergo libertate (ideſt libero arbitrio) abuti ad libere peccandum: ſed vtere ad non peccandum. Erit enim voluntas tua libera, ſi fuerit pia: eris liber, ſi fueris ſeruus iuſtitię. Hæc illę, ſuper Ioan. Ergo, teſte ipſo Gregorio, quanto magis quis peccat, tanto plus perdit de libertate ſua: & teſte ipſo Auguſtino, quanto magis quis elongatur à peccato, & ſeruit Deo, tanto magis libertatem acquirit. Vnde illi, qui in patria exiſtentes nullo modo peccare poſſunt, & perfecte ſeruiunt Deo, dicuntur veraciter habitare in multitudine pacis, ſecundum illud, Iſai. trigeſimoſecundo. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta, & capitulo quadrageſimooctauo. Sicut flumen pax tua. & Baruch capitulo quinto. Nominabitur tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum, Pax iuſtitiæ, & honor pietatis. De libertate, quæ ad textus huius Euangelici veram intelligentiam faciet, vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Numer. quarto, Concluſ. 3.

ANNOTATIO QVARTA. Cap. VIII.

Secundo.

NON tantum autem cauſa ſeruitutis illius, ideſt peccatũ, demonſtrat, ipſam ſeruitutem eſſe maxime contrariam libertati humanæ (vt declaratum eſt:) ſed etiam eiuſdem ſeruitutis effectus (ut dicebatur, & nũc declarabitur) commonſtrat idipſũ. Quis eſt illius ſeruitutis effectus? Quòd talis ſeruus, vt ſeruus, nõ poteſt in æternum. i. nec in vita, nec in morte, nec poſt mortem, manere in domo, ſecundũ contextum ſpecialiter de ipſo dicentem: ſeruus autem non manet in domo, in ęternum. Quę eſt illa domus? Conſcientia hominis. Teſtatur hoc S. Bernardus, dũ tractatum compoſuit prætitulatum, de interiori domo. Vnde inquit ibi, in prologo. Sicut corpus noſtrum dicitur tabernaculum, in quo militamus: ſic conſcientia noſtra vocatur domus, in qua poſt militiam requieſcimus. Hæc ille. Non poſſe ergo manere in conſcientia. i. cum gaudio requieſcere in illa (ſm quod de cõtrario docetur. Sap. 8. Intrans in domum meã conquieſcam cum illa, & 2. Cor. 1. Gloria noſtra hęc eſt, teſtimoniũ conſcientię noſtræ) eſt effectus ſeruitutis peccati Id qđ & atteſtatur illud, Iſa. 48. Nõ eſt pax impijs, dicit Dñs, & illud eiuſd. 57. Cor impij, quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Et quomodo cũ gaudio poſſit peccator manere in ſua interiori domo ibiq; verã inuenire pacẽ, cum in ipſam ſentiat, ſi aduertit, à peccato comportata eſſe mala plurima, quæ ruinã ex omni parte minantur? Ibi enim habet, & ſi attendat, reperit ſuum intellectum à peccato obſcuratũ in cognitione veritatis, affectum tepidum factũ in operatione boni, animam gratuitis donis ſpoliatam, & maculis ſuper carbones denigratam, ad infernaleſq; pœnas obligatã, cor ad inſtar lapidis induratũ, & ad bonum quaſi inſenſibile factũ. Ibi, ſi aſpiciat, videt ſeipſum propter peccatum eſſe grandi ſtultitia repletum: quoniam peccando ſibimetipſi onus ad ſe deprimendum impoſuit, ligna ſuper dorſum ſuum cremanda collegit, eique ſeruiuit, qui ꝓ ſeruitio eũ torquebit, & bona, ſi qua faciet quantũ ad vitæ æternæ meritum infructuoſa red

Peccator nõ manet in domo, & hoc, in æternum, ideſt in vita, morte poſt mortem.

didit, ſeque in foueam præcipitauit, vnde per ſe conatu ſuo quocunque nunquam exire poſſit.

IBI vlterius conſpicit: ꝙ ſeruitus iſta peccati non tñ cauſat illos peſſimos effectus in vita, ſed ēt alios in morte, & poſt mortem. Quod.ſ.in morte peccator ipſe grauabitur vehemēter: qñ tunc viſibiliũ, quæ dilexit, priuabitur ſolatio.i.diuitijs, cibo, potu, lumine, requie, amicis, & (qđ amarius eſt) proprio corpore, quod mox à vermibus, &c. ſub terra fætidiſſima exponetur corrodendum, ac deuorandum, quod poſt multum temporis erit animę ſuæ in extremum malum vtriuſq; reuniēdum. Quando etiam in morte conturbabitur vehementiſſime: cum audiet, atque videbit dæmoniorum, ad inſtar Leonum, rugientium impetuoſum concurſum ad ſuiipſius animam inter anguſtias rapiendam, ac æternis ſupplicijs crudeliſſime à ſeipſis ſubijciendam. Quod.ſ.poſt mortē, ligatis manibus & pedibus.i.remota omni facultate bene operandi, ſimulque ab inferni cruciatibus, vel ad pauxillum momentum, euadendi, mittetur in tenebras exteriores, Matth.22. Quod ibi inter alia tormenta vermis eius.i.remorſus conſciētiæ de peccatis factis, non morietur, Iſai. 66. Sed pudenda ſua ad ineffabilem confuſionem, ac perpetuam reuelabuntur in facie ſua, Naum.3. quod à Deo, ſanctis ipſius, omnibuſque bonis ſeparabitur ſemper, & horrendiſſimæ uiſionis diabolorũ ſocietati erit cũ cæteris damnatis in ſempiternum addictus, Matth.25. Quod omnis ſpes miſericordiæ inde, ne vnquã ibi compareat, tolletur, iuxta illud, Prouerb. 11. Mortuo homine impio, nulla erit vltra ſpes.

Ex prædictis ergo ſeruitutis peccati effectibus patet: quod in textu hoc nomē, ſeruus, ſumitur anthonomaſice, immò plus quam. Nullus enim quantuncunque vilis ſeruus, poteſt tractari (etiam ſi fingēdi detur licentia) tam miſere, tam indefeſſe, tam crudeliter, à patrono ſuo: ſicut peccator tractatur a peccato ſuo. Nihil ergo miſeriarum eſt in quibuſcunque alijs ſeruitutibus comparatiue ad miſerias in ſeruitute peccati repertas. Propterea Dñs ad ſpiritualem ſeruitutem intentus (vt ſit prædictũ eſt) de ſeruitute corporali, quaſi eam non videns, loqui reſpondendo noluit: licet ad hoc ab ipſis dicentibus, nemini ſeruiuimus vnquam, prouocaretur.

ANNOTATIO QVINTA, Cap. VIII.

DESIDERIA patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate nõ ſtetit.] Volens Dominus oſtēdere, in quo ſenſu verificetur præmiſſum ſuum dictum, vos ex patre diabolo eſtis, & conſequenter hæreſim Manichæi à ſe præuiſam damnare, ſignificāter vſus eſt hoc noīe, deſideria, in textu prænotato. Ac ſi, probando qđ de filiatione eorũ tunc præmiſerat, aperte diceret. Vos eſſe ex patre diabolo dixi: quia illius deſideria imitamini. Ita ꝙ non eſtis eius filij natura, quia.ſ. creauerit naturã veſtram (vt mea hęc verba exponet hæretice Manichæus, credens, oīa viſibilia eſſe creata à diabolo) nec quia deſcendatis ab eo per naturalem originem (quo vos modo eſtis filij Abrahæ:) ſed eius filij eſtis imitatione. Qualia .n. deſideria diabolus habuit, talia vos habere vultis, & de facto habetis. Vide pulchrũ ordinem locutionis Domini, ꝙ.ſ. in contextibus ſuis, ēt ꝙ aliqui alio ſermonē ſuũ diſtorqueāt, manet ſemper (vt prudens ſapientia exigit) in eodē propoſito. Senſum.n. hunc de filiatione ex operũ patris imitatione menſuranda inceperat tunc aperire, qñ Iudæis dixit, ſi filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite, quē ēt ſenſũ ꝓſecutus fuerat ibi, ſi Deus pater veſter eſſet, diligeretis vtiq; me: & conſequenter, iuxta ordinatiſſimã verborũ ſuorũ texturã, eũdē ſenſum hic retinet (vt iam probauimus) dicens, vos ex patre diabolo eſtis. Relinquit ergo nobis Dñs ex his firmiter concludendũ: ꝙ ipſe aliorum ēt hoīum quoruncunque filiationem magis æſtimat ex moribus, q̄ ex carnali propagatione, & ceremonijs Eccl. Carnalem propagationē iſtorum, qua erāt filij Abrahæ, & externas ceremonias, quibus Deũ colentes hi ſe illum habere patrem gloriabantur, paruipendit in cõparatione ad filiationē morũ. Vnde ēt conſequēter habes: quod non ideo pro veris Dei filijs exiſtimandi ſunt, qui multis exterioribus ceremonijs (puta, Pſalmis, campanis, templo-

Semper cõſtat ſibi Chriſtus.

Qui æſtimentur ꝓ veris ſeruis ſui à Chriſto.

templorum apparatibus, organis, inclinationibus) ipſum Deum colunt, ſi bonitas moralium operum, quæ in mandatorum omnium illius obſeruatione conſiſtit, eis deſit. [Simile quid patet, Matth. 15. Hic populus labijs &c.]

CÆTERVM, qualia fuerint diaboli deſideria, quæ illi imitantur, Dñs aperit dicens: Ille homicida erat ab initio: & i veritate nõ ſtetit. Hoc eſt. Duo fuerũt ipſius deſideria executioni mãdata; unũ .ſ. homicidij, aliud mendacij, ſeu falſitatis. Primum executus eſt ab initio creationis hominis, quoniam inuidia ſtimulãte; 1.q.63.art.2. non potuit, ad faciendũ homicidium expectare deſcendentes homines à primo creato .ſ. Adam, ſed ipſum aggreſſus eſt, & occidit. Secũdum poſt creationis ſuæ inſtans primum, 1.q.63.artic.5. ex ſuperbia motus effecit, 1.q.63.ar.2. Peccauit ergo prius per ſuperbiam, quã per inuidiam: & prius in veritate non ſtetit, quam homicida fuerit. Ex hoc autẽ, quod textus diabolũ vocat homicidam, habeẽ: ꝙ ſcandalizans proximũ.i. inducens quocũque modo illum ad peccatum, licet gladio materiali aut alio inſtrumento eũ corporaliter non occidat, dicitur uere homicida, & peior homicida, quam ſit ille, qui corpus occidit, quanto anima, quæ ꝑ peccatũ occiditur, eſt melior, quam corpus. Non.n. diabolus accinctus gladio, ſed ad peccatum per inobedientiæ ſuaſionẽ inducendo, homicidiũ perpetrauit. Ex hoc etiam, ꝙ textus diabolum non ſtetiſſe .i. non perſeueraſſe in ueritate dicit, innuitur tanquam ibi ex dictamine rationis inclusum, ꝙ diabolus aliquando in veritate fuit, (contra hæreſim Trinitariorũ) & cõſequenter ꝙ non eſt ſecundũ ſuam naturam malus (cõtra hæreſim Manichæorũ.) Nam hic, cum præcedẽs contextus à principio & deinceps .ſ. cognoſcetis veritatẽ, & veritas liberauit vos &c. fuerit de ſupernaturalibus, eſt principaliter ille ſequens ſermo de veritate fidei ſupernaturalis, quæ & dr̃ fides reuelata, fideſque catholica. Textus igitur hic ſignificat, ꝙ angelus ille, qui nunc vocatur diabolus, & conſequenter à fortiori quod oĩs Angelus in cœleſti patria exiſtens, fuit in principio ſuę creationis à Deo illuminatus veritate fidei ſupernaturalis: qua poſſet mediante gratia, in qua oẽs creati ſunt, 1.q. 62.art.3. mereri, & accipere, beatitudinẽ æternam. Veruntamen aliquos illorum .i. diabolos, non perſeueraſſe in illa formatæ fidei veritate connotat: alios au ẽ per oppoſitum perſeueraſſe in veritate ipſa, & propterea beatos in cœleſti patria factos, 1.q.62.artic.4.5. Et quare diabolus in veritate illa, in qua erat non ſtetit? Quia non eſt (inquit textus) veritas in eo .i. quia non eſt in eo amor veritatis. Vera ergo & propria ratio non perſeuerandi in veritate fidei reuelatæ fuit negatio amoris ad veritatẽ. Vbi aũt cõſiſtit eius amor? In voluntate, 1.q.60.art.2. Ergo tanti valet dicere, in veritate non ſtetit, quia nõ eſt veritas in eo: ac ſi diceretur, in ueritate non ſtetit, quia in ea ſtare noluit. Ruinã ergo diaboli, & à veritate fidei diſceſſionẽ, pro ceſſiſſe ex uoluntate illius propria: ſignificauit Chriſtus dicendo: Quia non eſt ueritas in eo. De nullo igitur, niſi de ſemetipſo, diabolum poſſe iure conqueri, conſtat ex Euangelico textu: ſi ad beatitudinem, quo illa fides viua ſibi gratis à Deo infuſa tendebat, non peruenit, & ſi propter ſuperbiam ſuam donum Dei hoc iã magnum non appreciantem, ſed contemnentem, ac à ſe voluntarie proijcientem, eſt in æternum damnatus.

Hæreſes damnantur.

Diabolus ex ſuperba voluntatis deliberata ſuo merito dãnatus eſt.

ANNOTATIO SEXTA, Cap. VIII.

QVIA non eſt ueritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax eſt, & pater eius.] Expectabatur, quod iuxta correſpõdentiam contextus in præterito dicentis, in veritate non ſtetit, ſubiũgeretur in præterito, Quia non fuit veritas in eo: & tamen in præſenti ſubiunctum eſt, Quia non eſt ueritas in eo. Quare ergo textus non dicit, fuit, ſed, eſt? Quia ſi dictum eſſet, fuit, uerum quidem ſignificaretur, ſed non conſignificaretur perſeuerantia: dicendo autem, Eſt, connotatur utrunque, ſcilicet quod tunc, qñ in ueritate non ſtetit, non fuit (ut pater) ueritas in eo, & qđ adhuc in ipſo perſeuerat hoc idẽ. Ac ſi illa duo implicite ſignificata per tex. quia non eſt ueritas in eo, ſic explicarentur: Quia non amauit ueritatem, nec etiam

nunc ipſam amat. Vbi notatur obſtinatio diaboli in hoc ſito peccato poſt tot temporum curricula, & conſequenter inflexibilitas voluntatis eius ab eodem peccato, 1. q. 64. artic. 2. ac ſi dictum fuiſſet in tex. Quia non fuit, neque eſt, neque erit vnquam veritas in eo. Quoniam autem de veritate fidei eſſe hic principaliter ſermonem, ſupra probatum eſt: ideo per hūc textus ſententiam, veritas in eo non eſt, ſignificatur, quod diabolus inter omnes veritates, quas ipſe non amat, id eſt odit (ſic enim intelligitur textus, vtpote loquens ꝑ figurā, quæ dicēdo minus, ſignificat plus) magis odit veritatem fidei catholicę. Cōſequenter ergo per eundem textum connotatur: q̄d diabolus, præ omnibus alijs quomodocunque factis ab eo impugnationibus contra aliam quancunque veritatem, magis maiorique conatu ac ſubtilioribus & pluribus vijs impugnat veritatem catholicæ fidei. Non mirum igitur, ſecundum hunc Euangelij textum: quod diabolus tot, tantaſque tum per ſe, tū per alios, excitauerit, excitet, excitaturuſque ſit, perſecutiones & apertas (vt tyrannorum) & doloſas (vt hæreticorū) & mixtas (vt cæterorū infidelium, ac hypocritarū, Matth. 7. Qui veniūt in veſtimentis ouiū, intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces) contra fidem catholicam, eiuſdemque profeſſores. Veruntamen quia in his oībus, ſicut & in alijs ex propria officina prolatis, mendacium diabolus loquitur (vt inquit textus:) ideo in omni, totoque conatu ſuo prædicto fruſtrabitur, &, tāquam inania meditatus, confuſioni patebit. Idem enim eſt, textum, poſtquam prædixerat diabolum oſorem & perſecutorem veritatis fidei, ſubinferre de eo, quod loquitur mendacium: ac ſi de ipſo apertè ſubintuliſſet illud, Matth. 16. Non prævalebit aduerſus eam. Scriptum eſt enim, Pſal. 5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Porrò contra præmiſſum tex. Non eſt veritas in eo, non obſtat illud, Iacob. 2. Dæmones credunt: quoniam illa fidei veritas, quæ eſt in eis, non eſt gratuitum donum Dei, in quo ſenſu intelligebatur tex. Non eſt veritas in eo. Fides ſiquidem illa diabolorum neque informis, neque formata eſt, ſecunda ſecundæ, quæſtio. 5. artic. 2. & quæſt. 6. artic. 2. ſed ſolum coacta ex effectibus uiſis, intellectuſque eorum naturali perſpicacitate, proueniens.

Auidiſſime ſuper omnia pſequitur diabolus fidē catholicam, &c.

CVM LOQVITVR (inquit) mendacium: ex proprijs loquitur. Hoc, tanquam de ſolo diabolo, intelligendum protulit Chriſtus. Licet enim de homine etiam verificetur, quod eſt mendax, iuxta illud, Pſal. 115. Omnis homo mendax, & conſequenter de ipſo, quando loquitur veritatem (ſicut & de diabolo, cum dicit ueritatem naturalem, puta, cum intelligit ſemetipſum, vel alia uera. 1. quæſtio. 56. artic. primo, ſecundo, & quæſtio. 57. artic. 1.) uerificetur, quod non loquitur ex proprijs, ſed ex Deo eum ad ſic loquēdum mouente: non tamen de homine uerificatur, quod, cum loquitur mēdacium, loquatur ex proprijs. Nam hominem eſſe, quantum eſt de ſe, mendacē, infert quidem, ipſum, quādo loquitur ex proprijs, loqui mendaciū: ſed non infert, ꝙ quando loquitur mendacium, loquatur ex proprijs. In diabolo aūt eſſe mendacem infert utrunque. ſ. quod & q̄n loquitur ex ꝓprijs, loquitur mendacium, & quando loquitur mendacium, loquitur ex proprijs. Vnde eſt hæc inter eos, cum ſint ambo de ſe mendaces, differentia? Inde: quia non homo, ſed diabolus, fuit primus inuentor mendacij. Primum enim mendacium, in ſcriptura ſacra narratum, Geneſ. 3. fuit à diabolo ſub forma ſerpentis dicente mulieri primę: nequaquam moriemini [Ecce unū:] &, Scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, eritis ſicut Dij. [Ecce ſecundū.] Quæ duo fuiſſe mēdacia, & quidem pernicioſiſſima, utpote contra ueritatem Dei, animæque noſtræ ſpiritualem, & corporis corporalem uitam ab eo dicta, manifeſtiſſimus rei probauit euentus.

Homo, quandocū que loquitur ex proprijs, dicit mēdaciū. Pſal. 115.

QVOD autem ſic intelligatur textus. ſ. q̄d loqui mēdaciū ſit ex proprijs loqui, quando loquens eſt primus inuentor mendacij, patet ex Domini probatione mox ſubſequente: Quia mēdax eſt, & pater eius. Hoc ſiquidem exponens Beatus Auguſtinus inquit: In his uerbis quidam diabolum putauerunt habere patrem, & quæſierunt, quis eſſet diaboli pater. Hic eſt error Manichæorum. Dominus autem diabolum dixit patrem mendacij: quia non aliunde accepit

Digitized by Google

pit mendacium: quo mendacio, tãquam veneno, ſerpens hominem occideret. Non enim omnis, qui mentitur, pater mendacij ſui eſt. Si enim ab alio accepiſti mendacium, & dixiſti: tu quidem mentitus es, ſed pater mendacij non es. Diabolus vero eſt pater mendacij: ſicut Deus eſt pr̃ veritatis. Hæc ille ſup Ioan.

ANNOTATIO SEPTIMA.
Cap. VIII.

EGO autem ſi veritatem dico, non creditis mihi.] Dixerat Dominus, ꝙ Iudæi illi erant per imitationem filij diaboli (ſic enim intelligi debere tex. Vos ex patre diabolo eſtis, probatum eſt, Anno. quinta,) ſed nondum concluſionem iſtã probauerat ad plenum. Oportebat enim quod ante totalem huius probationem præmitteret proprietates diaboli: vt deinde oſtenderet, quod illas iſti imitabantur, id quod erat probare concluſionem ipſam, vos ex patre diabolo eſtis. Ideo optimo ordine (ſicut ſemper, pro exigentia rerum tractatarum) proceſſit Dominus poſt concluſionem illam ponens immediate proprietates patris illorum dicẽdo; Ille homicida erat ab initio. [Ecce vna,] In veritate non ſtetit. [Ecce alia.] Reliquum igitur erat, vt illas duas proprietates applicaret Iudæis: per hoc vtique demonſtrans intentum illud primũ, ſcilicet quod ſunt imitatione filij diaboli. Hoc autem facit dicens: Ego ſi veritatem dico, non creditis mihi. Ac ſi applicando eis vnam illarum proprietatum dicat. In veritate diabolus non ſtetit, ideſt à veritate fidei diuinitus ſibi infuſæ diſceſſit, amplius credere nolens: & vos imitamini illum in hac proprietate, quia veritatem, quam ego vobis dico, nõ creditis, nec credere vultis. Nec obſtat his præmiſſus in principio ille contex. Dicebat ad eos, qui crediderant ei Iudæos. Nam poteſt aliquis ſecundum aliquam cõſiderationem credere, & ſecundum aliam non credere: vt ſi quis credat, quod Chriſtus ſit ſub Pilato crucifixus, nõ autem credat, quod natus ſit de Spirituſancto ex Maria virgine. Credit ille, & non credit. Sic igitur hi credebant Chriſto, ſecundum ꝙ erat ſignorum factor, non attribuendo .ſ. ea virtuti diabolicæ, ſed diuinæ (ſic intelligitur cõ-

Ordinatiſſime ſemp loquitur Chriſtus.

textus ille adductus:) & non credebant Chriſto, ſecundum ꝙ myſteria fidei alta p̃dicabat, nolẽtes .ſ. his, quæ ab eo dicebã tur aſſentire (ſic intelligitur textus præſens.) Vel poteſt, & forſan melius in propoſito, dici: ꝙ iſti Iudæi crediderunt primo, ſed poſtea in incępta credulitate nõ perſeuerauerunt. Vel dicendum, iuxta B. Chryſoſtomum ſic exponentem. Crediderunt quidã, ſed non, vt oportebat: ſed ſimpliciter, quaſi lætantes, & requieſcentes in verborum humilitate. Et hoc oſtendit Euãgeliſta in ſubſequẽtibus ſermonibus, in q̃bus narrat̃, qđ rurſus ei iniuriabant̃. Hæc ille. Credebant ergo Chriſto humilia .ſ. paſſionem, de ſe dicenti: ſed non altiorem doctrinam. Ait ergo. Si, ideſt quia ego veritatem fidei ſupernaturalis dico, vos non creditis mihi. Hoc eſt. In hoc, ꝙ inimici eſtis veritatis fidei prædicatæ vobis per me, oſtenditis voſmetipſos habere diaboli proprietatẽ illã, qua in veritate non ſtetit, & cõſequenter vos eſſe filios eius. Et vere cõprobatur exinde, ꝙ veritas eſt inimica .i. odibilis, alicui: quãdo ille ideo non credit, ſeu non aſſẽtit alteri, quia dicit veritatẽ. Hoc aũt ex iſta cauſa .i. ex odio veritatis ſibi à Chriſto prædicatæ, faciebant Iudæi: in cuius ſignũ eſt, ꝙ non mouebãtur ad diſcredẽdũ ei ex defectu eius, cũ eſſet vitę irreprehenſibilis, ẽt ſecundum ipſos, ſi rectã rõnẽ in iudicãdo fuiſſent ſecuti. Id quod oſtendit Dñs per ſubſequentem tex. Quis ex vobis arguet me de peccato? Quaſi dicat: Nullus arguere rationabiliter poteſt.

ALTERAM proprietatẽ diaboli .ſ. homicidiũ, applicatã his fuiſſe Iudæis, dñs p̃ſupponit nũc: & merito. Nã iã fuerat applicata: qñ, ſuperius ſic exigente de Abrahã tęxtura ſermonis, dixit; Quæritis me interficere. Connectendo igitur illud Iudæorũ deſideriũ cũ iſta diaboli ꝓprietate, ille homicida erat, relinquitur probatũ à Chriſto fuiſſe: ꝙ iſti, attenta ẽt homicidij proprietate, q̃ imitabantur, erãt ex p̃re diabolo. Vbi quoq; notato ex textu illo ſuperiori, ꝙ non tm̃ imitabantur diabolũ in hac eius ꝓprietate, ſed ẽt i cauſa, ſeu in motiuo, & cõſequẽter, ꝙ nõ tm̃ eos filios, ſed ẽ pfectos filios eſſe diaboli demõſtrauit Xp̃s. Pot. q̃ .n. ſupra dixerat; Quęritis me iterficere, ſub ſigillati cãm,

vnde ad homicidium mouebantur, dicens: Quia ſermo meus non capit in vobis. Ac ſi apertius dixiſſet: Quæritis me interficere, non propter iuſtam intentionem, quam in veſtri excuſationem prætenditis, ideſt propter aliquod meum peccatum, ſed propter hoc, quod ſermo meus non habet locum in vobis, ideſt propter malignitatem veſtram. Ex eo nanque, quod ſermo Chriſti non habebat locum in animis Iudæorum (non enim habet locū in corde paſſionibus ſubiecto, ideſt agitato: cum in pace ſit locus eius, Pſal. 75. Et ſimul exortæ ſpinæ ſuffocent illum, Luc. 8.) Procedebat, quod ipſi remanebant in malignitate propria: ex qua deinde mouebantur ad dicendum, Chriſtum eſſe blaſphemum, Sabbathi violatorem, dæmoniacum, &c. Et tandem ad occidendum eum. Ex tali quoque radice, ſeu cauſa, ideſt ex malignitate propria pater eorum diabolus antea fuerat motus ad occidendum hominem. Quid enim peccati, cum eſſet adhuc in ſtatu innocentiæ, fecerat Adam, propter quod mereretur occidi ab eo? Aut quid nocumenti diabolo intulerat: propter quod vindicandum ipſe ad occiſionem Adæ inſurgeret? Nihil prorſus. Ex ſola igitur malignitate & patrem illum, & filios iſtos ad homicidium proceſſiſſe, ſcriptura vetus teſtatur, ac Euangelica.

CÆTERVM, Quia de hæreſibus duabus Manichæorum, & vna Trinitariorum ſupra in Annot. quinta, facta eſt mentio: ideo, vt eas plenius condemnare poſſis, videas loca nunc citanda. Contra Manichæos, cum quibus ſunt & Patriciani, dicentes, creationem vniuerſæ carnis eſſe opificium malorum angelorum, vide Elucidationes, pri. par. articulorum numero 234. 333. 456. Item cōtra Manichæos, quibus iunguntur Priſcilliani, dicentes, diabolum ex natura ſua eſſe malum, vide Elucidationes, primę partis, articulorum numero 323. 324. Contra Trinitarios dicentes, quod diabolus nunquam habuit, vnde ſtare poſſet: vide Elucidationes pri. par articulorum numero tricenteſimo uigeſimo quarto.

ANNOTATIO OCTAVA, Cap. VIII.

NONNE bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Ego dæmonium non habeo] Nota frequentiam iſtarum contumeliarum duarum à Iudæis Chriſto illatarum in tex. Nonne bene dicimus? Ac ſi dicant. Aliàs quidem hæc duo de te diximus: ſed nunc agnoſcimus, quod ſic dicendo diximus bene, nunc approbamus illa dicta noſtra. Chriſtum autem vocant Samaritanum, non genere, ſed more duplici. Primo, quia Samaritani erant contrarij Iudæis, vtpote eorum terram poſſidentes (vt habetur ex 4. Reg. 18.) Et eis multipliciter ab antiquo tempore infeſti (vt patet, 1. Eſd. 4. & 2. Eſd. 4.) Secundo, quia Samaritani partim ſeruabāt legem Dei, partim non (vt dictum eſt ſupra cap. 4.) Quia igitur Iudæi videbant mores Chriſti atque doctrinā contrarias ſuijpſorum moribus, & appetitui, quia etiam videbant eum quandoque ſeruare legem ad literam, quandoque non: ideo ipſum, licet Iudæum natione, ſolebant per contumeliam, & irriſionem, vocare Samaritanum. Ex odio enim aduerſus illum excæcati prædictam morum Chriſti eiuſq; doctrinæ contrarietatem ad ſemetipſos nō videbant, ſeu potius videre nolebant, eſſe laudabilem, ſeque eſſe culpabiles: nec irreprehenſibilitatem Chriſti in omittendo ſeruationem literæ legis, quo ad Sabbathum, vel alia quædam, eadem obcæcatione detenti, percipiebant: immò totum contrarium in vtroque caſu de Chriſto ſibijpſis videbatur, quoniā intus exiſtens (vt dicitur, 1. Eth, ſic.) prohibet extraneum.

Mala affectio ad aliū cauſat peruerſum iudiciū de bonis illius, &c.

ITEM, illum dicunt habere dæmonium, ex eodem furore deuicti: quamuis etiam propter quædam Chriſti opera à ſeipſis in peruerſum ſenſum diſtracta, cum tamen ſecundum rei veritatem diuinitatis eius eſſent efficacia ſigna. Videbāt enim, illum facere miraculoſa opera, experiebantur quoque eū cognoſcere certo cogitationes cordiū, & vtrūq; horū fieri ab ipſo credebant non virtute diuina, ſed dęmoniaca: cum tamen diabolus ſecundum rei veritatem nec miracula facere,

Digitized by Google

Ex cõſuetudine hominum rudium, non ſolũ ex odio contra Chriſtum vocant eũ dæmoniacum, &c.

cere, nec cogitationes cordium certo cognoſcere poſſit, 1. q. 110. art. 4. & q. 57 artic. 4. Audiebant etiam, illum prædicare altiſſima, & ſuiptorum, qui ſe pro maximis magiſtris tenebant in Iſrael, capacitatem excedentia, ac ſibiipſis viſa inconuenientia (puta, quod eſſet filius Dei, coęqualis ei in potentia, & conſubſtantialis, quod deſcendiſſet de cœlo, panis viuus, ꝙ daturus eſſet verè carnem ſuam ad manducandum, ſanguinemque ad bibendum, & alia multa, de quibus ideo mirantes præ incredulitate contra ipſum contendebant, vel ſcandalizabantur, vt paſſim in Euangelijs patet:) & ideo eũ eſſe tunc arreptitium. i. raptu quodã linguæ ſuæ a diabolo motę proferre ſibimetipſi incognita, tanquam inſanum credebant. Conſuetudo. n. ru ſtum (quales reuera illi in talibus erant; vltra quod inuidia cæca pleni) eſt: ꝙ cum ſuam capacitatem excedentia audiunt, reputant loquentem uel familiare dæmoniũ habere, inſtinctu cuius talia loquatur, vel inſanire, &c.

DOMINVS ERGO non quidẽ reddens maledictum (cum n. malediceretur, non maledicebat. 1. Petr. 2.) ſed iniuriam ſibi illatam, pro zelo veritatis, & ſalutis animarum, modeſtiſſimè repellens, Iudęis illis reſpondit; Ego dęmonium nõ habeo. Vbi nota, ꝙ hoc verbũ, Ego, dicit diſcretionẽ. Ac ſi dixerit. Adeo ego à dęmonij cõſortio quocunq; ẽt minimo, ſum totaliter alienus, ut nullus hominũ mihi in hoc adęquetur. Qđ q. dẽ veriſſimũ eſſe de Chriſto homine, non tm̃ vt Deus eſt, patet ex elongatione à peccato: quoniam hoc ſolo aliquis poteſt cum diabolo conſortiũ aliquod habere. Nã Chriſtus homo de Spirituſancto cõceptus eſt ſolus. 3. de Sal. q. 32 art. 2. ideoq; nec actu, nec potentia vlla (qđ nulli hominũ conceſsũ eſt) contraxit peccatum originale. 1. 2. q. 81. art. 4. Item, nullum peccatum actuale, nec ẽt venialiſſimum, & (ſi reperibile ſit) minus venialiſſimo, in tota vita ſua habuit, iuxta illud Io. 10. Venit princeps mũdi huius, & in me non hẽt quicquam, & 3. de Sal. q. 15. art 1. 2. Dixi, reſpondiſſe ad illam iniuriam Dñm. pro zelo veritatis, & ſalutis animarum, quoniam id patet ex conditione illius iniuriæ, & implicitẽ ex contextu. Conditio. n. huius iniuriæ, Dęmoniũ habes, erat directè tendẽs & in contumeliã diuinã, & in extremum dãnũ ſalutis animarũ noſtrarũ. Patet nãque prudenter conſiderãti: ꝙ huiuſmodi iniuria pręedicatori bono illata, tollit, quãtum eſt de ſe, fidẽ credentium ipſi prædicatori, tollit veritatem doctrinę prædicatoris illius, necnon cõſequenter maxime iniuriatur Deo, qui eſt donator fidei, Ephes. 2 authorque doctrinę prædicatæ, Mar. 16 & maximè nocet ſaluti animarũ audientium illum prædicatorem (vt patet.) Per hanc ergo contumeliam dęmonium habes, volebat diabolus per hos Iudęos ſuos miniſtros eneruare totam prædicationem Chriſti, totam fidem eorum qui & iam crediderant, & poſt uſque ad ſęculi conſummationẽ credituri erant in Chriſtũ, ideoq; conſequenter volebat & infamare Chriſtum ſimul cũ Deo patre, qui eum ad ſic operandũ, docendumque miſerat, & trahere oẽs homines ad infernum in perpetuam damnationem, vtpotẽ pro certo ſciens, ꝙ nõ eſt in aliquo alio ſalus, niſi in nomine Chriſti Dñi noſtri, Act 4 Ex contextu quoque patet implicite illud quod ſupra dicebamus. Quid habetur in contextu? Quòd ijdem Iudæi cõtumelioſe dixerunt Chriſto, Samaritanus es. Quare non repulit hanc aliam iniuriam? Quia ꝙ eſſet, vel non eſſet Samaritanus, nec tollebat, quantum in ſe eſt, veritatem doctrinæ Chriſti, nec fidẽ credentiũ Chriſto, nec magnum damnum afferebat ſaluti animarum. Quòd. n. quis bonus prædicator ſit Italus, Hiſpanus, vel alterius nationis, parum immo nihil, derogat bonę doctrinæ prædicatoris, bonæ fidei credentium ipſi, bonæ animarũ ſaluti: vt rectè ratiocinanti patet. Item, nec derogat his bonis eſſentialiter, quod prædicator ſit alias parum affectus, vel inimicus quibuſdam auditorũ, vel quod ſeruet partim ſolummodo ſuam legem (ſicut intelligebant Iudæi iniuriam illã, Samaritanus es:) dũmodo prædicator ipſe ſit bonus, id eſt in prædicando bene ſe habeat [quod ſemper & vbique faciebat Chriſtus.]

Solũ peccatoq; diabolo conſociatur.

Quanta iniuria fuerit importata illa dęmo habes.

ANNOTATIO NONA, Cap. VIII.

SED honorifico patrem meum. Ego non quęro gloriam meam: eſt, qui quærat, & iudicet. Amen, Amen, dico vobis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.] Per has tres ſententias demonſtrat ſingillatim Dominus, ſe non habere dæmonium (adeo erat, vt diximus, neceſſarium excludere hoc. Propter quam neceſſitatem & multis rationibus efficaciter excluſit, ſe in virtute Beelzebub, quod ei obijciebatur, Matth. 12. Mar. 3. Luc. 11. eijcere dæmonia:) & ideo in textu anteponitur primæ ſententiæ coniunctio aduerſatiua, Sed, dicēdo, Sed honorifico, quæ cōiunctio poſſit ſubintelligi in reliquis duabus. Quaſi ergo aduerſarijs reſpondens, & à fortiori excludens illatam iniuriam, dicat. Tantum abeſt, quod habeam dæmonium: vt faciam opera directe contraria dęmonio .i. vt honorificem ſemper patrem meum, & nunquam quæram gloriam meam, & ſermo meus ſuos obſeruatores liberet à morte æterna. Porro, qđ opera hæc mea ſint directe contraria diabolo, & conſequenter commonſtrent me nullum commertium habere cum illo, ſed eſſe ei ſemper contrarium, patet omnibus manifeſte recta ratione vtentibus: quoniam notiſſimum cuique eſt, quod diabolus, quantum eſt de ſe, & nunquam honorificat Deum, & ſemper quærit gloriam propriam, & ſermonum ſuorum obſeruatores trahit in infernum ad mortem æternam. Pro quorum notitia ſciendum eſt: quod fideliſſimus Eccleſiæ catholicæ Doctor, eiuſdemque veritatis propugnator, cuius doctrinam Dominus noſter crucifixus per ſeipſum approbare dignatus eſt (vt Papa Pius Quintus, in Bulla, à ſacro Cardinalium collegio ſubſcripta teſtatur) aſſerit, & efficaciter probat, in prima quæſtione ſexageſimatertia, articulo tertio, quod diabolus abſque omni dubio appetijt eſſe vt Deus. Quod & breuiter, ſic declarat. In perſona diaboli dicitur, Iſaiæ decimoquarto. Aſcendam in cœlum, & ero ſimilis altiſſimo. Appetere autem eſſe, vt Deus, per ſimilitudinem, contingit dupliciter. Vno modo, quantum ad id: in quo aliquid natum eſt Deo aſſimilari. Et ſic, ſi aliquis quantum ad hoc appetat eſſe Deo ſimilis, non peccat: dummodo ſimilitudinem Dei appetat ordine debito adipiſci, vt ſcilicet eam à Deo habeat. Si quis autem appeteret ſecundum iuſtitiam eſſe ſimilis Deo, quaſi propria virtute, & non ex virtute Dei, peccaret. Alio modo poteſt aliquis appetere ſimilis eſſe Deo, quantum ad hoc, in quo non eſt natus aſſimilari. Sicut ſi quis appeteret, creare cœlum & terram, quod eſt proprium Dei: in quo appetitu eſſet peccatum. Et hoc modo diabolus appetijt eſſe, vt Deus: non vt ei aſſimilaretur quantum ad hoc, quod eſt, nulli ſubeſſe ſimpliciter, quia ſic ſuum non eſſe appeteret, cum nulla creatura eſſe poſſit, niſi per hoc, quod ſub Deo eſſe participat. Sed in hoc appetijt eſſe ſimilis Deo, quia appetijt, vt finem vltimum beatitudinis id, ad quod virtute ſuę naturæ poterat peruenire: auertens ſuum appetitum à beatitudine ſupernaturali, quæ eſt ex gratia Dei. Vel ſi appetijt, vt finem vltimum, illam Dei beatitudinem, voluit, hanc habere per virtutem ſuæ naturæ, non ex diuino auxilio ſecundum Dei diſpoſitionem. Et hæc duo in idem quodammodo redeunt: quia, ſecundum vtrunque, appetijt, habere finalem beatitudinem per ſuam virtutem, quod eſt proprium Dei. Hæc ibi. Ex quibus patet: quod, & quomodo, diabolus fuit, eſt, & ſemper erit, ſuperbiſſimus, quoniam ſuum liberum arbitrium poſt electionem eſt immutabile, prima quæſtione ſexageſimaquarta, articulo ſecundo. De hac illius ſuperbia, inuidiæ etiam diuinæ gloriæ coniuncta, vide mira ex Beatæ Brigidæ reuelationibus in Compendio Alberti Magni libro ſecundo, capite vigeſimooctauo, ſcholijs. Ex ſuperbia igitur illa maxima, & inuidia, Diaboli contra Deum, fit: vt ipſe totis viribus ſuis ſemper quærat & deſtructionem honoris diuini, & conſtructionem honoris proprij: tantum abeſt, vt aliquando vel honorificet Deum, vel nō quærat gloriam propriam. Item implacabiliter ſuperbus in ſummo, pariterque

Pelagianorū eſt, appetere aſſimilari Deo ſecūdum iuſtitiam, id eſt virtute ꝓpria.

Vide Pelagianā ſuperbiā in diabolo figuratam, ibi Vel ſi appetijt, &c.

Digitized by Google

terque inuidus contra creatorem hominum, & homines creatos, prima quæſtione ſexageſimatertia, articulo ſecundo, quid ſermonum ſuorum, ideſt tentationum, ſeu ſuggeſtionum obſeruatoribus dare vellet in præmium tali inimicitiæ antiquatæ congruum: niſi mortis ęternę perpetuos cruciatus?

QVONIAM igitur per textum allegatum confutat illam contumeliam, Dęmonium habes: ideo oportet, ad ſenſus taliter iniuriantium correſpondentia quadam conuincendos, exponere ſic illum; Honorifico.ſ. miraculorũ operationibus, cogitationum cognitione, doctrinę meæ prædicationibus, patrem meum. Omnia ſiquidem hæc faciebat Chriſtus in nomine patris ſui, Ioan. 10. in cuius nomine etiam venerat, Ioan. 5. cuius & voluntatem, non propriam, facturus in omnibus, de cœlo deſcenderat, Ioan 6. En, quam ordinatiſſima, ſimulque efficaciſſima, aduerſariorum, in ſenſibus eorum contumelioſis, confutatio. Veruntamen, licet ſufficiant hæc ad illos, dicamus adhuc vnum verbum de doctrina eius. Honorifico (inquit) ratione doctrinæ patrē meum. Oportet ergo Chriſti doctrinam omnem eſſe veriſſimam, atque ſanctiſſimam. Alioquin doctrina ſua ipſe per ſingularem excellentiā præ omnibus alijs, (ſic quippe intelligendus eſt textus) non honorificaret patrem, qui & verus, Ioan. 3. & ſanctus eſt, Leuit. 19. 20. & hoc, qđ ſcilicet veriſſima, & ſanctiſſima ſit, patet recta ratione, ſemotis ignorantiæ perfidiæque tenebris, conſideranti. Nam ſi aliquis homo nulla, niſi naturali lege imbutus videret documenta Chriſti; ipſe naturalis rationis dictamine ductus iudicaret doctrinam ipſam eſſe veram in ſe, mundam, & honeſtam, in comparatione autem ad cæteras qualcunque humanitus inuentas, eſſe veriſſimam, ab errore quolibet mundiſſimam, in moribus dirigendis honeſtiſſimam. [Simile quid habes ſupra cap. 7. ſi quis voluerit, voluntatem eius facere, cognoſce, &c. Ideo vide ibi.]

De qualitate doctrinę Chriſti.

ANNOTATIO DECIMA
Cap. VIII.

EGO non quæro gloriā meam.] Scilicet, ab honore, & gloria, patris deuiantem. Nam, cum filij & patris gloria ſit eadem, conſequens eſt, quod filius dum quærebat gloriam patris (quod faciebat in omnibus operibus ſuis) quæreret etiam ſuimet gloriam. Verum textus intelligitur: ſecundũ quod expoſitus eſt. Aliter quoque, & magis ad intentionem eorum, quibus tunc loquebatur, accipitur iſtorum verborum ſenſus. ſ. Ego non quæro, in dictis aut factis meis, gloriam mundanam, & honorē: vt vos putatis. [Simile dictum habes ſupra cap. 5. Ego ab hominibus claritatem non accipio. Vide ergo ibi.] Quod qdem ex manifeſtis apud ipſos probat, ſubdens: Eſt, qui quærat, & iudicet. Ac ſi aperte dicat. Date mihi inter vos vnũ quempiā, qui quærat in ſuis dictis vel factis, gloriam, ſeu honorē mundanum, & talis ex apud ſeipſum expertis iudicabit pro certo, ꝙ ego nō quæro gloriā mundanā. Quā efficaciſſima vero ſit iſta probatio patet conſideranti, ꝙ Chriſtus via incedebat totaliter contraria, ſcilicet in paupertate, humilitate, abiectione ſui, & contemptu mundi, viuendo, id qđ gloriā quærentes humanā, vt peſtē, manifeſte ad ſenſum refugiunt. Ergo & hac demonſtratione clara repulit Dñs ſupradictā ab eis iniuriā; Dęmoniũ habes.

SI QVIS ſermonem (inquit) meũ ſeruauerit: mortem non videbit in ęternum. Vide, quam modeſte exprimat, Dominus veritatē, actualiter conturbatis. Poterat, & vere, apertioribus verbis dicere; ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, vitam æternam habebit, ſeu viuet in æternum: ſed quaſi eis compatiendo, ne. ſ. in maiorem furorem de ſuipſius excellentia ſic audita accenderentur, vtitur tali modeſta locutione. Sicut enim quandoque eorum furori perſonaliter cędebat, de Iudęa recedendo in Galilęam, ſiue alio modo, ut uel ſic aliqualiter mitigarentur, uel ſaltē nè magis à nimia inuidia excęcarentur: ita etiam quandoque (iuxta ſapientiæ ſuæ ordinatiſſimam diſpoſitionē furijs eorũ conſulebat in ſeipſum, qualis, & quātus eēt manifeſtādo,

Quod

actum ſui arbitrij: non autem ſicut aliorum puerorum, qui non ſanctificãtur per actum proprium, ſed per actum fidei parentum, vel Eccleſiæ, 3. de Sacramen. q. 68. art. 9. Nam ſanctificatio facta per proprium actum eſt perfectior, quam facta per actum aliorum: ſicut actus eſt perfectior, quã habitus, & id, quod eſt per ſe, quam id, quod eſt per aliud. Porrò, motus liberi arbitrij gratia informatus, eſt meritorius: & ideo Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis meruit. Nec obſtat: quod tunc fuerit comprehenſor, 3. de Sal. q. 34. artic. 4. quoniam ſimul erat viator, 3. de Sal. q. 15. artic. 10. Licet enim, vt comprehenſor non meruerit, quia comprehenſorum, vt comprehenſorum, non eſt mereri: tamen, vt viator meruit, cum viatores, vt viatores, ſint in ſtatu merendi. Hinc eſt, quod ipſe non meruit gloriam animæ, ſecundum quam dicitur cõprehenſor: ſed multa alia, ſcilicet continuatam gubernationem illam, de qua in concluſione, glorioſam reſurrectionẽ corporis, aſcenſionem in cœlum, ſeſſionem ad dexteram patris, clarificationem ſui nominis per totum mundum, ſupremam, ſcilicet vt cognoſcatur, veneretur, adoretur, ꝓ vero Deo (ſicut ab æterno eſt apud patrem, Ioan. 17.) & iudiciariam poteſtatem. Et deinceps (inquit concluſio) abſq; vlla intermiſſione Non tantum enim primus actus liberi arbitrij, qui fuit ĩ primo inſtanti conceptionis Chriſti, ſed etiã quilibet motus eius vſque ad mortem, cum quilibet fuerit gratia informatus, fuit meritorius prędictę gubernationis. Id quod & textus innuit per hoc, quod poſtquam dixit, Quia quæ placita ſunt ei facio, addit; Sẽper. Ac ſi apertius dixiſſet. Ex hoc, quod abſque vlla interpollatione feci, facio, & faciã, ſemper illa, quæ placita ſunt patri, ego mereor quod ipſe nunquam relinqueret me ſolum, ideſt, quod continue gubernaret me, & aſſidua cura ſeruaret, in omnibus meis actionibus tum internis tum externis, & in omnibus paſſionibus, &c. Nec contra hoc meritum obſtat, quod ipſemet Chriſtus erat Deus ſeipſu hominem gubernans, & ſeruans, ſine vllo merito, ſed iure diuinæ perſonæ. Voluit namque Chriſtus etiam hoc modo, ſcilicet per viam meriti, habere continuã gubernationem diuinam: ita quod pluribus de cauſis, ſcilicet & iure perſonæ diuinæ, & iure meriti, habere voluit continuitatem cuſtodiæ à patre. Sicut etiam voluit intrare in gloriam reſurrectionis, aſcenſionis &c. per meritum paſſionis: licet talis gloria eſſet ſua (vt ipſe dicit, Luc. 24.) ideſt ſibi deberetur alio modo, ſcilicet iure perſonæ diuinæ, ideſt, quia erat Dei filius, & conſequenter hęres.

Primo. Obſtructũ eſt vniuerſaliter os loquentiũ iniqua, &c.

EX textu illo: Quæ placita ſunt ei, facio ſemper; habes primo optimam confutationem omnium maledictionum cõtra Chriſtum à Iudęis frequenter in Euangelijs obiectarum. Si enim (vt per textum hunc verum eſt) omnia, quæ facit Chriſtus, ſunt placita patri, ſequitur neceſſario, quod ſoluere Sabbathum, eo modo, ſcilicet quo ipſe faciebat, erat placitum, patri, item quod dicere, ſe eſſe filium coæqualem Deo, ſicut ipſe dicebat rurſus ꝙ eijcere dęmonia eo modo, quo ipſe eijciebat, item qđ comedere, bibere, cum Publicanis, & cũ peccatoribus cõuerſari, ſicut ipſe faciebat, ſimiliter quod docere myſteria altiſſima, ſcilicet ſummæ Trinitatis Sacramenti panis cœleſtis, totamque viã ſalutis, ſecundum quod ipſe docebat, denique, quod miracula facere ſolo imperio, vel oratione media, vel alijs cæremonijs (puta, liniendo oculos luto ex ſputo facto, linguam tangendo, digitos in aures infirmorum mittendo &c.) ad inſultationemque Iudæorum frequentem nolle deſcendere de Cruce, quemadmodum ipſe fecit: quod hæc omnia, inquam, & alia quæcunque ab ipſo facta, Deo patri erãt placita, tantum abeſt, vt in his, vel horum aliquibus, faciendis, ipſe eſſet contrarius Deo (vt maledici Iudæi ſæpiſſime calumniabantur.) Secundo ex eodem textu habes, quod Deitas humanitatem, quam ſemel in vtero virginali aſſumpſit, nunquã dimiſit, nec vnquam dimittet. Nam ſine pœnitentia ſunt dona Dei Rom. 11. Hoc eſt, Deus dona ſua ſalutifera collata nobis nunquam retrahit à nobis quantum in ipſo eſt: niſi videlicet nos illorum donorum diuino influxui peccando contrauenıamus Vnde & Concilium Tridẽt. hanc ipſam veritatem affirmans ſeſſ. 6. cap. 11. art. Deus ſua gratia ſemel iuſtificatos nõ deſerit: niſi ab eis prius deſeratur.

Secundo.

Et

Digitized by Google

Et de perſeuerantia loquens dicit, capi 13. In Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare & reponere omnes debent. Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum: ita perficiet, operans velle, & perficere. Hæc ibi. Quis verò neſciat, quod Deitatem vniri perſonaliter humanitati eſt donum diuinum ſuper omnia alia præcipuum? Hoc ergo donum Chriſto homini datum eſt ſine pœnitentia, ideſt ita quod nunquam tale donum auferatur ab eo niſi peccet. Dicente igitur Chriſto, Ego quæ placita ſunt ei facio ſemper (id quod præſupponit, nunquam peccare) connotatum ibi eſt, quod Deitas, quæ per illud dictum, Qui me miſit mecũ eſt, importabatur, manebit ſemper humanitati ſuæ coniuncta inſeparabiliter. Ex quo textu etiam patet conſequẽter: quod ſeparatis realiter à ſe inuicẽ partibus humanitatis ꝑ mortẽ, diuinitas remanſit ſemper coniuncta partibus ipſis, ſcilicet aīæ, & corpori, 3. de Sal. q. 50. art. 2. 3. Vide Compẽdij Alber. Magn. libro 4. cap. 22. ſchol. Cæterum illius, quod per modum corolarij in concluſione capituli deducebatur dicendo, non mirum igitur &c. veritas ſic manifeſta eſt, vt nullà penitus egeat probatione.

Quod ſemel aſſumpſit, nunq̃ dimiſit, nec dimittet filius Dei.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD in peccatum relapſis non clauditur via pœnitentiæ, quin ſcilicet poſſint ad ſalutem aīę per pęnitentiā redire, & debeant ab Eccleſię ſacerdotibus recipi, à vinculiſque diabolorum liberari (vt in exẽplo Chriſti ſuos crucifixores ad ſuiĵpſius cognitionem recipiẽtis patet, ibi: cum exaltaueritis filiũ hominis tunc cognoſcetis, quia ego ſum, &c.) vide, ex ſacroſanctis Concilijs, vel ſcripturis &c. definitum eſſe, in Elucidationibus, pri. par. articulorum numero 255. & 2. 2. articulorum numero 22. 141. & 3. de Sacram. art. num. 201. & 3. de Sacramen. Additio. articulorum numero 260. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 4. concluſ. 17. & cap. 45. concl. 1. & cap. 3. conclu. 21. & Numer. 15. concl. 2. & Deuter. 30. concl. 1. Quod per crucem ſacerdotium Chriſti erat manifeſtandũ hominibus, & in Cruce conſummandum, & per Crucem oſtendendum mundo vniuerſo, quod Ieſus Nazarenus crucifixus ſolus eſt à Deo ſacerdos electus, & crux Chriſti flores, & fructus erat ſemper emiſſura in toto mundo: & per conſequens, quod per hoc cõfundendi erant omnes rebellantes Chriſto, ſacerdotiũq; alteri aſcribentes: Vide, ex ſacroſanctis ſcripturis &c. in Veritatib. aureis, &c. Numer. 17. concl. 13. vbi ẽt ꝑ multiplex examen, mirabilia, veriſſima & pulcherrima de Cruce Domini conſpicies abunde. Quod Chriſtum pati in Cruce fuit conueniens, nobiſque ſaluberrimum multipliciter: & quod hoc ipſius pati cauſauerit noſtram ſalutem per modum efficientiæ, meriti, ſatisfactionis, ſacrificij. & redemptionis: vide ex &c. Elucidationes, 3. de Sal. q. 46. art. 4. 11. & q. 48. art. 1. 2. 3. 4. 6. & q. 49. art. 1. 2. 3. 4. 5. & q. 50. artic. 6. Quod Crux Chriſti eſt adoratione latrię adoranda (contra hæreticos) prout Eccleſia Sancta Catholica & Apoſtolica & internis & externis actibus eam deuote adorat vide ex &c. Elucidationes, 3. de Sal. q. 25. art. 3. 4. Et in Miſſali &c. Romano omnia, quæ præcipiuntur dici fieri, &c. poſſeaq; fiunt &c. in die Paraſceue, ideſt Veneriſſancti, circa ſummam adorationem Crucis ibi per imaginem exiſtentis.

Eccleſia Catholica adorat Crucẽ adoratione ſuprema, i. Latria.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. VIII.

QVI facit peccatum, ſeruus eſt peccati.] Hoc dixit Dominus ad eos, qui ſeipſos falſo dixerant, nemini ſeruiſſe vnquam corporali ſeruitute. Poterat Dominus, eos conuincere de falſitate, tum quo ad eorum patres, qui & annis quadringentis ſeruierunt in Aegypto iuxta illud ad Abraam Geneſ. 15. Scito, quod ſemen tuum ſubijcient ſeruituti, & affligent 400. annis,] & annis ſeptuaginta in Babylone iuxta illud, Hierem. 25. Seruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis] & varijs temporibus, dum manerent in terra ſua, diuerſis

diuerſis perſonis, regibus, ſeu nationibus [vt patet in libro Iudicum, & libro 3. & 4. Reg.] tum quo ad illos ipſos, qui tunc præſentes erant [iuxta illud Matth. 17. Acceſſerunt, qui didrachma accipiebant &c. item Ioan. 19. Non habemus regem, niſi Cæſarem. Vbi eos fuiſſe Romanis tributarios, & ſubiectos, monſtratur.] poterat, inquam, Dominus ſic eos conuincere: ſed noluit. Et quare? Quia corporalē ſeruitutem nihil eſſe ad ſeruitutem ſpiritualem, de qua incœperat loqui, per ſuū hoc ſilentium oſtendere voluit: & quia à ſuo primo propoſito de ſpirituali ſenſu verborum illorum, veritas liberabit vos, non diuertere, ſed ipſius texturam proſequi, ſapienter elegit. Dicit ergo; Qui facit peccatum, &c. Quaſi, ad illorum ſenſum de libertate audita reuelandum, aperte dicat. Vos putatis, me promittere vobis libertatem corporalem, & per conſequēs præſupponere vos eſſe ſeruos corporaliter, dum dico, veritas liberabit vos: & ego dico vobis, quod loquor tantum de ſpirituali tum ſeruitute, tum libertate, qua ſcilicet quis eſt ſeruus peccati, & qua liberatur à peccato. Vbi notandum relinquit nobis ad literam Dominus vulgatam opinionem Iudæorum de ſui liberatione à Meſſia ſibi promiſſo facienda: quod videlicet liberaturus eos eſſet à ſeruitute temporali Romanorum, & quarumcunque gentium. Quia igitur ex vna parte mordicus opinioni huic, non intelligentes ſcripturarum promiſſiones antiquas de hoc factas adhærebant, & ex alia parte videbant, Ieſum Nazarenum non liberaſſe eos ab illorum ſeruitute, imò quaſi cōfirmando eam, dixiſſe, Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, Matth. 22. ideo illum negarunt eſſe Meſſiam ſibi in lege pro ſuiipſorum liberatione multiplicique exaltatione conferenda, promiſſum. Hanc ergo illorum opinionem, vt falſam, reprobans, & ad veram intelligentiam diuinarum promiſſionum in ſcripturis factarum ſub ſui ſermonis nunc dicti exemplo reducere volens, ſubiunxit. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Hoc eſt, in propoſito. Sicut in mei ſermonis de liberatione præmiſſi intelligentia erratis, ita in ſcripturarum vobis antiquitus datarum ſenſu vero attingendo deficitis. Cæterum, ſi uis diffuſius cognoſcere, quod Iudæi iam tamē ſerūt verum intellectum in ſcripturis ſanctis, & etiam de libertate magis inſtruit: vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Exodi 33. concluſ. 8. 9. & Num. 4. concluſ. 3. Qui (inquit) facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Ex quod omne peccatū mortale eſt contra naturam, & qui quocunq; modo peccat mortaliter, agit contra naturam. Peccatum ſiquidem omne eſt contra libertatem: quam omnes creaturæ (ut patet de auibus incluſis in caueis, & etiā de inanimatis, puta aere, qui incluſus in viſceribus terræ contendit exire per terræ motus magnos) appetunt, & maxime homo, qui, cum ſit rationalis, de ſua natura eſt liber (in cuius ſignum habet naturaliter liberum arbitrium, 1. q. 83. art. 1.) & cognoſcit libertatem, ideſt quantum bonū ſit libertas. Quod vero peccatum ſit contra libertatem, patet ex eo, quod cauſat ſeruitutem: alioquin ille qui facit peccatum, nō eſſet ſeruus peccati: quoniā ideo eſt ſeruus, quia facit peccatum. Non ergo peccatum ſolummodo ſeruitutem generat, ſed etiam peccator. Veruntamen magis de hoc vituperandus eſt peccator, quā peccatum: quia peccator illam ſeruitutē cauſat ſibi, idest peccando facit ſe de libero ſeruum, peccatum autem cauſat illam non ſibi, ſed alteri, ſcilicet peccatori. Tanto etiam magis de hoc vituperandus eſt peccator: quāto ſeruitus iſta poteſt ab eo euitari, ne ſcilicet eam incurrat, & ipſam voluntarie eligit, cum peccatum nō ſit peccatum, niſi ſit voluntarium. Nam ſic exponitur tex. Qui facit ſcilicet uolūtarie. Hic igitur textus oſtendit, quod voluntas peccatoris eſt cauſa prædictarum omnium miſeriarum. ſ. quod peccatum ſit peccatū, & conſequenter qd peccatū cauſet ſeruitutem, & quod eam cauſet ipſi peccatori; idest in damnum, quod quidem multiplex eſt, ipſius peccatoris. Quis ergo magis ſtultus, & ſibimetipſi inimicus, & ſui boni eſſe deſtructiuus, quam peccator? immò quis ei in his tribus æqualis?

Seruitus corporalis quantūcūque dura nihil eſt ad ſeruitutem peccati.

Omnis peccans mortaliter, facit abſque dubio contra naturam, &c.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. VIII.

QVI facit peccatũ, ſeruus &c.] Hoc eſt. Qui facit peccatum, trahit ſuper ſe multiplex damnum, dum peccat. Ne credideris autem per hoc: ꝙ ſimul cum actu peccati eadem menſura temporis menſuretur illud multiplex dãnum à peccante, & peccato cauſatum. *Primo.* Nam actus peccati tranſit, ſicut & delectatio: ſed macula, reatuſque peccati remanent in anima inſeparabiliter. Tanta enim eſt ſeruitus, qua peccator premitur ſub tyrannide peccati: vt nunquam totis viribus ſuis poſſit à ſe illud grauiſſimum ſeruitutis iugum excutere. Quamuis .n. in poteſtate hominis ſit facere, vel nõ facere peccatum: tamen poſtquam peccatum fecit, eius abijciendi à ſe, non habet poteſtatem, & hoc non quia amiſerit liberum arbitrium (cum ſit hæreſis, hoc dicere: vtpotè cõtra Concilium Trident. ſeſſ. 6. cap. 1. & Canon. 5.) Sed quia ipſe non poteſt ſine gratia Dei reſurgere à peccato, nec ad gratiam illam ſe per ſeipſum abſque diuino auxilio præparare, 1. 2. q. 109. art. 6. 7. Et hæc eſt prima ſeruitus peccati. *Secundo.* Secunda eſt: quod peccatum factum remanens in anima dominatur ei, trahendo ad aliud peccatum tanta efficacia, vt non poſſit homo ſubiectus peccato, niſi pœniteat ſubſiſtere diu, quin peccet mortaliter, 1. 2. q. 109. art. 8. Quandoquidẽ animus eius iam auerſus eſt à Deo, cuius gratia retinebatur, ne peccaret. Nõ tamen propter hanc eius impoſſibilitatẽ à peccati tyrannide cauſatam excuſatur peccator à nouis peccatis, quin ſcilicet ei iure imputentur: tum quia voluntarie facit ſingula hæc, quamuis non poſſit uitare omnia: tum quia voluntarie ſemetipſum poſuit in tali ſtatu tam miſeræ ſeruitutis. *Tertio.* Tertia eſt: quod peccatum factum, quocunque homo vadat, & in quocunq; tempore ſit, flagellat ſemper peccatorẽ, exprobrãs ei illud, Deuter. 32. Deum, qui te genuit, dereliquiſti, & oblitus es Domini Creatoris tui. Hæccine reddis Deo, popule ſtulte, & inſipiens? & illud, Hierem. 3. Vide: quam malum, & amarum, ſit, dereliquiſſe te Deum tuum. Et alia ſimilia, quæ conſcientiam vehementer torquent, & amaricant. Nulla quippe grauior pœna eſt, quam mala conſcientia. *Malũ grauiſſimum eſt mala conſcientia, &c.* Peccatoris conſcientia ſemper in pœna eſt: quoniam proprijs agitatur ſtimulis, & ſeipſam ſibijpſi celare nõ poteſt. Quis enim hominum ſeipſum fugere poſſit? Seruitus corporalis ſaltem fugiendo, euadi poteſt: & de facto, cum nimis dura videtur, à ſeruis multis euaditur, & ſic à dominorum ſuorum graui iugo aliquam requiem habent. At ſeruitus peccati, licet verè ſit duriſſima, non poteſt per fugam vitari: quia peccatum, quod homo fecit, eſt intus. Vnde quocunque peccator fugerit, ſecum illud peccatũ trahit: quod quidem ei ſemper, etiam nolenti, aſſiſtit, & oculis eius, quamuis renuat, ſeſe importune ingerit, auribuſque ipſius nimio clamore obſtrepit, eundemque renitentem die ac nocte ſine intermiſſione fatigat, donec ad amaritudinem morte amariorem inuitum conducat.

Quarta. QVARTA ſeruitus peccati eſt: ꝙ illud omnes, & eos de domo peccatoris, ſuſcitat contra eum in tortura, id eſt, facit quod oẽs de familia hominis illius fiant ei inimici, eumque torqueant. Ac ſi dicatur, & vere: quod peccatum illud armat omnes domeſticos hominis illius, & familiares, aduerſus ipſum factorem ſuum. Vide: quam vecors ſit peccator. Non coactus, ſed voluntarius, facit id, quod ei in tantum atrox & implacabilis inimicus eſt, vt etiam totam eius familiã prius ei, antequam peccaret, pacificam, excitet in furorem ad dilaniandum eum. De familia, & quidem intima, hominis ſunt, conſcientia, memoria, ratio, voluntas, concupiſcibilis, & iraſcibilis. Peccatum mox, vt factum eſt, contra ſuum factorem erigit cornua, & machinatur ad deſtructionem tum animæ, tum corporis (vt taceã, famæ, honoris, aliorumque bonorum externorum) illius: & propterea ſuſcitat, atque contra faciem ipſius conſtituit, eiuſdem conſcientiam in accuſatorem, memoriam in teſtem, rationem in iudicem, voluntatem in carcerem, concupiſcibilẽ in mæſtitiam, & dolorem, iraſcibilem in pœnarum ei pro ſe commiſſo debitarum timoroſũ pauorem, & præ nimia ſuimet confuſione in extremam deſperationem.

Quod,

diuerſis perſonis, regibus, ſeu nationibus (vt patet in libro Iudicum, & libro 3. & 4. Reg.) tum quo ad illos ipſos, qui tunc præſentes erant (iuxta illud Matth. 17. Acceſſerunt, qui didrachma accipiebant &c. item Ioan. 19. Non habemus regem, niſi Cæſarem. Vbi eos fuiſſe Romanis tributarios, & ſubiectos, monſtratur:) poterat, inquam, Dominus ſic eos conuincere: ſed noluit. Et quare? Quia corporalē ſeruitutem nihil eſſe ad ſeruitutem ſpiritualem, de qua incœperat loqui, per ſuū hoc ſilentium oſtendere voluit: & quia à ſuo primo propoſito de ſpirituali ſenſu verborum illorum, veritas liberabit vos; non diuertere, ſed ipſius texturam proſequi, ſapienter elegit. Dicit ergo; Qui facit peccatum, &c. Quaſi, ad illorum ſenſum de libertate audita reuelandum, aperte dicat. Vos putatis, me promittere vobis libertatem corporalem, & per conſequēs præſupponere vos eſſe ſeruos corporaliter, dum dico, veritas liberabit vos: & ego dico vobis, quod loquor tantum de ſpirituali tum ſeruitute, tum libertate, qua ſcilicet quis eſt ſeruus peccati, & qua libera tur à peccato. Vbi notandum relinquit nobis ad literam Dominus vulgatam opinionem Iudæorum de ſui liberatione à Meſſia ſibi promiſſo facienda: quod videlicet liberaturus eos eſſet à ſeruitute temporali Romanorum, & quarumcunque gentium. Quia igitur ex vna parte mordicus opinioni huic, non intelligentes ſcripturarum promiſſiones antiquas de hoc factas adhærebant, & ex alia parte videbant, Ieſum Nazarenum non liberaſ ſe eos ab illorum ſeruitute, imò quaſi cōfirmando eam, dixiſſe, Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, Matth 22. ideo illum negarunt eſſe Meſſiam ſibi in lege pro ſuiipſorum liberatione multiplicique exaltatione conferenda, promiſsum. Hanc ergo illorum opinionem, vt falſam, reprobās, & ad veram intelligentiam diuinarum promiſſionum in ſcripturis factarum ſub ſui ſermonis nunc dicti exemplo reducere volens, ſubiunxit. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Hoc eſt, in propoſito. Sicut in mei ſermonis de liberatione præmiſſi intelligentia erratis, ita in ſcripturarum vobis antiquitus datarum ſenſu uero attingendo deficitis. Cæterum, ſi uis

Seruitus corporalis quantūcūque dura nihil eſt ad ſeruitutem peccati.

diffuſius cognoſcere, quod Iudęi iam tunc ferūt verum intellectum in ſcripturis ſanctis, & etiam de libertate magis inſtrui: vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Exodi 33. concluſ. 8. 9. & Num. 4. concluſ. 3. Qui (inquit) facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Et quod omne peccatū mortale eſt contra naturam, & qui quocunq; modo peccat mortaliter; agit contra naturam. Peccatum ſiquidem omne eſt contra libertatem: quam omnes creaturæ (ut patet de auibus incluſis in caueis, & etiā de inanimatis, puta aere, qui incluſus in viſceribus terræ contendit exire per terręmotus magnos) appetunt, & maxime homo, qui, cum ſit rationalis, de ſua natura eſt liber (in cuius ſignum habet naturaliter liberum arbitrium, 1. q. 83. art. 1.) & cognoſcit libertatem, id eſt quantum bonū ſit libertas. Quod vero peccatum ſit contra libertatem, patet ex eo, quod cauſat ſeruitutem: alioquin ille qui facit peccatum, nō eſſet ſeruus peccati: quoniā ideo eſt ſeruus, quia facit peccatum. Non ergo peccatum ſolummodo ſeruitutem generat, ſed etiam peccator. Veruntamen magis de hoc vituperandus eſt peccator, quā peccatum: quia peccator illam ſeruitutē cauſat ſibi, id eſt peccando facit ſe de libero ſeruum, peccatum autem cauſat illam non ſibi, ſed alteri, ſcilicet peccatori. Tanto etiam magis de hoc vituperandus eſt peccator: quāto ſeruitus iſta poteſt ab eo euitari, ne ſcilicet eam incurrat, & ipſam voluntarie eligit, cum peccatum nō ſit peccatum, niſi ſit voluntarium. Nam ſic exponitur tex. Qui facit ſcilicet uolūtarie. Hic igitur textus oſtendit, quod voluntas peccatoris eſt cauſa prædictarum omnium miſeriarum. ſ. quod peccatum ſit peccatū, & conſequenter qd peccatū cauſet ſeruitutem, & quod eam cauſet ipſi peccatori; id eſt in damnum, quod quidem multiplex eſt, ipſius peccatoris. Quis ergo magis ſtultus, & ſibimetipſi inimicus, & ſui boni eſſe deſtructiuus, quam peccator? immò quis ei in his tribus ęqualis?

Omnis peccans mortaliter, facit abſque dubio contra naturam, &c.

ANNO-

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. VIII.

QVI facit peccatũ, ſeruus &c.] Hoc eſt. Qui facit peccatum, trahit ſuper ſe multiplex damnum, dum peccat. Ne crediderîs autem per hoc: ꝙ ſimul cum actu peccati eadem menſura temporis menſuretur illud multiplex dãnum à peccatore, & peccato cauſatum. *Primo.* Nam actus peccati tranſit, ſicut & delectatio: ſed macula, reatuſque peccati remanent in anima inſeparabiliter. Tanta enim eſt ſeruitus, qua peccator premitur ſub tyrannide peccati: vt nunquam totis viribus ſuis poſſit à ſe illud grauiſſimum ſeruitutis iugum excutere. Quamuis .n. in poteſtate hominis ſit facere, vel nõ facere peccatum: tamen poſtquam peccatum fecit, eius abijciendi à ſe, non habet poteſtatem, & hoc non quia amiſerit liberum arbitrium (cum ſit hæreſis, hoc dicere: vtpotè cõtra Concilium Trident. ſeſſ. 6. cap. 1. & Canon. 5.) Sed quia ipſe non poteſt ſine gratia Dei reſurgere à peccato, nec ad gratiam illam ſe per ſeipſum abſque diuino auxilio præparare, 1. 2. q. 109. art. 6. 7. Et hæc eſt prima ſeruitus peccati. *Secundo.* Secunda eſt: quod peccatum factum remanens in anima dominatur ei, trahendo ad aliud peccatum tanta efficacia, vt non poſſit homo ſubiectus peccato, niſi pœniteat ſubſiſtere diu, quin peccet mortaliter, 1. 2. q. 109. art. 8. Quandoquidẽ animus eius iam auerſus eſt à Deo, cuius gratia retinebatur, ne peccaret. Nõ tamen propter hanc eius impoſſibilitatẽ à peccati tyrannide cauſatam excuſatur peccator à nouis peccatis, quin ſcilicet ei iure imputentur: tum quia voluntariè facit ſingula hæc, quamuis non poſſit vitare omnia: tum quia voluntariè ſemetipſum poſuit in tali ſtatu tam miſeræ ſeruitutis. *Tertio.* Tertia eſt: quod peccatum factum, quocunque homo vadat, & in quocunq; tempore ſit, flagellat ſemper peccatorẽ, exprobrãs ei illud, Deuter. 32. Deum, qui te genuit, dereliquiſti, & oblitus es Domini Creatoris tui. Hæccine reddis Deo, popule ſtulte, & inſipiens? & illud, Hierem. 3. Vide: quam malum, & amarum, ſit, dereliquiſſe te Deum tuum. Et alia ſimilia, quæ conſcientiam vehementer torquent, & amaricant. Nulla quippe grauior pœna eſt, quam mala conſcientia. *Malũ grauiſſimum eſt mala conſcientia, &c.* Peccatoris conſcientia ſemper in pœna eſt: quoniam proprijs agitatur ſtimulis, & ſeipſam ſibijpſi celare nõ poteſt. Quis enim hominum ſeipſum fugere poſſit? Seruitus corporalis ſaltem fugiendo, euadi poteſt: & de facto, cum nimis dura videtur, à ſeruis multis euaditur, & ſic à dominorum ſuorum graui iugo aliquam requiem habent. At ſeruitus peccati, licet verè ſit duriſſima, non poteſt per fugam vitari: quia peccatum, quod homo fecit, eſt intus. Vnde quocunque peccator fugerit, ſecum illud peccatũ trahit: quod quidem ei ſemper, etiam nolenti, aſſiſtit, & oculis eius, quamuis renuat, ſeſe importune ingerit, auribuſque ipſius nimio clamore obſtrepit, eundemque renitentem die ac nocte ſine intermiſſione fatigat, donec ad amaritudinem morte amariorem inuitum conducat.

QVARTA ſeruitus peccati eſt: ꝙ illud omnes, & eos de domo peccatoris, ſuſcitat contra eum in torturã, id eſt, facit quod oẽs de familia hominis illius fiant ei inimici, eumque torqueant. *Quarta.* Ac ſi dicatur, & vere: quod peccatum illud armat omnes domeſticos hominis illius, & familiares, aduerſus ipſum factorem ſuum. Vide: quam vecors ſit peccator. Non coactus, ſed voluntarius, facit id, quod ei in tantum atrox & implacabilis inimicus eſt, vt etiam totam eius familiã prius ei, antequam peccaret, pacificam, excitet in furorem ad dilaniandum eum. De familia, & quidem intima, hominis ſunt, conſcientia, memoria, ratio, voluntas, concupiſcibilis, & iraſcibilis. Peccatum mox, vt factum eſt, contra ſuum factorem erigit cornua, & machinatur ad deſtructionem tum animæ, tum corporis (vt taceã, famæ, honoris, aliorumque bonorum externorum) illius: & propterea ſuſcitat, atque contra faciem ipſius conſtituit, eiuſdem conſcientiam in accuſatorem, memoriam in teſtem, rationem in iudicem, voluntatem in carcerem, concupiſcibilẽ in mæſtitiam, & dolorem, iraſcibilem in pœnarum ei pro ſe commiſſo debitarum timoroſũ pauorem, & præ nimia ſuimet confuſione in extremam deſperationem.

Quod,

Quod, quaſi prænunciare volens, Dominus ſubintulit poſtea ad ipſos peccatores, vos ex patre diabolo eſtis. Volens, inquam, oſtendere: quod iſta ſeruitus peccati, quantum eſt de ſe, terminatur ſemper ad domum diaboli, per varia conſcientię tormenta hic prę habita vſq; ad oĩs boni deſperationẽ, ibi hæreditatem maledictã patris ſui diaboli (nam filijs debetur hæreditas patris) abſq; vllo termino habitura.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. VIII.

AMEN, Amen, dico vobis, quia omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati: ſeruus autem non manet in domo in æternum.] Textum hũc ponderans B. Auguſt. taliter exponit. Multum commẽdat, quod ſic pronunciat. Quodammodo, ſi dici fas eſt, iuratio eius eſt. Amen, quippe Hebræum eſt, & interpretatur verum. Non tamen eſt interpretatum. Nec Gręcus hoc interpres auſus eſt facere, nec Latinus: vt honorem haberet velamento ſecreti, non vt eſſet ligatum, ſed ne vileſceret nudatum. Iam, quantum commendatum ſit, ex ipſa geminatione cognoſcite. Verum dico vobis, veritas dicit, quæ vtique etſi non diceret, verum dico, mentiri omnino non poſſet: tamen inculcat, dormientes quodamodo excitat, contemni non vult, quod dicit. Omnis (inquit) Iudæus, Græcus, diues, pauper, imperator, & mendicus, ſi facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Hæc ille, ſuper Ioan. Huic ergo ſententiæ ſecũdum Beatum Auguſtinum, præpoſuit, Amen geminatum, propter duo: vt ſcilicet excitaret dormientes, & oſtenderet, ſe velle, illud dictum non contemni, ſed valde ponderari. [A ſimili ergo vbicunque

Amen. q̃d importet ore Domini.

in Euangelijs ponetur, Amen, maximè ſi geminetur, dicere hoc ipſum debes.] Implicite igitur per appoſitionem huius nominis, Amen, ſignificatur: quod homines ad id conſiderandum ſunt communiter ſomnolenti, & quod a tam vtili conſideratione profunde, & ſerioſe facienda diſtrahunt ſemetipſos inanium, vt videantur talem conſiderationem, interpretatiue ſaltem, contemnere. Conſequenter ergo per eundem textum ſignificatur: quod ſi homo, cum ſit naturaliter auidus libertatis, illam ſententiam tam duræ ſeruitutis libertati maxime cõtrariæ pronunciatiuam conſideraret, prout decet: ipſe aut vix, aut nunquam, peccaret. Ex conſequenti ergo à textu illo cõnotatur: quod multiplicatio iniquitatum in mundo prouenit inde, quia ſcilicet homines ad huiuſmodi conſideratione ſunt valde pigri, immò & quandoque totaliter ex induſtria faciunt ſe huius rei obliuioſos. Dixi, duram hanc ſeruitutem eſſe libertati hominis maxime contrariam: quoniam & ipſius ſeruitutis cauſa, ideſt, quod quis peccet, & eiuſdem ſeruitutis effectus, id eſſe uerum, demonſtrant. Cau- *Primo.* ſa quidem ipſius peccare, demonſtrat illud: quia is, qui peccat, operatur præter rationem, tanquam motus ab aliquo extraneo (puta, a paſſione concupiſcibilis, vel iraſcibilis, à prauis ſocietatibus, à diabolo, ab ignorantia, vel malitia propria) ad conſentiendum operari taliter: id qđ eſt ſerui, non autem liberi. Nam ſeruus, vt ſeruus, mouetur ab alio, ideſt ad arbitrium patroni ſui: vnde non proprie agit ſed agitur: liber vero, vt liber, mouetur à ſeipſo, ideſt ad arbitrium proprium, non alterius. Quia igitur homo ſecundũ ſe eſt rationalis, tunc verę dicitur moueri à ſeipſo, quando operatur ſecũdum rationem. Conſequenter ergo ſolus ille eſt vere liber, qui viuit ſecundum rationem: & ille ſolus eſt vere ſeruus, qui viuit extra rationem. Viuere autem extra rationem eſt peccare: ſicut è contrario, viuere ſecundum rationem eſt non peccare, ſed facere, ſecundum quod recta ratio dictat. Porrò quid magis dictat ratio recta, quam recedere ab omni peccato, & ſeruire Deo, ideſt cuſtodire mandata eius? Hinc eſt: quod non recedentem à peccato Dominus in textu vocat ſeruum, prout ſeruus contra veram libertatem diſtinguitur (vt patet ex anteriori contextu:) manentem autem in ſermone ſuo, ideſt cuſtodientem mandata ſua, vocat vere liberum. Licet enim ſeruans mandata Dei ſit ſeruus eius (ut patet frequenter in Pſalmis, & Epiſtolis Apoſtolorum:) tamen talis ſeruus cum vere libero, ſicut & talis ſeruitus cum vera libertate, conuertitur, immò eſt idem (ut patet

Digitized by Google

tet ex hoc, quod Apoſtolus, poſtquã millies ſe Chriſti ſeruum dixit, vocat ſe liberum, 1. Cor. 9. Non ſum liber? & Gal. 4. Non ſumus ancillæ filij, ſed liberę, qua libertate Chriſtus nos liberauit, & ſecundo Cor. 3. Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas.) Seruum ergo peccati, cum diſtinguatur contra ſeruum Dei, eſſe vere liberum, impoſſibile eſt omninò: quantumcunque falſo nomine libertatis, cum & ipſe falſus ſit, ideſt proprio iudicio ſubuerſus, ad Tit. capit. primo, glorietur. Id quod & Beatus Gregorius docet. 3. Moral. dicens. Quiſquis ſe prauo deſiderio ſubijcit, iniquitatis Domino libera mentis colla ſupponit. Et vigeſimotertio Moral. Quanto aliqui liberius peragunt peruerſa, quæ volunt: tanto eius ſeruitio obnoxius obligantur. Hæc ibi. Item Beatus Auguſtinus. Prima libertas eſt carere criminibus, ſed inchoata eſt, non perfecta. Libertas autem plena, atque perfecta eſt, quando inimica deſtruetur mors. Noli ergo libertate (ideſt libero arbitrio) abuti ad libere peccandum: ſed vtere ad non peccandum. Erit enim voluntas tua libera, ſi fuerit pia: eris liber, ſi fueris ſeruus iuſtitię. Hæc illę, ſuper Ioan. Ergo, teſte ipſo Gregorio, quanto magis quis peccat, tanto plus perdit de libertate ſua: & teſte ipſo Auguſtino, quanto magis quis elongatur à peccato, & ſeruit Deo, tanto magis libertatem acquirit. Vnde illi, qui in patria exiſtentes nullo modo peccare poſſunt, & perfecte ſeruiunt Deo, dicuntur veraciter habitare in multitudine pacis, ſecundum illud, Iſai. trigeſimoſecundo. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta, & capitulo quadrageſimooctauo. Sicut flumen pax tua. & Baruch capitulo quinto. Nominabitur tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum, Pax iuſtitiæ, & honor pietatis. De libertate, quæ ad textus huius Euangelici veram intelligentiam faciet, vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Numer. quarto, Concluſ. 3.

Seruus Dei, & verè liber, ſeruitus Dei, & vera libertas, cōuertuntur, & ſunt idē.

ANNOTATIO QVARTA. Cap. VIII.

NON tantum autem cauſa ſeruitutis illius, ideſt peccatũ, demonſtrat, ipſam ſeruitutem eſſe maxime contrariam libertati humanæ (vt declaratum eſt:) ſed etiam eiuſdem ſeruitutis effectus (ut dicebatur, & nũc declarabitur) commonſtrat idipsũ. Quis eſt illius ſeruitutis effectus? Quòd talis ſeruus, vt ſeruus, nõ poteſt in æternum. i. nec in vita, nec in morte, nec poſt mortem, manere in domo, ſecundũ contextum ſpecialiter de ipſo dicentem: ſeruus autem non manet in domo, in ęternum. Quę eſt iſta domus? Conſcientia hominis. Teſtatur hoc S. Bernardus, dũ tractatum compoſuit prætitulatum, de interiori domo. Vnde inquit ibi, in prologo. Sicut corpus noſtrum dicitur tabernaculum, in quo militamus: ſic conſcientia noſtra vocatur domus, in qua poſt militiam requieſcimus. Hæc ille. Non poſſe ergo manere in conſcientia. i. cum gaudio requieſcere in illa (ſm quod de cõtrario docetur. Sap. 8. Intrans in domum meã conquieſcam cum illa, & 2. Cor. 1. Gloria noſtra hęc eſt, teſtimoniũ conſcientię noſtræ) eſt effectus ſeruitutis peccati. Id qđ & atteſtatur illud, Iſa. 48. Nõ eſt pax impijs, dicit Dñs, & illud eiuſd. 57. Cor impij, quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Et quomodo cũ gaudio poſſit peccator manere in ſua interiori domo ibiq; verã inuenire pacẽ, cum in ipſam ſentiat, ſi aduertit, à peccato comportata eſſe mala plurima, quæ ruinã ex omni parte minantur? Ibi enim habet, & ſi attendat, reperit ſuum intellectum à peccato obſcuratũ in cognitione veritatis, affectum tepidum factũ in operatione boni, animam gratuitis donis ſpoliatam, & maculis ſuper carbones denigratam, ad infernaleſq; pœnas obligatã, cor ad inſtar lapidis induratũ, & ad bonum quaſi inſenſibile factũ. Ibi, ſi aſpiciat, videt ſeipſum propter peccatum eſſe grandi ſtultitia repletum: quoniam peccando ſibimetipſi onus ad ſe deprimendum impoſuit, ligna ſuper dorſum ſuum cremanda collegit, eique ſeruiuit, qui ꝑ ſeruitio eũ torquebit, & bona, ſi qua faciet quantũ ad vitæ æternæ meritum infructuoſa reddidit

Secundo.

Peccator nõ manet in domo, & hoc, in æternum, ideſt in vita, morte poſt mortem.

T

didit, ſeque in foueam præcipitauit, vnde per ſe conatu ſuo quocunque nunquam exire poſſit.

IBI vlterius conſpicit: ꝙ ſeruitus illa peccati non tm̃ cauſat illos peſſimos effectus in vita, ſed ẽt alios in morte, & poſt mortem. Quod.ſ.in morte peccator ipſe grauabitur vehemẽter: qñ tunc viſibiliũ, quæ dilexit, priuabitur ſolatio.i.diuitijs, cibo, potu, lumine, requie, amicis, & (qđ amarius eſt) proprio corpore, quod mox à vermibus, &c. ſub terra fætidiſſima exponetur corrodendum, ac deuorandum, quod poſt multum temporis erit animę ſuæ in extremum malum vtriuſq; reunięndum. Quando etiam in morte conturbabitur vehementiſſime: cum audiet, atque videbit dæmoniorum, ad inſtar Leonum, rugientium impetuoſum concurſum ad ſuiipſius animam inter anguſtias rapiendam, ac æternis ſupplicijs crudeliſſime à ſeipſis ſubijciendam. Quod.ſ.poſt mortẽ, ligatis manibus & pedibus.i.remota omni facultate bene operandi, ſimulque ab inferni cruciatibus, vel ad pauxillum momentum, euadendi, mittetur in tenebras exteriores, Matth.22. Quod ibi inter alia tormenta vermis eius.i.remorſus conſciẽtiæ de peccatis factis, non morietur, Iſai. 66. Sed pudenda ſua ad ineffabilem confuſionem, ac perpetuam reuelabuntur in facie ſua, Naum.3. quod à Deo, ſanctis ipſius, omnibuſque bonis ſeparabitur ſemper, & horrendiſſimæ uiſionis diabolorũ ſocietati erit cũ cæteris damnatis in ſempiternum addictus, Math.25. Quod omnis ſpes miſericordiæ inde, ne vnquã ibi compareat, tolletur, iuxta illud, Prouerb. 11. Mortuo homine impio, nulla erit vltra ſpes.

Ex prædictis ergo ſeruitutis peccati effectibus patet: quod in textu hoc nomẽ, ſeruus, ſumitur anthonomaſice, immò plus quam. Nullus enim quantuncunque vilis ſeruus, poteſt tractari (etiam ſi fingẽdi detur licentia) tam miſere, tam indefeſſe, tam crudeliter, à patrono ſuo: ſicut peccator tractatur à peccato ſuo Nihil ergo miſeriarum eſt in quibuſcunque alijs ſeruitutibus comparatiue ad miſerias in ſeruitute peccati repertas. Propterea Dñs ad ſpiritualem ſeruitutem intentus (vt ſupradictũ eſt) de ſeruitute corporali, quaſi eam non videns, loqui reſpondendo noluit: licet ad hoc ab ipſis dicentibus, nemini ſeruiuimus vnquam, prouocaretur.

ANNOTATIO QVINTA, Cap. VIII.

DESIDERIA patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate nõ ſtetit.] Volens Dominus oſtẽdere, in quo ſenſu verificetur præmiſſum ſuum dictum, vos ex patre diabolo eſtis, & conſequenter hæreſim Manichæi à ſe præmiſſam damnare, ſignificãter vſus eſt hoc noĩe, deſideria, in textu prænotato. Ac ſi, probando qđ de filiatione eorũ tunc præmiſerat, aperte diceret. Vos eſſe ex patre diabolo dixi: quia illius deſideria imitamini. Ita ꝙ non eſtis eius filij natura, quia.ſ. creauerit naturã veſtram (vt mea hęc verba exponet hæreticę Manichæus, credens, oĩa viſibilia eſſe creata à diabolo) nec quia deſcendatis ab eo per naturalem originem (quo vos modo eſtis filij Abrahæ:) ſed eius filij eſtis imitatione. Qualia.n. deſideria diabolus habuit, talia vos habere vultis, & de facto habetis. Vide pulchrũ ordinem locutionis Domini, ꝙ.ſ. in contextibus ſuis, ẽt ꝙ aliqui alio ſermonẽ ſuũ diſtorqueãt, manet ſemper (vt prudens ſapientia exigit) in eodẽ propoſito. Senſum.n. hunc de filiatione ex operũ patris imitatione menſuranda inceperat tunc aperire, qñ Iudæis dixit, ſi filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite, quẽ ẽt ſenſũ ꝓſecutus fuerat ibi, ſi Deus pater veſter eſſet, diligeretis vtiq; me: & conſequenter, iuxta ordinatiſſimã verborũ ſuorũ texturã, eũdẽ ſenſum hic retinet (vt iam probauimus) dicens, vos ex patre diabolo eſtis. Relinquit ergo nobis Dñs ex his firmiter concludendũ: ꝙ ipſe aliorum ẽt hoĩum quoruncunque filiationem magis æſtimat ex moribus, q̃ ex carnali propagatione, & ceremonijs Ecce. Carnalem propagationẽ iſtorum, qua erãt filij Abrahæ, & externas ceremonias, quibus Deũ colentes hi ſe illum habere patrem gloriabantur, paruipendit in cõparatione ad filiationẽ morũ. Vnde ẽt conſequẽter habes: quod non ideo pro veris Dei filijs exiſtimandi ſunt, qui multis exterioribus ceremonijs (puta, Pſalmis, campanis, templo-

Semper cõſtat ſibi Chriſtus.

Qui æſtimentur ꝓ veris ſeruis ſunt à Chriſto.

Digitized by Google

templorum apparatibus, organis, inclinationibus) ipſum Deum colunt, ſi bonitas moralium operum, quæ in mandatorum omnium illius obſeruatione conſiſtit, eis deſit. [Simile quid patet, Matth. 15. Hic populus labijs &c.]

CÆTERVM, qualia fuerint diaboli deſideria, quæ illi imitantur, Dñs aperit dicens: Ille homicida erat ab initio: & i veritate nõ ſtetit. Hoc eſt. Duo fuerũt ipſius deſideria executioni mãdata; unũ .ſ. homicidij, aliud mendacij, ſeu falſitatis. Primum executus eſt ab initio creationis hominis, quoniam inuidia ſtimulãte; 1.q.63.art.2. non potuit, ad faciendũ homicidium expectare deſcendentes homines à primo creato .ſ. Adam, ſed ipſum aggreſſus eſt, & occidit. Secũdum poſt creationis ſuæ inſtans primum, 1.q.63.artic.5. ex ſuperbia motus effecit, 1.q.63.ar.2. Peccauit ergo prius per ſuperbiam, quã per inuidiam: & prius in veritate non ſtetit, quam homicida fuerit. Ex hoc autẽ, quod textus diabolũ vocat homicidam, habẽ: ꝙ ſcandalizans proximũ .i. inducens quocunque modo illum ad peccatum, licet gladio materiali aut alio inſtrumento eũ corporaliter non occidat, dicitur uere homicida, & peior homicida, quam ſit ille, qui corpus occidit, quanto anima, quæ ꝑ peccatũ occiditur, eſt melior, quam corpus. Non .n. diabolus accinctus gladio, ſed ad peccatum per inobedientiæ ſuaſionẽ inducendo, homicidiũ perpetrauit. Ex hoc etiam, ꝙ textus diabolum non ſtetiſſe .i. non perſeueraſse in ueritate dicit, innuitur tanquam ibi ex dictamine rationis inclusum, ꝙ diabolus aliquando in veritate fuit, (contra hæreſim Trinitariorũ) & cõſequenter ꝙ non eſt ſecundũ ſuam naturam malus (cõtra hæreſim Manichæorũ.)

Hæreſes damnantur.

Nam hic, cum præcedẽs contextus à principio & deinceps .ſ. cognoſcetis veritatẽ, & veritas liberauit vos &c. fuerit de ſupernaturalibus, eſt principaliter ille ſequens ſermo de veritate fidei ſupernaturalis, quæ & dr̃ fides reuelata, fidelque catholica. Textus igitur hic ſignificat, ꝙ angelus ille, qui nunc vocatur diabolus, & conſequenter à fortiori quod oĩs Angelus in cœleſti patria exiſtens, fuit in principio ſuę creationis à Deo illuminatus veritate fidei ſupernaturalis: qua poſset mediante gratia, in qua oẽs creati ſunt, 1.q.62.art 3. mereri, & accipere, beatitudinẽ æternam. Veruntamen aliquos illorum .i. diabolos, non perſeueraſse in illa formatæ fidei veritate connotat: alios autẽ per oppoſitum perſeueraſse in veritate ipſa, & propterea beatos in cœleſti patria factos, 1.q.62.artic.4.5. Et quare diabolus in veritate illa, in qua erat non ſtetit? Quia non eſt (inquit textus) veritas in eo .i. quia non eſt in eo amor veritatis. Vera ergo & propria ratio non perſeuerandi in veritate fidei reuelatæ fuit negatio amoris ad veritatẽ. Vbi aũt cõſiſtit eius amor? In voluntate, 1.q.60.art.2. Ergo tanti valet dicere, in veritate non ſtetit, quia nõ eſt veritas in eo: ac ſi diceretur, in ueritate non ſtetit, quia in ea ſtare noluit. Ruinã ergo diaboli, & à veritate fidei diſceſſionẽ, proceſſiſse ex uoluntate illius propria: ſignificauit Chriſtus dicendo: Quia non eſt ueritas in eo. De nullo igitur, niſi de ſemetipſo, diabolum poſse iure conqueri, conſtat ex Euangelico textu: ſi ad beatitudinem, quo illa fides viua ſibi gratis à Deo infuſa tendebat, non peruenit, &, ſi propter ſuperbiam ſuam donum Dei hoc tã magnum non appreciantem, ſed contemnentem, ac à ſe voluntarie proijcientem, eſt in æternum damnatus.

Diabolus ex ſuperba voluntatis deliberata ſuo merito dãnatus eſt.

ANNOTATIO SEXTA, Cap. VIII.

QVIA non eſt ueritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax eſt, & pater eius.] Expectabatur, quod iuxta correſpõdentiam contextus in præterito dicentis, in veritate non ſtetit, ſubiũgeretur in præterito, Quia non fuit veritas in eo: & tamen in præſenti ſubiunctum eſt, Quia non eſt ueritas in eo. Quare ergo textus non dicit, fuit, ſed, eſt? Quia ſi dictum eſſet, fuit, uerum quidem ſignificaretur, ſed non conſignificaretur perſeuerantia: dicendo autem, Eſt, connotatur utrunque, ſcilicet quod tunc, qñ in ueritate non ſtetit, non fuit (ut patet) ueritas in eo, & qđ adhuc in ipſo perſeuerat hoc idẽ. Ac ſi illa duo implicite ſignificata per tex. quia non eſt ueritas in eo, ſic explicarentur: Quia non amauit ueritatem, nec etiam

nunc ipſam amat. Vbi notatur obſtinatio diaboli in hoc ſuo peccato poſt tot temporum curricula, & conſequenter inflexibilitas voluntatis eius ab eodem peccato, 1. quæſt. 64. artic. 2. ac ſi dictum fuiſſet in tex. Quia non fuit, neque eſt, neque erit vnquam veritas in eo. Quoniam autem de veritate fidei eſſe hic principaliter ſermonem, ſupra probatum eſt: ideo per hãc textus ſententiam, veritas in eo non eſt, ſignificatur, quod diabolus inter omnes veritates, quas ipſe non amat, id eſt odit (ſic enim intelligitur textus, vtpote loquens ꝑ figurã, quæ dicẽdo minus, ſignificat plus) magis odit veritatem fidei catholicę. Cõſequenter ergo per eundem textum connotatur: qđ diabolus, præ omnibus alijs quomodocunque factis ab eo impugnationibus contra aliam quancunque veritatem, magis maiorique conatu ac ſubtilioribus & pluribus vijs impugnat veritatem catholicæ fidei. Non mirum igitur, ſecundum hunc Euangelij textum: quod diabolus tot, tantaſque tum per ſe, tũ per alios, excitauerit, excitet, excitaturuſque ſit, perſecutiones & apertas (vt tyrannorum) & doloſas (vt hæreticorũ) & mixtas (vt cæterorũ infidelium, ac hypocritarũ, Matth. 7. Qui veniũt in veſtimentis ouiũ, intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces) contra fidem catholicam, eiuſdemque profeſſores. Veruntamen quia in his oĩbus, ſicut & in alijs ex propria officina prolatis, mendacium diabolus loquitur (vt inquit textus:) ideo in omni, totoque conatu ſuo prædicto fruſtrabitur, &, tãquam inania meditatus, confuſioni patebit. Idem enim eſt, textum, poſtquam prædixerat diabolum oſorem & perſecutorem veritatis fidei, ſubinferre de eo, quod loquitur mendacium: ac ſi de ipſo apertè ſubintuliſſet illud, Matth. 16. Non præualebit aduerſus eam. Scriptum eſt enim, Pſal. 5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Auidiſſime ſuper omnia pſequitur diabolus fidẽ catholicam, &c.

Porrò contra præmiſſum tex. Non eſt veritas in eo, non obſtat illud, Iacob. 2. Dæmones credunt: quoniam illa fidei veritas, quæ eſt in eis, non eſt gratuitum donum Dei, in quo ſenſu intelligebatur tex. Non eſt veritas in eo. Fides ſiquidem illa diabolorum neque informis, neque formata eſt, ſecunda ſecundæ, quæſtio. 5. artic. 2. & quæſt. 6. artic. 2. ſed ſolum coacta ex effectibus uiſis, intellectuſque eorum naturali perſpicacitate, proueniens.

CVM LOQVITVR (inquit) mendacium: ex proprijs loquitur. Hoc, tanquam de ſolo diabolo, intelligendum protulit Chriſtus. Licet enim de homine etiam verificetur, quod eſt mendax, iuxta illud, Pſal. 115. Omnis homo mendax, & conſequenter de ipſo, quando loquitur veritatem (ſicut & de diabolo, cum dicit ueritatem naturalem, puta, cum intelligit ſemetipſum, vel alia uera, 1. quæſtio. 56. artic. primo, ſecundo, & quæſtio. 57. articu. 1.) uerificetur, quod non loquitur ex proprijs, ſed ex Deo eum ad ſic loquẽdum mouente: non tamen de homine uerificatur, quod, cum loquitur mẽdacium, loquatur ex proprijs. Nam hominem eſſe, quantum eſt de ſe, mendacẽ, infert quidem, ipſum, quãdo loquitur ex proprijs, loqui mendaciũ: ſed non infert, ꝙ quando loquitur mendacium, loquatur ex proprijs. In diabolo aũt eſſe mendacem infert utrunque. ſ. quod & qñ loquitur ex ꝓprijs, loquitur mendacium, & quando loquitur mendacium, loquitur ex proprijs. Vnde eſt hæc inter eos, cum ſint ambo de ſe mendaces, differentia? Inde: quia non homo, ſed diabolus, fuit primus inuentor mendacij. Primum enim mendacium, in ſcriptura ſacra narratum, Geneſ. 3. fuit à diabolo ſub forma ſerpentis dicente mulieri primę: nequaquam moriemini [Ecce unũ:] &, Scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, eritis ſicut Dij. [Ecce ſecundũ.] Quæ duo fuiſſe mẽdacia, & quidem pernicioſiſſima, utpote contra ueritatem Dei, animæque noſtræ ſpiritualem, & corporis corporalem uitam ab eo dicta, manifeſtiſſimus rei probauit euentus.

Homo, quandocũque loquitur ex proprijs, dicit mẽdaciũ. Pſal. 115.

QVOD autem ſic intelligatur textus. ſ. qđ loqui mẽdaciũ ſit ex proprijs loqui, quando loquens eſt primus inuentor mendacij, patet ex Domini probatione mox ſubſequente: Quia mẽdax eſt, & pater eius. Hoc ſiquidem exponens Beatus Auguſtinus inquit: In his uerbis quidam diabolum putauerunt habere patrem, & quæſierunt, quis eſſet diaboli pater. Hic eſt error Manichæorum. Dominus autem diabolum dixit patrem mendacij: quia non aliunde acce-

pit

Digitized by Google

pit mendacium: quo mendacio, tãquam veneno, ſerpens hominem occideret. Non enim omnis, qui mentitur, pater mendacij ſui eſt. Si enim ab alio accepiſti mendacium, & dixiſti: tu quidem mentitus es, ſed pater mendacij non es. Diabolus vero eſt pater mendacij: ſicut Deus eſt pr̃ veritatis. Hæc ille ſup Ioan.

ANNOTATIO SEPTIMA. Cap. VIII.

EGO autem ſi veritatem dico, non creditis mihi.] Dixerat Dominus, ꝙ Iudæi illi erant per imitationem filij diaboli (ſic enim intelligi debere tex. Vos ex patre diabolo eſtis, probatum eſt, Anno. quinta,) ſed nondum concluſionem iſtã probauerat ad plenum Oportebat enim quod ante totalem huius probationem præmitteret proprietates diaboli: vt deinde oſtenderet, quod illas iſti imitabantur, id quod erat probare concluſionem ipſam, vos ex patre diabolo eſtis. Ideo

Ordinatiſſime ſemp loquitur Chriſtus.

optimo ordine (ſicut ſemper, pro exigentia rerum tractatarum) proceſſit Dominus poſt concluſionem illam ponens immediate proprietates patris illorum dicẽdo; Ille homicida erat ab initio. [Ecce vna,] In veritate non ſtetit. [Ecce alia.] Reliquum igitur erat, vt iſtas duas proprietates applicaret Iudæis: per hoc vtique demonſtrans intentum illud primũ, ſcilicet quod ſunt imitatione filij diaboli. Hoc autem facit dicens: Ego ſi veritatem dico, non creditis mihi. Ac ſi applicando eis vnam illarum proprietatum dicat. In veritate diabolus non ſtetit, ideſt à veritate fidei diuinitus ſibi infuſæ diſceſſit, amplius credere nolens: & vos imitamini illum in hac proprietate, quia veritatem, quam ego vobis dico, nõ creditis, nec credere vultis. Nec obſtat his præmiſſus in principio ille contex. Dicebat ad eos, qui crediderant ei Iudæos. Nam poteſt aliquis ſecundum aliquam cõſiderationem credere, & ſecundum aliam non credere: vt ſi quis credat, quod Chriſtus ſit ſub Pilato crucifixus, nõ autem credat, quod natus ſit de Spirituſancto ex Maria virgine. Credit iſte, & non credit. Sic igitur hi credebant Chriſto, ſecundum ꝙ erat ſignorum factor, non attribuendo. ſ. ea virtuti diabolicæ, ſed diuinæ (ſic intelligitur cõtextus ille adductus:) & non credebant Chriſto, ſecundum ꝙ myſteria fidei alta p̃dicabat, nolẽtes ſ. his, quæ ab eo dicebãtur aſſentire (ſic intelligitur textus præſens.) Vel poteſt, & forſan melius in propoſito, dici: ꝙ iſti Iudæi crediderunt primo, ſed poſtea in incępta credulitate nõ perſeuerauerunt. Vel dicendum, iuxta B. Chryſoſtomum ſic exponentem. Crediderunt quidã, ſed non, vt oportebat: ſed ſimpliciter, quaſi lætantes, & requieſcentes in verborum humilitate. Et hoc oſtendit Euãgeliſta in ſubſequẽtibus ſermonibus, in q̃bus narrat̃, q̃d rurſus ei iniuriabant̃. Hæc ille. Credebant ergo Chriſto humilia. ſ. paſſionem, de ſe dicenti: ſed non altiorem doctrinam. Ait ergo. Si, ideſt quia ego veritatem fidei ſupernaturalis dico, vos non creditis mihi. Hoc eſt. In hoc, ꝙ inimici eſtis veritatis fidei prædicatæ vobis per me, oſtenditis voſmetipſos habere diaboli proprietatẽ illã, qua in veritate non ſtetit, & cõſequenter vos eſſe filios eius. Et vere cõprobatur exinde, ꝙ veritas eſt inimica. i. odibilis, alicui: quãdo ille ideo non credit, ſeu non aſſẽtit alteri, quia dicit veritatẽ. Hoc aũt ex iſta cauſa. i. ex odio veritatis ſibi à Chriſto prædicatæ, faciebant Iudæi: in cuius ſignũ eſt, ꝙ non mouebãtur ad diſcredẽdũ ei ex defectu eius, cũ eſſet vitę irreprehenſibilis, ẽt ſecundum ipſos, ſi rectã rõnẽ in iudicãdo fuiſſent ſecuti. Id quod oſtendit Dñs per ſubſequentem tex. Quis ex vobis arguet me de peccato? Quaſi dicat: Nullus arguere rationabiliter poteſt.

ALTERAM proprietatẽ diaboli. ſ. homicidiũ, applicatã his fuiſſe Iudæis, dñs p̃ſupponit nũc: & merito. Nã tũc fuerat applicata: qñ, ſuperius ſic exigente de Abrahã tęxtura ſermonis, dixit; Quæritis me interficere. Connectendo igitur illud Iudæorũ deſideriũ cũ illa diaboli ꝓprietate, ille homicida erat, relinquitur probatũ à Chriſto fuiſſe: ꝙ iſti, attenta ẽt homicidij proprietate, q̃ imitabantur, erãt ex p̃ſe diabolo. Vbi quoq; notato ex textu illo ſuperiori, ꝙ non tm̃ imitabantur diabolũ in hac eius ꝓprietate, ſed ẽt i cauſa, ſeu in motiuo, & cõſequẽter, ꝙ nõ tm̃ eos filios, ſed ẽ ꝑfectos filios eſſe d abolide mõſtrauit Xp̃s. Poſt q̃ .n. ſupra dixerat; Quęritis me iterficere, ſubiũgit illari cãm,

vnde ad homicidium mouebantur, dicens: Quia ſermo meus non capit in vobis. Ac ſi apertius dixiſſet: Quæritis me interficere, non propter iuſtam intentionem, quam in veſtri excuſationem prætenditis, id eſt propter aliquod meum peccatum, ſed propter hoc, quod ſermo meus non habet locum in vobis, id eſt propter malignitatem veſtram. Ex eo nanque, quod ſermo Chriſti non habebat locum in animis Iudæorum (non enim habet locũ in corde paſſionibus ſubiecto, id eſt agitato: cum in pace ſit locus eius, Pſal. 75. Et ſimul exortæ ſpinæ ſuffocent illum, Luc. 8.) Procedebat, quod ipſi remanebant in malignitate propria: ex qua deinde mouebantur ad dicendum, Chriſtum eſſe blaſphemum, Sabbathi violatorem, dæmoniacum, &c. Et tandem ad occidendum eum. Ex tali quoque radice, ſeu cauſa, id eſt ex malignitate propria pater eorum diabolus antea fuerat motus ad occidendum hominem. Quid enim peccaui, cum eſſet adhuc in ſtatu innocentiæ, fecerat Adam, propter quod mereretur occidi ab eo? Aut quid nocumenti diabolo intulerat: propter quod vindicandum ipſe ad occiſionem Adæ inſurgeret? Nihil prorſus. Ex ſola igitur malignitate & patrem illum, & filios illos ad homicidium proceſſiſſe, ſcriptura vetus teſtatur, ac Euangelica.

CÆTERVM, Quia de hæreſibus duabus Manichæorum, & vna Trinitariorum ſupra in Annot. quinta, facta eſt mentio: ideo, vt eas plenius condemnare poſſis, videas loca nunc citanda. Contra Manichæos, cum quibus ſunt & Patriciani, dicentes, creationem vniuerſæ carnis eſſe opificium malorum angelorum, vide Elucidationes, pri. par. articulorum numero 234. 333. 456. Item cõtra Manichæos, quibus iunguntur Priſcilliani, dicentes, diabolum ex natura ſua eſſe malum, vide Elucidationes, primę partis, articulorum numero 323. 324. Contra Trinitarios dicentes, quod diabolus nunquam habuit, vnde ſtare poſſet: vide Elucidationes pri. par. articulorum numero tricenteſimo uigeſimo quarto.

ANNOTATIO OCTAVA,
Cap. VIII.

NONNE bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Ego dæmonium non habeo] Nota frequentiam iſtarum contumeliarum duarum à Iudæis Chriſto illatarum in tex. Nonne bene dicimus? Ac ſi dicant. Aliàs quidem hæc duo de te diximus: ſed nunc agnoſcimus, quod ſic dicendo diximus bene, nunc approbamus illa dicta noſtra. Chriſtum autem vocant Samaritanum, non genere, ſed more duplici. Primo, quia Samaritani erant contrarij Iudæis, vtpote eorum terram poſſidentes (vt habetur ex 4. Reg. 18.) Et eis multipliciter ab antiquo tempore infeſti (vt patet, 1. Eſd. 4. & 2. Eſd. 4.) Secundo, quia Samaritani partim ſeruabãt legem Dei, partim non (vt dictum eſt ſupra cap. 4.) Quia igitur Iudæi videbant mores Chriſti atque doctrinã contrariari ſuijpſorum moribus, & appetitui, quia etiam videbant eum quandoque ſeruare legem ad literam, quandoque non: ideo ipſum, licet Iudæum natione, ſolebant per contumeliam, & irriſionem, vocare Samaritanum. Ex odio enim aduerſus illum excæcati prædictam morum Chriſti eiuſq; doctrinæ contrarietatem ad ſemetipſos nõ videbant, ſeu potius videre nolebant, eſſe laudabilem, ſeque eſſe culpabiles: nec irreprehenſibilitatem Chriſti in omittendo ſeruationem literæ legis, quo ad Sabbathum, vel alia quædam, eadem obcæcatione detenti, percipiebant: immò totum contrarium in vtroque caſu de Chriſto ſibijpſis videbatur, quoniã intus exiſtens (vt dicitur, 1. Eth, ſic.) prohibet extraneum.

Mala affectio ad aliũ cauſat peruerſum iudiciũ de bonis illius, &c.

ITEM, illum dicunt habere dæmonium, ex eodem furore deuicti: quamuis etiam propter quædam Chriſti opera à ſeipſis in peruerſum ſenſum diſtracta, cum tamen ſecundum rei veritatem diuinitatis eius eſſent efficacia ſigna. Videbãt enim, illum facere miraculoſa opera, experiebantur quoque eũ cognoſcere ſecreto cogitationes cordiũ, & vtrũq; horũ fieri ab ipſo credebant non virtute diuina, ſed dęmoniaca: cum tamen diabolus ſecundum rei veritatem nec miracula facere,

cere,

Ex cōſuetudine hominum rudium, non ſolū ex odio contra Christum vocant eū dęmoniacum, &c.

cere, nec cogitationes cordium certo cognoſcere poſſit, 1. q. 110. art. 4. & q. 57 artic. 4. Audiebant etiam, illum prædicare altiſſima, & ſuiipſorum, qui ſe pro maximis magiſtris tenebant in Iſrael, capacitatem excedentia, ac ſibiipſis viſa inconuenientia [puta, quod eſſet filius Dei, coęqualis ei in potentia, & conſubſtantialis, quod deſcendiſſet de cœlo, panis viuus, φ daturus eſſet verè carnem ſuam ad manducandum, ſanguinemque ad bibendum, & alia multa, de quibus ideo mirantes præ incredulitate contra ipſum contendebant, vel ſcandalizabantur, vt paſſim in Euangelijs patet:] & ideo eū eſſe tunc arreptitium. i. raptu quodā linguæ ſuæ à diabolo motę proferre ſibimetipſi incognita, tanquam inſanum credebant. Conſuetudo.n. rudium (quales reuera illi in talibus erant; vltra quod inuidia cæca pleni) eſt: φ cum ſuam capacitatem excedentia audiunt, reputant loquentem vel familiare dæmonū habere, inſtinctu cuius talia loquatur, vel inſanire.

DOMINVS ERGO non quidē reddens maledictum (cum n. malediceretur, non maledicebat. 1. Petr. 2.) ſed iniuriam ſibi illatam, pro zelo veritatis, & ſalutis animarum, modeſtiſſimè repellens, Iudęis illis reſpondit; Ego dęmonium nō habeo. Vbi nota, φ hoc verbū, Ego, dicit diſcretionē. Ac ſi dixerit. Adeo ego à dęmonij cōſortio quocunq; ēt minimo, ſum totaliter alienus, ut nullus hominū mihi in hoc adęquetur. Qđ q. lē veriſſimū eſſe de Chriſto homine, non tm̄ vt Deus eſt, patet ex elongatione à peccato: quoniam hoc ſolo aliquis poteſt cum diabolo conſortiū aliquod habere. Nā Chriſtus homo de Spirituſancto cōceptus eſt ſolus. 3. de Sal. q. 32 art. 1. ideoq; nec actu, nec potentia vlla (qđ nulli hominū conceſsū eſt) contraxit peccatum originale. 1. 2. q. 81. art. 4. Item, nullum peccatum actuale, nec ēt venialiſſimum, & (ſi reperibile ſit) minus venialiſſimo, in tota vita ſua habuit, iuxta illud Io. 10. Venit princeps mūdi huius, & in me non hē quicquam, & 3. de Sal. q. 15. art 1. 2. Dixi, repulſiſſe ad illam iniuriam Dñm. pro zelo veritatis, & ſalutis animarum, quoniam id patet ex conditione illius iniuriæ, & implicitè ex contextu. Conditio.n. huius iniuriæ, Dęmoniū habes, erat directè tendēs & in contumeliā diuinā, & in extremum dānū ſalutis animarū noſtrarū. Patet nāque prudenter conſiderāti: φ huiuſmodi iniuria prędicatori bono illata, tollit, quātum eſt de ſe, fidē credentium ipſi prædicatori, tollit veritatem doctrinę prædicatoris illius, necnon cōſequenter maxime iniuriatur Deo, qui eſt donator fidei, Ephe. 2. authorque doctrinę prædicatæ, Mar. 16 & maximè nocet ſaluti animarū audientium illum prædicatorem (vt patet.) Per hanc ergo contumeliam dęmonium habes, volebat diabolus per hos Iudęos ſuos miniſtros eneruare totam prædicationem Chriſti, totam fidem eorum qui & iam crediderant, & poſt uſque ad ſęculi conſummationē credituri erant in Chriſtū, ideoq; conſequenter volebat & infamare Chriſtum ſimul cū Deo patre, qui eum ad ſic operandū, docendumque miſerat, & trahere oēs homines ad infernum in perpetuam damnationem, vtpotē pro certo ſciens, φ nō eſt in aliquo alio ſalus, niſi in nomine Chriſti Dñi noſtri, Act 4 Ex contextu quoque patet implicite illud quod ſupra dicebamus. Quid habetur in contextu? Quòd ijdem Iudæi cōtumelioſe dixerunt Chriſto, Samaritanus es. Quare non repulit hanc aliam iniuriam? Quia φ eſſet, vel non eſſet Samaritanus, nec tollebat, quantum in ſe eſt, veritatem doctrinæ Chriſti, nec fidē credentiū Chriſto, nec magnum damnum afferebat ſaluti animarum. Quòd.n. quis bonus prædicator ſit Italus, Hiſpanus, vel alterius nationis, parum immo nihil, derogat bonę doctrinæ prædicatoris, bonæ fidei credentium ipſi, bonæ animarū ſaluti: vt recte ratiocinanti patet. Item, nec derogat his bonis eſſentialiter, quod prædicator ſit alias parum affectus, vel inimicus quibuſdam auditorū, vel quod ſeruet partim ſolummodo ſuam legem (ſicut intelligebant Iudæi iniuriam illā, Samaritanus es:) dūmodo prædicator ipſe ſit bonus, id eſt in prædicando bene ſe habeat [quod ſemper & vbique faciebat Chriſtus.]

Solū peccato qs diabolo conſociatur.

Quāntæ mala ſecū portet iniuria illa dęmo habes.

terque inuidus contra creatorem hominum, & homines creatos, prima quæſtione ſexageſimatertia, articulo ſecundo, quid ſermonum ſuorum, id eſt tentationum, ſeu ſuggeſtionum obſeruatori bus dare vellet in præmium tali inimicitiæ antiquatæ congruum: niſi mortis ęternę perpetuos cruciatus?

QVONIAM igitur per textum allegatum confutat illam contumeliam, Dęmonium habes: ideo oportet, ad ſenſus taliter iniuriantium correſpondentia quadam conuincendos, exponere ſic illum; Honorifico. ſ. miraculorũ operationibus, cogitationum cognitione, doctrinę meæ prædicationibus, patrem meum. Omnia ſiquidem hæc faciebat Chriſtus in nomine patris ſui, Ioan. 10. in cuius nomine etiam venerat, Ioan. 5. cuius & voluntatem, non propriam, facturus in omnibus, de cœlo deſcenderat, Ioan 6. En, quam ordinatiſſima, ſimulque efficaciſſima, aduerſariorum, in ſenſibus eorum contumelioſis, confutatio. Veruntamen, licet ſufficiant hæc ad illos, dicamus adhuc vnum verbum de doctrina eius. Honorifico (inquit) ratione doctrinæ patrẽ meum. Oportet ergo Chriſti doctrinam omnem eſſe veriſſimam, atque ſanctiſſimam. Alioquin doctrina ſua ipſe per ſingularem excellentiã præ omnibus alijs (ſic quippe intelligendus eſt textus) non honorificaret patrem, qui & verus, Ioan. 3. & ſanctus eſt, Leuit. 19. 20. & hoc, qđ ſcilicet veriſſima, & ſanctiſſima ſit, patet recta ratione, ſemotis ignorantiæ perfidiæque tenebris, conſideranti. Nam ſi aliquis homo nulla, niſi naturali lege imbutus videret documenta Chriſti; ipſe naturalis rationis dictamine ductus iudicaret doctrinam ipſam eſſe veram in ſe, mundam, & honeſtam, in comparatione autem ad cæteras qualcunque humanitus inuentas, eſſe veriſſimam, ab errore quolibet mundiſſimam, in moribus dirigendis honeſtiſſimam. [Simile quid habes ſupra cap. 7. ſi quis voluerit, voluntatem eius facere, cognoſce, &c. Ideo vide ibi.]

De qualitate doctrinæ Chriſti.

ANNOTATIO DECIMA Cap. VIII.

EGO non quæro gloriã meam.] Scilicet, ab honore, & gloria, patris deuiantem. Nam, cum filij & patris gloria ſit eadem, conſequens eſt, quod filius dum quærebat gloriam patris (quod faciebat in omnibus operibus ſuis) quæreret etiam ſuimet gloriam. Verum textus intelligitur: ſecundũ quod expoſitus eſt. Aliter quoque, & magis ad intentionem eorum, quibus tunc loquebatur, accipitur iſtorum verborum ſenſus. ſ. Ego non quæro, in dictis aut factis meis, gloriam mundanam, & honorẽ: vt vos putatis. [Simile dictum habes ſupra cap. 5. Ego ab hominibus claritatem non accipio. Vide ergo ibi.] Quod qdem ex manifeſtis apud ipſos probat, ſubdens: Eſt, qui quærat, & iudicet. Ac ſi apertè dicat. Date mihi inter vos vnũ quempiã, qui quærat in ſuis dictis vel factis, gloriam, ſeu honorẽ mundanum, & talis ex apud ſeipſum expertis iudicabit pro certo, ꝙ ego nõ quæro gloriã mundanã. Quã efficaciſſima vero ſit iſta probatio patet conſideranti, ꝙ Chriſtus via incedebat totaliter contraria, ſcilicet in paupertate, humilitate, abiectione ſui, & contemptu mundi, viuendo, id qđ gloriã quærentes humanã, vt peſtẽ, manifeſte ad ſenſum refugiunt. Ergo & hac demonſtratione clara repulit Dñs ſupradictã ab eis iniuriã; Dęmoniũ habes.

SI QVIS ſermonem (inquit) meũ ſeruauerit: mortem non videbit in ęternum. Vide, quam modeſte exprimat Dominus veritatẽ, actualiter conturbatis. Poterat, & vere, apertioribus verbis dicere; ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, vitam æternam habebit, ſeu viuet in æternum: ſed quaſi eis compatiendo, ne. ſ. in maiorem furorem de ſuippſius excellentia ſic audita accenderentur, vititur tali modeſta locutione. Sicut enim quandoque eorum furori perſonaliter cędebat, de Iudęa recedendo in Galilęam, ſiue alio modo, ut uel ſic aliqualiter mitigarentur, uel ſaltẽ nè magis à nimia inuidia excęcarentur: ita etiam quandoque (iuxta ſapientiæ ſuæ ordinatiſſimam diſpoſitionẽ furijs eorũ conſulebat in ſeipſum, qualis, & quãtus eẽt manifeſtãdo,

Quod

Quod ſane faciebat non tacendo de ſe veritatem noſtræ ſaluti neceſſariam, ſed ipſam quodammodo parce, ſeu per figuram tenuem aperiendo. Figuram tenuem dico illam, qua minus dicendo, ſignificatur plus: Vt, ſi quis ſerm. me. ſeru. mortem non videbit in æternum, ideſt vita viuet in ęternum. De morte autem loquitur non corporali (vt Iudæi male intelligentes, de Abrahæ prophetarumque mortibus poſtea, extra propoſitum, argumentantur) ſed de ſpirituali, qua ſcilicet ſpiritus, ſeu anima propter peccatũ mortale, quod infinitæ grauitatis eſt, cruciatur ſola; & poſt iudicium generale ſimul cum ſuo corpore, in inferno pœnis æternis. De qua morte, & animæ ſolius, & aſſociatæ corpori, vide Elucidationes 3. de Sacram. Addition. q. 70. art. 3. & q. 97 ar. 1.2.3.4. 5. De ſuo etiam contrario, ſcilicet de vita ęterna tum animę, tũ corporis, vide eaſdem ibid. q. 92. 93. 94. 95. 96. cum ſuis cuiuſque articulis, id quod plurimum ad huius Euangelici textus ampliorem declarationem iuuabit.

Figura tenuis, quid ſit.

SVPRA Dominus ad Iudæos, qui crediderant, loquens dixerat, ſi manſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos, ſed interim à Iudæorum illorum vanitate interruptus, quos pro veritate, & ſuijpſius miſericordia trahere ſtuduit è vanitatis multiplicis foſſa profunda, in qua glorianter iacebant, non declarauit apertius (vt intendebat) quod dixerat. Nunc ergo, abſolutis, quantum in ſeipſo fuit, illis vanitatibus, proſequitur filum ſuæ locutionis tunc incæptę, ideſt declarat apertius, quid ſit manere in ſermone ſuo, &c. Id igitũ declarando dicit: Si quis ſermonem, &c. Hoc eſt. Illud manere in ſermone meo, quod in principio dixeram vobis, eſt ſeruare ſermonem meum, & illud eſſe vere diſcipulum meum, & cognoſcere veritatem, & a veritate liberari, eſt non videre mortem in æternum. Ac ſi ſupra dixiſſem, ſi ſeruaueritis ſermonem meum, non videbitis mortem in ęternum. Secundum textum ergo, Seruare ſermonem Chriſti facit tria hæc, ſcilicet eſſe vere diſcipulum Chriſti, & cognoſcere veritatem, & à veritate liberari: & tria hæc ſunt hoc vnũ, ſcilicet non videre mortem in ęternum. Nam dupliciter contingit, non videre mortem in æternum, ſcilicet inchoatiue, & perfecte, quemadmodum etiam videre ſic illam totupliciter dicitur. Is namq; videt inchoatiue mortem æternam, qui viuit hic in peccato mortali, perfecte autem qui damnatus deſcendit in infernum, & contra is non videt inchoatiue mortem æternam, qui viuit hic in gratia Dei, perfecte aũt, qui ſaluatus aſcendit in cœlum. Patet vero, & quod viuẽs hic in peccato mortali, & quod multo magis deſcendens in infernum, non eſt vere diſcipulus Chriſti, nec cognoſcit (vt oportet) veritatem, nec à veritate liberatur. Patet quoque è contrario, & quod viuens hic in gratia Dei, & quod multo magis aſcendens in cœlum, eſt vere diſcipulus Chriſti, cognoſcit (ſicut oportet) veritatem, ab ipſaque liberatur. Hoc igitur vnum, ſcilicet non videre mortem in ęternum, eſt illa tria, & illa tria, ſcilicet eſſe vere diſcipulum Chriſti, cognoſcere (vt oportet) veritatem, ab ipſaque liberari, ſunt hoc vnum: ſimiliter ab oppoſitis vnum hoc, ſcilicet videre mortem in ęternum eſt hæc tria, ſcilicet non eſſe vere diſcipulum Chriſti, non cognoſcere (vt oportet) veritatem, neque ab ipſa liberari. Ex his denique omnibus ſimul collectis patet: Dominum id, quod pluribus verbis primo dixerat, nunc breuioribus fuiſſe complexum.

Non videre mortẽ in ęternũ, quid ſit, &c.

PORRO, in hoc ſcilicet, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in ęternum, oſtendit, ſe eſſe Deũ. Nullius enim ſermo eſt tantæ uirtutis, vt non poſſit facere hunc effectum in auditoribus ipſum ſeruãtibus, niſi Dei. Quoniam ſermo non eſt potior proferente illum (dummodo ſit proprius ſermo eius) cum principalis cauſa ſit potior ſuo effectu: & ſolus Deus poteſt à morte æterna liberare, & dare uitam æternam, cum de ipſo ſcriptum ſit, Pſal. 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus, & 1. Reg. 2. Dominus mortificat, & uiuificat, de alijs autem, Iob. 25. Homo putredo, & filius hominis uermis. item Luc. 12. Occidũt corpus, & poſt hoc non habent amplius quid faciant, & propterea Hierem. 17.

In tex. ꝓbat Chriſtus ſe eſſe Deum.

Male-

Maledictus, qui confidit in homine, & item Iſa. 51. Quis tu, vt timeas ab homine mortali, qui, quaſi fœnum, ita areſcet? Solus ergo Deus poteſt veraciter dicere: Si quis ſermonem meum ſeru. mor. non vid. in æternum. Ratio autem huius dicti à Chriſto, eſt: quia ſemen eſt verbum, ideſt ſermo Dei, Luc. 8. Inquantum, ſcilicet vita æterna in verbo, ideſt ſermone Dei, ſicut in quodam principio ſeminali, conſiſtit. Sicut ergo qui ſeruat alicuius plantæ, vel arboris ſemen, nè corrumpatur, & debitam curam circa illud exercet, ille tandem peruenit ad perfectionem fructus: ita qui debito modo ſeruat ſermonem Dei, peruenit ad vitam æternam.

ANNOTATIO VNDECIMA Cap. VIII.

SI ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus, qui glorificat me.] Iudæorum calumniam, qua dixerant, Quem teipſum facis? excludit per verba hæc: Si ego glorifi. meip. gl. m. n. eſt. Vnde ſciendum: quod Iudæi ex animi ſui qualitate iudicabāt qualitatem animi Chriſti. Propterea, quoniam omnia opera ſua faciebant, vt viderentur ab hominibus, Matth 6.23. hoc eſt, in omnibus operibus ſuis (per opera hic intellige etiam locutiones, geſtus, veſtimentorum ornatus, &c.) quærere intendebant gloriā, ſeu laudem, & applauſus hominum: ideo talem intentionem credebant habere Chriſtum, quando mirabilia, vel faciebat, vel de ſeipſo loquebatur. Et licet ad eruendam ex illorum cordibus hanc falſam opinionem, ad inferendumque bonam, dixiſſet ſemel pro ſemper Dominus, cap. 5. Hæc dico, vt ſalui ſitis: tamen adhuc, tanquam nimis obdurati in ſolita ſua opinione perſiſtebāt dicentes. Quem teipſum facis? Ac ſi apertius dixerint. Cum Abraham, & prophetæ, qui procul dubio ſermonem Dei ſeruauerunt, mortui ſint, manifeſtū eſt: quod tu dicendo, ſi quis ſer. me. ſeruau. mor. non vid. in æter. eleuas te ſupra Deum, cuius ſermo ſeruatus non præſeruauit à morte, & cum hoc, ſcilicet te eſſe ſupra Deum, ſit impoſſibile, manifeſtum quoque eſt, quod tu, tanquam vanus illud (ſicut & alia alia) de teipſo fingis ad gloriam à populo capiādam. Huic ergo illorum iudicio (quod temerarium eſſe, patuit ſuper illud, Eſt, qui quærat, & iudicet) humilis corde Dominus reſpondet: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Hoc eſt: ſi ego his verbis meis facio me clarum, vt inde captem auram popularem, vt vos mihi imponitis: gloria mea nihil eſt, quia vana eſt, vanū autem, & nihil conuertuntur. Porrò, ad nihil nemo prudens aſpirat (vt de ſe patet) alioquin tunc non eſſet prudens: in cuius ſignum Apoſtolus, quando videtur ad gloriam vanam tendere (licet re vera non tendat) dum laudibilia de ſeipſo refert, dicit 2. Cor. 11. Velut inſipientem accipite me: vt & ego modicum quid glorier. In quo quis audet: in inſipientia dico, audeo & ego. Vt minus ſapiens, dico: plus ego. Et cap. 12. Factus ſum inſipiens: vos me coegiſtis, à vobis enim debui commendari. Cum ergo Chriſtus in veræ prudentiæ ſit ac ſapientiæ ſummo & abſolute, vt Deus, & in genere creaturarum, vt homo, ſequitur manifeſte, quod ipſe, nec faciebat, nec dicebat, nec cogitabat, imo nec facere, nec dicere, nec cogitare poterat, aliquid vel minimum ad vanam gloriam tendens. Ad quid ergo tendebat eius intentio, dum excellentia de ſeipſo, aut de ſermone ſuo ſeruato, dicebat, dum opera miraculoſa, aut aliàs preconio laudum digniſſima faciebat, dū tacitus dicenda, faciendaque cogitabat? Ad ſalutem noſtram procurandam, & promouendam, ſecundum illud ad omnia hæc, tanquam per locum à ſimili, ſe extendens ab illo dictum cap. 5. Hæc dico, vt ſalui ſitis. Vnde ergo Chriſtus in Iudæis erat pro veritate, & gratitudine millies laudandus: inde ab eiſdem pro ſuiipſorum malitia frequentiſſime irridebatur, maledicebatur, blaſphemabatur.

Quare Chriſtus alta de ſe ipſo dicebat, & faciebat: cōtra oblocutores temerarios.

POTEST quoque ſententia hæc exponi de Chriſto, vt Deus eſt: & ſic. Si ego, ſcilicet ſolus glorifico meipſum, ideſt attribuam mihi gloriam quam non attribuat mihi pater, gloria mea nihil eſt: Chriſti ſiquidem, vt Dei, gloria tota eſt à patre: cum filius nihil habeat, niſi id, quod naſcendo à patre ipſum generante

Digitized by Google

nerante accepit. Si ergo per impoſſibile daretur, quod gloria Chriſti filij Dei non eſſet tantum ab alio, ſcilicet à patre: tunc gloria illa nihil eſſet. Tunc enim nō eſſet gloria filij, quoniam cum filius non generet ſeipſum, à ſeipſo nihil poteſt habere, ſed totum ab alio. Quid ergo hinc, tanquam per locum à fortiori habes? Qđ Chriſtus hęreſim Pelagianam, quam prę uidebat, funditus deſtruit. Si enim ipſe, vt Deus, filius Dei, nihil gloriæ habet à ſemetipſo (vt hic dicit) licet infinitam in ſemetipſo habeat, multo vtiq; magis per hoc intelligi vult, quod homo, quicunq; ſit ille, nihil laudabile habet à ſemetipſo. Et ſicut gloria Chriſti Dei eſſet nihil, ſi ſeipſum glorificaret (vt aperte fatetur,) idest ſi ipſam diceret habere à ſemetipſo: ita multo magis, ſi homo glorificet ſeipſum, idest dicat, ſe aliquid boni habere à ſeipſo, gloria ſua nihil eſt, idest tale dictum ſuum falſiſſimum omnino eſt. Quid clarius, & firmius, contra illam hæreſim? Quam & cooſtendit Chriſtus per hunc textum Euangelicum extuliſſe caput ſuū ad inſtar Luciferi dicentis Iſai. 14. Aſcendam ſuper aſtra cœli; ponam ſedem meā ad Aquilonem, & ero ſimilis altiſſimo, idest non recognoſcam bonum aliquod meum ab aliquo alio, ſed à meipſo, vt facit altiſſimus Pater qui à nullo alio habet, quicquid in ſeipſo habet. Veruntamen in hoc ero ſuperior altiſſimo filio, quandoquidem ipſe quodcunque bonum habet in ſeipſo, non recognoſcit a ſeipſo, proteſtans aperte contrarium eſſe falſum his verbis: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Superbia ergo incluſa in hęreſi Pelagianorum extollit ſe ſupra Deum filium, modo dicto: quamuis non ſic ſe extollat ſupra Deum patrem, ſed tantum ei patificari velit.

Maledictam militesſe Pelagianorū ſuperbiā, monſtrat Chriſtus, &c.

EST pater (inquit) qui glorificat me. Si de Chriſto, vt homo eſt, accipias: pater illum glorificat per diuinitatis ei perſonaliter vnitę redundantiam in ipſum & gratiæ, & veritatis, & gloriæ ſingularis, ſecundum illud, Ioan. 1. Verbum caro factum eſt, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a Patre; plenum gratię, & veritatis. Si autem de Chriſto vt Deus eſt, intelligas: pater eum glorificat per generationem ęternam communicando ei totam ſuam eſſentiam numero eandē, ſm illud, Ioan. 17. Clarifica me pater claritate, q̄ habui apud te, priuſquam mundus fieret. Hoc eſt. Notum fac toti mundo, quod ab ęterno ego a te per generationem habui claritatem omnium claritatum maximam, idest eſſentiam diuinam: hoc eſt, notum fac mundo per fidem, quod ego ſum tibi naturaliter ęqualis. Ex hoc textu, Eſt pater, qui &c. ſic catholice expoſito quid habes? Quod ignorantia ſimul, & hæreſis Arrij condēnatur, qua hinc dicebat: Pater glorificat filium, Ergo pater eſt maior filio. Nā maior eſt, qui glorificat, eo, qui ab ipſo glorificatur. Reſpondendo enim, negatur conſequentia, ſcilicet ergo, &c. Debuerat autem, vt eſſet valida, ſic fieri: pater glorificat filium, ergo pater vel eſt maior filio, uel generat filium gloria abſolute ſumma plenum. Tunc enim non negaretur conſequentia: ſed reiecta priori conſequentis particula concederetur poſterior, ſcilicet quod generat filium gloria abſolute ſumma plenum. Nam gloria ſimpliciter, ſeu abſolute ſumma, eſt eſſentia diuina. Ad conſequentiæ autem negatæ probationem, ſcilicet maior eſt, qui glorificat, eo, qui glorificatur; dicitur, quod eſt falſa. Debuerat autem ut eſſet uera, ſic fieri: Maior eſt, qui glorificat, eo, qui glorificatur, niſi glorificans det ei gloriam tantam, quantam habet ipſe. Tunc enim concederetur: ſed Arrius talem facere nollet, quia eſſet contra eundem dicentem, quod pater generando non dat filio tantam gloriam, quantam ipſemet pater habet. Quod tamen eſt contra manifeſtam textus ſeriem Ioan 10. Pater meus, quod dedit, &c. Ego & pater vnum ſumus: & contra illud, Phil. 2. Non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe ęqualem Deo; & contra illud, Ioan. 5. Quæcūque pater facit, hęc & filius ſimiliter facit: & multa alia. Sed de ipſo practicaliter, ſicut & de alijs hęreticis, verificatur illud, Impius, cum in profundum peccatorum venerit, cōtemnit, Prouerb. 18. Quid contemnit? Omnia ſcripturarum, legum, expoſitionum, Cōciliorum, ſanctorum Patrum, ſecundum illud, quaſi pro prędictę ſententiæ accuſatiuo, poſitum ibidem in immediato contextu.

Reſponſio optima ad uerſus Arrianas illuſiones, &c.

Niſi

Niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde eius.

ANNOTAT. DVODECIMA, Cap. VIII.

QVEM vos dicitis, quia Deus veſter eſt. Et non cognouiſtis eum. Abraham pater veſter exult. vt videret diem meum: vidit, & gauiſ. eſt. Antequam fieret: Ego ſum:] Per ſententiam hanc primam, Quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt, oſtendit Chriſtus duo, ſcilicet quod Deus veteris teſtamenti dator eſt pater ſuus, & quod non Diabolus, ſed verus Deus fuit author ipſius teſtamenti. Conſequenter ergo damnat hęreſes Manichęorum duas, quibus dicebãt & quod veteris teſtamenti dator non eſt pater Chriſti, ſed pater eius nuſquam legitur ibi, & quod veteris teſtamenti author eſt malus Deus, ideſt Diabolus. Clariſſimum enim eſt, quod Iudæi, quando dicebant ſe habere Deum, loquebantur tantum de vero Deo: iuxta illud Pſal. 75. Notus in Iudæa Deus: quem vtique vetus teſtamentum patribus ſuis dediſſe nouerant, & de quo tota ſcriptura vetus loquitur. Cum ergo Chriſtus, poſtquam dixerat, Pater meus glorificat me, ſubiungit; Quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt: manifeſte ad literam, & oſtendit, & damnat illa omnia, quæ diximus.

Quid clarius contra Manichæum.

NON cognouiſtis (inquit) eum. Cognitione .ſ. practicali, ideſt imitatione operum. Textura enim locutionũ de iſtorum patribus, ideſt de habere patrem talem, vel talem, fuit ſemper præhabita ſecundum conſiderationem operum, vt patet intuenti. Ideo enim iſti Iudęi fuerunt dicti ex patre Diabolo eſſe: & ad eoſdem de paternitate Dei, & Abrahæ ſe iactantes fuit dictum, Si Deus pater ueſter eſſet, diligeretis vtique me; Item, ſi filij Abrahæ eſtis, opera Abrahę facite. Dominus ergo, more ſuo, ſtans in filo contextuum ſuorum, dum nunc ad eoſdem Deum pro patre ſuijpſorum prętendentes inquit, Non cognouiſtis eum; intelligendus eſt neceſſario, accipere nõ cognitionem pro non operatione congrua ad filiorum Dei conſtitutionem, & conſeruationem. Ac ſi ergo formaliter dixiſſet. Non cognouiſtis eum, ſecundũ quod debet cognoſci. Et quomodo debet cognoſci? Vt Dominus, & vt pater. Vnde ad hoc ſignificandum ipſe dicebat Malach. 1. Filius honorat patrem, & ſeruus Dominum ſuum. Si ergo ego pater ſum, vbi eſt honor meus? Et, ſi ego Dominus ſum; vbi eſt timor meus? Porro timor, & honor, qui à ſuis ſeruis, & filijs debetur Deo, eſt à nobis ſeruandus erga ipſum, ad inſtar ſeruorum, & ancillarũ erga homines dominos ſuos, & dominas, Pſal. 122. Vt vel exemplis talium, à ſomno negligentiarum noſtrarum excitati, ſeruiamus Deo in timore, & exultemus ei cum tremore, Pſal. 2. In hoc enim conſiſtit illud, quo hi Iudæi carebant, cognoſcere Deum, videlicet (vt totum, quod pręmiſſum fuit, breuiter colligamus) in imitando illum, ſeu in obſeruando mandata eius. Hanc eſſe veram cognitionem filiorum erga Deum, & hic, & in ſimilib. locis, interim à ſeipſo, docuit ſemel pro ſemper Chriſtus, quando de ijs, qui uere filij ſui ſunt, ſub nomine ouiũ dixit, Ioan. 10. Cognoſcunt me meę, ideſt (ut ipſe in illo contextu exponit) oues meę uocem meam audiunt, & ſequuntur me: & quid plura? Noſter Euangeliſta expoſitionem dicti illius, Non cognouiſtis eum, digito indicauit dicens, 1. Ioan. 2. Cognouimus Deum, ſi mandata eius obſeruamus: Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in eo ueritas non eſt. Per hoc uero, quod in præterito dicit, Non cognouiſtis eum, denotat eos à multo tempore non cognoſcere Deum. i. non tantum nunc, ſed etiam in tempore prętерito, fuiſſe trãſgreſſores legis à Deo ſibijpſis per Moyſen datę, id quod eos nõ tantum in peccato, ſed etiam in ſtatu peccati eſſe. i. non ſolum peccaſſe, ſed & in peccato ſteтиſſe. i. perſeueraſſe: & cõſequẽter eos nõ nunc ſolummodo ſed à multis dieb. eſſe ex patre Diabolo conſignificat.

Abraham (inquit) pater ueſter exultauit ut uideret, &c. per uerba hęc reſpondęt Dñs ad aliam irriſionem ſibi factam a Iudęis dicentib. Nũquid tu maior es patre noſtro Abraham? Ac ſi reſpõdẽs aperte dicat: Ego ſum maior illo. Sed humilitatis, ueritatiſq; magiſter ita elegit dicere ueritatem, ut nec offenderet, nec offendere

Digitized by Google

dere rationabiliter ſentientib. uideretur, humilitatem. Quid ergo deſignat illud; Exultauit, vt videret? Quod Abraham, ceu re vera omnem ſuam perfectionem cognoſcens dependere a Chriſto deſiderauit maxime, ideſt tanto deſiderio, vt extra ſe ſaltare prę gaudio expectationis rei deſideratæ videretur: ſic, inquam deſiderauit videre diem Chriſti. En: quantam denotat Chriſtus fuiſſe Abrahę fidem in ipſum, & ſane non mortuam, ſed adeo viuam: vt præ ſua viuacitate faceret eum lętabundum ſalire extra ſe; totumque ſpirituali, & amoroſo impulſu ferri in Chriſtum videndum. Ideo ſiquidem videre deſiderauit diem Chriſti, vt videret Chriſtum in die illo, ideſt vt videret Chriſtum quatenus homo eſt ex B. Virgine temporaliter naſcentem, & etiam eundem, quatenus Deus eſt, a Patre æterna generatione procedentem. Dies enim Chriſti (ſecundum ſacros Doctores) eſt duplex, ſcilicet æternitatis, & incarnationis, ad finem moriendi in cruce pro nobis ordinatę. Vidit (inquit) & gauiſus eſt. Quomodo vidit? Per fidem. Quid vidit? Vtrumque diem Chriſti. Niſi enim ſic vidiſſet diem æternitatis, non fuiſſet iuſtificatus, quod eſt contra librũ Geneſ. 15. quoniam iuſtificari quis non poteſt ſine hac fide, cum ſcriptum ſit, Hebr. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, credere enim oportet accedentẽ ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Vnde & in huius ſuæ fidei prius in ſpiritu tantum habitæ ſignũ, apparuerunt ei poſtea ſenſibiliter tres viri ſummam Trinitatem reprę ſentantes; quando Geneſ. 18. currens in occurſum eorum adoran'que in terra, dixit, Domine, ne tranſeas ſeruum tuum, ſed lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore, & cõfortetur cor veſtrum. Vt enim ex contextu verborũ eius patet iuxta expoſitionem Eccceſiæ: Abraham tres vidit, & vnum adorauit. Nam illos eſſe plures, ſe agnouiſſe monſtrat dicens in plurali, Pedes veſtri, Requieſcite, Veſtrum, & vnitatem per eos quoque figuraram eſſe, percepiſſe ſe connotat, illos plures in ſingulari alloquens, Domine, Tranſeas, Tuũ. Trina ergo vnitas, & vna Trinitas [Hæc eſt Deus æternus viuus, & verus] tunc per figuram illam ſenſibilem ab Abrahã viſa eſt, & cũ magno gaudio deuote, & humiliter (vt ibi ex litera conſtat) adorata. Et, ſi cum tanto gaudio deuoto, & humili Abraham oculis corporalibus vidit diem æternitatis in figura iſta repræſentatum: cum quanto gaudio, humilique deuotione, illum vidiſſe putas, eundem æternitatis diem ſpiritualibus oculis per fidem charitate formatam? Non mirum igitur, quod de tali die loquens Chriſtus dicat: Abraham vidit, & gauiſus eſt. Porrò, quod etiam diem incarnationis Chriſti, & paſſionis eius (quod vtique non fuit ſine gaudio condecente) viderit Abraham per fidem, patet per hoc: quod & Deus dixit ei, & ipſe Deo credidit illud, Geneſ. 22. Benedicentur in ſemine tuo omnes gẽtes terræ. Hoc enim ſemen eſſe Chriſtum interpretatur Apoſtolus, Galat. 3. Non dicit, in ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Aliunde etiam conſtat, Abraham vidiſſe diem incarnationis ipſius, quando videlicet mittendo ſeruo ſeniori ad partem longinquam pro accipienda vxore filio ſuo dixit, Geneſ. 24. Pone manum tuam ſubter femur meũ vt adiurem te per Deum cœli, & terræ. Per hoc enim Abraham (vt inquit B. Aug.) ſignificabat, quod de femore ſuo naſciturus eſſet Deus cœli, & terræ. Quod verò incarnationis etiam finem, ſcilicet Chriſti paſſionem, viderit in figura per fidem, conſtat ex Geneſ. 22. Abraham vidit poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio. Hoc enim, ſcilicet quod iuberetur occidere Iſaac filium ſuum, & quod loco eius occiderit arietem inter ſpinas viſum ipſe Abraham (vt dicitur Hebr. vndecimo) accepit in parabolam. In cuius parabolam, ideſt figuram? Chriſti, quem pro nobis omnibus in mortem pater tradidit, Rom. octauo, qui tamen ſecundum humanitatem, nõ ſecundum diuinitatem mortuus eſt, ſecundum illud 2. Cor. 13. Crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei: & ſecundum 3. de Sal. q. 46. art. 12. cum Elucidationibus.

Plurima habentur in toto diſcurſu, de perfectione Abrahe, &c.

QVÆ-

QVÆSTIO CIRCA Annotationem duodecimam.

CLARVM abſque Dubio eſt, quod licet inuiſa ſenſibiliter diligere poſſimus, non tamen incognita. Neceſſario enim pręcedit intellectus ad cognoſcendum aliquid: & poſtea illud cognitum offert uoluntati, tanquam obiectum eius, ad diligendum ipſum ſi eſt bonum, uel ad odiendum, ſi eſt malum 1. 2. q. 9. art. 1. Cum igitur res ſecundum rectam rationem humanam, ſic ſe habeat; quomodo potuit Abraham per uoluntatem deſiderare uidere diem Chriſti, antequam uideret aliqualiter eum, ideſt antequam haberet per intellectum aliquam notitiā de die illo? Quod ſi non potuit: quare in textu ponitur, Exultauit ut uideret, antequam ponatur, Vidit? Etenim, Exultauit, pertinet ad uoluntatem, cum exultare ſit intenſo cum gaudio deſiderare. & ſacra ſcriptura nullibi eſt contra rectam rationem humanam, licet multoties ſit ſupra. Reſpondetur ad hoc, quod Euangeliſta nullo modo in textu offendit rectam rationem humanam, & conſequenter quod prędicta obiectio admiratiua procedit ex ignorantia grammaticę conſtructionis. Ratio reſponſi, quo ad utrunque eſt hæc: qđ.ſ. Chriſtus ibi loquitur ꝑ figuram, quę apud grāmaticos uocatur, Hyſteronproteron, ſeu Hyſterologia, Hyſteron autē Græcè, eſt vltimū Latine, & proteron Gręcè, eſt primū Latine: unde et Hyſterologia Græce, eſt ſermo ordine tali prolatus, vt id, qđ primò dicitur, intelligendū ſit vltimo, & è contra .i. quod vltimo dicitur, intelligendum ſit primo; vt eſt illud Poetę. Poſtquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit. Manifeſtū.n. eſt, quod ille, de quo Poeta loquitur, venit prius ad æquora, quam tangeret fluctus æquoris altos. Impoſſibile ſiquidē eſt altos fluctus maris nauigando tangere, antequā veniatur ad mare, vbi nauis ad altum mare ſulcandum conſcendenda eſt. Poeta tamen bene ordinauit texturam locutionis ſuę: attento, quòd ipſe ibi per figuram, Hyſteronproteron, locutus eſt, licet alias, ideſt ſine illa figura, locutio ſua non eſſet recte ordinata. Sic in propoſito noſtro dicendum eſt. Iſta ſententia, Exultauit vt videret, vidit, & gauiſus eſt, per figuram, Hyſteronproteron, ordine tali poſita fuit, & ideo qui eā ſic diſpoſuit, voluit, vt ordine inuerſo conſtrueretur, ſcilicet vidit, & gauiſus eſt, & exultauit, vt videret. Cum ergo ſic ordinatur textus huius conſtructio, textu (vt in Euangelio iacet) intacto permanente, ſeruatur recta intentio Chriſti per figuram prædictam loquentis: tantum abeſt, vt vel minimum quid inconuenientis inde ſequatur. Intellectus enim tunc præcedit in cognoſcendo, cum primo dicitur, vidit, & voluntas ſequitur in gaudendo de die Chriſti cognito, & in deſiderādo cognoſcere magis diem ipſius, cū poſtea dicitur, Gauiſus eſt, & exultauit, vt videret. Gaudium igitur Abrahæ, ſecundum intentam à Chriſto conſtructionē, ponitur inter duas viſiones, procedēs ab vna illarum, & tendens in aliam. Abraham enim per viuam fidem vidit primò diem Chriſti duplicem, quem ſupra declarauimus, & inde ſecundo proceſſit, quod de ipſa viſione iam actualiter habita gauiſus eſt, denique tertio ille ipſe ex prædictæ viſionis ſuaui guſtu iam allectus exultauit, ideſt intenſiſſime deſiderauit, vt perfectius videret eundem Chriſti diem, hoc eſt, vt id, quod per fidem actualiter viderat, per claram viſionem actualiter cognoſceret. Fides enim habita ab Abraham in terris monſtrabat ei, quod ſibi ſucceſſura erat clara viſio in cęlis, & conſequenter Abraham adhuc in terra exiſtens, licet claram hanc uiſionē ſibi à fide monſtratam haberet potentialiter, tamen de hoc non omnino contentabatur, immo ex hoc magis exultabat, vt videret, ideſt accendebatur ad deſiderandum habere actualiter illam viſionē claram, & quia per eandem fidem nouerat, quod talis uiſio clara non poteſt haberi ante mortem corporalē, & ſine operibus bonis [Dum enim ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino. 2. Cor. 5. & iudicatum eſt de ſingulis ſecundum opera eorum, Apocal. 20.] Ideo ipſe, ut deſiderio fidei indutus, & cupiebat mori corporaliter; vt iam non ænigmatice, prout erat, ſed aperta viſione, eſſet cum Chriſto, & bene operabatur, etiam vſque ad volitā mortē filij ſui Iac. 2. & Heb. 11.

Reſponſio &c.

Deſi-

Digitized by Google

Deſiderium ergo mortis cauſat fides viua, & facit mori gaudenter: & conſequenter talis uoluntas moriendi eſt bona & taliter mori eſt quam pretioſum: iuxta illud 2. Cor. 5. Bonam voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & pręſentes eſſe ad Dominum, & illud Pſa. 115 Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Ex præmiſſis omnibus in textu illo Euangelico breuiter incluſis & inde, vt ab ipſo vere dependentibus, extractis, patet magna perfectio Abrahę: & quod non ſine graui cauſa vocatur pater omnium credentium, Rom. 4. hoc eſt, quem omnes fideles debeant imitari in credendo ſic feruenter, ſic operoſe, ſic, & cætera; vt ſupra. Quod totum intendebat Chriſtus Iudæis illis dicere ibi; Opera Abrahę facite. Quod & omnibus nobis dictum eſſe voluit.

PROSECVTIO
Annotationis duodecimæ.

ANTEQVAM (inquit) Abraham fieret, Ego ſum. Verbis iſtis duo de ſe valde notabilia, efficaciterque *Primo.* hęreſes Arrianorum à ſeipſo pręuiſas condemnantia, dicit Chriſtus. Primum eſt ſua ęternitas proprie ſumpta: ſecundum eſt, ſua diuinitas ſumma, & vera. Oſtendit ſiquidẽ primum per hoc, ꝗ ſimul pręteritum, & futurum, coniungit: dum inquit, Ante, &, Sum. Nam aduerbium, Ante, reſpicit tempus præteritum: & verbum, Sum, reſpicit præſens. Deſignatur porrò æternitas proprie ſumpta per hoc: quia talis ęternitas nec tranſit in pręteritum, nec expectat futurum, ſed in vno præſenti, & indiuiſibiliter permanenti (quod ſacri Theologi vocant, Nũc æternitatis) concludit ſimul quodcunque volueris tempus. Dicendo igitur, Sum ante, non autem, fui ante (quod conuenit hominibus) ideſt meum eſſe erat abſque vlla variatione pręſens in tempore pręterito, ſicuti eſt nunc; denotat à ſimili, quod ſuum eſſe erit abſque vlla variatione pręſens in tempore futuro: ita vt per tot, & tantas temporum variationes nunquam varietur, ſed ſemper idem omnino permaneat, ſecundum illud, Pſal. 101. Ipſi peribunt, tu autem permanes, omnes mutabuntur, tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Dixi, æternitas proprie ſumpta, ad differentiam æternitatum quarundam quæ non proprie, ſeu ſimpliciter, ęternitates dicuntur, ſed ſolum improprie, ſiue ſecundum quid: quo vtique modo ignis inferni vocatur ęternus. Matth. 25. terra in æternum ſtat, Eccl. 1. Poma montium, ſeu collium ęternorum, Deuteron. 33. In perpetuas ęternitates, Daniel. 12. Vide Angelicum Doctorem 1. quæſt. 10. art. 3. *Cõtra Arrium dãnatum à Chriſto ad literã totã, &c.* Quid tandem eſt æternitas proprie, & ſimpliciter dicta, quæ per textum illum Euangelicum importatur? Eſt illa tantum, de qua verificatur definitio data à Boetio, in libr. 5. de Conſolation. philoſoph. dicente. Æternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Vbi patet: quod ęternitas notificatur ex duobus. Quorum vnum eſt, quod id quod eſt in ęternitate, ideſt quod eſt ęternum, eſt interminabile, ideſt principio, & fine carens (terminus enim ibi ad vtrunque refertur:) aliud autem eſt, quod ipſa æternitas ſucceſſione caret, tota ſimul exiſtens. Ratio igitur ęternitatis conſiſtit in apprehenſione vniformitatis eius, quod eſt omnino extra motum: ſicut e contrario, ratio temporis conſiſtit in numeratione prioris, & poſterioris, in motu, 1. q. 10. art. 1. Ex his denique conſtat, & quomodo intelligatur propoſitio hęc ex textu ſumpta, ſcilicet Chriſtus, vt Deus, eſt ęternus: & quod opinio Arrij dicens, ipſum non eſſe ęternum, pro hęreſi damnatur à Chriſto. Secundum autem, ideſt, ſuam diuinitatem ſummam, *Secundo.* & veram oſtendit ipſe per hoc, quod diuerſimode loquitur de eſſe Abrahæ, & de eſſe ſuo. Nam dicendo, Abraham fieret, denotat aperte, quod illius eſſe eſt factum: dicendo autem, Ego ſum, aperit manifeſte, quod eſſe ſuum conſiſtit in eſſe, ideſt quod eſſe ſuum eſt in ſe ſubſiſtens, & conſequenter quod ſuum eſſe non eſt factum: quandoquidem eſſe factum non eſt in ſe ſubſiſtens, ſed eſt eſſe in eſsentia receptum. Vnde eſse, quod ſtat, cum fieri, conuenit creaturæ ſoli, Deo autem ſoli conuenit eſse, quod non ſtat cum fieri: & hoc totum deſignat tex-

tus

tus dicens Abraham eſſe factum Chriſtum verò eſſe. Quaſi ergo Iudęis dicentibus, Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham? Reſpondiſſet Chriſtus, cum ratione ſimul annexa, dicens. Vtique ſum maior, quia ille eſt creatura, & ego ſum Deus illius creator. Pro hęreſi ergo damnatur à Chriſto Arriana opinio dicens: ipſum non eſſe Deum verum, ſed creaturam.

Cõtra eoſdem Arrianos hoc (quod eſt magna eorum confuſio) tandem ex contextu notato: quod Iudæi illi melius intellexerunt verba illa Chriſti, quam intelligant ipſi. Ab effectu enim quo poſt auditionem illorum verborum tulerunt lapides, vt iacerent in eum, manifeſtant, ſe intellexiſſe: quod illis verbis Saluator noſter aſſerebat, ſeipſum eſſe verum Deũ (quod pro blaſphemia digna lapidibus illi exiſtimarunt, etiam Ioan. 10.) Et tamen Arrianorum cor ita eſt propria prauitate, Diabolo etiam illudente, obcæcatum, vt nolint intelligere, vt bene tam manifeſta intelligant.

CAPITVLVM NONVM.

Et prætериens IESVS vidit hominem cæcum à natiuitate. Et interrogauerunt eum diſcipuli eius. Rabbi: quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? &c. vſque ad finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

Non omnes infirmitates corporales proueniunt ex actuali peccato (contra opinionem amicorum Iob,) ſed omnes proueniunt vel ex actuali peccato, vel ex Dei flagellantis intentione ad aliquod bonum ſic, id eſt medio talis infirmitatis, conſequendum, (contra hæreſim Atheorum.) Nulla ergo pœna contingit hominibus ſine cauſa: licet aliqua eis contingat ſine culpa.

PROBATIO
Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Quis peccauit, hic, aut parentes eius: vt cę. naſ.? &c. vſque ad, opera Dei in illo. Prima itaque pars, ſcilicet non omnes infirmitates corporales proueniunt ex actuali peccato, patet ex reſponſione Domini ad diſcipulorum interrogationem. His enim de cauſa infirmitatis huius quærentibus, vtrum ſcilicet cauſa cęcitatis illius fuiſſet peccatum eiuſdem, an peccatum parentum ſuorum, reſpondit Dominus, quod neque illius, neque parentum eius, peccatum fuerat cauſa infirmitatis talis, ſcilicet quod ille naſceretur cęcus. Rectè ſiquidem interrogationem eorum conſiderantibus conſtat, quod diſcipuli illi ad ſic quærendum moti fuerunt ex hac opinione, quam eſſe veram putabant, quod ſcilicet omnis infirmitas corporalis ex peccato aliquo procedat. Niſi enim ſic putaſſent, non dixiſſent, Rabbi, quis peccauit, vt cæcus naſceretur: ſed dixiſſent, Rabbi, vnde, id eſt ex qua cauſa proceſſit, quod ille

Digitized by Google

cæcus naſceretur? Quia ergo determinate de ſolo peccato quæſierunt, apparet quod illi præſupponebant pro veritate iſtud, ſcilicet quod non niſi ex aliquo peccato infirmitates quælibet corporeæ prouenirent. Creditur autem probabiliter, eos traxiſſe hanc opinionem inde: quod videlicet audierant, Dominum dicere & paralitico corporaliter curando, Matth. 9. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua: & languido curato, Ioan. 5. Iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Videntes enim quod Dominus his verbis denotauerat, horum duorum infirmitates corporeas ex peccato ipſorũ proueniſſe, ad illam inde concluſionem vniuerſalem proceſſerunt; Ergo omnes corporis infirmitates ex peccato proueniunt. Cæterum quod hoc vniuerſaliter ex illo particulari bis audito, non bene concluſerint, patet per eiuſdem Domini reſponſum præſens ad illos. Neque hic peccauit, neque parentes eius, vt cæcus naſceretur. Ac ſi ad radicem interrogationis ſimul reſponderit: Derelinquite illam veſtram opinionem, quia falſum eſt generaliter, quamuis verum ſit de aliquibus, quod ex peccato proprio, aut proximorum parentum deriuentur corporis infirmitates.

QVIS (inquiunt) peccauit, &c. vt cæcus naſceretur? Ex hoc, quod ſic interrogant de peccato cæci illius, ne credideris, diſcipulos Domini ex errore Gentiliũ (quem & poſtea quidam hæreticorum tenuerunt,) quo animas ante corpora fuiſſe, & per conſequens actualiter peccare potuiſſe dicebant, ad tale quæſitum proceſſiſſe. Nam ex ſimplicitate quadam quaſi neſcientes quid dicerent (vt de Petro alias dictum eſt, Mar. 9. Luc. 9. & de filijs Zebedęi, Matth. 20.) Poſtulauerunt à Domino, an cæcus actualiter peccaſſet, propter quod cæcitas eius fuiſſet ſubſecuta: ac ſi non bene conſideraſſent, quamuis ore exprimerent, hoc ſcilicet vt cęcus naſceretur. Dixi, eos de actuali peccato ſuam quæſtionem intellexiſſe, quoniam ad hoc dicendum reſponſio Domini cogit. Si enim de cæci peccato non actuali, ſed originali, interrogaſſent diſcipuli, Dominus non reſpondiſſet. Hic non peccauit: ſed, Hic peccauit. Abſit enim, quod Chriſtus negaſset, peccatum originale inueniri in deſcendentibus ſeminaliter ab Adam (qualis erat iſte cæcus) 1. 2. q. 81. art. 1. 3. ad cuius deletionem principaliter moriturus aduenerat 3. de Sal. q. 1. art. 4. Nec ſolum propter originalis contractionem non reſpondiſſet, Hic non peccauit: ſed etiam propter infirmitatum cauſalitatem: Licet enim ex actuali peccato non cauſentur omnes infirmitates (vt iam ex textu patuit:) tamen omnes ex peccato originali aliquo modo cauſantur. Quam ſane veritatem aperiens fideliſſimus Eccleſiæ catholicæ doctor, Sanctus Thomas 1. 2. q. 87. art. 7. dicit. Pęna poteſt dupliciter conſiderari, ſimpliciter, & inquantum ſatiſfactoria. Pœna quidem ſatisfactoria eſt quodammodo voluntaria, & quia contingit, eos, qui differunt in reatu pœnæ, eſse vnum ſecundũ voluntatem vnione amoris: inde eſt, quod interdum aliquis, qui non peccauit, pœnam voluntarius pro alio portat (ſicut in rebus humanis videmus, quod aliquis in ſe transfert alterius debitum. Et Chriſtus pœnam ſuſtinuit ſatisfactoriam non pro ſuis, ſed pro noſtris peccatis.) Si verò loquamur de pœna ſimpliciter, ſecundum quod habet rationem pœnę, ſic ſemper habet ordinem ad culpam propriam, ſed quandoque quidem ad culpam actualem (puta, quando aliquis vel a Deo, vel ab homine, pro peccato commiſſo punitur) quandoque verò ad culpam originalem, & hoc quidem vel principaliter, vel conſequenter. Principaliter quidem pœna originalis peccati eſt, quod natura humana ſibi relinquitur, deſtituta auxilio originalis iuſtitiæ, Sed ad hoc conſequuntur omnes pœnalitates, quæ ex defectu naturę in hominibus contingunt. Sciendum tamen eſt, quod quandoque aliquid videtur eſse pœnale, quod tamen non habet ſimpliciter rationem pœnę. Pœna enim eſt ſpecies mali: malum autem eſt priuatio boni. Cum autem ſint plura hominis bona, ſcilicet animæ, corporis, & rerum exteriorum, contingit interdum, quod homo patiatur in minori bono, vt augeatur in maiori (ſicut cum patitur detrimentum pecunię propter ſanitatem corporis, vel in vtroque horum propter

ſalu-

ſalutem animæ,& propter gloriam Dei:) & tunc tale detrimentum non eſt ſimpliciter malum hominis,ſed ſecũdum quid. Vnde non habet ſimpliciter rationem pœnæ,ſed medicinæ. (Nam & medici auſteras potiones propinant infirmis, vt conferant ſanitatem.) Et quia huiuſmodi non propriè habent rationem pœnę, nõ reducuntur ad culpam, ſicut ad cauſam: niſi pro tãto, quia hoc ipſum, quod oportet humanæ naturę medicinas pœnales exhibere, eſt ex corruptione naturæ, quæ eſt pęna originalis peccati. In ſtatu enim innocentiæ non oportuiſſet aliquem ad perfectum virtutis inducere per pœnalia exercitia. Vnde hoc ipſum, quod eſt pœnale in talibus,reducitur ad originalem culpam, ſicut ad cauſam. Hęc ibi. Vbi & reſpondens ad argumentum primum, quod ipſe fecerat de pueris multas infirmitates patientibus,& de cæco nato per illum tex. Neque hic peccauit, neque parentes eius, dicit verba hæc. Huiuſmodi defectus eorum,qui naſcuntur, vel etiam puerorum,ſunt effectus originalis peccati. Hęc ille. Ac ſi ad textum Euangelicum dicat; Neque hic peccauit, ſcilicet actuali peccato quamuis originali.

Cur quædam pęnalia habeãt rationem medicinæ potius, quã pœna.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Omnes corporales infirmitates ſeu defectus, proueniunt vel ex actuali peccato, vel ex Dei flagellantis intentione ad aliquod bonum ſic, ideſt medio talis infirmitatis, ſeu defectus, conſequendum; demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Vt manifeſtentur opera Dei in illo. Hoc eſt: iſte natus eſt cæcus propter hanc cauſam; ſcilicet vt manifeſtentur opera Dei in illo. Ac ſi aperte dixerit. Natalis cæcitas huius proceſſit ex Dei ſic eum flagellantis intentione ad hoc bonum inde conſequendum, ſcilicet manifeſtationem operum diuinorũ in illo. Opera, inquit; in plurali: cum tamen vnum tantum ſit opus miraculoſum circa hunc cæcum à Chriſto factum. Non ergo de miraculoſa illuminatione corporali ſolum intendit loqui Dominus ibi, ſed de alijs etiam, quæ in cæco iſto poſt illuminationẽ apparuerunt diuinitus facta, ſcilicet conſtantia eius tam in publicando miraculum coram inimicis Chriſti, tum in laudando multipliciter eum coram eiſdem, tantaque eius deuotio tum in credendo promptè, quod Ieſus eſſet filius Dei, tum in humiliter adoratione congrua, ideſt latriæ adorando eum (vt de his omnibus patet à tex. Dicebant ergo ei: quomodo aperti ſunt tibi oculi? vſque ad, procidens adorauit eum.) Nam virtutes illæ, ſcilicet recognitio beneficij, gratitudo erga benefactorem, fides in Chriſtum,religio et in pro vero Dei filio adorans, non niſi opera Dei fuerunt; quæ in cæco illo corporaliter iam illuminato fecit,ſecundũ illud Iſa.26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine.

PORRO ab his,quæ de hoc ſingulari homine à Domino dicuntur, ad omnes homines, aſcendendo probatur illa pars concluſionis ſic. Infirmitas huius venit ei ex hac cauſa, ſcilicet vt manifeſtarentur opera Dei in illo: ergo infirmitates omnes (poſito, quod non veniant ex actuali peccato) veniunt hominibus ex iſta cauſa,ſcilicet vt manifeſtētur opera Dei in illis. [& hoc eſt idem,quod ſub alijs verbis concluſio dicebat; Proueniũt ex Dei flagellantis intentione ad aliquod bonum ſic, ideſt medio talis flagellationis, conſequendum.] Opera autem ſua, quæ intendit Deus manifeſtare in hominum punitione, ſunt opera vel iuſtitiæ, vel miſericordię,iuxta illud Pſal.24. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. Patet enim hoc eſſe verum accipientibus omnes modos, quib. flagellat Deus homines,& ipſarum flagellationum finẽ ſigillatim bene conſiderantibus. Quot ergo modis Deus homines flagellat? Quinque modis (ſecundum B. Gregorium, lib.1.Moralium.) Quandoque enim flagella eius ſunt ad initium damnationis, quæ iuſte debetur, ſecundum illud, Hierem. 17. Duplici contritione contere eos. Et hoc eſt: quando peccator ſic inchoatiue punitur in præſenti,vt etiam ſine fine ad plenum in futuro ſeculo puniendus ſit. Vnde talis in præſenti facta punitio poteſt vocari quædam arra inferni.

Deus intendit dũ punit aliquem, manifeſtare miſericordiam, vel iuſtitiam ſuam in illo.

Primo.

ſerni. Huiuſmodi flagello punitus eſt Herodes qui occidit B. Iacobum, Act. 12. Et Pharao, qui populum Dei afflixit,
Secundo. Exod. 7. 8. 9. 10. 12. 14. Quandoque autē flagella ſunt ad correctionem præteritorum delictorum [En opus miſericordiæ ſimul & iuſtitiæ] ſecundum illud, Pſal. 17. Diſciplina tua ipſa me docebit. Hoc flagello caſtigantur illi, de quibus dicit Pſal. 82. Imple facies eorum ignominia,
Tertio. & quærent nomen tuum Domine. Quandoque verò dantur flagella ad futurorū delictorum præſeruationē: ſecundum illud, quod de ſe tanquam exemplari ſimilium, dicit Apoſtolus, 2. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ. [Hæc itaq; flagellatio eſt opus diuinę miſericordię.]
Quarto. Aliquādo autem flagellatur quis ad promotionem virtutis. [Quod eſt Dei miſericordia magna] cum ſcilicet in aliquo maior perfectio deſideratur. De huiuſmodi aduerſitatibus ad hunc ſcilicet finē datis ſcriptum eſt, 2. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Hoc modo aduerſa multa venerunt ſuper Iob (vt in ſuo libro patet, cap. 1. 2. &c.) & ſuper B. Athanaſium Doctorem inclytum, & Epiſcopum Alexandrinum. (Vt in hiſtoria Eccleſ. & tripar. patet:) & ſuper Tobiam, (vt habes in libro ſuo, cap. 1. 2. 3.) & contra Beatam Catherinam de Senis, ordinis de pęnitentia, Sancti Dominici Prædicatorum fundatoris (vt patet diffuſe in vita ſua à Beato Antonino in 3. ſuę Cro-
Quinto. nicæ deſcripta.) Aliquando denique aduerſitates varias immitit Deus hominibus, ad manifeſtādum inde gloriā ſuipſius, cum ſcilicet potentiſſime mirabiliter que aſcenderit ſuper occaſum, Pſal. 67. Hoc eſt, liberauerit eos præter omnem ſpem humanam, quando videlicet res videbatur deſperata. [Hoc eſt autem opus maximę miſericordię Dei, vt ſanctificare dignetur nomen ſuum ex tribulationibus noſtris.] De ſic à Deo immiſſis homini aduerſis intelligitur & illud, Sap. 10. Certamen forte dedit illi, vt vinceret, & ſciret, (ſcilicet ꝑ experientiam) quoniā omnium potentior eſt ſapientia. & iſtud in te 4. Vt manifeſtentur opera Dei in illo, ideſt, ut manifeſtetur gloria meipſius in illo. Inquit enim Beatus Chryſoſtomus.

Quod autem dicit, Vt manifeſtetur gloria Dei, de ſeipſo, non de patre. Illius.n. gloria iam manifeſta erat. Et quia de ſeipſo dixit, vt manifeſtetur gloria Dei, ſubiūgit, Me oportet operari opera eius, qui miſit me, &c. Ideſt: Me oportet manifeſtare meipſum, & facere ea, quæ manifeſtent me patri eadem facientem. Hęc ille ſuper Ioan. Sed & venerabilis Beda conformiter ait. Cum filius, ſe operari opera patris aſſerit, ſua, & patris, opera eadem eſſe, mōſtrauit. Quæ ſunt infirma ſaluare, debilia roborare, homines illuminare. Hæc ille. Per hoc autem (inquit B. Aug.) ꝓ dicit, Qui miſit me, vniuerſam gloriam dat illi de quo eſt. Quia ille habet filium, qui de illo ſit: ipſe non habet, de quo ſit. Hæc Auguſtinus ſuper Ioannem.

EX his ergo textib. dānātur ore Chriſti, & Arrianæ, & Pelagianæ hęreſes. Secundum quidem B. Chryſoſt. & Venera- *Primo.*
bilis Bedæ expoſitionē Arrius dicens, Chriſtum neq; eſſe Deum, neq; eſſe æqualem patri damnatur, dum Chriſtus aſſerit ad literam, ideſt apertis verbis, & ſe eſſe Deum, & opera ſua, operaq; patris eſſe eadem. Maxime autem iſta opera, &c. concludunt vtriuſque coæqualitatem in diuinitate: quoniam ipſa, de quibus nūc ſpeciatim loquitur, ſunt opera ſoli Deo vero paſſibilia, ideſt miracula vera, quale eſt illud de cæco, in cuius manifeſtum ſignum eſt, ꝙ nec inimici principales. i.
Phariſæi, quamuis pluribus vijs hoc at- *Miraculū*
tentauerint, (vt patet in textu) nunquam *de cęco na-*
potuerunt falſitatem vllam in miraculo *to nec ab*
illo adinuenire, &c. Porrò, ſecundum B. *inimicis*
Auguſtini præmiſſam expoſitionem Pe- *poteſt labe-*
lagius dicens, liberum arbitrium homi- *factari.*
nis aliquid boni a ſeipſo abſque Dei auxilio habere, aut poſſe cogitare, vel face-
re, damnatur, & quidem a fortiori, per *Secundo.*
hoc, quod Chriſtus operibus ſuis connectendo illud, Qui miſit me, vniuerſam gloriam operum ſuorum dat patri, à quo eſt. Nunquid non ergo ex hoc abundanter damnat Pelagianos: qui ſtante illa ipſorum hæreſi, non vniuerſam bonorum operum hominis gloriam dant Deo, ſed ſibimetipſis aliquam citra Deum retinent? Vtique: Nam plurimum differunt hæc; Vniuerſam gloriam, & Non vniuerſam

uerſam

Superbia Pelagianorum eſt pluſquā deteſtabilis, & inuerecūda, & diminuēs gloriā Dei, & quā attribuit ſibi, quod Dei eſt.

uerſam gloriam. Item, cum Deus filius Dei excedat in infinitum quorumcunque hominum, ſimul etiam ſumptorum, quātamlibet dignitatem, ſuperbia non attribuentium vniuerſam gloriam bonorum quorumcunque ſuorum Deo à quo & ſuū liberum arbitrium, & toti ipſi ſunt, monſtratur eſſe ſupra omnem modum maxime deteſtabilis, ac ſupra omnem frontem meretricis inuerecunda: quando ipſe filius Dei vniuerſam de operibus quibuſcunque à ſe factis gloriam attribuit patri, à quo eſt.

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD hæreticum eſt dicere (vt Athei dicebant) fato omnia agi, nullamque eſſe Dei prouidentiam. [Tribulationes porrò ex intentione Dei, magnaque eius miſericordia, contingere hominibus, ad excludendum hoc erroneum, dixit concluſio:] vide, ex ſacroſanctis Cōcilijs, ſcripturis, &c. definitum eſſe in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 500. 502. 136. 41. 572. 575. 569. 352. & 2. 2. articulorum nu. 509. & prima ſecundæ, articulorum, num. 2. 60. 496. 497. 498. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem Geneſ. 1. concl. 13. & cap. 17. concl. 1. & Exod. 2. concl. 2. & Leuit. 7. concl. 6. & cap. 25. concl. 5. & c. 26. concl. 1. & Deuter. 28. concl. 4. Quod non omnes infirmitates ex peccato actuali proueniunt: vide patientiſſimum Iob in libro ſuo hoc ipſum probantem diffuſe contra illos amicos ſuos, qui tenebant erroneam opinionem illam contrariam concluſionis priori parti. Propterea inuenies ibi multoties quod Iob dicit, ſe non peccaſſe, & tamen in amaritudinibus poſitum. cap. decimo ſexto, ſe deſiderare, vt in ſtatera peccata ſua cum calamitate, quam patiebatur, appenderentur, quia tunc peccatis grauior appareret ipſa calamitas. cap. ſexto, ſe mala multa vitaſſe, multaque bona feciſſe, & tamen ſuper ſe veniſſe indignationem Domini, capitulis multis. Quod autem hæc, & ſimilia, dicat ad probandum, quod nec ſua, nec ideo omnis infirmitas, tribulatio, ſeu aduerſitas, procedit ex peccato actuali, patet ex eo, quod idem Iob ſe eſſe peccatorem ſæpe confitetur, precaturque Deum, vt ſibi parcat, cap. 7. 10. 33. Peccauit ergo, abſolute loquendo, & non peccauit, reſpectiue ad infirmitates ſuas, quaſi, quòd peccata ipſius actualia fuerint vera cauſa aduerſitatum illarum. Quod enim ipſa non fuerint earum cauſa, conſtat aperte ex cap. 1. 2. vbi ſcriptum eſt, quod Iob erat vir ſimplex, rectus, timens Deum, recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam. Ergo ſua infirmitas ſubſecuta, & fuit ſine peccato actuali cauſante, & per hoc fuit experimentalis probatio huius, ſcilicet quod non omnis aduerſitas venit hominibus ex actuali peccato. Cæterum, quod Iob verum dixerit probando illud, ſcilicet quod non omnis, &c. patet ex teſtimonio Dei ad vnum illorum, qui tenuerat contrariam opinionem, dicentis, cap. 42. Iratus eſt furor meus in te & duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram me rectū, ſicut ſeruus meus Iob. & iterum idem repetit dicens eod. c. Neque enim locuti eſtis coram me rectū, ſicut ſeruus meus Iob. Ergo illud dogma à Iob contra amicos defenſatum, & eſt in ſe rectum, & (quod magis vrget) coram Deo rectum. Ergo, ab oppoſitis, dogma illud ab amicis eius ſuſtentatum, neq; in ſe eſt rectum, neque coram Deo eſt rectum. Ex his ergo confirmatum abunde reſtat, quod pars illa concluſionis prior, ſcilicet, non omnes infirmitates corporales fiunt ex actuali peccato, eſt recta, & ſecundum ſe, & coram Deo. Item. Quod Deus ſit cauſa malorū pœnæ, i. (vt dixit cōcluſio) quod ex intentione Dei proueniāt, vide ex ſacroſ. ſcripturis, &c. in Elucidat. pri. par. articulorum num. 123. 259. Item in Veritatibus aureis, &c. Geneſ. 3. concl. 22. & c. 16. concl. 1. Quod ex malis illis pœnæ Deus elicit bona, id eſt (vt dixit concluſio) ex intentione Dei fiunt ad aliquod bonum illo medio conſequendum: uide ex ſacroſanctis &c. pri. par. artic. nu. 13. 95. 136. 251. Item in Veritatibus aureis ſuper, &c. Exod. 16. concl. 5.

Sūmaria declaratio circa intentionem Iob diſputantis ad amicos ſuos, &c.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. IX.

CHRISTI omnia opera ſunt irreprehenſibilia, & ipſe ea omnia fecit propter illuminationē ac inſtructionem noſtram, vt ſcilicet inde nos illuminati, atque inſtructi, operaremur meritorie pro vita æterna conſequenda: quod quidem tempus merendi durat ſolummodo vſque ad mortem vel hominis (ſi de tempore illo reſpectu cuiuſque particularis loquamur) vel totius mundi (ſi de tempore illo abſolute loquamur:) in quo tempore toto Chriſtus, quantū in ſe eſt, adeſt cōtinue per auxilium ſuum omnibus hominibus indifferenter, ideſt nemine excepto, ad cooperandum meritorie. Vnde totus defectus hominum, ſi non ſic operantur, eſt tantummodo ex parte ipſorū.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionē, quoad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Me oportet operari, donec dies eſt, & tex. Venit nox, quando nemo poteſt operari, & tex. Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. Prima itaque pars. ſ. omnia opera Chriſti ſunt irreprehenſibilia; patet ex eo, quod dicit, ſe operari ea in die. Poterat vtique Dominus, ſine additamēto illo, donec dies eſt, dicere: Me oportet operari opera eius, q̄ miſit me. Et ſi addere aliquid ad operari voluiſſet, potuiſſet dicere: Me oportet operari, donec ſum viſibiliter in mundo, tacendo interim, donec dies eſt. Quare ergo ad operari, addit, donec dies eſt? Vt p talem dictionum connexionem det nobis intelligere, quod ſuum operari eſt irreprehenſibile, vtpote omni circumſpectione vallatum. Per hoc enim additum voluit Dominus à nobis ſecum ſubintelligi dictum ſuum illud, Ioan. 3. Qui male agit, nō venit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucē, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta. Ex eo igitur, quod ipſe operando venit ad lucem, ideſt opera facit non in nocte, ſed in die, nobis declarat, q̄d opa ſua ſunt vera. i. nullam falſitatem continentia, inarguibilia. i. à nullo recta ratione quātumuis diſcurrente, reprehenſibilia. Nam ſignum euidens, quod quis facit veritatem, ideſt opera vera primæ veritati, quæ Deus eſt, conſona, ideſt opera vere bona, eſt, quando venit ad lucem: non vt videatur ipſe (ſi eſt homo purus) ſed vt videantur opera ſua, & inde glorificetur pater ſuus, qui in cœlis eſt, Matth. 5. Item ſignum euidens, quod quis de operibus ſuis non timet argui, & conſequenter quod opera eius ſunt vere irreprehenſibilia (ſi ille nō timens, in tali ſuæ fiduciæ iudicio non erret) eſt, quando venit ad lucem. Tunc enim per hoc demonſtrat, quod non ſolū nō timet argui de ſuis operibus, ſed etiā, quod deſiderat ipſa opera ab alijs videri, & probari, quod in Deo ſunt facta. i. quod non ſolum non ſunt reprehenſibilia, ſed etiam ſunt ſecundum Deum laudabilia. Ad propoſitum ergo concluſionis applicando iſta, patet, quod ex abundantiori per hæc probata reſtat. Chriſtus nanque nullo modo poteſt in ſuo iudicio errare, cum non ſit purus homo, & ideo ex hoc, quod non timet (in cuius ſignum operatur, donec dies eſt) veniendo ad lucem, arguantur opera ſua, ſequitur de neceſſitate, quod opera illa ſunt ſecundum ſeipſa ab omni redargutione remota: id quod eſt, illa eſſe omnino uere irreprehenſibilia. Per hoc etiam, quod operari ſe dicit in die, connotat (vt tetigimus:) q̄ opera ſua omni circūſpectione ſunt vallata, ideſt, quod ipſe illa quæ operatus eſt, non ſine, immo cum omni ſibi congruente, ideoque immenſa circūſpectione fecit. Nec mirum: quoniam & multo ante de ſuis operibus tum factis, tum faciendis, prophetatum fuerat, Pſal. 110. Magna opera Dñi, EXQVISITA IN OMNES VOLVNTATES EIVS, cum Pſal. 103. Omnia in ſapientia, cuius non eſt numerus (Pſal. 146.) feciſti, & ab ipſo Domino dicitur Ioan. 11. Si quis ambulauerit in die, non offendit. Hoc eſt. Ille, qui in die ambulat, vadit ſecurus, & abſque periculo quod offendat in aliquid, ideſt, quod impingat in aliquid impediens, puta in lapides, in parietes, in &c. quandoquidem talis videt in claritate diei quæcunq; ei occurūt, atque

ideo

Digitized by Google

ideo cum omni circumſpectione ambulat. Ex hoc igitur textu Ioan. 11. demonſtrat Chriſtus, quod opera ſua, cum in die fiant, ſecundum textum hunc cap. 9. ſunt cum omni debita circumſpectione facta.

IN his tamen quę præmiſſa ſunt, à Chriſto dictis, penetra verum eius ſenſum ne (quod minus cauti, & hic, & alibi ſępius faciunt) incidas in falſum à temetipſo ibi pro verò confictum, & ſic, ex temetipſo, quaſi ex textu ſcandalizeris. Per illa ergo de tanta operum ſuorum circũſpectione verba non vult dicere Dominus, quod ſua opera ſint ſecura ab impugnatione, à depr auatione, à varia irriſione Iudæorum, & aliorum infidelium, ſed vult dicere, quod opera ſua, & nunquam ſecundum rei veritatem erunt impugnabilia, quaſi ſcilicet quod re vera ex aliquo defectu ſuo mereantur impugnari, & erunt ſemper ſecura ab omni incognitæ impugnationis incurſu, ideſt quod nunquam impugnatione tali poterunt impugnari, quæ non fuerit ab ipſorum operum authore pręcognita, atque ad eius deſtructionem totalẽ efficaciter prouiſum. Dies enim clara, in qua quis ambulat, trahit (quantum eſt de ſe) omnia hæc ſecum, ſcilicet, vt non poſſit ille impugnari, quin & ipſam impugnationem contra ſe exurgentem videat, & ad eius deſtructiuam repercuſſionem prudenter agere valeat.

Quomodo intelligatur textus de irreprehenſibilitate operum Chriſti, &c.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus omnia opera ſua fecit propter illuminationem, & inſtructionem noſtram, vt ſcilicet nos illuminati, & inſtructi, operaremur meritorie pro vita ęterna conſequenda, demõſtratur ab Euangeliſta ex tex. Me oportet operari, donec dies eſt; cum tex. Venit nox, quando nemo poteſt operari. Dies enim, de ſe, cum ſit luminoſa (vt patet) facit, quod ea, quæ in die fiunt, videantur ab alijs. De ſe, inquam, quia quod aliqua facta in die aliquando non videantur, non procedit ex die (dies nãque formaliter ſumptus, ideſt vt dies, manifeſtat omnia) ſed procedit aliunde: puta, ex eo quod talia fiunt in domo, in angulo, in loco ſecreto, vel huiuſmodi. Prudens ergo, qui facit aliquid in die, nullum apponens impedimentum, ne illud ab alijs videatur, dat ex hoc ſignum, quod vult, vel ſaltem in voluntate ſua non renuit, illud videri ab alijs. Dum igitur Chriſtus dicit, ſe velle operari, do nec dies eſt ideſt nihil ſe operaturum in nocte, ſed ſolum in die ſimpliciter, ideſt non in angulo, nec loco ſecreto, ipſe dat ſignum, ideſt a ſigno illo demonſtrat, quod vult ſua opera à nobis videri. Ad quid autem velit ea videri à nobis, habetur ex ſententia illi immediate connexa in tex. Venit nox, quando nemo poteſt operari. Loquitur enim in hac ſecunda ſententia de operari noſtro, non de operari ſuo, vt loquebatur in prima, quoniã certum eſt, numquam de ipſo poſſe verificari, quod aliquando, (puta, cum venerit nox) non poſſit operari. Ac ſi ergo, ſententias ambas apertius explicando, dixerit. Meũ operari erit in die, vt vos illud videatis, & inde quid debeatis operari pro ſalute veſtra diſcatis. Porro, quod ſic intelligendum ſit, ideſt quod Dominus noſter ordinare intenderit ſuum operari ad noſtram ſalutem, patet à ſimili ſupra cap. 5. Hæc dico, vt ſalui ſitis. Sicut enim omnem doctrinam ſuam ſe ordinaſſe teſtatur ad hoc, vt ſalui eſſemus: ita ſe ibi teſtatum eſſe voluit, quod omne ſuum operari ordinauit ad idem, ideſt ad hoc, vt ſalui ſimus. Et quia ſalui eſſe non poſſumus ſine operibus meritorijs vitę ęternę, dummodo ſimus adulti vt conſtat ex Matth. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem. Cum vbi eſt merces, ibi ſit meritum: & merces illa ibidem vocetur denarius diurnus, ideſt vita ęterna:) ideo ſuum operari ordinari ad hoc, vt ſalui ſimus, eſt ipſum operari ordinari ad hoc, vt nos operemur meritorie pro vita ęterna conſequenda.

SED dices. Quomodo opera Chriſti miraculoſa ſunt nobis exemplar ad operandum meritorie (vt dictum eſt), pro noſtra ſalute ęterna: cũm nec ad miracula facienda, ex eius imitatione, teneamur, nec inde, ideſt ſi etiam miracula faceremus, ex his mereremur vitam ęternam? Matth. 7. Reſpondetur, quod

Omnia Christi opera quo modo nobis proficiant etc. aliter opera Chriſti moralia, & aliter miraculoſa ordinantur ad ſalutem noſtram; propter quod ſignificandum concluſio duobus verbis diſtincte vſa eſt, ſcilicet illuminatione, & inſtructione. Nam ad miraculoſa eius opera referri voluit noſtram illuminationem, vtpote quod ex ipſis ſimus pro ſalute noſtra illuminati: ad moralia autem eiuſdem opera voluit referri noſtram inſtructionem, vtpote qđ ex illis pro noſtra ſalute ſimus inſtructi. Miraculis enim tanquam argumento demonſtratiuo, ideſt neceſſario concludente, illuminamur ad fidem, iuxta illud, Ioan. 10. Opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me. Moralibus verò inſtruimur ad operandum ſecundum fidem; iuxta illud, Galat. 5. Fides, quæ per charitatem operatur. Et ſic ex vno opere, quod in intellectu conſiſtit, ideſt ex fide (quandoquidem fides eſt opus tale nobis à Deo, tanquam fundamentum omnium bonorum donatum; iuxta illud Ioan. 6. Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem ille miſit) per extenſionem tranſimus ad opera, quæ in voluntate, moribus, & factis exterioribus conſiſtunt. Vnde, ad interrogationem pro obiectione in principio factam proprius accedendo, concedimus, & quod videntes, ſiue immediate (vt Apoſtoli, alijque tunc præſentes) ſiue mediate (vt omnes ex auditu poſt aſcenſionem eius) miracula Chriſti, non tenentur facere miracula, & quod, ſi ea facerent, non ideo vitam æternam merentur. Dicimus autem quod tales omnes tenētur credere Chriſto ita, vt ſi non credunt ei, infidelitatis peccato coinquinentur, iuxta illud, Ioan. decimo quinto. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. De hoc vide 2.2. quæſt. 10. art. 1. De merito, vide 1.2. quæſt. 114. art. 1. Non itaque de operibus miraculoſis (vt obiectionem tacitam ſoluendo, præueniamus) ſed tantum de moralibus omnibus, ſub vno ſimili tunc occurrente, intelligendis dictum à Chriſto intelligas illud, Ioan. 13. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum feci, ita & vos faciatis.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET; Tempus merendi durat ſolummodo vſque ad mortem vel hominis (ſi de tempore illo reſpectu cuiuſque particularis loquamur, vel totius mundi (ſi de tempore illo abſolute, dicamus:) demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Venit nox, quando nemo poteſt operari. Sub hac enim negatiua, ſecundum rectæ rationis dictamen, intelligenda eſt affirmatiua hæc, ſcilicet. Antequam veniat nox, ideſt de die, omnis homo poteſt operari. Et quia textus hic de operari meritorie, propter ſuperius factam probationem, intelligendus eſt: ideo vult dicere, quod omnis homo poteſt operari meritorie vſque ad noctem excluſiue, ideſt ita, quod cum venerit nox, excluditur ſtatim poſſe taliter operari. Hoc autē, ſcilicet hominem poſſe operari meritoriè vſque ad noctem excluſiue, redit realiter in idem, quod ſub alijs verbis dixit concluſio, Tempus merendi durat ſolummodo vſque ad mortem. Reliqua verò, quæ ibi ſequebantur, ſcilicet vel hominis, (ſi de tēpore illo &c.) vel totius mūdi, &c. non faciunt diuerſam propoſitionē, ſed ſunt præmiſſę propoſitionis declaratoria, ac ſi diceretur. De qua morte intelligitur illa particula, Vſque ad mortem? Et reſponderetur, vel de morte hominis, vel de morte totius mundi, intelligitur, ſecundū quod de tempore merendi ſit locutio. Nā ſi fiat ſermo de tpe merēdi reſpectu hominis alicuius particularis, tunc dicimus, quod tale tempus durat vſque ad mortem illius hominis, ſi autem ſermo fiat de tempore merendi non reſpectu alicuius particularis, ſed abſolute ſeu (quod in idem redit) reſpectu quorumcunque hominum, tunc dicimus, quod tale tempus durat ad mortem totius mundi, ideſt vſque ad conſummationem ſeculi. Exemplum. Petrus quanto tempore poteſt operari meritorie? Quamdiu vita eius mortalis durat. Igitur exſpirāte vita mortali, quod fiet per eius mortem corporeā, exſpirat ſimul hoc, ſcilicet, quod poſſit amplius mereri. Hominum quorūcumq; potentia ad merendum quanto tēpore erit? Quouſq; finiatur mundus, ideſt nouiſ-

nouiſſimus dies viuendi vita mortali in hoc mundo. Igitur finis mundi erit terminus vltimus operandi meritoriè. Ex his ergo patet, quod tempus primi aduentus Meſſiæ, etiam ſecundum antiquiſſimorũ fidẽ ſolum conſideratus (iuxta illud Apocal. 13. Agnus occiſus eſt ab origine mundi) eſt merendi terminus à quo, & tempus ſecundi aduentus Meſſiæ, quando actualiter apparebit ab omnibus viſibilis, eſt merendi terminus ad quem: ita quod in toto illo primi aduentus decurſu temporis homo poteſt meritorie operari; in ſecundi autem aduentus die, nõ. Primus ergo aduentus extenſo modo acceptus (vt ſupra) eſt operandi dies hominum quorumcunque: ſecundus vero eſt nox ei vniuerſaliter correſpondens. Ex his omnibus præmiſſis facile eſt intelligere, in duplici ſenſu, textum, venit nox, quando nemo poteſt operari.

Duo aduẽt⁹ Chriſti sũt duo termini tẽporis merendi &c.

AB OPPOSITIS ergo patet, eſſe dicendum, quod tempus operandi demeritorie, ideſt faciendi opera meritoria pœnarũ, & infernalis damnationis, coextenditur ad mẽſuram temporis opera vitæ ęternę meritoria faciendi. Poteſt igitur quis, quamdiu durat vita ſua mortalis, operari demeritorie, & tempus abſolute demerẽdi à primo aduẽtu Meſsię, etiã per ſolam fidẽ habito, incipiens durat uſq; ad nouiſſimũ magni iudicij diẽ. Totum itaque ſpatium illud longiſſimum vocatur in Euang. dies, in quo mereri, & demereri & à malo ſtatu extra gratiã ad bonũ conuerti, vel redire, & à bono ſtatu gratiæ ad malũ decidere, poſſumus. Finito autem illo ſpacio, dies merendi, & demerendi erit completa: cui ſtatim ſuccedet nox, de qua dicitur in textu; nemo tunc poterit amplius operari, meritorie, ſcilicet aut demeritorie. Quod ſi quæras, quid ſint illa opera (non enim ſine operatione datur animæ immortalitas, vt dicit philoſophus eam admittens, lib. 1. 3. de anima:) quæ poſtea fient à beatis, & à damnatis: reſpondendum eſt. Opera illa non erunt (vt hic ex Euangelio cõſtat) meritum, aut demeritum, ſed erunt fructus & beatitudinis in beatis, & damnationis in damnatis. Nunquid ergo nunc in die facta non ſunt fructus? Vtique, ſed cum hoc ſunt etiam meritum vel demeritum. Vnde hoc ipſum, docendo, inquit Concilium Tridẽtinũ Seſſ. 6. Canon. 24. Si quis dixerit: iuſtitiam acceptam non conſeruari, atque etiam augeri, coram Deo per bona opera. [Hæc idem Concilium ibid. Canon. 32. decernit eſſe merita iuſtificati:] ſed opera ipſa eſſe ſolummodo fructus, & ſigna iuſtificationis acceptæ, non autem ipſius augendæ cauſam: anathema ſit. Hæc ibi.

Dies nox, &c.

Opa hic & in futuro, &c.

VENIT (inquit) Nox. Quare non dicit veniet: cum de multum diſtanti loquatur? Noctem enim vniuerſalem, quæ dies iudicij generalis eſt, fuiſſe tunc ſatis diſtantem, probat annus, qui hodie eſt milleſimus ſexcenteſimus quartus: noctẽ quoq; particularẽ, q̃ eſt dies iudicij particularis. (Hoc fit in morte cuiuſque) eſſe aliqualiter diſtantem, probat vita hominis quandoque, vſque ad centum annos perueniens. Reſpondetur, quod licet vera ſint in ſe iſta duo, tamen ad aliud relata, quo in ſenſu hic loquitur Dominus, nihil fere longitudinis diei alicuius habent, & propterea optime dicit, Venit, quaſi de præſenti loquens, non autem, veniet, quaſi de futuro. Quid eſt illud aliud, ad quod referre hoc ſuum dictum intendebat Dominus? Aeternitas longitudini prædictæ ſucceſſura: Velocitas etiam cõtinua dierum: Plurimorum quoque de improuiſo futura præuentio. Aeternitati namque collata quantalibet annorũ longitudo, nihil omnino eſt (vt patet conſideranti.) De aliquo etiam velociſſime, ſine vlla minima intermiſſione moto, ſeu potius currente (vt faciunt dies annorũ noſtrorum) ſolemus dicere, Ecce adeſt: etiã ſi per milliaria diſtet. Illi quoque qui de improuiſo poſt quantãcunq; tẽpis longitudinẽ, in aliqđ malum incidunt, ſolẽt dicere: Heu, nimis citò venit illa dies. Quia igitur plurimi ſ. oẽs dãnadi, inuenientur tunc imparati, quos illa dies, tanquã fur in nocte, 1. Theſſal. 5. ſubito præoccupabit, & q̃a totũ illud dictũ ſpacium velociſſime currit ad noctẽ nunquã reuerſurum, & quia illam annorũ longitudinem ęternitas cõſequitur, ideo, ut tria hæc vnico verbo denotaret, de nocte illa Dominus in pręſenti dixit, Venit; Ac ſi iam, iã, præſens eſſet. Queadmodũ & ad eadem tria denotãda de die iudicij, quę eſt illa

nox,

Digitized by Google

nox, quando nemo poteſt operari, dixe-
rat in præſenti, immò etiam cum additamento ſubitaneo, Apocal. 22. Ecce [hoc demonſtrat aliquod, vt præſens] venio [hoc præſentis temporis eſt] citò [hoc eſt ſubitaneum additamentum,] reddere vni cuique ſecundum opera ſua. Et tamen cū veritate hac, modo illo ad aliud collatio, ſtat: qđ longiſſimū temporis interuallum ſit inter illud, Venio citò, tunc dictum, & inter actuale iudicium generale.

QVARTA PARS
Concluſionis.

SCILICET, In toto tempore uſq; ad noctem, modo illo duplici declaratam, Chriſtus, quantum in ſe eſt, adeſt cō tinue per auxilium ſuum omnibus hominibus indifferēter, ideſt nemine excepto, ad cooperandum meritorie, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. Patet ſiquidē, quod dicendo, ſum lux mundi, ſe, quātum ex parte ſua eſt, omnibus hominibus, nemine excepto, lucere proteſtatur. Nomē enim, Mundi, omnes nullo excluſo homines comprehendit: & ſolis materialis lux à qua ſumitur ſimilitudo lucis in textu poſitæ, ſe extendit, quantum eſt ex parte ſua, ad illuminandum omnes partes mūdi materialis. Dico, quantum eſt ex parte ſua: quia, quod aliquæ partes terræ non illuminentur, procedit aliunde. Non enim hoc poteſt prouenire à ſole: quoniam ipſe ſemper eſt natura ſua lucidus, nullam habens in ſe obſcuritatem: quapropter non poteſt de ſe terrarum quaſcunque particulas non illuminare. Vnde ergo prouenit, quod non omnes illuminentur? Ab ipſis terræ partibus: inquantum ſcilicet vna impedit aliam, (puta, pars montuoſa campeſtrem, ſeu planiciem) ne à ſole, vel per directam irradiationem, vel per reuerberationem attingatur. Sic in propoſito textus. Lux illa intelligibilis, quæ Chriſtus eſt, ſemper lucet, &, cum lucere non ſit ei accidens, ſed natura, non poteſt in ſe eſſe nox, ſed ſemper dies, ſeu lux indeficiens: & conſequenter de ſe nec obtenebrari, nec obtenebrare poteſt. Illuminat autem voluntarie, licet naturaliter ſit lux, ſemper totum mundum, ideſt omnem hominem hic viuentem, Ioan. 1. Et hoc: quia vita in uoluntate eius, Pſal. 29. I deſt, quia voluntas eius, eo quod eſt eſſentialiter bona, tendit ſemper ad vitam hominis, & nunquam ad mortem eius: iuxta illud, 1. Timot. 2. Vult omnes homi. ſal. fieri, & illud, 2. Pet. 3. Nolens, aliquos perire. Vnde, quod aliquis homo non illuminetur actualiter, non poteſt prouenire à Chriſto: ſed prouenit aliunde. Quid eſt hoc, Aliunde? Illuminandus homo, qui aliàs actu illuminaretur a Chriſto, niſi ipſe impedimentum opponeret Chriſto illuminanti. Vnde & Beatus Auguſtinus hoc docens, in libro de correptione, & gratia, dicit. Auxilium gratiæ quibuſcūque diuinitus datur, miſericorditer datur: quibus autem non datur, ex iuſtitia non datur, in pœnam præcedentis peccati, ſaltem originalis. Hæc ibi. Ex quibus patet: quod Deus, quātum in ſe eſt, adeſt continue per auxilium ſuum hominibus omnibus indifferenter, ideſt, nullo excepto (vt concluſio dicebat.)

Sol materialis ad oia illuminanda extenditur, vt ſit exēplum, &c.

ITEM ex eo, quod dicit, Quandiu ſum in mundo, monſtrat: quod ad cooperandum meritorie, adeſt illis. Dicendo enim, Quandiu ſum in mundo, denotat, ſe non futurum ſemper in mundo. Et quia durante ſemper ſecundum ſubſtantiam mundo, de neceſſitate ibi eſt per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, 1. q. 8. artic. 3. oportet dicere: quod loquitur de eſſe per gratiam, ideſt per gratis datā conceſſionem temporis hominibus ad operandum meritorie. Talis autem conceſſio durat (vt ſupra fuit declaratum) & vſque ad cuiuſque ſingularis hominis mortem, & vſque ad finem mundi, iuxta cœlorum, inferiorumque mutationes accepti. Exponatur ergo ſic tex. Quādiu ſum in mundo, ideſt, quandiu per gratiam meam, ideſt me gratis donante, durat uita vniuſcuiuſque hominis, & uita mundi. Quia vero tantum temporis ſpacium conceditur à Deo nobis ad operandum meritoriè (ut dictum eſt,) & nos non poſſumus ſic operari ſine Deo ad hoc cooperante, 1. q. 1 2 1. art. 2. ideo nobis in toto illo ſpacio Deus adeſſe dicitur ad cooperādum meritorie, ideſt ad adiuuādum nos tum per motionem ſuam, tum per habituale gratiæ donū, vt operemur, 1. 2 cod. loco.

Digitized by Google

loco. Ex his ergo concludendum eſt pro indubitato: quod, ſi modo illo duplici Deus non adeſſet nobis ad cooperandum meritorie, impoſſibile eſset, nos operari meritorie: & ſic, eſſet fruſtra conceſſum illud tempus nobis ad meritorie operandũ. Quia igitur Deus, qui tale tempus nobis ad hoc conceſſit, nihil agit fruſtra (ut etiam Philoſophus dicit:) oportet hoc ꝓ neceſſaria cõcluſione tenere, quod Deus, quantũ eſt de ſe, adeſt omnibus tunc ſemper ad cooperandum meritorie. Id quod Concilium Trident. ſeſſ. 6. docuit. Poſtquam enim dixit ibi hæc verba in cap. 5. Iuſtificationis exordium in adultis à Dei per Ieſum Chriſtum præueniente gratia ſumendum eſſe, hoc eſt, ab eius uocatione, qua, nullis eorum exiſtentibus meritis, vocantur: ſubiungit tum in cap. 11. Deus iubẽdo, monet, & facere, quod poſſis, & petere, quod non poſſis, & adiuuat vt poſſis: tum in cap. 16. Chriſtus Ieſus in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influit: quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit, & comitatur, & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria eſſe poſſent, &c. Abſit: vt Chriſtianus homo in ſeipſo, vel confidat, vel glorietur, & non in Domino, cuius tanta eſt erga omnes homines bonitas: vt eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona. Hæc ibi. Vis etiam cooperationem Dei illam, quam poſuit concluſionis pars quarta, ſed breuioribus verbis, quam Cõcilij Tridentini ſint, audire? Ecce Concilium Arauſicanum ſub Leone primo, cõtra Pelagianum ſapienter celebratum, dicens Canon. 9. Diuini eſt muneris, cum recte cogitamus, & pedes noſtros à falſitate, & iniuſtitia tenemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis, atque nobiſcum, vt operemur, operatur. Hæc ibi. Quia uero Concilium Trid. non ſolum fecit mentionem de gratia Dei cooperante, ibi, Comitatur, ſed etiam de præueniẽte, ibi, Antecedit, & de ſubſequente, ibi, Subſequitur: ideo eundem fideliſſimum Eccleſiæ catholicæ Doctorem, Sanctum Thomam vide ibi ſupra, ſcilicet 1. 2. quæſt. 111. art. 3. His enim ibi bene viſis, & conſideratis, ad textus quoque Euangelici, vnde concluſio extracta eſt, intelligentiam melius pertinges.

Deus iubẽdo, quid faciat, &c.

Cõtra Pelagianos, gratia & præueniẽs, & cooperãs, et ſubſequẽs. Ex Cõcil. Trident.

COROLLARIVM autem vltimo ex concluſione capituli deductum, ſcilicet vnde totus defectus hominum, ſi non meritorie operantur, eſt ſolummodo ex parte ipſorũ, relinquitur tam ex ibid. præmiſſis clarum, vt ampliori probatione non egeat. Quod & de primæ concluſionis corollario, ſcilicet, nulla ergo pœna contingit hominibus ſine cauſa, licet aliqua eis contingat ſine actuali culpa, eſt intelligendum, & de alijs corollarijs, ſi qua ſint ſimilia.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus eſt ſine vllo quantumcunque minimo peccato, tum in actu, tum in potentia, (conſequens ergo de neceſſitate eſt, quod omnia eius opera, ſiue miraculoſa, ſiue non miraculoſa, ſint oĩo irreprehenſibilia,) vide ex ſacroſan. ſcripturis, Cõcilijs &c. definitum eſſe, in Elucidationibus, 3. de Sal. q. 15. artic. 1. 2. & q. 14. art. 3. Quod Chriſtus eſt plenus virtutibus, & gratia, plenitudine ſingulari, ac tanta, vt non poſſit augeri, (cõſequens ergo de neceſſitate eſt, quod omnia eius opera non tantum ſint irreprehenſibilia, ſed etiam commendabilia maxime) vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus, 3. de Sal. q. 7. artic. 1. 2. q. 10. Quod Chriſtus non debuit ſolitariam uitam ducere, ſed cum hominibus conuerſari. (Et hoc eſt ſignum confirmatiuum veritatis illius, quod omnia opera ſua, doctrinamque omnem, ordinare dignatus eſt ad ſalutem noſtram, ideſt ad hoc, vt inde illuminati, & inſtructi, operaremur meritorie pro vita æterna conſequẽda;) vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus, 3. de Sal. q. 40. art. 1. 2. 3. 4. Quod Chriſtus nobis bona operantibus cooperatur vſque ad conſummationem ſeculi, vide, ex ſacroſanctis &c. declaratum eſſe, in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 7. concluſ. 2. 3. præter quod ad planam literam habetur ex Mar. 16. Prędicauerunt vbique Domino cooperante. & Matth. 28. Ecce, ego vobiſcum ſum,

Qđ Chriſtus habitauit ĩ nobis. i. conuerſatus eſt, fuit ſignum &c.

Digitized by Google

ſum, vſque ad conſummationem ſeculi. Ex eo enim, quod Apoſtolis Euangelium prædicantibus omni creaturæ (ut ſibi mādatum fuerat) cooperabatur Dominus, patet per locum à ſimili, quod ipſe omnibus bona facientibus cooperatur: ſicuti & ex eo, quod eſt nobiſcum per gratiam, ideſt per gratioſam conceſſionem temporis ad operandum meritorie, patet à ſimili, quod eſt taliter cum vnoquoque homine vſque ad conſummationem uitę illius corporalis, ideſt vſque ad eius mortem. Idem de cooperatione Dei nobiſcum patet per illud Eccleſiæ in quadam collecta ad Deum. Præſta, vt quæ, te authore facienda cognouimus, te operante, impleamus. De mente igitur Eccleſiæ eſt: quod dum nos ſecundum mandata Dei operamur, ipſe illas operationes in nobis, & nobiſcū actiue concurrentibus ad opus, operatur, & cooperatur (ut etiam ex Concilijs Arauſicano, & Tridentino, ſupra patuit.) Quod, ſine Deo cooperante, nobis per auxilium gratiæ ſuæ, nec peccata vitare, nec præcepta Dei adimplere, nec meritoria vitæ æternæ opera facere, immò nec minimum quid, ideſt aliquid boni cogitare poſſumus (contra ſuperbiā Luciferinam Pelagianorum: quæ, ſub prętextu libertatis arbitrij, bonis operibus inſidiatur, vt pereant:) vide, ex ſacroſanctis &c. definitum eſſe, in Elucidationib. pri. par. articulorum numero 58. 139. 410. 499. & 1. 2. articulorum numero 27. 580. 581. 584. 612. & 2. 2. art. numero 670. 676. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Leuitic. 18. concl. 1. & Nume. 34. concl. 1. & Deuteron. 6. concluſ. 4. Quod nec præparare ſe ad gratiam Dei conſequendam, & conſequenter nec ad ſalutē, poteſt homo ex puris viribus ſuis naturalibus (contra eorundem falſam ſui æſtimationem, cum tamen reuera nihil ſint, Galat. 4.) vide, ex ſacroſanctis &c. declaratum eſſe, in Elucidationibus, pri. par. articulorum numero 312. 410. 499. & prima, ſecundæ, articulorum numero 582. 341. & ſecunda, ſecundæ, articulorum numero 122. & 3. de Sacramen. Addition. articulorum, num. 443.

Aduerſus Luciferinam, quæ Pelagianorum eſt, ſuperbiam, &c.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. IX.

CHRISTI humanitas, vt eſt Deitati eiuſdem perſonaliter vnita, habet virtutem faciendi miracula: perſonaliter inquam: non quod in Chriſto ſint duæ perſonę (contra hæreſim Neſtorianam) ad inuicem vnitæ, ſed quia eius perſona diuina eſt perſona etiam humanitatis: cuius Chriſti bonitas in ſe, & dilectio erga nos, tanta eſt, vt nobis, á nullo etiam rogatus, beneficia magna conferat. Quid ergo in noſtrum fauorem faceret: ſi rogaretur?

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Vidit cæcum a nat. Venit uidens, &c. & tex. Expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius, & dixit ei, vade laua in Natatoria Syloë, quod interpretatur miſſus. Abijt ergo, & lauit, & venit videns: & per tex. & vidiſti eum, &, qui loquitur tecum, ipſe eſt. Pars itaque prima, ſcilicet Chriſti humanitas, vt eſt &c. habet virtutem faciendi miracula, patet ex eo: quod Chriſtus viſum cæco huic miraculoſe daturus humanis actionibus, tanquam effectiue concurrentibus, id fecit. Humanæ ſiquidem actiones ſunt, expuere in terrā, facere lutum ex ſputo, linire lutum ſuper oculos cæci, dicere ſenſibiliter ei, Vade, laua in Natatoria Syloë. Effectiue autem ad faciendum miraculum concurrunt (vt patet) tales actiones: quoniā, vt inſtrumenta ex parte artificis, adhibētur ad illud, ſicuti ſecuris fabri lignarij ad faciendum arcā, immò ſicuti brachium eiuſdem ad applicandam ſecurim pro facienda arca. Humanitas enim Chriſti eſt organum, ſeu inſtrumentum non ſeparatum, ſicut ſecuris, ſed ſubſtantialiter coniunctum diuinitati, vt brachium fabro illi. Conſtat vero, quod brachium habet virtutem mouendi ſecurim, & cum illa fabricandi arcam. Niſi enim talem virtutem haberet, non adhiberetur

tur à fabro ad faciendum illud opus: quĩ tunc ipſum adhibere eſſet fruſtratorium. Quemadmodum autem brachium virtutem illam habet ex eo, quod eſt ſubſtantialiter coniũctum artifici illi (non enim de brachio, ſi eſſet præciſum ab eo, loquimur:) ita humanitas Chriſti effectiuam virtutem illam habet ex eo, quod eſt ſubſtantialiter coniuncta diuinitati ipſius. 3. de Sal. quæſt. ſecunda, artic. ſexto. Alioquin humanitas, vt ſic præcisè, virtutem illam, ſcilicet ad facienda miracula, non haberet (vt patet de humanitate alicuius puri hominis;) & Chriſtus non adhiberet ſuam humanitatẽ, ſicut nunc adhibet, ad ſignificandum, quod ipſa habet tantam virtutem. Reſtat ergo, quod Chriſtus ipſo vſu humanitatis ſuæ ad faciendum miracula vult oſtendere, quod humanitas non quia humanitas, ſed quia Dei humanitas, tantam virtutem habet. Ergo, & hic, & alibi ſemper, quando ad opus miraculorum Chriſtus adhibet humanitatem agentem ſeu (quod in idẽ redit) humanitatis actiones, probatum à ſeipſo per hoc eſſe vult, quod humanitas ſua eſt ſubſtantialiter, ſeu (quod nunc idem eſt) perſonaliter diuinitati coniuncta, ideſt, quod ipſe non tantum eſt homo, ſed etiam eſt Deus. Ecce quod in locis, quæ ſingillatim ex Euangelio numerare longiſſimum eſſet, demonſtrauit Chriſtus altiſſimum hoc incarnationis myſteriũ, ſcilicet, quod ipſe eſt Deus & homo perſonaliter vnus exiſtens. Nec ſine vrgenti cauſa hoc toties à ſe fieri, intelligi voluit, ſed ex tali facto ſuo à nobis percipi: quam ſit omnino pro noſtra ſalute neceſſarium credere firmiter illud ſacroſanctę incarnationis, & ex conſequenti Summę Trinitatis, myſterium. ſecunda ſecundę, quæſt. ſecunda, articulo ſeptimo, & octauo. Ex conſequenti, inquam: quia ad fidem de vno illorum, ſequitur de neceſſitate fides de altero. Non enim poteſt credi myſterium incarnationis, niſi connectatur ſimul & myſterium Trinitatis: quoniam in myſterio incarnationis continetur hoc, ſcilicet quod filius Dei Patris, per virtutem Spiritusſancti, aſſumpſit naturam humanam, id quod fuit tunc, quando conceptus eſt de Spirituſancto ex Maria ſemper Virgine.

Multoties probat Chriſtus ſe eſſe Deum, & hominem.

OBIECTIO CONTRA Prædicta, cum Reſponſione.

DVBIVM tamen ex præmiſſis, licet veriſſima ſint, oriri poteſt apud quoſdam: quod tale eſt. Si verum eſt de humanis actionibus id, quod dictum eſt, ſcilicet quod quando illæ ad facienda miracula, vt inſtrumentum, concurrunt, inferunt de neceſſitate, quod homo faciens taliter illa miracula eſt etiam verus Deus: tũc Petrus Apoſtolus erit Deus verus. Nam ipſe ad facienda miracula adhibuit humanas actiones: cum de ipſo miraculoſe ſanante hominem claudum dicatur, Act. 3. Apprehẽſa manu eius dextera, alleuauit eum, & protinus conſolidatæ ſunt baſes eius, & plantæ, & exiliens ſtetit, & ambulabat. Quod autẽ dico de Beato Petro, potes ſimili ratione (vt in legendis eorum nonnullis miraculis inuenies) de multis alijs, puta de BB. Paulo, Andrea, &c. dicere. Cum ergo propter illam humanitatis eorum concurrentiam, non ſit de ipſis dicendum hoc, ſcilicet quod aliquis eorum ſit Deus verus, ſequi videtur: quòd præmiſſa de Chriſto non ſint certa, vel ſaltem non apparet, quomodo vera pro certo tenẽda ſint. Reſpondetur, quod dubium illud afferẽs decipitur in hoc, quod putat, hominum purorum actiones externas eodem modo concurrere, quo actiones Chriſti concurrunt, ad faciendum miracula. Poſito enim (vt rei veritas ſe hẽt) ꝙ alio, & alio, modo illę virorumque actiones ad miraculorũ operationẽ cõcurrant: omnia præmiſſa, non obſtante inſtantia in dubio allata, remanẽt clara in veritate, qua dicta fuerũt. Ecce, Actiones hominũ purorum, puta. BB. Petri, Pauli, Ioãnis, Andreę &c. ad talia cõcurrunt, vt inſtrumẽtũ à Deo ꝑſonaliter ſeparatũ; actiones vero humanæ Chriſti ad illa nõ ſic, ſed vt inſtrumẽtum Deo perſonaliter vnitum. Et ideo actiones illæ ſanctorum aliorum nõ poſſunt inferre, quod ipſi ſint Deus, ſed ſolum, quod in his faciendis ſint inſtrumẽta Dei: actiones autem illæ Chriſti & inferre poſſunt, & iure inferunt (demonſtratione tamen à poſteriori) quod ipſe in miraculis ſic faciẽdis non ſolum ſit inſtrumentum Dei quo ad humanitatẽ, ſed etiam Deus, quo ad perſonam illius hu-

manitatis

Digitized by Google

manitatis. Vt dicamus. Humanitas, cuius actionibus medijs Apoſtolus Petrus facit miracula, habet ne ex ſeipſa virtutem faciẽdi illa? Non. Quare non? Quia illius humanitatis perſona, cui perſonæ conuenit proprie facere, nõ eſt Deus. Rurſum. Humanitas, cuius actionib. medijs Chriſtus facit miracula, habet ne ex ſeipſa virtutem faciendi illa? ita. Cur ita? Quia illius humanitatis perſona, cui perſonæ cõuenit proprie agere (nam actiones, & paſſiones, ſunt ſuppoſitorum. Libr. Metaphyſic.) eſt Deus. In hoc ergo ſenſu verificatur prima illa pars concluſionis: dum aliquam ſingularem virtutem, ab aliorũ humanitatibus differentem, attribuit humanitati Chriſti ad facienda miracula. Differentem inquam: quia licet humanitas Petri, & humanitas Chriſti, conueniant in hoc, quod illa vtriuſque virtus eſt ex Deo, tamen differunt in hoc alio, quod humanitas Petri pro perſona ſua non habet Deum, humanitas vero Chriſti ſic. Porro hinc fit, quod differenter etiam de illis humanitatibus, quo ad illam virtutẽ, loquimur dicentes, ut ſupra, ſcilicet quod illa Petri non ex ſeipſa, hæc autem Chriſti ex ſeipſa, virtutem prædictam habet. Dixi ſuperius: quod demonſtratione à poſteriori actiones Chriſti humanæ inferunt ipſius Deitatem: quoniam hominem illum eſſe Deum, prius eſt (ut patet,) quam actiones illas humanas ab ipſo procedere. Vnde humanæ actiones cum ſint poſt, non poſſunt demonſtrare à priori, quod ille homo, à quo egrediuntur, ſit Deus: ſed tantum à poſteriori.

PRINCIPALE fundamentum præmiſſorum, ſcilicet, quod humanitas, à qua ſunt illæ actiones humanæ Chriſti ſit inſtrumentum coniunctum Deo, & ꝙ ex illis actionibus, vt ſic ad miracula facienda concurrunt, poſſit inferri pro certo, quod ipſe ſit Deus] eſt illud, quod dixit Chriſtus Ioan. 10. Opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me: operibus credite, vt cognoſcatis, & credatis, quia ego in patre, & pater in me eſt. Nã opera illa erant miracula, quæ medijs actionibus humanitatis ſuæ faciebat. Opera ergo illa teſtimonium de Chriſto tale perhibent, vt faciant per fidem cognoſcere, quod ipſe in patre, & pater in ipſo eſt, ideſt quod ipſe eſt verus Deus. Nullũ.n. (ut inquit ibi Sanctus Thomas) tam euidens inditium de natura alicuius rei eſſe poteſt: quam illud, quod accipitur ex operibus eius. Euidenter ergo cognoſci poteſt de Chriſto, & credi, quod ſit Deus, p hoc quod facit opera Dei. Hucuſque Sanctus ille Doctor ſuper Ioan. Quia igitur opera Chriſti miraculoſa conuincebant, ipſum eſſe Deum, ſequitur manifeſte, ꝙ actus humanitatis illius ad operationem miraculorum concurrentes procedebant à Deo: & conſequenter quod erant inſtrumentum perſonaliter Deitati coniunctum, ac per hoc inferebant à poſteriori, ipſum eſſe Deum.

Inditium euidẽs de natura alicuius, ſumitur ex operibus eius.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, In Chriſto non ſunt duę perſonæ ad inuicem vnitæ (cõtra Neſtor.) ſed perſona diuina eſt etiam perſona humanitatis eius, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Vidiſti eum, & qui loquitur tecum ipſe eſt. Patet enim in contextu, quod ſententia nunc adducta debet neceſſario intelligi de perſona filij Dei. Nam ibi cæco illuminato dictum à Chriſto præmittitur; Tu credis in filium Dei? Reſpondenti autem cæco; Quis eſt Domine, vt credam in eum, mox dixit aperte: & vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. Quis vero neſciat, quod hoc nomen, Filius, (ſicut & Pater, & Spiritus ſanctus) dicit perſonam, 1. q. 30. art. 1. etiã in communi de hominibus locutione? Per hoc ergo, quod dicit, vidiſti eum, & qui loquitur tecũ, ipſe eſt, denotat quod cęcus iam corporaliter illuminatus uidebat perſonam diuinam, quæ eſt filius, & eam ſecum loquentem audiebat. Nam & pronomen, Eum, & relatiuum, Qui, ſignificant perſonam filij Dei eſſe perſonam illam, quæ & videbatur, & loquebatur. Hoc ſiquidem adeo manifeſte ex conſtructione textuum grammaticali patet, vt nihil ſupra. Tu (inquit) credis in filium Dei? Quis eſt, ſcilicet filius Dei? & vidiſti eum ſcilicet filium Dei: & ille, qui, ideſt illa perſona, quæ loquitur tecum, eſt ipſe, ideſt, eſt filius Dei.

CÆTERVM ſtante, pro indubitabili

tabili hac veritate, dicet quis. Quomodo perſona diuina videri, & audiri, & loqui ſenſibiliter poterat ab illo, & cum illo? Nam ſpiritus eſt Deus, Ioan. 4. Hoc eſt, ſenſibiliter, & inuiſibilis, & inaudibilis. Reſpondetur, quod perſona diuina aliter accipitur in Euangelio præſenti, & aliter ab obijciente: ideoque ſine vlla ad inuicem contrarietate, ſtat veritas vtriuſque. Perſona enim diuina ſecundum ſe nude ſumpta, eſt ſpiritus (vt afferebatur ex Ioan. 4.) & per hoc eſt ſenſibiliter inuiſibilis, & inaudibilis .i. non potens ſenſu viſus, ſiue auditus, attingi: & ſic eam ſumebat obijciens. Rurſus, eadem perſona, ſecundum quod carnem aſſumptam habet, accepta, non eſt ſolum ſpiritus, ſed quodam ineffabilis cum carne vnionis modo compoſita, 3. de Sal. q. 2. artic. 4. & per conſequens eſt ſenſibiliter viſibilis, audibilis, & potens loqui: & ſic eam ſumebat tex. vidiſti eum, & qui loq. tec. ip. eſt. Cuius rei ſit exemplum hoc. Conceptus cordis humani internus in ſeipſo nude conſideratus non poteſt audiri, videri, tangi, ſenſibus hominum, quoniam ipſe, vt hoc modo ſumitur, eſt ſpiritualis, à re ſpirituali, ideſt ab intellectu tantum productus, & in eadem re ſpirituali tantum exiſtens. Rurſum, idem conceptus, ſecundum quod voce, vel ſcripto exteriori veſtitur, acceptus, non eſt inuiſibilis, inaudibilis, intãgibilis: ſed (ut quotidie millies patet) ſi enuncietur, poteſt audiri; ſi ſcribatur, poteſt videri, & tangi. Modo ad propoſitum. Conceptus Dei patris intimus eſt ſuus filius, ſeu (quod idẽ eſt) perſona filij ſui, 1. q. 27. art. 1. 2: & q. 34. artic. 1. 2. Sic ergo præciſe in ſeipſo acceptus non poteſt ab homine videri &c. qđ ipſe nos docuit, dicens, Matth. 11. Nemo nouit filium, niſi pater. Idem vero conceptus æternus, vt carne noſtra indutus, poteſt ſenſibiliter audiri, videri, loqui, tangi, crucifigi: id quod affirmauit & ipſe facto ſuo, dum ſcilicet prædicauit nobis legem Euãgelicam, & B. Virgo mater eius, atque Apoſtoli, dum illa pannis eum inuoluit, ac reclinauit in præſepio, Luc. 2. Dumque de his omnibus vnus eorum dixit, Manus noſtræ verbum vitæ contrectauerunt, 1. Ioan. 1. & B. Paulus, dum ait Si cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent, 1. Cor. 2. Per hoc aperte proteſtans, quod illi crucifigendo hominem Chriſtum, crucifixerunt ſecundũ humanitatem Dominum gloriæ, & conſequenter neceſſario per idem ſimul declarans, quod perſona illius crucifixæ humanitatis erat Dominus gloriæ, ideſt perſona diuina, quæ Deus eſt.

Exemplũ aptiſſimũ pro textus intelligentia, &c.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſti bonitas in ſe, & dilectio erga nos, tanta eſt, vt nobis, à nullo etiam rogatus, beneficia magna conferat, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Vidit cæcum à natiuitate, & tex. Venit videns, & tex. ille dicebat, quia ego ſum, & ille homo, qui dicitur Ieſus, lutum &c. Propheta eſt, ſi quis Dei cultor eſt, & volun. eius facit, & procidẽs adorauit eum. Patet enim, pro quanto habemus in textu Euangelij, quod neque à cæco, neque à diſcipulis, neque ab vllo alio, rogatus eſt Chriſtus: vt illuminaret ipſũ & corporaliter, & ſpiritualiter, ideſt donaret ei tot, tantaſque virtuoſas operationes, quæ legentibus bene textum uſque ad finem occurrunt. Qui etiam ſi fuiſſet rogatus de corporali ſanitate, tamen ẽt maiora, quam rogantes poſtulaſſent, dediſſet (more ſuo) puta, ſpiritualia illa, de quibus in decurſu textus habetur. More inquam, ſuo: quoniam & languido, Ioã. 5. & ſororibus Lazari, Ioan. 11. & decem leproſis, Luc. 17. & Zachæo, Luc. 19 Et Paralytico, Matth. 9. & alijs omnibus plura contulit, quam petebant, cum illis de ſanitate tantum corporali in poſtulando ſolicitis, ſalutem quoque ſpiritualem pro ſola benignitate ſibi innata donauerit. Nã de omnibus à ſeipſo in corpore curatis, ſub exemplo vnius illorum, ſemel pro ſẽper (iuxta SS. Doctorum expoſitionem) dixit, Ioan. 7. Totum hominem ſanum feci. Deus enim eſt maior corde noſtro; 1. Ioan. 3. ideo cor noſtrum non poteſt ad tantam beneficiorum magnitudinem poſtulandam aſcendere, quantam ipſe præſtare poteſt, & ſolet.

DE beneficio corporalis ſanitatis, & quod ſit magnum, vt puta à ſeculo non auditum (ut infra dicitur in textu,) patet in litera.

litera. Spiritualia porro beneficia ei gratis collata multa ſunt, & ſingula viſionis illius donatione maiora. *Primo.* Primum eſt gratitudo, qua inter diſcordantes confeſſus eſt, ſe eſſe illum, qui antea fuerat cęcus, & poſt à Domino mirabiliter illuminatus. Dicebat enim illis, Ego ſum ille cæcus, qui ſedebam, & mendicabam: ſed IESVS luto facto vnxit oculos meos dicens; vade ad natatoria Syloé, & laua, & abij, & laui, & video. Magna autem virtus eſt gratitudo, 2.2.q.106 art. 1. Et tria, quæ ad virtutem gratitudinis pertinent, 2.2.q.107. artic. 2. executus eſt iſte cæcus per ordinem. Quæ ſunt illa tria? Quod homo beneficiarius recognoſcat beneficium acceptum; item quod laudet benefactorem, ipſique gratias agat; itẽ quod retribuat aliquam realem pro beneficio recompenſationem, iuxta ſuas vires, benefactori ſuo. Quomodo iſte cæcus tria hęc per ordinem ſeruauit? Confitendo nõ ſemel, ſed ter, ſe fuiſſe a Chriſto illuminatum, quæ confeſſio erat ſignum manifeſtum, quod ipſe recognoſcebat beneficiũ acceptum. Nec tantummodo illud ſimpliciter recognoſcebat: ſed, quantum poterat, magnificabat, & intra ſe, & coram alijs, de illius magnitudine admirando, dicens, à ſeculo non eſt auditum, ꝙ quis aperuerit oculos cæci nati. Item gratitudinis ſecundam conditionem ſeruauit, laudando benefactorem ſuum multipliciter, dicens, quod Propheta eſt (ſcilicet ille magnus, Luc. 7. Et vere magnus, Ioan. 6. venturus in mundum, Deuteron. 18.) ꝙ peccator non eſt, quod Dei cultor eſt, ꝙ voluntatem Dei facit, quod a Deo eſt. Item, gratitudinis tertiam conditionem ſeruauit, honorando Chriſtum & cultu interiori ſupremo; idest credendo in eũ, tanquam in verum filium Dei, & cultu exteriori pariter ſupremo, idest cum proſtratione corporis adorando eum latria, vt verum Dei filium. Ecce: ad quantum profectum gratitudo illius peruenerit: vt & à cognitione, quod benefactor ſuus eſſet Propheta vere magnus in lege promiſſus, idest, quod eſſet Meſſias, aſcenderit ad cognitionem, quod eſſet verus filius Dei: & quod ex vtraque cognitione congruam eidem benefactori reuerentiã conceperit itaum, actualiterque exhibuerit.

Quid ex præmiſſo cæci proceſſu intelligendum reſtat? Quod de beneficio minori meretur per hoc accipere maius: iuxtã illud Eccleſiæ in quadam collecta dictũ: Vt de pceptis muneribus gratias exhibẽtes beneficia potiora ſumamus. Item ex eodem proceſſu aperte trahendum relinquitur: quod Meſſias Iudæis promiſſus non tantum debebat eſſe homo, ſed etiã Deus. Vide textus manifeſtam ſeriẽ. Crediderat intus, & confeſſus extra fuerat cęcus, quod Ieſus erat Propheta ille. i. Meſſias, & Chriſtus ipſe hanc cæci cognitionem videns, & approbans, requirit ab illo, quod credat in filium Dei. Quaſi per hoc ad literam dicat, Meſſias in lege promiſſus debet eſſe filius Dei: ideo a te, qui iam me eſſe illum Meſſiam credis, volo, vt ſimul credas me eſſe filium Dei. Hanc texturam ſic loquentem bene pro ſemper notato, & perpetuo memoriæ mãdato, & contra Iudæos, qui Meſſiam ſibijpſis promiſſum dicunt, non futurum eſſe Deum, & contra Arrianos, qui Saluatorem noſtrum dicunt eſſe tantum creaturã licet ſit verus Meſſias, idest Chriſtus.

Secundo. BENEFICIVM verò ſecundum huic cæco à Chriſto collatum eſt magna conſtantia virtus, 2.2.q.53. art. 5. vt quæ ſit ad fortitudinem pertinens, inquantũ ſ. conſtans, nõ obſtantibus arduis, & difficilibus ſibi occurrentibus; ſtat firmiter perſeuerans in bono incæpto, 2.2.q.128. art. vnico. Conſtantiam porrò hanc cæcũ habuiſſe monſtrat intrepida, & libera, vox eius, & mens, exaltandi Chriſtũ coram eius inimicis capitalibus, vt textus enarrat. Iterum (inquit) interrogabant eũ Phariſæi, quomodo vidiſset &c. Si implacabiles inimici ſunt Chriſto Phariſæi (vt totum Euangeliorũ corpus paſſim teſtatur,) & cæcum hunc de viſionis adeptione miraculoſe interrogant: quo animo voluntatæ obfirmato, putas, interrogent? Non ſimplici vtique, ſed maligno. Exponatur ergo, ex perſonarum conditione, tex. Phariſæi eum, quomodo vidiſset interrogabant, ſcilicet non vt veritatem miraculi ſcirent, ſed vt calumniam inferrent miraculi illius factori, idest, Chriſto, & per hoc ex conſequenti falſitatem aliquam miraculo imponerent, vtputa, quod eſset præſtigium per artem magicam

gicam factum. [Quæ textus expoſitio ex decurſu etiam textuum hic conſequentium patet eſſe vera.] Conſtanter autem cæcus in eadem reſponſione, quam abſentibus Phariſæis dederat ad vicinos, permanet in Phariſæorum conſpectu, ac ſi pro nulla differentia haberet loqui coram tantis viris, & loqui in eorum abſentia. Et vere ſic erat. Nam (vt habetur ex textuali reſponſo ad Phariſæos, & ex ſubſequentibus etiam) virtute conſtantiæ animus cæci adeo firmatus erat: vt præ ſui benefactoris, & de beneficio propalando veritatis amore nihil ſibimet occurens obſtaculum quodcunque æſtimaret. Reſpondit igitur ad tam acerbos Chriſti & in eius odium miraculi facti, inimicos dicens. Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & laui, & video. Quam eius conſtantiam admiratus Beatus Chryſoſtomus ait. Vide: qualiter non turbatur cęcus. Quando turbis dicebat ſine periculo interrogatus, non ita magnum erat, veritatem dicere. Mirabile autem eſt nunc, quod in ampliori periculo conſtitutus neque negat, neque contraria dicit prioribus. Lutum poſuit mihi ſuper oculos, & laui, & video. Hoc autem ad eos, qui iam audierant, ſuccinctius loquitur. Non enim dixit nomen dicentis, neque quoniam dixit mihi, vade, & laua: ſed confeſtim, lutum poſuit ſuper oculos & laui, & ſic contrarium paſſi ſunt eius, quod volebant. Duxerunt enim eum ad phariſæos, vt negaturum: ſed ab eo certius didicerunt. Sed hæc eſt veritatis natura, per quæ putatur inſidias pati, per hæc fortior ſit. Mendacium enim ſibi ipſi obuiat, & per quæ lædere veritatem videtur, per ea clariorem eam oſtendit. Quod & nunc factum eſt. Hæc ille.

Falſitas, volendo, exaltat veritatem.

QVANTITAS CONSTANtiæ cæci; ex tex.

Secundo.

EVANGELISTA volens magnitudinem ſecundi beneficij ſpiritualis, ideſt conſtantiæ cæci nobis explicare, & ſciens, quod oppoſita iuxta ſe poſita magis ex mutua comparatione eluceſcunt, ideo adducit illa, quibus diuerſimode impugnata fuit illa cæci conſtantia, vt vel totaliter, vel ſaltem aliqualiter, deijceretur. Hoc aūt facit ad finē hūc vt cum videris eam his non obſtantibus creſcere magis, tunc, & ipſius conſtantiæ quātitatē ꝓbes eſſe maiorē, quam primò putabas, & eā imitandā ꝓ honoris diuini manutenendi zelo tu, qui magis, quā hic cæcus, à Chriſto beneficiatus es, accēdaris, quaſi ex huius conſtātia exēplari, quā pro vnius beneficij gratitudine aſſumpſit, cōfuſione utiliter perfuſus. Impugnationē igitᷣ à Phariſæis factā (dimiſſa illa, quæ à uicinis) narrans ait in text. Dicebant ergo ex Phariſæis quidā. Non eſt hic homo à Deo, qui Sabbathū nō cuſtodit. Cur de illuminatione non faciūt mentionē dicentes; Qui in Sabbatho cęcū illuminauit? Vt uel nolentes, oſtēdāt, ſe eſſe malignos. Illi.n. qui malitioſe contra aliquē mouentur, & agunt, ſi qd boni in facto eius uiderint, tacent, & malū, ſi quod ibi ſaltem apparenter, quāuis nō realiter, uideatur, manifeſtant, ut per malū hoc expreſſum illud bonum offuſcēt: iuxta illud, Eccl. 11. Bona in mala cōuertens inſidiatur, & in electos imponit maculā. Sic nunc, & alibi (vt cōſideranti patere pōt) faciunt Phariſæi, cum de operibus electis à Chriſto patratis loquuntur. Nā id quod re uera bonū eſt. ſ. cęci illuminationē, tacent, & id, quod apparenter, licet non realiter, malū eſt, de Chriſto manifeſtant. ſ. ſolutionem Sabbathi. Exponatur ergo ſic tex. Dicebāt ex phariſęis qdā. ſ. malignantes. Ab iſtorum tū malitioſa impugnatione cęci conſtantiā non eſſe diminutā, ſed occaſionaliter auctā, monſtrat Euāgeliſta dicēs, quod ille cęcus, quaſi de directo per negationē ſoluens hoc illorum figmētum tandē dixit: Niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quicquā. Ac ſi ad illos ſic argumentantes dicat Vos ex eo, quod ille homo non cuſtodit (ut fingitis) Sabbathum, infertis, ꝙ non eſt a Deo, & ego ex eo, ꝙ ille ipſe potuit facere me cæcum natum uidere (ꝙ à ſeculo nō eſt auditū) infero, ꝙ eſt a Deo. Vis modo aperte cognoſcere, ex contextu, ꝙ & argumentū phariſęorum eſt falſum, & argumentū cęci eſt uerū? Supra, antequā ad miraculū hoc actualiter procederet, Dñs ad propoſitū cęcitatis huius ſubleuandę loquens dixit: Vt manifeſtētur opera Dei in illo; Me oportet operari opera eius, qui miſit me. Ad planā

Conditio loquentiū malitioſe.

ergo literã patet ex iſto Domini pręambulo, quod miraculum illuminationis huius eſt opus Dei commiſſum Chriſto à patre, ut illud faceret. Impoſſibile autem eſt, quod in operibus Dei, vt ab ipſo procedunt, ſit aliquis error: cum ſcriptum ſit, Pſal. 110. Opera manuum eius veritas, & iudiciũ, & Eccl. 39. Opera Dñi uniuerſa, bona ualde, & omne opus, hora ſua ſubminiſtrabit. Impoſſibile quoque eſt, quod Chriſtus in faciẽdo opera ſibi à patre commiſſa diuertat à voluntate patris: cum ipſe dicat, Ioã. 8. Quæ placita ſunt patri, facio ſemper, & c. 14. Sicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Ecce: quod nec in re, nec in modo rei mandatæ, diuertit à voluntate mandãtis. Stantibus ergo his, accedas ad argumẽta vtriuſque prædicta, de ipſorum ueritate, & falſitate nunc facillime iudicaturus.

Hic homo (dicebant Phariſæi) non cuſtodit Sabbathum .ſ. dum facit miraculum hoc in Sabbatho: ergo non eſt à Deo. Nũquid non uides ex ſupradictis, antecedẽs argumenti huius eſſe falſum? Nã hoc miraculum eſt opus Dei, à Chriſto executioni mandatũ per uoluntatẽ patris, qui nec in re exequenda, nec in modo exequendi à patris voluntate diuertere poteſt. Ergo, ꝙ Chriſtus fecerit in die Sabbathi iſtud miraculum, fuit per voluntatem Dei patris: quem Iudæi dicebant Deũ ſui ipſorũ eſse, Ioan. 8. Voluntatẽ autẽ Dei eſse malorum culpę, eſt impoſſibile et: à ſecundũ ſcripturã à Iudæis creditam, Pſal. 5. Non Deus uolens iniquitatẽ tu es, & Deuter. 32. Deus fidelis, abſque ulla iniquitate, iuſtus, & rectus. Malignitas igitur Phariſęorum, antecedentis ipſorũ falſitate detecta, euaneſcit in argumento ſuo.

CÆTERVM è regione dicebat cæcus. Hic homo potuit me cæcum natum illuminare: ergo eſt à Deo. Nunquid non ex ſupradicto contextu vides, quod omnia huius argumenti uera ſunt? Conſequentiæ enim (dimiſso antecedente pro ueritate ad ſenſum) ueritas patet ex illo textuali dicto; Me oportet operari opera eius qui miſit me. Nam, ſi miraculum illuminationis cæci nati factum à Chriſto eſt opus eius, qui miſit ipſũ, ſequitur manifeſte, quod ex hac propoſitione, Homo iſte illuminauit cæcum, dependeat hæc alia, Homo iſte eſt à Deo. Stante.n. iſto textu, Chriſtus non illuminaſset cæcum, niſi miſſus fuiſset à patre, ideſt (quod in idem redit) niſi eſset à Deo. Taceo, quod conſequentiam ſuam bene probauit cæcus dicens, peccatores Deus non audit: ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc exaudit: & poſtea conſequentiam illam, licet non in forma argumenti, expreſſit, ſubinferens, niſi eſset hic à Deo, non poterat facere quicquam. Ac ſi virtualiter, in forma hypothetica dixiſſet Peccatores nõ poſsũt ęxaudiri à Deo, ut faciant miracula in teſtimonium ſanctitatis propriæ (quoniam Deus, à quo ſolo pendet authoritas faciendi miracula, non poteſt eſse teſtis falſitatis:) & hic homo exauditur à Deo ad faciendum miracula in teſtimonium ſanctitatis propriæ (Ioan. 10. Opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me:) ergo hic homo non eſt peccator, ſed indubitanter eſt à Deo.

Ecce, quomodo conſtantia cæci conuicit malitiam Phariſęorum inferentium anthori miraculi, ideſt Chriſto, calumniam, & per hoc uolentium ſimul aliquã falſitatis denigrationem inferere, (ſaltem in apparentia turbarum, ipſius miraculo. Veruntamen, ſi ad illam probationem cæci infirmandam, dixeris, quod cæcus in ſua propoſitione, Peccatores Deus non audit, non habebat illum uerum ſenſum, ſcilicet ad facienda miracula in teſtimonium ſanctitatis propriæ, reſpondetur faciliter: quod, etiam ſi Ipſe, ut à ſemetipſo loquens, non habuiſſet illum, tamen ipſemet, ut à Spirituſancto ſpecialiter motus ad loquendum pro CHRISTO contra calumniatores Phariſæos, habuit eum. Nam de Spirituſancto, qui in cæco tunc loquebatur, & ipſam propoſitionem, ut deinde modo conuenienti applicandam CHRISTO, pronunciabat, non eſt dubitandum, quod ibi uerum illum ſenſum pro limitatione propoſitionis eiuſdem habuerit. Nam Spirituſſanctus ab æterno optime nouerat: quod CHRISTVS ſua miraculoſa opera facturus erat in teſtimonium ſanctitatis, immò, & diuinitatis, propriæ, (ut patet Ioan. decimo.)

NVN-

NVNQVID ET VOS vultis Diſcipuli,&c.

Tertio.

SPIRITVALE beneficium, [& hoc eſt tertium, maximique faciendũ] quod Chriſtus non rogatus cæco iſti contulit, eſt: quod fecit eum ſuum diſcipulum. Hoc enim ab ipſo cæco denotatur ibi: Nunquid & vos vultis diſcipuli eius fieri? Et vos (inquit) hoc eſt, ſicut ego iam ſum. Patet autem, quod ipſe non poſſet eſſe, nec etiam in voto, diſcipulus Chriſti (ſicut nec aliquis alius) niſi à Chriſto ipſo fieret talis: ſecundum illud Eccleſię ad Deum, in quadam Collecta; Tibi, ſine te, placere non poſſumus, & illud, Ioan. 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum, addendo & illud, Ioan. 10. Ego & pater vnum ſumus. Porrò cæcus iſte per ſententiam ſuam præmiſſam profitebatur ſe eſſe ſeruum Chriſti & corde, & ore, & opere. Quod enim corde, patet ex his, quæ pro defenſione Chriſti per totam hanc cum Phariſæis diſputationem dicebat: quandoquidem ex abundantia cordis os loquitur, Matth. 12. Quod autem opere, conſtat ex eo, quod maledictus à Phariſęis ipſorum inſaniã furibundam patienter tulit: nec fractus animo, ab incœpto bono deſtitit, immò poſtea maiori feruore opus bonum incœptum executus eſt (ut patet legenti textũ; Maledixerunt, vſque ad, & eiecerũt eum foras.) Dixi, maledictionem illam eſſe inſaniam Phariſæorum furibundam: quoniam tunc de ſeipſis verificari maxime oſtẽderunt illud, Iſai. 5. Veh qui dicitis bonum malum, ponentes lucem tenebras, & dulce in amarum. Quid enim melius, quã eſſe verum, & perfectum diſcipulũ Chriſti? Etenim hunc diſcipulatum, vbi conſiſtit vera ſapientia & intelligẽtia, Iob 28. præpoſuit Spiritusſanctus regnis, & ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixit in comparatione illius, Sap. 7. Imò (quod peius, & abominabile magis eſt) alia omnia ſ eiuſdem comparatione ſunt grandia hominũ detrimenta, & fętidiſſima ſtercora, ſecundum ſanum Apoſtoli ex diuina inſpiratione loquentis iudicium, Philip. 3. Maledictio ergo Phariſæorum, quam cæco intulerunt dicentes, Tu diſcipulus eius ſis, erat ſecundum rei veritatem ſumma benedictio. [Quæ, vtinam ſemper ſit ſuper nos, & ſuper filios noſtros:] quamuis ſecundum illorum inſanam mẽtẽ, quam inuidię nimietas vehementer obcæcauerat, eſſet maledictio, iuxta quorum mentẽ & Euangeliſta dixit. Maledixerunt. Nos (inquiunt,) Moyſi diſcipuli ſumus. Vide mendacium. Quod quidem patet ex eo: q̀ iſti neque legem ſibijpſis à Moyſe præſcriptam ſeruabant, ſecundũ illud, Ioã. 7. Nonne Moyſes dedit vobis legem? & nemo ex vobis facit legem; neque credebãt Moyſi, ſecundum illud, Ioan. 5. Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi. Quomodo igitur vere diſcipuli Moyſi erant: ſi conditiones diſcipulorum erga magiſtrum ſuum non habebant? Sicuti, ſi diceretur, Quomodo aliquis eſt vere homo: ſi conditiones hominis [puta rationale eſſe, & mortale] non habet? Porro conditiones diſcipulorum breui ſermone omnes ſub particulari exemplo complexus eſt Chriſtus, vbi ait ad quoſdam, Ioan. 8. Si manſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eritis. Hoc eſt, in propoſito noſtro vniuerſali. Verorum diſcipulorum cõditio, quæ vniuerſas alias cõprehendit, eſt, manere in ſermone ſui magiſtri. Hæc ſola, inquã, comprehendit omnes alias: quia, ſi in boni magiſtri bono ſermone manſeris, credes magiſtro, ſeruabis ore, corde, opere, mandata magiſtri, humiliabis te reuerenter ſub manu, ſub ferula, ſub ducatu magiſtri, amore, timore, honore, proſequeris magiſtrum, nec vnq̃ te extolles neque in bonitate vitæ, neque in veritate doctrinę ſuper magiſtrum tuum, illius mores uitã, ſtatum, ſiue proſperoſum, ſiue laborioſũ, ſiue pœnoſum, imitaberis fideliter, manendo perſeueranter ſub obedientia ſermonum eius, donec tibi fuerit magiſter. Quam iſtarum diſcipuli conditionum habebant hi Phariſęi erga Moyſen? Nullã. Non enim poterant vllam habere: cum cæterarum omnium fundamentum non haberent. i. cum neque crederent ei, neq; mandata eius obſeruarent: Ioan. 5. 7. Signum quoque magnum, quod Phariſæi ſe mendaciter, a propria inani æſtimatione ſeducti uocabant diſcipulos Moyſi, eſt illud à CHRISTO ad Iudæos dictum Ioan. 5. Eſt, qui accuſat uos,

Eſſe Chriſti ſeruum verum, eſt maximi põderis: & ab eo maxime petẽdum.

Diſcipulorum vero rum conditiones.

Digitized by Google

Moyſes, Magiſtrorum enim quaſi ex connaturali amore procedēs, officium eſt defendere, ſaltē excuſando, diſcipulos ſuos: vnde, quando eos ſimpliciter accuſant, ipſo facto indicant, quod ipſi realiter non ſunt diſcipuli ſui.

HVNC autem (inquiunt) neſcimus vnde ſit. Aut mendaciter etiam hic loquũtur: aut (quod magis probabile videtur) deſpectiue. Quomodo enim poſſunt veraciter dicere, hunc neſcimus, vnde ſit: cũ ſupra dixerint, cap. 7. Hunc ſcimus vnde ſit, quod & Dominus verum eſſe ibid. affirmauit dicens, & me ſcitis, & unde ſim, ſcitis. Videtur ergo, quod ipſi, dicendo, nunc, neſcimus vnde ſit, nolint negare illam, quam affirmarant, veritatem: ſed quod potius velint per hoc dictum facere illum coram cæco, & alijs, multum deſpicabilem. Ac ſi de illis à ſe prædictis ſibi, deſeruiendo dicerent. Hunc ex eo loco uili, ſcilicet Galilæa, vnde ſcimus ipſum eſſe, neſcimus vnde ſit, ideſt, neſcimus, quod ſit tantæ dignitatis, ſicut Moyſes, immò (figurate enim loquuntur, contrarium intendentes) inde ſcimus, ꝙ paruiſſimæ, & nullius fere ſit authoritatis: vnde nec pro vllo precio in comparatione ad Moyſen eſt ab aliquo rationabili viro æſtimandus. Vel exponatur ſic totus tex. Nos ſcimus, ſcilicet ex Numer. 12. & Exod. 33. Quia Moyſi locutus eſt Deus, ideſt, quod Moyſes erat amicus Dei, & quod eius doctrina eſt à Deo: hunc autē neſcimus, vnde ſit, ideſt neſcimus, an Dei amic⁹ ſit, & an ipſius doctrina ſit à Deo. Per quæ verba ſic ad literam expoſita, pro quanto Phariſæorum implacabilis malitia, inuidiaque, contra Chriſtum ſuadet, intendebant ponere illum apud turbas in numero eorum de quibus dicitur, Hierem. 23. Nō mittebam eos, & ipſi currebant. Nec nouum hoc Phariſæorum fuiſſet figmentum: quandoquidem & ipſum habere dæmonium, cum quo non ſtat amicitia Dei multoties dixerũt, Ioan. 7. 8. 10. Matth. 9. 12. Ex prædictis conſtat: quod Phariſæi omnia illa de Saluatore noſtro dicebant, vt impedirent, ne ipſe pro Meſſia reciperetur à populo. Nam ſupra Ioan. 7. Quando tractabatur de Meſſia venturo, quod ſcilicet cum venerit, nemo ſcit, vnde ſit, dixerunt, ſed hunc ſcimus, vnde ſit: Nunc vero, quando de eſſe magnæ dignitatis, & de eſſe à Deo, tractatur, dicunt, neſcimus, vnde ſit. Ipſi ergo nec eum pro Meſſia recipiebãt, nec alios eundem pro tali recipere uolebant, & ne reciperetur impediebant: vt de ſeipſis uerificatum cognoſceretur illud, Matth. 23. Veh vobis Scribæ, & Phariſæi, qui clauditis regnum cœlorum ante homines. vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare.

C R E D I S in Filium Dei?

QVARTVM beneficium, alijs antepoſitis maius, eſt cognoſcere, & (ut decet) adorare filium Dei: id quod Chriſtus non rogatus cæco donauit. Circa hoc autem explicandum Euangeliſta dicit: Audiuit Ieſus, quia eiecerunt eum, & cæt. Vide magnam diligentiam, & vigilātiam, quam Dominum habere de ſeruis ſuis notificat tex. Audiuit; Inueniſſet. Ac ſi Euangelium magis explicite dicat. Dominus diligenter conſiderabat ea, quæ circa cæcum agebantur: [Sicut enim princeps terrenus diligenter conſiderat illa, quæ athleta ſuus patitur pp ipsũ: ita, & quidē multo magis, Chriſtus ea, quæ cæcus patiebatur propter ueritatem, ſuique defenſiuam confeſſionē, vigilanti diligentia attendebat.] Quamuis enim omnia, quæ circa cęcum fiendæ erant, antequam fierent, ſciret: tamen aures ſuas corporales ponere dignabatur ad audiendum illa, quę de cæco dicebantur ab alijs Audiens ergo, quod Phariſæi eiecerunt illum foras. ſ. extra ſynagogam per excommunicationem (ſupra enim dicitur in textu: quod iam conſpirauerant Iudæi de tali pœna contra tales) inuenit eundem .i. diligenter quæſitum reperit. Differentiam namque hanc inter inuenire, & reperire, faciunt grammatici, ꝙ inuenitur id, quod poſt diligentē inquiſitionem habetur, id autem reperitur, quod fortuito occurrit: iuxta illud Doctoris grammaticalis ad quandam dictum; Tu non inuenta, reperta es. De fidelibus ergo ſuis (qualem ſe factis monſtrauit viriliter ille cæcus) Dominus multum zelare,

Solicitudo magna Chriſti de ſeruis ſuis

Digitized by Google

late,ſolicitumque eſſe ex hoc verbo, Inueniſſet, colligitur: iuxta etiam illud antea prophetatum, Pſal. 39. Ego autẽ mendicus ſum, & pauper (vt iſte cęcus ab omnibus in bona pro Chriſto diſputatione derelictus) Dominus ſolicitus eſt mei, & illud, Pſal. 26. Pater meus, & mater mea, dereliquerũt me, (ſicut ſupra parẽtes eũ derelinquere ſe declararunt per illud: Ætatem habet, ipſum interrogate &c.) Dominus autem aſſumpſit me. Nonne & hanc vigilantiſſimam ſolicitudinem practicaliter exercitam à Domino maxime vides in hoc, quod poſt plurima annorum millia à ſummo cęlo venit perſonaliter ad quærendum ſeruos ſuos Abraham, Noë, Adam, Moyſen &c. in limbo, ſub terra poſitos, ut in vitam æternam actu poſſidendam ſecum eoſdẽ conduceret?

ITAQVE cum (inquit) inueniſſet eum, dixit ei. Tu credis in filiũ Dei? Nõ dicit, In Chriſtum: quia, licet credere in Chriſtum ſit ſm rei veritatem credere in filium Dei, cum Chriſtus reuera ſit filius Dei viui, Matth. 16. tamen per hoc ſignanter expreſſum, vult denotare, qđ aliqui erant vẽturi, ſm quorum opinionem non eſſet idẽ credere in Chriſtum, & credere in filiũ Dei. Et hoc eſt, qđ B. Hilarius cõſiderans interrogationẽ ſic à Chriſto factã, reddenſq; de hoc rõnẽ, dicit: Quia futurum erat, vt aliqui Chriſtũ confiterentur, quem tñ filiũ Dei, & Deũ, negarent. Sic ergo interrogando, Chriſtus & de Arriana fantaſia prophetauit, & eã, pro impijſſima hæreſi, vt quę fundamentum fidei deſtruat, condemnauit. Arrius.n. fantaſticam illuſionem ſuam ſecutus non credidit, quod nunc requiritur à cęco, ſed negauit, Chriſtum eſſe verum filium Dei.i. Deum, cũ tñ hoc ſit fidei Catholicę primum fundamentum ex diuina patris cęleſtis reuelatione à B. Petro Apoſtolorum principe corã toto Eccleſiæ columnarum collegio.i. coapoſtolis, perſpicua confeſſione ſic declaratum, Matth. 16. Tu es Chriſtus, filius Dei viui. Hoc eſt. Tu es Meſſias, & filius à Deo, quatenus viuente, procedẽs. Quod dixit ad ſignificandum, ſe loqui de filiatione naturali, qua filius naſcitur verus Deus Patri conſubſtantialis. Rationem enim

Arrij hæreſis condẽnatur.

Chriſtus eſt verus per naturã filius Dei.

generandi filium explicauit, & iure quidem optimo, in nomine viui. Experientia namque quotidiana docet (vt etiam philoſophi ab ipſa edocti tradunt) quod naturaliſſimum eſt opus omnibus viuis, inquantum viua ſunt, generare alia, qualia ipſa ſunt. Taceo, quod Chriſtus declarat filiationẽ hanc ſuam à Petro enunciatam, non adoptiuam, ſed naturalẽ eſſe per hoc, quod loquens mox ad Petrum ſubiungit, ibid. Simon bar Iona. Bar.i. filius, Iona.i. patris, hoc nomine, Iona, vocati. Porrò Chriſtus, qui Simonem, cum eſſet præſens, & conſequenter præſentia ſua ab alijs manifeſte diſtinctus, potuit nominare abſque mentione de patre ipſius naturali, ideo prælegit tunc nominare eum ſic: vt ex taliter facta nominatione declaratum nobis eſſe intelligeremus verum ſenſum confeſſionis Petri, tãquam à notiori nobis exemplo. Ac ſi tunc apertè dixiſſet ad Petrum. Ita ego ſum filius Dei, ſicut tu es filius Ionæ: ſed tu es indubitanter uerus per naturam filius Ionæ, ergo indubitanter ego ſum verus per naturam filius Dei. Ad hoc.n. (vt dictum eſt) Dominus introduxit ibi Simonem bar Iona: vt ſenſum diuinæ filiationis reuelatæ etiam ſub exemplo filiationis Simonis intelligerent clarius omnes fideles.

SED & per præſentem interrogationem ad cęcum factam, Tu credis in filiũ Dei? euidenter cõuincitur, & quod Chriſtus eſt verus Deus per naturam filius Dei, & conſequenter quod Arrius eſt verus per voluntatem prædictæ hæreſis fabricatiuam filius diaboli. Nam ſi Chriſtus non eſſet Deus, non eſſet in ipſum credendum: quoniam ſolus Deus, vtpotè qui ſolus eſt prima veritas, eſt obiectum fidei, ſecunda ſecundæ, quæſt. prima, artic. primo. Non enim fides, niſi in prima veritate, ſimpliciter, abſolute, & finaliter quieſcit: iuxta illud à Beato Auguſtino dictum: Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te. Hinc eſt, quod ſignanter dicit tex. In filium. Quamuis enim poſſim credere alicui creaturæ, puta Petro & Paulo, non tamen in illam, puta in Petrum, Paulum, ſed in Deũ ſolũ, ſicut in fidei propriũ obiectum. 2.2. q. 2.

Prima veritas ſola eſt obiectũ fidei. De qua ſola ideo dicimus: Credo in.

art.2.vnde ex illa dictione, In filium, pa-
tet: quod Chriſtus, qui eſt ipſe filius, non
eſt creatura (contra Arrianos;) ſed verus
Deus. Pro quo denique textu ſic (vt opor-
tuit) expoſito, ſtat expreſſe idem B. Ioan-
nes Euangeliſta dicens, 1. Ioan. 5. Dedit
nobis ſenſum, vt cognoſcamus Deum ve-
rum, & ſimus in vero filio eius. Hic eſt ve
rus Deus, & vita æterna. Hæc ille. Con-
ſtat enim ex ſcripturis apertiſſime: quod
nulla creatura, ſed ſolum verus Deus eſt
vita ęterna, 1. quæſt. 26. artic. 1. 3. & 1.2.
quæſt. 3. art. 8.

C R E D O
Domine, &c.

BENEFICIVM iſtud quartum,
cum eſſet præ alijs maius (vt dictum
eſt) maiorem etiam diſpoſitionem in rece
pturo illud requirebat. Vnde Euangeli-
ſta, antequam beneficium ipſum oſtẽdat
à cæco eſſe actualiter receptum (qđ tunc
fuit, cum dixit, Credo Domine, & adora-
uit) narrat diſpoſitionem cæci, dicens. Re
ſpondit ille, & dixit. Quis eſt Domine, vt
credam in eum? Ac ſi aperte dicat. Ego
deſidero credere in eum, ſed neſcio, quis
ſit ille. Pro cuius dicti intelligentia cla-
riori, ſciendum eſt, ꝙ cęcus iſte nondum
viderat corporaliter benefactorem ſuũ.
Nam quando Chriſtus, linitis eius ocu-
lis, miſit eum ad Natatoria Syloë, nõ eſt
à cæco viſus corporaliter, & antequã ad
ipſum rediret poſt viſionẽ lotione media
receptam, detentus fuit à vicinis, & Pha-
riſęis, licet aũt eum corporaliter nõ vidiſ
ſet, tñ in quodam cõi credebat, ꝙ ille eſ-
ſet filius Dei, qui ipſum illuminauerat. Et
ideo in verba valde deſiderantis cogno-
ſcere eundem in ſpeciali, prorũpit dicẽs:
Quis eſt Dñe. ſ. filius Dei, qui aperuit mi-
hi oculos, vt magis eũ cognoſcẽdo, magis
per fidẽ charitate formatam credã, amo-
roſo corde transformatus in eũ? Ex parte
igitur eũ antea cognoſcebat: & ex parte
ignorabat. Niſi. n. prius eũ cognouiſſet,
non iã conſtanter antea pro eo diſputaſſ
ſet, & niſi ignoraſſet, non vtiq; nũc inqui
rendo dixiſſet; Quis eſt Dñe? veruntamẽ
ſcito: ꝙ hoc bonũ cæci deſideriũ, & in-
quiſitio, ad cognoſcẽdũ in ſingulari filiũ
Dei, non fuit ei à ſe, tanq̃ de ſuo, ſed fuit
ei à Chriſto donatũ. [Et hoc eſt quĩtũ be- *Quintu.*
neficiũ in illo quarto per antecesſionẽ, tã
quã præuia diſpoſitio, implicatũ:] iuxta
illud ab Apoſtolo ſemel pro ſemper & in
cuiuſcunq; rei bonæ propoſito dictum,
Philip. 2. Deus eſt qui operatur in vobis,
& velle, & perficere, & illud Cõcilij Tri
dẽt. ſeſs. 6. c. 5. Neque tñ homo ſine gratia
Dei mouere ſe ad iuſtitiã coram Deo libe
ra ſua voluntate põt. Cui ſacro Cõcilij &
Apoſtoli dicto fideliſſimũ Eccleſię catho
licæ Doctorẽ S. Thomã placeat adiunge-
re dicentẽ, atque contra radice ſuperbiæ
infectos Pelagianos declarantẽ, & effica-
ciſſime probãtẽ, ꝙ homo ſine gratiæ Dei
auxilio nec aliqđ bonum velle, nec ſeip-
ſum ad gratiam præparare, per ſua natu-
ralia poteſt, 1.2 q. 109. art. 2. 6.

ET vidiſti eum (inquit Dñs cæco:) &
qui loquitur tecum, ipſe eſt. Mirandũ cer
te, ꝙ Dñs à cæco interrogatus, quis ſit fi-
lius Dei, & potẽs rñdere de directo, Qui
loquitur tecum ipſe eſt, voluerit aliquid
quaſi indirectum ad interrogationẽ prę-
mittere. ſ. vidiſti eũ. Non. n. interrogaue-
rat cæc⁹, an vidiſſet filiũ Dei: ſed, qs eſſet
filius eius. Cur ergo, cũ ſufficiẽter ſatisfa-
cere interrogationi poſſet dicẽdo, qui lo
quit̃ tecũ, ipſe eſt: addidit, vidiſti eũ? quia
per hoc oſtendere voluit: ꝙ bona recorda
tio beneficiorũ receptorũ, ſimulq; de illis
gratiarũ actio, quæ ſuapte natura ad ta-
lẽ recordationẽ ſequitur, eſt via multum
apta ad receptionẽ aliorũ beneficiorum.
Vnde & S. Thomas ſcripturarum, quo ad
minutiſſima ẽt verba (vt patet) diligentiſ
ſimus expoſitor, põderando, cur Apoſto
lus in 1. c. ad Rom. aduerbiũ, primũ, appo
ſuerit gratiarũ actioni dicens in tex. Pri-
mũ quidem gratias ago, dicit ſñaliter, ꝙ
ideo hoc fecit Apoſtolus, & q̃a recogno-
ſcere beneficia ꝑ gratiarũ actionẽ debe-
mus, anteq̃ alia a Deo petamus. [Hoc fa- *Præpara-*
cit Eccleſia in orationibus, ſeu in colle- *tio bona ꝑ*
ctis ſuis:] & quia talis recognitio benefi- *beneficijs*
ciorũ præteritorũ eſt bona diſpoſitio ad *recipiẽdis*
recipiẽdũ bñficia noua. Vt igit̃ documẽtũ *eſt bona*
huiuſmodi in ſuæ rñſionis textura daret *recorda-*
nobis Dñs, præmiſit, vidiſti eũ, de quo nõ *tio recep-*
interrogabatur, huic verbo, Qui loquitur *torum.*
tecũ ipſe eſt, de quo directe fuerat inter-
rogatus. Nã per hoc, quod inquit, vidiſti
eũ, cõmemorat ei (ut patet) ſuſceptũ be-
neficium:

neficium: ac ſi dicat, Tu qui prius nullũ videbas, vidiſti eum, à quo virtutem vidẽdi accepiſti. Quis modo non agnoſcat: ꝙ hoc dicens Dominus dat præſentaneam cæco occaſionem recordãdi beneficij nouiter recepti, & per conſequens ſimul excitat animum eius gratum ad nouas gratiarum actiones concipiendas nouiterq; Deo agendas? Præmiſſa igitur ad hunc finem doni iam ſuſcepti recordatione, conuenienter ad interrogata directe dicit: Qui loquitur tecum, ipſe eſt. Vbi dum cæcum veritatis præ requiſitæ auidũ ſatiat: Neſtorium, quem præuidet, eiuſdem veritatis inimicum eſſe, atque ideo hæreticum declarat. Chriſtũ enim duas habuiſſe perſonas, vnam deitatis, alteram humanitatis, affirmauit Neſtorius (ut & ſupra retulimus:) cõtra quem ipſemet Chriſtus hoc in loco dixerat, ſe vnam tantum habere perſonam. Nam ille, qui cæco corporaliter tũc loquebatur, erat (vt ad ſenſum patebat) homo viſibilis. [Nonne & de ſe tunc immediate dixit: vidiſti eum?] quẽ fides catholica confitetur eſſe filium hominis. i. Beatiſſimę virginis, & ipſe idem, qui tunc loquebatur erat (vt ad literã planam patet in textu) filius Dei. Ille, ſcilicet filius, de quo Apoſtolus, tanquam hũc locum declarans, dicit Heb. 1. Per quẽ Deus pater fecit ſecula, qui eſt ſplendor & ſubſtãtia patris, qui portat omnia verbo virtutis ſuæ, qui ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, qui in principio terrã fundauit, qui ſemper idẽ ipſe eſt, cuius anni nunquam deficient. Ergo, ſecundum Euãgelicum & Apoſtolicum textum, perſona filij hominis tunc cæco loquentis, erat creatrix omnium ſeculorum, ſplendor, & ſubſtantia patris, &c. i. erat Deus.

CREDO (inquit) Domine. Scilicet, in filium Dei: hoc eſt, in te, qui es filius Dei. In te filium Dei credo, ſcilicet corde, & ore: credam & opere, tanquam fidelis ipſius cordis, & oris, proteſtatiuo. Vnde mox proteſtationem, & adorationem, credulitatis illius ſignum euidens, deuotus exhibuit: id quod Euangeliſta ſignificat dicendo, & procidens adorauit eum. Quem locum examinans Beatus Auguſtinus dicit. Denique iam facie lota cordis, & mundata conſcientia, agnoſcit illum non filium hominis tantum, quod ante crediderat: ſed etiam filium Dei, qui carnem ſuſceperat. Vnde ait, Credo Domine. Parum eſt, credere. Vis videre, qualem credat? & procidens adorauit eum. Hæc ibi. Per hoc (ut inquit Beatus Chryſoſtomus) eius diuinam uirtutem oſtendens, & uerbo opus adiungens, In quo (ait uenerabilis Beda) poſſumus ſumere exemplum: ut non erecta ceruice quis Dominum roget, ſed ſupplex in terram proſtratus, eius miſericordiam imploret. Cæterum pro abundantiori notitia de adoratione Chriſti, uide fideliſſimum catholicæ Eccleſiæ Doctorem Sanctum Thomam, 3. de Sal. quæſtio. 25. art. 1. 2. 3. 4.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD in Chriſto eſt vna tantũ perſona, quæ diuina eſt, licet ĩ eo ſint duæ naturæ, uide ex ſacroſanctis Concilijs, &c. definitum eſſe, in Elucid. 3. de Sal. articulorum numero 8. 111. 113. 144. 28. 42. 195. Quod propoſitio hęc, Chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt perſona, eſt uera, ſi intelligatur, ꝙ perſona illa humanitatis ſit increata; eſt autem falſa, ſi perſona illa ponatur creata: vnde humanitas quidẽ creata eſt: perſona uero eius eſt increata:] vide ex ſacroſ. &c. ĩ Elucid. 3. de Sal. q. 16. art. 12. Quod ea, quæ ſunt filij hominis poſsũt prædicari de filio Dei, & è conuerſo [vnde ille homo facit miracula uirtute propria:] vide ex &c. in Elucid. 3. de Sal. q. 16. art. 4. Quod aliqua, quę ſunt diuinæ naturæ, (puta, cognoſcere futura, virtutem ſaluti feram, & faciendi miracula, habere) de humana in Chriſto poſſunt dici, licet nulla, quæ humanę ſunt, dici poſſint de diuina: vide ex ſacroſ. & in Elucid. 3. de Sal. q. 16. art. 5. & ſpecialiter arg. tertium. Quod Deo competit bonitas maxima, ac liberalitas, miſericordia, & dilectio, erga creaturas. [Hinc eſt, ꝙ ipſe, etiam non rogatus plura, magnaq;, nobis beneficia cõfert. Quare? Quia talis eſt naturæ. ſ. bonæ, liberalis, miſericordis, amatricis, imò quæ eſt ipſa bonitas, libera

litas, miſericordiã, amor: uide ex ſacroſ. &c. in Elucid. 1. q. 21. art. 3. & q. 25. art. 3. ad 3. & q. 20. art. 1. 2. 3. 4. Quam Chriſti erga nos benignitatem, liberalitatem, miſericordiam, amorem, declarans à fortiori (.i. erga peccatores, de quibus minus, quã de alijs, videri ſolet: ꝙ bonitatem, liberalitatem, miſericordiã dilectionem Dei ſuper ſe effuſam participare deberent) Beatus Bernardus, lib. de interior. dom cap. 37. dicit. Quacunque hora conuerſus peccator ingemuerit, ſaluus erit: quoniã cor contritum, & humiliatum, Deus non deſpiciet. Tardius ſiquidẽ videtur Deo, veniam peccatori dediſſe, quam illi, accepiſſe. Sic enim feſtinat miſericors Deus abſoluere eum à tormento conſcientiæ ſuæ: quaſi plus cruciet miſericordem Deũ cõpaſſio miſeri, quam ipſum miſerum compaſſio ſui. Qui enim vere pœnitet, & veraciter dolet, abſque dubio, & abſque mora, indulgentiam accipiet. Hæc ille. Quibus addendo tu, ꝙ talis pœnitentia eſt donum Dei, quod quibuſcunque dat, miſericorditer dat, & quibuſcunque nõ dat, ex iuſtitia non dat, in pœnam. ſ. præcedẽtis peccati actualis, vel ſaltem originalis (vt patet ex dictis B. Auguſtini, libro de correptione, & gratia:) quibus, inquam, addendo tu illud, videbis aperte miſericordiam ipſam Dei, largitatem, amorem, benignitatem, eſſe nobis ineffabiles, immò & inexcogitabiles, in quibus quidem quanto magis ad capiendum eas immergaris, tanto amplius earundem pelagus eſſe uaſtiſſimum, & impertranſibile conſpicias.

Immenſa Dei miſericordia erga peccatores.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. IX.

FECIT lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius.] Vt ſcilicet maius appareret eſſe miraculum. Lutũ enim quantum eſt de ſe, obcæcat, maxime ſi ponatur ſuper oculos: vnde, quantum eſt de ſe, non habet virtutem ſanatiuam oculorum cæcorum, ſed virtutem ipſorum ſanationi contrariam. Cur ergo, cum ſine luto oculis appoſito poſſet cęcum illuminare, prælegit lutum apponere? Ne virtus oculorum curatiua attribueretur alicui, niſi Chriſto, & conſequenter vt hæc curatio ab omnibus approbaretur pro miraculo, non aũt pro miro tantum. Miraculum nãque ſuperat virtutẽ totius naturæ creatę; & ideo, nullis adhibitis ſeminibus rerum naturalium, tanq̃ ad cooperandum illud virtutẽ habẽtibus, fit à Deo ſolo, 1. q. 105. art 7. mirum autẽ tranſcendit non totam virtutem naturæ creatæ, ſed cognitionẽ noſtram, inquantum. ſ. fit per aliquã creatam virtutem, ſed nobis occultam: ideoq; aliquibus adhibitis ſeminibus naturalib. licet ignotis nobis, fiunt (ſicuti de Magis Pharaonis fuit, Exod. 7. 8. Quando mira illa, ſed non miracula, fecerunt, ſic erit de Antichriſto, qui venire ideo dicitur in ꝓdigijs, & ſignis mendacibus. 2. Theſſal. 2. & de alijs ſimilibus præſtigia faciẽtibus diabolorũ virtute ſemina huiuſmodi ad res efficiẽdas citiſſime, & occultiſſime portantiũ, & applicantiũ:) quæ ſemina virtutes naturales ad faciendũ tales res habẽt, ſi ipſis rebus fuerint applicata, 1. q. 110. art. 4. Ne igitur opera Chriſti miraculoſa poſſent ex aliqua ꝓbabili apparẽtia (qđ dico, ad differẽtiam attribuentiũ ex odio, uñ, inſania, ſiue malitia: vt de Phariſęis, ac ſimilibus, Math. 12. Mar. 3. Luc. 11.) attribui alicui virtuti ſeminũ applicatorũ, ideoq; viderẽtur ſimilia pręſtigijs uirtute diabolica factis: voluit ipſe Xp̃s ad huius miraculi factionẽ applicare rẽ è diametro uiſioni contrariam. ſ. lutum ſuper oculos per linitionem extenſum. Hinc ergo, tanquam a ſimili, declaratum eſſe voluit vniuerſaliter, quod oĩa ſua miracula, ſunt uera miracula, nullam in ſe ſuſpitionem de admixtione contrarij habentia: & conſequenter per luti appoſitionem talem obſtruxit de quibuſcunque ſuis operibus os loquentium iniqua.

Primo.

LVTVM quoq; poſuit ſup oculos cęci, qñ voluit eũ illuminare, tanquã uiam ꝓparatoriã ad recipiendũ illuminationis corporalis beneficiũ: vt hoc ſuo facto doceret nos modũ faciẽ, quo ad ſpiritualẽ illuminationẽ oculorũ noſtrorũ peruenire poſſimus. Ac ſi facto ipſo, tanq̃ uoce ẽt ab idiotis manifeſte cognita hoiem quẽlibet alloquatẽ dicẽs: Noui te eſſe cæcũ, & à natiuitate qđẽ, tũ ratione peccati originalis, in quo cõceptus es ĩ uẽtre matris tuę, tũ ratione peccati actualis, quod ab initio vſus arbitrij tui liberi in potentia ſaltem

Secundo.

Digitized by Google

tem propinqua, etſi communiter in actu, feciſti [peccatum ſiquidem cæcitas quędam mentis eſt, impediēs eam, ne videat ſolem iuſtitiæ modo illo, qui ad propriā animæ ſalutem requiritur:] Noui, inquā hanc tuorum internorum oculorum grandem miſeriam: in huius hominis corporea cæcitate depictam. Sicut igitur in iſtius corporali miſeria tuam ſpiritualem noui, ita etiam in ſubleuanda iſtius corporali quomodo ſananda ſit tua ſpiritualis cæcitas depingere volui. Lutum ergo poſui, atque liniui ſuper oculos huius corporeos, vt docerem te, quod ſi vis à cæcitate mentis ſanari, ideſt interiorem viſum recipere, debes ponere liniendo ſuper oculos tuos interiores, ideſt in tua intima conſideratione, lutum, ideſt vilitatem tuam grandem, & vndiq; extenſam [Hęc extenſio eſt quædam eius linitio,] ideſt præteritam, præſentem, & futuram. Hoc eſt intime conſiderare ſemper, quid fuiſti, quid es, quid eris. Quid vilius luto? Quid vilius eo, quod fuiſti, quod es, quod eris? Nam fuiſti ſperma fętidum: nunc es ſaccus ſtercorum: poſt mortem eris cibus vermium. Porro ſi lutum hoc ſuper oculos tuæ profundæ cogitationis ſemper habueris: tunc in via recta aſſequendi luminis interni poſitus es. Tunc enim paruulam illam in ſui æſtimatione virtutem, humilitatem dico, acquires, & poſſidebis, quæ ad ſe reſpiciendam oculos Domini allicit, & inclinat, quandoquidem ſcriptum eſt, Luc. primo, Reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ, & Pſal. centeſimo trigeſimo ſeptimo, Excelſus Dominus, & humilia reſpicit. Et, ſi reſpicit, quid inde? Populum humilem ſaluum faciet. Pſal. decimo ſeptimo, item, Humiles ſpiritu ſaluabit, Pſal. trigeſimo tertio. Nec mirum, quoniam humiles ſpiritu ſimiles ſunt eidem Domino dicenti, Matth. vndecimo. Mitis ſum, & humilis corde. Reſpicere ergo Domini ſuper humilem, eſt ſaluum facere, ſeu ſaluare illum, ſalus autem a Domino facta intelligitur ordinarie fieri pręſertim quoad partem hominis principalem, vt patet de animabus iuſtorum ſaluatis in patria ante nouiſſimum diem iudicij, dimiſſis interim eorum corporibus in terra. Quid principalius extrinſece in corpore hominis? Oculus. Quid principalius in anima hominis? Mens, ideſt intellectus. Dominum ergo ſaluare humilem ſpiritu eſt ipſum illuminare oculum eius interiorē, ideſt intellectum [iuxta, id quod orabat Dauid dicens, Pſal. 12. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, nè quando dicat inimicus meus præualui aduerſus eum:] ſicut, ex ſenſibilibus docens nos ad altiora conſcendere, illuminauit huius oculum exteriorem.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. IX.

LINIVIT lutū ſuper oculos eius.] Nulli dubium eſt: quod oculos ſolo imperio Chriſtus donare cæco potuiſſet apertos. Vnde, hoc inſinuans, indeque myſterium extrahens, B. Chryſoſtomus ait. Qui maiores ſubſtantias de nihilo ad eſſe produxit, multo magis oculos ſine materia feciſſet. Sed voluit docere, ſeipſum eſſe creatorem, qui in principio vſus eſt luto ad hominis formationem. Ideo autem non aqua vtitur ad lutum faciendum, ſed ſputo: vt nihil aſcribatur fonti, ſed diſcas, quoniam virtus oris eius oculos aperuit, & plaſmauit. Hæc ille ſuper Ioan. Porro ſicut de luto plaſmauit hominem: ita per lutum eum tunc, quemadmodum, & nunc, conſeruare voluit. Vbi lutum tunc ad conſeruandum hominem? In quacunque die comederis ex eo, morte morieris, Geneſ. 2. Hoc eſt. Recordatio mortis, timorque ne incurreretur, fuit illud lutum: quod Dominus pro conſeruatione hominis tunc exhibuit homini. Hāc ſane eſſe homini conſeruando aptum remedium cognouit, & ſerpens animalium callidiſſimus: in cuius manifeſtum ſignū ipſe ad hominis deſtructionem veniens, primū oium ei mortis recordationem, timoremq; quantis viribus potuit, ſuaſit, ac perſuaſit dicens, Gen. 3. Nequaquam moriemini: ſicque tandem, mortis timoroſa recordatione illi ſublata, eundem in duplicem mortem facile præcipitauit. Vidiſtin, aliquando patronum equo ſuo frænum forte in os ponentem.

Quā viliſſima eſt profunda conſideratio mortis.

Ad

Exemplū pro ſalute & ruina. Ad quid equo ſuo, quem amat tantam fręni duritiem ponit in bucca? Vt ſic & equus reddatur promptior ad obediendū voluntati ipſius patroni, cum ſuper eum ſedens quaquauerſum ambulare voluerit & equus ipſe à pręcipitio, quod ſibi derelictus currendo poſſet incurrere, facilius pręſeruetur. In maximam igitur equi vtilitatem cędit tenere frænum in ore, quãuis hoc ſibi durum nimis videatur, in cuius ſignum toto linguę, ac maxillarū poſſe nititur è bucca ſua frænum illud extrahere: id quod non faceret vtique ſi quãta ſibijpſi vtilitas ex fræni retentione tūc temporis proueniret, ſecundum quod oportet, intelligeret. Immiſſio igitur fręni, vel alicuius, pro fręno in buccā equi, eſt ſalus eius: & fræni extractio tempore equitationis eſt ruina, vel proximum ruinæ, eiuſdem. Modo ad propoſitum. Luti linitio ſuper oculos, ideſt memoria continua mortis, qua in luti materiam, ſ. in puluerem viliſſimum reſoluemur, ſi non ſpeculatiue ſolum, ſed moroſa ſerioſaque & quaſi practicali conſideratione fiat, eſt validiſſimum frænum, & ad continendū nos in prompta obedientia Dei, & ad pręſeruandum nos à ruina, inſidijſque inimicorum noſtrorum, ideſt mundi, carnis, diaboli. Fręnum hoc quanto fortius in tali penetratiua conſideratione tenueris, tãtò vicinius abundantiæ luminis ſuperni dandæ appropinquabis. Via enim qua cęcus iſte venit ad corpoream lucē, & poſt cōtinue ad tot tantaq; beneficia recipienda, quę ſupra narrauimus, fuit hęc, primū ſcilicet habere lutum linitum ſuper oculos ſuos. Beatus vtique qui ſemper eſt pauidus, Prouerb. 28. Ne poſtea paueat. Pauor ergo mortis nunc pro Deo, ideſt ex iuſſu Dei (vt conſtat ex Geneſ. 2. & præſenti Chriſti facto, & Eccl. 7.) habitus medicina eſt futuri pauoris, inquantum ſcilicet talis pauor voluntarie pro ſalute noſtra, tanquam fręnum, aſſumptus facit, imo fere cogit [Sed felix neceſſitas, quæ compellit ad meliora. Aug] nos ad corrigendum omnia, quæ in nobis ſecundum Deum corrigenda ſunt, quibus correctis, vt oportet, ſine pauore tandem in hora mortis inuenimur.

Vis adhuc, & à ſcripturis audire vtilitatem magnam ex congruente mortis cōſideratione prouenientem? Ecce. Propheta, poſtquam dixit, Pſ. 54. Formido mortis cecidit ſuper me, timor, & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ [Vide, quam magna, maior, & maxima, eius trepidatio cauſata à bona conſideratione mortis:] tunc immediate, quid & quantum ſibi profuerit tam formidoloſus de morte pauor, ſubiungit dicens ibidem. Et dixi: Quis dabit mihi pennas? Et volabo, & requieſcam: Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine, expectabam eum, qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate. Timore ergo tremoreque plena illa mortis conſideratio excitauit primo prophetam *Primo.* ad deſiderandum pennas, nō vt curreret ſed vt volaret, in mandatorum Dei obſeruantia, & hoc vſque quo veniret ad requieſcendum, ſcilicet in patria cœleſti; hoc eſt non ſolum pro tempore aliquo, ſed etiam perſeueranter vſque in finem, *Secund* Matth. 10. 24. Secundo illa fecit prophetam eligere ea, quæ ſunt ad præmiſſum finem ab eo deſideratum, & quidem inter ipſa præeligere meliora, ſcilicet elongationem à communi hominum conuerſatione [iuxta illud. Arſeni fuge homines, & ſaluaberis] & manſionem in ſolitudine [iuxta illud, Pſal. 101. Factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. & illud, Tren. 3. Sedebit ſolitarius, & iacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe.] Tertio illa fecit prophetam *Tertio.* expectare cum omni patientia, & longanimitate Deum ad iudicium in hora mortis cuiuſque venturum, ſperando firmiter in eius infinita miſericordia, quod in hora illa ſaluum faciet ipſum, & à puſillanimitate ſpiritus, quæ tunc communiter moribundis ſolet accidere, & à tempeſtate, quæ ſuper imparatos in tali iudicio tunc ſolet impetu irremediabili cadere. Rogandus ergo Chriſtus Dominus, vt pro benignitate ſua dignetur linire lutum illud ſuper oculos noſtros: quo tanta mala prædicta, atque ſimilia, vitemus, & tot tantiſque bonis præmiſſis repleamur.

CAPITVLVM DECIMVM.

Amen, amen, dico vobis: qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt, & latro. Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit, & oues vocem, &c. vſque in finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

Chriſtus nouit in ſingulari omnes ſaluandos, quos etiam de medio luporum ſua omnipotenti uirtute educit & ex bonitate ſua ipſis, tanquam idoneis (quales ipſe facit) inſtrumentis utitur ad ſalutem multorum procurandam, eoſque à quibuſcunque aduerſis, ne eis noceant, protegit, ac, ut in uia uirtutum pedibus humilitatis proficiant, uerbo, & exemplo docet, & inuitat eoſdem.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euãgeliſta per tex. Proprias oues vocat nominatim, & tex. alias oues habeo quæ nõ ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere: & tex. cum proprias oues emiſerit, ante eas vadit. Parabola ſiquidem hęc Chriſto inferius teſtante (vt patet legenti textum illum) applicanda eſt ei; vt quę de ipſo verificetur. Prima itaque pars, ſcilicet ſua æterna ſapientia Chriſtus nouit in ſingulari omnes ſaluandos, patet ex eo, quod vocat nominatim oues. Niſi enim cognoſceret eas in ſingulari, ideſt vnamquamque indiuidualiter, vt hęc eſt, & non alia, non poſſet vocare ipſas nominatim, ideſt nomine proprio. Nam ſcientia requiritur de aliqua re, antequã res illa poſſit nominari: cum nomina, ſeu voces, ſint earum, quæ ſunt in animo conceptionum, notæ (vt dicitur lib. 1. Perhiermenias.) Nominatio igitur ouiũ præſupponit in nominante cognitionem illarum, ita: vt ſecundum quod nominatur, ſic cognoſcatur, ideſt ſi nominatur perfecte, ideſt nomine proprio, ſcilicet illi ſoli rei conueniente, cognoſcatur, & correſpondenter perfecte. Quia igitur Chriſtus vocat oues non quocunque modo in communi, ſed nominatim, oportet dicere, quod ipſe eas non ſolum in communi, ſed etiam in ſingulari, ſeu (quod idem eſt) nominatim, cognoſcat. Porro, quid per hoc nomen, oues, intelligat, patet ex contextu inferius dicente. Ego vitam æternam do eis, & nemo poteſt eas rapere de manu mea, maxime ſi iungatur textui, Matth. 25. vbi Dominus homines ad poſſeſſionem regni cœleſtis aſſumendos ouibus aſſimilar dicens: Filius hominis ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hędis, & ſtatuet oues à dextris, tunc dicet his, qui à dextris eius erũt, &c. Nõ ergo fideles Chriſti quomodocunque ſumpti intelliguntur in pręſenti B. Ioannis Euangelio per nomen ouium, ſed fideles ipſius finaliter in cœlo ſaluandi. Dixi, in pręſenti Euangelio: quoniam ſi de Chriſti ouibus vniuerſalius loqueremur, non omnes finaliter habebunt vitam æternam, eo quod de conditionibus ouium tranſibunt ad conditiones hędorum, & ſic inuenti tempore mortis hędi damnabuntur. Quod autem in ouili Chriſti, quod eſt Eccleſia catholica, contineantur etiam damnandi,

Quare quandoq; denominetur tantũ à bonis Eccleſia.

di, licet ideo, ideſt ratione, qua ſunt in ouili, dicantur oues, patet Matth 13. De piſcibus etiam malis congregatis in vna ſagena, item cap. 25. De ſeruo malo talentum etiam cum bonis accipiente, & fatuis virginibus ſimul cum prudentibus ad vnum ſponſum, ſcilicet Chriſtum, ten

Primo. dentibus, & alibi per Euangelia. Veruntamen in loco iſto (vt diximus) nomine ouium vtitur Dominus ſtrictiori modo, tanquam à principaliori parte denominans ſuum ouile: licet, abſolute oues quoque conuertendas in hædos ibi adeſ-

Secundo. ſe, ſciat. Denominat etiam tantum à bonis ineuitabiliter ſaluandis totum ouile: non vt per hoc excludat malos ineuitabiliter damnandos de Eccleſia militante, ſed vt oſtendat ſuum, quantum eſt ex parte ſui, bonum affectum erga omnes, nullo malorum excluſo, quod ſcilicet ipſe, quantum eſt de ſe, ideſt voluntate antecedente, vult omnes ſaluos fieri, 1. Tim. 2. Nolens, aliquos perire, 2. Petr. 3. Et ſic vult hędos illos fieri oues, quibus det vitam æternam. Hoc autem dictum de voluntate antecedente, ne quando fiat error intelligendo, declaretur verbis ſancti eiuſdem Eccleſiæ Doctoris fideliſſimi dicentis, 1. q. 19. art. 6. Diſtinctio de voluntate antecedente, & conſequente, non accipitur ex parte voluntatis diuinę, in qua nihil eſt prius, vel poſterius, ſed ex parte volitorum. Ad cuius intellectum conſiderandum eſt, quod vnumquodque ſecundum quod bonum eſt, ſic eſt volitũ à Deo. Aliquid autem poteſt eſſe (in prima ſui conſideratione) ſecundum quod abſolute conſideratur, bonum, vel malũ, quod tamen, prout cum aliquo adiuncto conſideratur (quę eſt conſequens conſideratio eius) è contrario ſe habet. Sicut hominem viuere eſt bonum, & hominem occidi eſt malum, ſecundum abſolutam conſiderationem: Sed ſi addatur circa aliquem hominem, quod ſit homicida, vel viuens in periculum multitudinis, ſic bonum eſt eum occidi, & malum eſt eum viuere. Vnde poteſt dici, quod iudex iuſtus antecedenter vult omnem hominem viuere, ſed conſequenter vult hominem homicidam ſuſpendi. Similiter Deus antecedenter vult omnem hominem ſaluari: ſed conſequenter vult quoſdam damnari, ſecundum exigentiam ſuæ iuſtitiæ. Hæc ibi, Perditio ergo noſtra ex nobis tantum eſt.

QVARE CHRISTI Fideles vocentur oues.

QVIA verò dictum eſt, quod homines ratione non naturæ, ſed cõditionum, vocantur in tex. Oues: ideo, ad ipſius textus completam expoſitionẽ oportet declarare conditiones ouium bonas propter quas illi homines dicuntur oues. Non enim omnes earum conditiones faciunt ad hoc propoſitum: quinimo quędam ipſarum, malæ ſcilicet figurant malos damnãdos, iuxta illud, Pſ. 48. Sicut oues, in inferno poſiti ſunt. Ouium igitur conditiones, propter quas Chriſti fideles boni etiam moribus appellantur oues, ſunt innocentia, patientia, obedientia, vtilitatis affluentia. Videmus enim, quod oues ſunt & innocentes, ideſt quod neque dentibus, neque calcibus, neque cornibus (quamuis hæc, ſcilicet dentes, pedes, cornua, habeant) alicui nocent, & patientes, ideſt quod etiam, ſi occidantur, obmuteſcunt, iuxta illud, Iſa. 53. Agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & obedientes ita, vt paruus puer ſola etiam voce gregem ouium quocunque voluerit faciliter ducat, & valde vtiles, vt quæ ſe totis, ſcilicet lana, lacte, fimo quoque viuentes, pelleque, & carnibus mortuæ, ſeruiant hominibus. Vniuerſas conditiones has ſuos bonos filios habere docet Chriſtus, cum dicit in parabolæ tex. oues illum ſequuntur: & in ipſius expoſitionis tex. Cognoſcunt me meæ, ideſt (vt poſtea interpretatur) vocem meam audiũt. His etenim verbis, ſcilicet ſequi illum, cognoſcere, audire, ſignificat vnum, ſcilicet obedientiam, & obedientia omnes illas quattuor conditiones, imo etiam omnes virtutes complectitur, vt quæ ſit generalis virtus, 2. 2. q. 104. artic. 2. Et omnium virtutum mater, quandoquidem omnes virtutes cauſantur, conſeruanturque per actum eius, ibid. art. 3. Etiam pręrequiſita ad fidem ibid. q. 4. art. 7. ad tertium. Vnico igitur verbo, ſcilicet obedientia, docuit Chriſtus, & homines eſſe ſuas oues, & ipſos conſequenter diſcerni

Obedientia omnes virtutes, vt omniũ mater, cõprehẽdit.

ab

Digitized by Google

ab hędis. Nec mirum, quod ſolam obedientiam, tanquam ouium ſuarum inſigne, adduxit; quoniã, præter hoc, quod ipſa generaliter ſumpta (vt in tex. ſumitur) omnes virtutes includit, monſtrauit Dominus per illud inſigne, q̃d oues ſuæ erant, quę fuiſſent ſibijpſi cõformes: quãdoquidem inſigne eius eſt obedientia, etiam vſque ad mortẽ Crucis, Philippẽ. 2. Hinc eſt, quod & in eodem Apoſtolo de ouibus Chriſti talibus. ſ. finaliter ſaluandis legimus, Rom. 8. Quos præſciuit, & prædeſtinauit (Deus pater) conformes fieri imaginis filij ſui. Magna certè, & per anthonomaſiam magna dignitas electorum: quæ tanto maior apparet, ſi ad comparationem textualem ſimul confefactur.

VT breuiter dicamus. Electi à Chriſto quibus rebus in textu comparantur? Quadrupedibus minimis, infimis, inermibus, gregalibus, debilib. multis aduerſis ſubiacentibus, paſtoris cura omnino indigentibus: quæ ibi vocantur; Oues. Electi à Chriſto ad quantã ſublimitatẽ, ex tã viliſſimo eorum ſtatu, eleuantur? Ad tantam, vt nihil ſupra. Hoc eſt: vt ei in omnibus obediant, & conſequenter fiant ei etiam in vita æterna conformes. Porro quid eſſe, vel æſtimari poteſt de anima fideli dignius, quã quod Deus ei ad deſignandam illius perfectam & obedientiam, & conformitatem imaginis filij ſui dicat tum pro præſenti, tum pro futuro ſtatu, illud, Iſai. 61. Vocaberis, VOLVNTAS MEA IN EA? Ac ſi apertiſſiſime diceret. Hoc, ſcilicet facere vbique voluntatem meam, erit nomen tuum.

PROPRIAS (inquit) oues vocat nominatim. In hoc monſtrat Chriſtus, ſe eſſe Deum verum: de quo ſolo ſcriptũ eſt, Pſal. 146. Qui numerat multitudinẽ ſtellarum (ideſt ſaluãdorum: iuxta illud, 1. Cor. 15. Stella differt à ſtella in claritate) & omnibus eis nomina vocat: item, 2. Thim. 2. Nouit Dominus, qui ſunt eius. Quod ſi dicas: Chriſtũ etiã ut homo eſt, cognoſcere nominatim oues illas, i. ſaluãdos, & conſequenter, quod ex textu illo, prop. ou. voc. nomin. non eſt neceſſarium concludere; Chriſtum eſſe verum Deũ: reſpondetur, negando cõſequentiam illam. Immo additur, quod totum cõtrarium debuerat ex illo antecedente concludi, ſcilicet Chriſtus, vt homo, cognoſcit nominatim omnes ſaluandos; ergo neceſſarium eſt, Chriſtũ eſſe verũ Deũ. Nam cognitio illa animæ Chriſti conuenit ex redundantia diuinitatis ei perſonaliter vnitę: quoniam ſi Chriſtus eſſet homo, & non Deus, anima eius non haberet illam cognitionem (vt patet de animabus noſtris, qui ſumus tantum homines.) Quod autem (vt dicebat illud antecedens) anima Chriſti omnes ſaluandos nominatim nouerit, conſtat ex Angelici doctoris huiuſcemodi verbis in 3. de Sal. q. 10. art. 2. Anima Chriſti in verbo cognoſcit omnia, quę quocunque modo ſunt, vel erunt, vel fuerunt, uel facta, uel dicta, uel cogitata, à quocunque, ſecundum quodcunque tempus. Nullo. n. creato intellectui beato deeſt; quin cognoſcat in verbo omnia, quæ ad ipſum ſpectant. Ad Chriſtum autem, & ad eius dignitatem, ſpectant quodãmodo omnia, inquantum ei ſubiecta ſunt omnia: Ipſe etiam eſt iudex omniũ cõſtitutus à Deo, quia filius hominis eſt: ut dicitur Ioan. 5. & ideo anima Chriſti in uerbo cognoſcit omnia exiſtentia actu ſecundũ q̃dcũque tempus, & etiam hominum cogitatus, quorũ eſt iudex, & omnia, quæ ſunt in potentia creaturæ, nunquam reducta ad actum. Comprehendit enim anima Chriſti in verbo omnis creaturæ eſſentiam, & per conſequens potentiam, & uirtutem, & omnia, quæ ſunt in potentia creaturæ. Non cognoſcit autem omnia, quæ ſunt in ſola potentia Creatoris, nunquam reducta ad actum. Hoc enim eſſet comprehendere omnia, quæ Deus poteſt facere, quod eſſet comprehendere diuinam uirtutem, & per conſequens diuinam eſſentiam. Hæc ibi. Ex quibus inferas tu; quod in prima parte concluſionis capituli primum uerbum, ſcilicet: Chriſtus, accipitur & ſecundum diuinitatem, & ſecundum humanitatem. Verum, ſecundum illam eſſentialiter, ſecundum illam autem, participatiuẽ.

Chriſtus, vt homo, cognoſcit o(m)ia quę ad quaſcũq; creaturas pertinent.

SECVN-

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Chriſtus ſua omnipotenti virtute educit ſaluandos de medio luporum, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Alias oues, quæ non ſunt ex hoc ouili oportet me adducere. Patet enim, quod oues, quæ non erant de illo ouili, ideſt de genere carnis Iudęorũ, quod erat quaſi ouile, iuxta illud, Mich. 2. Congregabo Iacob, totum tę, quaſi gregem in ouili: patet, inquam, quod nõ exiſtentes de hoc genere, erant in medio luporũ, imo & actualiter lupi. Nam erant Gentiles, & Pagani ſine Chriſto, hoſpites teſtamentorum, alienati a conuerſatione Iſrael promiſſionis ſpem non habentes; Epheſ. 2. Ambulantes in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratũ habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorãtiam, quæ erat in illis propter cæcitatem cordis ipſorum; qui & deſperantes ſemetipſos tradebant impudicitiæ in operationem immundiciæ omnis, in auaritiam; Epheſio 4. his, qui natura non ſunt dij; ſeruientes, Galat. 4. ad ſimulachra muta, prout [tanquam pecora] ducebantur, euntes, 1. Cor. 12. Mutantes gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium, qui propterea commutabant veritatem Dei in mendacium, colentes, & ſeruientes creaturæ potius, quam creatori, qui eſt Deus benedictus in ſecula, Rom. 1. Mortui in delictis, & peccatis, ambulantes in eis ſecundum ſeculum mundi huius, ſecundum principem poteſtatis aeris huius, & filij diffidentiæ, naturaque filij iræ, facientes voluntatem, & cogitationem carnis in deſiderijs eius, & (vt omnia ſemel concludam) ſine Deo in hoc mundo; Epheſio 2. Cum ergo hi, de quibus loquitur textus Euangelij, eſſent lupi, & quidẽ tam à natura ouium alieni, quomodo nũc a Chriſto vocantur oues, etiam in ſtatu illo peſſimo exiſtentes? Alias (inquit) oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meã audient. Ecce. Non ſunt ex hoc ouili, in quo ſpecialiter, vtpote in Iudæa, notus erat Deus, Pſal. 75. ergo loquitur de illis pro ſtatu illo peſſimo, quando erant ſine Deo in hoc mundo. Item; Oportet illas me adducere, ſcilicet ad agnitionem veritatis, 1. Tim. 2. Ad obediendum fidei, Rom. 1. Ergo de illis loquitur pro ſtatu, quando nõdum agnoſcebant veritatem, nondum receperant fidem. Item, vocẽ meam audient, ſcilicet mandata mea, ſeruando, Matth. 19 28. audituræ videlicet verbum, & cuſtodituræ illud, Luc. 11. Ergo pro tunc, quando Chriſtus loquebatur, non audiebant vocem eius, alioquin non diceret, Audient, ſed audiunt. Reſpondetur ad quæſitum illud, concedendo, quod Gentiles prædictarum conditionum malarum pleni, de quibus loquitur Dominus, erant pro tempore illo, & non erant, oues ipſius. Et ita ſimul tempore illi erant oues, & lupi, ſed non ſecundum eandem conſiderationem. Niſi enim tunc temporis illi Gentiles fuiſſent oues, non dixiſſet Dominus, Alias oues habeo, ſed, Alias oues habebo. Et niſi tunc non fuiſſent oues, non dixiſſet, vocem meam audient, quaſi nunc non audiant; ſed, vocem meam audiunt (vt de hoc. & de alijs duob. ſupra in quæſito ab obijciente dictum eſt.) Nec tamen iſta, ſcilicet illos fuiſſe ſimul oues, & non fuiſſe oues, contraria ſunt, quoniã deeſt hic contrariorũ conditio vna, ſcilicet ſecundum idem, quam inter alias ponit philoſophus in Poſtprędicamentis.

PORRO ad huius vltimo dicti declarationem, ſciendum eſt, quod oues, quæ ineuitabiliter ſaluabuntur (de his enim loquitur nunc, vt declaratum eſt, Dominus) ordinantur ad vitam æternam ex duobus, ſcilicet ex æterna prædeſtinatione, & ex gratia temporali, ideſt quæ datur eis in tempore præſentis vitæ. Si conſiderentur oues illæ, vt relatæ ad prædeſtinationem illam omnino incommutabilem, 1. q. 23. artic. 6. Sic ſunt ſemper oues, quia ſemper manẽt in acceptatione diuina, ſecundum illam prædeſtinationẽ conſiderata. Si autem oues illæ conſiderentur, vt relatæ ad illam Dei gratiam habitualem temporaliter acceptam, ſic non ſunt ſemper oues, ſed lupi quandoque rapaciſſimi, quia non ſemper in gratia, & conſequenter non ſemper in acceptatione Dei per gratiam ſunt, ſed ſunt

Quomodo quędã sũt ſimul; & non ſunt, oues Chriſti.

in

Digitized by Google

in peccato mortali, quo amittunt gratiam habitam 2. 2. q. 24. art. 12. Vel nõdum propter peccata ſua illam habuerunt vnquam (vt eſt de quibuſdam infidelibus præ deſtinatis, & nondum, nec etiam in voto, baptizatis.) Licet ergo impoſſibile, ſit, eoſdem homines, ſecundum eandem conſiderationem, eſſe ſimul oues & non oues: tñ ſm diuerſam (quo in ſenſu loquitur Euangelium præſens) poſſibile eſt illud: Exemplum; Apoſtolus, dũ perſequebatur Eccleſiam Dei, erat & lupus, ſecundum præſentem eius ſtatum, & ouis, ſecundum æternam prædeſtinationem, & conſequenter erat membrum Diaboli, filius damnationis æternæ, inquantum damnationem illam merebatur ex ſuo peſſimo ſtatu pręſente, ſimulque erat membrum Chriſti, filius ſalutis perpetuæ, inquantum ad ſalutem illam ineuitabiliter conſequendam ordinatus ab æterno erat ex diuina prędeſtinatione. Item Gentiles illi, de quibus in textu, erãt non oues, ſed lupi ſecundum eorum pręſentem ſtatum, & erant non lupi, ſed oues, ſecundum æternam prædeſtinationem, ſecundum quam dicit nunc Dominus, Alias oues habeo, ſcilicet ſcriptas in libro meo [Hic dicitur, liber vitæ agni Apocal. 21. & 1. q. 24. art. 1. 2.]

OMNIPOTENTI (inquit concluſio) virtute ſua, Chriſtus educit, &c. Si enim ad creandum cœlum, & terram, virtus non quæcunque, ſed omnipotens, requiritur 1. q. 45. art. 2. 5. ſequitur, qđ multo magis ad educendum illos Gentiles de tantorum malorum ſuorum pelago (quod patet ſupra, ex Epheſ. Galat. Rom. Corin.) ad executionem bonorũ illorum, quæ conueniunt ouibus, omnipotens virtus requiratur. Nam (ſecundum B. Aug.) maius eſt de impio facere pium, quam creare cœlum, & terram, 1. 2. q. 113. ar. 9. Cęterum quia Gentiles illi, poſtquam Chriſtus ad cœlos aſcenderat, ſunt per Apoſtolos ad hoc, vt de preſenti eſſent oues, adducti, poterit quis dubitare circa veritatem tex. Me, Meam. Quare non dixit; Meos Apoſtolos addu. ill. & vocem Apoſtolorum meorum audi? Ideo hunc textum, pro clariori omnium dubitabilium ſolutione, ſpecialiter magis examinemus.

ILLAS OPORTET ME Addu. &c.

NE credideris, vllam coactionem cadere in Chriſtũ, propter hoc verbum, oportet, quoniam verbum hoc non ponit neceſſitatem in agente, quaſi quod Chriſtus non libere agat, dum oues alias adducit: ſed ponit neceſſitatem in euentu, ita vt idem in propoſito ſit, Neceſſitas, quod ineuitabilitas. Ac ſi à Chriſto dicatur. Ineuitabiliter fiet vtrumque, ſcilicet quod ego adducam ad fidem alias oues, & quod illæ vocem meam audiant, id eſt, ſinant ſe adduci, poſteaque mandata reliqua mea ſeruent. Horum quidem vtrumque libere fiet, id eſt & ego libera voluntate mea motus ad fidem illas adducam, & ipſæ libera voluntate ſua, auxilio meo interueniente, motæ conſentient his duabus rebus, ſcilicet, vt & ad fidem adducantur, & ad reliquorum mandatorum cuſtodiam attendant. Vnde B. Chryſoſtomus hoc ipſum inſinuans dicit. Hoc autem verbum, oportet, quod hic poſitũ eſt, non neceſſitatis eſt demonſtratiuum, ſed eius quod omnino fiet. Hæc ille ſuper Ioan. Præmiſſa verò euentuum ineuitabilitas ex ęterna Dei prędeſtinatione procedit, quam impoſſibile eſt fruſtrari, 1. q. 23. art. 6. Fruſtraretur autem ſi res, quas pręuidit ſeu præordinauit venturas, non euenirent. Vide hic ex textu declarato, concordantiam liberi arbitrij cũ infallibilitate prędeſtinationis, id eſt euentuum futurorum à Deo præuiſorum, 1. q. 14. artic. 13. Pręuiderat ſiquidem ac præordinauerat ab ęterno Deus pater: & Chriſtum filium ſuum arbitrio proprio, non coacto, ſed libero adducturum oues illas, & oues eaſdem arbitrio earum proprio, non coacto, ſed libero conſenſuras adductioni illi, reliquorumque mãdatorum obſeruationi. Nam Deus non tantum res fiendas, ſed etiam modum, quo fiendæ ſunt, præuidet, atque diſponit, 1. 2. art. 4. ad primum. Et ideo ſicut fruſtraretur diuina pręuiſio, ſeu ordinatio, ſi vel Chriſtus non adduceret oues, vel ipſę non audirent vocem eius, ita etiã fruſtraretur, ſi vel Chriſtus non libere id ageret. Modo igitur libero eum, eaſque

Cõcordia vera liberi arbitrij humani cum infallibilitate preſciẽtia Dei.

que agere illud oportet, & ineuitabiliter
quoniam impoſſibile omnino eſt, quod
ſcientia, ſeu prouidentia Dei in aliquo,
ideſt vel in re fienda, vel in modo fiendi,
fruſtretur, 1. q. 14. art. 15. & q. 19. art. 6. 8.
& q. 22. art. 2. & q. 103. art. 5. 7. 8.

VT etiam adhuc melius pręmiſſam
concordantiæ veritatem intelligas, aduer
te pro fundamento, & quod impoſſibile
omnino eſt, quod præterita non fuerint
1. q. 25. art. 4. & quod ita Deus certitudi-
naliter omnia futura in ſua æternitate
intuetur, 1. q. 14. art. 3. Ac ſi eſſent præſen
tia & præterita, ſecundum illud, Pſal. 89.
Mille anni ante oculos tuos, tanquam
dies heſterna, quæ pręterijt. Hoc eſt. Fu-
tura, vt à Deo in ſua æternitate, 1. q. 10.
art. 3. 4. de pręſenti cognoſcuntur, nihil
habent de futuro. Tali fundamento, ex
duabus illis propoſitionibus, firmiter col
locato, dic. Illas oues, quas libera volun
tate in tempore adducturus erat Chriſtus
iam prius in æternitate ſua adduxerat,
& volũtate quidem libera, ſimiliter oues,
quæ libera voluntate vocem Chriſti in
tempore audituræ erant, prius in æter-
nitate Dei vocem illam libera voluntate
audierant (iuxta præallegatum Pſal 89.)
Ergo oportebat omnino ineuitabiliter,
& quod Chriſtus libera voluntate addu-
ceret illas in tempore illo punctaliter prę
uiſo vocem eius (iuxta illud antedictum,
ſcilicet impoſſibile eſt, quod præterita
non fuerint.) Quia igitur hæc de Chri-
ſto, & de ouibus dicta, iam ab æterno ſic,
& ſic, pręuiſa fuerunt, in æternitateque
tunc ſic, & ſic facta ſunt (præcognoſcit
enim Deus futura non tantum, vt ſunt in
ſeipſo, atque in cauſis ſuis, ſed etiam vt
ſunt in ſeipſis prima quæſt. decima quar
ta, articulo nono, decimotertio, Cum
Elucidationibus:) ideo impoſſibile om-
nino eſt, quod talia, & ea libertate, &
ea temporis hora, atque inſtanti non fiãt
quibus ab æterno, & fieri pręuiſa, & fa-
cta in ęternitate fuerunt. Stant ergo ſi-
mul, & optime, duo hęc, ſcilicet libertas
actionum noſtrarũ, & ineuitabilitas ea-
rundem: ita vt qui hoc non capit, pro cę-
co ſit apud recta ratione naturali vtentes
habendus.

EXAMINIS PROSECVTIO.

MΕ (inquit) adducere illas. Cum
iſtæ oues ſint Gentiles, quibus ad
ducendis Chriſtus ſe non fuiſſe miſſum
fatetur, Matth. 15. & ipſe non faciat, niſi
ea, ad quæ facienda miſſus eſt, Ioan. 5.
8. quomodo nunc dicit; Me illas addu-
cere? Quod ſi reſpondeas: ipſum non
per prædicationem ſuam perſonalẽ (quo
in ſenſu intelligitur illud, Matth. 15. Non
ſum miſſus, &c.) ſed per Apoſtolorum
prædicationem, ſe adducturum illas hic
intelligere. Inſtatur adhuc. Quare ergo
de Apoſtolis non facit mentionem dicen
do; Me per meos Apoſtolos adducere il-
las? Quia voluit & de cauſa ſolum prin-
cipali loqui; & oſtendere per huiuſmodi
ſilentium, quod ſua inſtrumentalis cauſa
(qualis tunc futuri erant Apoſtoli) quã-
uis inſtrumentaliter aliquid agat, nihil ta
men agit de ſuo, ſed ex virtute ipſius pri-
mi agentis. Et hoc ad differentiam cau-
ſarum inſtrumentalium ab alijs homini-
bus ad faciendum aliquid adhibitarum.

Inſtrumẽtum reſpectu Dei multo aliter quam reſpectu hominum ſe habet.

Si tu mittis nuncium cum mandato ad ali
quid exequendum (quod eſt te agere per illã
cauſam inſtrumentalem) ille de tuo ſolũ
habet mandatum, quod proponat, habet
quod tuo nomine hoc vel illud negocium
faciat, reliqua autem, puta quod bene
linguam moueat ad proponendum
illud mandatum, quod cum debita dili-
gentia faciat negocia à te ſibi commiſ-
ſa, non habet de tuo; ſed habet de ſuo
(vt patet.) Nunquid tu ſemper actuali-
ter aſſiſtis in quocunq; opere faciat, aut
etiam in modo faciendi? Non. Quod
enim ille cum energia coram his, ad quos
eum miſiſti, loquatur; ex ſua naturali vir
tute, non à te, qui longe es, habet. Quod
ſtet, quod moueatur, quod ad ea, quæ pro
tempore occurere poſſunt agenda, repel-
lenda, replicanda, pręcogitet, & congruẽ
tib. pręmeditationib. remedia proportio
naliter conuenientia adinueniat, adinuẽ
taque efficaciter pro modo rerum tractã-
darum exequatur: hęc, inquam, & alia hu
iuſmodi ferme infinita in horas occurren
tia, habet a ſemetipſo, non à teipſo. Hinc
prouerbium quoddam quod totũ hoc im
portat, de hominibus aliquid per alium
facientibus natum eſt, quod, ſ. homines
poſſunt

poſſunt miniſtris ſuis dare officium, ſed non diſcretionem. At ſi ad cauſas inſtrumentales, quibus Deus vti dignatur ad aliquid peragendum, veritatis oculos intendas, non ſic (vt ſupra) ſed multo aliter dicendum eſt. Non tantum ſiquidem inſtrumentalis cauſa mandatum de rebus exequendis, nec tantũ quod nomine ipſius Dei loquatur, faciat &c. ad negociũ ſibi ab eo commiſſum pertinẽtia, habet à Deo mittente, ſeu tali cauſa pro inſtrumento vtente, ſed omnia prorſus, & ſingula. Quod enim bene & ſter, & moueatur, & loquatur, & ad occurrentia inter negociandum prouideat, & cogitanda, præmeditandaque cogitet, ac præmeditetur, & (vt ſemel dicam) quod pro dignitate tractandarum rerum in omnib. ſemper & vbique ſe habeat, nõ a ſemetipſa, ſed à Deo, habet. Loquitur quidem illa cauſa inſtrumentalis; mandata proponit, ſibi pro talibus negocijs commiſſa exequitur, quæ opportune cogitanda, ac præmeditanda quotidie occurrunt, cogitat, ac præmeditatur, & ad hæc omnia loquenda, proponenda, exequenda, cogitanda, præmeditanda, non tanquam inanime quoddam (vt verbis Concilij, Tridentini, Seſſ. 6. capitulo quinto, & Canon. 4. vtar) nihil omnino agendo, meteque paſſiue ſe habendo, concurrit, ſed actiue, liberaque ſua voluntate diſponit ſe, præparat, atque Deo eadem omnia in ſeipſa operanti, Iſai. 26 cooperatur. Veruntamen licet illud actiue ad illa concurrere ſit ſuum, non tamen eſt de ſuo. Puta. Bona, & bene, tum loqui, tum proponere, tum exequi, tum cogitare, tum deſiderare, tum præmeditari &c. ſunt opera ſua, ideſt cauſæ inſtrumentalis, vtpote a ſuo libero arbitrio libere, & actiue facta, ſed non ſunt de ſuo. De quo ergo ſunt? De munere Dei. Vnde Eccleſia ſancta hoc ipſum veraciter docens in quadam Collecta dicit: Deus, de cuius munere venit, ut tibi à fidelibus tuis digne, & laudabiliter ſeruiatur, &c.

PROPIVS itaque accedendo ad propoſitum textus, dicimus, quod Apoſtoli in adducendo illas oues, cum eſſent cauſa tantum inſtrumentalis Chriſti, nihil de ſuo in tanti momenti negocio exequendo fecerunt, licet multa, immo plurima, & mirabilia bona, & bene in tali executione libera voluntate fecerint, ſed quod omnia taliter egerint, fuit de munere ipſius Chriſti. Ideoque ad hoc denotandum noluit (vt in textu patet) dicere Dominus, illas oues oportet me per Apoſtolos meos adducere, ſed tantum dicere prælegit, illas oues opor. me adducere. Quod uero Apoſtoli, (& a ſimili, quælibet cauſa inſtrumentalis reſpectu Dei) nihil de ſuo in tali ouium adductione fecerint, & quod propterea me rito hic non ſint nominati, declarauit Chriſtus ipſe ſemel pro ſemper, & in vna re particulari pro omnibus, dicẽs, Matth. 10. Dabitur vobis in illa hora quid loquamini; non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in uobis. Ac ſi, à ſimili, de alijs omnibus diceret. Non eſtis vos, qui cogitatis, qui commiſſa uobis exequimini, qui prædicatis, qui mundum de peccatis eius arguitis, qui eum ad ouile meũ adducitis, qui &c. Sed ſpiritus patris veſtri, qui bona cogitat in vobis, qui commiſſa vobis exequitur in vobis, qui prædicat in uobis, qui mundum de peccatis eius arguit in vobis, qui eum ad ouile meum adducit in vobis, qui &c. Et nè quis (quem caſum Pelagiani hęretici ex malitioſa ignorantia, non ex Euangelio, incurrerunt) caderet in errorem legendo præmiſſum textum. Non eſtis vos, qui loquimini, ſed Spiritusſanctus, qui loquitur in uobis, putans ex hoc poſſe inferri: quod Apoſtolorum (& a ſimili, aliorum hominum. Nam omnes homines, dum bona operantur, ſunt cauſa inſtrumentalis Dei) liberum arbitrium aut res de ſolo titulo ſit poſtea (ut ait Lutherus) aut non concurrat actiue ad ſupradicta opera, ſed ſolum paſſiue: ideo idem Chriſtus veri ſenſus verborum ſuorum, noſtræque veræ ſalutis, zelator ſemetipſum apertius declarans excluſit illum errorẽ. ſ. q ex ſuo dicto Matth. 10. poſſit inferri, uel Pelagiana, uel Lutherana hęreticalis illa poſitio. Sic enim ſe declarans Apoſtolis dicit Ioan. 15. Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis, ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium

Aliud eſt facere bona, & illa eſſe ſua: aliud eſt, facere illa de ſuo, & ipſa eſſe de ſuo. Prima duo ſunt quãdoque hominu, ſecũda nũquam.

ſtimonium perhibebitis. Ecce, quam clara redduntur omnia pręmiſſa, ecce, quam efficaciter apertis diſtinctiſque duabus ſententijs excluditur ille hęreticorum ſenſus: vide, Spiritusſanctus teſtimoniũ (inquit) perhibebit de me, ſcilicet in vobis, & per vos magna operando. Quid inde? Non tamen propter hoc (inquit) liberum veſtrum arbitrium erit ocioſum, aut ad modum inanimis alicuius, nihil actiue agens, aut res de ſolo titulo, quoniam & vos teſtimonium perhibebitis. Id quod totum & annotari voluit à legẽtibus, quãdo facta mentione de Spirituſancto in Apoſtolis recipiendo, mox dixit ad eos, Actu. 1. Eritis mihi teſtes in omni Iudęa vſque ad vltimum terræ, ſed & B. Petrus Apoſtolorum princeps, id totum nobis aperiens, dixit Actu. 5. Et nos ſumus teſtes horum verborum, & Spiritusſanctus. Plenum ergo ignorantiæ eſt: ex hoc, quod nihil de ſuo habet cauſa inſtrumentalis Dei, ſed ſolum à Deo, velle inferre aliquod prędictarum hęreſum, ſcilicet quod tunc liberum arbitrium noſtrũ, vel nihil boni actiue faciat, vel ſit res de ſolo titulo. Adde illud quoque, qđ diximus aliàs, ſcilicet quod Deum operari in omni operante 1. q. 105. art. 5. non tollit a rebus, quin & ipſæ ſecundum naturam propriã operentur, imo facit ſimul quod ipſæ taliter operentur: alioquin non diſponeret omnia ſuauiter, idest conſeruando, non deſtruendo modum naturæ illarum, id ꝙ aſſerere eſſet hæreticum, cum ſit contra ſcripturam dicentem, Sap. octauo, Sapientia atting. &c. & diſponit omnia ſuauiter.

Motio Dei ſtat cum actiua liberi arbitrij noſtri operatione ſecũdũ ſcript.

TEXTVS EXAMEN
Adhuc.

VOCEM (inquit) meam audient. Nonne & vocem Apoſtolorum audierunt oues? Vtique, ſed externam. Hic vero textus loquitur tantum de interna quę ſolius Dei eſt ad efficaciter trahẽdos ad ſeipſum homines: iuxta illud, Ioan. 6. Erunt omnes docibiles Dei. Hoc eſt. Etſi ab hominibus doctrinã bonã exterius audiant aliqui: tamen quod intelligant doctrinam illam (vt debent, idest eius verum ſenſum capiendo, & eam affectuoſe ſequendo) intus a Deo datur, intus coruſcat, intus ab ipſo reuelatur. Quid ergo implicite, ſimul & explicite ſignificare Chriſtus intendit per illud: Vocem meã audient? Quod prędicantibus Apoſtolis, nunquam adductæ fuiſſent oues, niſi in ipſorum prędicationibus, & miraculoſis operibus, illę internam Chriſti vocem audiſſent. Id quod patet ab oppoſitis, quoniam multi & tunc Apoſtolorum, & hodie aliorum etiam Dei miniſtrorum, audiunt vocem aut viuam, aut ſcriptam, aut vtroque modo ad eos factam, qui tamen non veniunt ad ouile, idest ad ea, quæ ſalutis ęternæ ſuę ſunt, non conuertuntur. Quare? Quia tunc vocem Chriſti internam, qui continue ſtat ad oſtium cordis, & pulſando clamat, & clamando pulſat, Apocal. 3. Non audiunt, vtpote cum ſtolidis inuitatis ad exteriora, quæ inquirũt & ſapiunt, tnienti. Matth. vigeſimoſecundo, Luc. 14.

ET fiet (inquit) vnum ouile, & vnus paſtor. Hoc eſt, replicando clauſulã immediate pręmiſſam. Vocem meam, qua vocabuntur ad vnitatem fidei, & charitatis, audient, ita, vt actualiter veniant ad ipſam duplicem vnitatem: vnde ex illarum aduentu & ad vnitatẽ fidei fiet vnus paſtor, & ad vnitatem charitatis, fiet vnũ ouile. Ex hoc textu igitur conſtat, quod Chriſtus nec ſchiſmata nec hęreſes in ſuo ouili vult, & per conſequens ꝙ nec ſchiſmatici, nec hæretici, pertinent ad illud quãuis ipſi glorientur ſe eſſe de eius ouili. Mõſtratur ſiquidem ad literam ibi, quod non vult Chriſtus duo ouilia, aut duos paſtores, licet velit & oues antiquas idest Iudæos, & oues nouas, idest Gentiles, ſub cura paſtoris. Ex vtriſque ſecundum textum ſit vnus grex, nõ duo, vtriſque datur ad habitandum vnus locus (ꝙ vocatur ouile) non duo: pro vtrorumq; gubernatione aſſignatur vnus paſtor, non duo. Quid clarius contra ſchiſmaticos, & contra hæreticos ad conuincendum, ſcilicet illos non habere partem cum Chriſto in præſenti vita, & per conſequens (niſi, vt debent, reſipuerint) nec in futura? Cæterum quid eſt illud ouile? Quis eſt ille paſtor? Ad primum reſpondet Beatus

Memoratu digniſſima cõtra ſchiſmaticos, & hæreticos.

tus

tus Auguſtinus dicens. Hoc tenete: Ouile Chriſti eſſe Eccleſiã catholicam. Hęc ille in Homil. ſuper Ioan. Ad ſecũdum reſpondemur ex Euangeliſta, in c. 12. 21. Nam ſic dicitur in 12. Erant quidam gentiles, &c. Hi rogabant Philippum dicẽtes; Domine volumus Ieſũ videre, &c. Ieſus reſpondit eis dicens. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipſum ſolum manet, ſi autem mortuũ fuerit, multum fructum affert. Quid eſt: quod Chriſtus dicentibus ſibi gentiles velle eum videre, reſpondet; Niſi granum, &c. ideſt q; paſſio, & mors, ſua plurimam afferent vtilitatem? Ad quid nũc pro reſponſione facere mentionẽ de morte ſua? Quia vult per hoc reſponſum dicere: quod gentiles illi tunc videbunt ſeipſum, quãdo fuerit in cruce mortuus; ideſt quando per mortem ſuam meruerit illis talem ſui visionem. Tunc ſiquidem in multitudine magna ad videndum per fidem viuam Chriſtum concurrerunt Gentiles (vt patet:) & hoc eſt, ipſos tunc fuiſſe à Chriſto adductos ad ſuum ouile, & vocem ſuam audiſſe. Poſtquam ergo declarauit ſic particulam dictam in pręſenti tex. illas oportet me adducere, tranſit ad declarandum aliã ibi ſequentem, ſcilicet, fiet vnum ouile, & vnus paſtor; & hoc facit in c. 21. Nã ibi tex dicit Petro, Paſce agnos, & oues meas: id quod eſt (vt patet etiam cæcutientibus) ipſum Chriſtũ facere Petrum paſtorem totius ouilis ſui, ideſt omnium ouium ſuarum in vno ouili conſiſtentium. Non enim has meas, vel illas meas, oues paſce: ſed abſolute oues meas, ideſt omnes, quæ oues meæ ſunt. Sub vnius ergo cura paſtoris, quem pro Vicario ſuo generali (vt hic patet conſideranti, quod nullam ouium excipit non commiſſam Petro) nunc inſtituit, vult totum ſuum gregem contineri. Vide hic vndique a Chriſto deſignatam vnitatem ò ſchiſmatice, & hæretice. Vnus paſtor primus, de quo in præſenti cap. 10. Ego ſum paſtor bonus: vnus paſtor ſecundarius quem fiendum promittebat ſic in eodem cap. Fiet vnus paſtor, & poſt in cap. 21. Fecit: vnus grex Iudæorum, ſcilicet & gentium Chriſti fidelium, vnum ouile, Eccleſiã ſcilicet catholicã. Nam in hac, tanquam in arca Noe, Geneſ. 7. omnes

Fit vnus paſtor, in c. 21. Qui fuerat promiſſus c. 10.

Chriſti oues ex cuiuſcunque generis hominum congregatę requieſcunt in vnum ideſt in vnitate fidei, & charitatis, ſub vno paſtore Chriſto, & ſuo vicario: ſicut in Arca Noe oĩa ex omni genere animalium coadunata manebãt ſub regimine vnius principis Dei, & ſui quo ad illud negocium vicarij, ſ. Noe. Fiet (inquit) vnum ouile; ad vnitatem charitatis deſignandam: vt ſcilicet oues omnes videndo ſe eſſe de vno, & eodem. ouili excitentur hinc ad charitatem mutuam, i. ad amandum ſe inuicem propter Chriſtum, non nunc, vel cras tantum, ſed ſemper, quia non nunc, & cras tantum, ſed ſemper, oues Chriſti omnes ſunt de uno ouili, id quod ipſæ oues, ad continuandam charitatem mutuam uſque in finem, conſiderare debent. Fiet (inquit) unus paſtor, ad unitatem fidei conſeruãdam, ut. ſ. omnes oues uidendo ſe eſſe ſub cura unius, & eiuſdem paſtoris à Chriſto facti, eiſque dati, non permittant ſe doctrinis paſci uarijs, & peregrinis, Hebr. 13. Ab hoc, uel ab illo, ſcientes a Chriſto de ſuis ouibus eſſe dictum in tex. Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo [memores illius 1. Corint. 14. Corrumpunt bonos mores colloquia mala,] quia non nouerunt uocem alienorum, ſed ſolum illius paſtoris a Chriſto eis conſignati uocem audiant. [Recurrant hic oues omnes, & obſeruent illud de recurſu ad quoſdam, ſub figura ſui paſtoris a Domino facti, dictum, Exod. 24. Habetis Aaron, & Hur, uobiſcum; Si quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos: & illud, Deuter. 17. Si difficile, & ambiguum, apud te iudiciũ eſſe proſpexeris, &c. uſque ad, Nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram; Vide Veritates aureas ſuper legem ueterem, Deuter. 17. concl. 7.] Contra unitatẽ ouilis eſt ſchiſmaticus, & hęreticus, quia uterque facit diuerſum ouile ab illo, non enim uult ſeruare ritum colendi Deum, uiuendi ſecundum morem Eccleſiaſticũ, uniformiter primo ouili. i. ouili commiſſo Petro. i. ouili uiuenti ſm paſtoralem curam Petri. i. Romani pontificis cuiuſcunque canonice electi: quoniam ſingulis Petri ſucceſſoribus data eſt in perſona Petri (ut dicit Concilium Florentinum ſeſſ. ultima, in litteris ſanctæ unionis.) cõ-

tra unitatem quoque paſtoris uterque illorum eſt: quoniam ſchiſmaticus non uult recognoſcere eum pro paſtore legitimo omnium ouium Chriſti, ſed facit ſibi paſtorem ab hoc diuerſum, hęreticus autem ultra in hoc, in quo conuenit cum ſchiſmatico, addit aliud maius, ſcilicet ꝙ non uult ſequi illius paſtoris iudicium in intelligentia ſanctarum ſcripturarum, ſed aliam diuerſam facit ſibi regulam ad intelligendas illas.

PROSECVTIO Examinis textualis.

EX præmiſſis ergo vide pulcherrimũ ordinem quem Chriſtus ſeruauit. Dixerat in hoc cap. 10. Quod adducendæ erant prius oues aliæ, poſtea quod fiendus erat vnus paſtor, & in capitulis deinde ſequentibus ad illorum duorum propoſitorum executionem eodem ordine procedit. Nam prius, ſcilicet in cap. 12. Oſtendit verbo modum, & tempus, quo adducendę ſunt, ideſt per paſſionis ſuæ meritum, & poſt paſſionem ſuam (vt declaratum eſt,) id quod & oſtendit facto, in cap. 19. quando actualiter moritur, & Gentilis populus ſub perſona Centurionis, aliorumque percutientium pectora ſua, tum ſub figura ſignorum, ſcilicet terræmotus magni, petrarum ſciſſarum, monumentorum apertorum, & ſuſcitationis mortuorum, reuertebatur, ideſt ad Chriſtum per Chriſtum in naturam ouium actu conuerſus adducebatur. Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23. Poſtea vero Ioan. 21. promiſſum iam, facit vnum paſtorem, ſuper totum ſuum ouile. Oſtendens per hoc (vt patet cuilibet ſecundum rectam rationẽ ex ipſo textu literaliter diſcurrenti:) ꝙ quicunque eſt de ſuo ouili, paſcitur à Petro, i. ſtat ſub regimine Petri, & vice verſa, ideſt, quod quicunque non vult paſci a Petro non eſt de ſuo ouili.

Primo.) Per hoc ꝙ Dominus dicit, ex Iudęis, & Gentilibus ad fidem conuerſis fieri vnum ouile, demonſtrat ad literam, ꝙ eadem eſt fides Patrum antiquorum, & modernorum. *Secundo.* Ex quo ẽt de neceſſitate ſequitur, ꝙ eadem eſt vtrorumq; Eccleſia quã ipſa per fidem, ſacramentis adhibitis, generatur, augetur, & conſeruatur. *Tertio.* Ex illo igitur tex. oſtendit quoq; Chriſtus conſequenter: ꝙ ſacramenta veteris, & noui teſtamenti ſunt eadem in ſubſtãtia, ſicut & fides, quam proteſtantur. Sicut. n. fides veteris teſtamenti, ſtante eadem ſubſtantia, variabatur per accidens, i. rõne temporis, à noſtra: ita ſacramenta illius teſtamenti, ſtante eadem ſubſtantia, variantur per accidens, i. rõne temporis, a noſtris. Stabat inq̃ eadem ſubſtantia vtrobiq; quia ad idẽ obiectũ à quo deſumit ſubſtantia rei (q̃ alio ẽt nomine vocant ſpeciem) aſpiciebant, & vetera ſacramenta, & fides, ad ꝙ aſpiciunt noſtra & ſacramẽta, & fides. Quid eſt illud omnib. his cõe obiectum? Chriſtus. Per accidens aũt (Dixi) variabãtur a noſtris tum fide, tum ſacramentis. Nam fides, & ſacramenta eorum aſpiciebant ad Chriſtum, vt venturum, noſtra vero & fides, & ſacramenta aſpiciunt ad Chriſtum, vt qui iam venit. Hinc eſt ꝙ antiqui & verbis dicebant, credimus Chriſtum nondum veniſſe, ſed eſſe venturum & factis, i. ſacramentis, hoc idem proteſtabantur: nos aũt, & verbis dicimus, Credimus Chriſtum non eſſe in carnem venturum, ſed veniſſe, & factis, i. ſacramentis, hoc idem proteſtamur. Ideo. n. ſacramenta veteris legis dicebantur eſſe figurę, noſtra vero dicuntur eſſe ab illis figurata: q̃m illa Chriſtum vẽturum pręnunciabãt noſtra uero ipſum ueniſſe teſtãtur. Vtraq; ergo erãt eadem, vt figura, & figuratum, prout, ſ. figuratũ ſuccedit figurę ſm eandem ſubſtantialem licet non accidentalem, ſignificationem, & in tali ſenſu Chriſtum hic uirtualiter dixiſſe, vtraque eſſe ſubſtantialiter eadem, intelleximus.

Fides, Eccleſię, ſacramenta antiquorum, et noſtra quomodo sũt eadem.

Quarto. Ex eodem etiam textu oſtendit per conſequens Chriſtus, quod uetus lex eſt bona (contra Marcionem, & Manichęum, prauiſos) & à Deo bono data. Si enim oues ab eo adducendæ ſunt ad ouile per legem antiquam factum ſequitur neceſſario, quod lex talis ouilis generatiua fuit bona, & a bono Deo data. Alioquin (ut patet) ouile illud, utpote a mala cauſa, ſecundum malignitatem, ideſt ſecundum conformitatem ad eam, procedens non eſſet bonum, ſed malum. Quod ſi malum: CHRISTVS deſtructurum ſe dixiſſet illud ouile, tantum abeſt, ut ſe amplificaturum

Lex vetus eſt bona, & à Deo bona.

rum illud per aliarum ouium additionē, diceret. Neſcit enim Chriſti iuſtitia, patrocinium dare malis operibus.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET; Chriſtus ex bonitate ſua hominibus, tanquā idoneis (quales ipſe facit) inſtrumentis vtitur ad ſalutem multorum procurandam, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. cum proprias oues emiſerit ante eas vadit. Ad quid enim paſtor in parabola poſitus ex ouili emittit oues? Vt ipſæ vadant ad paſcua inuenienda, primo pro ſeipſis, & tandem pro alijs in quorum vtilitatem erunt carnes ouium ex bonis paſcuis pingues effectæ: Sic ergo ad propoſitum Chriſti veri paſtoris per illum parabolicum figurati dicas. Ad quid Chriſtus emittit ſuas oues ex ouili, ideſt ex loco aliquo ſecreto, in quo ſibi ſolis clauſæ viuebant? Vt vadant ad paſcua inueniēda pro alijs ideſt vt vadant ad paſcendum alios, id quod tandem cędet in ſuipſorum ouium ſpiritus vtilitatem [nam principaliter in hac parte concluſionis loquimur de ouibus ſimpliciter dictis, ideſt ad vitam ęternam prædeſtinatis.] Et hoc eſt: Chriſtū ex bonitate ſua vti hominibus, tanquam inſtrumentis, ad ſalutem aliorum procurandam. Quia vero additur in tex. Ante eas vadit: ideo per hoc ſignificatur, quod ipſe Chriſtus homines illos pro inſtrumētis aſſumptos facit eſſe idonea ad opus ſuum inſtrumenta. Vbi duplicata, & vtràque ſine meritis noſtris, imo quandoque contra merita noſtra, bonitas Chriſti patet, vna qua dignatur aſſumere nos pro inſtrumentis ſuis ad aliquid faciendum, & alia maior, qua dignatur facere nos eſſe idonea inſtrumenta ad exequendum opus a ſe præfixum. Porro, quod illud, Ante eas vadit, appoſuerit ibi Chriſtus ad ſignificandum aliquid de ſeipſo ſingulare, patet ex hoc; quod paſtores corporales (vt videmus, & B. Chryſoſtomus dicit) contrarium faciunt, ouium ſuarum gregem ſequentes, iuxta ēt illud, Pſ. 77. Suſtulit eum de gregibus ouium, de poſt fętantes accepit eum. Nec mirum. Non enim in parabolis neceſſe eſt proponere omnia ſecundum quod apud homines ordinarie fiunt, ſed ſecundum quod ſeruiunt intento parabolam proponentis. Hinc eſt, quod non ſemper requiritur in parabolis veritas rei ſecundum ſe, ſed ſufficit, quod in eis ſit veritas rei, ſecundum intentionem proponentis. Exemplum huius patet in Matth. 22. & Luc. 14. De parabola regis nuptias facientis opulentiſſimas ad eaſq; inuitantis multos nobiles, qui noluerunt poſtea venire, in quorum locū miſit deinde ad vocādum debiles, claudos, cæcos, pauperes. Quis hominum hodie facit ſic? Forſitan nec vnquā apud nos id factum eſt. Sed (vt diximus) parabola continet veritatem rei ſecundum ꝙ facit ad intentum parabolizantis, non autem ſemper veritatem rei ſecundum ſe. Quia igitur ſic fit à Deo, qui nuptias hominibus parauit, ideo parabola ſic propoſita ibi fuit, & veritatem abſque vlla falſitate continet. Similiter ergo nunc de paſtore in parabola propoſito dicendum eſt. Quia enim paſtor verus, Chriſtus Deus noſter, ſic facturus erat, ideſt ante oues iturus, ideo, non curando interim quid faciant homines cuſtodes ouium materialium, dicitur vere in parabolico tex. Ante eas vadit.

CAETERVM dicet quis. Quomodo Chriſtus ante eas vadit? Multis modis. Inquit enim Beatus Auguſtinus. Quis eſt qui oues pręceſſit, niſi qui ſurgēs a mortuis, iam non moritur? Et qui patri dixit: Quos dediſti mihi, volo, vt vbi ego ſum, & ipſi ſint mecum? Hæc ille ſuper Ioan. Inquit & Beatus Thomas Chriſtus in vtraque emiſſione, [ſcilicet ouium, & in ſalutem aliorum, & in viam ſalutis ęternæ] ante eas vadit, quia primus per doctrinam veritatis mortem ſubijt, Matt. decimoſexto, Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuā quotidie, & ſequatur me. Et præceſſit omnes in vitam æternam, Michæ. primo. Aſcēdit, pandens iter ante eos. Hæc ille ſuper Ioan. Tacendo tamen interim omnes hos modos, eo quod non faciant ad huius tertiæ partis concluſionis probationē, dicimus, ꝙ modus, quo ante eas vadit, eſt ille, qui ē Apoſtolus tetigit dicens 2. Corinth. 3. Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamēti.

Digitized by Google

Chriſtum igitur ire ante homines, quibus pro inſtrumentis vtitur, eſt illum facere eos eſſe idoneos miniſtros, ſeu (quod idẽ eſt) idonea inſtrumenta ad faciendum illud, ad quod eliguntur. Porro miniſtrorum, ſeu inſtrumentorum Chriſti idoneitas fit maxime ex gratia: id quod Apoſtolus oſtẽdere volens, vnde procedebat ſua in Euangelij prędicatione, in, &c. idoneitas, docuit dicendo 1. Cor. 15. Gratia Dei ſum id, quod ſum. Quę quidem gratia, quo ad hunc effectum, poteſt conuenienter dici pręueniens 1. 2. q. 111. art. 3. Inquantum, ſcilicet Deus ex ſola bonitate ſua motus nos à ſeipſo pro ſuis inſtrumentis electos per gratiam ſuam, noſtra merita pręuenientem facit idoneos, ideſt tales, quales officium, ad quod ſumus aſſumpti, ꝓ cõdigna ſui executione requirit. Breuiter ergo exponatur ex prędictis tex. Ante eas vadit, ideſt abſque vllis meritis earum præcedentibus ipſe ſua pręueniente gratia, & eligit eas pro officio miniſteriali ſibi placito (puta ad aliorum ſalutem procurandam) & facit eas eſſe idoneas ad talis officij congruam executionem.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus electos ſuos à quibuſcunq; aduerſis, ne eis noceat protegit, ac, vt in via virtutum pedib. humilitatis proficiant, verbo & exemplo docet, atque inuitat eoſdem, demonſtratur ab Euangel. ex tex. Ante eas vadit, & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius. Qui enim vadit ante aliquem per viam, qua ſolent multa aduerſa illac iter facientibus occurrere, eſt & tanquam ſcutum contra pericula, & tanquam dux itineris proſequendi prouocatiuus, ei ante quem vadit (vt experientia docet.) Chriſtus igitur volens oſtendere, & ſe eſſe ouium protectorem [tanquam ſcutum, iuxta illud ad quemlibet electum, Pſal. 90. Scuto circundabit te veritas eius] contra pericula, quæ ſolent occurrere ad impediendum iter ouium, & ſe eſſe ducẽ itineris earum prouocãtem illas ad progrediendum. Vlterius [iuxta illud, Pſ. 54. Dux meus, & notus meus, ac illud, Pſ. 141. Notã fac mihi viam, in qua ambulem] aptiſſimo, & breuiſſimo vtitur modo loquendi, in perſona paſtoris dicens, Ante eas vadit. Quod etiam quid importet, exponit clarius in contextu ſequenti explicatiuo parabolæ: cum dicit, Bonus paſtor animã ſuam dat pro ouibus ſuis, hocque ſibi ipſi applicans poſtea ſubiungit, Animam meam pono pro ouibus meis. Ac ſi, connectendo etiam textũ de lupo veniente, ex omnibus ab ipſo dicatur. Paſtor bonus, qui ſum ego, ante oues vadit, ſcilicet omnia aduerſa aduerſus oues occurſura in ſeipſo, ne ouibus noceant, ſuſcepturus: ita quod ſi videat lupum ad oues dilaniãdas venientem, non ſinit illum ad illas tranſilire, ſed ad protegendum eas ſtat fixus in via pugnans contra ipſum lupum tanto amoris erga illas ardore deuictus, vt pro his animam ſuam det, ideſt occidi ſe permittat potius à lupo, quam oues ab eodem offendi. Ecce quid erat illud, Ante eas vadit, & conſequenter ecce, quam bene probata ſit illa prior quartę partis huius particula, ſcilicet Chriſtus electos ſuos à quibuſcunque aduerſis [Hęc omnia quęcunq; ſint, & quomodocunq; eueniant, ſignificantur in textu per lupum,] ne eis noceant, protegit.

Sed dicet quis. Quomodo nunc ante eas vadit (vt declaratum eſt:) ſi nunc, cũ ſit immortalis, non ponat animam pro ouibus illis? Quia mors illa, qua ſemel potuit animam ſuã pro nobis, licet tunc actu tranſierit, manet ſemper virtute, i. retinet virtutem nunc, & in ſempiternũ ſaluandi oues a quibuſcunq; aduerſis, & introducendi eas ad paſcua vitę æternę hic initiatiuè, ſ. per gratiam, & poſt mortem conſummatiue, ſcilicet per gloriam. Docuit hanc veritatem Apoſtolus his verbis, Heb. decimo: Vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Hoc eſt. Vna mors eius in cruce pro nobis oblata habet virtutem ſanctificandi nos conſummatiue indeficientem & nunquam in æternum exhauribilem; Hac enim de cauſa ſacerdotium Chriſti, quod maxime apparuit in morte, tertio de Saluat. quæſtione vigeſimaſecunda artic. quarto, & quinto. Dicitur æternũ, quia, ſ. effectum hũc ſanctificationis poteſt facere ſempiterno tempore. Vnde Apo-

Apoſtolus ipſe hoc ipſum docens dicit, ibid. cap. 7. Hic autem, eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium. Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt, accedens, per ſemetipſum ad Deum, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Semper ergo, licet amplius non moriatur, dat animam ſuam pro nobis, ideſt virtus mortis ſuæ durat in effectu prædeclarato, & ideo cõtinue de eo verificatur illud tex. Ante eas vadit. Poteſt & alia ad illam primam interrogationem reſponſio afferri, fundata in textu, ſcilicet, quod Paſtor noſter Christus hanc firmam voluntatem nũc, & ſemper habet, quod ſi neceſſe eſſet pro ſalute noſtra ipſum mori iterum, moreretur libenter. Poſito enim per impoſſibile, quod ſua mors vna, quam ſemel in Cruce pertulit, non ſufficeret ad ſalutem illorum, vel illorum hominum, vellet pro iſtis, vel illis ſaluandis denuo crucifigi realiter, & mori. Tanta ſiquidem erga nos eſt eius charitas nunc, quã ta fuit tunc, ſimiliter tam prompta ad obediendum patri eſt nunc eius voluntas, ſicut erat tunc (vt toti ſacrorũ Theologorum, & Christianorum collegio patet.) Cum igitur ex obedientia ad Patrem, & ex charitate ad nos, mortuus ſemel fuerit in Cruce, ſequitur indubitanter, quod ſi ipſe videret eſſe de voluntate Patris, vel de neceſſitate noſtræ ſalutis, vt iterum in Cruce moreretur, vellet in Cruce iterum mori. Tunc autem hoc eſſet, & ipſe videret eſſe, de voluntate patris, ſi vna ipſius Christi mors præterita non eſſet ſecundum rei veritatem ſufficiens ad ſaluandum omnes, & ſingulos homines: quoniam patris voluntas fuit ab æterno, ut ſufficienter prouideretur per filij ſui mortem ſaluti omnium, & ſingulorum hominum: voluntas autem patris eſt omnino immutabilis, 1. q. 9. ar. 1. 2. & q. 19. ar. 7. Porro fundatã eſſe in tex. diximus reſponſionẽ hanc ſecundã: quia Christus aſſignans ibi cauſam ſuæ mortis ait: Ego agnoſco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. Ac ſi aperte dixiſſet. Agnoſcendo patrẽ agnoſco eius voluntatem, quod. ſ. uult per mortem meam prouidere ſufficienter ſaluti totius generis humani, ideſt omnium & ſingulorum hominum [quod & clarius infra dicit; Hoc mandatum accepi a patre meo. Mandatum. ſ. moriendi:] ideo ego, vt adimpleam hanc mei patris voluntatem, pono animam meam pro ouibus meis, prædeſtinatis quidem ſufficienter & efficienter, non prædeſtinatis autẽ ſufficienter, non efficienter [ex illorum enim vitio non ſaluabuntur, licet poſſint ſaluari, conſiderata ſufficientia pretij diuinæ iuſtitiæ dati a me pro ijs ſaluãdis.] Per hoc igitur, quod textus explicite oſtendit, Christum fuiſſe mortuum ex obediẽtia, coostẽdit etiam implicite, quod ſi patris obedientia vellet (quod tunc vellet, ſi &c. vt ſupra) ipſum denuo pro nobis mori, moreretur libentiſſime.

Secundo.

Christus, ſi opus eſſet, vellet mori pro nobis.

PROBATIONIS
Continuatio.

POSTERIOR quartę partis concluſionis particula. ſ. Christus docet, & inuitat, verbo, & exemplo oues ſuas vt in uia uirtutum pedibus humilitatis proficiant, probatur ex tex. Ante eas uadit, & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius. Patet enim ad ſenſum, quod paſtorem ire ante oues eſt facto ipſo & oſtendere ouibus uiam, per quam ambulare debeant, & ad ambulandum per illam eaſdem inuitare. Exemplo igitur ſe nos de uia ſalutis docere, ad eamque arripiendam inuitare, ſignificauit Christus, dum bonam boni paſtoris conditionem aperiens ait, Ante eas uadit. Verbo autem ſe idipſum facere deſignauit, dicens, oues ſciunt uocem eius. Et quomodo ſciunt vocem eius, niſi quia paſtor uocat eas? & ad quid uocat eas? ad hoc, ut illæ ſequantur ſeipſum. Vnde ad huius rei probationem dicitur in text. Et oues illum ſequuntur. Porrò, quid ſit ſequi Christum, ſi videris: uidebis quoque ſimul, probatum eſſe eiuſdem particulæ concluſionis reſiduum, ſcilicet ut in uia uirtutum pedibus humilitatis proficiat. Quid ergo eſt ſequi Christum? Eſt, paſſibus non corporum, ſed morum, imitari illum, iuxta illud 1. Petr. 2. Christus paſſus eſt pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſtigia eius. Quod enim hic, ſequamini, ſumitur pro,

imitemini moribus, patet ibidem ex ſequenti contex. Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, qui cum malediceretur, non maledicebat, cũ pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti ſe iniuſte. Ecce, quod Apoſtolus Petrus adducit Chriſti veſtigia non corporalia, ſed moralia, vt illud, ſequamini, intelligendum eſſe doceat de imitatione non corporali, ſed morali. Dicamus ergo ad probandum explicite illud quartæ particulæ reſiduum. Quales ouibus mores oſtendit in ſeipſo Chriſtus, vt in talibus moribus imitentur eũ oues? Humilitatem in primis cordialem, iuxta id, Matth. 11. Diſcite à me, quia mitis sũ, & humilis corde: ſed & alias virtutes omnes, cum ipſe (vt notiſſimum eſt) in omni ſua cum hominibus conuerſatione fuerit ſemper vas, & ſpeculum virtutum omnium. Pedibus, inquiebat concluſio, humilitatis, quia ad humilẽ venire oportet humiliter, ne cadamus. Vnde hoc docens B. Aug. examinando illud nomen, oſtium, dicebat. Humilis ianua eſt Chriſtus. Qui intrat per hanc ianuam, oportet humilem eſſe, vt ſano capite poſſit intrare: Qui autem ſe non humiliat, ſed extollit, per maceriam vult aſcendere: ideo exaltatur, vt cadat. Intrat autem per hoc oſtium, id eſt per Chriſtum, qui imitatur paſſionem Chriſti, qui cognoſcit humilitatem Chriſti: vt, cum Deus factus ſit homo pro nobis, cognoſcat ſe homo non eſſe Deum, ſed hominem. Qui enim vult Deus videri, cum ſit homo, non imitatur illum, qui, cum Deus eſſet, homo factus eſt. Tibi autem non dicitur; Eſto aliquid minus, quam es: ſed agnoſce, quid es. Hactenus ille ſuper Ioan. Pergere ergo nos oportet viam ſublimitatis [Quid ſublimius, quam imitari Chriſtum?] pede humilitatis, cum timore cadendi ex nobis, orantes ſemper ſic ad Dominum Deum noſtrum, Pſal. trigeſimo quinto. Non veniat mihi pes ſuperbiæ. Tunc enim (vt inde habetur,) manus peccatoris non mouebit me.

CONFIRMATIO
Concluſionis I.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ S. Dei.

QVOD erroneum eſt, dicere, quod Chriſtus, vt homo, non ſcit omnia, quæ ipſemet, vt Deus, nouit ſcientia viſionis, id eſt omnia quæ vel fuerũt, vel ſunt, vel erunt, 1. q. 14. art. 9. Puta, dicere, quod non ſciat diem iudicij, & omnes, q ſaluandi, vel damnandi ſunt (contra Agnoetas, & Ignoitas:) vide, ex ſacroſanctis Concilijs, vel ſcripturis, &c. definitum eſt in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum num. 69. 70. 92. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 378. Quod erroneum eſt, dicere, quod prędeſtinatio non ſit certa, i. (vt verbis Euangelij vtar) ꝙ oues aliquę ſimpliciter, non tantum ſecundum præſentem iuſtitiã dictæ, poſſint non ſaluari de facto ſalute æterna (contra neſcientes, vel neſcire ſe fingentes, concordare libertatem ouium, ſeu earum liberi arbitrij actiuitatem, cũ infallibilitate prædeſtinationis:) vide, ex ſacroſanctis, &c. in Elucidat pri. par. articulorum num. 144. Quod lex vetus, & eſt bona, & concors doctrinæ Euangelicę, ac Apoſtolicę, & à bono principio procedens (contra hæreſim Manichæorum) ſub qua oues de populo Iudæorum continebantur: vide ex ſacroſ. &c. in Elucidat. 2. articul. num. 519. 520. 570. 571. Item in Veritatib. aureis ſuper totam legem veterem, Deuter. 10. concl. 1. & c. 33. concl. 2. Quod ſchiſmaticum eſſe eſt grauiſſimum peccatum (contra male affectos aduerſus vnitatem Eccleſiaſt.) vide ex ſacroſ. ſcripturis, &c. in Elucid. 2. 2. articul. num. 221. Item 3. de Sacram. Addition. 77. Item in Veritatibus aureis ſuper, &c. Leuit. 21. Vbi videndo per totum vſq; ad concluſionem ibi ſequentem [Qđ & alibi in ſimilib. allegationib. debes facere] comperies, Quis ſit ille, qui vere dicatur ſchiſmaticus, an, ſtans a Roma, an à Conſtantinopoli. Qđ erroneum eſt dicere, prædeſtinatum, etiam ſi mala opera agat, numquam poſſe eſſe mem-

Digitized by Google

brum Diaboli: & præſcitum, etiam ſi ſit quandoque in gratia ſecundum præſentem iuſtitiam, nunquam eſſe partem Eccleſiæ: vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 130.144.146.142. & 3. de Sal. articulorum num. 58. Item in Veritatibus aureis, &c. Geneſ. 4. concl. 6.7. & Numer. 14. concluſ. 10. Quod erroneum eſt, dicere; Si ad prædeſtinationem referas humanam uoluntatem, nec in externis, nec in internis, operibus vlla eſt libertas: vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationibus, pri. par. articulorum numero 138.144. Item in Veritatibus aureis, &cæt. Geneſ. 4. concluſ. 7.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. X.

CHRISTI fideles multas aduerſitates ſemper paſſi ſunt, quorũ tamẽ plurimi ab obedientia fidei, & mandatorum Dei, propter aduerſa nec diſceſſerunt, nec diſcedent in æternum: & hoc totum ex munere prædeſtinationis diuinæ. Hoc eſt Eccleſia Dei, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium, fuit, eſt, & erit, pro aliqua ſui parte ſemper in gratia Dei, & opera uitæ æternæ meritoria faciens, cum perſeuerantia vſque in finem: & hoc totum, operante omnipotenti manu eiuſdem ſponſi ſui in ipſa.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionẽ, quoad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Alienum non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, & tex. omnes, quotquot venerunt, fures ſunt & latrones, ſed non audierunt eos oues: & tex. Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & diſpergit oues, & tex. Cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meę, & tex. Et ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. Pars itaque prima, ſcilicet Chriſti fid. aduer. mult. ſemp. paſ. ſunt, patet ex eo: quod de ijs, quæ contrariantur ouibus in tam breui ſermone ſæpius, & quaſi continue, ideſt, ſine vlla interpollatione, fit mentio. Ecce. Primo facta mentione de ouili ouiũ, *Primo.* mox ſequitur; Ille fur eſt, & latro. Secundo iuxta oues nominatas ponitur a- *Secundo.* lienus, ibi, Alienum non ſequuntur. Ter- *Tertio.* tio, iuxta mentionem oſtij ouium, immediate dicitur; Quotquot venerunt fures ſunt, & latrones. Quarto ad illud, Ani- *Quarto.* mam ſuam dat pro ouibus, apponitur; Mercenarius, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues. Quinto poſt *Quinto.* illud, non peribunt in æternum, ſubito ſequitur: non rapiet eas quiſquam de manu mea. Vbi enim raptores memorantur, vel fures, vel latrones, vel alienus, vel lupus, qui (vt ex terminis patet) ſunt re vera inimici ouium: ibi nouæ perſecutiones aliquo modo inferendæ ouibus deſignari intelliguntur. Aliquo, inquam, modo nouę: quia, vt fiat correſpondentia ad proprietatem inimicorum ibi nominatorum, neceſſe eſt ſic dicere. Alioquin ſi CHRISTVS talem perſecutionem nouitatem, ſeu varietatem, per correſpõdentiam ad inimicos nominatos noluiſſet cointelligi: ſuffeciſſet uno tantum nomine deſignaſſe inimicum. Puta, loco illorum ſex, quæ ſunt fur, latro, alienus, Mercenarius culpabiliter dimittens oues, lupus, raptor, dicere, vel furem ſolummodo, vel latronem, vel alienum, vel mercenarium talem, vel lupum, vel raptorem. Nunc autem (vt patet in textu) non eodem uocabulo, ſed uario, inimicus ouium deſcribitur. Voluit ergo CHRISTVS per hoc denotare: quod Eccleſia ſua patietur perſecutiones multas non tantum ſecundum numerum perſecutionum, ſed etiam ſecundum magnitudinem proprietatis diuerſorum perſecutorum: hoc eſt, quod patietur, & à furibus, & à latronibus, & ab alienis, & à ſuis in ſpeciem (ſic hi uocantur in tex. Mercenarius oues importune dimittens,) & à lupis, & à raptoribus. Quæ eſt proprietas furis? Vt id, quod ſuum non eſt, tenter accipere occulte. Ideo enim fur, quaſi à furuo dicitur. Quæ latronis? Vt publice, & per vim tollat:

lat: quod non eſt ſuum. Ideo enim latro, quaſi à latere adoriens viatorem. Quę alieni? ut ſuadeat, & perſuadere conetur, ea, quæ incommoditatem nobis afferunt. Alienus enim, quaſi alienatus, dicitur: hoc eſt, nulla nobiſcum amicitia, ſeu conſuetudine iunctus. Quæ mercenarij? Ad ſuum proprium commodum principaliter in ijs, quæ facit, oculos intendere. Mercenarius enim, quaſi mercedis cauſa operam ſuam præſtans, dicitur. Quæ lupi? Vt guttur apprehẽdat animalis, quod adoritur. Hoc enim docuit (vltra experiẽtiam) Beatus Auguſtinus ſuper Ioan. dicens. Ecce lupus ouis guttur apprehendit. Quæ tandem eſt proprietas raptoris? Vt cum violentia, feſtinantia, & furore, perſonam trahat. Ideo enim raptor, quaſi rapinator dicitur: ex ſimilitudine, ſcilicet ad fluuium, qui tunc vocatur rapidus, quando cum quadam violenti feſtinantia, & furore dilabitur, ſecum trahens quicquid obſiſtens occurrerit trahendum.

PRÆMISSORVM
Declaratio ſpecialis.

Primo. EX præmiſſis ergo conſtat, quod Dominus per illam varietatem nominũ voluit dicere: quod perſecutorum Eccleſiæ ſuæ aliqui futuri erant fures ſimul, & latrones. Fures quidem, in occultando ſuam doctrinam falſam ſub ſpecie veritatis, ad accipiendum facilius, non ſuum, id eſt ad ſurripiẽdum oues Chriſti ex ouili. i. ex gremio Sanctæ Eccleſiæ catholicæ. Latrones autem, in adijciendo tot media ſophiſmatum, vt tanquam publicè vim inferant hominum mentibus, quos à veritate ſeducunt. Vnde qui prius erant fures, modo ſcilicet furum ambulantes, poſtea emergunt latrones, cogendo ſcilicet quibuſcunque ſophiſmatibus & vijs potuerint, homines ad manendum in tali doctrina. Ecce quod hic à Domino capita ſectarum, puta hæreſiarchæ, pſeudo Doctores, pſeudo prædicatores & breuiter, & per experientiam probato ſermone deſcripta ſunt. Vt dicamus: Quid ſunt capita ſectarum? fures ſunt, & latrones.

Secundo. Item: quod aliqui eiuſdem Eccleſiæ perſecutorum futuri erant alieni, id eſt nulla ſcripturarum ſanctarũ communione ouibus iuncti. Neque enim vetus, neque nouum teſtamentum recipiunt. Hi ſunt Mahumetani, alijque ſimiles.

Tertio. Item, quod illorum perſecutorũ aliqui futuri erant mercenarij, id eſt propriam mercedem, quæ in bonis temporalibus datur, anteferentes in facto, quamuis forſan non in voce, ſaluti ſpirituali ouium ſibijpſis commiſſarum. Hi ſunt mali paſtores, qui minus curantes de ſalute ſubditorum ſuorum, ſemetipſos paſcunt, vel paſtu honorum, vel paſtu diuitiarum, vel paſtu aliorum ſuorum appetituum, quandoque etiam cum ſcandalo puſillorum. De quibus B. Gregorius eos ad viuum depingens ait. Sunt nonnulli, qui, dum plus terrenam ſubſtantiam, quam oues diligunt, merito nomen paſtoris perdunt. *Quid intelligatur hic nomine mercenarij.* Non enim paſtor, ſed mercenarius, vocatur: qui nõ pro amore intimo oues dominicas, ſed ob tẽporales mercedes, paſcit. Mercenarius quippe eſt, qui paſtoris locum tenet: ſed lucrum animarum non quærit, terrenis cõmodis inhiat, honore prælationis gaudet. Vtrum vero paſtor ſit, uel mercenarius, cognoſci veraciter non poteſt: ſi occaſio neceſſitatis deeſt. Tranquillitatis enim tempore, plerunque ad gregis cuſtodiam ſicut verus paſtor, ſic etiam mercenarius, ſtat: ſed lupus veniens indicat, quo quiſque animo ſuper gregis cuſtodiã ſtabat. Hæc ille, in homil. Quem mercenariũ & B. Auguſtinus vnico verbo, ſed tamen prædicta õia cum ſimilibus continente, deſcribit, dicens: Aliud mercenarius quærit in Eccleſia, non Deũ quęrit. Hæc ille, de verb. domini. Vbi & ſequitur ad vniuerſaliora etiam ſe extendens. Si Deũ quæreret, caſtus eſſet: quia legitimum maritum anima Deum habet. *Nota, illud, Quiſquis &c.* Quiſquis à Deo, præter Deum, aliquid quęrit, non caſte Deum quærit. Hæc ille. Merito igitur circunſcribitur mercenarius per non eſſe paſtorẽ, cuius non ſint oues propriæ: cum dicitur in tex. Qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ. Vnde & infra, ſub alijs uerbis idem importantibus, legis: Mercenarius fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus, id eſt, quia non eſt paſtor, cuius oues ſint propriæ, ſed quia eſt paſtor mercede conductus ad paſcẽdas alicuius alterius

terius

terius oues. Hac enim de cauſa fit: vt ſibi magis proſpiciat, quam ouibus, id eſt vt mercedem pluris de facto æſtimet, quam ouium ſalutem, hoc eſt, de ipſarum ſalute nõ curet, dummodo mercedem de qualicunque externa ouium cuſtodia conſequatur. In cuius ſignum, non dolet de ouium perditione, niſi pro quanto forte redundat in diminutionem ſuę mercedis. Ad quam tamen habendam totam, non obſtante ouium iactura (de qua in tali caſu non vult haberi rationem) mille excuſationes, etiam quandoque minus apparentes, & ex induſtria confictas, adducendo totis animi votis aſpirat.

IN numero inimicorum ouium poſitus eſt mercenarius, non quod directe inferat, vel inferre intendat (ut cæteri quinque) damnum ouibus: ſed quia indirecte, id eſt non remouendo, quæ remouere deberet, & ſecundum rei veritatem poſſet, nocet ipſis. *Simile.* Non enim ſolum cauſa per ſe ſubmerſionis nauis, puta latro, culpandus eſt, ſed etiam cauſa per accidens, puta gubernator ex officio debens, potenſque eam à ſubmerſione ſaluare, & non ſaluans (vt patet in libro Phyſic. & experientia.). Vnde mercenarium ipſum eſſe cauſam per accidens, & ideo culpabilem hacque ſola ratione ouibus inimicum, denotat textus per illud; Videt lupũ veniẽtem, & dimittit oues, & fugit. Hoc eſt. Cum incumbit maxime neceſſitas mercenario exercendi officium ſuum, id eſt habendi curam de ouibus, ad quam ex conuentione precij tenetur, id quod eſt, quãdo videt lupum venientem: tunc ipſe volens dimittit exercere illud officium ſuũ. Quare volens? Quia fugit, ſcilicet animo. Hoc eſt. Poſſet quidem, ſi ſerioſe vellet, defendere oues à lupo contra eas venientes: ſed re vera non vult, quamuis diſſimulet ſe id, & multum aliquando, velle. Quia ergo ſecundum textum, & debet, & poteſt, mercenarius facere, quod oues non lædantur à lupo veniente, & hoc nõ facit: ideo rıtte amittit nomen paſtoris boni, immò contra eum (ut patet in textu per illam coniunctionem aduerſatiuam, Autem) è regione ponitur. Vis pręmiſſa de mercenario ſub aliquo exemplo videre? *Exemplũ.* Ecce, ex Beato Auguſtino ſuper Ioan. Eſt excommunicandus aut è uita tollendus quis, eo, quod adulterium fidei id eſt falſam in fide doctrinam, alicui perſuaſit. Scit mercenarius, illam pœnã contra eum deberi, & poteſt etiam ei ipſam inferre: ſed timore, vel alio inordinato reſpectu ductus, inquit, Si fuerit à me excommunicatus, aut vita corporali priuatus: tũc ille, vel ſuorum aliquis, erit mihi, vel alicui meorum, inimicus, inſidiabitur, nocebit, cum potuerit. Vnde tacet ipſe mercenarius, nec eum, quem diximus acriter puniendum, increpat: &, dato ꝙ aliquo modo increparet: adeo remiſſe id facit, vt merito videatur non increpaſſe, ſed ad inſtar Heli erga filios ſuos, q ideo punitus eſt, 1. Reg. 3. 4. ſe habuiſſe. Propterea mercenarium talem in illo, vel ſimili, caſu alloquens, Beatus Auguſtinus ait. Taces? non increpas? Lupum venientem vidiſti, & fugiſti: corpore ſteteſti, animo fugiſti. Affectiones enim noſtræ, motus animorum ſunt. Lætitia animi diffuſio eſt, triſtitia autem contractio. Cupiditas animi progreſſio, timor animi fuga eſt. Hęc ille ſuper Ioan.

ITEM per illam nominum varietatem voluit Dominus dicere: *Quarto.* quod perſecutorum Eccleſiæ aliqui futuri erant raptores, & lupi. *Quinto.* Vt fuerunt tyranni martyrum occiſores de quibus dicitur Matth. 10. Mitto uos, ſicut oues in medio luporum: ſed & quilibet iniuſtus fideles quoſque opprimens, ſecundum Beatum Gregorium lupus, & raptor eſt. Nam ipſe, in homil. dicit. Lupus ſuper oues venit, cum quilibet iniuſtus & raptor, fideles quoſque atque humiles opprimit. Sed is, qui videbatur paſtor, & non erat, relinquit oues, & fugit: quia, dum ſibi ab eo periculum metuit, reſiſtere eius iniuſtitiæ non præſumit Fugit autem non mutando locum, ſed ſubtrahendo ſolatium. Hæc ille.

SECVNDA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Chriſti fideles, qui ſcilicet prædeſtinati ſunt, nec vnquam diſceſſerunt finaliter, nec vnquam finaliter diſcedent, propter aduerſa ab obediẽtia fidei, & mandatorum Dei. Patet enim hæc pars ex eo, quod oues paſtoris uocẽ audire, ipſum cognoſcere, eaſque in ęter-

num

Digitized by Google

num non perire, dicit textus. Nam ibi accipitur cognoſcere pro cognitione non ſimpliciter ſpeculatiua, ſed affectiua, id eſt pro cognitione trahente ſecum amorem, & audire pro obedire, & in æternũ pro finaliter. Ita, quod illa ouis cognoſcit paſtorem, quæ amat ipſum, illa audit vocem eius, quæ obedit voci ipſius, illa non perit in æternum, quæ non perit finaliter. Eſt ergo verus amor ouis ad paſtorem, quia amor ille cauſat obedientiã ad ipſum, & eſt vera ouis obedientia ad vocem paſtoris, quia illa obedientia non eſt ad tempus, ſed vſque in finem. Hæc eſt vox illa, quam prædeſtinatæ oues ſolummodo audiunt, id eſt cui obediunt: aliarum autem, ſcilicet non prædeſtinatarum, nulla. Quę vox? Vox perſeuerantiæ finalis. Vt Matth. 10. Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit: itẽ, 1. Cor. 9. Sic currite, vt comprehendatis. Item Rom. 13. Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſic (ſcilicet faciamus vtrunque) vt in die (ſcilicet iudicij) honeſte ambulemus. Hanc vero uocem non audiri practice, niſi à prædeſtinatis, denotatur in textu per hoc, quod poſtquam dictum eſt, oues meæ uocem meam audiunt, & ſequuntur me, (id eſt ſuum audire eſt ſequi me,) mox ſubiungitur; Ego vitam æternam do eis. Quia igitur vita æterna actualiter non datur, niſi perſeuerantibus in fidei catholicæ, & mandatorum Dei obedientia (vt patet ex Euãgelio,) ſequitur infallibiter, quod probata ſit illa ſecunda pars concluſionis, ſcilicet Chriſti fideles prædeſtinati nec diſceſſerunt, nec diſcedẽt vnquam finaliter à fidei, & diuinorum mandatorum obedientia, quibuſcunque in contrarium datis aduerſitatibus.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Hoc totum (ſcilicet, quod oues Chriſti non diſceſſerint, neque diſceſſurę ſint, vnquam finaliter ab obedientia fidei, & mãdatorum Dei, propter aduerſa) procedit ex munere ꝑdeſtinationis diuinæ, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Cognoſco oues meas, & tex. Vitam æternam do eis, & tex. Nõ rapiet eas quiſquam de manu mea. Ac ſi aperte ex vicinitate contextuum dicat. Quod oues meæ vocem meam audiant; Quod ipſæ ſequantur me, ita, vt non pereant in æternum, id eſt ita, vt à ſequela mei non diſcedant finaliter, hoc totum inquam, procedit ex eo, quod ego cognoſco illas cognitione tali, qua do illis vitam æternam, ita, vt non poſſit quiſq̃ eas rapere de manu mea, impediendo ſcilicet eas ab actuali conſecutione ipſius vitæ æternę. Quid autem eſt tale cognoſcere, quod ſecum trahit infallibilem dationem uitæ æternæ: niſi diuina prædeſtinatio? Nam prædeſtinatio eſt ęternum Dei propoſitum dandi prædeſtinato gratiam in præſenti, & gloriam in futuro, 1. q. 23. art. 1. corp. & art. 3. ad primũ. Porrò hoc propoſitum includit cognitionem approbationis, & infallibilitatem euentus duplicis prędicti, ſcilicet gratiæ, & gloriæ: iuxta illud, 2. Tim. 2. Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum: cognouit Dominus qui ſunt eius, & diſcedit ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini. Firmum, inquit, fundamentum Dei ſtat. [Ecce infallibilitas euentus prædeſtinationis:] cognouit Dominus qui ſunt eius. [Ecce cognitio approbationis diuinæ de prædeſtinatis.]

Statutum decretatũ in libro pꝛędeſtinationis.

NE autem nos, audita infallibitate prædeſtinationis, incideremus in errorẽ quorundam ſtultorum, explicauit quoque partem illius ſignaculi vltimam dicens, & diſcedit ab iniquitate, &c. Quidam enim ſtulti inter primos de illo catalogo, Eccleſ. 1. Stultorum infinitus eſt numerus, attendentes certitudinem infallibilem diuinæ prędeſtinationis, dixerunt ſuperfluas eſſe orationes, & quicquid aliud fit ad ęternam ſalutem conſequendam, quia (inquiunt) his factis, vel non factis, prædeſtinati eam conſequuntur. Stultiſſimum ergo errorem hũc volens damnare, & ab illo nos pręſeruare Apoſtolus, reſiduum ſcripturę prędeſtinationis exprimere curauit dicens: Et diſcedit ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini. Hoc eſt. In illo prędeſtinationis ęternæ ſignaculo ſcriptum eſt: quod omnis prædeſtinatus, diſcedit, id eſt diſcedere debet, ab iniquitate, & inuocare nomen domini, id eſt bene facere.

De

Prædeſtinatus infallibiliter, libere benefaciet in finem.

De eſſentiali igitur prædeſtinationis ſtatuto ſicuti eſt cognitio Dei de prædeſtinatis, & infallibilitas euentus: ita quoq; eſt, quod prędeſtinatus teneatur ad faciendum ambas partes iuſtitiæ, ideſt ad declinandum à malo, & faciendum bonum. Ex tali ergo prædeſtinationis decreto, patet, quod prædeſtinatus non ſaluaretur, ſi vtranque illam iuſtitiæ partē non obſeruaret. Obſeruabit autem procul dubio, & libera quidem ſua voluntate per charitatem informata, partes illas iuſtitiæ finaliter: quandoquidem a diuino intuitu præuentus fuit illas ſic obſeruaturus, immo, ſic obſeruans. Et unumquodque dum eſt, neceſſe eſt eſſe, ideſt (vt in propoſito dictum hoc Philoſophi in lib. Perhiermen. explicemus) dum uideo te ſedere tu neceſſario ſedes. Intuitus enim diuinus omnia, ut præſentia videt, 1. q. 14. artic. 13.

TOTVM vero illud prædeſtinationis decretum in libro illo viuentium ſcriptum habetur etiā in præſenti Euangelico tex. Ego (inquit) cognoſco oues meas. En: cognitio cum dilectione, & electione: qua Deus cognoſcendo, bonum eſſe diffundere miſericordiam ſuam præcipuam, diligit & eligit oues ſuas, 1. q. 23. ar. 4. Ego (inquit) vitam ęternam do eis. En: ad quid diligit, & eligit eas. ſ. ad dādum eis ęternam vitam, initiatiue, ideſt per gratiam, & completiuē. i. per gloriā. 1. q. 23. ar. 3. Propterea non dicit dabo, quod ſonaret futurum poſt hanc vitam, ſed dicit do, quod etiam in præſenti vita verificatur modo declarato. Dicit quoq; Do, vt certitudinem infallibilem perueniendi eas ad vitam ęternam actualiter poſſidendam ſignificet per hoc. Nam quod in pręſenti tempore datur, non poteſt non eſſe datum, & ideo infallibiliter habetur, ita, ut nec à proteruientibus poſſit negari, cum pateat & ex terminis, & ad ſenſum. 1. q. 23. ar. 6. Quæ quidem infallibilitas, ut adhuc certiſſima comprobetur, additur in tex. Non peribunt in æternū, & non rapiet eas quiſquā de manu mea, ideſt nec per abſolutam euentus, vt ſub prædeſtinatione ſtat, conſiderationem, nec per alicuius præpotentis violentiam (vt patuit in ſanctis martyribus) peribunt in æternum. Hinc poſtmodū venit illa prædeſtinatorū vox, Rom. 8. Certus ſum, quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque ꝓfundū, neq; creatura alia, poterit nos ſeparare à charitate Dei. Hactenus de correſpondentia Euangelij ad illud Apoſtoli: Firmum fundamentū Dei ſtat, cognouit Dominus qui ſunt eius. Nunc ad reſiduum eiuſdem. ſ. Diſcedit ab iniquitate &c. fit corriſpondentia per Euangelicum tex. Oues meę vocem meam audiunt, & ſequuntur me (vt de ſe, & ex ſupra examinatis, patet, & ex. 1. quæſt. 23. articulo octauo.)

QVORVNDAM TEXTVVM Examen.

AD ſecundæ, & tertiæ, partium concluſionis probationē faciebant quidam textus Euangelij, qui & ibid. prout opus ad probandum erat, breuiter adducti fuerunt. Sed quoniam hęretici peruerſe (pro more ſuo) illos exponunt, multęque fidelibus utilitates contra eoſdē &c. ex bona illorum textuū interpretatione proueniunt, ideo eoſdem nunc diffuſius, quod tūc in præmiſſis probationibus nō licuit, examinabimus. Ecce. Omnes (inquiebat) quotquot venerunt, fures ſunt & latrones. Manichæi hunc locum de patribus veteris teſtamenti eſſe intelligendum aſſerebant. Vnde ex hoc hęretico principio duas hæreſes alias deducebant. Vnam ſcilicet, quod confirmaretur per hunc locum ſua antiqua poſitio, videlicet, vetus teſtamentum fuiſſe datum à malo Deo, ideſt à diabolo: alterā, quod omnes patres ueteris teſtamenti fuerint mali, atque damnati. Sed illorum principium, ſcilicet, quod ille textus ſit intelligendus de patribus illis, eſſe falſum manifeſtat Euangeliſtę cōtextus: ac per hoc etiam alios inde deductos errores ſubruit. [Semper enim ad pauca in ſcripturis ſanctis reſpiciunt hęretici quod & faciunt in dictis ſacrorum doctorum, intelligendis, & ideo non mirum, ſi poſt pro ueritate falſitatem, reclamantibus eiſdē ſcriptis, amplexentur.] Primo igitur, quod ille textus, omnes quotquot, &c.

Vna radix errandi in ſtudio ſcripturarum & Patrum.

non

non poſſit recte intelligi de patribus veteris teſtamenti, patet ex contextu in parabola prædicto, ſcilicet. Qui non intrat per oſtium, ille fur eſt, & latro. Exinde enim manifeſte ad literam ſequitur, quod textus hic poſtea ſubiunctus ſic exponendus eſt: omnes quotquot venerunt, ſcilicet non intrantes per oſtium, fuerunt fures & latrones. Tunc hoc modo (vt ex ordinata locutionis textura oportuit) ſententiæ huius ſenſu vero adducto, clariſſimum relinquitur: quod de illis antiquis patribus intelligi non poteſt ſententia præmiſſa. Omnes ſiquidem illos intraſſe per oſtium, ex planis ſcripturarum literis conſtat. Quid enim eſt oſtium? Reſpondet in contextu Chriſtus: Ego ſum oſtiū. Quid vero Chriſtus? Reſpondet Euangeliſta, cap. 1. In principio erat verbum, & verbum caro factum eſt, ideſt, Chriſtus eſt ab æterno verbum Dei, caro in tẽpore factum. Quomodo ſcis: quod patres veteris teſtamenti intrarunt per oſtium, ideſt per Chriſtum? Ex eo, quod in literis ſuis canonicis hoc habetur per id, quod ibi legimus: Verbum Domini factum eſſe ad Iſaiam, Hieremiam, Ezechiel. &c. Diſcurre per omnes Patriarchas, & Prophetas, & videbis eos fuiſſe præcones verbi Dei: id quod eſt, eos intraſſe per oſtium, & non aſcendiſſe aliunde, ideoque non poſſe, niſi ab ignorantiſſimis, vtpote contra regulas ianuæ ſcientiarum, ideſt diffinitionis, & diffiniti peccantibus, dici, eos fuiſſe fures, vel latrones. [Hoc ſiquidem eſt, ac ſi hoc propter ignorantiæ plenitudinem omnibus ridiculoſum dicerent; Homo eſt aſinus quadrupes: cum ſit re vera manifeſtiſſimum, diffinitionem aſini, ideſt animal quadrupes irrationale rudibile, non poſſe conuenire, immò contraponi, huic diffinito, ſcilicet homini] Nec veritati prædictæ, ſcilicet, quod intrauerint per oſtium Chriſtum, obſtat, quod illi Patriarchæ & Prophetæ præceſſerunt tempore ipſum: quoniam, licet (ut dictum eſt) ipſe ex tempore carnem acceperit, ſicque illis ſit poſterior, tamen ab æterno eſt verbum Dei, iuxta illud, Hebr. 13. Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula, ſicque eiſdem eſt prior. Porro clariſſimum ex ſcripturis eſt, quod Prophetæ ꝑ verbum Dei, quod eſt ſapientia infinita, miſſi fuerunt, iuxta illud de ipſa ſapientia dictũ, Sap. 7. Per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei, & Prophetas conſtituit. Vnde, quando ipſi dicunt, Factum eſt verbum Domini ad Iſaiam, Hieremiam, &c. ſignificare uolunt, quod ipſimet per participationem verbi Dei, quod eſt ſapientia eius prophetauerunt.

Quid, ſecundum Euãgeliſtã ſit Chriſtus.

Quid eſt: factũ eſt verbũ Domini ad hunc, vel illum prophetam.

Secundo.

SECVNDO autem, quod ille tex. omnes quotquot &c. non poſſit intelligi de patribus illis, patet ex contextu immediate illum ſequente, ſcilicet non audierunt eos oues. Conſtat enim paſſim ex teſtamento veteri, quod populus Iſrael, qui erant oues paſcuæ Dei, Pſal. 94. Audierunt Prophetas illos, & Patriarchas, Abraham, Iſaac, Iacob &c. & quod, ſi qui eoſdem audire noluerunt, inde à Deo reprehenſi ſunt, & acerbe puniti. Quantas (rogo) dederunt pœnas ceruicoſi illi Iudęi, qui Moyſi Patriarchæ magno, & Prophetæ, rebellare præſumpſerunt? & qui Samuelis vocem non audierunt? Nunquid non propter hoc etiam Saul, cum tota poſteritate ſua, regno in perpetuum priuatus eſt? 1. Reg. 15. 16. Sed (vt dixi) paſſim ſcripturę tibi hocipſum monſtrabũt, ideo tacens ad eas te remitto. Tertio denique, quod ille rex. Omnes quot &c. de patribus illis non loquatur, patet ex terminis proprijs, ſcilicet, venerunt. Quid eſt, in ſimili propoſito dicere; Venerunt: proprie loquendo, nihilque aliud in bonum ſonans addendo? Eſt illud, quod exprimitur & Hierem. 23. Non mittebam eos, & ipſi currebant, non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant: & Ezechiel 13. Veh prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident. Ex his ergo ſcripturis conſtat, quod hic textus ſic in vero ſenſu exponendus eſt; Omnes, quotquot venerunt, ideſt propria authoritate (quę ſumma in caſu temeritas eſt,) & non à Deo miſſi, ſemetipſos ingeſſerunt, hoc eſt, venerunt, ſcilicet præter me, & præter diuinam inſpirationem, & authoritatem, non cum intentione diuinæ gloriæ quærendæ, ſed propriæ vſurpandæ: hi omnes ſunt fures, & latrones. Tales porro non fuiſſe patres veteris teſtamenti, ſed in nomine Domini ueniſſe, ideſt à Domino miſſos fuiſſe, & conſequenter

Tertio.

Digitized by Google

quenter non propriam, ſed Domini eos mittentis, gloriam quæſiuiſſe, habetur aperte ex ſupra oſtenſis.

TEXTVVM EXAMINATIO Adhuc.

NON rapiet, ideſt nec rapere poterit (quantuncunque velit, & quomodocunque conetur) eas quiſquam de manu mea. His verbis Chriſtus ſe proteſtatur eſſe omnipotentem, ſimulque ideo verum Deum: cum tãtummodo verus Deus ſit omnipotens, iuxta illud, Exod. 15. Omnipotens nomen eius, adiuncto Pſal. 85. Non eſt ſimilis tui in dijs Domine. Contra Arriũ igitur irrefragabiliter pugnat hic textus, eumque omnino expugnat: cuius perfida mẽs dicere præſumpſit, quod Chriſtus non erat Deus verus Taceo: quod eundem quoque condemnat ibi textus ſequens, ſcilicet, ego & pater vnum ſumus: quibus verbis ſe eſſe Deum, non quomodocunque; ſed patri conſubſtantialem, aperte demonſtrat, vnde & poſtea ad idẽ corroborandum aduerſus hanc ſummam dignitatem ei inuidentes (quales ſunt Arriani) per contextum concludit, pater in me eſt, & ego in patre, 1. quæſt. 42. art. 5. Non rapiet (inquit) eas quiſquam de manu mea, ideſt manus mea ſupra omnes potentias eſt potentior. Cæterum, ſi quæratur ratio omnipotentiæ, ideſt quare Deus ſit omnipotens, reſpondendum eſt, quia poteſt omnia abſolute poſſibilia. Vnde non eſt ad illam inquiſitionem decẽdum, (vt quidam putarunt) quia Deus poteſt omnia naturæ, vel creatæ, vel increatæ, poſſibilia. Nam ſi ideo diceretur tantum omnipotens, quia omnia naturæ creatæ poſſibilia poteſt, tunc ſequerẽtur duo abſurda, ſcilicet, quod creata natura eſſet omnipotens, & quod Deus vera miracula, vtpote reuera totam naturæ creatæ facultatem excedentia, 1. quæſt. 105. art. 6. 7. & quæſt. 110. art. 4. non poſſet facere, quorum vtrunque eſt contra totam ſacram ſcripturam. Si autem ideo diceretur Deus omnipotẽs, quia poteſt omnia, quæ ſunt poſſibilia naturæ increatæ, ideſt, ſibijpſi: tunc ſequeretur circulus ignorantiæ, ideſt tunc nihil manifeſtaretur, quamuis manifeſtare uolendo. Quid

Cur Deus dicatur omnipotens.

enim, etiam ſi ſic manifeſtare velis, niſi ignorantia tua, manifeſtatur dicendo: Deus eſt omnipotens, quia poteſt omnia, quæ poteſt?

CVM igitur poſſibile dicatur dupliciter (ſecundum Philoſophum, libro 5. Metaphy.) ſcilicet per reſpectum ad aliquam potentiam, & abſolute, ideſt ex habitudine terminorum (vt dicatur aliquid poſſibile, quando prædicatum non repugnat ſubiecto, ut Platonem currere, & impoſſibile, quando prædicatum repugnat ſubiecto, vt hominem eſſe aſinum:) relinquitur ex præmiſſis, quod quando dicitur, Deus eſt omnipotens, attendi debeat ibi poſſibile non per reſpectum ad potẽtiam aliquam, ſed abſolute, ideſt per reſpectum ad habitudinem terminorum. Hoc eſt. Deus eſt omnipotens: quia poteſt omnia ſecundum abſolutam eorum cõſiderationem poſſibilia. Porro ſub poſſibilibus abſolutis continetur, quicquid poteſt habere rationem entis. Cum igitur rationi entis nihil opponatur, niſi nõ ens, ſequitur, quod illud ſolummodo nõ ſubditur potentię diuinæ, quod eſt non ens, & huiuſmodi eſt omne illud, quod implicat contradictionẽ, ideſt quod in ſe implicat eſſe, & non eſſe ſimul. Deus itaque ideo dicitur omnipotens, quia omnia, quæ contraditionem non implicãt, poteſt facere. Sic enim omnipotentiam diuinam diffiniuit nobis Archangelus, Luc. 1. Non erit impoſſibile apud Deum omne uerbum, ideſt omne, quod eſt verbum, Deus poteſt facere: & ab oppoſitis omne, quod non eſt verbum, non poteſt à Deo fieri. Conuenientius enim dicitur, quod non verbum, ideſt, quod implicat contradictionem, non poſſit à Deo fieri, quam quod Deus non poſſit illud facere; quia hoc non poſſe prouenit ex eo, quod illud non poteſt habere rationem factibilis, ſiue poſſibilis, non autem prouenit ex defectu potentiæ diuinæ, cum ſit infinita, 1. queſt. 25. art. 2. Nec mireris, quod per verbum intellexerit Archangelus id, quod non implicat contradictionem, & conſequenter per non verbum id, quod implicat contradictionem: quoniam non accepit verbũ pro verbo vocali, ſed pro verbo, ideſt conceptu mentali. Modo clarum eſt: & quod intellectus poteſt facere

Quid eſt, vel nõ eſt, poſſibile abſolutũ.

verbum

verbum de omni eo, quod non implicat contradictionem, id eſt poteſt concipere omne illud, cum omne tale habeat rationem entis, & quod nullus intellectus poteſt facere verbum de eo, quod implicat contradictionem, id eſt non poteſt illud concipere, cum omne tale non poſſit habere rationem entis, 1.q.25.art.3.

PER hoc, quod in præſenti ſermone de ouibus, præmiſſa ſententia, ſcilicet nõ rapiet eas quiſquam de manu mea, vltimum in tex. locum tenet, ſignificare voluit Chriſtus, quod & fures, & latrones, & alieni, & mercenarij, & lupi, & raptores, in perſecutionibus, quas contra oues excitabunt intendent principaliter, vt poſte in finem vltimum, ad hoc, vt rapiat eas de manu Chriſti. Licet enim alij alias, & quidam eorum diuerſas, intentiones proximas quandoque haberent: tamẽ in hac vltima intentione, omnes illi ouium perſecutores concordabant, & ad hanc totis viribus finaliter adimplendã procedebãt (ſecundum textum hunc:) vt eas de manu Chriſti raperent. Propterea tunc verum erat, quod non tantum perſequebãtur oues, quam Chriſtum in eis. Vnde ad hanc veritatem nobis aperiẽdam Petro, cum ad preces fidelium diſcederet aliquãdo è Roma, occurrit Chriſtus dicens, venio Romam iterum crucifigi. Ac ſi dixiſſet. Nero, qui te perſequitur ad mortem, me in te magis perſequitur: & vnde quãdo te Romæ ad quam nunc iubeo te reuerti, crucifiget, ipſe me magis in te, quã teipſum in te crucifiget. Nam tota ratio, qua te taliter perſequetur, ſum ego principaliter, quoniam primaria Neronis (ſicut & omnium aliorum Eccleſiæ meæ perſecutorum) intentio fertur ad hoc, vt fidem meam, & charitatem auferat è corde tuo: id qđ eſt rapere te de manu mea.

Quid ſit rapere oues de manu Domini.

Quia igitur ouium Chriſti prædeſtinatarum nec fidem, nec charitatem nullus quantumcunque ferox perſecutor potuit vnquam finaliter auferre (iuxta illud, in hymno Martyrum, ceſſit his lacerans fortiter vngula, nec carpſit penetralia: ideo per claram quoque & multiplicem, experientiam didicimus verum eſſe hoc dictũ Chriſti, non rapiet eos quiſquam de manu mea.

RESPONSIO TACITÆ Obiectionis.

LICET autem aliquis forſan ouium perſecutor non habuiſſet, vel haberet, vel habiturus eſſet, explicite intentionem talem, ſcilicet rapiendi eas de manu Chriſti, tamen hoc non obſtat veritati ex textu illo prædeclaratæ: quoniam ad hãc verificandam ſufficit, quod implicite habeant intentionem illam. Certum autem eſt, quod omnes (nullo excepto) ouium ipſarum perſecutores eam taliter habent: quia diabolus, cuius illi tunc abſque dubio miniſtri ſunt, in eis intendit ſemper illum finem vltimum, tanquam præ cæteris omnibus principalem. Nonne diabolus eſt caput omnium hominum malorũ? Vtique, 3. de Sal q. 8. art. 7. Nonne & tentare eſt diabolo proprium? Vtique ſecundum illud, 1. Theſſal. 3. Ne forte tentauerit vos is, qui tentat, & 1.q.114 art.2. Nulli ergo dubium eſſe debet, quod ipſi perſecutores, vt membra diaboli, eiuſque officium proprium, ſcilicet tentandi Eccleſiã, miniſterialiter exequentes, talem habeant in ſuo illo capite peſſimã intentionem: quamuis, vt priuatæ perſonæ, illam forte explicitam non habeant. Ex his ergo contextus anterior ſic exponi debet: Fur non venit, ſcilicet ſecundũ propinquam intentionem ſuam, niſi vt furetur, & mactet, & perdat. Item. Lupus, ſcilicet ſecundum ſuam intentionem propinquam, rapit, & diſpergit oues. Nam & fur & lupus (hos nunc pro quocunque ouium perſecutore capiendo) ſecundum intentionem eorum vltimo finalem, conſiderati veniunt, vt rapiant oues de manu Domini, id eſt illud furtum, illam mactationem, illam perditionem, illam rapinam, illam diſperſionem ouium ordinãt ad hoc vltimate, vt eas de manu Chriſti actualiter rapiant. Non mirum igitur, ſi Chriſtus, & huiuſcemodi perſecutiones reputat contra ſeipſum eſſe factas (vt cuidam tunc lupo loquens ſic denotauit, Actu 9. Saule, Saule, quid me perſequeris?) & pugnam contra tales, nobis etiam tacentibus, aſſumit (vt ſub vno ſpeciali exemplo, ſignificauit vniuerſaliter Moyſes dicens filijs Iſrael, Exod. 14. Dominus

Intentio primaria diaboli, in ſingulis eccleſiæ perſecutorib.

Quare, & quomodo Chriſtus pugnat pro omib. ſuis, cõtra quãcunque eis aduerſantia.

pugnabit

pugnabit pro vobis,& vos tacebitis,) & facit victoriam (vt patet ibid.) Quid ergo pro ſaluandis ouibus, ad deſtruendumque earum inimicum & vltorem, Pſal. 8. facturus eſt Chriſtus, ſi oues ad eum in adiutorium ſuipſarum inuocandum labia ſua deuotione congrua aperuerint: quando ouibus ipſis tacentibus, Dominus ipſe quaſi vir pugnator apprehendit arma,& ſcutum,impugnantes eas mirabiliter expugnans? Pſal.34. Quid ni dicam, Mirabiliter: cum de ipſo Domino pugnante pro fidelibus ſuis contra aduerſarios ſcriptum ſit & Pſal. 75. Ibi confregit potentias;arcum, ſcutum, gladium,& bellum? & Pſal.45. Arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni? Si quæras, quid intelligat ille Pſal.75.Per, Ibi, reſponſio ex eodem con textu patet,qđ intelligit hoc ſcilicet, vbi illæ potentiæ,arcus, ſcutum, gladius, & bellum, conſurgerent aduerſus illos: in quibus & per ueram,viuamque fidem,ac debitum cultum, notus eſt Deus, & per ſancta virtutum omnium exercitia,magnum eſt nomen eius,idelt conſurgerent aduerſus Chriſti oues. Nam præmiſſa omnia ſunt earum diffinitio: vt ſi dicas. Oues Chriſti,quæ ſunt?Reſpondetur(tacendo penitus arcanum prædeſtinationis æternæ.) Oues Chriſti præcipue, ſecundum præſentem iuſtitiam, ſunt perſonæ illæ,in quibus & per ueram, viuamque fidem,ac debitum cultum,notus eſt Deus, & per ſancta omnium virtutum exercitia, magnum eſt nomen eius.

Diffinitio ouiũ Chriſti & numero, & merito.

EX SVPRADICTIS OMNIBVS ſimul collectis,& bene conſideratis, conſtat, quod CHRISTVS Dominus noſter dicendo, Non rapiet eas quiſquam de manu mea, magnam nobis contulit in ſe fiduciam & de ſuo adiutorio tempore aduerſitatis cuiuſcunque ſperando, & de uictoria contra quoſcunque ex aduerſo inſurgentes obtinenda. Si enim per illud dictum, Non rapiet,&cæ. declarauit:quod omne bellũ contra oues ſuas eſt bellum contra ſeipſum, & quod ideo in tali bello ſibijpſi de iure cõpetit pugnare aduerſus inimicos ouium, immò inimicos magis ſuijpſius, & quod ideo libenter pro ſe, ouibuſque de iure pugnabit vſque in finem (Dei ſiquidem perfecta ſunt opera, Deuter.32.) quis nõ videat, quod ipſe ſic dicendo, tantum ſpei ſuis ouibus in ſeipſo dedit, vt in nomine eius ſpernamus inſurgentes in nobis, Pſal.43.& totis animorum viſceribus exhilarati ſingillatim clamemus: Si cõſiſtant aduerſum me caſtra, nõ timebit cor meum, ſi exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo Pſal.26. & quare? Quia, ſi Deus pro nobis(ut,ſecundum expoſitiones ſuperius dictas, demonſtrat tex.Non rapiet eas,&c.) quis contra nos? Rom.8. Porro, quo tempore ſit Deus pro nobis ad victoriam obtinendã ſic declaratur, Eccl.4. Pro iuſtitia agonizare, pro anima tua, & uſque ad mortem certa pro iuſtitia: & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Denique illa in fine concluſionis explanatio, ſcilicet Eccleſia Dei non obſtantibus &c. patet ex prædictis.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Deus eſt omnipotens [ideo enim præſeruare poteſt oues ſuas à quibuſcunque luporum incurſibus, ne ſcilicet inde nocumentum in animabus patiantur, immo ut & inde proficiant magis in bono:] vide, ex ſacroſanctis ſcripturis, Cõcilijs vel &c. definitum eſſe, in Elucidationibus articulorum numero 152. & 153. Item in veritatibus aureis ſuper totam legẽ vet.Geneſ. primo.Concluſio prima. Quòd hæreticum ſit dicere; nullum hominem ab Adam vſq; ad Chriſtũ placuiſſe Deo,ſed omnes fuiſſe damnatos [ideo nec quotquot Patrum antiquorum fuerunt, iudicandi ſunt cum Manichæo, eſſe in numero furum & latronum:] vide, ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus tertio de Sacram. Additionibus articulorum numero 296. Item in veritatibus aureis &c. Geneſ.4.Concluſio ſecunda, & capitulo quinto, & capitulo ſexto. Concluſio.ſexta. Item Leuitici decimoquinto. Concluſio ſeptima. Quòd erroneum in fide eſt, dicere; Moyſen non à Deo fuiſſe,

ſed ſtultum, ac malum, [ideo nec quotquot fuerunt veterum patrum annumerandos eſſe inter fures, & latrones:] uide ex ſacroſanctis &cæt. in Elucidationibus, ſecunda, ſecundæ articulorum nume ro 831. Item in Veritatibus aureis &cę. Deuter. 33. concl. prima, & capite vigeſimotertio, concluſ. 4. Similiter hæreticum eſt dicere, quod Abel primus, qui à Caym fuit occiſus, maneat apud inferos, & etiam quod Noë diluuij tempore arcæ fabricator non ſit ſaluus, ſed apud inferos damnatus, [Marcion ergo, cuius ſunt hæ duæ hæreſes, cum Albanenſibus, quorum eſt illa præcedens contra Moyſen, & cum Petro Ioan. cuius eſt illa contra omnes homines ab Adam vſque ad CHRISTVM, concordabat aliqualiter in exponendo falſe tex. Quotquot venerunt fures ſunt & latrones. Sed ſicut Manichæi eundem textum deprauantes ſupra eſt caciſſime exploſi ſunt: ita & hi debent explodi.] Vnde ex omnium horum confutationibus, ſequitur ſtatim id, quod nunc intendimus, ſcilicet confirmatio concluſionis capituli:] vide ex ſacroſanctis, &c. in Veritatibus aureis &cæt. Geneſ. quarto, conclu. ſecunda, & capite ſeptimo, concluſ. quarta. Quod erroneum in fide eſt, dicere (ut dixit Bartholomæus Ianoueſius: qui tamen ad mentem bonam poſtea reuerſus eam poſitionem abiurauit,) quod Antichriſtus Eccleſiam Dei perſequens ita peruertet omnes Chriſtianos habentes vſum liberi arbitrij, vt eius erroribus inhærentes nulla deinceps ratione poſſint ad fidem reuocari, ſed ſint certo damnandi: vide ex ſacroſanctis &cæt. in Elucidationibus, primæ partis, articulorum numero quingenteſimo ſexageſimoquarto. [Semper enim verum eſt, inuitis omnibus portis inferorum, illud Chriſti in tex. Non rapiet eas (quarum ſcilicet multæ ſunt omni tempore in Eccleſia catholica) quiſquam de manu mea. Item oſtenſio, quod illa Ianoueſij ſit hæreſis damnata eſt procul dubio concluſionis ſecundæ huius capituli confirmatio. Id quod eſt vniuerſaliter intelligendum, tanquam regula certa, in omnibus ſimilibus.]

Confutatio erroris eſt contraria veritatis probatio ſeu cōfirmatio.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. X.

VOCES ſcripturarum ſanctarum ſunt communes bonis, & malis, catholicis, & infidelibus, id eſt hæreticis, atque Iudæis, ſed verus earum ſenſus non eſt eiſdem communis, quandoquidem boni ex ſcripturarum auditu proficiunt in melius, mali autem his auditis ex proprio vitio proficiunt in peius, item catholici ſcripturas, ſiue intelligant, ſiue non intelligant eas, in magno honore & reuerentia habent, nihil falſitatis in eis contineri conſtanter afferentes, hæretici autem ſcripturas illas nimis deſpiciunt, in quantum peruerſitate propriæ mentis cō ficta multa irrationabilia, & falſa eiſdē ſcripturis, tanquam ipſæ falſa, & irrationabilia illa dicerent, inferunt (id quod eſt maxime blaſphemum.)

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Diſſenſio facta eſt iterum inter Iudæos propter ſermones hos, &c. vſque ad cæcorum oculos aperire. In quibus ante omnia notato verbum illud, Iterum: ex quo motus recole diſſenſiones multas ſimiles, aut quaſi ſimiles, ſupra narratas capite 6. 7. & alibi, etiam in alijs Euangeliſtis, quo diligenter facto, videbis faciliter, quod iſta concluſio capituli eſt quodammodo vniuerſalis ad omnia illa loca, & conſequenter, quod uice verſa ab omnibus illis locis iuuatur. Multoties igitur talem diſſenſionem, qualis eſt hæc, accidiſſe eſt confirmatio grandis, quod concluſio illa ſit vera. Pars itaque prima, ſcilicet voces ſcrip. ſanct. ſu. commu. bon. & mal. cathol. & infidel. i. hær. & Iudęis patet ex illo tex. propter ſermones hos, id eſt ex eo, quod omnes iſti poſt diſſentientes audierunt eoſdem Chriſti ſermones, id eſt eandem ab eo tunc factam prædicationem. Hoc etenim eſt, uocem eloquiorum Chriſti fuiſſe omnibus illis communem. Patet uero bene conſideranti textum, quod illorum audientium aliqui erant boni, & ita, vt vocari fideles poſſent, aliqui autem mali,

Concluſio hac locis multis correſpodet.

Digitized by Google

mali, & ita, ut vocari poſsent infideles. Porro uox illa CHRISTI exterior eſt eadem, quæ in Euangelio ſcripta eſt, & à ſimili, omnem aliam ſcripturam ſanctam, ideſt Canonicam (Concilium Tridentinum ſeſſione quarta, Decreto primo,) conſignificat: quando quidem de tota ſcriptura tali uerificatur, quod eſt uerbum, Deuteronomij octauo. Quod procedit de ore Dei. Cæterum ab hæreticis, atque à catholicis, acceptatur litera, tanquam quoddam ambobus commune, totius noui, & totius ueteris teſtamenti: quamuis quidam hæreticorum alias, & alias utriuſque teſtamenti partes reijciant (ut recitatur in Elucidarionibus, primæ partis, quæſtione prima articulo primo. Append.) Iudæi autem qui & ipſi cum infidelibus computantur, conueniunt cum catholicis, quantum ad literam ueteris teſtamenti reiecto nouo, in totum.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, verus ſcripturarum ſenſus non eſt communis bonis, & malis, fidelibus, & infidelibus, demonſtratur ex tex. Diſſenſio facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos. Non etiim facta eſt ſic propter ſermones diſſenſio, quaſi quod aliqui Iudæorum non audiſſent corporeis auribus, illos CHRISTI ſermones totos, quidam vero taliter non audiſsent eoſdem: ſed quia ex illis ſermonibus alij mentis auribus uerum, alij autem falſum ſenſum traxerunt. Nam vnuſquiſque iuxta ſui animi affectionem de ſermonibus ipſis iudicarunt: & quia diuerſa illorum erat ad CHRISTVM ſermocinantem affectio, propterea diuerſas de illis ſermonibus ſententias conceperunt. Licet enim intellectus, ad quem pertinet, concipere hunc, vel illum ſenſum, & voluntas, cuius eſt ſic, uel ſic affici, ſint duæ potentię realiter diſtinctæ, prima quæſtione octuageſimaſecunda, articulo tertio, tamen uolunta per modum agentis mouet intellectum, prima quæſtione octuageſimaſecunda, articulo quarto; & prima ſecundæ; quæſtione nona, articulo primo, unde ſit, quod affectiones voluntatis multum ualeant ad uariandum conceptum intellectus, & ita: ut ipſum communiter impediant à cognoſcenda ueritate, falſitateque ab eo pro ueritate, & ueritatem pro falſitate, faciant acceptari. Boni itaque illorum ſermonum auditores beneaffecti, utpote rectam rationem in affectione ſua ad CHRISTVM ſequentes, conformem rectæ rationi, ideſt uerum ſenſum ex illorum auditu hauſerunt: mali autem male affecti, utpote paſſionem inuidiæ, uel odij rectæ rationi anteponentes, conformem paſſioni ſuæ, ideſt falſum: (ut in textu nunc declarando patebit.)

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Boni ex ſcripturarum auditu proficiunt in melius, mali autem, his auditis, ex proprio uitio proficiunt in peius. item catholici ſcripturas, ſiue intelligant, ſiue non intelligant eas, in magno honore & reuerentia habent, nihil falſitatis in eis contineri conſtanter credentes corde, & ore aſſerentes, hæretici autem ſcripturas illas nimis deſpiciunt, inquantum peruerſitate propriæ mentis conficta multa irrationabilia, & falſa eiſdem ſcripturis, tanquam ipſę irrationabilia falſa, illa dicerent, inferunt (id quod eſt maxime blaſphemum:) hæc, inquam, tertia pars concluſionis demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Dicebant multi ex ipſis &c. Vbi primo patet omnibus, quod uerba illa, dæmonium habet, & inſanit, quid eum auditis? important malorum profectum in peius: & quod illa: Hęc uerba nō ſunt dęmonium habentis, nunquid dęmonium poteſt cæcorum oculos aperire? bonorum in melius profectum oſtendunt. Mali nanque tantas nōdum dixerant iniurias contra Chriſtum: quod legatur Licet enim de illo dixerint cap. 7. Dæmonium habes, & cap. 8. Samaritanus es tu, & dęmonium habes, & cap. nono, Scimus, quia homo peccator eſt: tamen nondum adiunxerant, Inſanit, nec alios expreſſe auerterant verbis à CHRISTI prędicatione dicen- Primo.

tes; Quid eum auditis? In peius ergo, & valde peius, profecerunt nunc: quoniam & omnia illa contumelioſa coniecerunt in ipſum vnico illo verbo, Dęmonium habes, quãdoquidem habẽs cum dęmonio commercium non poteſt non eſſe peccator, facileque alijs inimicatur (quod ipſi intellexerant per illud, Samaritanus es,) & inſuper addiderunt, Inſanit, ac, quid eum auditis. Tanquam apertè cum ſtomacho loquẽtes dixerint: Non eſt dignus audiri, quoniam nec ipſemet intelligit ſemetipſum, cum loquatur & velut arrepticius, vtpotè dęmoniũ habens, & velut extra rationis terminos poſitus, vtpote inſaniens, Vbi vides, ꝙ hi mali damnant ſeipſos; verba Chriſti audire nolentes, & damnant, quantum in ſe eſt, proximos ſuos, ab auditu talu tis eoſdem impedientes. Porrò è regione boni nondum (quod legatur) tanta in defenſionem Chriſti coram eius aduerſarijs dixerunt: quanta nunc. Licet enim ex ſermonibus illius ædificati auertiſſent ſemper aures ſuas (ſicut & nunc auertunt) à diſſuadentibus eis prædicationem Chriſti (vt patet ſupra in multis Euangelij locis:) tamen in tantum bonum non profecerunt, vt præſentibus inimicis Chriſti, & confiterentur, illum non habere dęmonium, & hoc ipſum comprobarent dicentes, Nunquid dæmonium poteſt cęcorum oculos aperire? Quibus verbis, ſi diligenter ponderentur, ſignificari etiam videbimus (licet hoc forſan in illis ſuis verbis turbæ non intellexerint explicite:) quod Chriſtus eſt Deus.

AD HVIVS VLTIMI dicti intelligentiam ſciendum eſt, quod quædam ſunt miracula (largo modo. Nam potius mira vocantur,) quæ fieri poſſunt virtute dęmonum, & Angelorum, quædam vero ſunt, quæ non eorum, ſed ſolius Dei virtute fieri poſſunt. Illa enim quæ ſupra ordinem naturæ ſunt, nulla creatura virtute propria facere poteſt: cum & ipſa, quæcunque ſit, ſubiaceat legibus naturę. Supra ordinem verò naturæ ſolus Deus eſt, cum & ipſum & ipſam naturam ſolus creauerit: & ideo non mirũ, quod Deus poſſit ꝓ libito ſuo operari virtute propria ſupra ordinem naturæ: id quod eſt operari vera miracula, prima quæſt. 105. artic. ſexto & ſeptimo. Ex his patet, quod omne illud, quod ſiſtit infra ordinem naturæ, poteſt facere & bonus, & malus Angelus, quando ſibi permittitur. Quemadmodum poſſunt aliquorum animalium generationem operari virtute ſeminum, applicando ſcilicet illa occulte, vt non videantur ab hominibus; quæ ſemina ſunt in rebus naturalibus, ad illorum animalium generationem ordinata (id quod fecerunt per Magos Pharaonis, Exod. ſeptimo, & octauo.) Quo etiam modo alterare naturam alicuius poſſunt. Vnde infirmos, quibus beneficio naturæ ſubueniri poſſet, ſanare poſſet. Illa autem, quę ordinem naturę ſimpliciter tranſcendunt, non poſſunt fieri, niſi à Deo: ſiue etiam à bonis Angelis, & ſanctis hominibus virtute Dei, quam orando impetrant. Talia vero ſunt illuminatio cæci, & reſuſcitatio mortuorum. Non enim virtus naturæ ſe extendere poteſt ad oculorum reſtitutionem, & mortuorum ſuſcitationem, prima quæſt. 105. artic. octauo. Et ideo dæmonium non poteſt cæcorum oculos aperire, neque mortuos ſuſcitare: ſed hoc eſt ſolius Dei, & ſanctorum virtute Dei. Ad textum ergo, his in eius gratiam prædeclaratis reuertentes, dicimus, quod turbæ illum proferentes, ſi intendiſsent loqui de apertione oculorum virtute propria aperientis, puta quod Chriſtus, de quo ſub illis externis verbis. [Nunquid demo. po. cę. ocu. ape.] miraculum illud verificari ſubintelligebant, feciſſet illam apertionem virtute propria (ſicuti re vera fecit:) tunc proculdubio, veritate præmiſsa ab ipſis cointellecta, ſcilicet, quod ſolus Deus virtute propria poteſt tale miraculum facere, voluiſsent ſic dicendo concludere, quod Chriſtus erat verus Deus. Sin autem ſub illis verbis intendiſsent loqui de apertione oculorum virtute aliena, ſcilicet Dei, tunc voluiſsent ſic dicendo concludere cum Nicodemo, Ioan. tertio, & cæco nato, Ioan. nono, quod Chriſtus erat verus Dei amicus, ideſt vere ſanctus. Nonne hoc ibi ſimi-

Cur non poſſit dæmõ vera miracula nec ꝑ ſeipſũ nec per aliũ, facere.

Quãtã excellẽtiam attribuere intendant Ch iſto turbę ſub illis verbis, Nunquid, &c.

ter

ter cõcluſerat Nicodemus dicendo: Nemo poteſt ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo? Nonne & idem concluſit efficaciter cæcus natus ibi dicẽs: Niſi eſſet hic à Deo, nõ poterat facere quicquam?

DE MIRACVLA Facientibus.

IN præmiſſis, ad errorem vitandũ, intellige ſemper hanc limitationem, ſcilicet, quando aliquis homo in proteſtationem propriæ vitæ facit miracula, [ſicut de Chriſto erat notum Iudæis, cum ipſe dixiſſet hoc, Ioã. 10. Opera, quæ facio, teſtimonium perhibent de me.] Alioquin in proteſtationem bonæ doctrinæ poſſunt non ſancti vera miracula facere: quãdo ſcilicet doctrinam bonam prædicant. Id quod fideliſſimus Eccleſiæ catholicæ doctor, his verbis declarat, 2. ſecundæ, quæſt. 178. artic. ſecundo. Operatur Deus miracula ad hominum vtilitatem, & hoc dupliciter. Vno modo ad veritatis prædicatæ confirmationem. Alio modo ad demonſtrationem ſanctitatis alicuius: quẽ Deus hominib. vult proponere in exemplum virtutis. Primo autem modo miracula vera poſſunt fieri per quemcunque, qui verã fidem prædicat, & nomen Chriſti inuocat: quod etiam interdum per malos fit. Secundo autem modo non fiunt miracula, niſi à ſanctis: ad quorum ſanctitatem denunciandam fiunt, vel in vita eorum, vel etiam poſt mortẽ, ſiue per eos, ſiue per alios. Legitur enim Actu. decimonono, quod Deus faciebat virtutes per manus Pauli, & etiam à corpore eius ſudaria deferebantur ſuper languidos, & recedebant ab eis languores. Sic etiam nihil prohiberet, per aliquem peccatorem miracula fieri ad ſancti alicuius inuocationem: quæ tamen miracula non dicitur facere ille, ſed ille, ad cuius ſanctitatem denunciandam hæc fierent. Hęc ibi, in corp. Item, in reſpon. ad tertium dicit. Semper miracula ſunt vera teſtimonia eius, ad quod inducuntur. Vnde à malis, qui falſam doctrinam enunciãt, nunquam fiunt vera miracula ad confirmationem ſuæ doctrinæ: quamuis quandoque poſſint fieri ad commendationẽ nominis Chriſti, quod inuocant, & virtute Sacramentorũ, quæ exhibent. Ab his autem malis, qui veram doctrinam enunciant, fiunt quandoque vera miracula ad confirmationem doctrinæ, non autem ad teſtificationem ſanctitatis. Hæc ibi. Ad quorum etiam manifeſtationem facere poſſunt ea, quæ Beatus Auguſtinus ſic in lib. 83. quæſtionum, dicit. Admonet nos Dominus, vt intelligamus: quædam miracula etiam ſceleratos homines facere, qualia ſancti facere non poſſunt. Ideo non omnibus ſanctis illa miracula attribuuntur: ne pernicioſiſſimo errore decipiantur infirmi, æſtimantes in talibus factis eſſe maiora dona, quam in operibus iuſtitiæ, quibus vita æterna comparatur. Hęc ibi. Cęterum, ſi quęras, vbi de hoc apud aliquos mirando admoneat nos Dominus; reſponſio eſt in promptu, Matth. ſeptimo. Multi dicent mihi in illa die, Domine nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et ego confitebor illis, quia nunquam noui vos. Ecce, quòd ſceleratiſſimi, ut qui & in gratia Dei nunquam poſt ętatem pueritię fuerint, & tunc actualiter damnandi ſint, miracula uera, multaque fecerunt: cum tamen non omnis ſanctus, nec etiam Ioanes baptiſta, quo nullus inter natos mulierum maior, Matth. 11. ullum miraculum faciat, Ioan. decimo. De hoc etiam quod Beatus Auguſtinus dicebat, admonuit Apoſtolus dicendo, primo Corinth. decimotertio. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Patet enim, quod quicunque non habet charitatem, eſt malus, etiam quod habeat fidem [En vera fides, ſine charitate: contra Lutherum dicentem, quod fides non poteſt eſſe ſine charitate. Cuius damnationem etiam uide in Elucidationibus prima ſecundę articulorum numero, 602.] Nam hoc ſolum donum Spiritusſancti, ideſt charitas, diuidit inter filios regni, & filios perditionis (vt inquit Beatus Auguſtinus libro decimoquinto, de Trinitate.) Sed & hoc ipſum à Domino habemus dicente, Ioannis decimotertio. In hoc cognoſcent

Cur ſceleratis cõcedatur quãdoque facere miracula, et ſanctis aliquibus denegetur.

dicent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

PROBATIONIS
Tertiæ Continuatio.

IN tertia parte concluſionis non tantum de bonis, & malis mentio fiebat, de quibus proceſſit haſtenus probatio cum annexis declarationibus, ſed etiam mentio facta eſt ſpecialiter de catholicis, & hæreticis, de quibus nunc reſtat ſpecialiter, pro complemento illius probationis, dicendum. Probatur ergo de catholicis *Secundo.* particula ibi poſita: quoniam ipſi ab his bonis Iudæis figurati de ſermonibus Chriſti dicunt in tex. Hæc verba nō ſunt dæmonium habentis, & huius ſui dicti ſubiungunt mox probationem claram ibid. Nunquid dæmonium poteſt, cæcorum oculos aperire? Quaſi dicant: hoc eſt ei impoſſibile. Impoſſibile igitur eſt (inquiunt implicite:) & quod verba Chriſti ſint verba dæmonij, & quod Chriſtus illa verba dicens habeat dæmonium: quoniam (ut manifeſte nobis omnibus notorium fuit) ipſe oculos cæci nati aperuit. Catholici ergo per os illorum loquentes pro primo principio ex omni parte firmiſſimo habent, quod impoſſibile ſit, dæmonium habere aliquam partem in ſcripturis diuinis, ſeu (quod in idem redit) quod aliqua verba ſcripturarum ſanctarum ſint verba dæmonij. Hoc eſt. Quod aliqua verba illarum ſint falſa. Quid enim dæmonio pro ſua inuentiua proprietate tribuitur? Falſitas, ſeu mendacium. Veritas enim prima CHRISTVS Dominus de diabolo ſic teſtatus eſt, Ioan. octauo. Non eſt veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax eſt, & pater eius. Nec ſolum de Euangelio intelligas, quando dictum audis, Scripturas ſanctas, putans, ſolum Euangelium eſſe verba CHRISTI: ſed per ſcripturas illas intellige totum ſanctæ bibliç & vetus & nouum, teſtamentum: quia vniuerſorum librorum canonicorum (Concil Trident. ſeſſ. quarta,) verba omnia ſunt verba Chriſti. Eminentiam quidem tenet Euangelium in hoc, quod non tantum eſt Chriſti, tanquam ſubiecti, ideſt tanquam de quo tractatur, ſed eius etiam eſt, tanquam ab eo immediate ore proprio enũciati (Hebr. primo:) non tamen propter hoc ab alijs ſcripturis tollitur, quin & ipſæ ſint Chriſti, tanquam ſubiecti, de quo tractatur. Inquit enim Apoſtolus de toto veteri teſtamento, Rom. primo, in ſcripturis ſanctis de filio ſuo. Vbi denotat, ſecundum expoſitionem Angelici Doctoris ibi, quod filius Dei eſt totius ſcripturæ ſubiectum, ideſt, quod de ipſo omnes ſcripturæ tractant: licet ſingulæ ſcripturarum partes ſecundum diſtinctas eiuſdem ſubiecti conſiderationes (ſicut & in ſcientijs humanitus inuentis fit circa aliquod illorum vniuerſale ſubiectum, puta circa ens.) Item catholici eadem ratione, qua dicunt in tex. Hæc uerba non ſunt dæmonium habentis, profitentur in ſacra ſcriptura nihil hominibus nociuum reperiri poſſe: quin potius omnia ibi reperta eſſe illis multum utilia, ſecundum illud 2. Timo. 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum ad iuſtitiam. Dixi, eadem ratione: quia dæmonium ſemper machinatur ad malum hominis, & nunquam ad veram eius utilitatem: id quod ſignificauit Dominus dicendo, Ioan. octauo. Ille (diabolus) homicida erat ab initio. Antiquiſſima igitur, & indeficienter continuata, ad extremum malum, cum ſit dæmonij contra hominem inimicitia, teſtante ibi CHRISTO, non eſt putandum quod illud aliquando quicquam vtile homini uelit, ſeu procuret: ſed firmiter eſt tenendum, quod ipſum & nunquam non ceſſet à procuratione noxiorum hominibus, & ſemper abſque vlla intermiſſione, tanquam leo rugiens, circumeat quærens, quem deuoret, primo Petr. 5. Item catholici in eo, quod dicunt in tex. Nunquid dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire, proteſtantur ſe habere Chriſti uerba, ideſt totam ſcripturã ſanctam, in magno honore, ac reuerentia ſiue ipſam intelligant, ſiue non. Intelligunt enim, eam ſecundum omnes eius partes eſſe à Deo, quod virtualiter fatentur

Primum principiũ fundatiſſimum de ſcripturis, apud catholicos omnes.

Oĩa verba totius ſcripturæ ſunt verba Chriſti.

Sẽper ad animæ, & corporis hominum perniciem toto conatu ſuo tendit diabolus, leõ 8

Digitized by Google

tur per illum tex. Nunquid dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire (vt ſupra deductum fuit:) & hoc eis ſufficit ad deferendum honorem magnum ac reuerentiam literis ſacris, licet ſenſum earum quandoque non intelligant, dicentes humiliter cum diſcipulis, neſcimus quid ibi Dominus loquitur, Ioan. 16.

DE HÆRETICIS modo probatur particula in fine concluſionis poſita: quoniam ipſi ab illis malis Iudæis figurati de ſermonibus Chriſti, & de Chriſto ſermocinante, dicunt in tex. Dæmonium habet, & inſanit. Quid eũ auditis? De ſermonibus, inquam, Chriſti hæc ipſa dicunt; quoniam dicta de authore ſermonum re ſundant (vt quotidie patet) in ipſorum quoque ſermonum vituperium, vel etiam laudem. Quid ergo inferendum reſtat ſecundum hæreticos: ſi Chriſtus, ſm illos hic in figura propria deſignatos, dæmonium habet, inſanit, & nõ eſt audiendus? Quod dæmonium eſt author ſcripturarum. (Quo certe quid horribilius, magiſque infandum, & veritati inimicum?) & tamen re uera non defuit Manes hæreticus, vulgo appellatus, Manichæus; qui hoc ipſum ad literam de aliquibus Chriſti ſermonibus dicere præſumpſit: videlicet, quod vetus teſtamentũ à dæmonio factum eſt: & quod nouum non à Chriſto vero, ſed à Chriſto tãtum phantaſtice humanato. Hunc & alij ei antonomatice ſimiles, ideſt ſtulti (nã hoc nomen, manes, interpretatur inſanus) imitati ſunt: qui etiam geminata litera, n, Mannichæum, quaſi manna fundentem, pro Manichæo, ideſt inſano, appellarũt (teſte B. Auguſtino,) vt rudiores huius verbi lenocinio ad ſe pertraherent. Aliorũ autem hæreticorum quidam iſtos, quidã alios, tum noui, tum veteris teſtamenti libros & partes, tanquam non Chriſti verba, reiecerunt: quamuis non expreſſe (vt Manichæus) illa dæmonio tribuerẽt, ſed tantum implicite. De his, quot & quanta de vtroq; teſtamento ſpeciatiter amputarent, vide i Elucid. pri. par. q. 1. art. 1. append. Implicite, inquam, dæmonio illa tribuebant: quandoquidem omne mendacium, omneque hominum ſaluti, tũ corporali, tum ſpirituali contrarium à diabolo originaliter proficiſcitur (ut ſupra ex Ioan. 8 conſtat.) Plurima autem mendacia, inania, fatuitates, inſanias falſas irrationabilia, & auribus Chriſtianis indigna, quæ omnia ſaluti vtriuſque hominis cõtrariantur, hæreticos tribuere libris diuinis tam quo ad literam, quam quo ad ſenſum eſt manifeſtiſſimum. Et quamuis hæc omnia illi à ſeipſis, per diaboli eorũ ſenſum, & imaginationem illudentis, 1. q. 111 art. 3. 4. & q. 114. art. 2. Sophiſticatione decepti, confingunt: tamen illa eadẽ ſcripturæ ſanctæ, tanquam ipſa diceret, aſcribunt. Quod vltra ſummam blaſphemiam eorum, atque damnationem, quid aliud eſt: niſi ponere ſcripturas ſanctas in deriſionem, direptionem, & nihilipenſionem? Id quod verè originaliter eſt dicere: quod Chriſtus ſuppoſite author ſcripturarum veterum, vt Deus, nouarum, ut Deus, & homo, dæmonium habet, inſanit, & indignus eſt auditu.

Quomodo hæretici dicunt de Chriſto: Dæmoniũ habet, inſanit, quid eum auditis?

CONFIRMATIO
Concluſionis III.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ S. Dei.

QVOD hæreticum eſt dicere, totam ſcripturam ſacram, cum omnibus, & ſingulis eius partibus, prout in Eccleſia catholica legitur, & in ueteri vulgata Latina editione habetur, non eſſe verbum Dei, ſeu (quod in idem redit) non eſſe uerba CHRISTI: vide ex ſacroſanctis Concilijs, &cæt. definitum eſſe, in Elucidationibus, primę partis, articulorum numero primo. Quod literam de ſe & catholicis, & hæreticis communem deprauarunt multipliciter illi, ſpeciatimque in viginti locis. Lutherus (tanquam CHRISTVM dæmoniacum & inſanum, dicentes:) vide ibidem, ſcilicet in Elucidationibus, primæ partis, articulo primo. Quod hæreticum inſania plenum eſt, (maximeque CHRISTO ignominioſum) dicere: diabolum, quem Manichæus cum ſuis uocabat Deum malum, ueteris teſtamenti eſſe authorem, & conſequenter teſtamentum illud eſſe de ſe malum: uide ex ſacroſanctis &cæt. fuiſſe definitum, in Elucidationibus,

primę, ſecundæ, articulorum numero 519. 520. & prima parte, articul. numero 204. Item in Veritatibus aureis, &cæt. Deuter 33 concluſ. 2. Quod Chriſtus nõ eſt phantaſtice, ſed uere incarnatus, & conſequenter, quod à Chriſto non phantaſtico, ſed uero, noua, ideſt Euangelica lex data eſt (contra hęreſim phantaſtici, ideſt ſtolidi Manichæi:) vide, ex ſacroſanctis ſcripturis, Concilijs, &c. eſſe determinatum, in Elucidationibus, 3 de Salua. articulorum numero primo, 33. 94. 95. 96. 195. 251. 246. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Numer 17. concluſ. 1. & Deuter. 9 concluſ. 7. Quod Iudæi ſacræ ſcripturæ ueteris, licet textus literæ ſit nobiſcum communis, ſenſus beſtiales, & incompoſitos, maximeque animales, pro veris, imponunt: vide in Veritatibus aureis &cæt. Exod. 34. concluſ. octaua, & nona.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. X.

EGO, & Pater, vnum ſumus. Suſtulerunt ergo lapides Iudæi, ut lapidarent eum.] Hic loquitur Chriſtus de vnitate eſſentiæ: iuxta illud in contextu: Quod dedit mihi Pater, maius eſt omnibus. Ex hoc enim dicto adiuncta minori propoſitione, ſcilicet nemo po. ra. de ma. pa. me. infert poſtea concluſionem iſtam, ego & pater vnum ſumus. Quid autem ſit illud maius omnibus rebus, quod dedit pater filio, norunt omnes Doctores ſacri, quod ſcilicet eſt diuina eſſentia. Hanc ſiquidem pater per æternam generationem dedit filio. Exponatur ergo ſecundum contextum, neceſſe omnino eſt ſic: Ego, & pater vnum, ſcilicet in eſſentia ab illo mihi data, ſumus. Nec vllus huic textuali expoſitioni, adeo grauiſſimis, & apertiſſimis verbis patenti, vnquam contradicet: niſi ignorantia maxima, & proteruia affectus, qualis fuit Arrius, tumore ſuperbiæ nimis obcæcatus. Nunquid non & Iudæi Arrium ipſum de ignorantia prædicta, & proteruia damnarunt: quando ad huius vocis audi tum, ſuſtulerunt lapides, vt lapidarent Chriſtum? Vtique: Nam ideo lapidare eũ volebant; quia, vt ipſi dicunt, his verbis faciebat ſe Deum. Quod quidem ſuum dictum, ſcilicet facis teipſum Deum, Iudæi non intelligebant de Deo participatiue, ſed de Deo eſſentialiter: ac ſi dixiſſent. Iccirco lapidare te volumus: quia tu iſtis tuis verbis, Ego & pater vnũ ſumus, fateris, te eſſe Deum eſſentialiter, ſeu (quod idem eſt) per naturam. Porro ſi dictum Chriſti intellexiſſent de Deo participatiue, dictum illud pro blaſphemia non reputaſſent, nec propterea lapides ad lapidandum eum ſuſtuliſſent. Sciebãt. n. multoties in ſua lege (vt etiam Chriſtus eis cõmemorat) ſcriptum eſſe, ꝙ aliqui homines vocantur dij in hoc ſenſu, quia. ſ. à Deo vero participabant aliquid vel poteſtatis ad iudicandum, Exod. 22. Dijs non detrahes, vel cognitionis ad docendum, ſeu prophetandum, Pſal 81. Ego dixi, Dij eſtis, vel &c. Cum ergo Chriſti dictum illud reputauerint eſſe blaſphemum, neceſſe omnino eſt dicere, ꝙ ipſi pro certo tenuerint, Chriſtum fuiſſe locutum de Deo per eſſentiam in tex. Ego & pater vnum ſumus. i. ꝙ ipſe eſſet vnum eſſentialiter cum illo, & propterea Deus per eſſentiã. Nouerant iam ex multis eius ſermonibus Iudæi, ꝙ Chriſtus nomine patris ſui intelligebat Deum, & Deum quidem veteris teſtamenti, quem ijdem Iudæi ſe colere profitebantur, Ioan. 8. Et quem ex eodem teſtamento edocti ſciebãt eſſe Deũ per naturam. Ex hac ergo duplici eorum notitia facile fuit Iudæis, audito ꝙ Chriſtus ſe eſſe dicebat vnum cum patre, iudicare id, quod re uera erat, ſcilicet, ꝙ ipſe in verbis illis diceret ſe eſſe vnum Deum naturaliter cũ eo, & hoc eſt, quod in ſymbolo fidei ſancta confitetur Eccleſia, ipſum eſſe conſubſtantialem patri.

EGO (inquit) ET PATER vnum ſumus. Pondera illam coniunctionem, &, ſciaſque recta naturali ratione docente, quod non coniunguntur niſi illa quæ aliquo modo diſiuncta ſunt. Vbi enim nulla præſupponitur diſtinctio: ibi iniuſte, immò etiam contra ipſam rationem, apponeretur cõiunctio. Ad quid enim valet, uelle, ſeu conari, cõiungere penitus indiuincta, niſi ad manifeſtandum magnam ignorantiam ea coniungere volentis? Quo contra nolens ponere coniunctionem inter illa, quæ

Ex intellectu et Iudæorũ circa ſenſum verborum Chriſti de

natur Arrij profunda ignorãtia.

quæ ſecundum fidem diſtincta ſunt, iudicatur damnabiliter ignorans, id eſt, quod teneat illa eſſe omnino indiſtincta, & ꝑ conſequens, ſi tali ignorantiæ ſuæ pertinaciam voluntatis adiungat, iudicatur hæreticus. Hoc docuit Vigilius Papa per hoc, quod in ſua Epiſtola ad Eutherum ait. Illud novelli eſſe iudicamus erroris: quod cum in fine Pſalmorum ab omnib. catholicis (ex more) dicatur Gloria Patri, & Filio, & Spirituiſancto, aliqui (ſicut indicas) ſubducta vna ſyllaba coniunctiua, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitatis, dicendo, Gloria Patri, & Filio, Spirituiſancto. Quamuis ergo ipſa nos ratio euidenter edoceat, quia ſubducta vna ſyllaba, perſonam Filij, & Spiritusſancti vnam quodammodo eſſe deſignent: tamen ad errorem talium conuincendum ſufficit, quod Chriſtus dixit, Baptizātes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Ergo cum non dixerit, Patris, & Filij, Spiritusſancti, ſed æqualibus diſtinctionibus Patrem, & Filium, & Spiritumſanctum iuſſerit nominari, conſtat, illos omnino à doctrina Dñica deuiare, qui aliquid huic voluerint cōfeſſioni derogare. Qui, ſi in errore permanſerint, ſocij nobis eſſe nō poſſunt. Hęc ibi. Docuit illud idē & ſanctus Quintianus per hoc, ꝙ in ſumma ſuæ fidei, dans regula bene loquendi de Chriſto, dicit. Si quis Deum hominem; & non magis Deum & hominem, dicit, damnetur. Hæc ibi. Quia.n. eſt diſtinctio realis perſonalis tamen inter filium, & Spiritumſanctū, diſtinctioq; naturarū.ſ. diuinæ & humanę eſt in Chriſto: ideo Vigilius iudicauit neceſſariū eſſe coniunctionē, &, ponere inter nomen Filij, ac Spiritusſancti, quā ēt ideo Quintianus inter Deū, ac hominē in vno Chriſto de neceſſitate ponendā ſanciuit. Ex his annotatis quid ad tex. Euág. reſtat dicendū? Quòd diſtinctio realis perſonarū eſſe inter Patrem, & filiū (a ſimili ſemper intelligas de Spirituſancto) ſignificatur à Dño per hoc, ꝙ inter vtrumq; nomen ponit coniunctionem, dicens, Ego, & Pater, vnū ſumus. Sicut ergo per ſam Arrij hæreſim dānauit dicendo, Vnū, ita quoq; Sabellianam dānat dicendo, & qñ ſuam patriſq; perſonā noiat. Dogmatizauit quippe Sabellius ꝑſonas diuinas eſſe re indiſtinctas, quamuis nomine diſtinctas: vnde ſecundum huiuc hæreticum fuiſſet dicendum ſine, & Ego Pater vnum ſumus.

Quanti momenti ſit hoc exprimere coniunctionē, & vbi exprimenda eſt: atque eā tacere.

Coniūctionē, & diſtinctionē realem dicit, &c.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. X.

SI illos ſcriptura dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt: quē Pater ſanctificauit, & miſit in mundū, vos dicitis, q̄a blaſphemas: quia filius Dei ſum. Vbi dixit Chriſtus, Filius Dei ſum? Ibi; Ego, & pater, vnū ſumus. Deū ſiquidē ibi vocat patrē ſuū, & ideo ijſdem verbis profitetur, ſe eſſe filium eius, nō tñ hūc finē fecit, q̄a ad hoc ipſis oſtendendū ſufficiſſet dicere; Ego, & pater: qm̄ omnes per hoc nomen; Pater, á Chriſto prolatum intelligebant Deum: Sed vltra proceſſit, ad monſtrandū videlicet qualis filius Dei eſſet, vtrū ſ. adoptiuus, vel naturalis, ꝓpter qd̄ addidit, vnum ſumus. Non quidē vnione tantum amoris, qua cū illo filij adoptiui vnū ſunt, iuxta illud, Ioā. 16. Vt ſint conſummati in unū: ſed vnione vnionū omnium ſuprema; qua nō poſſit quiſquā rapere oues meas de manu mea (vt contextus ꝓcedens, ſ. qua huius tex. optima gloſſa declarauit) & hæc eſt omnipotentia, quæ ſoli Deo vero naturaliter conuenit. Dicendo aūt ibi, Filius Dei ſum, denotat diſtinctionē realem eſſe inter ſe & patrē. Nomina.n. hæc, Filius, Pater, ſunt relatiua: & relatiua, cū ſint relatiuè oppoſita (vt patet in lib. Poſtprędicamētorū) ferūt ſecū de neceſſitate realē diſtinctionē ad inuicem. Realē, inquā in propoſito tex. quo ad perſonas, non quo ad natura, hoc eſt, ſunt realiter duæ perſonæ numero diſtinctæ, Filius & Pater, ſed vtręq; perſonæ realiter habēt eandem numero naturam. Vnde ad hac veritatē nobis notificandam in textu filius ſignanter dixit, vnum; non aūt, vnus. Neutrū.n. genus (vt fideliſſimus Eccleſiæ doctor habet, 1. p. q. 31. art. 2.) eſt informe: maſculinū aūt & fœmininum, eſt formatū & diſtinctum. Ideo cōuenienter per neutrū genus ſignificatur eſſentia cōis, per maſculinum autem, & fœmininum, aliquod ſuppoſitū determinatum in natura cōmuni. Vnde ēt in reb. humanis, ſi quęratur, Quis eſt iſte, reſponderetur Socrates, qd̄ eſt nomē ſuppoſiti; ſi autem quæratur, Quid eſt iſte, reſponderetur animal rōnale mortale (quod eſt

Quanta, & quare, ſit differētia inter genus neutrū, & maſcu. in theologicis.

nomen

Digitized by Google

nomen naturæ. Ideo, quia in diuinis diſtinctio eſt ſm perſonas, nõ ſm eſſentiã, dicimus, q pater eſt alius à filio, ſed non aliud, & è conuerſo dicimus, q ſunt vnũ, ſed non unus. Hæc S. Thomas ibi.

A. D. illos ergo, qui ex verbis in vero ſenſu auditis, Filius Dei ſum, putarunt q blaſphemaſſet, ideſt attribuiſſet ſibi (quẽ tantummodo creaturam eſſe videbant) illud, quod ſoli Deo conuenire poteſt, dirigit ſermonem in principio annotationis huius poſitum, vt & ex teſtimonio diuino, quod ipſi recipiebant, deducat, ſe non blaſphemaſſe dicendo, Filius, ſcilicet per naturam, Dei ſum, & conſequenter confirmet iterum illud, quod dixerat in cuius ſignum replicat hic in fine textus reſponſiui ad illos id, quod ad eoſdem antea dixerat. Nam, Pater in me eſt, & ego in patre, eſt idem in ſenſu, quod, Ego, & pater vnum ſumus, quod etiam eſt idem cum, Filius Dei ſum. Vnde B. Chriſoſtomus ponderans, non ſuperficialiter ſolum attingens (quod facit Arrianus) hoc textuale Domini reſponſum, ſic concludit. Dominus autem non deſtruxit opinionẽ Iudæorum æſtimantium, quoſt ſe Deo parem diceret, ſed magis contrarium facit. Nam ſequitur. Reſpond. eis. Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra? &c. Hæc ille ſuper Ioan. Ex pſalmiſtę igitur dicto Dij eſtis, argumentatur ſic Chriſtus ad conſequendum propoſitum ſupra. Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura, ideſt & hoc dictum ſcripturę non poteſt eſſe falſum, aut blaſphemum: quem pater ſanctificauit, &c. (vt ſupra) ideſt quomodo poterit vnquam eſſe falſum, aut blaſphemum, dicere, quod ille, qui maius in infinitum, quam illi, habet à Deo, ſit verus Dei filius, ſeu (quod idem eſt) verus Deus? Vel argumentationem eandem verbis Beati Auguſtini ſic exprimamus. Si ſermo Dei factus ad homines fecit, vt dicerentur dij: ipſum verbum Dei quomodo non eſt Deus? Si per ſermonem Dei homines, participando, fiunt Dij: verbum, vnde participatur [ideſt vnde participatio fit] non Deus? At ſi Auguſtinus [ſuæ interrogationi huic reſpondens, dicat hoc, quod non ſit Deus, eſt contra rationem, & impoſſibile.

Quid intēdat Dominus reſpondendo ſi illos dixit Deos ad, &c. q ſcilicet intēdit duo.

Mira Chriſti argumentatio extenditur.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. X.

QVEM pater ſanctificauit, & miſit in mundum, &c.] Hoc eſt, illud maius in infinitum, quod ſupra diximus habere Chriſtum à Deo, quam habeant alij ex participatione ſermonis Dei. Sanctificauit enim pater illum, & vt Deum, & vt hominem. Vt Deum quidem ſanctificauit (ſecundum expoſitionem B. Auguſtini,) ideſt ſanctum ab æterno genuit. Nam cum tunc eum gignendo communicauerit ſuam eſſentiam ei, quæ ſumma ſanctitas eſt, non potuit generare, eum ſumme, & infinite, & perfecte ſanctum. Porro ſanctitas hæc quibuslibet omnium illorum, ad quos ſermo Dei factus eſt (quin, & vniuerſarum creaturarum etiã ſimul ſumptarum) ſanctitatibus nonne maior in infinitum eſt? Vtique. Vt hominem verò pater, Chriſtum ſanctificauit, ideſt (ſecundum expoſitionem B. Hilarij) fecit, vt humanitas eius eſſet vnita filio Dei in perſona. Propter quod homo ille, ratione talis perſonę ſibi per illam ſingularem ſanctificationem [Hæc ſanctificatio à ſchola ſacrorum Theologorũ vocatur gratia vnionis] communicatę eſt uerus Deus; licet non ratione humanitatis ſuæ ſeorſum conſideratæ? Modo patet, quod iſta ſic declarata Chriſti hominis à Patre ſanctificatio quibuslibet omnium illorum, ad quos ſermo Dei factus eſt (quin & vniuerſarum creaturarum etiam ſimul ſumptarum) ſanctificationibus maior in infinitum eſt, quoniam omnes alij ſanctificãtur per gratiam adoptionis, ideſt ad hoc, vt fiunt filij adoptiui, Chriſtus homo autem ſanctificatur (vt diximus) per gratiam vnionis, ideſt ad hoc, vt vere ſit Dei filius naturalis, ita, q Dei filius & hominis filius eſt (vt dicit idem Hylarius 7. de Trinit. Non ergo eſt blaſphemia, ſed ſyncera veritas illud, quod Chriſtus, & primo ſimpliciter dixit, & poſtea ex pſalmo deduxit, ſcilicet Filius Dei ſum, ſiue, vt Deus, ſiue vt homo, loquatur. De Iudæis ergo illis, ſicut & de figuratis ab ipſis, ideſt de hæreticis, verificatur illud, Iudæ cap. 1. Quæcunque ignorant, blaſphemant: id quod (vt naturalis

Pulchre tres expoſitiones ſuper verbũ ſanctificauit, ſingillatim concludentes, quod Chriſtus eſt verus Deus, ideſt per eſſentiã.

turalis ratio dictat) eſt in ſe peſſimum, Deo inimiciſſimum, proximis periculoſiſſimum. Vel ſanctificauit, id eſt (ſecũdum expoſitionem Theophil.) ſacrificari pro mundo ſanxit. Cui expoſitioni, videtur ſatis fauere contextus mox ſubnexus; ſcilicet, & miſit in mundum. Miſſus enim eſt filius in mundum ad hunc finem, vt ſaluaret mundum primo ſuæ ſanctæ vitæ exemplis, ſecundo ſuæ ſanctæ doctrinæ per miracula confirmatæ verbis, tertio tādem ſuæ ſanctæ carnis ſacrificio in ligno crucis, iuxta illud Ioan. 3. Miſit Deus filium ſuum in mundum, vt ſaluetur mundus per ipſum. Triplici videlicet modo nunc declarato, licet principalius tertio. Expoſitionis autē Theoph. verba ſunt hęc. Pater ſanctificauit eum, hoc eſt, ſanxit ſacrificari pro mundo. In quo oſtendit, ſe non eſſe Deum, ſicut cæteri. Nam ſaluum facere mundum, diuinum opus eſt: non autē hominis deificati per gratiam. Hęc ille, ſuper Ioan. Chriſtus ergo per hoc quod à Deo patre ſanctificatus eſt, & miſſus in mundum (modo declarato) concludit veriſſime, ſe eſſe verum Deū.

MISIT (inquit) in mundum. Per hoc ſignificat ille homo Chriſtus, qui loquebatur, quod erat, antequam ad nos veniret. Mitti ſiquidem in aliquem locum non conuenit alicui rei, niſi ante fuerit, quam ibi, quo mittitur, eſſet. Is igitur, quem Pater miſit in mundum, erat antequam in mundum viſibiliter mitteretur. Denotatur ergo per hunc textum, quod perſona diuina filij Dei, quæ erat antequam mundus fieret, facta eſt perſona filij hominis in myſterio incarnationis, cuius ratione Chriſtus dicitur miſſus in mundum. Nam filium Dei à patre miſſum in mundum eſt ipſum ex obedientia patris incarnari, id eſt humanitatem noſtram aſſumere. Porrò nec anima nec corpus Chriſti erat, antequā ipſe veniret in mundū (vt patet) ergo dicere oportet, & quod de eius perſona ſit ſermo, cum dicitur ex textu hoc, eſſe antequam veniret in mundum, & conſequenter, quod perſona illius hominis Chriſti non eſt creata, ſed increata, vtpote Deus. Hanc veritatem etiam ſupra docuerat Dominus his verbis, Ioan. 6. Deſcendi de coelo, nō vt faciam, &c. & iterum Panis, qui de coelo deſcendit, &c. & iterum, De coelo deſcendens, item Ioan. 1. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt. Hoc eſt, Per Chriſtum, qui poſt factum mundum erat viſibiliter in mundo, factus eſt mundus. Quod quidē non eſſet verum, niſi Chriſtus fuiſſet ante mundum, qui in tempore ab ipſo factus eſt. Item Ioan. 3. Nemo aſcendit in coelum, niſi qui deſcendit de coelo. Ergo Chriſtus, ſecundum hunc textum, erat in coelo, antequam deſcenderet ad nos, id eſt non anima, neque corpus, ſed perſona diuina Chriſti hominis, qui tunc loquebatur. Item alibi frequenter inuenies hoc ipſum. Quoties enim dictū à Chriſto audies in Euangelijs, quod à patre miſſus eſt in mundum, aut aliquid prędictorum ſimile, toties ibi habes ad literam, ſi (vt oportet) eam iuxta declarationes ſimilium præmiſſas intellexeris, quod perſona Chriſti hominis, id eſt humanitatis Chriſti, eſt Deus.

Chriſti hominis perſona eſt Deus.

Multoties habetur in Euāgelio quod humanitatis Chriſti perſona eſt Deus.

ANNOTATIO QVARTA,

Capi. X.

MISIT in mundum.] Hoc eſt, Pater miſit in tempore perſonam meam in mundum, quæ erat ante mundū (vt etiam circa annotationis tertiæ finem tactum eſt) vide hic directè, ex vtraque parte percuti Arrium. Quid de filio Dei abſolute, id eſt ſecundum totum eius eſſe (ſolum enim creaturam eū eſſe volebat) dixit Arrius? Erat quando, non erat. Hoc enim habetur ex Concilio Niceno primo, dum Arrianos damnans inquit, Dicētes autē, Erat quā hō erat, aut hō erat antequam fieret, &c. Anathematizat catholica, & Apoſtolica Eccleſia. Hęc illud. Quid voluit dignum anathemate dicere Arrius per hoc, Erat, quando non erat? Tempus erat, quando filius Dei nō erat. Ponebat ergo Arrius per id ſuum dictū hæreſim hanc, quod filius Dei ſecundum quod filius Dei, non erat æternus. Contra quam præmiſſam, directè, & ex duabus partibus volens percutere eam, inſurgit Chriſtus homo (hic enim tunc loquebatur, audiebatur, videbatur) dicens, ſe eſſe ab æterno ante mundum. Patrem enim miſiſſe illum in mundum concernit hoc totum. Quod quidem concernat,

illum

illum fuiſſe ante mundum declaratum eſt ſupra, Annot. 3. Quod autem concernat illum fuiſſe ab æterno, nunc declaratur ex fidelisſimo Eccleſiæ Sanctæ Doctore, 1. q. 43. art. 2. & 4. Ibi namq; reſpondens B. Gregorio dicenti, eo mittitur filius quo generatur, inquit art. 2. ad primum, Gregorius loquitur de generatione temporali filij, non à patre, ſed à matre, quia ex hoc ipſo filius habet, quod poſſit mitti, quod eſt ab æterno genitus. Nam miſſio (vt ſubdit art. 4.) in ſui ratione importat proceſſionem ab alio, & in diuinis, ſecundum originem: Vnde, cum pater non ſit ab alio, nullo modo conuenit ſibi mitti, ſed ſolum filio, & Spirituiſancto quib. conuenit eſſe ab alio. Hæc ibi S. Thomas.

Generatio filij Dei têporalis præſupponit generationem eius æternam.

Ex eo igitur, quod filius Dei nunc dicit, ſe a patre miſſum eſſe in mundum, connotat, ſe fuiſſe ante mundum, & ab æterno quidem. Vis modo videre, quod ſupra dicebatur, ſcilicet ipſum percutere Arriũ ex duabus partibus, ſeu ex vtroque latere? Audi. Chriſtus hominis filius nunc loquitur, & dicens, ſe eſſe miſſum à patre in mundum, conſignificat (vt oſtenſum eſt) ſe fuiſſe ante mundum ab æterno. Ex hac ergo Chriſti hominis ſententia relinquitur concludendum, quod Chriſtus, & vt filius hominis, eſt Deus, & vt filius Dei, eſt Deus. Sic tamen, ne fiat error intelligendo, quod CHRISTVS ſecundum quod homo, ſeu (quod in idẽ redit) ſecundum quod filius hominis, eſt Deus, ratione ſolum perſonæ, quam ille homo habet 3. de Sal. q. 16. artic. 11. non ratione naturæ, Chriſtus autem ſecundũ quod Dei filius, eſt Deus, & ratione perſonæ, quam habet, & ratione naturæ. His pro catholica veritate ſtantibus, recole, quod Arrius dicebat Chriſtum vt filium Dei, non eſſe Deum, ſed creaturam excellentiſſimam, intantum, vt propter hanc gratiarum excellentiam diceretur filius Dei: & videbis promiſſum, ſcilicet, quod à Chriſto ſupra fuit ex vtroque latere percuſſus. Nam ibi ſe monſtrauit, & ſecundum quod creatura, & ſecundum quod filius Dei, eſſe Deum per eſſentiam verum (modo ibi declarato.)

Chriſtus ſecundum quod homo, eſt Deus, & ſecundum quod filius Dei, eſt Deus, quomodo intelligatur.

ANNOTATIO QVINTA, Cap. X.

MISIT (inquit) in mundum. Vt ſcilicet ratione vnionis gratuitæ ad illam perſonam, quæ mittebatur aſſumere humanitatem, homo ille eſſet re vera Deus per eſſentiam, ideſt Deus, filius Dei, non adoptiuus, ſed naturalis. Quia nunc, & ſupra, textum, ſanctificauit, fit mentio de gratia vnionis, ideo ad declarationem textus ampliorem valebit oſtendere diffuſius, quam ſupra, quid ſit gratia vnionis. Pro cuius faciliori, & ſecuriori capiu, vtamur verbis Angelici doctoris, 3. de Sal. q. 2. art. 10. inquirentis, an vnio incarnationis ſit facta per gratiam: cuius verba ſunt hæc. Gratia dupliciter dicitur: vno modo, voluntas Dei, gratis aliquid dantis; alio modo, ipſum gratuitum Dei donum. Indiget autem humana natura voluntate Dei gratuita ad hoc, quod eleuetur in Deum, cum hoc ſit ſupra facultatem ſuæ naturæ. Eleuatur autem natura humana in Deum dupliciter: vno modo per operationem, qua ſancti cognoſcũt & amant Deum. Alio modo per eſſe perſonale: qui quidem modus eſt ſingularis Chriſto, in quo natura humana aſſumpta eſt ad hoc, quod ſit in perſona filij Dei. Manifeſtum eſt autem, quod ad perfectionem operationis requiritur, qđ potentia ſit perfecta per habitum. Sed ꝙ natura habeat eſſe in ſuppoſito ſuo, nõ fit mediate aliquo habitu. Sic ergo dicendũ, ꝙ ſi gratia accipiatur ipſa Dei voluntas aliquid gratis faciens, vel gratum ſeu acceptum aliquid habens, vnio incarnationis facta eſt per gratiam, ſicut & vnio ſanctorum ad Deum per cognitionem, & amorem. Si vero gratia dicatur ipſum gratuitum donum: ſic ipſum, quod eſt, naturam humanam eſſe vnitam perſonæ diuinæ, poteſt dici quædam gratia, inquãtum nullis præcedentibus meritis hoc eſt factum, non autem ita quod ſit aliqua gratia habitualis, qua mediante talis vnio fiat. Hæc autem gratia vnionis (vt ſubdit ibid. art. 12.) non poteſt dici Chriſto homini naturalis, quaſi cauſata ex principijs naturæ humanæ in ipſo, dicitur autẽ naturalis in ipſo, inquantum

Gratia habitualis, & gratia vnionis, diffiniũtur, & ab inuicẽ valde differentes oſtenduntur.

eam

eam à natiuitate habuit, quia ab initio conceptionis fuit natura humana diuinæ perſonæ unita. Hæc ibi. Ex quibus ſummatim dic. Quid eſt gratia vnionis? Eſt naturam humanam vniri perſonæ filij Dei, nullis præcedentibus meritis. Inquantum enim nullis præcedentibus meritis fit, ſed ſola Dei voluntate gratis illud faciente, dicitur gratia, inquantum illud eſt, naturam humanam vniri perſonę filij Dei, dr vnionis. Hinc patet, quod gratia vnionis non eſt accidens, & per conſequens quod non eſt gratia habitualis, ſed quid ab illa multum, & differens, & illa maius: Nam gratia habitualis, & eſt accidens in ſola anima receptum, & eſt quędam ſimilitudo diuinitatis participata in homine, ipſum autem vniri perſonaliter Deo neque eſt accidens (vt ex terminis patet) neque in ſola anima eſt, neque eſt ſimilitudo diuinitatis participata. Nã per ſacroſanctum incarnationis myſteriũ natura humana non dicitur participaſſe ſimilitudinem aliquam naturæ diuinæ, ſed dicitur eſſe coniuncta ipſi diuinæ naturę in perſona filij id quod valde maius eſt. Quis enim neſciat hoc ſcilicet, quod ipſa res eſt quid ſatis maius, quam ſimilitudo eiuſdem rei participata? Item, Gratia vnionis (vt dicebatur) non eſt ſolum in anima, quoniam ipſum gratuitum Dei donum, quod eſt vniri diuinæ perſonæ, pertinet ad totam naturam humanam, ex anima, & corpore compoſitam. Hoc ſiquidem docere voluit Apoſtolus verbis illis, Coloſſen. 2. In Chriſto habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Hoc eſt: Chriſti natura diuina nõ ſolum eius animę, ſed etiam corpori vnita eſt in perſona.

SVPRA dictum eſt, quod gratia vnionis eſt Chriſto naturalis eo modo, quo illud, quod à natiuitate habemus, põt dici naturale nobis, iuxta id, Epheſ. 2. Eramus natura filij irę, ideſt propter peccatum à natiuitate in vtero, ideſt a cõceptione contractum, filij irę eramus, & id, Sap. 12. Nequam eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorum, ideſt à natiuitate incipiens: cui dicto nunc addimus, quod gratia illa dicitur ei naturalis etiam propter aliud, ſcilicet propter naturam diuinam. Vnio enim illa eſt cauſata ex virtute diuinæ naturę, quę eſt vere ab ęterno natura Chriſti. Si ergo quęratur ſecũdum quam naturam Chriſti vnionis gratia ſit ei naturalis: reſpondendum ex prę miſſis ſimul collectis eſt, quod ſecundum vtramque, ſed diuerſimode. Nam ei naturalis eſt propter naturam diuinam, inquantum natura diuina eſt principium actiuum gratiæ vnionis [Et hoc ſcilicet eſſe huius gratiæ actiuum principium cõuenit toti Trinitati: cum huic toti natura diuina ſit communis 1.q.39 art.2.] Eſt vero ei naturalis, ſecundum naturam humanam propter proprietatẽ natiuitatis eius, prout, ſcilicet ex Spiritusancto ſic conceptus eſt, vt eſſet idem in perſona naturalis filius Dei, & filius hominis. Quamuis autem gratia diuidatur contra naturam, ſicut, & gratuita contra naturalia, & propter hanc oppoſitionem poſſet videri, ꝙ vnionis gratia non poſſet Chriſto eſſe naturalis, tamen hoc inde deductum falſum eſt. Stant enim ſimul duo hęc, ſcilicet gratuita diuidi contra naturalia, quod eſt ipſa opponi ad inuicem, & gratiam, ſeu gratuitum donum vnionis eſſe naturalem Chriſto, qđ eſt ipſa non opponi in Chriſto: quoniam gratuita tunc opponuntur naturalibus, quando ſumuntur ſecundũ idem (oppoſitionis enim vna conditio eſt, eſſe ſecundum idem, vt patet ex philoſopho, in lib. Poſtprędicamentorum) in Chriſto autem gratia vnionis, & eſſe naturale, nõ ſumuntur ſecundum idem. Nã illud donum dicitur gratia, inquãtum nõ eſt ex merito, dicitur autem naturale, inquãtum eſt ex virtute naturę diuinę in humanitate Chriſti, ab eius natiuitate.

Ex his omnibus in Annot. 3.4.5. dictis, habes plurima ad abundantiam expoſitionis tex. Sanctificauit, & miſit in mundum, facientia.

Digitized by Google

CAPITVLVM VNDECIMVM.

Erat quidam languens, Lazarus, à Bethania, de Caſtello Mariæ, & Marthæ, ſororum eius. Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis ſuis,&c. Miſerunt ergo ſorores,&c. vſque in finem capituli:

CONCLVSIO PRIMA.

Amicos Dei valde affligi in hac vita eſt quidem mirabile: non tamen hoc eſt ſignum (vt impiorum vox eſt) quod Deus vel minus diligat eos, vel non habeat prouidentiam de illis: immo ipſę amicorum Dei afflictiones, & cędunt vniuerſaliter in magnam eius gloriam, & oſtendunt ſpecialiter dilectionem, ac prouidentiam Dei erga illos.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euágeliſta per tex. Domine, Ecce, quem amas, infirmatur, & tex. Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado, vt a ſomno excitem eum, & tex. Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam, & tex. Venit itaque, & inuenit eum quattuor dies,&c. Lachrymatus eſt Ieſus, &c. Laza.ve.foras,&c. Prima itaque pars, ſcilicet amicos Dei affligi valde in hac vita eſt mirabile, conſtat ex eo, quod Lazari ſorores, quaſi mirum quippiam Domino per nuncium proponentes dicunt, Ecce, quem amas, infirmatur. Non enim ſine cauſa, antequam de amici eius infirmitate faciant mentionem, exprimũt; Ecce.

Aduerbiũ Ecce quid ſignifi[cet] et apud homines, et apud ſcõs ſcri... con ſuetudinẽ.

Porrò, quod hoc aduerbium non ſolum demonſtrationẽ alicuius rei, ſed ẽt ſecũ quandam admirationem de re demonſtrata, importet nulli (opinor) ignotum eſt: ſiue hominum locutionẽ cõmunem, ſiue ſanctarum ſcripturarum phraſim, attendat. Patet enim quod homines aliquid admirationem ſecum trahens oſtendere alicui volentes dicunt, Ecce, tale quid, nec ſine hoc ſigno, Ecce, oſtendentes illud videntur ſibi, pro condecẽtia locutionis ad rem oſtenſam, ſatisfeciſſe. Patet etiam in ſcripturarum ſacrarum lectione expertis, quod ipſæ, quando aliquod admiratione dignum narrare volũt apponere ſolent aduerbium hoc, Ecce. Et, vt de multis aliquem locum annotemus. Quando illud myſterium ſacrum omni admiratione plenum, ſcilicet Chriſti natiuitatem Angelus paſtoribus nunciauit, nonne antepoſuit, Ecce? Ecce (inquit Luc.2.) annuncio vobis gaudium magnum,&c. Rurſus. Ad oſtendendum illud cunctis retro ſæculis immanifeſtum, & conſequenter admirationem magnam concernens, ſcilicet quod plenitudo gentium ventura erat ad veram Dei noſtri cognitionem, & cultum, id quod tunc in Magis, tanquam in ipſarum gentium primitijs præfigurabatur, vſus eſt coeuangeliſta Mathęus; Ecce, cap.2. Ecce Magi ab Oriẽte venerunt, &c. Nonne & ad nouum illud reſurrectionis Domini ab Angelo hominibus deportandum, pro mirabilitate rei mox futuræ præſignanda, dicitur Math.28. Ecce terremotus factus eſt magnus, Angelus enim Dñi. &c. Nunquid non & nos in admirationem attollere volens tum de ſubita Angelorum viſione, tum de iudicij nouiſſimi ab eis prædi-

prædictione in reuerſione Chriſti, tunc aſcendentis, B. Lucas dixit, Actu. 1. Ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui, &c.? Quia igitur ſorores illę. Maria videlicet & Martha, in ſeipſis mirabantur, remque alijs mirandam pro ponere intendebant, ideo ſecundum mo rem humanum illum, & diuinum procedentes, dixerunt; Ecce. Quid in ſeipſis mirabantur, idque vt mirandum alijs proponebant? Quod amicus Domini tā potentis in opere & ſermone, vt iam experimento cognouerant, languore magno infirmaretur. Vnde Teophil. ille docens hoc ſuper tex. Ecce, quem amas, infirmatur, dicit. Tantam enim potentiam in Domino eſſe credebant: quod mirum videretur, qualiter virum ſibi dilectum infirmitas potuerit occupare. Hæc ibi. Etenim nec ſorores illæ ſciebant, nec alios vix ſcire, putabant: quomodo inter ſeſe concordarentur bene duo hæc, Quē amas, & infirmatur. Nam iuxta rationis humanæ faciem ſibi primo occurrentem diſcurrentes ab amore ad infirmitatem videbant id, quod ſoluere non poterant, & ideo ſiſtentes in eo, quod re vera cognoſcebant, de reliquo ſibi ignoto admirabantur. Vñ conceptum tale cũ, Ecce, neceſſario exprimendũ iudicauerũt.

QVID videbant illę ſorores, in quo tanquam re vera cognito, ſine admiratio ne ſiſtebant? Quod Dominus amabat Lazarum: itē, quod Lazarus infirmabatur. Amorem enim Domini erga illum per experientiam præteritam, infirmitatem vero illius per præſentē, nouerant. Quid eſt illud, quod à ſe viſum ſorores ipſæ ſol uere non poterant: de eoque tanquam ſibi ignoto, ad ſoluendum, mirabantur? Incluſum in illo amore, & excluſum ab illa infirmitate, id eſt quod ille amans po terat impedire infirmitatem ab amico, & quod non eſt impedita infirmitas, ſed de facto illi ſuo amico ſuperuenit. Duo igitur hæc vltima cogitantes, dicebant ſe cundum illam rationis humanæ (vt diximus) primo occurrentem. Amat, & potuit. Si amat, cur malum amico uenire

Dubium magnũ cũ ſuis ratio- nib. vtrin que mul- tis commu ne.

permiſit? Etenim hoc videtur eſſe contra legem amoris: quandoquidem amare ali quem eſt bonum uelle ei. Si potuit: cur amicum à malo ſuperueaturo non præſeruauit? Videtur enim & hoc contra legem amoris in aliquo potente conſiderati: quoniam ſicut amare in ſe conſideratum eſt bonum uelle amato, ita amare in connexione ad potentiam conſideratum eſt, ſecundum quod potes, amato bonũ procurare, & multo magis malum ne illi contingat, impedire. Hæc autem cogitantes, & apud ſe inſolubilia uidentes, in ſtuporem cuiuſdam magnę admirationis rapiebantur: quam ad extra mittebant per illud aduerbiũ, Ecce. Hinc per quoddam conſequens fit, quod ſi potentiam ſolum, uel ſolum Domini amorem, & Lazari amati infirmitatem, nullo alio addito, conſideraſſent, tunc eis in ſua hac propoſitione per nuntium, quæ præconceptæ earum cōſiderationis erat expreſſiua, ſuffeciſſet, ſine illa admirationis nota dicere; Domine, quem amas, infirmatur: quemadmodum, tali admirationis cauſa ſubmota, dixit uel Cēturio, Matth. 8. Domine, puer meus iacet in domo Paralyticus, & male torquetur, uel Princeps Synagogæ, Matth. 9. Domine, filia mea modo defuncta eſt, ſed ueni, impone manum tuam ſuper eam, & uiuet; uel Chananæam, Matth. 15. Filia mea male a dęmonio uexatur.

PRÆMISSI TEXTVS Examen.

DOMINE (inquiunt) quem amas, infirmatur. Quid petant expreſſe nō apparet: ſed ſolummodo manifeſtam Chriſto facere curant propriā, quæ erat Lazari fratris, miſeriam dicentes; Infirmatur. Expreſſe, inquam: quia implicite; in uno expreſſo, ſcilicet Amas, & multũ, & multa cum fiducia petiũt. Sciunt enim ex amoris legibus, ſufficere amico neceſſitatem tantum exponere, abſque alicuius ſpecialiter expreſſæ petitionis additamento. Quapropter ex hac ſcientia animo in ſpem bonam erectę magna cum fiducia intra ſe dicebant. Nihil a Domino explicite petamus, ſed ei de amore ſuo erga infirmum mentionē faciamus: quoniam ſic nihil petentes, omnia quæ leuandæ infirmitati proficua ſunt, & petemus, & faciliter obtinebimus. Sic equidem omnia illa petemus; quia amicus

Ieſus

uertis(qualis Dominus noſter eſt) cum velit bonum amico ſuo, tanquam alteri ſibi, ſolicitius eſt proculdubio ad repellendum malum ab amico ſuo, tanquam ab altero ſe. Sunt enim amicorum verorum in primis iſta communia, quod vterius & diligit bonum alterius, ſicut ſuum proprium, & odit malum alterius, ſicut proprium. Vnde fit, vt de bono illius, ſicut de proprio, gaudeat ita, vt non poſſit nõ gaudere, & de malo illius, ſicut de proprio, triſtetur ita, vt non poſſit non triſtari: ideoque per conſequens fit, vt alteruter ipſorum bonũ amici, ſicuti propriũ, augere & conſeruare conetur, malum vero eiuſdem, ſicuti proprium, diminuere, & totaliter expellere pro viribus ſtudeat. Cum igitur iſta omnia dictet amico vero lex amoris, ſufficiat nobis (inquiebant illæ) notificare Domino noſtro, quod ille, quem amat, infirmatur. Dimittamus interim ei omnem curam de nobis: quoniã amor cordialiſſimus, quo eum nos veraciter amare per multam, ſanctamq; familiaritatem cognouimus, ſuggeret ei melius & efficatius omnia in hoc caſu ſaluti noſtræ oppotuna: q̃ quęcũq; alia verba noſtra. Sic ẽ, quaſi tacendo poſtulãtes multa (vt dicebatur) facilius impetrabimus: qm̃, ſic faciẽdo, maiorẽ in ipſo fiduciã habere nos, oſtẽdemus[effectus.n. fiduciæ grãdis eſt, omnem ſolicitudinẽ tuã projicere in eum, quem in adiutorium rogas:] & ad intuitum ſpei fiducialis in ſeipſum maxime Dominus auxilium porrigit opportunum: iuxta illud, Pſal. 90. Quoniam in me ſperauit, liberabo eum.

Lex vera amicitiæ.

ASSIMILATAE ergo ſorores iſtæ in petitione ſua quodammodo racita ſunt B. Virgini, quæ dum filio ſuo, à quo maxime ſe amari certo ſciebat, pro vini ſupplemento fiducialiter ſupplicaret, indigentiam ſolam ſuorum ei propoſuit, dicens Ioan. 2. Vinum non habent. Quanti autem valeant tales orationes, in ſolius miſeriæ orantium expreſſione plenam de reliquo ſuimet reſignationem in Dei prouidentiam continentes, patet & ibi per vini multiplicati, & hic per Lazari quatriduani, miracula ſollemnia: quorum illud ratione primitatis, illudq; ratione magnitudinis rei, cæteris præſtat. Valorem ſimilis orationis viderunt in principio Ordinis Prædicatorum, venerabiles Patres noſtri. Erat quidam nobilis Reginaldus nomine, Aurelianenſis decanus, qui nunc pro ſanctitatis vitæ merito communi voce Beatus Reginaldus dicitur. Hic Romæ, antequam ordinem hunc à ſe vehementer deſideratum actualiter intraret, infirmatus eſt ad mortem: quem Beatiſſima Virgo mater Dei, alijs duabus ſanctis. ſ. Catherina, & Cecilia martyribus aſſociata, viſitare dignata eſt. Hic ab illa ſingulari matre dulciter interrogatus, an aliquid ſpecialis gratiæ à ſeipſa vellet, dum parat reſponſum, ab vna illarum virginum collateralium ad aurem ſuam inclinata ſilentio audit. Videas chariſſime, & ſcito Reginam hanc eſſe matrem omnium gratiarum; propterea que illam copioſiorem tu tibi vtiliora dando, quam tu in deſiderando, & rogando. Ideo, cum maior ſit illa corde tuo, te in omnibus & per omnia in illius curam ſecure projcias, nihil expreſſe interim poſtulando, ſed vniuerſa arbitratui eius fiducialius relinquẽdo dicẽs; Domina, vt vis, & expedire mihi ſcis, ita facias cum ſeruo tuo. Dictum, ac factum. Tunc piiſsima Dei mater, accepta pixide olei ab altera ſuarum virginum vnxit infirmum vnctione ſanitatis eo modo, quo ſacerdotes inungere ſolent moribundos oleo extremæ vnctionis, mutando tamen uerborum formulas ad ſingulos corporis ſenſus[utputa, ungo pedes tuos in præparationem prædicandi Euãgelium pacis. Vngo renes tuos in ſignum perpetuæ caſtitatis, &c.] Quo facto dulciſsima uirgo protulit, & ei donũ aliud precioſum manibus ſuis dicens; En iſte eſt habitus Ordinis tui. Ex tunc itaque incæpit B. Dominicus Ordinis Prædicatorum pater, indui habitu illo, quo & ve ciuit ipſum Reginaldum ad ordinem recipiens: quo & deinceps totus ordo indutus eſt, gratias infinitas per hoc ſe referre ſemper proteſtans Beatiſſimæ veſtiariæ noſtræ. Nam antea habitum Canononicorum regularium(quem vocant, il Roccheto) portabat B. Dominicus cum ſuis: quo depoſito, habitum nouum à B. Virgine toti Ordini Prędicatorum, in perſona ipſius Reginaldi donatum, ideſt ſcapulare album, aſſumpſit.

Multus, orationũ quarum dam valor.

B. virgo protectrix eſt ordinis prædicatorum, medica, & veſtiaria.

DV-

DVBIVM Textuale.

QVEM (inquiunt) AMAS, INFIRMATVR. Cum amicus relatiue dicatur, ideſt ſit amico amicus, patet, quod non ſolum Chriſtus amabat Lazarum, ſed etiam Lazarus amabat Chriſtum: ideoque veraciter potuiſſent ſorores dicere, Domine, qui te amat, infirmatur. Cur ergo non ſic, ſed prælegerunt dicere: Domine, quem amas, infirmatur? Quia intendebant prouocare Chriſtum meliori modo, quo poterant, ad ſuccurrendum infirmo. Porro ad prouocandum Dominum pro conferendis nouis beneficijs medium multo efficacius eſt citare amorem ipſius iam experimento nobis manifeſtum, quam amorem noſtrum erga ipſum: & quia amor eius erga nos eſt in infinitum maior, quam noſter erga illum, & quia amor eius non cauſatur à noſtro, ſed noſter cauſatur ab illo. Quod enim nos amemus Dominum, procedit ex amore, quo Dominus amat nos. Propterea namque Dominus infundit poſtea amorem ſuum in cordibus noſtris, ideſt facit, quod nos amemus ſeipſum. Conſtat autem, quod cauſa, vt cauſa, ſemper eſt potior ſuo effectu, ut effectus eſt. Sorores ergo illæ minus prouocatiuo medio vſæ fuiſſent, & conſequenter minus intentioni propriç ſatiſfeciſſent, ſi dixiſſent, Domine, qui te amat, infirmatur: quam dicendo; Quem amas, infirmatur. Edoctæ igitur à Spirituſancto citarunt merita non propria, aut Lazari, ne viderentur humilitatis terminos offendere: præſertim cum ad eum, qui eſt humilis corde, Matth. vndecimo, verba tranſmitterent, ſed citarunt meritum amoris Domini erga Lazarum, vt per hoc eum prouocarent, quatenus amoris ſui erga infirmum officia exerceret. Id quod vtique maius eſt: quam ſi petitione ſimplici ſupplicarent dicendo: Domine, ſana eum. Quid enim apud Dominum non obtineat meritum amoris eiuſdem Domini? Hinc Eccleſia Catholica eodem Spirituſancto ad imitationem iſtarum ſororum inſtructa in ſuis ad Deum patrem orationibus non merita propria, ſed merita amoris (qui maxime in Crucis paſſione manifeſtatus eſt) Chriſti erga nos proponit ei, dicens, Per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum filium tuum, vt per eum ab illo, quicquid orando petierit, obtineat. Rurſus etiam, ſi ad Chriſtum ipſum orationem dirigat, idem facit, hoc eſt, eum per ſemetipſum ideſt per amoris ſui præcipui meritum rogare intendit, cum ait, Qui viuis & regnas &c. vt amoris tanti erga nos inopes, pauperes, & mendicos officia in tali, vel tali caſu exercere dignetur. Hic ſiquidem orandi modus tum ab his ſororibus, tum à ſancta Eccleſia, filijſque ſuis obſeruatus eſt illud petere, quod nobis Chriſtus toties præceptis ſalutaribus inculcat dicens, Ioan. decimoſexto. Vſq; modo non petiſtis quicquam in nomine meo, petite, ſcilicet in nomine meo, & accipietis. Itē capit. decimoquarto. Quodcunque petieritis patrē in nomine meo, hoc faciam. Rurſus ibid. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Itē capitulo decimoquinto. Vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis: Rurſum ibid. Quodcunque volueritis, petetis, ſcilicet in nomine meo, & fiet vobis. Quam ſalutiferam additionem ex his locis reliquit ſubintelligendam vbicunq; de oratione ſermonem fecerit, puta, Luc. vndecimo. Petite, ſcilicet in nomine meo, & dabitur vobis, pulſate, ſcilicet in nomine meo, & aperietur vobis: Omnis, qui petit, ſcilicet in nomine meo, accipit, & qui quærit, ſcilicet in nomine meo, inuenit, & pulſanti, ſcilicet in nomine meo, aperietur. Itē Mar. vndecimo. Quæcunque orantes petitis, ſcilicet in nomine meo, credite, quia accipietis, & euenient vobis: item Matth. ſeptimo. Petite, ſcilicet in nomine meo, & accipietis: Item cap. 18. De omni re quamcunque petierint, ſcilicet in nomine meo fiet illis à Patre meo. Rurſum alio modo allegare ſolet Eccleſia amorē Dei erga ſeipſam (ad inſtar illarum dicentiū; Quem amas, &c.) dum ſupplicationes ei porrigit, & hoc eſt, commemorare beneficia eius præterita, antequam de nouis conferendis eum roget. Hanc enim eſſe bonam præparationem ad hoc, ut exau-

Allegare Domino in orationib. amorem ſuum antea nobis exhibitum via eſt multũ apta exauditioni.

diatur, monſtrat ſe iudicare: dum ferè ſemper talem modũ in orando obſeruat. Vt, Deus, qui Beato Alexio tribuiſti, ut & noua mundum arte deluderet, & de hoſte humani generis mirabiliter triumpharet. [Ecce, allegatio amoris diuini erga ſeipſam, ſic videlicet beneficiando beatum filium ſuum Alexium] concede propitius, &cæt. [Ecce petitio nouorum beneficiorum.] Item. Beata Margarita, virgo & Martyr, quæ tibi grata ſemper extitit & merito caſtitatis, & tuæ profeſſione virtutis, [Ecce, allegatio amoris diuini erga ſeipſam: beneficia. ſ & virginitatis, & virtutis, idest cōſtantiæ in Martyrio, beatæ ſuæ filiæ Margaritæ dando, maius quoque beneficium ſuperaddendo, ſcilicet faciendo ſibijpſi gratam eandem in iiſdem duabus virtutibus] imploret nobis indulgentiam. [Ecce petitio noui beneficij.] Tali enim ordine ſenſus verborum conſtruitur: licet uerba aliter ordinentur. Ab his exemplis duarum collectarum diſce cæteras eius orationes.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, amicos Dei in hac vita affligi, non eſt ſignum (vt impiorum vox eſt) quod Deus, uel minus diligat eos, uel non habeat prouidentiam de illis: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado, vt à ſomno excitem eum. Ex eo enim, quod CHRISTVS Lazarum afflictum uocat amicum, patet quod non minus nunc ſic afflictum diligit, quam antea diligeret. Quo enim nomine magis expreſſiuo amoris ſui poterat ab eo uocari Lazarus, antequam ſic eſſet afflictus: quam nomine amici? Amicus nanque ſecundum nominis ſignificatum, alter ego, & dimidium animæ eſt ſuo amico. Quo quid maius, idest charius, dici poteſt? Si ergo DEVS minus amaret ſuos amicos tempore afflictionis ipſorum, quam proſperitatis, ipſe Lazarum, quem viuentem, ad ſignificandum amoris ſui magnitudinem erga illum, vocabat amicum, non eodem nomine uocaret iam mortuum. Amicos itaque Dei in hac uita affligi, etiam vſque ad mortem, & ſepulturam incluſiue (ſicuti nunc erat de Lazaro) non eſt ſignum quod Deus eos minus diligat. Plus ergo probauit Euangeliſta, quam nos in concluſione dixerimus: quoniam non ſolum probauit, amicos DEI hic affligi, non eſſe ſignum &cæt. ſed etiam probauit, amicos Dei hic affligi, uſque ad mortem & ſepulturam, non eſſe ſignum, quod DEVS minus diligat eos. [Sic & DEVS ſe afflictiſſimum Iob non minus diligere, quam proſperoſum, ſignificauit per hoc: quod illum tempore aduerſitatis conſideratum vocauit ſeruum ſuum, ſibique charum maxime declarauit, dum ad eius preces promiſit parcere, & pepercit, tribus eius amicis, cap. 42.]

Nec obſtat veritati præmiſſæ, quod CHRISTVS audita infirmitate Lazari, non ſtatim iuit ad illum, immò, vt dicit tex. Tunc manſit in eodem loco duobus diebus. Nam quod tardauerit, non fuit ex hoc, quod minus amaret Lazarum afflictum, ſed aliunde, ut ſcilicet (quemadmodum Beatus Chryſoſtomus ait) expiraret Lazarus, & ſepeliretur, ita ut poſtea dicerent, quoniam fœtet, quatriduanus enim eſt. Et hoc, ne poſſent Phariſæi ad peruertendum omnia bona eius opera ſemper intenti, miraculum fiendum calumniari dicentes, quoniam Lazarum nondum uere defunctum ſuſcitauit, ſed potius quodam ſtupore mortem præſeferente ſtupefactum. Quod autem non ex minore erga Lazarum amore tardauerit (ut contra cauillationem obijcientium ſupponebatur) monſtrat Euangeliſta per hoc, quod huic clauſulæ, Tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus, immediate connexerat hanc aliam clauſulam; Diligebat autem IESVS Martham, & ſororem eius Mariam, & Lazarum. Hunc ſiquidem textum immediate præmiſit: ne putares, tardationem biduanam, de qua mox ſubiungebat, eſſe à CHRISTO factam ex tepiditate amoris erga illas perſonas uehementer afflictas. *Optima ſolutio obiectionis tacitæ.*

ALIA VERO PARTICVLA huius

huius ſecundæ partis concluſionis, ſcilicet, quod amicos Dei hic affligi non eſt ſignum, quod Deus non habeat prouidentiam de illis, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Sed vado, vt à ſomno excitem eum. Niſi enim de Lazaro, etiam mortuo & ſepulto (ſepultus quippe erat, quando CHRISTVS hæc dixit) haberet prouidentiam: uerba hæc, quæ erga illum magnam ipſius prouidentiam ſonant, non dixiſſet. Suffeciſſet ſiquidem ei, ſi prouidentia nulla circa mortuum moueretur, dixiſſe: Lazarus amicus noſter dormit. Dum ergo de illo mortuo, circa quem omnium aliorum cura iam defecerat (cuius rei ſignum eſt uox illa ſororis eius; Iam fœtet, quatriduanus enim eſt) tantam prouidentiam habebat: reddidit nos certos, quod & de viuo illo, quantumuis afflicto, ſummam curam vbique gerebat. Tantam, dixi, prouidentiam: quia proprium uitæ periculum, vt ad excitandum Lazarum iret, contempſit (ut patet legenti textum,) id quod maximi amoris de amici prouiſione ſoliciti manifeſtum ſignum eſt.

Primo. VADO (inquit) VT à ſomno excitem eum. Per quod dictum ſuum oſtendit primo Dominus, amorem cum ſingulari prouidentia erga ſuos amicos nunquam ſeneſcere, ſed ſemper iuueneſcere. Certe & hic poteſt cum ueritate proportionali applicari illud, Ioan. decimotertio. Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mũdo, in finem dilexit eos: ſi magnitudo rerum ad Lazari excitationem concurrentium conſideretur quando CHRISTI cor totum in tenerrimũ vſque ad lachrymas amorem, & curam Lazari præcipuam verſum aperte, etiam ab inimicis, videbatur.

Multa perſtringuntur à nobis deſiderabilia in tex. Vado, vt à ſomno excitẽ eum.

Secundo. Secundo oſtendit ibi Dominus: quam contemnendus ſit pauor mortis, immò & quam deſideranda ſit mors, ab amicis ſuis: dum ipſorum mortem uocat ſomnum (ut à SOMNO inquit &cæt. Ac ſi per hoc dixerit. Sicut ſomnus ad hominum quietem multum proficit poſt labores diurnos, atque ideo ab his multum deſideratur: ita mors iuſtis poſt in hac uita exhauſtos pro DEI honore labores plurimam quietem affert, ideoque à iuſtis magno animo deſiderari debet.

Tertio. Tertio oſtendit ibi Dominus: quod poſt mortem corporalem iuſti (qualis erat Lazarus) uiuaciter, fortiores, & alacriores, reſurgent, quã fuerint prius in hac uita mortali: ſicut poſt ſomnum corpori debitum uidemus, & experimur, homines conſurgere tales è lecto ſuo. Iuſti, inquam, ad differentiam iniuſtorum: quoniam huiuſmodi bonæ reſurgendi conditiones, quas & ſub alijs uerbis legimus, primo Corinth. decimoquinto. Non uerificabuntur de iniuſtis: quamquam & ipſi corporaliter tunc ſurrecturi ſint.

EIVSDEM EXAMINIS Proſecutio.

Quarto. DOMINVS per ſuam eãdem ſententiam declarat, ſe eſſe Deum omnipotentem: quandoquidem non niſi Deus eſt omnipotens. Porro habere ſe omnipotentiam oſtendit, dum ait: Vt à ſomno excitem eum. Somnus enim hic erat illa uitæ priuatio, de qua legitur apud Philoſophum, libro Prædicament. A priuatione ad habitum non datur regreſſus, ideſt impoſſibile eſt naturaliter dari poſſe regreſſum à morte corporali ad uitam. Cum igitur tota natura creata non poſſit quantiſcunque ſuis uiribus in vnum collectis excitare mortuum ad uitam, & CHRISTVS ſe hoc facturum (quod & poſtea fecit) propria potentia teſtetur dicens, Vt à ſomno excitem eum, patet omni recta ratione utenti: ꝙ per ſententiam hanc, monſtrat ſe eſſe ſupra quaſcunque totius creatæ naturæ uires, id quod eſt eſſe Deum omnipotentem. At ſi facilitatem operis tanti, ideſt reſuſcitationis à morte, prædictis in conſideratione textus diligentiori adiungas: eum pluſquam omnipotentem (ſi ſic loqui licet) comprobabis. Quid enim eſt: Excitem eum à ſomno? Hoc eſt. Tam facile mihi eſt, Lazarum mortuum, quatriduo ſepultum, in fœtorem ex parte conuerſum, reſuſcitare ad uitam: ſicut homini facile eſt, aliquem in lecto dormientem excitare. Quod quidem dictum licet ueriſſimum ſit, non tamen præciſe, ut ſonat, intelligendum eſt ſolummodo: ſed in

Chriſto facilius eſt ſuſcitare quemcunque mortuum, quã hominib. facere ſibypſis facillima.

Digitized by Google

ratione cuiuſdam exempli. Deo namque ſuſcitare mortuum, quantumcunque etiã in viliſſimam, fœtidiſſimamque materiã totaliter reſolutum (vt in vltima omnium ſuſcitatione patebit) facilius eſt: quam cuicumque homini excitare alium dormientem, loqui, ſpuere, vel aliud humanitus facillimorum, efficere. Qui enim ſolo verbo creauit omnia (nam dixit, & facta ſunt, Pſalmo 148. Et, quæcumque voluit, ideſt ſola voluntate omnia fecit, Pſalmo 134.) Nihil omnino difficultatis habet ad reſuſcitandum quoſcunque mortuos: quandoquidem creatio, cum ſit ex non ente ſimpliciter ad ens, maiorem ſecundum ſe potentiam requirit, quam ſuſcitatio, quæ ex aliquo ente ad aliquod ens fit. Illud ergo de dormientis excitatione per comparationem ad homines (vt dixi) in ratione cuiuſdam exempli accipiendum eſt.

Quinto

Quinto in tex. Vt à ſomno excitem eum, ſubaudiri à nobis vult Dominus illud, quod, tanquã finem vltimum, præmiſerat, ſcilicet, pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Remoto enim illo fine, qui erat principalis, nõ reſuſcitaſſet Lazarum Dominus (quantum ex contextu illo ad literam conijcere licet:) tum quia non permiſiſſet eum mori, tum quia, ſi hoc permiſiſſet, noluiſſet reducere amicum ad præſentis uitæ multiplices erumnas, maxime cum amicus ille, & eſſet iam in Limbo Sanctorum Patrum pro ſuæ uitæ merito quietus, & iterum, ſi ad uitam præſentem reuocaretur, eſſet moriturus. In cuius rei remoto fine illo conſideratæ ſignum eſt: quod Dominus Lazarum de proximo ſuſcitaturus, vtpote in via ad monumentum iam conſtitutus, turbauit ſemetipſum, & lachrymatus eſt. Nam licet alijs de cauſis id fecerit Chriſtus: tamen propter hoc etiam, quod prediximus, illum feciſſe idipſum, ideſt turbaſſe ſemetipſum, & lachrymatum fuiſſe, credendum eſt.

Chriſtus non ſuſcitaſſet Lazarum, niſi pro gloria Dei.

Quis enim optimus, teneriſſimoque ex corde ſynceriſſimus amicus (qualis erga Lazarum erat Chriſtus) prę compaſſione non triſtetur, & ploret, ſi videat amicum ſuum iam e m[illegible] miſerijs fœliciter liberatum debere ad euſdem generis miſerias, & forte maiores, reuocari? Triſtabatur ergo CHRISTVS ex hac parte, & plorabat: licet ex altera præponderanti, ſcilicet ex gloria Dei hinc plurimum reſultante, gauderet, & ad amici ſuſcitationem, contemptis etiam inimicorum Iudæorum inſidijs in textu poſtea narratis, [Quid facimus: quia hic homo, &cæt.] & ab ipſo præuiſis, libenter properaret. Gloriam ergo Dei, ideſt id, quod honorem DEI concernit, rebus omnibus atque periculis, anteponendum ſemper eſſe, hoc in loco (ſicut & alibi ſemper) ſub ſuo exemplo ad literam docuit nos Dominus.

Honor dei ſuper oia à nobis aſtimadus, & inquirẽdus eſt. Sexto.

Sexto per verbum illud, Excitem, oſtendit CHRISTVS: quomodo intelligenda ſint omnia illa, quæ dicentur infra de oratione ſua ad Patrem pro ſuſcitatione Lazari, quod ſcilicet nihil illorum re uera infert (contra quoſdam incredulos) ſe propria poteſtate non reſuſcitaſſe Lazarum. Nam dicendo, Excitem, denotauit CHRISTVS (ut ſupra viſum eſt) ſe per ſuam potentiam, immò omnipotentiam, excitaturum eum: quæ, cum ſolius DEI ſit, à nullo maiore, quem propterea roget, dependet. Quare autem tunc orauerit, vt homo, ad patrem, non eſt præſentis loci fuſius enarrare: ſed tantum propter incredulorum illorum inſtantiam ſummatim dicere, quod hoc fecit & ad obſtruendum os Phariſæorum dicentium, ipſum eſſe à DEO alienum in operibus ſuis, & ad declarandum, quod ipſe multa [Vt hinc, tanquam à ſimili, ad alia arguamus] faciebat, atque dicebat, non propter neceſſitatem ſuam, ſed propter utilitatem noſtram. Quippe qui totam uitam ſuam à principio iam ordinauerat ad noſtram ſalutem: ſecundum illud Eccleſiæ Sanctæ Doctoris fideliſſimi; Se

Chriſtus ſe totũ nobis dedicauit.

naſcens dedit ſocium, conueſcens
in ædulium, ſe moriens in pre
cium, ſe regnans dat in
præmium (ut pa-
tet in hymno
feſti cor-
poris
CHRISTI.)

TER-

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET; Amicorum Dei afflictiones & cædunt vniuerſaliter in magnam Dei gloriam, & oſtendunt ſpecialiter dilectionem, & prouidentiam Dei erga illos, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Infirmitas hæc non eſt ad mortē, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam, & tex. Venit itaque & inuenit eum quatuor die, iam in monum ē to habentem, & textu. Reſurget frater tuus &c. Lachrymatus eſt &c. Tollite lapidem &c. Lazare veni foras. In Lazari enim amici Chriſti infirmitate, tanquam in ſuo ſimili, deſcribitur illud, quod de amicorum Dei aduerſitatibus pro quacunque differentia temporis iudicandū eſt. Dicit ergo Dominus de amico ſuo iā moribundo; Infirmitas hæc non eſt ad mortem &c. & vere ſic eſt, quandoquidē in lege, quā Chriſtus & in dictis, & in factis ſuis venerat adimplere, Matth. 5. ſcriptum eſt, Sap. 4. Iuſtus, ſi morte præocupatus fuerit, in refrigerio erit. Ideo mors corporalis, amicorū Chriſti vndecunque veniat, non eſt ad mortē, ſed ad refrigerium. Infirmitas (inquit) hæc &c De infirmitate hac Dominus loquitur, ſm quod ipſum decet: qui ſemper ad altiora meditanda contendit. Nam hanc infirmitatē, ſecundum ſeipſam, non conſiderat, qm̄ ſic dixiſſet oppoſitum, quandoquidē illa infirmitas, ſm ſe cōſiderata, erat ad mortem (vt rei euentus probauit) & ad mortē vtique diutiſſime (prout in cæteris accidit) permanſuram, ſed de ipſa, ſecundum quod ſtat ſub ordine præordinationis diuinæ, loquitur. Deus. n. ab æterno ordinauerat, q̄ hæc infirmitas nō firmaretur in morte, ſed per eam quaſi ſummis labijs deguſtatam, tanquam per quoddam medium tranſiret cito ad uitam. Ideo altiſſimam hanc cauſam pro menſura ſui dicti accipiens Chriſtus, ueriſſime pronunciauit: Infirmitas hæc non eſt ad mortē, ſcilicet tāquam ad terminum diutiſſime (ſicut in alijs accidere ſolet) permanentē. Quia igitur in morte non ſtetit Lazari infirmitas (vt in decurſu huius Euangelij patet,) mirum non eſt, ſi dicitur non eſſe ad mortem, & tanto magis, quanto apud nos in iure habetur; Non dicitur veniſſe, qui non ſtetit. Sed pro gloria (inquit) Dei &c. Hoc eſt. Infirmitas hæc termināda eſt vltimo ad gloriā Dei, quæ gloria erit, vt glorificetur filius Dei per eā. i. vt ab hominibus filius Dei, qui ſum ego, credatur eſſe Deus glorioſus in ſecula ſeculorum. Ecce hic ad literam conſtructionis & grāmatice q̄ filius Dei, qui tunc loquebatur, & poſtea Lazarum ad vitā reuocauit, eſt verus Iudæorum tunc fideliū Deus. De tali. n. Deo intelligitur (vt patet) dictum illud, Pro gloria Dei.

Deſcriptio uniuerſalis omnium ſimilium in uno ſimili.

Regula.

Tex.

CONSTRVENDO itaque totum tex. dicatur. Infirmitas hęc eſt pro gloria Dei. i. ordinata eſt ad hoc, vt glorificetur Deus, qui eſt filius Dei, per eam: reſuſcitando. ſ. mirabiliter ipſum ex hac infirmitate mortuum. Ad illud ſiquidem ibi præmiſſum, Pro gloria Dei, ſubiungēdo, vt glorif. fil. Dei per eam, oſtendit manifeſte, q̄ filius Dei eſt ille Deus, pro cuius gloria. ſ. hominibus declaranda dicebatur eſſe Lazari infirmitas. Ex omnibus deniq; prædictis patet, quam optime in iſta Lazari infirmitate, tanquā in clariſſimo ſpeculo, reluceat vniuerſaliter veritas illius tertiæ particulæ concluſionis. ſ. q̄ amicorū Dei afflictiones cadūt in magnam gloriam Dei. Porro per hanc magnam gloriam Dei non intelligas vniuerſaliter reſurrectionem, qualis fuit in Lazaro, quoniam non ſunt generaliter extēdēda illa priuilegia, quæ de ſpeciali gratia ſunt alicui facta, ſed loco eius intelligas aliquid notabile in gloriam Dei reſultans. [Puta, cum quis ex infirmitate præhabita, ad inſtar B Franciſci, & deſignatorum ſic ab Iſai 28. Vexatio dat intellectū, conuertitur ad meliorē vitā] vel ēt augmentum præſentis meriti, & pręmij futuri, ſecundū illud, Rom. 5. Gloriamur in tribulationibus, ſcientes, q̄ patiētiam operatur, patientia autem probationē, probatio vero ſpem, ſpes autē non cōfundit; Vel etiam deniq; reſurrectionē electorum in nouiſſimo die glorioſam, quando vniuerſæ illorum afflictiones & triſtitiæ ante mortem habitæ conuertentur eis in gaudium, Ioan. 16. De qua reſuſcitatione à Chriſto fienda ſuorū amicorum à Lazaro hic figuratorū, quā glorioſa futura ſit, Doctorē illū, cuius doctri

Chriſtus eſt filius Dei, et Deus verus, ſecūdū apertam huius Euangelij texturam.

Quomodo pœnalitates bonorū multipliciter cadūt in gloriā Dei.

[d]icent omnes: quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

P R O B A T I O N I S

Tertiæ Continuatio.

IN tertia parte concluſionis non tãtum de bonis, & malis mentio fiebat, de quibus proceſſit haſtenus probatio cum annexis declarationibus, ſed etiam mentio facta eſt ſpecialiter de catholicis, & hæreticis, de quibus nunc reſtat ſpecialiter, pro complemento illius probationis, dicendum. Probatur ergo de catholicis particula ibi poſita: quoniam ipſi ab his bonis Iudæis figurati de ſermonibus Chriſti dicunt in tex. Hæc verba nõ ſunt dæmonium habentis, & huius ſui dicti ſubiungunt mox probationem claram ibid. Nunquid dæmonium poteſt, cæcorum oculos aperire? Quaſi dicant: hoc eſt ei impoſſibile. Impoſſibile igitur eſt (inquiunt implicite:) & quod verba Chriſti ſint verba dæmonij, & quod Chriſtus illa verba dicens habeat dæmonium: quoniam (ut manifeſte nobis omnibus notorium fuit) ipſe oculos cæci nati aperuit. Catholici ergo per os illorum loquentes pro primo principio ex omni parte firmiſſimo habent, quod impoſſibile ſit, dæmonium habere aliquam partem in ſcripturis diuinis, ſeu (quod in idem redit) quod aliqua verba ſcripturarum ſanctarum ſint verba dæmonij. Hoc eſt, Quod aliqua verba illarum ſint falſa. Quid enim dæmonio pro ſua inuentiua proprietate tribuitur? Falſitas, ſeu mendacium. Veritas enim prima CHRISTVS Dominus de diabolo ſic teſtatus eſt, Ioan. octauo: Non eſt veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax eſt, & pater eius. Nec ſolum de Euangelio intelligas, quando dictum audis, Scripturas ſanctas, putans, ſolum Euangelium eſſe verba CHRISTI: ſed per ſcripturas illas intellige totum ſanctæ bibliæ & vetus & nouum, teſtamentum: quia vniuerſorum librorum canonicorum Concil. Trident. ſeſſ. quarta,) verba omnia ſunt verba Chriſti. Eminentiam quidem tenet Euangelium in hoc, quod non tantum eſt Chriſti, tanquam ſubiecti, ideſt tanquam de quo tractatur, ſed eius etiam eſt, tanquam ab eo immediate ore proprio enũciati (Hebr. primo:) non tamen propter hoc ab alijs ſcripturis tollitur, quin & ipſæ ſint Chriſti, tanquam ſubiecti, de quo tractatur. Inquit enim Apoſtolus de toto veteri teſtamento, Rom. primo, in ſcripturis ſanctis de filio ſuo. Vbi denotat, ſecundum expoſitionem Angelici Doctoris ibi, quod filius Dei eſt totius ſcripturæ ſubiectum; ideſt, quod de ipſo omnes ſcripturæ tractant: licet ſingulæ ſcripturarum partes ſecundum diſtinctas eiuſdem ſubiecti conſiderationes (ſicut & in ſcientijs humanitus inuentis fit circa aliquod illorum vniuerſale ſubiectum, puta circa ens.) Item catholici eadem ratione, qua dicunt in tex. Hæc uerba non ſunt dæmonium habentis; profitentur in ſacra ſcriptura nihil hominibus nociuum reperiri poſſe: quin potius omnia ibi reperta eſſe illis multum utilia; ſecundum illud 2. Timo. 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum ad iuſtitiam. Dixi, eadem ratione: quia dæmonium ſemper machinatur ad malum hominis, & nunquam ad veram eius utilitatem: id quod ſignificauit Dominus dicendo, Ioan. octauo. Ille (diabolus) homicida erat ab initio. Antiquiſſima igitur, & indeficienter continuata, ad extremum malum, cum ſit dæmonij contra hominem inimicitia, teſtante ibi CHRISTO, non eſt putandum quod illud aliquando quicquam vtile homini uelit, ſeu procuret: ſed firmiter eſt tenendum, quod ipſum & nunquam non ceſſet à procuratione noxiorum hominibus, & ſemper abſque vlla intermiſſione, tanquam leo rugiens, circumeat quærens, quem deuoret, primo Petr. 5. Item catholici in eo, quod dicunt in tex. Nunquid dæmonium poteſt cæco rum oculos aperire, proteſtantur ſe habere Chriſti uerba, ideſt totam ſcripturã ſanctam, in magno honore, ac reuerentia ſiue ipſam intelligant, ſiue non. Intelligunt enim, eam ſecundum omnes eius partes eſſe à Deo, quod virtualiter fatentur

Secundo.

Primum principiũ fundatiſſimum de ſcripturis, apud catholicos omnes.

Oĩa verba totius

ſcripturæ ſunt verba Chriſti.

Sẽper ad animæ, & corporis hominum perniciem toto conatu ſuo tendit diabolus, Ioã. 8.

tur per illum tex. Nunquid dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire (vt ſupra deductum fuit:) & hoc eis ſufficit ad deferendum honorem magnum ac reuerentiam literis ſacris, licet ſenſum earum quandoque non intelligant, dicentes humiliter cum diſcipulis, neſcimus quid ibi Dominus loquitur, Ioan. 16.

DE HÆRETICIS modo probatur particula in fine concluſionis poſita: quoniam ipſi ab illis malis Iudæis figurati de ſermonibus Chriſti, & de Chriſto ſermocinante, dicunt in tex. Dæmonium habet, & inſanit. Quid eũ auditis? De ſermonibus, inquam, Chriſti hæc ipſa dicunt; quoniam dicta de authore ſermonum redundant (vt quotidie patet) in ipſorum quoque ſermonum vituperium, vel etiam laudem. Quid ergo inferendum reſtat ſecundum hæreticos: ſi Chriſtus, ſm illos hic in figura propria deſignatos, dæmonium habet, inſanit, & nõ eſt audiendus? Quod dæmonium eſt author ſcripturarum. (Quo certe quid horribilius, magiſque infandum, & veritati inimicum?) & tamen re uera non defuit Manes hæreticus, vulgo appellatus, Manichæus; qui hoc ipſum ad literam de aliquibus Chriſti ſermonibus dicere præſumpſit: videlicet, quod vetus teſtamentũ à dæmonio factum eſt: & quod nouum non à Chriſto vero, ſed à Chriſto tãtum phantaſtice humanato. Hunc & alij ei anthonomatice ſimiles, id eſt ſtulti (nã hoc nomen, manes, interpretatur inſanus) imitati ſunt: qui etiam geminata litera, n, Mannichæum, quaſi manna fundentem, pro Manichæo, id eſt inſano, appellarũt (teſte B. Auguſtino,) vt rudiores huius verbi lenocinio ad ſe pertraherent. Aliorũ autem hæreticorum quidam iſtos, quidã alios, tum noui, tum veteris teſtamenti libros & partes, tanquam non Chriſti verba, reiecerunt: quamuis non expreſſe (vt Manichæus) illa dæmonio tribuerẽt, ſed tantum implicite. De his, quot & quanta de vtroq; teſtamento ſpecialiter amputarent, vide i Elucid. pri. par. q. 1. art. 1. append. Implicite, inquam, dæmonio illa tribuebant: quandoquidem omne mendacium, omneque hominum ſaluti, tũ corporali, tum ſpirituali contrarium à diabolo originaliter proficiſcitur (ut ſupra ex Ioan. 8 conſtat.) Plurima autem mendacia, inania, fatuitates, inſanias falſas irrationabilia, & auribus Chriſtianis indigna, quæ omnia ſaluti vtriuſque hominis cõtrariantur, hæreticos tribuere libris diuinis tam quo ad literam, quam quo ad ſenſum eſt manifeſtiſſimum. Et quamuis hæc omnia illi à ſeipſis, per diabolũ eorũ ſenſum, & imaginationem illudentis, 1. q. 111 art. 3. 4. & q. 114. art. 2. Sophiſticationem decepti, confingant, tamen illa eadẽ ſcripturæ ſanctæ, tanquam ipſa diceret, aſcribunt. Quod vltra ſummam blaſphemiam eorum, atque damnationem, quid aliud eſt: niſi ponere ſcripturas ſanctas in deriſionem, direptionem, & nihilipenſionem? Id quod verè originaliter eſt dicere: quod Chriſtus (utpote author ſcripturarum ueterum, vt Deus, nouarum, ut Deus, & homo) dæmonium habet, inſanit, & indignus eſt auditu.

Quomodo hæretici dicunt de Chriſto: Dæmoniũ habet, inſanit, quid eum auditis?

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD hæreticum eſt dicere, totam ſcripturam ſacram, cum omnibus, & ſingulis eius partibus, prout in Eccleſia catholica legitur, & in ueteri vulgata Latina editione habetur, non eſſe verbum Dei, ſeu (quod in idem redit) non eſſe uerba CHRISTI: vide ex ſacroſanctis Concilijs, &cæt. definitum eſſe, in Elucidationibus, primę partis, articulorum numero primo. Quod literam de ſe & catholicis, & hæreticis communem deprauarunt multipliciter iſti, ſpeciatimque in viginti locis Lutherus (tanquam CHRISTVM dæmoniacum & inſanum, dicentes:) vide ibidem, ſcilicet in Elucidationibus, primæ partis, articulo primo. Quod hæreticum inſania plenum eſt, (maximeque CHRISTO ignominioſum) dicere: diabolum, quem Manichæus cum ſuis uocabat Deum malum, ueteris teſtamenti eſſe authorem, & conſequenter teſtamentum illud eſſe de ſe malum: uide ex ſacroſanctis &cæt. fuiſſe definitum, in Elucidationibus,

Digitized by Google

primę, ſecundæ, articulorum numero 519. 520. & prima parte, articul. numero 204. Item in Veritatibus aureis, &cæt. Deuter 33 concluſ. 2. Quod Chriſtus nõ eſt phantaſtice, ſed uere incarnatus, & conſequenter, quod a Chriſto non phantaſtico, ſed uero, noua, ideſt Euangelica lex data eſt (contra hęreſim phantaſtici, ideſt ſtolidi Manichæi:) vide, ex ſacroſanctis ſcripturis, Concilijs, &c. eſſe determinatum, in Elucidationibus, 3 de Salua. articulorum numero primo, 33. 94. 95. 96. 195. 251. 246. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Numer 17. concluſ. 1. & Deuter. 9 concluſ. 7. Quod Iudæi ſacræ ſcripturæ ueteris, licet textus literæ ſit nobiſcum communis, ſenſus beſtiales, & incompoſitos, maximeque animales, pro veris, imponunt: vide in Veritatibus aureis &cæt. Exod. 34. concluſ. octaua, & nona.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. X.

EGO, & Pater, vnum ſumus. Suſtulerunt ergo lapides Iudæi, ut lapidarent eum.] Hic loquitur Chriſtus de vnitate eſſentiæ: iuxta illud in contextu: Quod dedit mihi Pater, maius eſt omnibus. Ex hoc enim dicto adiuncta minori propoſitione, ſcilicet nemo po. ra. de ma. pa. me. infert poſtea concluſionem illam, ego & pater vnum ſumus. Quid autem ſit illud maius omnibus rebus, quod dedit pater filio, norunt omnes Doctores ſacri, quod ſcilicet eſt diuina eſſentia. Hanc ſiquidem pater per æternam generationem dedit filio. Exponatur ergo ſecundum contextum, neceſſe omnino eſt ſic: Ego, & pater vnum, ſcilicet in eſſentia ab illo mihi data, ſumus. Nec vllus huic textuali expoſitioni, adeo grauiſſimis, & apertiſſimis verbis patenti, vnquam contradicet: niſi ignorantia maxima, & proteruia affectus, qualis fuit Arrius, tumore ſuperbiæ nimis obcæcatus. Nunquid non & Iudæi Arrium ipſum de ignorantia prædicta, & proteruiâ damnarunt: quando ad huius vocis auditum, ſuſtulerunt lapides, vt lapidarent Chriſtum? Vtique: Nam ideo lapidare eũ volebant: quia, vt ipſi dicunt, his verbis

Ex intellectu & Iudæorũ circa ſenſum verborum Chriſti da

faciebat ſe Deum. Quod quidem ſuum dictum, ſcilicet facis teipſum Deum, Iudæi non intelligebant de Deo participatiue, ſed de Deo eſſentialiter: ac ſi dixiſſent. Iccirco lapidare te volumus: quia tu iſtis tuis verbis, Ego & pater vnũ ſumus, fateris, te eſſe Deum eſſentialiter, ſeu (qđ idem eſt) per naturam. Porrò ſi dictum Chriſti intellexiſſent de Deo participatiue, dictum illud pro blaſphemia non reputaſſent, nec propterea lapides ad lapidandum eum ſuſtuliſſent. Sciebãt. n. multoties in ſua lege (vt etiam Chriſtus eis cõmemorat) ſcriptum eſſe, ꝙ aliqui homines vocantur dij in hoc ſenſu. quia ſ. à Deo vero participabant aliquid vel poteſtatis ad iudicandum, Exod. 22. Dijs non detrahes, vel cognitionis ad docendum, ſeu prophetandum, Pſal 81. Ego dixi, Dij eſtis, vel &c. Cum ergo Chriſti dictum illud reputauerint eſſe blaſphemum, neceſſe omnino eſt dicere, ꝙ ipſi pro certo tenuerint, Chriſtum fuiſſe locutum de Deo per eſſentiam in tex. Ego & pater vnum ſumus .i. ꝙ ipſe eſſet vnum eſſentialiter cum illo, & propterea Deus per eſſentiã. Nouerant iam ex multis eius ſermonibus Iudæi, ꝙ Chriſtus nomine patris ſui intelligebat Deum, & Deum quidem veteris teſtamenti, quem ijdem Iudæi ſe colere profitebantur, Ioan. 8. Et quem ex eodem teſtamento edocti ſciebãt eſſe Deũ per naturam. Ex hac ergo duplici eorum notitia facile fuit Iudæis, audito ꝙ Chriſtus ſe eſſe dicebat vnum cum patre, iudicare id, quod re uera erat, ſcilicet, ꝙ ipſe in verbis illis diceret ſe eſſe vnum Deum naturaliter cũ eo, & hoc eſt, quod in ſymbolo fidei ſancta confitetur Eccleſia, ipſum eſſe conſubſtantialem patri.

natur Arrij profunda ignorantia.

EGO (inquit) ET PATER vnum ſumus. Pondera illam coniunctionem, &, ſciaſque recta naturali ratione docente, quod non coniunguntur niſi illa quæ aliquo modo diſtincta ſunt. Vbi enim nulla præſupponitur diſtinctio: ibi inſulſe, immò etiam contra ipſam rationem, apponeretur cõiunctio. Ad quid enim valet, uelle, ſeu conari, cõiungere penitus indiſtincta, niſi ad manifeſtandum magnam ignorantiam ea coniungere volentis? Quo contra nolens ponere coniunctionem inter illa,

quæ

Digitized by Google

quæ ſecundum fidem diſtincta ſunt, iudicatur damnabiliter ignorans idest, quod teneat illa eſſe omnino indiſtincta, & per conſequens, ſi tali ignorantiæ ſuæ pertinaciam voluntatis adiungat, iudicatur hæreticus. Hoc docuit Vigilius Papa per hoc, quod in ſua Epiſtola ad Eutherum, ait. Illud notelli eſſe iudicamus erroris: quod cum in fine Pſalmorum ab omnib. catholicis (ex more) dicatur Gloria Patri, & Filio, & Spirituiſancto, aliqui (ſicut indicas) ſubducta vna ſyllaba coniunctiua, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitatis, dicendo, Gloria Patri, & Filio, Spirituiſancto. Quamuis ergo ipſa nos ratio euidenter edoceat, quia ſubducta vna ſyllaba, perſonam Filij, & Spirituſſancti vnam quodammodo eſſe deſignent: tamen ad errorem talium conuincendum ſufficit, quod Chriſtus dixit, Baptizâtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spirituſſancti. Ergo cum non dixerit, Patris, & Filij, Spirituſſancti, ſed æqualibus diſtinctionibus Patrem, & Filium, & Spiritumſanctum iuſſerit nominari, conſtat, illos omnino à doctrina Dñica deuiare, qui aliquid huic voluerint cõfeſſioni derogare. Qui, ſi in errore permanſerint, ſocij nobis eſſe nõ poſſunt. Hęc ibi. Docuit illud idẽ & ſanctus Quintianus per hoc, quod in ſumma ſuæ fidei, dans regula bene loquendi de Chriſto, dicit. Si quis Deum hominem, & non magis Deum & hominem, dicit, damnetur. Hæc ibi. Quia.n. eſt diſtinctio realis perſonalis tamen inter filium, & Spiritumſanctũ, diſtinctioq; naturarũ.ſ. diuinæ & humanę eſt in Chriſto, ideo Vigilius iudicauit neceſſariũ eſſe coniunctionẽ, &, ponere inter nomen Filij, ac Spirituſſancti, quã & ideo Quintianus inter Deũ, ac hominẽ in vno Chriſto de neceſsitate ponendã ſanciuit. Ex his annotatis quid ad tex. Euãg. reſtat dicẽdũ? Quòd diſtinctio realis perſonarũ eſſe inter Patrem, & filiũ (ſic ſimili ſemper intelligas de Spirituſancto) ſignificatur à Dñó per hoc, quod inter vtrumq; nomen ponit coniunctionem, dicens, Ego, & Pater, vnũ ſumus. Sicut ergo puſsam Arrij hæreſim dãnauit dicendo, Vnũ, ita quoq; Sabellianam dãnat dicendo, & qñ ſuam pariterq; perſonã noſat. Dogmatizauit quippe Sabellius perſonas diuinas eſse re indiſtinctas, quamuis nomine diſtinctas: vnde ſecundum hunc hæreticum fuiſset dicendum ſine, & Ego Pater vnum ſumus.

Quanti momenti ſit exprimere coniunctionẽ, & vbi exprimenda eſt: atque eã tacere.

Coniũctionẽ, & diſtinctionẽ realem dicit, &c.

ANNOTATIO SECUNDA, Cap. X.

SI illos ſcriptura dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt: quẽ Pater ſanctificauit, & miſit in mundũ, vos dicitis quia blaſphemas: quia filius Dei ſum. Vbi dixit Chriſtus, Filius Dei ſum? Ibi; Ego, & pater, vnũ ſumus. Deũ ſiquidẽ ibi vocat patrẽ ſuũ, & ideo ijſdem verbis profitetur, ſe eſse filium eius, nõ ſi hic finẽ fecit, quia ad hoc ipſis oſtendendũ ſuffi ciſset dicere; Ego, & pater: quia omnes per hoc nomen, Pater, à Chriſto prolatum intelligebant Deum: Sed vltra proceſſit, ad monſtrandũ ſcilicet qualis filius Dei eſset, vtrũ adoptiuus, vel naturalis; propter quod addidit, vnum ſumus. Non quidẽ vnione tantum amoris, qua cũ illo filij adoptiui vnũ ſunt, iuxta illud, Ioã. 16. Vt ſint conſummati in unũ: ſed vnione vnionũ omnium ſuprema; qua nõ poſsit quiſquã rapere oues meas de manu mea (vt contextus præcedens, tanquã huius tex. optima gloſſa declarauit) & hæc eſt omnipotentia, quæ ſoli Deo vero naturaliter conuenit. Dicendo aũt ibi, Filius Dei ſum, dẽnotat diſtinctionẽ realem eſse inter ſe & patrẽ. Nomina.n. hæc, Filius, Pater, ſunt relatiua: & relatiua, cũ ſint relatiuẽ oppoſita (vt patet in lib. Poſtprędicamẽtorũ) ſecũ de neceſsitate realẽ diſtinctionẽ ad inuicem. Realẽ, inquã in propoſito tex. quo ad perſonas, non quo ad naturã, hoc eſt, ſunt realiter tertiæ perſonæ numero diſtinctæ, Filius & Pater, ſed vtraq; perſonæ realiter habẽt eandem numero naturam. Vnde ad hac veritatẽ nobis notificandam in textu filius ſignanter dixit, vnum, non aũt, vnus. Neutrũ.n. genus (vt fideliſsimus Eccleſiæ doctor habet, 1. q. 3. art. 2.) eſt informe: maſculinũ aũt & fœmininum, eſt formatũ & diſtinctum. Ideo cõuenienter per neutrũ genus ſignificatur eſsentia cõis, per maſculinum autem, & fœmininum, aliquod ſuppoſitũ determinatum in natura cõmuni. Vnde & in reb. humanis, ſi quęratur, Quis eſt iste, reſpondetur Socrates, quod eſt nomẽ ſuppoſiti; ſi autem quæratur, Quid eſt iſte, reſponderetur animal rõnale mortale (quod eſt nomen

Quanta, & quare, ſit differẽtia inter genus neutrũ & maſculinũ in theologicis.

nomen naturæ. Ideo, quia in diuinis diſtinctio eſt ſm perſonas, nō ſm eſſentiā, dicimus, q pater eſt alius à filio, ſed non aliud, & è conuerſo dicimus, q ſunt vnū, ſed non unus. Hæc S. Thomas ibi.

AD illos ergo, qui ex verbis in vero ſenſu auditis, Filius Dei ſum, putarunt q blaſphemaſſet, ideſt attribuiſſet ſibi (quē tantummodo creaturam eſſe videbant) illud, quod ſoli Deo conuenire poteſt, dirigit ſermonem in principio annotationis huius poſitum, vt & ex teſtimonio diuino, quod ipſi recipiebant, deducat, ſe non blaſphemaſſe dicendo, Filius, ſcilicet per naturam, Dei ſum, & conſequenter confirmet iterum illud, quod dixerat in cuius ſignum replicat hic in fine textus reſponſiui ad illos id, quod ad eoſdem antea dixerat. Nam, Pater in me eſt, & ego in patre, eſt idem in ſenſu, quod, Ego, & pater vnum ſumus, quod etiam eſt idem cum, Filius Dei ſum. Vnde B. Chriſoſtomus ponderans, non ſuperficialiter ſolum attingens (quod facit Arrianus) hoc textuale Domini reſponſum, ſic concludit. Dominus autem non deſtruxit opinionē Iudæorum æſtimantium, quoſt ſe Deo parem diceret, ſed magis contrarium facit. Nam ſequitur. Reſpond. eis. Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra? &c. Hæc ille ſuper Ioan. Ex pſalmiſtę igitur dicto Dij eſtis, argumentatur ſic Chriſtus ad conſequendum propoſitum ſupra. Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura, ideſt & hoc dictum ſcripturę, non poteſt eſſe falſum, aut blaſphemum: quem pater ſanctificauit, &c. (vt ſupra) ideſt quomodo poterit vnquam eſſe falſum, aut blaſphemum, dicere, quod ille, qui maius in infinitum, quam illi, habet à Deo, ſit verus Dei filius, ſeu (quod idem eſt) verus Deus? Vel argumentationem eandem, verbis Beati Auguſtini ſic exprimamus. Si ſermo Dei factus ad homines fecit, vt dicerentur dij: ipſum verbum Dei quomodo non eſt Deus? Si per ſermonem Dei homines, participando, fiunt Dij: verbum, vnde participatur [ideſt vnde participatio fit] non Deus? At ſi Auguſtinus ſuæ interrogationi huic reſpondens, dicat hoc, quod non ſit Deus, eſt contra rationem, & impoſſibile.

Quid intēdat Dominus reſpondendo ſi illos dixit Deos ad, &c. q ſcilicet intēdit duo.

Mira Chriſti argumentatio extenditur.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. X.

QVEM pater ſanctificauit, & miſit in mundum, &c.] Hoc eſt, illud maius in infinitum, quod ſupra diximus habere Chriſtum à Deo, quam habeant alij ex participatione ſermonis Dei. Sanctificauit enim pater illum, & vt Deum, & vt hominem. Vt Deum quidem ſanctificauit (ſecundum expoſitionem B. Auguſtini,) ideſt ſanctum ab æterno genuit. Nam cum tunc eum gignendo communicauerit ſuam eſſentiam ei, quæ ſumma ſanctitas eſt, non potuit generare eum ſumme, & infinite, & per ſe, ſanctum. Porro ſanctitas hæc quibuslibet omnium illorum, ad quos ſermo Dei factus eſt (quin, & vniuerſarum creaturarum etiā ſimul ſumptarum.) ſanctitatibus nonne maior in infinitum eſt? Vtique. Vt hominem verò pater, Chriſtum ſanctificauit, ideſt (ſecundum expoſitionem B. Hilarij) fecit, vt humanitas eius eſſet vnita filio Dei in perſona. Propter quod homo ille, ratione talis perſonę ſibi per illam ſingularem ſanctificationem (Hæc ſanctificatio à ſchola ſacrorum Theologorū vocatur gratia vnionis) communicatę eſt uerus Deus; licet non ratione humanitatis ſuæ ſeorſum conſideratæ. Modo patet, quod iſta ſic declarata Chriſti hominis à Patre ſanctificatio quibuslibet omnium illorum, ad quos ſermo Dei factus eſt (quin & vniuerſarum creaturarum etiam ſimul ſumptarum) ſanctificationibus maior in infinitum eſt, quoniam omnes alij ſanctificātur per gratiam adoptionis, ideſt ad hoc, vt ſint filij adoptiui, Chriſtus homo autem ſanctificatur (vt diximus) per gratiam vnionis, ideſt ad hoc, vt vere ſit Dei filius naturalis, ita; q Dei filius & hominis filius eſt (ut dicit idem Hylarius 7. de Trinit. Non ergo eſt blaſphemia, ſed ſyncera veritas illud, quod Chriſtus, & primo ſimpliciter dixit, & poſtea ex pſalmo deduxit, ſcilicet Filius Dei ſum, ſiue, vt Deus, ſiue vt homo, loquatur. De Iudæis ergo illis, ſicut & de figuratis ab ipſis, ideſt de hæreticis, verificatur illud, Iudæ cap. 1. Quæcunq; ignorant, blaſphemant: id quod (vt naturalis

Pulchra tres expoſitiones ſuper verbū ſanctificauit, ſingillatim concludentes, quod Chriſtus eſt verus Deus, ideſt per eſſentiā.

Digitized by Google

turalis ratio dictat) eſt in ſe peſſimum, Deo ſimiliſſimum, proximis perni. ioſiſſimum. Vel ſanctificauit, ideſt (ſecũdum expoſitionem Theophil.) ſacrificatū pro mundo ſanxit. Cui expoſitioni, videtur ſatis fauere contextus mox ſubnexus; ſcilicet, & miſit in mundum. Miſſus enim eſt filius in mundum ad hunc finem, vt ſaluaret mundum primò ſuæ ſanctæ vitæ exemplis, ſecundo ſuæ ſanctæ doctrinæ per miracula confirmatæ verbis, tertiò tãdem ſuæ ſanctæ carnis ſacrificio in ligno crucis; iuxta illud Ioan. 3. Miſit Deus filiũ ſuum in mundum, vt ſaluetur mundus ꝑ ipſum. Triplici videlicet modo nunc declarato, licet principalius tertio. Expoſitionis autẽ Theoph. verba ſunt hęc. Pater ſanctificauit eum, hoc eſt, ſanxit ſacrificari pro mundo. In quo oſtendit, ſe non eſſe Deum, ſicut cæteri. Nam ſalutum facere mundum, illius ſummi opus eſt: non autẽ hominis de ficati per gratiam. Hęc ille, ſuper Ioan. Chriſtus ergo per hoc, quod à Deo patre ſanctificatus eſt, & miſſus in mundum (modo declarato) concludit neceſſitaceliter, ſe eſſe verbum Deũ. MISIT (inquit) in mundum. Per hoc ſignificat eſſe homo Chriſtus, qui loquebatur, quod erat, antequam ad nos veniret. Mitti ſiquidem in aliquem locum non conuenit alicui rei, niſi ante fuerit, quam ibi, quo mittitur, eſſet. Is igitur, quem Pater miſit in mundum, erat antequam in mundum viſibiliter mitteretur. Denotatur ergo per hunc textum, quod perſona diuina filij Dei, quæ erat antequam mundus fieret, facta eſt perſona filij hominis in myſterio incarnationis; cuius ratione Chriſtus dicitur miſſus in mundum. Nam filium Dei à patre miſſum in mundum eſt ipſum ex obedientia patris incarnari, ideſt humanitatem noſtrã aſſumere. Porrò nec anima nec corpus Chriſti erant, antequã ipſe veniret in mundũ (vt patet) ergo dicere oportet, & quod de eius perſona ſit ſermo, cum dicitur ex textu fuiſſe, antequam veniret in mundum, & conſequenter, quod perſona illa humanitatis Chriſti non eſt creata, ſed increata, vtpote Deus. Hanc veritatem etiam ſupra docuerat Dominus his verbis, Ioan. 6. Deſcendi de cœlo, nõ vt faciam, &c. & iterum Panis, qui de cœlo deſcendit, &c. & iterum, De cœlo deſcendens, item Ioan. 1. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt. Hoc eſt, Per Chriſtum qui poſt factum mundum erat viſibiliter in mundo, factus eſt mundus. Quod quidẽ non eſſet verum niſi Chriſtus fuiſſet ante mundum, qui in tempore ab ipſo factus eſt. Item Ioan. 3. Nemo aſcẽdit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo. Ergo Chriſtus, ſecundum hunc tex. erat in cœlo, antequam deſcenderet ad nos, ideſt non anima, neque corpus, ſed perſona diuina Chriſti hominis, qui tunc loquebatur. Item alibi frequenter inuenies hoc ipſum. Quoties enim dictũ à Chriſto audiſti in Euangelijs, quod à patre miſſus eſt in mundum, aut aliquid prędictorum ſimile, toties ibi habes ad literam, ſi (vt oportet) eam iuxta declarationes ſimilium præmiſſas intellexeris, quod perſona Chriſti hominis, ideſt humanitatis Chriſti, eſt Deus.

Chriſti hominis perſona eſt Deus.

Multoties ſens habetur in Euãgelio quod humanitatis Christi, perſona eſt Deus.

ANNOTATIO QVARTA,

Capi. X.

MISIT in mundum.] Hoc eſt, Pater miſit in tempore perſonam meam in mundum, quæ erat ante mundũ (vt etiam circa annotationis tertiæ finem tactum eſt) vide hic directe, ex vtraque parte percuti Arrium. Quid de filio Dei abſolute, ideſt ſecundum totum eius eſſe (ſolum enim creaturam eũ eſſe volebat) dixit Arrius? Erat quando, non erat. Hoc enim habetur ex Concilio Nicęno primo, dum Arrianos damnans inquit. Dicẽtes autẽ, Erat, quã nõ erat, aut nõ erat antequam fieret, &c. anathematizat catholica, & Apoſtolica Eccleſia. Hęc illud. Quid voluit dignum anathemate dicere Arrius per hoc, Erat, quando non erat? Tempus erat, quando filius Dei nõ erat. Ponebat ergo Arrius per id ſuum dictũ hæreſim hanc, quod filius Dei ſecundum quod filius Dei, non erat æternus. Contra quam præmiſſam, directe, & ex duabus partibus volens percutere eam, inſurgit Chriſtus homo (hic enim tunc loquebatur, audiebatur, videbatur) dicens, ſe eſſe ab æterno ante mundum. Patrem enim miſiſſe illum in mundum concernit hoc totum. Quod quidem concernat,

illum

illum fuiſſe ante mundum declaratum eſt ſupra, Annot. 3. Quod autem concernat illum fuiſſe ab æterno, nunc declaratur ex fideliſſimo Eccleſiæ Sanctæ Doctore 1. q. 43. art. 2. & 4. Ibi namq; reſpondens B. Gregorio dicenti, eo mittitur filius, quo generatur, inquit art. 2. ad primum, Gregorius loquitur de generatione temporali filij, non à patre, ſed a matre, quia ex hoc ipſo filius habet, quod poſſit mitti, quod eſt ab æterno genitus. Nam miſſio (vt ſubdit art. 4.) in ſui ratione importat proceſſionem ab alio, & in diuinis, ſecundum originem. Vnde, cum pater non ſit ab alio, nullo modo conuenit ſibi mitti, ſed ſolum filio, & Spirituiſancto quib. conuenit eſſe ab alio. Hæc ibi S. Thomas. Ex eo igitur, quod filius Dei nunc dicit, ſe a patre miſſum eſſe in mundum, connotat, ſe fuiſſe ante mundum, & ab æterno quidem. Vis modo videre, quod ſupra dicebatur, ſcilicet ipſum percutere Arriũ ex duabus partibus, ſeu ex vtroque latere? Audi. Chriſtus hominis filius nunc loquitur, & dicens, ſe eſſe miſſum à patre in mundum, conſignificat (vt oſtenſum eſt) ſe fuiſſe ante mundum ab æterno.

Generatio filij Dei tẽporalis preſupponit generationem eius æternam.

Ex hac ergo Chriſti hominis ſententia relinquitur concludendum, quod Chriſtus, & vt filius hominis, eſt Deus; & vt filius Dei, eſt Deus. Sic tamen, ne fiat error intelligendo, quod CHRISTVS ſecundum quod homo, ſeu (quod in idẽ redit) ſecundum quod filius hominis, eſt Deus, ratione ſolum perſonæ, quam ille homo habet 3. de Sal. q. 16. artic. 11. non ratione naturæ, Chriſtus autem ſecundũ quod Dei filius, eſt Deus, & ratione perſonæ, quam habet, & ratione naturæ. His pro catholica veritate ſtantibus, recole, quod Arrius dicebat Chriſtum vt filium Dei, non eſſe Deum, ſed creaturam excellentiſſimam, intantum, vt propter hanc gratiarum excellentiam diceretur filius Dei: & videbis promiſſum, ſcilicet, quod à Chriſto ſupra fuit ex vtroque latere percuſſus. Nam ibi ſe monſtrauit, & ſecundum quod creatura, & ſecundum quod filius Dei, eſſe Deum per eſſentiam verum (modo ibi declarato.)

Chriſtus ſecundum quod homo, eſt Deus, & ſecundum quod fili9 Dei, eſt Deus, quomodo intelligatur.

ANNOTATIO QVINTA, Cap. X.

MISIT (inquit) in mundum. Vt ſcilicet ratione vnionis gratuitæ ad illam perſonam, quæ mittebatur aſſumere humanitatem, homo ille eſſet re vera Deus per eſſentiam, id eſt Deus, filius Dei, non adoptiuus, ſed naturalis. Quia nunc, & ſupra, textum, ſanctificauit, fit mentio de gratia vnionis, ideo ad declarationem textus ampliorem valebit oſtendere diffuſius, quam ſupra, quid ſit gratia vnionis. Pro cuius faciliori, & ſecuriori captu, vtamur verbis Angelici doctoris, 3. de Sal. q. 2. art. 10. inquirentis, an vnio incarnationis ſit facta per gratiam: cuius verba ſunt hæc. Gratia dupliciter dicitur: vno modo, voluntas Dei, gratis aliquid dantis; alio modo, ipſum gratuitum Dei donum. Indiget autem humana natura voluntate Dei gratuita ad hoc, quod eleuetur in Deum, cum hoc ſit ſupra facultatem ſuæ naturæ. Eleuatur autem natura humana in Deum dupliciter: vno modo per operationem, qua ſancti cognoſcũt & amant Deum. Alio modo per eſſe perſonale: qui quidem modus eſt ſingularis Chriſto, in quo natura humana aſſumpta eſt ad hoc, quod ſit in perſona filij Dei. Manifeſtum eſt autem, quod ad perfectionem operationis requiritur, qđ potentia ſit perfecta per habitum. Sed quod natura habeat eſſe in ſuppoſito ſuo, nõ fit mediante aliquo habitu. Sic ergo dicendũ, quod ſi gratia accipiatur ipſa Dei voluntas aliquid gratis faciens, vel gratum ſeu acceptum aliquid habens, vnio incarnationis facta eſt per gratiam, ſicut & vnio ſanctorum ad Deum per cognitionem, & amorem. Si vero gratia dicatur ipſum gratuitum donum: ſic ipſum, quod eſt, naturam humanam eſſe vnitam perſonæ diuinæ, poteſt dici quædam gratia, inquantum nullis præcedentibus meritis hoc eſt factum, non autem ita quod ſit aliqua gratia habitualis, qua mediante talis vnio fiat. Hæc autem gratia vnionis (vt ſubdit ibid. art. 12.) non poteſt dici Chriſto homini naturalis, quaſi cauſata ex principijs naturæ humanæ in ipſo, dicitur autẽ naturalis in ipſo, inquantum

Gratia habitualis, & gratia vnionis, diffiniũtur, & ab inuicẽ valde differentes oſtenduntur.

cam

eam à natiuitate habuit, quia ab initio
conceptionis fuit natura humana diuinæ
perſonæ unita. Hæc ibi. Ex quibus ſum-
matim dic. Quid eſt gratia vnionis? Eſt
naturam humanam vniri perſonæ filij
Dei, nullis præcedentibus meritis. In-
quantum enim nullis præcedentibus me-
ritis fit, ſed ſola Dei voluntate gratis illud
faciente, dicitur gratia, inquantum illud
eſt, naturam humanam vniri perſonę filij
Dei, dr vnionis. Hinc patet, quod gra-
tia vnionis non eſt accidens, & per conſe
quens quod non eſt gratia habitualis, ſed
quid ab illa multum, & differens, & illa
maius: Nam gratia habitualis, & eſt acci-
dens in ſola anima receptum, & eſt quę-
dam ſimilitudo diuinitatis participata in
homine, ipſum autem vniri perſonaliter
Deo neque eſt accidens (vt ex terminis
patet) neque in ſola anima eſt, neque
eſt ſimilitudo diuinitatis participata. Nã
per ſacroſanctum incarnationis myſteriũ
natura humana non dicitur participaſſe
ſimilitudinem aliquam naturæ diuinæ,
ſed dicitur eſſe coniuncta ipſi diuinæ na
turę in perſona filij id quod valde maius
eſt. Quis enim neſciat hoc ſcilicet, quod
ipſa res eſt quid ſatis maius, quam ſimili-
tudo eiuſdem rei participata? Item, Gra-
tia vnionis (vt dicebatur) non eſt ſolum
in anima, quoniam ipſum gratuitum Dei
donum, quod eſt vniri diuinæ perſonæ,
pertinet ad totam naturam humanam, ex
anima, & corpore compoſitam. Hoc ſi-
quidem docere voluit Apoſtolus verbis
illis, Coloſſen. 2. In Chriſto habitat ple-
nitudo diuinitatis corporaliter. Hoc eſt:
Chriſti natura diuina nõ ſolum eius ani-
mę, ſed etiam corpori vnita eſt in per-
ſona.

SVPRA dictum eſt, quod gratia
vnionis eſt Chriſto naturalis eo modo,
quo illud, quod à natiuitate habemus,
põt dici naturale nobis, iuxta id, Epheſ.
2. Eramus natura filij irę, ideſt propter
peccatum à natiuitate in vtero, ideſt a cõ-
ceptione contractum, filij irę eramus, &
id, Sap. 12. Nequam eſt natio eorum, & na
turalis malitia ipſorum, ideſt a natiuitate
incipiens: cui dicto nunc addimus, quod
gratia illa dicitur ei naturalis etiam pro-
pter aliud, ſcilicet propter naturam diui-
nam. Vnio enim illa eſt cauſata ex vir-
tute diuinæ naturę, quę eſt vere ab ęter-
no natura Chriſti. Si ergo quęratur ſecũ-
dum quam naturam Chriſti vnionis gra-
tia ſit ei naturalis: reſpondendum ex prę
miſſis ſimul collectis eſt, quod ſecundum
vtramque, ſed diuerſimode. Nam ei na-
turalis eſt propter naturam diuinam, in-
quantum natura diuina eſt principium
actiuum gratiæ vnionis [Et hoc ſcilicet
eſſe huius gratiæ actiuum principium cõ
uenit toti Trinitati: cum huic toti natura
diuina ſit communis 1. q. 39 art. 2.] Eſt ve
ro ei naturalis, ſecundum naturam huma
nam propter proprietatẽ natiuitatis eius,
prout; ſcilicet ex Spirituſancto ſic conce-
ptus eſt, vt eſſet idem in perſona natura-
lis filius Dei, & filius hominis. Quamuis
autem gratia diuidatur contra naturam,
ſicut, & gratuita contra naturalia, & pro-
pter hanc oppoſitionem poſſet videri, ꝙ
vnionis gratia non poſſet Chriſto eſſe na
turalis, tamen hoc inde deductum falſum
eſt. Stant enim ſimul duo hęc, ſcilicet gra
tuita diuidi contra naturalia, quod eſt ip-
ſa opponi ad inuicem, & gratiam, ſeu gra
tuitum donum vnionis eſſe naturalem
Chriſto, qđ eſt ipſa non opponi in Chri-
ſto: quoniam gratuita tunc opponuntur
naturalibus, quando ſumuntur ſecundũ
idem (oppoſitionis enim vna conditio
eſt, eſſe ſecundum idem, vt patet ex philo
ſopho, in lib. Poſtprędicamentorum) in
Chriſto autem gratia vnionis, & eſſe na-
turale, nõ ſumuntur ſecundum idem. Nã
illud donum dicitur gratia, inquãtum nõ
eſt ex merito, dicitur autem naturale, in-
quãtum eſt ex virtute naturę diuinę in hu
manitate Chriſti, ab eius natiuitate.

Ex his omnibus in Annot. 3. 4. 5. dictis,
habes plurima ad abundantiam expoſi-
tionis tex. Sanctificauit, & miſit in mun-
dum, facientia.

Digitized by Google

CAPITVLVM VNDECIMVM.

Erat quidam languens, Lazarus, à Bethania, de Caſtello Mariæ, & Marthæ, ſororum eius. Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis, &c. Miſerunt ergo ſorores, &c. vſque in finem capituli:

CONCLVSIO PRIMA.

Amicos Dei valde affligi in hac vita eſt quidem mirabile: non tamen hoc eſt ſignum (vt impiorum vox eſt) quod Deus vel minus diligat eos, vel non habeat prouidentiam de illis: immo ipſæ amicorum Dei afflictiones, & cedunt vniuerſaliter in magnam eius gloriam, & oſtendunt ſpecialiter dilectionem, ac prouidentiam Dei erga illos.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euãgeliſta per tex. Domine, Ecce, quem amas, infirmatur, & tex. Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado, vt a ſomno excitem eum, & tex. Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam, & tex. Venit itaque, & inuenit eum quatuor dies, &c. Lachrymatus eſt Ieſus, &c. Laza. veni foras, &c. Prima itaque pars, ſcilicet amicos Dei affligi valde in hac vita eſt mirabile, conſtat ex eo, quod Lazari ſorores, quaſi mirum quippiam Domino per nuncium proponentes dicunt, Ecce, quem amas, infirmatur. Non enim ſine cauſa, antequam de amici eius infirmitate faciant mentionem, exprimũt; Ecce. Porrò, quod hoc aduerbium non ſolum demonſtrationẽ alicuius rei, ſed et ſecũ quandam admirationem de re demonſtrata, importet nulli (opinor) ignotum eſt: ſiue hominum locutionẽ cõmunem, ſiue ſanctarum ſcripturarum phraſim, attendat. Patet enim quod homines aliquid admirationem ſecum trahens oſtendere alicui volentes dicunt, Ecce, tale quid, nec ſine hoc ſigno, Ecce, oſtendentes illud videntur ſibi, pro condecẽtia locutionis ad rem oſtenſam, ſatisfeciſſe. Patet etiam in ſcripturarum ſacrarum lectione expertis, quod ipſæ, quando aliquod admiratione dignum narrare volũt apponere ſolent aduerbium hoc, Ecce. Et, vt de multis aliquem locum annotemus. Quando illud myſterium ſacrum omni admiratione plenum, ſcilicet Chriſti natiuitatem Angelus paſtoribus nunciauit, nonne antepoſuit, Ecce? Ecce (inquit Luc. 2.) annuncio vobis gaudium magnum, &c. Rurſus. Ad oſtendendum illud cunctis retro ſæculis immanifeſtum, & conſequenter admirationem magnam concernens, ſcilicet quod plenitudo gentium ventura erat ad veram Dei noſtri cognitionem, & cultum, id quod tunc in Magis, tanquam in ipſarum gentium primitijs præfigurabatur, vſus eſt coeuangeliſta Mathęus; Ecce, cap. 2. Ecce Magi ab Oriẽte venerunt, &c. Nonne & ad nouum illud reſurrectionis Domini ab Angelo hominibus deportandum, pro mirabilitate rei mox futuræ præſignanda, dicitur Matth. 28. Ecce terremotus factus eſt magnus, Angelus enim Dñi. &c. Nunquid non & nos in admirationem attollere volens tum de ſubita Angelorum viſione, tum de iudicij nouiſſimi ab eis prædi-

Aduerbiũ Ecce, quid ſignificet, & apud homines, & apud ſcripturas ex conſuetudinẽ.

prædictione in reuerſione Chriſti, tunc aſcendentis, B. Lucas dixit, Actu. 1. Ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui, &c.? Quia igitur ſorores illę, Maria videlicet & Martha, in ſeipſis mirabantur, remque alijs mirandam proponere intendebant, ideo ſecundum morem humanum illum, & diuinum procedentes, dixerunt; Ecce. Quid in ſeipſis mirabantur, idque vt mirandum alijs proponebant? Quod amicus Domini tã potentis in opere & ſermone, vt iam experimento cognouerant, languore magno infirmaretur. Vnde Teophil. ille docens hoc ſuper tex. Ecce, quem amas, infirmatur, dicit. Tantam enim potentiam in Domino eſſe credebant: quod mirum videretur, qualiter virum ſibi dilectum infirmitas potuerit occupare. Hæc ibi. Etenim nec ſorores illæ ſciebant, nec alios vix ſcire, putabant: quomodo inter ſeſe concordarentur bene duo hæc, Quē amas, & infirmatur. Nam iuxta rationis humanæ faciem ſibi primo occurrentem diſcurrentes ab amore ad infirmitatem videbant id, quod ſoluere non poterant, & ideo ſiſtentes in eo, quod ie vera cognoſcebant, de reliquo ſibi ignoto admirabantur. Vñ conceptum talē cũ, Ecce, neceſſario exprimendũ iudicauerũt.

QVID videbant illę ſorores, in quo tanquam re vera cognito, ſine admiratio ne ſiſtebant? Quod Dominus amabat Lazarum: itē, quod Lazarus infirmabatur. Amorem enim Domini erga illum per experientiam præteritam, infirmitatem vero illius per præſentē, nouerant. Quid eſt illud, quod à ſe viſum ſorores ipſæ ſoluere non poterant: de eoque tanquam ſibi ignoto, ad ſoluendum, mirabantur? Incluſum in illo amore, & excluſum ab iſta infirmitate, ideſt quod ille amans poterat impedire infirmitatem ab amico, & quod non eſt impedita infirmitas, ſed de facto illi ſuo amico ſuperuenit. Duo igitur hæc vltima cogitantes, dicebant ſe cuidam illam rationis humanæ (vt diximus) primo occurrentem. Amat, & potuit. Si amat, cur malum amico uenire permiſit? Etenim hoc videtur eſſe contra legem amoris: quandoquidem amare alt quem eſt bonum uelle ei. Si potuit: cur amicum à malo ſuperuenituro non præſeruauit? Videtur enim & hoc contra legem amoris in aliquo potente conſiderati: quoniam ſicut amare in ſe conſideratum eſt bonum uelle amato, ita amare in connexione ad potentiam conſideratum eſt, ſecundum quod potes, amato bonũ procurare, & multo magis malum ne illi contingat, impedire. Hæc autem cogitantes, & apud ſe inſolubilia uidentes, in ſtuporem cuiuſdam magnę admirationis rapiebantur: quam ad extra mittebant per illud aduerbiũ, Ecce. Hinc per quoddam conſequens fit, quod ſi potentiam ſolum, uel ſolum Domini amorem, & Lazari amati infirmitatem, nullo alio addito, conſideraſſent, tunc eis in ſua hac propoſitione per nuntium, quæ præconceptæ earum cõſiderationis erat expreſſiua, ſuffeciſſet, ſine illa admirationis nota dicere; Domine, quem amas, infirmatur: quemadmodum, tali admirationis cauſa ſubmota, dixit uel Cēturio, Matth. 8. Domine, puer meus iacet in domo Paralyticus, & male torquetur, uel Princeps Synagogæ, Matth. 9. Domine, filia mea modo defuncta eſt, ſed ueni, impone manum tuam ſuper eam, & uiuet; uel Chananæam, Matth. 15. Filia mea male a dęmonio uexatur.

Dubium magnũ cũ ſua ratio. nib. vtrin

que mul- ta commu ne.

PRÆMISSI TEXTVS Examen.

DOMINE (inquiunt) quem amas, infirmatur. Quid petant expreſſe nõ apparet: ſed ſolummodo manifeſtam Chriſto facere curant propriã, quæ erat Lazari fratris, miſeriam dicentes; Infirmatur. Expreſſe, inquam: quia implicite, in uno expreſſo, ſcilicet Amas, & multũ, & multa cum fiducia petũt. Sciunt enim ex amoris legibus, ſufficere amico neceſſitatem tantum exponere, abſque alicuius ſpecialiter expreſſæ petitionis additamento. Quapropter ex hac ſcientia, moręque in ſpem bonam erectę magna cum fiducia intra ſe dicebant. Nihil a Domino explicite pe amus, ſed ei de amore ſuo erga infirmum mentionē faciamus: quoniam ſic nihil petentes, omnia quæ leuandæ infirmitati proficua ſunt, & petemus, & faciliter obtinebimus. Sic equidem omnia illa petemus; quia amicus

Letus

Digitized by Google

verus(qualis Dominus noſter eſt) cum velit bonum amico ſuo, tanquam alteri ſibi, ſolicitus eſt proculdubio ad repellendum malum ab amico ſuo, tanquam ab altero ſe. Sunt enim amicorum verorum in primis iſta communia, quod vterius & diligit bonum alterius, ſicut ſuum proprium, & odit malum alterius, ſicut proprium. Vnde fit, vt de bono illius, ſicut de proprio, gaudeat ita, vt non poſſit nō gaudere, & de malo illius, ſicut de proprio, triſtetur ita, vt non poſſit non triſtari: ideoque per conſequens fit, vt alteruter ipſorum bonū amici, ſicuti propriū, augere & conſeruare conetur, malum vero eiuſdem, ſicuti proprium, diminuere, & totaliter expellere pro viribus ſtudeat. Cum igitur iſta omnia dictet amico vero lex amoris, ſufficiat nobis (inquiebant illæ) notificare Domino noſtro, quod ille, quem amat, infirmatur. Dimittamus interim ei omnem curam de nobis: quoniā amor cordialiſſimus, quo eum nos veraciter amare per multam ſanctamq; familiaritatem cognouimus, ſuggeret ei melius & efficatius omnia in hoc caſu ſaluti noſtræ opportuna: q̄ quæcūq; alia verba noſtra. Sic ē, quaſi tacendo poſtulātes multa (vt dicebatur) facilius impetrabimus: qm̄, ſic faciēdo, maiorē in ipſo fiduciā habere nos, oſtēdemus [effectus.n fiduciæ grādis eſt, omnem ſolicitudinē tuā proijcere in eum, quem in adiutorium rogas:] & ad intuitum ſpei fiducialis in ſeipſum maxime Dominus auxilium porrigit opportunum: iuxta illud, Pſal. 90. Quoniam in me ſperauit, liberabo eum.

Lex vera amicitia.

ASSIMILATAE ergo ſorores iſtæ in petitione ſua quodammodo tacita ſunt B. Virgini, quæ dum filio ſuo, à quo maxime ſe amari certo ſciebat, pro vini ſupplemento fiducialiter ſupplicaret, indigentiam ſolam ſuorum ei propoſuit, dicens Ioan. 2. Vinum non habent. Quanti autem valeant tales orationes, in ſolius miſeriæ orantium expreſſione plenam de reliquo ſuimet reſignationem in Dei prouidentiam continentes, patet & ibi per vini multiplicati, & hic per Lazari quatriduani, miracula ſollemnia: quorum illud ratione primitatis, iſtudq; ratione magnitudinis rei, cæteris præſtat. Valorem ſimilis orationis viderunt in principio Ordinis Prædicatorum, venerabiles Patres noſtri. Erat quidam nobilis Reginaldus nomine, Aurelianenſis decanus, qui nunc pro ſanctitatis vitæ merito communi voce Beatus Reginaldus dicitur. Hic Romæ, antequam ordinem hunc à ſe vehementer deſideratum actualiter intraret, infirmatus eſt ad mortem: quem Beatiſſima Virgo mater Dei, alijs duabus ſanctis. ſ. Catherina, & Cecilia martyribus aſſociata, viſitare dignata eſt. Hic ab illa ſingulari matre dulciter interrogatus, an aliquid ſpecialis gratiæ à ſeipſa vellet, dum parat reſponſum, ab vna illarum virginum collateralium ad aurem ſuam inclinata ſilentio audit. Videas chariſſime, & ſcito Reginam hanc eſſe matrem omnium gratiarum; proptereaque illam copioſiorem in tibi vtiliora dando, quam tu in deſiderando, & rogando. Ideo, cum maior ſit illa corde tuo, te in omnibus & per omnia in illius curam ſecure proijcias, nihil expreſſe interim poſtulando, ſed vniuerſa arbitratui eius fiducialius relinquēdo dicēs; Domina, vt vis, & expedi e mihi ſcis, ita facias cum ſeruo tuo. Dictum, ac factum. Tunc pijſsima Dei mater, accepta pixide olei ab altera ſuarum virginum vnxit infirmum vnctione ſanitatis eo modo, quo ſacerdotes inungere ſolent moribundos oleo extremæ vnctionis, mutando tamen uerborum formulas ad ſingulos corporis ſenſus [utputa, ungo pedes tuos in præparationem prædicandi Euágelium pacis. Vngo renes tuos in ſignum perpetuæ caſtitatis, &c.] Quo facto dulciſsima uirgo protulit, & ei donū aliud precioſum manibus ſuis dicens; En iſte eſt habitus Ordinis tui. Ex tunc itaque incæpit B. Dominicus Ordinis Prædicatorum pater, indui habitu illo, quo & ve iuit ipſum Reginaldum ad ordinem recipiens: quo & deinceps totus ordo indutus eſt, gratias infinitas per hoc ſe referre ſemper proteſtans Beatiſſimæ veſtiariæ noſtræ. Nam antea habitum Canononicorum regularium (quem vocant, il Rocchetto) portabat B. Dominicus cum ſuis: quo depoſito, habitum nouum à B. Virgine toti Ordini Prędicatorum, in perſona ipſius Reginaldi donatum, ideſt ſcapulare album, aſſumpſit.

Multus, orationū quarundam valor.

B. virgo protectrix eſt ordinis prædicatorum, medica, & veſtiaria.

DV-

D V B I V M Textuale.

QVEM (inquiunt) AMAS, INFIRMATVR. Cum amicus relatiue dicatur, ideſt ſit amico amicus; patet, quod non ſolum Chriſtus amabat Lazarum, ſed etiam Lazarus amabat Chriſtum: ideoque veraciter potuiſſent ſorores dicere, Domine, qui te amat, infirmatur. Cur ergo non ſic, ſed prælegerunt dicere; Domine, quem amas, infirmatur? Quia intendebant prouocare Chriſtum meliori modo, quo poterant, ad ſucurrendum infirmo. Porro ad prouocandum Dominum pro conferendis nouis beneficijs medium multo efficacius eſt citare amorem ipſius iam experimento nobis manifeſtum, quam amorem noſtrum erga ipſum: & quia amor eius erga nos eſt in infinitum maior, quam noſter erga illum, & quia amor eius non cauſatur à noſtro, ſed noſter cauſatur ab illo. Quod enim nos amemus Dominum, procedit ex amore, quo Dominus amat nos. Propterea namque Dominus infundit poſtea amorem ſuum in cordibus noſtris, ideſt facit, quod nos amemus ſeipſum. Conſtat autem, quod cauſa, vt cauſa, ſemper eſt potior ſuo effectu, ut effectus eſt. Sorores ergo illæ minus prouocatiuo medio vſæ fuiſſent, & conſequenter minus intentioni propriç ſatiſfeciſſent, ſi dixiſſent, Domine, qui te amat, infirmatur: quam dicendo; Quem amas, infirmatur. Edoctæ igitur à Spirituſancto citarunt merita non propria, aut Lazari, ne viderentur humilitatis terminos offendere: præſertim cum ad eum, qui eſt humilis corde, Matth. vndecimo, verba tranſmitterent, ſed citarunt meritum amoris Domini erga Lazarum, vt per hoc eum prouocarent, quatenus amoris ſui erga infirmum officia exerceret. Id quod vtique maius eſt: quam ſi petitione ſimplici ſupplicaſſent dicendo: Domine, ſana eum. Quid enim apud Dominum non obtineat meritum amoris eiuſdem Domini? Hinc Eccleſia Catholica eodem Spirituſancto ad imitationem iſtarum ſororum inſtructa in ſuis ad Deum patrem orationibus non merita propria, ſed merita amoris (qui maxime in Crucis paſſione manifeſtatus eſt) Chriſti erga nos proponit ei, dicens, Per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum filium tuum, vt per eum ab illo, quicquid orando petierit, obtineat. Rurſus etiam, ſi ad Chriſtum ipſum orationem dirigat, idem facit. hoc eſt, eum per ſemetipſum ideſt per amoris ſui præcipui meritum rogare intendit, cum ait, Qui viuis & regnas &c. vt amoris tanti erga nos inopes, pauperes, & mendicos officia in tali, vel tali caſu exercere dignetur. Hic ſiquidem orandi modus tum ab his ſororibus, tum a ſancta Eccleſia, filijſque ſuis obſeruatus eſt illud petere, quod nobis Chriſtus toties pręceptis ſalutaribus inculcat dicens, Ioan. decimoſexto. Vſq; modo non petiſtis quicquam in nomine meo, petite, ſcilicet in nomine meo, & accipietis. Itē capit. decimoquarto. Quodcunque petieritis patrē in nomine meo, hoc faciam. Rurſus ibid. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Itē capitulo decimoquinto. Vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis: Rurſum ibid. Quodcunque volueritis, petens, ſcilicet in nomine meo, & fiet vobis. Quam ſaluiiferam additionem ex his locis reliquit ſubintelligendam vbicunq; de oratione ſermonem fecerit, puta, Luc. vndecimo. Petite, ſcilicet in nomine meo, & dabitur vobis, pulſate, ſcilicet in nomine meo, & aperietur vobis: Omnis, qui petit, ſcilicet in nomine meo, accipit, & qui quærit, ſcilicet in nomine meo, inuenit, & pulſanti, ſcilicet in nomine meo, aperietur. Itē Mar. vndecimo. Quæcunque orantes petitis, ſcilicet in nomine meo, credite, quia accipietis, & euenient vobis: item Matth. ſeptimo. Petite, ſcilicet in nomine meo, & accipietis: Item cap. 18. De omni re quamcunque petierint, ſcilicet in nomine meo fiet illis à Patre meo. Rurſum alio modo allegare ſolet Eccleſia amorē Dei erga ſeipſam (ad inſtar illarum dicentiū; Quem amas, &c.) dum ſupplicationes ei porrigit, & hoc eſt, commemorare beneficia eius præterita, antequam de nouis conferendis eum roget. Hanc enim eſſe bonam præparationem ad hoc, ut exaudiatur

Allegare Dominũ in orationib. amorem ſuum antea nobis exhibitum via eſt multū apta exauditioni.

Digitized by Google

diatur, monſtrat ſe iudicare: dum fere ſemper talem modũ in orando obſeruat. Vt, Deus, qui Beato Alexio tribuiſti, ut & noua mundum arte deluderet, & de hoſte humani generis mirabiliter triumpharet. [Ecce, allegatio amoris diuini erga ſeipſam, ſic videlicet beneficiando beatum filium ſuum Alexium] concede propitius, &cæt. [Ecce petitio nouorum beneficiorum.] Item. Beata Margarita, virgo & Martyr, quæ tibi grata ſemper extitit & merito caſtitatis, & tuæ profeſſione virtutis, [Ecce, allegatio amoris diuini erga ſeipſam: beneficia. ſ & virginitatis, & virtutis, ideſt cõſtantiæ in Martyrio, beatæ ſuæ filiæ Margaritæ dando, maius quoque beneficium ſuperaddendo, ſcilicet faciendo ſibijpſi gratam eandem in ijſdem duabus virtutibus] implores nobis indulgentiam. [Ecce petitio noui beneficij.] Tali enim ordine ſenſus verborum conſtruitur: licet uerba aliter ordinentur. Ab his exemplis duarum collectarum diſce cæteras eius orationes.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, amicos Dei in hac vita affligi, non eſt ſignum (vt impiorum vox eſt) quod Deus, uel minus diligat eos, uel non habeat prouidentiam de illis: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado, vt à ſomno excitem eum. Ex eo enim, quod CHRISTVS Lazarum afflictum uocat amicum, patet: quod non minus nunc ſic afflictum diligit, quam antea diligeret. Quo enim nomine magis expreſſiuo amoris ſui poterat ab eo uocari Lazarus, antequam ſic eſſet afflictus: quam nomine amici? Amicus nanque ſecundum nominis ſignificatum, alter ego, & dimidium animæ eſt ſuo amico. Quo quid maius, ideſt charius, dici poteſt? Si ergo DEVS minus amaret ſuos amicos tempore afflictionis ipſorum, quam proſperitatis, ipſe Lazarum, quem viuentem, ad ſignificandum amoris ſui magnitudinem erga illum, vocabat amicum, non eodem nomine uocaret iam mortuum. Amicos itaque Dei in hac uita affligi, etiam vſque ad mortem, & ſepulturam incluſiue (ſicuti nunc erat de Lazaro) non eſt ſignum quod Deus eos minus diligat. Plus ergo probauit Euangeliſta, quam nos in concluſione diximus: quoniam non ſolum probauit, amicos DEI hic affligi, non eſſe ſignum &cæt. ſed etiam probauit, amicos Dei hic affligi, uſque ad mortem & ſepulturam, non eſſe ſignum, quod DEVS minus diligat eos. [Sic & DEVS ſe afflictiſſimum Iob non minus diligere, quam proſperoſum, ſignificauit per hoc: quod illum tempore aduerſitatis conſideratum vocauit ſeruum ſuum, ſibique charum maxime declarauit, dum ad eius preces promiſit parcere, & pepercit, tribus eius amicis, cap. 42.]

Nec obſtat veritati præmiſſæ, quod CHRISTVS audita infirmitate Lazari, non ſtatim iuit ad illum, immò, vt dicit tex. Tunc manſit in eodem loco duobus diebus. Nam quod tardauerit, non fuit ex hoc, quod minus amaret Lazarum afflictum, ſed aliunde, ut ſcilicet (quemadmodum Beatus Chryſoſtomus ait) expiraret Lazarus, & ſepeliretur, ita ut poſtea dicerent, quoniam fœtet, quatriduanus enim eſt. Et hoc, ne poſſent Phariſæi ad peruertendum omnia bona eius opera ſemper intenti, miraculum fiendum calumniari dicentes, quoniam Lazarum nondum uere defunctum ſuſcitauit, ſed potius quodam ſtupore mortem præſeferente ſtupefactum. Quod autem non ex minore erga Lazarum amore tardauerit (ut contra cauillationem obijcientium ſupponebatur) monſtrat Euangeliſta per hoc, quod huic clauſulæ, Tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus, immediate connexerat hanc aliam clauſulam; Diligebat autem IESVS Martham, & ſororem eius Mariam, & Lazarum. Hunc ſiquidem textum immediate præmiſit: ne putares, tardationem biduanam, de qua mox ſubiungebat, eſſe à CHRISTO factam ex tepiditate amoris erga illas perſonas uehementer afflictas. *Optima ſolutio obiectionis tacitæ.*

ALIA VERO PARTICVLA huius

Huius ſecundæ partis concluſionis, ſcilicet, quod amicos Dei hic affligi non eſt ſignum, quod Deus non habeat prouidentiam de illis, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Sed vado, vt à ſomno excitem eum. Niſi enim de Lazaro, etiam mortuo & ſepulto (ſepultus quippe erat, quando CHRISTVS hæc dixit) haberet prouidentiam: uerba hæc, quæ erga illum magnam ipſius prouidentiam ſonant, non dixiſſet. Suffeciſſet ſiquidem ei, ſi prouidentia nulla circa mortuum moueretur, dixiſſe: Lazarus amicus noſter dormit. Dum ergo de illo mortuo, circa quem omnium aliorum cura iam defecerat (cuius rei ſignum eſt uox illa ſororis eius; Iam fœtet, quatriduanus enim eſt) tantam prouidentiam habebat: reddidit nos certos, quod & de viuo illo, quantumuis afflicto, ſummam curam vbique gerebat. Tantam, dixi, prouidentiam: quia proprium uitæ periculum, vt ad excitandum Lazarum iret, contempſit (ut patet legenti textum,) id quod maximi amoris de amici prouiſione ſoliciti manifeſtum ſignum eſt.

Primo. VADO (inquit) VT à ſomno excitem eum. Per quod dictum ſuum oſtendit primo Dominus, amorem cum ſingulari prouidentia erga ſuos amicos nunquam ſeneſcere, ſed ſemper iuueneſcere. Certe & hic poteſt cum ueritate proportionali applicari illud, Ioan. decimotertio. Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mūdo, in finem dilexit eos: ſi magnitudo rerum ad Lazari excitationem concurrentium conſideretur quando CHRISTI cor totum in tenerrimū vſque ad lachrymas amorem, & curam Lazari præcipuam verſum aperte, etiam ab inimicis, videbatur. Secundo oſtendit ibi Dominus: quam contemnendus ſit pauor mortis, immò & quam deſideranda ſit mors, ab amicis ſuis: dum ipſorum mortem uocat ſomnum (ut à SOMNO inquit &cæt. Ac ſi per hoc dixerit. Sicut ſomnus ad hominum quietem multum proficit poſt labores diurnos, atque ideo ab his multum deſideratur: ita mors iuſtis poſt in hac uita exhauſtos pro DEI honore labores plurimam quietem affert, ideoque à iuſtis magno animo deſiderari debet. Tertio oſtendit ibi Dominus: quod poſt mortem corporalem iuſti (qualis erat Lazarus) uiuaciter, fortiores, & alacriores, reſurgent, quā fuerint prius in hac uita mortali: ſicut poſt ſomnum corpori debitum uidemus, & experimur, homines conſurgere tales è lecto ſuo. Iuſti, inquam, ad differentiam iniuſtorum: quoniam huiuſmodi bonæ reſurgendi conditiones, quas & ſub alijs uerbis legimus, primo Corinth. decimoquinto. Non uerificabuntur de iniuſtis: quamquam & ipſi corporaliter tunc ſurrecturi ſint.

Multa perſtringuntur à nobis deſiderabilia in tex. Vado ut à ſomno excitē eum.

Secundo.

Tertio.

EIVSDEM EXAMINIS Proſecutio.

Quarto. DOMINVS per ſuam eādem ſententiam declarat, ſe eſſe Deum omnipotentem: quandoquidem non niſi Deus eſt omnipotens. Porro habere ſe omnipotentiam oſtendit, dum ait: Vt à ſomno excitem eum. Somnus enim hic erat illa uitæ priuatio, de qua legitur apud Philoſophum, libro Prædicament. A priuatione ad habitum non datur regreſſus, ideſt impoſſibile eſt naturaliter dari poſſe regreſſum à morte corporali ad uitam. Cum igitur tota natura creata non poſſit quantiſcunque ſuis uiribus in vnum collectis excitare mortuum ad uitam, & CHRISTVS ſe hoc facturum (quod & poſtea fecit) propria potentia teſtetur dicens, Vt à ſomno excitem eum, patet omni recta ratione utenti: quod per ſententiam hanc, monſtrat ſe eſſe ſupra quaſcunque totius creatæ naturæ uires, id quod eſt eſſe Deum omnipotentem. At ſi facilitatem operis tanti, ideſt reſuſcitationis à morte, prædictis in conſideratione textus diligentiori adiungas: eum pluſquam omnipotentem (ſi ſic loqui licet) comprobabis. Quid enim eſt: Excitem eum à ſomno? Hoc eſt. Tam facile mihi eſt, Lazarum mortuum, quatriduo ſepultum, in fœtorem ex parte conuerſum, reſuſcitare ad uitam: ſicut homini facile eſt, aliquem in lecto dormientem excitare. Quod quidem dictum licet ueriſſimum ſit, non tamen præciſe, ut ſonat, intelligendum eſt ſolummodo: ſed in

Christo facilius eſt ſuſcitare quemcunque mortuum, quā hominib. facere ſibypſis facillima.

Digitized by Google

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET; Amicorum Dei afflictiones & cædunt vniuerſaliter in magnam Dei gloriam, & oſtendunt ſpecialiter dilectionem, & prouidentiam Dei erga illos, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Infirmitas hæc non eſt ad mortẽ, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam, & tex. Venit itaque & inuenit eum quatuor die, iam in monumẽto habentem, & textu. Reſurget frater tuus &c. Lachrymatus eſt &c. Tollite lapidem &c. Lazare veni foras. In Lazari enim amici Chriſti infirmitate, tanquam in ſuo ſimili, deſcribitur illud, quod de amicorum Dei aduerſitatibus pro quacunque differentia temporis indicandũ eſt. Dicit ergo Dominus de amico ſuo iã moribundo; Infirmitas hæc non eſt ad mortem &c. & vere ſic eſt, quandoquidẽ in lege, quã Chriſtus & in dictis, & in factis ſuis venerat adimplere, Matth. 5. ſcriptum eſt, Sap. 4. Iuſtus, ſi morte præocupatus fuerit, in refrigerio erit. Ideo mors corporalis, amicorũ Chriſti vndecunque veniat, non eſt ad mortẽ, ſed ad refrigerium. Infirmitas (inquit) hæc &c. De infirmitate hac Dominus loquitur, ſm quod ipſum decet: qui ſemper ad altiora meditanda contendit. Nam hanc infirmitatẽ, ſecundum ſeipſam, non conſiderat, quĩ ſic dixiſſet oppoſitum, quandoquidẽ iſta infirmitas, ſm ſe cõſiderata, erat ad mortem (vt rei euentus probauit) & ad mortẽ vtique diutiſſime (prout in cæteris accidit) permanſuram, ſed de ipſa, ſecundum quod ſtat ſub ordine præordinationis diuinæ, loquitur. Deus. n. ab æterno ordinauerat, ꝙ hæc infirmitas nõ firmaretur in morte, ſed per eam quaſi ſummis labijs deguſtatam, tanquam per quoddam medium tranſiret cito ad uitam. Ideo altiſſimam hanc cauſam pro menſura ſui dicti accipiens Chriſtus, ueriſſime pronunciauit: Infirmitas hæc non eſt ad mortẽ, ſcilicet tãquam ad terminum diutiſſime (ſicut in alijs accidere ſolet) permanentẽ. Quia igitur in morte non ſtetit Lazari infirmitas (vt in decurſu huius Euangelij patet,) mirum non eſt, ſi dicitur non eſſe ad mortem, & tanto magis, quanto apud nos in iure habetur; Non dicitur veniſſe, qui non ſtetit. Sed pro gloria (inquit) Dei &c. Hoc eſt. Infirmitas hæc terminãda eſt vltimo ad gloriã Dei, quæ gloria erit, vt glorificetur filius Dei per eã. i. vt ab hominibus filius Dei, qui ſum ego, credatur eſſe Deus glorioſus in ſecula ſeculorum. Ecce hic ad literam conſtructionis et grãmaticę ꝙ filius Dei, qui tunc loquebatur, & poſtea Lazarum ad vitã reuocauit, eſt verus Iudæorum tunc fideliũ Deus. De tali. n. Deo intelligitur (vt patet) dictum illud, Pro gloria Dei.

Deſcriptio vniuerſalis omnium ſimilium in vno ſimili.

Regula.

Tex.

Chriſtus eſt filius Dei, et De⁹ verus, ſecũdũ apertam huius Euangelij texturam.

CONSTRVENDO itaque totum tex. dicatur. Infirmitas hęc eſt pro gloria Dei. i. ordinata eſt ad hoc, vt glorificetur Deus, qui eſt filius Dei, per eam reſuſcitando. ſ. mirabiliter ipſum ex hac infirmitate mortuum. Ad illud ſiquidem ibi præmiſſum, Pro gloria Dei, ſubiungẽdo, vt glorif. fil. Dei per eam, oſtendit manifeſte, ꝙ filius Dei eſt ille Deus, pro cuius gloria ſ hominibus declaranda dicebatur eſſe Lazari infirmitas. Ex omnibus deniq; prædictis patet, quam optime in illa Lazari infirmitate, tanquã in clariſſimo ſpeculo, reluceat vniuerſaliter veritas illius tertiæ particulæ concluſionis. ſ. ꝙ amicorũ Dei afflictiones cædũt in magnam gloriam Dei. Porro per hanc magnam gloriam Dei non intelligas vniuerſaliter reſurrectionem, qualis fuit in Lazaro, quoniam non ſunt generaliter extẽdẽda illa priuilegia, quæ de ſpeciali gratia ſunt alicui facta, ſed loco eius intelligas aliquid notabile in gloriam Dei reſultans. [Puta, cum quis ex infirmitate ſupra habita, ad inſtar B Franciſci, & deſignatorum ſic ab Iſai 28. Vexatio dat intellectũ, conuertitur ad meliorẽ vitã] vel ẽt augmentum præſentis meriti, & pręmij futuri, ſecundũ illud, Rom. 5. Gloriamur in tribulationibus, ſcientes, ꝙ patiẽtiam operatur, patientia autem probationẽ, probatio vero ſpem, ſpes autẽ non cõfundit; Vel etiam deniq; reſurrectionẽ electorum in nouiſſimo die glorioſam, quando vniuerſæ illorum afflictiones & triſtitiæ ante mortem habitæ conuertentur eis in gaudium, Ioan. 16. De qua reſuſcitatione à Chriſto fienda ſuorũ amicorum à Lazaro hic figuratorũ, quã glorioſa futura ſit, Doctorẽ illũ, cuius doctri

Quomodo pænalitates bonorũ multipliciter cadũt in gloriã Dei.

na ab ipſo Crucifixo (ſm atteſtationẽ Papæ Pij V. in ſua Bulla de hac re à Cardinalibus ſubſcripta) approbata fuit, vide in 3. de Sacramen. Addition. q.75. ar. 1.2. & q.82. 83. 84. 85. & c. articulis ſuis.

PROBATIONIS EIVSDEM Continuatio.

DICEBATVR in illa tertia parte concluſionis, qđ afflictiones amicorum Dei oſtendunt dilectionem, & prouidentiã, eius erga illos. Quod quidẽ probatur ex hoc omnium aliorum (vt diximus) ſimili, & ſic. In Lazari infirmitate oſtenſa eſt magna Dei dilectio, & prouidentia erga illum: ergo in amicorum Dei infirmitatibus, ſeu afflictionibus quibuſcunque magna eius dilectio, & prouidentia, ad illos oſtenditur. Huius demonſtratiui argumenti conſequentia patet per locum à ſimili: quoniam de ſimilibus idem eſt iudicium. Antecedens vero probatur ſingillatim ex textib. Euãgelij. *Tex.* Venit itaque (inquit:) & inuenit eũ quattuor dies iam in monumento habentem. Notum ſiquidem omni rationabiliter diſcurrenti eſt, quod iſte Domini aduentus monſtrat magnam eius dilectionem, & curam, erga infirmum iam in monumento quatriduanum. Tanto magis autem veritas hæc apparet: quanto magis homines ad charos ſuos, poſtquam ſepulti fuerint, amore tepidiori, & in dies decreſcente, afficiuntur (vt experientia docet.) Rurſus veritatem illam valde amplificat verbum illud. Itaque, quod quãdam ex ſuperioribus illatam concluſionem deſignat. Quid in textu ſuperiori dixit Euangeliſta? Quod Domino volenti venire in Iudæam, vbi Lazarus infirmus iacebat, diſcipuli propoſuerunt pericula mortis, & quidem ſatis ex præterito experimẽto probabilia, dicentes: Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Et eidem pro ſua ambulatione adducenti, quod Lazarus dormiens ad ſui excitationem ipſius præſentia indigeret, ſeipſos quodammodo difficiles exhibuerunt ad comitatum: vſque quo à Thoma condiſcipulo animati conſenſerunt ire, & mori cum eo. Illud ergo verbum, Itaque, denotat ex his ibi præmiſſis, quod Dominus non æſtimauit periculis mortis ſe exponere, & diſcipulorum ſuorum voluntatibus contraire, vt amico ſuo mortuo ſubueniret: id quod (vt patet) eſt maximæ dilectionis & curæ ſignum euidens erga amicos ſuos vehementer afflictos. Quòd ſi addideris, quod Chriſtus in cauſa propria nolebat ambulare in Iudæam, quia Iudæi quærebant eum interficere, Ioan. 7. nunc autẽ in cauſa amici etiam in monumento quatriduani volebat ire, & iuit in Iudæam, non obſtante, quod Iudæi etiam recenter quæſiſſent, & quotidie quærerent eũ interficere: non habere te vltra ſpiritum, fateberis, ad digne cogitandum, ne dicã explicandum, quanta Chriſtus dilectione, & cura, proſequatur amicos ſuos. Hinc ergo, cæcutientibus etiam facillime patere poteſt, falſiſsimam eſſe illam impiorũ poſitionẽ, ſcilicet, quod afflictiones amicorum Dei ſunt ſignum, quod Deus minus & diligat eos, & prouidentiam de ipſis habeat: quando ſi introſpexiſſent rectis oculis Euangelium præſens, totum contrarium dicere debuiſſent.

RESVRGET (inquit) frater tuus. *Tex.* Inauditum à ſeculis, multoque magis, quam de cæci nati miraculo, Ioan. 10. proponit ad conſolationem Marthæ promiſſum, vt hinc de amicis ſuis etiam mortuis magnitudinem dilectionis eius, & prouidentiæ videre quidem poſſis, comprehendere vero nequaquam. Tranſmiſerat Dominus ad Martham per nunciũ reſponſionem hanc: Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ideo nunc ad ipſam loquens perſonaliter declarat, in quo ſenſu reſponſio illa à ſeipſo dicta fuerit. Et hoc quidẽ neceſſariũ eſſe iudicauit Chriſtus, ad excludendam omnem ſuſpicionem falſitatis, vel ignorantiæ, à ſe. Viderat ſiquidem Martha, qđ poſt bona verba illa, Infir. hæc no. e. ad mor. frater ſuus erat mortuus, & ideo poterat, vel ipſa, vel aliqua alia perſona, ad quã perueniſſent illa verba, ſuſpicari, quod Chriſtus nolens, ſed ex ignorantia, in verbis illis dixiſſet falſitatem. Propterea Dominus in primo verbo ad Marthã nunc loquens aperit verum ſenſum illorum verborum, quæ ei per nuncium tranſmiſerat: quo eodem facto conſeruat credulitatem bonã & de-

Gloſſa vera aſſertur à Domino addictum ſuũ.

& deuotionem Marthæ erga ſeipſum, id quod ſalutem eius importabat (ut patet.) Dicit ergo, Reſurget frater tuus, ſcilicet Reſurrectione illa, qua verificetur (vt intendebam reſponſum meum illud, Infirmitas hæc non eſt ad mortem. Nihilominus Martha ſicut reſponſum illud non intellexerat ante, ita nec declarationem reſponſi illius nunc factam à Domino intelligit. Putauit ſiquidem Martha (vt verborum ſuorũ textus ſequens oſtendit) quod Dominus loqueretur de reſurrectione communi in nouiſſimo die fienda. & conſequenter de reſurrectione, qua non verificatur, quod infirmitates moribundorum non ſint ad mortẽ. Alioquin, cùm omnes tunc reſurrecturi ſint, ſequeretur, & quod nullorum infirmitates eſſent ad mortem, & conſequenter, ꝙ Dominus nihil ſpeciale de Lazaro dixiſſet per illud, Infirmit. hæc nõ eſt ad mortem: quorum vtrunque eſt inconueniens. Dominus ergo Martham ad ſenſum verũ illius dicti, Reſurget frater tuus, reducit poſtea & verbo, & facto. Verbo quidẽ, dum inquit; Ego ſum reſurrectio, & vita, dicit Ego ſum, & non ſolum in nouiſſimo die ero cauſa reſurrectionis, & uitæ: per hoc denotans, ſe virtute propria tunc in præſenti ad vitam reuocaturum fratrẽ eius per reſuſcitationem: ſicut in futuro nouiſſimo ad uitam per ſuſcitationem reuocabit omnes. Facto autem Martham ipſam ad idem reducit, dum actualiter & ad monumentum vadit, & Lazarum reſuſcitat. Ex omnibus his patet: quam deriſibiles ſint, atque mendaces, hæretici, qui Biblistæ vocantur, Brentius, Vuiclef, Lutherus &c. dum ſacram ſcripturã, quæ tota eſt uerbum Chriſti (ut ſupra c. 7. Diſſenſio &c. ꝑpter ſermones &c. oſtẽdimus) contendunt adeo eſſe claram, vt nulla expoſitione egeat, neque in ea eſſe aliquid difficile, uel obſcurum. Tarditas enim Marthæ ad intelligendum Dominum, etiam proprio ore ſibi prædicta exponentem, nonne illos eſſe falſarios, ac omnibus uere prudentibus deriſibiles, apertè demonſtrat? Item. Diſcipulorum Chriſti, qui tanto tempore cum eo fuerant ingenij & hic eod. cap. & in Euangelijs alibi, deſcripta hebetudo nonne à fortiori facit idipſum: illaſque eorum poſitiones pro hæreſibus damnat? Cæterum contra ipſa illorum mendacia, ad decipiendum incautos cõpoſita, uide adhuc infra, ibi: Confirmatio concl. 1. cont. ho. Eccl. S. D.

Chriſtus eſt cauſa reſurrectionis, & vitæ: ergo eſt verus Deus.

Difficilia multa cõtinet ſcriptura ſacra.

2. Petr. 3.

EIVSDEM PROBATIONIS, Textuum examen.

ALII in hoc Euangelio textus, qui amorem magnum, magnamque prouidentiam Chriſti de ſuis amicis, afflictione etiam omniũ maxima, ideſt morte oppreſſis, ſunt multi: quorum præſcriptos tres tantummodo adhuc examinabimus. Lachrymatus (inquit) eſt IESVS. Lachrymis, ſcilicet intimę compaſſionis ad amicum ſuum. In hoc facto monſtrauit Chriſtus, ſe eſſe uerum hominem, utpotè veros affectus humanæ pietatis erga ſuos amicos habentem. Vbi notato pro ſemper utiliſſimam fidei regulam, ſcilicet, quod quando Chriſtus aliquid ſuam diuinitatem importans monſtrat, paulò poſt aliquid ad ſuam humanitatẽ pertinens adiungit: & uice uerſa, hoc eſt, demonſtrata uera humanitate, ſuæ etiam mox diuinitatis facit memoriã. Ecce. Dixit antea Dominus, Ego ſum reſurrectio & uita, quo dicto, ſe eſſe uerum Deum, qui ſolus cauſa reſurrectionis, & uitæ eſſe poteſt, oſtenderat: nunc autem è ueſtigio, quod humanitatis eſt, lachrymas uidelicet annectit, ſe hominem uerum à paſſione hac notiſsima probans. [Hoc autem totum, ſi per te diligenter capitulis Euangeliorum ſtuderis, inuenies à Domino ubique communiter obſeruari: & hoc, ut uel ſic oſtendat: quam neceſſarium omnino ſit ad noſtram ſalutem credere firmiter, quod ipſe eſt uerus Deus, & verus homo.] Ne autem ueritati illi probatæ commiſceret quis errorem, putando ſcilicet illum eſſe uerum hominem non tantum ueritate naturę, ſed etiam ueritate defectuum culpabilium (ſicut nos ſumus homines ueri:) ideo Euã geliſta ſolicitus fuit talem, qui ex lachrymis uiſis poſſet naſci, errorem excludere per hoc, quod antequam de Chriſto diceret, lachrymatus eſt de eodem prædixerat, Infremuit ſpiritu, &

Regula neceſſaria, et generalis.

In Chriſto homine omnia humana vere ſunt, ſed inculpabiliter.

 turbauit

Digitized by Google

turbauit ſeipſum. Sciebat enim, quòd lachrymæ ſunt effectus turbationis internæ: Et ideò cauſam lachrymarum fuiſſe inculpabilem monſtrare curauit: vt etiã inde effectus inculpabilis redderetur; & per conſequens ille homo, cuius erat illa cauſa, illeque effectus, ſicuti erat, ita crederetur inculpabilis. Dicit ergo; infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum. Hoc eſt. Nec fremitus, qui eſt humana paſſio, ad acceſſionem, ſeu feruorem animi ad aliquid arduum aggrediendum ſpectãs; nec turbatio, quæ eſt paſſio humana ad triſtitiam pertinens, ſurrexit in Chriſto ex carne concupiſcente aduerſus ſpiritum (ſicut in nobis plus vel minus accidit): ſed ex ſpiritu. Ita quòd illud textus, Spiritu, refertur & ad infremuit, & ad turbauit. Ac ſi apertè per illud, ſpiritu, dixerit Euangeliſta. Paſſiones humanæ erant in Chriſto: ſed quilibet motus quantumcumque paruus, vel magnus originem habebat ex ſpiritu; non ex carnali affectu. Fremitum igitur, & turbationem, fecit in ſemetipſo Dominus ſecundum ſpiritum, id eſt, ſecundum rectam rationem: itaque paſſiones interiores faciebat moueri iuxta correſpondentiam, ſeu conformitatem ad opus, quod facturus erat exterius: vt omnia ſuauiter diſponeret. Vide. Erant hic duo externa, ſcilicet Lazari mors iam quatriduana, & reſuſcitatio eius à Chriſto fienda. Vt paſſionum motus interior correſpondeat iſtorum primo, ipſe turbat ſeipſum, id eſt, excitat in ſeipſo de morte Lazari triſtitiam (nam hæc in turbatione animi conſiſtit) vt autem earum motus correſpondeat ſecundo, ipſe fremit in ſeipſo, id eſt diſpoſitionem animi ad opus arduum tunc à ſe fiendum proportionatam excitauit, quam etiam in facie apparere fecit. [Totum hoc in textu vocatur fremitus.

Regula generalis de paſſionibus Chriſti.

REGVLAM, igitur vniuerſalem ex præmiſſis ab Euangeliſta habes: quòd quodcũq; de quibuſcunq; animi paſſionibus, ſiue timoris, ſiue amoris, ſiue &c. in Chriſto exiſtentibus agitur, ſubintelligitur ſemper id, quod hic ſemel pro ſemper de ipſo ſcriptum eſt, ſ. ꝙ numquã in eo ſurrexerunt, nec etiam in primo primis motibus, ex carne concupiſcente aduerſus ſpiritum (prout in nobis): ſed ſemper ex ſpiritu, i. ex recta ratione gubernante, quò ad omnia, paſſionem illam. Cùm ergo de Chriſto legis Matt. 26. Cæpit contriſtari, & mæſtus eſſe, expone tu hinc edoctus, ꝙ ipſe Dominus ſpiritu turbauit ſemetipſum quò ad iſtas animi paſſiones. Hoc eſt. Quòd ſecundum rectam rationem in ſeipſo excitauit triſtitiam illam, ac mæſtitiam, vſque ad talem, vel talem gradum, etiam vſque ad ſudorem ſanguineum, & agoniam, Luc. 22. in tali, vel tali, tanto, uel tanto, tempore, loco, et cęt. Secundum ꝙ ſuo ſpiritui paſſiones illas per omnia optimè regenti placuit.

Tex.

TOLLITE (inquit) LAPIDEM. Iſte eſt alius ſpecialis textus: qui dilectionem Chriſti, & prouidentiam erga ſuos afflictos oſtẽdit. Ecce. Nouerat Dominus, & melius, quã Martha, ꝙ corpus Lazari, cuius monumento ſuperpoſitus erat ille lapis, fætebat: & tamen fætorem illum, quo utique ſenſibiliter præ alijs, vtpotè delicatior, ſenſuſque puriores ac viuaciores habens, offendebatur, eligit ſuſtinere, ut amico ſuccurrat, & tanta quidem prouidentia, quanta nunquam ſperabatur. Quòd enim tantum miraculum fore de quatriduano, non ſperaretur, inſinuat Martha per hoc, ꝙ nolebat auferri lapidem nè Chriſtum fætor ille offenderet cum aſtantibus. Quaſi obſtando dixiſſet. Ad quid Domine ualet remouere lapidem: niſi ad videndum Lazarum iam ex putrefactione fætentẽ, & cõſequenter ad offenſionem nariũ veſtrarũ ex illa fætida exhalatione? Verumtamen ad prouidẽtiã Domini de amico ſuo hoc multum valebat: ut ſcilicet nulli calumniæ aduerſariorum poſſet miraculũ fiendum ſubeſſe. Voluit ſiquidem prouidentia ſua Chriſtus, lapidem illum tolli: vt ab omnibus præſentibus euidentisſime videretur Lazarus, & in monumẽto marcidus, & poſtea reſurgens. Nam ſi clauſo ſepulchro exiſtet: exiſtimari potuiſſet eſſe phantaſma quoddam, ſeu ſpectrum aliquod. Si verò reſuſcitatus pulſaſſet, aut clamaſſet, ut aperiretur ſibi: exiſtimatum præſertim ab inimicis, fuiſſet, quòd non tunc primò clamaſſet, ſed ꝙ pluries antea clamauit, & non fuit auditus: & conſequenter, ꝙ non verè fuiſſet mortuus,

Obſtruitur os volentiũ lo-

Digitized by Google

q̃ iniqua per ablationem lapidis.

mortuus, ſed quandam extaſim morti ſimilem ad horam paſſus, ſe illo Chriſti dicto, infirmitas hæc non eſt ad mortem, non in vero, ſed in ſuo ipſorum falſo ſenſu (vt faciunt de ſcripturis hæretici) propriam malitiam illam obuelantibus. Vt igitur malitia non vinceret ſapientiam, ſed a ſapientia vinceretur, Sapien. cap. 8. fecit Dominus remoueri lapidem illum. Vbi enim, aperto ſepulchro, patuit omnibus Lazarus, & ad fætorem vſque mortuus, & ad vocem Domini imperioſam viuus effectus, fugatur omnes calumniæ.

LAZARE VENI FORAS.

Tex.

VLTIMVS eſt hic textus, de præſcriptis: qui ad amorē, & prouidentiam Chriſti erga ſuos amicos afflictiſſimos venit examinandus. Hoc præcepit Lazaro, ſecundum contextum, voce ualdè clamoroſa: vt etiam hinc pateat, quòd inimicos ex Iudæis præſentes, quos & ad phariſæos, pro congregando concilio cōtra ſeipſum, occaſione ex ipſo miraculo accepta, ituros (vt infrà in contextu patet) ſciebat, non timet in auxilium opportunum amicis ſuis afferendo: ſed illis, tanquam non adſint, neque ex miraculo viſo mortē ſibijpſi procuraturi ſint, neglectis facit liberrimè quicquid pro ſalute amicorū ſuorū eſt. Voce itē clamoroſa nunc utitur: & vt magnitudinem rei fiendæ, vtpotè nunquam aliàs auditæ, ex hoc percipiamus, & ut attentionem aſtantium ad rem videndam excitet, & vt vox ſit proportionata magnitudini operis, & vt nulla poſſit calumnia de arte magica, verbis ſecretò dictis, inferri (puta quòd dixiſſet verba ſuperſtitioſa, incognita, vel aliàs pactū cum diabolo continentia), & ut illorum figmentum monſtret eſſe erroneum, pro erroneaque apertè condemnet, qui animas mortuorum circa mortuos, ſeu mortuorum ſepulchra eſſe dicunt, quoniam ad has vocandas, vtpotè propinquas non fuiſſet opus magna voce clamare. Sicut ergo orationem præuiam fecerat Chriſtus ad patrem, nō propter indigentiam ſuffragij, quaſi non poſſet ipſe abſque tali oratione facere opus, ſed propter nos (ut patet in textu) id eſt pro noſtra ſalute, nè ſcilicet crederetur in operationibus miraculorum cōtrarius aliqualiter Deo (ut blaſphemabant phariſæi) ſed per omnia, & in omnibus conformis eidem, vtpotè illi, qui miſerat ipſum [vt credant, inqt, quia tu me miſiſti, ideoque quod ſum tibi inceſſanter conformis]: ita nunc vtitur clamore ad excitandum mortuum non propter ſeipſum, cum non tantùm ſubmiſſa, ſed etiam nulla emiſſa voce, ſed ſola voluntate hoc facere potuiſſet, verum iungere voluit talem clamorem præcepto propter nos de multis, quæ dicta ſunt, edocendos.

Per clamorē Xp̄s multa deſignat.

Per hoc, q̄ ſe a patre miſſū dicit, vult ēt cōnotare omnimodā conformitatē ſuā ad illum.

LAZARE. Nominatim eum vocat, vt ipſe ſolus veniat: connotans ex hoc: quod, ſi confuſim, id eſt abſque ſpeciali nominatione diceret. Mortui venite foras, quilibet ibi iacens, a quantumcunque tempore mortuus veniſſet foras. Vox enim Chriſti tanta eſt, vt faciat, quæcunque per illam vult fieri: iuxta illud, Hebr. 1. Qui portat omnia verbo virtutis ſuæ, id eſt, uerbo ſuo ſimpliciter virtuoſo, id eſt omnipotenti. [De cuius vocis virtute uide Pſalm. vigeſimum octauum.] Virtus ergo huius vocis animam Lazari è Limbo SS. Patrum, quo deſcenderat, eduxit, corpori in monumento iacenti reuniuit, & ſic ex cadauere Lazari Lazarum fecit. Non itaque animæ ſoli, neque corpori ſoli, conuenit illud nomen, Lazare, cum neutrum iſtorum ſeparatim ſit Lazarus: ſed conuenit compoſito illi ex vtroque, quod in inſtanti pronunciationis verborum, Lazare veni foras, ex anima, & corpore ſimul vnitis reſultauit. Vox ergo CHRISTI fuit non tantùm ſignificatiua, ſed etiam factiua Lazari, & ſic vocauit CHRISTVS id, quod nondum erat, tanquam eſſet [ſecundū illud Rom. 4. vocat ea, quæ non ſunt; tamquam ea, quæ ſunt;] ſciens, q̄ in fine iſtorum verborum eſſe debebat. Præterea vocata eſt illa res, quæ venit foras; ſed compoſitū ex anima, & corpore coniunctis, non autem anima ſola, neq; corpus ſolum, venit foras: ergo nomen hoc, Lazare, ad compoſitum, non autē ad par

Quàm efficax ad multa ſimul operādum ſit vox Chriſti.

tes

tes ab inuicē ſeparatas, relatū eſt à Chriſto vocante. Veni(inquit)foras. Non ſolū mandat; vt viuus, & ſanus fiat: ſed etiam vt ipſe per ſe, eoque modo, quo ſepultus fuerat, veniat foras. Non rogat, non obſecrat, dicendo Veni; ſed præcipit, tāquam (vt prædixerat) reſurrectio & vita. i. cauſa reſurrectionis, & vitæ: vt hinc coacti ſint aſtantes, videntes, & audiētes, ꝙ mandat hoc Lazaro tāquam primariam poteſtatē habens, credere: ipſum verè eſſe filium Dei & Deū æqualē patri (vt ſe eſſe probauerat, Ioan. 10. coram calumniantibus, ꝙ ſe faceret Deum. Ibi. n. conuicit Iudæos ex lege eorum: ꝙ non ſe faciebat Deum, ſed verè erat verus Deus; vtpotè cuius participatione alij dicti fuerant Dij. Pſ. 81.) Ad hanc Domini iuſſionem ſine vlla mora obediuit mortuus; & modo illo, quo iubebatur: oſtendens per hoc, quàm promptam. & perfectam obedientiā facere debeamus nos viui ad vocem mandatorum eius. Porrò ex tali Lazari obediendi modo, mirabiliter & exaltatur, & certificatur miraculum ſuæ reſuſcitationis: & per conſequēs omnium Chriſti inimicorum, quorum ſemper veritatem diuinorū operum perſequi, machinationes iniquæ omninò confunduntur. Statim enim (inquit textus) prodijt, qui fuerat mortuus; ligatus manus, & pedes inſtitis; & facies eius erat ſudario erat ligata. PROSECVTIO EIVSDEM Ecce. Nō ſolum duplicatum in textu illo narratur miraculum (ſcilicet & ꝙ quatriduanus eſt ſuſcitatus; & ꝙ ligatus exiuit per ſe extra ſepulchrum:) ſed ēt ad certitudinē ampliorē miraculoſi operis, ad omniumque calumniarum à falſarijs proteruis factibilium excluſionē, deſcribitur Lazarus tot vinculis circumligatus exijſſe. Nam ſi ſolutus fuiſſet inuētus, aut exiſſet; dici à malignātibus potuiſſet: ꝙ non mortuus, ſed maxima ſpiritus contractione ſtupefactus (prout de aliquibus quandoque accidiſſe, refertur) fuerat ſepultus. Veruntamen ab effectu patet contrarium in caſu noſtro. Effectus enim talium ſtupefactorum per errorem ſepultorum eſt; quòd, quando in ſepulchris redeunt ad opera vitæ, non ſolum ſe ſoluūt, ſi leuiter ſunt ligati; ſed etiam clamant, & corrodunt quicquid poſſunt, facientes vltimum de potentia; vt quaquauerſum exeant inde; Talis verò effectus contrarium fecit Lazarus. Nam in eodē loco, vbi primò poſitus fuerat, manſit ſemper immotus, & quietus: in cuius ſignum euidens dicitur ab Euangeliſta; quòd prodijt ligatus &c. id eſt, ꝙ non ſoluerat ſe a faſcijs ſepulchralibus, quib. ligatæ fuerant; dùm ſepeliretur, manus eius, & pedes (cùm tamen faſciæ illæ eſſent leuia ligamina, & conſequenter ſolum faciles;) neque corroſerat, aut amouerat ſudariū, quò facies eius fuerat velata: ſed quòd his omnibus intactis, extra monumentū exiuit in conſpectū omnium. Soluite (inquit) eum. Vt ſcilicet tangentes, & ſoluentes eum, certificarentur magis, & alios cōſequenter certiores redderēt, de veritate miraculi. Ideò Chriſtus per ſeipſum. i. imperio illo, quo mortuum ſuſcitauit, Noluit ſoluere ligatum, & ſinite (inquit) abire. vt ſcilicet ex ambulatione etiam eius eo modo, quo ſani pedibus ſuis abſque alio ſuſtentaculo ambulare conſueuerunt, certitudo veritatis miraculi omnibus innoteſcat. Aliqui enim Magi (vt dicit D. Thomas) viſi ſunt aliquàndò mortuos ſuſcitaſſe: non tamen ad hoc eos perducere potuerunt, vt priſtina officia exequerētur. Et hoc quidē erat; quia eorum reſuſcitatio nō erat vera, ſed ſolùm phantaſtica. Hęc ille ibi ſuper Ioā. In hoc igitur verbo, ambulare, includuntur implicite alia etiā priſtina officia Lazari; vndè legimus, cap. 12. Lazarus erat vnus ex diſcumbētibus, &c. cogitauerūt, vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in IESVM ſcilicet propter admonitiones ſibi a Lazaro viua voce factas.

Ita clarū eſt Chriſti miraculū vt nulla tergiuerſatione ca lari poſſit.

EX ſupradictis omnibus abundantiſſimè patet veritas illius tertiæ partis concluſionis, ſcilicet, quòd amicorū Dei afflictiones & cędunt vniuerſaliter in magnā gloriam eius; & oſtendunt ſpecialiter dilectionem grandem, ac prouidentiā eiuſdem erga illos. Huc ergo ſolerti ingenio tuo applicabis omnia, quæ examinando dicta ſunt, ſciens: quòd omnia in gratiam huius finis diximus. Quod & proportionaliter faciendum tibi circa aliarum concluſionum dicta, & exanima, relinquimus pro ſemper.

Regula generalis ad lectorem; vt faciat &c.

CON-

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD falſum eſt, & in fide erroneũ quòd ſcripturæ ſacræ nihil habeant difficile, nihil obſcurũ, quod egeat expoſitione; & quemlibet poſſe eas exponere pro arbitratu ſuo (vt patuit de multis non intelligentibus, infirmitas hęc non eſt ad mortem: & Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado, vt à ſomno excitem eum: & reſurget frater tuus) vide, ex ſacroſanctis ſcripturis, Cõcilijs, &c. definitum eſſe, in Elucid. prima par. articulorum numero, 1.170.183.10. Item in veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 27. concl. 3. Quòd prouidentia Dei totus mundus regitur; & cõſequenter quòd non ſine prouidentia eius amici ſui affliguntur diuerſimodè in hoc mundo: vide, ex ſacroſanctis &c. declaratũ eſſe, in Elucid. prima par. articulorum numero, 41, 136.500.501. & 1.2. articulorum numero, 2.497.498.496. Item in veritatibus aureis &c. Geneſ. 17. concl 1. & Exod. 2. concluſ. 2. & Leuitic. 25. concl. 5. Quòd Deus magis diligit meliora, & quidem ſemper: & conſequenter tunc diligit magis amicos ſuos, quando ſunt in maximis tribulationibus, quàm poſſit exiſtimari ab hominibus ſenſum in iudicando ſequentibus. Exemplum hic de Lazaro; & Rom. 8. de Chriſto; quẽ pro nobis tradidit pater in tot, tantaſque aduerſitates, paſſiones, & acerbiſſimam mortem: vide in tex. & Elucid. prima par. q. 20 art. 3. 4. Vt nos hinc eruditi ad eos dicamus, cum B. Auguſt. de verb. domin. ò infidelis; conuenio te adhuc poſitum in ſęculo. Lazarus amicus moritur. ſi amicus moritur: inimicus quid patietur? Hæc ille.

CONCLVSIO SECVNDA Cap. XI.

NIHIL eſt tàm bonum, vt eo malitia humana non poſſit abuti, ex eo ſcilicet, vel malum eliciendo, vel aliàs modo aliquo illud peruertendo: quæ etiam eos, quos perfectè poſſederit, adeò vaſtat, vt faciat illos indè ex ſeipſa deteriorari, vndè ex natura rerũ deberent meliorari; ſed & eorum intellectum in iudicando, & voluntatem in eligendo, corrumpit.

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM hanc, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Quidam autẽ ex ipſis abierunt ad Phariſęos, & dixerunt eis, quę fecit IESVS, collegerũt ergo Põtifices &c. vſque ad, ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum; & tex. Dederant mandatum, &c. vt apprehendat eum.

PER illum terminum, malitia, intellige omnia hæc à textu ſubminiſtrata, ſcilicet malignitatem [Quidam autem ex ipſis,] inuidiæ furorẽ [collegerunt ergo Pontif. & Phar. concilium] ambitionem [tollent locum noſtrum] amorem propriũ inordinatum ad tyrannidem exercendã [& gentem;] Superbiam cum aliorum deſpectu, ſeu cõtemptu [vos neſcitis quicquam, nec cogitatis.] Prima itaque pars, ſcilicet nihil eſt tam bonũ, &c. vſq; ad illud peruertendo, patet ex eo: quòd quidam ex aſtantibus ad videndum tantũ miraculum accenſi ſunt à propria iniquitate ad concitandum phariſęos, iam ex ſeipſis Chriſti inimicos, contra miraculi illius authorem. Ecce: quomodo hi abutuntur tanto bono. Miraculum hoc, quod de ſe ordinatum eſt ad vitam tùm corporalẽ, qua Lazarus denuò viuit; tùm ſpiritualem, qua multi ex Iudęis hoc viſo credunt in Chriſtum, ordinauerunt illi ad mortẽ tùm corporalem, quam Chriſto per phariſęos afferre tentabant; tùm ſpiritualem, qua ſemetipſos per infidelitatis malignitatẽ afficiebant. Abutuntur quoque tanto miraculo ijdem: quoniam ex bono illo, quod ſecundum naturam ſuã producit bonum (vt à ſimili patet, Matt. 7. Arbor bona fructus bonos facit) ipſi contra boni naturam agentes eliciunt malum, & tam magnum: vt diximus, & patet diffusè in textu. Miraculo illo etiam abutuntur *Q̃uo abuſi miraculo tripliciter.*

peruer-

peruertendo illud, non quidem negando niſi in hoc ſenſu, ſcilicet quod voluiſſent id negare, & de facto negaſſent, ſi potuiſſent; ſed dicendo, quod exinde, ideſt ex talibus operibus miraculoſis naſceretur ſubleuatio populi, & tantus ad illorum mirabilium patratorem concurſus, vt de rebellione, vel ſaltem de aliquali ſpecie rebellionis, ſuſpicari poſſent Romani contra Iudæos (prout & phariſæi, quaſi eodem ore cum iſtis loquentes, dixerunt poſtea in concilio.) Peruerſio etenim hæc ab eis ficta erat, quoniam nō viderant vnquam Chriſtum poſt miracula à ſe facta coaduinaſſe ſibi ideſt ad ſui corporalem ſequelam turbæ multitudinem, aut milites ſecum quandoque duxiſſe; aut gloriam propriam, ſeu (quod aiunt) facere ſibi nomen quæſiſſe propter miracula ſua. Et hoc eſt quod B. Chryſoſtomus eorum introducendo locutionem, ait Si Romani viderint eum turbas ducentem, ſuſpicabuntur nos in tyrannidem velle conſurgere. Sed fictio erat, quæ dicebantur. Quid enim demōſtrabat tale? Armigeros circumferebat? Equitaturas trahebat? Nonne deſerta perſequabatur? Hæc ille, ſuper Ioan.

Iudæorum fictio, ad commouendum animos contra Chriſtum.

VNIVERSALIS denique propoſitio (vt fit in concluſione capituli) ex eiſdem dictis relinquitur deducenda, ſcilicet, quod nihil eſt tam bonum, vt eo malitia humana non poſſit abuti, vel ex eo malum eliciendo, vel aliàs modo aliquo illud peruertendo. A ſimili enim ad omnia alia ſimilia inquantum ſimilia ſunt, valet argumentum efficaciter, quoniam (vt ſæpius ex Logicæ regulis diximus) de ſimilibus in eo, quod ſimilia ſunt, idem eſt iudicium. Cæterum, quis neſciat: quod illis malignantibus Iudæis omnes alij malignantes aſſimilantur in malitia? Taceo, quod eandem primam concluſionem docuit eſſe veram Apoſtolus, cum de ſummo abſolute bono loquens ad malitiam humanam increpatiue dixit, Rom. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis, contemnis? Ignoras: quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, Theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei. En: q̄d talis generis hominum malitia, Apoſtolo teſte ſummis his bonis diuinis, ſcilicet bonitate, patientia, longanimitate in magna copia (quæ per diuitias in textu denotatur,) ſibi cōceſſis abutit. inquātū nec bonū, q̄ ſibi à Deo bono, patiēte, longanimi, offert, nō recipit, & malum bono illi cōtrariū, ꝓpriæ iniquitatis ductu inde elicit. Quodnam bonum tunc à Deo illis hominibus offerebatur? Pœnitendi ſpatium. Ipſi vero, in tempore illo non ſolum pœnitentiam non egerunt: ſed etiā tempus illud in malis actionibus conſumpſerunt. [Et hoc eſt malum: quod inde, propriæ iniquitatis ſuggeſtu, traxerunt.] Docuit & eandem concluſionis partem, quo ad peruertere bonum, inter nobis exterius collata ſummopere magnum [Hoc eſt ſcriptura ſancta] eſſe veram. B. Petrus dicens, 2. Petr. 3. Chariſſimus frater noſter ſcripſit vobis; quæ indocti, & inſtabiles deprauaui [Prophetia, quod hæretici in primis epiſtolas Paulinas erant deprauaturi] ſicut & cæteras ſcripturas. Quomodo autem illas deprauent, breuibus aperit B. Iudas Thadæus dicens, cap. 1. Hi ſcilicet hæretici, quæcumque quidē ignorant, blaſphemant: quæcunque autē naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur.

Abutitur bonitate Dei, qui tempus ad pœnitētiā ab ipſo cō ceſſum nō in bono, ſed in malo, expendit.

Hæreticos ſpecialius Apoſtoli, ꝗ aliorū ſcripturas deprauaturos, prophetatum eſt, & poſtea frequēter viſum, vſq; in hodiernum diē.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Malitia eos, quos perfecte poſſederit, adeo vaſtat, vt faciat illos inde ex ſeipſa deteriorari, vnde ex natura rerum debuerant meliorari, demōſtratur ab Euangeliſta ex tex. collegerunt ergo pont. & pha. concilium, & diceb. q̄d facimus; quia hic homo mul. ſigna facit; et tex. ab illo die cogitauerunt, vt interficerent eum, & tex. Dederant mandatum, vt ſi quis cognouerit, vbi ſit, indicet, vt apprehendant eum. Quid enim ſibi vult illud verbum, Ergo? Nonne ad exprimēdam animorum eorum malignitatem cōtra Saluatorem noſtrum, ſuffeciſſet dicere collegerunt Pontif. & Phariſ. conciliū, abſque coniunctione illa, Ergo? ſuffeciſſet quidem ad exprimendam malignitatem, ſed non ad exprimendum malignitatis gradum. Nam per appoſitionem illius,

Ergo,

Ergo, non tantum malignitas Pontificũ & Phariſæorum detegetur, ſed & gradus: inquantum iſta eorum malignitas infertur ex eo aucta, ex quo fieri debuerat vel totaliter, vel ſaltem aliqualiter remiſſa. Ac ſi per talis illatiuę coniunctionis appoſitionẽ Euangeliſta hæc, vel ſimilia, voluerit inſinuare. Audito tanto miraculo, quod nunquam à ſeculis non modo non auditum, ſed nec à longe eſt cogitatũ rationabiliter diſcurrere tenebantur, & ex tali diſcurſu intelligere, quod miraculi illius patrator non poterat non eſſe, aut Deus, aut maximus Dei amicus, & conſequenter odium, inuidiamque, quibus contra illum prius agitati fuerant, ex veritate tandem perſpecta, deponere: cum tamen totum oppoſitum fecerint. Vix. n. reſerendarij verba finierant narrantes hęc mirabiliſſima, quæ fecit IESVS, quod ipſi Phariſæi cum Pontificibus de cõgregando contra eum Cõcilio cogitauerũt, & quantocius illud acta congregauerũt. Itaque cum ex antea auditis inferendo dicit, Collegerunt ergo &c. ponderantibus ipſam illationem aperte monſtrat: quod ex malitia propria inde in peiora corruerunt, vnde ex natura rerum ad meliora vocabantur. Vis, videre, in quæ peiora? Penetra tres illos textus ſupra adductos, conferendo ad mala Phariſæorum Pontificumque priora. & ſatisfactus eris.

Tex. Collegerunt (inquit) concilium. Scilicet ciuitatis: publicum: conuocatio videlicet omnes & ſenatores, & qui aliàs de concilio erant. Nam ex quo non ponit aliquã reſtrictionem ad concilium, pura dicẽdo, concilium inter ſe inuicem, intelligimus: quod non fuit concilium ſecũdum quid, ſed ſimpliciter; id eſt; quod non illorum tantùm primo primorum, ſed abſolute omnium de concilio exiſtentium, concilium fuit. In peius igitur ex parte hac tãto magis, quam prius, ceciderunt, quãto peius eſt concilium ſimpliciter, quam cõcilium ſecundum quid (qualia fuerunt priora) contra Dominum. Quid (inquiũt) facimus? Arguendo, non ſimpliciter interrogando, dicunt hoc. Arguunt enim proprias moras ad occurrendum tanto ſecundum illorum opinionem periculo: de quo poſt in ſucceſſu tractãt. Quaſi dicant. Aliàs in priuatis cõcilijs tractauimus de prouidendo ſic, vel ſic, contra tale periculum, ſed tepidius, quã oportebat, procraſtinando proceſſimus hucuſque: nunc vero tandẽ in hoc concilio generali moras noſtras amputemus, & quid efficacius, feſtinãtiuſque in tali caſu faciendum ſit, firmiſſime determinemus. Ecce: quomodo hi maligni apponunt, & in primo verbo ſuo iniquitatẽ nouam ſuper iniquitatem heſternã. Quia (inquiunt) hic homo multa ſigna facit. Rationem arguendi moras illas dicunt eſſe hanc; quod. ſ. ex parte ſaluatoris creſcit quotidie cauſa attrahendi populum ad ſe: quoniam multa ſigna facit, & maiora, quam priùs fecerit (ſicut nunc patet de Lazaro, ex relatione nobis à fide dignis facta. Vnde periculum eſt in mora.

HIC (inquiunt) Homo. Nota hic inuidiam Pontificum ac Phariſæorum contra Saluatorem, ſicut & ibi, Multa ſigna facit, notare debes vim veritatis contra ſeipſos. Ex quo vtroque loco tibi mox patebit (vt etiam aliunde habetur;) quod voluntas recuſat quandoque amplecti veritatem, quam intellectus ſuus cognoſcit, & dictat eſſe ab ipſa amplectendã. Inuidia eorum, quæ? Quod ſaluatorem nomine proprio vocare dedignantur, ſed ipſum ſolo nomine communi; & cum ſtomacho loquẽtes, deſpectiue nominant, Hic homo. De qua eorum voce inuidiam illam ſonante admiratus Beatus Chryſoſtomus dicit. Hominem eum adhuc vocant: qui tantam ſuſceperunt eius deitatis demonſtrationem. Hæc ille, ſuper Ioan. Vis illa veritatis, quæ? Quod ipſi tam acerbiſſimo odio contra eum nunc actualiter magis, quam antea, ſæuientes, atque ſua illa concilij ſui liberrate fruentes, inuiti quidẽ, ſed amanifeſta veritate conſtricti, quod gloriam eius imperitãs dicunt: Multa ſigna facit. Tam multa ſcilicet numero, quàm in magnitudine. (inquiunt) ſigna fecit, & facit, ut experti ſumus, impedimentum a nobis iam ex parte populi appoſitum [ſcilicet, quod, ſi quis confiteretur eum eſſe Chriſtum extra Synagogam fieret] non ſufficere, ſed ſuperari ſuorum magnitudine ſignorum. Propterea oportet omnino (concludentes inquiunt) nos inuenire, & apponere, aliquod impedimentum ex parte illius hominis

Veritas reiecta à ſua voluntate, quod ſæpe accidit in infidelib.

Magna vis veritatis ſupra inuidiam, manente inuidia.

Digitized by Google

Cum igitur in vindictam mortis Chriſti, ſecundum veram Dei intentionem, venerint Romani ad tollendum locum Iudæorum, & gentem, debuerant, vt vera eſſet conſequentia, dicere; Si non dimittimus eum ſic, (ideſt ſi occidimus eum) venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem, & ſi dimittimus eũ ſic, ſcilicet ita quod non occidamus eum, non venient Romani, neque tollent locũ noſtrum, & gentem. Suæ igitur intentioni, quæ erat, quod illi non venirent contra ſeipſos, neque tollerent locum ſuum, & gentem ſatisfeciſſent, ſi dimiſiſſent eũ: ſicut, ab oppoſitis, intentioni eidem contrauenerunt, dum non dimiſerunt eum.

Iudæi occidẽdo Chriſtũ, fuerunt totalis deſtructionis propria cauſa.

Item, Intellectum Cayphæ, ſi iuxta ſuum ſenſum priuatum intelligatur, fuiſſe in ſua conſequentia deceptum conſtat. Dixit enim: Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc eſt. Si iſte homo occidatur, erit & vobis, & toti populo, expediens, quoniam tunc non peribit tota gens; ſi autem, e contrario, nõ occidatur, nec vobis, nec toti populo, erit expediens, quoniam ſic tota gens peribit. Ecce quantam falſitatem continent ejus dicta. Quod, vt melius penetres, nota verbum illud; Vobis. Debuerat enim, ſi veritatem priuatã ſua locutio habitura eſſet, dicere; Non expedit vobis, vt iſte homo moriatur, quia ſi moritur, tota gens veſtra, ſeu noſtra peribit. Contra ſuam ergo intentionem, quæ procul dubio erat, quod tota gens ſua non periret, locutus eſt Cayphas, & contra veritatem. Præter enim ſupradicta ex Luc. 19. & Matth. 21. ad literã expreſſiorem monſtrat Daniel, quod non fuit Iudæis expediens, quod hic homo moreretur, ſed totius eorum gentis deſtructio ſpiritualis & corporalis, dum ait, ca. 9. Occidetur Chriſtus. Et non erit populus eius, qui eum negaturus eſt. Ciuitatẽ, & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio, & vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio. Quid clarius contra dictorum Cayphæ, vt ab illo erant, falſitatem?

QVOD vero malitia corrumpat et voluntatẽ in eligẽdo, patet (vt dicebatur) ex tex. Ab illo ergo die cogitauerũt, &c. & tex. Dederant mandatum, &c. Voluntas enim eorum ſi non fuiſſet corrupta, elegiſſet tantum virum, tàm Iudæis, & in opere, & ſermone beneficum, tantis virtutum omnium moribus adornatum (vt aperte conſtabat) conſeruare in vita, & ſecũdum poſſibilitatem ſuã honorare, reuereri, ſynceroque amore complecti. Quod totum cum manifeſte verum ſit; quid de Iudæorum voluntate, quæ contrarium elegit, ſcilicet virum perſequi vſque ad capturam (vt ſecundus) & interfectionem (vt primus dicit textus) reſtat in veritate dicendum, quod voluntas eorum erat in eligendo maxime corrupta, & cum ipſi eſſent malignitate pleni contra Chriſtum (vt paſſim per Euangelia patet) quod illa voluntatis corruptio erat ex malitia.

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD malitia hominis ad tantum nefas progreditur, vt ſummum bonum, ideſt Deum, pro conſequẽda aliqua re minima ſibi placita, contemnat ex induſtria, ideſt voluntarie non ex ignorantia, nec paſſione, ſed ex electione mali iuxta illud Iob. 34. Quaſi de induſtria receſſerunt à Deo [vnde patet, quod nihil eſt tam bonum, vt eo malitia humana non poſſit abuti. Nunquid non contemnere ex induſtria Deum prò re nihili eſt abuti infinito bono?] vide textum, & Elucidationes 1.2.q.78.art. 1.2.4. Quod malitia ex illo maximo incarnationis vnigeniti Dei bono traxit hæreſim hanc peſſimam, quod ille Dei vnigenitus erat minor patre, non ſolum vt homo, ſed etiã vt Deus. Et quod ſi pater ſolus fuiſſet incarnatus, malitia impiorum inde affirmaſſet aliud hæreticale dogma, ſcilicet ꝙ filius non erat tantæ potentiæ, vt ſufficeret ad redimendum à peccatis eorum omnes mundi homines, vide in 3. de Sal. q. 3. art. 8. ad primum. De malitia humana abutente ſacro chriſmate, ſeu oleo ſancto vide cõtra illam 3. de Sacram. articulorũ

numero

numero 90. & 3. de Sacra. Addition. articulorum num. 128. Item Veritates aureas ſuper legem veterem, Exod 30. concl. 4. & cap. 40 concl. 1. & Leuit. 26. concl. 1. & Numer. 4. concl. 1. & cap. 18. concl. 2. De malitia eadem abutente ſcripturis, peruertendo ſcilicet eas multis modis: vide Elucidationes pri. par. articulorum num. 1. Appen. & peruertente omnia Eccleſiæ bona, eiuſque dogmata ſancta vbilibet impugnante, vide indicem contra errores, & hæreſes, tum in Elucidationum, tum in Veritatum aurearum, principio poſitum, & diſcurre diligenter per totum. Nam omnes bonæ poſitiones, quæ ibi ab hæreticis à capite vſque ad calcem impugnantur, ſunt profectę, ſeu approbatæ ab Eccleſia. Quod malitia hominis beneficijs Dei abutitur, inquantum ex bonis illis elicit malum, vel illis deſeruit ſibi ad malum: vide (vltra experientiam de multis huiuſmodi hominibus quotidianam) in Veritatibus aureis, &c. Exod. 14. concl. 1. Ex quibus omnibus præmiſſis conclude, quod malitia humana de directo opponitur Deo in actionibus ſuis. Nam ſicut Deus ex malo quantumcũque malo elicit bonum, ita hominum malitia ex bono quantumcumque bono elicit malum. De qua re (vltra experientiam quotidianam) vide Veritates aureas, &c. Geneſ. 6. concl. 1. Et cap. 11. concl. 1. 3. Quod peccatum, & ideo à fortiori malitioſum, idest vel ex malitia factum, vel ipſa malitia, corrumpit vehementer bonum hominis, (& conſequenter intellectum in iudicando, & voluntatem in eligendo:) vide prima ſecundæ, quæſt. octuageſimaquinta, artic. primo, tertio, quarto, & quæſtio. ſeptuageſima nona, artic. tertio, & ſecunda ſecundæ, quęſtio. decima quinta, articulo primo, ſecundo, & tertio.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. XI.

QVÆRERE terrenum dominium poſtpoſita bona conſcientia, acquirere, ſeu conſeruare modis illicitis eſt via de ſe, ideſt ex proprio merito, efficax, & ad perdendum illud, ſi prius haberetur, & ad non conſequendum illud, ſi ante non habebatur: nec tantum eſt ex merito talis via, (quod ſemper verum eſt,) ſed etiam quandoque conducit actualiter ad hoc, vt perdatur, vel non acquiratur (quamuis non ſemper.)

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM iſtam, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Vnus homo moriatur, & non tota gens pereat, & tex. Ieſus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos. Clarum enim eſt, quod omni recte ſapienti ex lectione illius primi textus occurreret ſenſus finalis, qui à Caypha, vt Caypha, intendebatur in illis verbis, quod ſcilicet ad conſeruandum dominiũ ſuum, & dignitatem, quam ſuper gentem ſuam habebant, non debebant abſtinere (vt quidam de concilio, contra quos incipiendo, vos neſcitis quicquam, loquebatur, volebant) ab interfectione illius hominis, quamuis iniuſta. Quod vnus (inquiebat) homo moriatur, expedit vobis. Quare vobis, & nobis, expedit? Quia (inquit) tunc non tota gens peribit: hoc eſt (vt contextus ſubminiſtrarat) non tollent Romani locum noſtrum, & gentem. Ac ſi breuius, & clarius ad ſuę ambitionis propoſitum, dixiſſet. Ne perdamus locum, ideſt dignitatem, & principatum noſtrum, ſuper gentem, quæ ſi periret, perderemus neceſſario, expedit, imo neceſſarium eſt, vobis (ſic enim intelligit Cayphas per figuram, quę dicendo minus, ſignificat plus) vt homo hic moriatur. Sic ergo ille ambitionis deſiderio ebrius concluſum implicite voluit à ſe, & explicite intellectum ab alijs comprincipibus, quod vita illius hominis eſſet eis impedimentum ad conſeruationem dominij, ſeu principatus, & ideo tollenda. *Senſus principaliter intentus a Caypha.* Non ergo pro charitate erga gentem habita (qua externis verbis ſuis prætendens ſimulabat) mouebatur ad dicendum, Et nõ tota gẽs pereat, ſed pro amore priuato auaritię ſuæ, atq; ambitionis, adimplẽdo. Ex tex. igitur illo, Vnus homo moriatur, & non tota gens pereat, ſic declarato, patet particula illa, quæ in concluſione; præſupponebatur, quod ſcilicet ſu-

dæi quærebant, malis artibus conſeruare terrenum dominium, & hoc, poſtpoſita ſcienter bona conſcientia, vtpote agentes contra ſcientiam à ſe habitam de illo homine, quod ſcilicet non merebatur mortẽ illam. Nouerant ſiquidem illi Iudæorum primates pro certo, hominem illum eſſe Meſſiam in lege promiſſum 3. de Sal. q. 47. art. 5. ideoque ipſum eſſe innocentem ac propterea à merito mortis totaliter alienum. Expreſſa igitur figura fuerunt Iudæi omnium illorum, qui non curando de bona conſcientia, ſed ipſam poſtponẽdo, quærunt conſeruare, vel etiam (vt à ſimili loquamur) acquirere, temporalia dominia, ſeu dignitatẽs. Iccirco, cum de ſimilibus, cuiuſmodi ſunt figura, & figuratum, idem ſit iudicium, videndum eſt, quid propter id euenerit Iudæis, vt inde agnoſcamus, quid propter ſimile quæſitum præpoſterum alijs omnibus ſit euenturum.

Primores Iudæorum cognouerunt Ieſũ eſſe Chriſtum.

SECVNDA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Quærere terrenũ dominium modis illicitis eſt ſemper via de ſe, ideſt ex merito proprio efficax ad perdendum illud, ſi habebatur prius, & ad non conſequendum illud, ſi prius non habebatur, quandoque etiam conducit actualiter ad hoc, ideſt ad talem perditionem, & non conſecutionem: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Ieſus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos. Ex illa enim coniunctione illatiua, Ergo, patet propoſitum. Quid eſt: Ergo iam non, &c.? Eſt, ac ſi diceretur apertius. Propter hoc, quod Iudæi dominium ſuum temporale decreuerant conſeruare modo illicito [Hic erat; Vt interficerent eum,] Saluator non ambulabat apud illos more ſolito. Ne autem ex eo, quod dicit tex. In palam, crederes, quod apud ipſos tũc ambularet in occulto: addidit Euangeliſta, ſed abijt in regionem iuxta deſertum in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem. Illinc ergo, vbi prædicti malignantes contra conſcientiam (vt præfertur) agentes habitabant, diceſſit Saluator: & abijt in regionem alteram. Ex quo patet: quod illud, In palam, non ſtat hic cum ambulare in occulto, ſed exponendum eſt (more ſolito,) hoc eſt, non ambulabat apud Iudęos, ſicut prius ſolebat, quinimmo eos deſeruit. Quod autem illa derelictio, qua ab eis tunc diſceſſit, ſignificet non ſecundum moralem tantum intelligentiam, ſed etiam ſecundum literalem (cui maxime noſtra Euangeliorum expoſitio innititur) quod Iudæi perdituri erat terrã ſuã, & per cõſequẽs ad exteras regiones migraturi, cõſtat ex eo ꝙ Dñs dum in vindictam occiſionis prophetarum, & multo magis ſuipſius, deſignatæ ibid. Implete mẽſuram patrum veſtrorũ, comminaretur pœnam principibus Iudæorum, dixit Matth. 23. Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Hoc eſt. Relinquetũ à vobis, & deſerta erit à vobis. Hoc eſt, clarius loquendo: Tolletur à vobis p exercitũ Romanorũ (de hoc enim ibid. præmiſerat; Ad terram proſternent te) domus veſtra: & ſic perdetis locum veſtrũ, & gentem. Euangeliſtæ enim (vt aliàs dictũ eſt) ſibi inuicem ſic deſeruiunt: vt illud, quod vnus vel tacuit, vel minus aperte dixit, alius narret, atq; apertius expliceet. Idipſum ergo ꝙ Chriſtus facto abſentiæ ſuæ, quaſi ſignificato minus aperto de notauit nunc [non enim, quid abſentia hæc ſua præfiguraret ad literam noueramus aperte] prius loco Matthæi citato verbis, quæ primum locum (vt B. Aug. inquit) in ſignificãdo tenẽt, notificauerat lucidius. More igitur prophetarum antiquorum, qui populo Iudaico & verbis & factis [vt patet de catenis, Hier. 27. 28.] idem prænunciabant, proceſſit Chriſtus in denunciando Iudæis perditionẽ terræ ſuę, quam, poſtpoſita bonitate cõſcientiæ tanto ſtudio cõſeruare q̃ſierant.

Mos Euãgeliſtarũ interſeſe, et antiquorum prophetarum in prophetando.

Ruinę igiẽ totalis Iudęorũ cauſa fuit mala eorũ cõſciẽtia, qua ad ſeipſos cõſeruandum vſi ſunt. Sic ergo (ſm Euangeliũ declaratum) in inſidijs ſuis capti ſunt iniqui, Prouer. 11. Et ꝙ timuit impius; veniet ſuper eũ, Prouerb. 10. & per quæ quis peccat, per hæc & torquetũ, Sap. 11. Et perditio Iſraelis ex ipſo tantũ fuit, Oſe. 13. Nec ſolũ Dñs per ſemetipſum prædixit (vt declaratum eſt) ꝙ Iudęi in pœnam eorum malę conſcientiæ, qua contra iuſtitiã dominium ſuum conſeruare ſtudebant, erant illud amiſſuri, ſed etiam per Danielem

lem ſeruum ſuum hoc ipſum prænunciauit antiquius. Nam, ſi ad fundum vſque Danielis prophetiam penetrare quis voluerit, videbit (vltra ea, quæ ſupra diximus) illud, qđ ſecũda concluſionis pars, applicando ad Iudæos, habet. Quid inquit Daniel cap. 9. Occidetur Chriſtus, & non erit populus eius, qui eum negaturus eſt: ciuitatem, & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo. Occidetur Chriſtus. [Ecce Iudæorum culpa.] Non erit populus &c. ciuitatem, & ſanctuarium &c. [Ecce Iudæorum pœna.] Occidetur (inquit.) Quare ab eis occidetur? Ne tota gens pereat (vt dixit Cayphas) hoc eſt (vt dixerat cõcilium) ne Romani tollant locum noſtrum & gentem. Quare ergo, breuius loquẽdo, occidetur à Iudæis Chriſtus? Vt ipſi conſeruent ciuitatem ſuam. En mala conſcientia eligens medium malum, ad obtinẽdum finem in ſeipſo bonum. ſ. conſeruationem ciuitatis. Hæc omnia, vtpote occiſionis circunſtantiam principalem (nã propter quid, principalis circunſtantia eſt, 1. 2. q. 7. art. 4.) Exprimentia, intellexit ſimul ſpiritus Danielis in illo verbo, Occidetur Chriſtus. Cæterum, abſque multo examine, conſtat, quod per illud, non erit populus eius, & c. ciuitatem & c. ſignificatur ad literam, quod pœna talium Iudæorum futura erat & ſpiritualis, inquantum propter incredulitatem ſuam perdituri erãt dignitatem hanc quacunque terrena dignitate maiorem, ſcilicet eſſe populum Chriſti, & corporalis, ſcilicet perditionem ciuitatis, ſanctuarij &c.

Mala conſciẽtia ſtat cum bono fine intento.

SEMPER, NON Semper.

DICEBATVR in concluſione capituli, quod illorum peruerſæ cõſcientiæ hominum inquiſitio prædicta eſt ex merito proprio ſemper via ad perdendum id, quod ſic quærit, & quod non ſemper, licet quandoque, conducit ad perdendum actualiter illud. Ratio primi dicti eſt de ſe, ideſt ex ſuis terminis, clara: quoniam malum, vt ſic, non producit niſi malum, & per conſequens qui male agit ad conſequendum aliquod à ſe deſideratum, ipſo ſuo facto mereatur non conſequi illud. Nam talis, male agendo, peccat, & peccatum, vt peccatum, eſt via ad perdendum (vt patet) ſi quid habetur, non autem ad acquirendum, quod nõ habetur. Docuit enim hoc Pſal. 61. Nolite ſperare in iniquitate, & Tren. 5. Cecidit corona capitis noſtri; Veh nobis, quia peccauimus.

Malum, vt malum non generat ex ſe, niſi malũ.

RATIO autẽ illius ſecundi in principio dicti, ꝙ per experientiã patet, eſt: quia Deus non ſemper agit in præſenti ſeculo cum peccatoribus ſecundum meritum eorum, in cuius ſignum, non mittit peccatores in infernum quandocunque poſſet, immo & deberet, attentis ſcilicet ipſorum meritis. [Millies enim poſſet, & modo prædicto deberet] mittere eos illuc. Quia igitur Deus, ſecundum iudiciorũ ſuorũ rectiſſimorũ, nobis tamẽ occultorum, profunditatem agit quandoq; ex mera ſua miſericordia cum peruerſæ conſcientiæ hominibus illis, de quibus loquitur concluſio, ideo permittit, vt illud, quod per malas vias quærunt, conſequantur, & quia ex iuſtitia meritorum eorum procedit quandoque cum illis, ideo illos eo fine, quem ſic intendebant acquirere, priuat, & quidem aliquando eadem via (vt de Iudæis, ſecũdum ſupradicta, factũ eſt,) qua ipſi ad acquiſitionem illius tendebant.

PORRO hæc omnia (ne forte credideris illa eſſe de meo capite: ideoq; nihil valere) de ratione illius ſecundi dicti allata fundantur in ſcripturis ſanctis, vtpotè ab ipſis originaliter educta. Legimus, fuiſſe ab infallibili veritate dictum, Matth. 26. Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Nonne multos vidimus, accipere ex priuata poteſtate, i. non ſecundum ordinem iuris, gladium, ferire, & occidere, qui tamen gladio materiali actualiter nõ pereunt? Sed & multos videmus gladium accipientes gladio actualiter perire. Quid eſt hoc? Iudicia Dei, abyſſus multa, Pſal. 35. quibus diuerſimode erga in delicto ſimiles (vt ſupra diximus) aliquando progreditur. Ex qua ipſius Dei progreſſione per apertam experientiam viſa, cogimur illam veritatis authoritatem intelligere de merito, non de actuali euentu: hoc eſt, quod omnes gladium accipientes merentur ſem-

per ex hoc perire gladio, nõ autem, quod de facto per materialem gladium ſemper pereant. Rurſum legimus, 1. Timot. 1. Habens bonam conſcientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt: & cap. 6. Deuitans profanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſciẽtiæ, quam quidam promittentes circa fidẽ exciderunt. Ecce, quod cõſcientia non bona, ſecundum Apoſtoli textum primum, eſt via ſufficiens ad perdendam veram fidem; in cuius ſignum dicit, quod quidam conſcientiam bonam repellentes naufragauerunt circa fidem, ideſt eam perdiderunt. Et tamen multi ſunt conſcientiam prauis moribus maculatam habentes, bonamque ideo repellentes, qui catholicam fidem adhuc retinent, imo, & mori pro ea parati sũt (vt videre eſt in multis, & ſpecialiter in ſancto Bonifacio, qui vitijs carnalibus aſſuetus antea, mox ad moriendum pro fide catholica paratus inuentus eſt, & poſtea fortiter pro Chriſto mortem violentam ſuſtinẽs, martirij coronam eſt adeptus.) Rurſum, nouitatum profanarum vocum ſequela, & diſputationum inutilium falſi nominis ſcientiarũ, ideſt in ſciẽtijs, quæ veræ ſcientiæ non ſunt (vt eſt de æternitate mundi, apud Ariſtotelem, de mortalitate animæ, apud quoſdam temere philoſophantes, &c.) eſt via ad amittẽdum fidem, in cuius ſignum dicit Apoſtoli textus ſecundus, quod quidam tales talium nouitatum, & diſputationum amatores, exciderunt à fide. Et tamen non omnes nouitatum illarum, ac diſputationum ſpectatores, perdiderunt fidem: id quod annotauit idem per illud, Quidam. Quid eſt hoc? Iudicia Dei, abyſſus multa, Pſal. 35. Quibus, &c. vt ſupra.

Viæ ad perdendum fidem, vnde ſummopere ſunt cauendæ.

SICVT ergo omnium illorum, qui per malam conſcientiam, ſimiliterque illorum, qui per indiſcretam nouitatum, falſarumq; diſputationum curioſitatem, merentur fidem amittere, Deus ex ſua iuſtitia, qua reddit homini, q̃ meretur, permittit quoſdam à fide excidere, quoſdam vero ex ineffabili miſericordia, qua indigniſſimis etiam benefacit, præſeruat à tanta ruina: ita illorum omnium, qui per malas vias recte conſcientiæ contrarias inquirũt terrena, aliquos ad finem ſic ab eis quæſitum pertingere ſinit, aliquos vero non. Et ſicut vtrobique, ideſt in vtrouis euentu, qui circa dicta Matth. 26. ac 1. Tim. 1. 6. contigerit, laudandus eſt Deus, ſua imperſcrutabilia iudicia ſimpliciter cum omni reuerentia amplectendo, non autem illa diſcutiendo, vel de illis murmurando: ita de omni, q̃ vtrouis modo euenerit circa illos terrenorũ iniquos venatores, q̃ hic Io. 11. ſub forma Iudæorũ cõciliariorũ deſcripti sũt, laudãdus eſt Deus, &c. vt ſupra.

Semper et vbique de omnibus, vt a Deo ſunt, laudandus eſt Deus.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD de ijs, qui poſtpoſito Dei timore, quærunt illicitis modis facere ſibi nomen, ſiue aliquid acquirendo, ſiue conſeruando, ſiue, &c. prophetauit Malachias, quod ipſi faciendo ſic præparant ſibi viam ad perdendum illud, q̃ intendunt, & hoc ipſum, iuſto Dei iudicio pro meritis eorum retribuente. His aũt verbis, ad id ſentẽtialiter prophetandum, vſus eſt cap. 1. Si dixerit Idumæa deſtructi ſumus, ſed reuertentes ædificabimus quę deſtructa sũt: hæc dicit Dñs exercituum. Iſti ędificabunt: & ego deſtruam. Item idipſũ habemus ex illa ſententia, 1. Machab. 3. Seron princeps exercitus Syrię ait: Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno: & debellabo Iudã, & eos, qui cum ipſo ſunt, qui ſpernebant verbũ regis. Et præparauit ſe, &c. Et exiuit Iudas obuiã illis cũ paucis, &c. & contritus eſt Seron, & exercitus eius, in conſpectu ipſius. Ab oppoſitis ẽt, quod, ſ. per malas vias dominia q̃rentes obtineãt quãdoq; intentũ ſuũ denotatur ſentẽtialiter a propheta Hieremia dum alloquens Dñm talia permittẽtẽ ait, c. 12. Quare via impiorũ proſperatꝰ, & bene eſt his, q̃ preuaricãtur, & inique agũt? Plantaſti eos, & radicẽ miſerũt: proficiũt, & faciunt fructũ. Prope es tu ori eorũ, & longe à renib. eorum Ecce: q̃ prouidẽtiæ Dei Hieremias Spirituſan. inſpiratus, 2. Petr. 1. attribuit proſperitatẽ impiorũ tũ quo ad collationẽ rerũ bonarũ, [Plantaſti inquit, eos, & radicẽ miſerunt: proficiunt, & faciũt fructũ,] tũ quo ad remotionem rerũ malarum [Prope es tu ori eorum, q̃n ſcilicet petunt non tribulari, exaudiendo

Ex occultiſſima, quam etiã propheta neſcit prouidentia Dei proſperantur iniqui.

eos:

Digitized by Google

eos: in cuius ſignum, tu es longe à renibus eorum, ſcilicet non percutis eos.] Veruntamen multoties de illorum iniquorum multis, vt appareat prouidentia Dei ſecūdum eorum merita retribuens, quæ ſemper prius ibi affuit abſolutè cuncta gubernans, verificatur etiam in præſenti vita illud, Pſal. 36. Vidi impium ſuperexaltatū, & eleuatum, ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat, quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Quid eſt; Tranſiui? Eſt modus loquendi, ad denotandum breuitatem temporis, poſitus. Nec obſtat huic, quod proſperitas illorum frequenter longo tempore durat: tum quia mille anni ante oculos Dei [ſecundum quorū menſuram loqui ſolent prophetæ] tanq̄ dies heſterna, quæ præterijt, Pſ. 89. Tum quia diuina iuſtitia ſępius lento gradu procedit ad vindictam ſecundum illud, 2. Machab. 4. In diuinas leges impie agere, non cędit impune, ſed hoc, ſequens tēpus declarabit. Habentur, & hæc ſupradicta virtualiter, in ſenſu tamen literali, Matth. 6. Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia, ſcilicet temporalia (vt contextus ibi intelligendum docet) adijcientur vobis. Nam à cōtrario ſenſu (vt, ſecundum B. Hieronymū in ſcripturis licet argumentari) vult etiā dicere: Si non quæſieritis primum regnū Dei, & iuſtitiam eius, hæc omnia ſubtrahentur à vobis. Quid ergo dicendum inde eſt innuit de illis ſupradictis, qui contra regnum Dei, & iuſtitiam eius, ideſt cōtra conſcientiam, malis artibus quærunt temporalia?

Porro pro fundamento præſuppoſitū in ſuperioribus, ſ. quod Deus omnium rerum in mundo exiſtētium (imo, & ſupra, & infra, hunc mundū) habeat prouidentiā perfectiſſimam [id quod eſt de fide:] vide ex ſacroſ. Concilijs, ſcripturis, &c. definitum eſſe, in Elucidat. pri. par. articulorum num. 41. 136. 500. 502. & 1. 2. articulorum num. 2. 497. 498. 496. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 17. concl. 1. & Exod. 2. concl. 2. & Leuit. 25. concl. 5.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. XI.

Amicitiæ regula, ſed

VT audiuit, quia infirmatur; tunc mā ſit in eodem loco duobus diebus.] Cum ſcriptum ſit, Prouerb. 3. Ne dicas amico tuo, vade, & reuertere, & cras dabo tibi: cum ſtatim poſſis dare: dignum profecto admiratione, eſt, quod Chriſtus qui amico ſuo Lazaro poterat ſanitatem, & etiam ei mortuo ſuſcitationem, dare ſtatim, poſt auditam infirmitatem manſerit in loco eodem & duobus quidem diebus, antequam ad ſuccurrendum ſuo amico veniret. Cur non citò, audita eius ęgritudine, venit? Ille, qui præ amicitiæ vinculo videbatur debere, non dico ſtatim venire, ſed aduolare, ad domum amici, manet fixus in eodē loco, vbi prius erat, nec vna hora tantum vel die, ſed duobus diebus. Nunquid ergo defecerat amoris gradus ad amicum nunc infirmū, vel mortuum, quo erga ipſum iam ſanum, & viuum affectus eſſe ſolebat? Abſit. Quare igitur amicorum regulam, quæ ex Prou. 3. dicta eſt, non obſeruauit? Quia hanc voluit, ex ſua tarditate interpretari. Multa. n. docuit Dn̄s verbo quæ, vt in ſenſu vero intelligeremus, expreſſit poſtea facto. Vt eſt illud, Matt. 5. Si quis te percuſſerit in vnā maxillā, prebe illi & alterā. Hoc ſiquidē poſtea quomodo intelligendū eſſet, docuit facto ſuo, Ioa. 18. qn̄ danti ſibi alapā in vna maxilla, non præbuit alteram, ſed rōnabiliter dixit: Si male locutus ſum, teſtimoniū perhibe de malo, ſi aūt bene, qd me cędis? Cum tn̄ per decurſum ſuę ſanctiſſimę paſſionis frequēter præbuerit alteram maxillam miniſtris, qui Matth. 24. alapis eum cędebant, ſeu (ꝙ idem eſt) dabant ei alapas, Ioan. 19. Toties. n. alterā maxillam eis ſe percutientibus præbuit, quoties auertere illā, nec eā percuterent potuit. Sicut ergo tūc Ioan. 18. 19. ꝑ iſta diuerſa facta ſua mōſtrauit, ꝙ illud Matth. 5. mādatū, licet ſemper in ꝑparatione animi, poſita charitatis neceſſitate, ſeruandū ſit ab omnibus, non obligat ad hoc, vt ſeruetur in exteriori opere, niſi pro loco, & tempore, quando ſcilicet vera prudentia conſideratis conſiderandis idipſum ad literam ſeruādū ſuggeſſerit; ita nunc Ioan. 11. per illud factum ſuum monſtrat, ꝙ illud Prouerb. 3. nō eſt ſemper intelligendum, conſequenter nec ſeruandum, ad literam, niſi cum æque bene poteſt fieri vtrumque, ſcilicet ſtatim dare; & differre. In tali enim caſu, ſtatim gra-

quomodo intelligenda, inferius dicitur.

Digitized by Google

na ab ipſo Crucifixo (ſm atteſtationē Papæ Pij V. in ſua Bulla de hac re à Cardinalibus ſubſcripta) approbata fuit, vide in 3. de Sacramen. Addition. q. 75. ar. 1. 2. & q. 82. 83. 84. 85. &c. articulis ſuis.

PROBATIONIS EIVSDEM
Continuatio.

DICEBATVR in illa tertia parte concluſionis, qđ afflictiones amicorum Dei oſtendunt dilectionem, & prouidentiā, eius erga illos. Quod quidē probatur ex hoc omnium aliorum (vt diximus) ſimili, & ſic. In Lazari infirmitate oſtenſa eſt magna Dei dilectio, & prouidentia erga illum: ergo in amicorum Dei infirmitatibus, ſeu afflictionibus quibuſcunque magna eius dilectio, & prouidentia, ad illos oſtenditur. Huius demonſtratiui argumenti conſequentia patet per locum à ſimili: quoniam de ſimilibus idem eſt iudicium. Antecedens vero probatur ſingillatim ex textib. Euā- *Tex.* gelij. Venit itaque (inquit:) & inuenit eū quattuor dies iam in monumento habentem. Notum ſiquidem omni rationabiliter diſcurrenti eſt, quod iſte Domini aduentus monſtrat magnam eius dilectionem, & curam, erga infirmum iam in monumento quatriduanum. Tanto magis autem veritas hæc apparet: quanto magis homines ad charos ſuos, poſtquam ſepulti fuerint, amore tepidiori, & in dies decreſcente, afficiuntur (vt experientia docet.) Rurſus veritatem illam valde amplificat verbum illud. Itaque, quod quādam ex ſuperioribus illatam concluſionem deſignat. Quid in textu ſuperiori dixit Euangeliſta? Quod Domino volenti venire in Iudæam, vbi Lazarus infirmus iacebat, diſcipuli propoſuerunt pericula mortis, & quidem ſatis ex præterito experimēto probabilia, dicentes: Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Et eidem pro ſua ambulatione adducenti, quod Lazarus dormiens ad ſui excitationem ipſius præſentia indigeret, ſeipſos quodammodo difficiles exhibuerunt ad comitatum: vſque quo à Thoma condiſcipulo animati conſenſerunt ire, & mori cum eo. Illud ergo verbum, Itaque, denotat ex his ibi præmiſſis, quod Dominus non æſtimauit periculis mortis ſe exponere, & diſcipulorum ſuorum voluntatibus contraire, vt amico ſuo mortuo ſubueniret: id quod (vt patet) eſt maximæ dilectionis & curæ ſignum euidens erga amicos ſuos vehementer afflictos. Quòd ſi addideris, quod Chriſtus in cauſa propria nolebat ambulare in Iudæam, quia Iudæi quærebant eum interficere, Ioan. 7. nunc autē in cauſa amici etiam in monumento quatriduani volebat ire, & iuit in Iudæam, non obſtante, quod Iudæi etiam recenter quęſiſſent, & quotidie quærerent eū interficere: non habere te vltra ſpiritum, fateberis, ad digne cogitandum, ne dicā explicandum, quanta Chriſtus dilectione, & cura, ꝓſequatur amicos ſuos. Hinc ergo, cæcutientibus etiam facillime patere poteſt, falſiſsimam eſſe illam impiorū poſitionē, ſcilicet, quod afflictiones amicorum Dei ſunt ſignum, quod Deus minus & diligat eos, & prouidentiam de ipſis habeat: quando ſi introſpexiſſent rectis oculis Euangelium præſens, totum contrarium dicere debuiſſent.

RESVRGET (inquit) frater tuus. *Tex.* Inauditum à ſeculis, multoque magis, quam de cæci nati miraculo, Ioan. 16. proponit ad conſolationem Marthæ promiſſum, vt hinc de amicis ſuis etiam mortuis magnitudinem dilectionis eius, & prouidentiæ videre quidem poſſis, comprehendere vero nequaquam. Tranſmiſerat Dominus ad Martham per nunciū reſponſionem hanc: Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ideo nunc ad ipſam loquens perſonaliter declarat, in quo ſenſu reſponſio illa à ſeipſo dicta fuerit. Et hoc quidē neceſſariū eſſe iudicauit Chriſtus, ad excludendam omnem ſuſpicionem falſitatis, vel ignorantiæ, à ſe. Viderat ſiquidem Martha, qđ poſt bona verba illa, Infir. hæc no. e. ad mor. frater ſuus erat mortuus, & ideo poterat, vel ipſa, vel aliqua alia perſona, ad quā perueniſſent illa verba, ſuſpicari, quod Chriſtus nolens, ſed ex ignorantia, in verbis illis dixiſſet falſitatem. Propterea Dominus in primo verbo ad Marthā nunc loquens aperit verum ſenſum illorum verborum, quæ ei per nuncium tranſmiſerat: quo eodem facto conſeruat credulitatem bonā & de-

Gloſſa vera affertur à Domino addi ctum ſuū.

& deuotionem Marthæ erga ſeipſum, id quod ſalutem eius importabat (ut patet.) Dicit ergo, Reſurget frater tuus, ſcilicet Reſurrectione illa, qua verificetur (vt intendebam reſponſum meum illud, Infirmitas hæc non eſt ad mortem. Nihilominus Martha ſicut reſponſum illud non intellexerat ante, ita nec declarationem reſponſi illius nunc factam à Domino intelligit. Putauit ſiquidem Martha (vt verborum ſuorũ textus ſequens oſtendit:) quod Dominus loqueretur de reſurrectione communi in nouiſſimo die fienda, & conſequenter de reſurrectione, qua non verificatur, quod infirmitates moribundorum non ſint ad mortẽ. Alioquin, cum omnes tunc reſurrecturi ſint, ſequeretur, & quod nullorum infirmitates eſſent ad mortem, & conſequenter, ꝙ Dominus nihil ſpeciale de Lazaro dixiſſet per illud, Infirmit. hæc nõ eſt ad mortem: quorum vtrunque eſt inconueniens. Dominus ergo Martham ad ſenſum verũ illius dicti, Reſurget frater tuus, reducit poſtea & verbo, & facto. Verbo quidẽ, dum inquit; Ego ſum reſurrectio, & vita, id eſt Ego ſum, & non ſolum in nouiſſimo die ero cauſa reſurrectionis, & uitæ: per hoc denotans, ſe virtute propria tunc in præſenti ad vitam reuocaturum fratrẽ eius per reſuſcitationem: ſicut in futuro nouiſſimo ad uitam per ſuſcitationem reuocabit omnes. Facto autem Martham ipſam ad idem reducit, dum actualiter & ad monumentum vadit, & Lazarum reſuſcitat. Ex omnibus his patet: quam deriſibiles ſint, atque mendaces, hæretici, qui Biblitæ vocantur, Brentius, Vuiclef, Lutherus &c. dum ſacram ſcripturã, quæ tota eſt uerbum Chriſti (ut ſupra c. 7. Diſſenſio &c. ꝓpter ſermones &c. oſtẽdimus) contendunt adeo eſſe claram, vt nulla expoſitione egeat, neque in ea eſſe aliquid difficile, uel obſcurum. Tarditas enim Marthæ ad intelligendum Dominum, etiam proprio ore ſibi prædicta exponentem, nonne illos eſſe falſarios, ac omnibus uere prudentibus deriſibiles, apertè demonſtrat? Item. Diſcipulorum Chriſti, qui tanto tempore cum eo fuerant ingenij & hic eod. cap. & in Euangelijs alibi, deſcripta hebetudo nonne à fortiori facit idipſum: illaſque eorum poſitiones pro hæreſibus damnat? Cæterum contra ipſa illorum mendacia, ad decipiendum incautos cõpoſita, uide adhuc infra, ibi: Confirmatio concl. 1. cont. ho. Eccl. S. D.

Chriſtus eſt cauſa reſurrectionis, & vita: ergo eſt verus Deus.

Difficilia multa cõtinet ſcriptura ſacra. 2. Petr. 3.

EIVSDEM PROBATIONIS,
Textuum examen.

ALII in hoc Euangelio textus, qui amorem magnum, magnamque prouidentiam Chriſti de ſuis amicis, afflictione etiam omniũ maxima, id eſt morte oppreſſis, ſunt multi: quorum præſcriptos tres tantummodo adhuc examinabimus. Lachrymatus (inquit) eſt IESVS. Lachrymis, ſcilicet intimę compaſſionis ad amicum ſuum. In hoc facto monſtrauit Chriſtus, ſe eſſe uerum hominem, utpotè veros affectus humanæ pietatis erga ſuos amicos habentem. Vbi notato pro ſemper utiliſſimam fidei regulam, ſcilicet, quod quando Chriſtus aliquid ſuam diuinitatem importans monſtrat, paulò poſt aliquid ad ſuam humanitatẽ pertinens adiungit: & uice uerſa, hoc eſt, demonſtrata uera humanitate, ſuæ etiam mox diuinitatis facit memoria. Ecce. Dixit antea Dominus, Ego ſum reſurrectio & uita, quo dicto, ſe eſſe uerum Deum, qui ſolus cauſa reſurrectionis, & uitæ eſſe poteſt, oſtenderat: nunc autem è ueſtigio, quod humanitatis eſt, lachrymas uidelicet annectit, ſe hominem uerum à paſſione hac notiſsima probans. [Hoc autem totum, ſi per te diligenter capitulis Euangeliorum ſtudueris, inuenies à Domino ubique communiter obſeruari: & hoc, ut uel ſic oſtendat: quam neceſſarium omnino ſit ad noſtram ſalutem credere firmiter, quod ipſe eſt uerus Deus, & verus homo.] Ne autem ueritati illi probatæ commiſceret quis errorem, putando ſcilicet illum eſſe uerum hominem non tantum ueritate naturę, ſed etiam ueritate defectuum culpabilium (ſicut nos ſumus homines ueri:) ideo Euæ geliſta ſolicitus fuit talem, qui ex lachrymis uiſis poſſet naſci, errorem excludere per hoc, quod antequam de Chriſto diceret, lachrymatus eſt de eodem prædixerat, Infremuit ſpiritu, & turbauit

Regula neceſſaria, et generalis.

In Chriſto homine omnia humana vere ſunt, ſed inculpabiliter.

turbauit

turbauit ſeipſum. Sciebat enim, quòd lachrymæ ſunt effectus turbationis internæ: Et ideò cauſam lachrymarum fuiſſe inculpabilem monſtrare curauit: vt etiã inde effectus inculpabilis redderetur; & per conſequens ille homo, cuius erat illa cauſa, illeque effectus, ſicuti erat, ita crederetur inculpabilis. Dicit ergo; infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum. Hoc eſt. Nec fremitus, qui eſt humana paſſio ad acceſſionem, ſeu feruorem animi ad aliquid arduum aggrediendum ſpectãs; nec turbatio, quæ eſt paſſio humana ad triſtitiam pertinens, ſurrexit in Chriſto ex carne concupiſcente aduerſus ſpiritum (ſicut in nobis plus vel minus accidit): ſed ex ſpiritu. Ita quòd illud textus, Spiritu, refertur & ad infremuit, & ad turbauit. Ac ſi apertè per illud, ſpiritu, dixerit Euangeliſta. Paſſiones humanæ erant in Chriſto: ſed quilibet motus quantumcumque paruus, vel magnus originem habebat ex ſpiritu; non ex carnali affectu. Fremitum igitur, & turbationem, fecit in ſemetipſo Dominus ſecundum ſpiritum, id eſt, ſecundum rectam rationem: itaque paſſiones interiores faciebat moueri iuxta correſpondentiam, ſeu conformitatem ad opus, quod facturus erat exterius: vt omnia ſuauiter diſponeret. Vide. Erant hic duo externa, ſcilicet Lazari mors iam quatriduana, & reſuſcitatio eius à Chriſto fienda. Vt paſſionum motus interior correſpondeat iſtorum primo, ipſe turbat ſeipſum, id eſt, excitat in ſeipſo de morte Lazari triſtitiam (nam hæc in turbatione animi conſiſtit) vt autem earum motus correſpondeat ſecundo, ipſe fremit in ſeipſo, id eſt diſpoſitionem animi ad opus arduum tunc à ſe fiendum proportionatam excitauit, quam etiam in facie apparere fecit. [Totum hoc in textu vocatur fremitus.

REGVLAM, igitur vniuerſalem ex præmiſſis ab Euangeliſta habes: quòd quodcũq; de quibuſcunq; animi paſſionibus, ſiue timoris, ſiuè amoris, ſiuè &c. in Chriſto exiſtentibus agitur, ſubintelligitur ſemper id, quod hic ſemel pro ſemper de ipſo ſcriptum eſt, ſ. ꝙ numquã in eo ſurrexerunt, nec etiam in primo primis motibus, ex carne concupiſcente aduerſus ſpiritum (prout in nobis): ſed ſemper ex ſpiritu, i. ex recta ratione gubernante, quò ad omnia, paſſionem illam. Cùm ergo de Chriſto legis Matt. 26. Cæpit contriſtari, & mæſtus eſſe, expone tu hinc edoctus, ꝙ ipſe Dominus ſpiritu turbauit ſemetipſum quò ad iſtas animi paſſiones. Hoc eſt. Quòd ſecundum rectam rationem in ſeipſo excitauit triſtitiam illam, ac mæſtitiam, vſque ad talem, vel talem gradum, etiam vſque ad ſudorem ſanguineum, & agoniam, Luc. 22. in tali, vel tali, tanto, uel tanto, tempore, loco, et cęt. Secundum ꝙ ſuo ſpiritui paſſiones illas per omnia optimè regenti placuit.

Regula generalis de paſſionibus Chriſti.

TOLLITE (inquit) LAPIDEM. Iſte eſt alius ſpecialis textus: qui dilectionem Chriſti, & prouidentiam erga ſuos afflictos oſtẽdit. Ecce. Nouerat Dominus, & melius, quã Martha, ꝙ corpus Lazari, cuius monumento ſuperpoſitus erat ille lapis, fætebat: & tamen fætorem illum, quo utique ſenſibiliter præ alijs, vtpotè delicatior, ſenſuſque puriores ac viuaciores habens, offendebatur, eligit ſuſtinere, ut amico ſuccurrat, & tanta quidem prouidentia, quanta nunquam ſperabatur. Quòd enim tantum miraculum fore de quatriduano, non ſperaretur, inſinuat Martha per hoc, ꝙ nolebat auferri lapidem nè Chriſtum fætor ille offenderet cum aſtantibus. Quaſi obſtando dixiſſet. Ad quid Domine ualet remouere lapidem: niſi ad videndum Lazarum iam ex putrefactione fætentẽ, & cõſequenter ad offenſionem nariũ veſtrarũ ex illa fætida exhalatione? Verumtamen ad prouidẽtiã Domini de amico ſuo hoc multum valebat: ut ſcilicet nulli calumniæ aduerſariorum poſſet miraculũ fiendum ſubeſſe. Voluit ſiquidem prouidentia ſua Chriſtus, lapidem illum tolli: vt ab omnibus præſentibus euidentisſime videretur Lazarus, & in monumẽto marcidus, & poſteà reſurgens. Nam ſi clauſo ſepulchro exiſſet: exiſtimari potuiſſet eſſe phantaſma quoddam, ſeu ſpectrum aliquod. Si verò reſuſcitatus pulſaſſet, aut clamaſſet, ut aperiretur ſibi: exiſtimatum præſertim ab inimicis, fuiſſet, quòd non tunc primò clamaſſet, ſed ꝙ pluries antea clamauit, & non fuit auditus: & conſequenter, ꝙ non verè fuiſſet mortuus,

Tex.

Obſtruitur os volentiũ lo-

Digitized by Google

ꝗ iniqua per ablationem lapidis.

mortuus, ſed quandam extaſim morti ſimilem ad horam paſſus, ſe illo Chriſti dicto, infirmitas hæc non eſt ad mortem, non in vero, ſed in ſuo ipſorum falſo ſenſu (vt faciunt de ſcripturis hæretici) propriam malitiam illam obuelantibus. Vt igitur malitia non vinceret ſapientiam, ſed a ſapientia vinceretur, Sapien. cap. 8. fecit Dominus remoueri lapidem illum. Vbi enim, aperto ſepulchro, patuit omnibus Lazarus, & ad fætorem vſque mortuus, & ad vocem Domini imperioſam viuus effectus, fugatur omnes calumniæ.

LAZARE VENI FORAS.

Tex.

VLTIMVS eſt hic textus, de præſcriptis: qui ad amoré, & prouidentiam Chriſti erga ſuos amicos afflictiſſimos venit examinandus. Hoc præcepit Lazaro, ſecundum contextum, voce valdè clamoroſa: vt etiam hinc pateat, quòd inimicos ex Iudæis præſentes, quos & ad phariſæos, pro congregando concilio cõtra ſeipſum, occaſione ex ipſo miraculo accepta, ituros (vt infrà in contextu patet) ſciebat, non timet in auxilium opportunum amicis ſuis afferendo: ſed illis, tanquam non adſint, neque ex miraculo viſo morté ſibijpſi procuraturi ſint, neglectis facit liberrimè quicquid pro ſalute amicorũ ſuorũ eſt. Voce ité clamoroſa nunc utitur: & vt magnitudinem rei fiendæ, vtpoté nunquam aliàs auditæ, ex hoc percipiamus, & ut attentionem aſtantium ad rem videndam excitet, & vt vox ſit proportionata magnitudini operis, & vt nulla poſſit calumnia de arte magica, verbis ſecretò dictis, inferri (puta quòd dixiſſet verba ſuperſtitioſa, incognita, vel aliàs pactũ cum diabolo continentia), & ut illorum figmentum monſtret eſſe erroneum, pro erroneaque apertè condemnet, qui animas mortuorum circa mortuos, ſeu mortuorum ſepulchra eſſe dicunt, quoniam ad has vocandas, vtpotè propinquas non fuiſſet opus magna voce clamare. Sicut ergo orationem præuiam fecerat Chriſtus ad patrem, nõ propter indigentiam ſuffragij, quaſi non poſſet ipſe abſque

Per clamoré Xps multa deſignat.

tali oratione facere opus, ſed propter nos (ut patet in textu) id eſt pro noſtra ſalute, nè ſcilicet crederetur in operationibus miraculorum cõtrarius aliqualiter Deo (ut blaſphemabant phariſæi) ſed per omnia, & in omnibus conformis eidem, vtpotè illi, qui miſerat ipſum [vt credant, inqt, quia tu me miſiſti, ideoque quod ſum tibi inceſſanter conformis]: ita nunc vtitur clamore ad excitandum mortuum non propter ſeipſum, cum non tantùm ſubmiſſa, ſed etiam nulla emiſſa voce, ſed ſola voluntate hoc facere potuiſſet, verum iungere voluit talem clamorem præcepto propter nos de multis, quæ dicta ſunt, edocendos.

Per hoc, ꝙ ſe a patre miſſũ dicit, vult ẽt cõnotare omnimodã conformitatẽ ſuã ad illum.

LAZARE. Nominatim eum vocat, vt ipſe ſolus veniat: connotans ex hoc: quod, ſi confuſim, id eſt abſque ſpeciali nominatione diceret. Mortui venite foras, quilibet ibi iacens, a quantumcunque tempore mortuus veniſſet foras. Vox enim Chriſti tanta eſt, vt faciat, quæcunque per illam vult fieri: iuxta illud, Hebr. 1. Qui portat omnia verbo virtutis ſuæ, id eſt, uerbo ſuo ſimpliciter virtuoſo, id eſt omnipotenti. [De cuius vocis virtute uide Pſalm. vigeſimum octauum.] Virtus ergo huius vocis animam Lazari è Limbo SS. Patrum, quo deſcenderat, eduxit, corpori in monumento iacenti reuniuit, & ſic ex cadauere Lazari Lazarum fecit. Non itaque animæ ſoli, neque corpori ſoli, conuenit illud nomen, Lazare, cum neutrum iſtorum ſeparatim ſit Lazarus: ſed conuenit compoſito illi ex vtroque, quod in inſtanti pronunciationis verborum, Lazare veni foras, ex anima, & corpore ſimul vnitis reſultauit. Vox ergo CHRISTI fuit non tantùm ſignificatiua, ſed etiam factiua, Lazari, & ſic vocauit CHRISTVS id, quod nondum erat, tanquam eſſet [ſecundũ illud Rom. 4. vocat ea, quæ non ſunt, tamquam ea, quæ ſunt] ſciens, ꝙ in fine iſtorum verborum eſſe debebat. Præterea vocata eſt illa res, quæ venit foras; ſed compoſitũ ex anima, & corpore coniunctis, non autem anima ſola, neq; corpus ſolum, venit foras: ergo nomen hoc, Lazare, ad compoſitum, non auté ad par-

Quàm efficax ad multa ſimul operãdum ſit vox Chriſti.

tes

tes ab inuicẽ ſeparatas, relatũ eſt à Chriſto vocante. Veni (inquit) foras. Non ſolũ mandat; vt viuus, & ſanus fiat: ſed etiam vt ipſe per ſe, eoque modo, quo ſepultus fuerat, veniat foras. Non rogat, non obſecrat, dicendo Veni; ſed præcipit, tãquam (vt prædixerat) reſurrectio & vita. i. cauſa reſurrectionis, & vitæ: vt hinc coacti ſint aſtantes, videntes, & audiẽtes, ꝙ mandat hoc Lazaro tãquam primariam poteſtatẽ habens, credere: ipſum verè eſſe filium Dei & Deũ æqualẽ patri (vt ſe eſſe probauerat, Ioan. 10. coram calumniantibus, ꝙ ſe faceret Deum. Ibi. n. conuicit Iudæos ex lege eorum: ꝙ non ſe faciebat Deum, ſed verè erat verus Deus; vtpotè cuius participatione alij dicti fuerant Dij. Pſ. 81.) Ad hanc Domini iuſſionem ſine vlla mora obediuit mortuus; & modo illo, quo iubebatur: oſtendens per hoc, quàm promptam. & perfectam obedientiã facere debeamus nos viui ad vocem mandatorum eius. Porrò ex tali Lazari obediendi modo, mirabiliter & exaltatur, & certificatur miraculum ſuæ reſuſcitationis: & per conſequẽs omnium Chriſti inimicorum, quorum ſemper veritatem diuinorũ operum perſequi, machinationes iniquæ omninò confunduntur. Statim enim (inquit textus) prodijt, qui fuerat mortuus; ligatus manus, & pedes inſtitis; & facies eius erat ſudario erat ligata. PROSECVTIO EIVSDEM Ecce. Nõ ſolum duplicatum in textu illo narratur miraculum (ſcilicet & ꝙ quatriduanus eſt ſuſcitatus; & ꝙ ligatus exiuit per ſe extra ſepulchrum:) ſed ẽt ad certitudinẽ amplioẽ miraculoſi operis, ad omniumque calumniarum à falſarijs proteruis factibilium excluſionẽ, deſcribitur Lazarus tot vinculis circumligatus exijſſe. Nam ſi ſolutus fuiſſet inuẽtus, aut exiſſet; dici à malignãtibus potuiſſet: ꝙ non mortuus, ſed maxima ſpiritus contractione ſtupefactus (prout de aliquibus quandoque accidiſſe, refertur) fuerat ſepultus. Veruntamen ab effectu patet contrarium in caſu noſtro. Effectus enim talium ſtupefactorum per errorem ſepultorum eſt; quòd, quando in ſepulchris redeunt ad opera vitæ, non ſolum ſe ſoluũt, ſi leuiter ſunt ligati; ſed etiam clamant, & corrodunt quicquid poſſunt, facientes vltimum de potentia; vt quaquauerſum exeant inde; Talis verò effectus contrarium fecit Lazarus. Nam in eodẽ loco, vbi primò poſitus fuerat, manſit ſemper immotus, & quietus: in cuius ſignum euidens dicitur ab Euangeliſta; quòd prodijt ligatus &c. id eſt, ꝙ non ſoluerat ſe a faſcijs ſepulchralibus, quib. ligatæ fuerant; dùm ſepeliretur, manus eius, & pedes (cùm tamen faſciæ illæ eſſent leuia ligamina, & conſequenter ſolum faciles;) neque corroſerat, aut amouerat ſudariũ, quò facies eius fuerat velata: ſed quòd his omnibus intactis, extra monumentũ exiuit in conſpectũ omnium. Soluite (inquit) eum. Vt ſcilicet tangentes, & ſoluentes eum, certificarentur magis, & alios cõſequenter certiores redderẽt, de veritate miraculi. Ideò Chriſtus per ſeipſum. i. imperio illo, quo mortuum ſuſcitauit, Noluit ſoluere ligatum, & ſinite (inquit) abire. vt ſcilicet ex ambulatione etiam eius eo modo, quo ſani pedibus ſuis abſque alio ſuſtentaculo ambulare conſueuerunt, certitudo veritatis miraculi omnibus innoteſcat. Aliqui enim Magi (vt dicit D. Thomas) viſi ſunt aliquandò mortuos ſuſcitaſſe: non tamen ad hoc eos perducere potuerunt, vt priſtina officia exequerẽtur. Et hoc quidẽ erat; quia eorum reſuſcitatio nõ erat vera, ſed ſolùm phantaſtica. Hęc ille ibi ſuper Ioã. In hoc igitur verbo, ambulare, includuntur implicite alia etiã priſtina officia Lazari: vndè legimus, cap. 12. Lazarus erat vnus ex diſcumbẽtibus, &c. cogitauerũt, vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in IESVM ſcilicet propter admonitiones ſibi a Lazaro viua voce factas.

Ita clarũ eſt Chriſti miraculũ vt nulla tergiuerſatione calari poſſit.

EX ſupradictis omnibus abundantiſſimè patet veritas illius tertiæ partis concluſionis, ſcilicet, quòd amicorũ Dei afflictiones & cędunt vniuerſaliter in magnã gloriam eius; & oſtendunt ſpecialiter dilectionem grandem, ac prouidentiã eiuſdem erga illos. Huc ergo ſolerti ingenio tuo applicabis omnia, quæ examinando dicta ſunt, ſciens: quòd omnia in gratiam huius finis diximus. Quod & proportionaliter faciendum tibi circa aliarum concluſionum dicta, & exanima, relinquimus pro ſemper.

Regula generalis ad lectorem; vt faciat &c.

CON-

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD falſum eſt,& in fide erroneũ quòd ſcripturæ ſacræ nihil habeant difficile,nihil obſcurũ, quod egeat expoſitione; & quemlibet poſſe eas exponere pro arbitratu ſuo (vt patuit de multis non intelligentibus,infirmitas hęc non eſt ad mortem: & Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado,vt à ſomno excitem eum: & reſurget frater tuus) vide,ex ſacroſanctis ſcripturis, Cõcilijs,&c.definitum eſſe, in Elucid. prima par. articulorum numero, 1.170.183.10.Item in veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ.27.concl.3.Quòd prouidentia Dei totus mundus regitur; & cõſequenter quòd non ſine prouidentia eius amici ſui affliguntur diuerſimodè in hoc mundo: vide, ex ſacroſanctis &c.declaratũ eſſe,in Elucid. prima par. articulorum numero, 41, 136.500.501.&1.2.articulorum numero, 2.497.498.496. Item in veritatibus aureis &c.Geneſ.17.concl 1.& Exod.2.concluſ.2.& Leuitic.25.concl.5. Quòd Deus magis diligit meliora,& quidem ſemper: & conſequenter tunc diligit magis amicos ſuos, quando ſunt in maximis tribulationibus,quàm poſſit exiſtimari ab hominibus ſenſum in iudicando ſequentibus. Exemplum hic de Lazaro; & Rom.8.de Chriſto; quẽ pro nobis tradidit pater in tot,tantaſque aduerſitates, paſſiones, & acerbiſſimam mortem: vide in tex.& Elucid. prima par. q.20 art.3.4. Vt nos hinc eruditi ad eos dicamus, cum B.Auguſt. de verb.domin. ò infidelis; conuenio te adhuc poſitum in ſęculo.Lazarus amicus moritur.ſi amicus moritur:inimicus quid patietur? Hæc ille.

CONCLVSIO SECVNDA Cap. XI.

NIHIL eſt tàm bonum,vt eo malitia humana non poſſit abuti, ex eo ſcilicet,vel malum eliciendo,vel aliàs modo aliquo illud peruertendo: quæ etiam eos,quos perfectè poſſederit,adeò vaſtat, vt faciat illos indè ex ſeipſa deteriorari, vndè ex natura rerũ deberent meliorari; ſed & eorum intellectum in iudicando, & voluntatem in eligendo,corrumpit.

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM hanc,quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Quidam autẽ ex ipſis abierunt ad Phariſęos,& dixerunt eis,quę fecit IESVS, collegerũt ergo Põtifices &c. vſque ad,ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum; & tex.Dederant mandatum, &c.vt apprehendat eum.

PER illum terminum, malitia, intellige omnia hæc à textu ſubminiſtrata,ſcilicet malignitatem [Quidam autem ex ipſis,]inuidiæ furorẽ[collegerunt ergo Pontif.& Phar.concilium] ambitionem [tollent locum noſtrum]amorem propriũ inordinatum ad tyrannidem exercendã[& gentem;]Superbiam cum aliorum deſpectu,ſeu cõtemptu(vos neſcitis quicquam, nec cogitatis.]Prima itaque pars, ſcilicet nihil eſt tam bonũ, &c.vſq; ad illud peruertendo, patet ex eo:quòd quidam ex adſtantibus ad videndum tantũ miraculum accenſi ſunt à propria iniquitate ad concitandum phariſęos, iam ex ſeipſis Chriſti inimicos,contra miraculi illius authorem. Ecce: quomodo hi abutuntur tanto bono. Miraculum hoc,quod de ſe ordinatum eſt ad vitam tùm corporalẽ, qua Lazarus denuò viuit; tùm ſpiritualem, qua multi ex Iudęis hoc viſo credunt in Chriſtum,ordinauerunt illi ad mortẽ tùm corporalem,quam Chriſto per phariſęos afferre tentabant; tùm ſpiritualem,qua ſemetipſos per infidelitatis malignitatẽ afficiebant. Abutuntur quoque tanto miraculo ijdem: quoniam ex bono illo, quod ſecundum naturam ſuã producit bonum (vt à ſimili patet,Matt.7.Arbor bona fructus bonos facit) ipſi contra boni naturam agentes eliciunt malum,& tam magnum: vt diximus, & patet diffusè in textu. Miraculo illo etiam abutuntur peruer-

Quo abuſi miraculo tripliciter.

Digitized by Google

peruertendo illud, non quidem negando niſi in hoc ſenſu, ſcilicet quod voluiſſent id negare, & de facto negaſſent, ſi potuiſſent; ſed dicendo, quod exinde, ideſt ex talibus operibus miraculoſis naſceretur ſubleuatio populi, & tantus ad illorum mirabilium patratorem concurſus, vt de rebellione, vel ſaltem de aliquali ſpecie rebellionis, ſuſpicari poſſent Romani contra Iudæos (prout & phariſęi, quaſi eodem ore cum iſtis loquentes, dixerunt poſtea in concilio.) Peruerſio etenim hæc ab eis ficta erat, quoniam nō viderant vnquam Chriſtum poſt miracula à ſe facta coadunaſſe ſibi ideſt ad ſui corporalem ſequelam turbæ multitudinem, aut milites ſecum quandoque duxiſſe; aut gloriam propriam, ſeu (quod aiunt) facere ſibi nomen quæſiſſe propter miracula ſua. Et hoc eſt quod B. Chryſoſtomus eorum introducendo locutionem, ait Si Romani viderint eum turbas ducentem, ſuſpicabuntur nos in tyrannidem velle conſurgere. Sed fictio erat, quæ dicebantur. Quid enim demōſtrabat tale? Armigeros circumferebat? Equitaturas trahebat? Nonne deſerta perſequabatur? Hæc ille, ſuper Ioan.

Iudæorum fictio, ad commouēdum animos contra Chriſtum.

VNIVERSALIS denique propoſitio (vt fit in concluſione capituli) ex eiſdem dictis relinquitur deducenda, ſcilicet, quod nihil eſt tam bonum, vt eo malitia humana non poſſit abuti, vel ex eo malum eliciendo, vel aliàs modo aliquo illud peruertendo. A ſimili enim ad omnia alia ſimilia inquantum ſimilia ſunt, valet argumentum efficaciter, quoniam (vt ſæpius ex Logicæ regulis diximus) de ſimilibus in eo, quod ſimilia ſunt, idem eſt iudicium. Cæterum, quis neſciat: quod illis malignantibus Iudæis omnes alij malignantes aſſimilantur in malitia? Taceo, quod eandem primam concluſionem docuit eſſe veram Apoſtolus, cum de ſummo abſolute bono loquens ad malitiam humanam increpatiue dixit, Rom. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis, contemnis? Ignoras: quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, Theſaurizas tibi iram in die irę, & reuelationis iuſti iudicij Dei. En: qd talis generis hominum malitia, Apoſtolo teſte ſummis his bonis diuinis, ſcilicet bonitate, patientia, longanimitate in magna copia (quæ per diuitias in textu denotatur,) ſibi cōceſſis abutit, inquātū nec bonū, q ſibi à Deo bono, patiēte, longanimi, offert, nō recipit, & malum bono illi cōtrariū, ꝓpriæ iniquitatis ductu inde elicit: Quodnam bonum tunc à Deo illis hominibus offerebatur? Pœnitendi ſpatium. Ipſi vero, in tempore illo non ſolum pęnitentiam non egerunt: ſed etiā tempus illud in malis actionibus conſumpſerunt. [Et hoc eſt malum: quod inde, ꝓprię iniquitatis ſuggeſtu, traxerunt.] Docuit & eandem concluſionis partem, quo ad peruertere bonum, inter nobis exterius collata ſummopere magnum [Hoc eſt ſcriptura ſancta] eſſe veram. B. Petrus dicens, 2. Petr. 3. Chariſſimus frater noſter ſcripſit vobis; quæ indocti, & inſtabiles deprauant [Prophetia, quod hęretici in primis epiſtolas Paulinas erant deprauaturi] ſicut & cæteras ſcripturas. Quomodo autem illas deprauent, breuibus aperit B. Iudas Thadæus dicens, cap. 1. Hi ſcilicet hæretici, quęcumque quidē ignorant, blaſphemant: quæcunque autē naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur.

Abutitur bonitate Dei, qui tempus ad pœnitētiā ab ipſo cōceſſum nō in bono, ſed in malo, expendit.

Hæretici ſpecialius Apoſtoli, & aliorū ſcripturas deprauaturos, prophetatum eſt, & poſtea frequēter viſum, vſq; in hodiernum diē.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Malitia eos, quos perfecte poſſederit, adeo vaſtat, vt faciat illos inde ex ſeipſa deteriorari, vnde ex natura rerum debuerant meliorari, demōſtratur ab Euangeliſta ex tex. collegerunt ergo pont. & pha. concilium, & diceb. qd facimus; quia hic homo mul. ſigna facit: et tex. ab illo die cogitauerunt, vt interficerent eum, & tex. Dederant mandatum, vt ſi quis cognouerit, vbi ſit, indicet, vt apprehendant eum. Quid enim ſibi vult illud verbum, Ergo? Nonne ad exprimēdam animorum eorum malignitatem cōtra Saluatorem noſtrum, ſuffeciſſet dicere collegerunt Pontif. & Phariſ. concilium, abſque coniunctione illa, Ergo? ſuffeciſſet, quidem ad exprimendam malignitatem, ſed non ad exprimendum malignitatis gradum. Nam per appoſitionem illius,

Ergo,

Ergo, non tantum malignitas Pontificũ & Phariſæorum detegitur, ſed & gradus: inquantum illa eorum malignitas infertur ex eo aucta, ex quo fieri debuerat vel totaliter, vel ſaltem aliqualiter remiſſa. Ac ſi per talis illatiuę coniunctionis appoſitionẽ Euangeliſta hæc, vel ſimilia, voluerit inſinuare. Audito tanto miraculo, quod nunquam à ſeculis non modo non auditum, ſed nec à longe eſt cogitatũ rationabiliter diſcurrere tenebantur, & ex tali diſcurſu intelligere, quod miraculi illius patrator non poterat non eſſe, aut Deus, aut maximus Dei amicus, & conſequenter odium, inuidiamque, quibus contra illum prius agitati fuerant, ex veritate tandem perſpecta, deponere: cum tamen totum oppoſitum fecerint. Vix. n. referendarij verba finierant narrantes hęc mirabiliſſima, quæ fecit IESVS, quod ipſi Phariſæi cum Pontificibus de cõgregando contra eum Cõcilio cogitauerũt, & quantocius illud acta congregauerũt. Itaque cum ex antea auditis inferendo dicit, Collegerunt ergo &c. ponderantibus ipſam illationem aperte monſtrat: quod ex malitia propria inde in peiora corruerunt, vnde ex natura rerum ad meliora vocabantur. Vis, videre, in quæ peiora? Penetra tres illos textus ſupra adductos, conferendo ad mala Phariſæorum Pontificumque priora, & ſatisfactus eris. Tex. Collegerunt (inquit) concilium: Scilicet ciuitatis publicum: conuocatio videlicet omnes & ſenatores, & qui aliàs de concilio erant. Nam ex quo non ponit aliquã reſtrictionem ad concilium, puta dicẽdo, concilium inter ſe inuicem, intelligimus: quod non fuit concilium ſecũdum quid, ſed ſimpliciter; id eſt, quod non illorum tantum primo primorum, ſed abſolute omnium de concilio exiſtentium, concilium fuit. In peius igitur ex parte hac tãto magis, quam prius, ceciderunt, quãto peius eſt concilium ſimpliciter, quam cõcilium ſecundum quid (qualia fuerunt priora) contra Dominum. Quid (inquiũt) facimus? Arguendo, non ſimpliciter interrogando, dicunt hoc. Arguunt enim proprias moras ad occurrendum tanto ſecundum illorum opinionem periculo: de quo poſt in ſucceſſu tractãt. Quaſi dicat: Aliàs in priuatis cõcilijs tractauimus de prouidendo ſic, vel ſic, contra tale periculum, ſed tepidius, quã oportebat, procraſtinando proceſſimus hucuſque: nunc vero tandẽ in hoc concilio generali moras noſtras amputemus, & quid efficacius, feſtinãtiuſque in tali caſu faciendum ſit, firmiſſime determinemus. Ecce quomodo hi maligni apponunt, & in primo verbo ſuo iniquitatẽ nouam ſuper iniquitatem heſternã. Quia (inquiunt) hic homo multa ſigna facit. Rationem arguendi moras illas dicunt eſſe hanc; qđ. ſ. ex parte ſaluatoris creſcit quotidie cauſa attrahendi populum ad ſe: quoniam multa ſigna facit, & maiora, quam prius fecerit (ſicut nunc patet de Lazaro, ex relatione nobis à fide dignis facta. Vnde periculum eſt in mora. [illegible]

HIC (inquiunt) Homo. Nota hic inuidiam Pontificum ac Phariſæorum contra Saluatorem, ſicut & ibi, Multa ſigna facit, notare debes vim veritatis contra ſeipſos. Ex quo vtroque loco tibi mox patebit (vt etiam aliunde habetur,) quod voluntas recuſat quandoque amplecti veritatem, quam intellectus ſuus cognoſcit, & dictat eſſe ab ipſa amplectendã. Inuidia eorum, quæ? Quod ſaluatorem nomine proprio vocare dedignantur, ſed ipſum ſolo nomine communi, & cum ſtomacho loquẽtes, deſpectiue nominant, Hic homo. De qua eorum voce inuidiam illam ſonante admiratus Beatus Chryſoſtomus dicit. Hominem eum adhuc vocant, qui tantam ſuſceperunt eius deitatis demonſtrationem. Hæc ille, ſuper Ioan. Vis illa veritatis, quæ? Quod ipſi tam acerbiſſimo odio contra eum nunc actualiter magis, quam antea, ſæuientes, atque ſua illa concilij ſui liberrate [illegible] quidẽ, ſed à manifeſta veritate conſtricti, quod gloriam eius repetitã dicunt: Multa ſigna facit. Tam multa ſum numero, quã in magnitudine. (inquiunt) ſigna fecit, & facit, ut experti ſumus, impedimentum a nobis iam ex parte populi appoſitum [ſcilicet, quod ſi quis confiteretur eum eſſe Chriſtum extra Synagogam fieret] non ſufficere, ſed ſuperari ſuorum magnitudine ſignorum. Propterea oportet omnino (concludentes inquiunt) nos aliud inuenire, & apponere, aliquod impedimentum ex parte illius hominis

Veritas recta à ſua volũtate, quod ſæpe accidit in infidelib.

Magna vis veritatis in ſupra inuidiam manente inuidia.

Digitized by Google

hominis, ne in damnum noſtrum creſcat fama eius. Hæc, vel ſimilia, dixerunt illi proponentes in concilio, neceſſariam eſſe in præſentaneo caſu ſine mora prouiſionem: licet Euangeliſta non omnia explicite narret ab his proponentibus ibi dicta, ſed (more ſuo laudabili) neceſſarijs eorum verbis, tanquam per breuem concluſionē poſitis [ſcilicet. Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit,] cætera relinquit nobis ſecundum rectam rationē veriſimiliter intelligenda.

AB ILLO ERGO DIE Cogitauerunt, &c.

Tex. AD probandam eandem ſecundam partem concluſionis valet (vt dicebatur) textus ſecundo ibi in principio adductus, ſcilicet. Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Hoc eſt. Firmiſſimè, ex decreto concilij publici, ſeu communis, deliberauerunt; mandare executioni, quam primum interfectionē Saluatoris. Applica hæc ad probandum illam concluſionis partem, & clare videbis, quod deteriores nunc per occaſionē magni boni acceptam ex malitia propria facti ſunt, quam prius fuerint. Licet enim prius deliberaſſent Iudæi, & quæſiſſent, occidere eum, Ioan. 7. Non tamen talis deliberatio, & quæſitio, fuit ex decreto communis concilij (id quod inſigniter aggrauat ſcelus,) ſed ex aliquorum primatum nequitia, & mandato, proceſſit (vt conſideranti locum allegatum patet) Qđ autem, vt ſupponebatur, firma hæc deliberatio ex decreto concilij huius emanauerit, textus deſignat per illud nomen, Ergo. Non enim ſimpliciter, ideſt nullo addito, dixit Euangeliſta, Ab illo die cogitauerunt, &c. ſed cum adiuncta coniunctione illatiua, Ab illo ergo die, &c. Per quod aperte denotauit, quod infertur ex ibi præmiſſis iſta concluſio, ſcilicet, quod cogitauerunt ab illo die, interficere eum. Ac ſi apertius dixiſſet. Quoniam die illo concilium plenum (quamuis aliqui pauci non conſenſerint) acceptauit dictum à Caypha, & iuxta illud concluſionem firmam de morte Saluatoris procurandā definiuit; ideo dico tibi nunc, quod ab eodem die cogitauerunt interficere eum.

Vbi notandum nobis inſinuat textus, quā tum damnum, & corporale, & ſpirituale, afferat toti communitati vnum caput malum. Ecce diſſidebant ab inuicem iſti de concilio circa occiſionem Domini; Volētes multi ſic, vel ſic, aliter citra eius occiſionē prouideri: & tamen ad vnius Cayphę, qui erat caput illorum, ſuaſionem, quamuis iniuſtitiæ plenam (iniuſtū quippe eſt, occidere innocentem, ne tota gens pereat) conuenerunt ſimul in hoc, vt cōmuni decreto ſtatuerent, ipſum eſſe interficiendum. Niſi enim primò ab inuicem diſſenſiſſent, nolentes partim eius occiſionem, nō dixiſſet Cayphas ad illos: Vos neſcitis quicquam, &c. & niſi poſtea in ſententiam ipſius mali capitis conueniſſent, non dixiſſet Euangeliſta, Ab illo ergo die cogitauerunt, &c. Caput igitur malum fuit cauſa perditionis totius concilij, & conſequenter omnium Iudęorum tum illo in tempore, tum in futuro, vbilibet exiſtentium: & quo ad perditionem ſpiritualem (peccarunt enim tunc mortaliſſime, in eoque peccato perſeuerant adhuc) & quo ad perditionem corporalem (deſtructa enim eorum ciuitate Hieruſalem, in pęnam occiſionis Chriſti, Luc. 19. Eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ, diſperſi ſunt per totum mundum Iudæi miſerabiliter viuentes, quorū deſolatio vſque ad finem & conſummationem ſeculi perſeuerabit: Daniel. 9.) Nec mirum: ſi tanta ruina in membris ſequatur ex ſimilitudinario capite malo. Nam experientia quotidiana docente, patet, quod capitis naturalis putrefactio cauſat debilitatem, malos humores, & tandem (niſi bene prouideatur) totale exterminium in cæteris membris ſui corporis. Hinc ſiquidem, tanquam à ſenſatis, docemur, quod homo ſuperior, cum ad capitis naturalis ſimilitudinem dicatur caput reſpectu ſuorum inferiorum, multam, & quaſi inexplicabilem ruinarū variarum magnitudinem cauſat in ſuis ſubditis ita, vt ſit totius populi ſibi commiſſi, quantum in ſe eſt, deſtructio. Dico quantum in ſe capite eſt: tum quia aliàs ab omnipotenti manu Dei poteſt fieri, ne ſequatur inde populi illius totalis deſtructio, tum quia illi ſubditi, vtpote haben-

Caput malum eſt totius corporis laqueus magnus.

Capitis naturalis qualitati aſſimilatur caput typicū in ſuo progreſſu.

Digitized by Google

tes liberum arbitrium (ad differentiam membrorum naturalium naturalis capitis) poſſunt non imitari mores ſpiritualis vitæ deſtructiuos, quos in ſuo capite viderint. Quod tamen valde eſt difficile (vt experientia quotidiana teſtatur) tum propter innatam hominibus pronitatem ad malum, Geneſ. 8. Tum maxime quia ſcriptum eſt, Prouerb. 29 Cum impij ſum pſerint principatum, gemet populus, & Eccl. 10. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius, & qualis eſt rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Ex quibus cõcludendum videtur, quod mala exempla capitum, ſicut & aliorum, non ſolum mouent magis, quam bona verba, ſed fere ad ſequelam eorum aſtringunt. Quid ſi malis capitum exemplis (vt erat in Caypha) adiunxeris mala verba?

Tex. DEDERANT (inquit textus tertio ſupra ad probationem inductus) Põtifices, & Phariſæi mandatum, vt, ſi quis cognouerit vbi ſit, indicet, vt apprehendant eum. Quaſi eſſet in poteſtate ipſorum apprehendere eum. Vide cæcitatem. Probarant hi miſelli pluries, quod eo nolente non poterant apprehendere eum, ſed nec ipſum ad præcipitandum, Luc. quarto, aut lapidandum, Ioan. octauo, decimo, tangere: & tamen dant nũc mandatum, &c. vt apprehendant eum. Sed malitiæ, odij, inuidięque furor excruciabat eos, adeoque inebriarat, ut; præ mentis elatione cæca, & ſuijpſorum potentiam, quæ nulla erat, videre ſibi viderentur, & potentiam Saluatoris, quã eſſe iam fuerant experti maximam, nullo modo attenderent. Ex illo igitur textu, in quo virtualiter omnia nunc explicite deducta continentur, conſtat quod iſti Pontifices, & Phariſæi ſunt tanto deteriores, quam prius, ex boni abuſione effecti, quanto ad magis actualem CHRISTI perſecutionem, per illud mandatum tantæ malignitatis, (vt dictum eſt) proteſtatiuum, deſcende præſumpſerunt.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Malitia eorum, quos perfecte poſſederit, & intellectum in iudicando, & voluntatem in eligendo, corrumpit, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem, & tex. Expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & nõ tota gẽs pereat, & tex. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum, & tex. Vt apprehendant eũ. Intellectum enim iſtorum Iudæorum in faciendo primas duas conſequentias deceptum fuiſſe, patet diligenter conſiderãti. Si dimittimus (inquiunt) eum ſic, omnes credent in eum. Ecce vna conſequentia: & falſa quidem. Nam ſi dimiſiſſent eum ſic, id eſt ſi dimiſiſſent eum viuere, non interficiendo ipſum, non omnes credidiſſent in e. n. Veritas enim de ſe dixit, Ioan. 12. Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Debuerant ergo, vt veram conſequentiam facerent, dicere ſi non dimittimus eum ſic (hoc eſt, ſi interficimus eum) omnes credent in eum, & ſi dimittimus eum ſic (id eſt ſi non interficiamus eum) nullus credet in eum. Suæ igitur intentioni, quæ erat quod nullus crederet in eum, ſatisfeciſſent, ſi dimiſiſſent eũ ſic: ſicut, ab oppoſitis contrafecerunt ſuæ intentioni, non dimittendo eũ. Item aliam falſam faciunt conſequentiã, dicentes; Si dimittimus eum ſic, venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem. Conſtat enim ex Euangelio, Luc. 19. quod Romani venerunt ad tollẽdum iſtorum Iudæorum locum, & gentẽ propter hoc, ꝙ Iudæi non cognouerunt tempus viſitationis ſuę; id eſt propter hoc (vt clarius explicatur Matth. 21.) quod agricolæ illi vnigenitum Dei extra vineã eijcientes occiderunt. Ibi namque poſt tam immane factum ſubiungitur vindicta eius, ſic; Malos male perdet. Et hoc eſt: Deum per Romanorum manus militares particulatim deſcriptas, Luc. 19. tuliſſe à Iudæis eorum locum, & gentem (

Iudæi, nolendo loquũtur in omnib. cõtra ſeipſos

Cum

Cum igitur in vindictam mortis Chriſti, ſecundum veram Dei intentionem, venerint Romani ad tollendum locum Iudæorum, & gentem, debuerant, vt vera eſſet conſequentia, dicere; Si non dimittimus eum ſic, (ideſt ſi occidimus eum) venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem, & ſi dimittimus eũ ſic, ſcilicet ita quod non occidamus eum, non venient Romani, neque tollent locũ noſtrum, & gentem. Suæ igitur intentioni, quæ erat, quod illi non venirent contra ſeipſos, neque tollerent locum ſuum, & gentem ſatisfeciſſent, ſi dimiſiſſent eũ ſicut, ab oppoſitis, intentioni eidem contrauenerunt, dum non dimiſerunt eum. Item, Intellectum Caypha, ſi iuxta ſuum ſenſum priuatum intelligatur, fuiſſe in ſua conſequentia deceptum conſtat. Dixit enim: Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc eſt. Si iſte homo occidatur, erit & vobis, & toti populo, expediens, quoniam tunc non peribit tota gens; ſi autem, e contrario, nõ occidatur, nec vobis, nec toti populo, erit expediens, quoniam ſic tota gens peribit. Ecce quantam falſitatem continent ejus dicta. Quod, vt melius penetres, nota verbum illud; Vobis. Debuerat enim, ſi veritatem priuatã ſua locutio habitura eſſet, dicere; Non expedit vobis, vt iſte homo moriatur, quia ſi moritur, tota gens veſtra, ſeu noſtra peribit. Contra ſuam ergo intentionem, quæ procul dubio erat, quod tota gens ſua non periret, locutus eſt Cayphas, & contra veritatem. Præter enim ſupradicta ex Luc. 19. & Matth. 21. ad literã expreſſiorem monſtrat Daniel, quod non fuit Iudæis expediens, quod hic homo moreretur, ſed totius eorum gentis deſtructio ſpiritualis & corporalis, dum ait, ca. 9. Occidetur Chriſtus. Et non erit populus eius, qui eum negaturus eſt. Ciuitatẽ, & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce vẽturo, & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio, & vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio. Quid clarius contra dictorum Caypha, vt ab illo erant, falſitatem?

Iudæi occidẽdo Chriſtũ, fuerunt totalis deſtructionis propria cauſa.

QVOD vero malitia corrumpat et voluntatẽ in eligẽdo, patet (vt dicebatur) ex tex. Ab illo ergo die cogitauerũt, &c. & tex. Dederant mandatum, &c. Voluntas enim eorum ſi non fuiſſet corrupta, elegiſſet tantum virum, tàm Iudæis, & in opere, & ſermone beneficum, tantis virtutum omnium moribus adornatum (vt aperte conſtabat) conſeruare in vita, & ſecũdum poſſibilitatem ſuã honorare, reuereri, ſynceroque amore complecti: Quod totum cum manifeſte verum ſit; quid de Iudæorum voluntate, quæ contrarium elegit, ſcilicet virum perſequi vſque ad capturam (vt ſecundus) & interfectionem (vt primus dicit textus) reſtat in veritate dicendum, quod voluntas eorum erat in eligendo maxime corrupta, & cum ipſi eſſent malignitate pleni contra Chriſtum (vt paſſim per Euangelia patet) quod illa voluntatis corruptio erat ex malitia.

CONFIRMATIO
Concluſionis I.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ S. Dei.

QVOD malitia hominis ad tantum nefas progreditur, vt ſummum bonum, ideſt Deum, pro conſequẽda aliqua re minima ſibi placita, contemnat ex induſtria, ideſt voluntarie non ex ignorantia, nec paſſione, ſed ex electione mali iuxta illud Iob. 34. Quaſi de induſtria receſſerunt à Deo [vnde patet, quod nihil eſt tam bonum, vt eo malitia humana non poſſit abuti, Nunquid non contemnere ex induſtria Deum prò re nihili eſt abuti infinito bono?] vide textum, & Elucidationes 1.2.q.78.art. 1.2.4. Quod malitia ex illo maximo incarnationis vnigeniti Dei bono traxit hæreſim hanc peſſimam, quod ille Dei vnigenitus erat minor patre, non ſolum vt homo, ſed etiã vt Deus. Et quod ſi pater ſolus fuiſſet incarnatus, malitia impiorum inde affirmaſset aliud hæreticale dogma, ſcilicet ꝙ filius non erat tantæ potentiæ, vt ſufficeret ad redimendum à peccatis eorum omnes mundi homines, vide in 3. de Sal. q. 3. art. 8. ad primum. De malitia humana abutente ſacro chriſmate, ſeu oleo ſancto vide cõtra illam 3. de Sacram. articulorũ

numero

numero 90. & 3. de Sacra. Addition. articulorum num. 128. Item Veritates aureas ſuper legem veterem, Exod. 30. concl. 4. & cap. 40 concl. 1. & Leuit. 26. concl. 1. & Numer. 4. concl. 1. & cap. 18. concl. 2. De malitia eadem abutente ſcripturis, peruertendo ſcilicet eas multis modis: vide Elucidationes pri. par. articulorum num. 1. Appen. & peruertente omnia Eccleſiæ bona, eiuſque dogmata ſancta vbilibet impugnante, vide indicem contra errores, & hæreſes, tum in Elucidationum, tum in Veritatum aurearum, principio poſitum, & diſcurre diligenter per totum. Nam omnes bonæ poſitiones, quæ ibi ab hæreticis à capite vſque ad calcem impugnantur, ſunt profectę, ſeu approbatæ ab Eccleſia. Quod malitia hominis beneficijs Dei abutitur, inquantum ex bonis illis elicit malum, vel illis deſeruit ſibi ad malum: vide (vltra experientiam de multis huiuſmodi hominibus quotidianam) in Veritatibus aureis, &c. Exod. 14. concl. 1. Ex quibus omnibus præmiſſis conclude, quod malitia humana de directo opponitur Deo in actionibus ſuis. Nam ſicut Deus ex malo quantumcũque malo elicit bonum, ita hominum malitia ex bono quantumcumque bono elicit malum. De qua re (vltra experientiam quotidianam) vide Veritates aureas, &c. Genel. 6. concl. 1. Et cap. 11. concl. t. 3. Quod peccatum, & ideo à fortiori malitioſum, ideſt vel ex malitia factum, vel ipſa malitia, corrumpit vehemẽter bonum hominis, (& conſequenter intellectum in iudicando, & voluntatem in eligendo:) vide prima ſecundæ, quæſt. octuageſimaquinta, artic. primo, tertio, quarto, & quæſtio. ſeptuageſima nona, artic. tertio, & ſecunda ſecundæ, quęſtio. decima quinta, articulo primo, ſecundo, & tertio.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. XI.

QVÆRERE terrenum dominium poſtpoſita bona conſcientia, acquirere, ſeu conſeruare modis illicitis eſt via de ſe, ideſt ex proprio merito, efficax, & ad perdendum illud, ſi prius haberetur, & ad non conſequendum illud, ſi ante non habebatur: nec tantum eſt ex merito talis via, (quod ſemper verum eſt,) ſed etiam quandoque conducit actualiter ad hoc, vt perdatur, vel non acquiratur (quamuis non ſemper.)

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM iſtam, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Vnus homo moriatur, & non tota gens pereat, & tex. Ieſus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos. Clarum enim eſt, quod omni recte ſapienti ex lectione illius primi textus occurreret ſenſus finalis, qui à Caypha, vt Caypha, intendebatur in illis verbis, quod ſcilicet ad conſeruandum dominiũ ſuum, & dignitatem, quam ſuper gentem ſuam habebant, non debebant abſtinere (vt quidam de concilio, contra quos incipiendo, vos neſcitis quicquam, loquebatur, volebant) ab interfectione illius hominis, quamuis iniuſta. Quod vnus (inquiebat) homo moriatur, expedit vobis. Quare vobis, & nobis, expedit? Quia (inquit) tunc non tota gens peribit: hoc eſt (vt contextus ſubminiſtrarat) non tollent Romani locum noſtrum, & gentem. Ac ſi breuius, & clarius ad ſuę ambitionis propoſitum, dixiſſet. Ne perdamus locum, ideſt dignitatem, & principatum noſtrum, ſuper gentem, quæ ſi periret, perderemus neceſſario, expedit, imo neceſſarium eſt, vobis (ſic enim intelligit Cayphas per figuram, quę dicendo minus, ſignificat plus) vt homo hic moriatur. Sic ergo iſte ambitionis deſiderio ebrius concluſum implicite voluit à ſe, & explicite intellectum ab alijs comprincipibus, quod vita illius hominis eſſet eis impedimentum ad conſeruationem dominij, ſeu principatus, & ideo tollenda. Non ergo pro charitate erga gentem habita (qua externis verbis ſuis prætendens ſimulabat) mouebatur ad dicendum, Et nõ tota gẽs pereat, ſed pro amore priuato auaritię ſuæ, atq; ambitionis, adimplẽdo. Ex tex. igitur illo, Vnus homo moriatur, & non tota gens pereat, ſic declarato, patet particula illa, quæ in concluſione præſupponebatur, quod ſcilicet Iu-

Sẽſus principaliter intentus a Caypha.

dæi quærebant, malis artibus conſeruare terrenum dominium, & hoc, poſtpoſita ſcienter bona conſcientia, vtpote agentes contra ſcientiam à ſe habitam de illo homine, quod ſcilicet non merebatur mortẽ illam. Nouerant ſiquidem illi Iudæorum primates pro certo, hominem illum eſſe Meſſiam in lege promiſſum 3. de Sal. q. 47. art. 5. ideoque ipſum eſſe innocentem ac propterea à merito mortis totaliter alienum. Expreſſa igitur figura fuerunt Iudæi omnium illorum, qui non curando de bona conſcientia, ſed ipſam poſtponẽdo, quærunt conſeruare, vel etiam (vt à ſimili loquamur) acquirere, temporalia dominia, ſeu dignitates. Icciřco, cum de ſimilibus, cuiuſmodi ſunt figura, & figuratum, idem ſit iudicium, videndum eſt, quid propter id euenerit Iudæis, vt inde agnoſcamus, quid propter ſimile quæſitum præpoſterum alijs omnibus ſit euenturum.

Primores Iudaeorum cognouerunt Ieſũ eſſe Chriſtum.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Quærere terrenũ dominium modis illicitis eſt ſemper via de ſe, ideſt ex merito proprio efficax ad perdendum illud, ſi habebatur prius, & ad non conſequendum illud, ſi prius non habebatur, quandoque etiam conducit actualiter ad hoc, ideſt ad talem perditionem, & non conſecutionem: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Ieſus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos. Ex illa enim coniunctione illatiua, Ergo, patet propoſitum. Quid eſt: Ergo iam non, &c.? Eſt, ac ſi diceretur apertius. Propter hoc, quod Iudæi dominium ſuum temporale decreuerant conſeruare modo illicito [Hic erat; Vt interficerent eum,] Saluator non ambulabat apud illos more ſolito. Ne autem ex eo, quod dicit tex. In palam, crederes, quod apud ipſos tũc ambularet in occulto: addidit Euangeliſta, ſed abijt in regionem iuxta deſertum in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem. Illinc ergo, vbi prædicti malignantes contra conſcientiam (vt præfertur) agentes habitabant, diſceſſit Saluator: & abijt in regionem alteram. Ex quo patet: quod illud, In palam, non ſtat hic cum ambulare in occulto, ſed exponendum eſt (more ſolito,) hoc eſt, non ambulabat apud Iudęos, ſicut prius ſolebat, quinimmo eos deſeruit. Quod autem iſta derelictio, qua ab eis tunc diſceſſit, ſignificet non ſecundum moralem tantum intelligentiam, ſed etiam ſecundum literalem (cui maxime noſtra Euangeliorum expoſitio innititur) quod Iudæi perdituri erãt terrã ſuã, & per cõſequẽs ad exteras regiones migraturi, cõſtat ex eo ꝙ Dñs dum in vindictam occiſionis prophetarum, & multo magis ſuipſius, deſignatæ ibid. Implete mẽſuram patrum veſtrorũ, comminaretur pœnam principibus Iudæorum, dixit Matth. 23. Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Hoc eſt. Relinquetũ à vobis, & deſerta erit à vobis. Hoc eſt, clarius loquendo: Tolletur à vobis ꝑ exercitũ Romanorũ (de hoc enim ibid. præmiſerat; Ad terram proſternent te) domus veſtra: & ſic perdetis locum veſtrũ, & gentem. Euangeliſtæ enim (vt aliàs dictũ eſt) ſibi inuicem ſic deſeruiunt: vt illud, quod vnus vel tacuit, vel minus aperte dixit, alius narret, atq; apertius explicet. Idipſum ergo ꝙ Chriſtus facto abſentiæ ſuæ, quaſi ſignificato minus aperto denotauit nunc [non enim, quid abſentia hæc ſua præfiguraret ad literam noueramus aperte] prius loco Matthæi citato verbis, quæ primum locum (vt B. Aug. inquit) in ſignificãdo tenẽt, notificauerat lucidius. More igitur prophetarum antiquorum, qui populo Iudaico & verbis & factis [vt patet de catenis, Hier. 27. 28.] idem prænunciabant, proceſſit Chriſtus in denunciando Iudæis perditionẽ terræ ſuę, quam, poſtpoſita bonitate cõſcientiæ tanto ſtudio cõſeruare q̃ſierant.

Mos Euãgeliſtarũ interſeſe, et antiquorum prophetarum in prophetando.

Ruinę igitur totalis Iudęorũ cauſa fuit mala eorũ cõſciẽtia, qua ad ſeipſos cõſeruandum vſi ſunt. Sic ergo (ſm Euangeliũ declaratum) in inſidijs ſuis capti ſunt iniqui, Prouer. 11. Et ꝙ timuit impius; venit ſuper eũ, Prouerb. 10. & per quæ quis peccat, per hæc & torquetũ, Sap. 11. Et perditio Iſraelis ex ipſo tantũ fuit, Oſe. 13. Nec ſolũ Dñs per ſemetipſum prædixit (vt declaratum eſt) ꝙ Iudęi in pœnam eorum malę conſcientiæ, qua contra iuſtitiã dominium ſuum conſeruare ſtudebant, erant illud amiſſuri, ſed etiam per Danie-

lem

Google

lem ſeruum ſuum hoc ipſum prænunciauit antiquitus. Nam, ſi ad fundum vſque Danielis prophetiam penetrare quis voluerit, videbit (vltra ea, quæ ſupra diximus) illud, qđ ſecũda concluſionis pars, applicando ad Iudæos, habet. Quid inquit Daniel cap. 9. Occidetur Chriſtus, & non erit populus eius, qui eum negaturus eſt: ciuitatem, & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo. Occidetur Chriſtus. [Ecce Iudæorum culpa.] Non erit populus &c. ciuitatem, & ſanctuarium &c. [Ecce Iudæorum pœna.] Occidetur (inquit.) Quare ab eis occidetur? Ne tota gens pereat (vt dixit Cayphas) hoc eſt (vt dixerat cõcilium) ne Romani tollant locum noſtrum & gentem. Quare ergo, breuius loquẽdo, occideretur à Iudæis Chriſtus? Vt ipſi conſeruent ciuitatem ſuam. En mala conſcientia eligens medium malum, ad obtinẽdum finem in ſeipſo bonum. ſ. conſeruationem ciuitatis. Hæc omnia, vtpote occiſionis circunſtantiam principalem (nã propter quid, principalis circunſtantia eſt, 1.2.q. 7. art. 4.) Exprimentia, intellexit ſimul ſpiritus Danielis in illo verbo, Occidetur Chriſtus. Cæterum, abſque multo examine, conſtat, quod per illud, non erit populus eius, & ciuitatem &c. ſignificatur ad literam, quod pœna talium Iudæorum futura erat & ſpiritualis, inquantum propter incredulitatem ſuam perdituri erãt dignitatem hanc quacunque terrena dignitate maiorem, ſcilicet eſſe populum Chriſti, & corporalis, ſcilicet perditionem ciuitatis, ſanctuarij &c.

Mala conſciẽtia ſtat cum bono fine intento.

SEMPER, NON Semper.

DICEBATVR in concluſione capituli, quod illorum peruerſæ cõſcientiæ hominum inquiſitio prædicta eſt ex merito proprio ſemper via ad perdendum id, quod ſic quærit, & quod non ſemper, licet quandoque, conducit ad perdendum actualiter illud. Ratio primi dicti eſt de ſe, ideſt ex ſuis terminis, clara: quoniam malum, vt ſic, non producit niſi malum, & per conſequens qui male agit ad conſequendum aliquod à ſe deſideratum, ipſo ſuo facto meretur non conſequi illud. Nam talis, male agendo, peccat, & peccatum, vt peccatum, eſt via ad perdendum (vt patet) ſi quid habetur, non autem ad acquirendum, quod nõ habetur. Docuit enim hoc Pſal. 61. Nolite ſperare in iniquitate, & Tren. 5. Cecidit corona capitis noſtri; Veh nobis, quia peccauimus.

Malum, vt malum non generat ex ſe, niſi malũ.

RATIO autẽ illius ſecundi in principio dicti, ꝙ per experientiã patet, eſt; quia Deus non ſemper agit in præſenti ſeculo cum peccatoribus ſecundum meritum eorum, in cuius ſignum, non mittit peccatores in infernum quandocunque poſſet, immo & deberet, attentis ſcilicet ipſorum meritis. [Millies enim poſſet, & modo prædicto deberet] mittere eos illuc. Quia igitur Deus, ſecundum iudiciorũ ſuorũ rectiſſimorũ, nobis tamẽ occultorum, profunditatem agit quandoq; ex mera ſua miſericordia cum peruerſæ conſcientiæ hominibus illis, de quibus loquitur concluſio, ideo permittit, vt illud, quod per malas vias quærunt, conſequantur, & quia ex iuſtitia meritorum eorum procedit quandoque cum illis, ideo illos eo fine, quem ſic intendebant acquirere, priuat, & quidem aliquando eadem via (vt de Iudæis, ſecũdum ſupradicta, factũ eſt,) qua ipſi ad acquiſitionem illius tendebant.

PORRO hæc omnia (ne forte credideris illa eſſe de meo capite: ideoq; nihil valere) de ratione illius ſecundi dicti allata fundantur in ſcripturis ſanctis, vtpotè ab ipſis originaliter educta. Legimus, fuiſſe ab infallibili veritate dictum, Matth. 26. Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Nonne multos vidimus, accipere ex priuata poteſtate, i. non ſecundum ordinem iuris, gladium, ferire, & occidere, qui tamen gladio materiali actualiter nõ pereunt? Sed & multos videmus gladium accipientes gladio actualiter perire. Quid eſt hoc? Iudicia Dei, abyſſus multa, Pſal. 35. quibus diuerſimode erga in delicto ſimiles (vt ſupra diximus) aliquando progreditur. Ex qua ipſius Dei progreſſione per apertam experientiam viſa, cogimur illam veritatis authoritatem intelligere de merito, non de actuali euentu: hoc eſt, qđ omnes gladium accipientes merentur ſem-

per ex hoc perire gladio, nō autem, quod de facto per materialem gladium ſemper pereant. Rurſum legimus, 1. Timot. 1. Habens bonam conſcientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt: & cap. 6. Deuitans profanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſciētiæ, quam quidam promittentes circa fidē exciderunt. Ecce, quod cōſcientia non bona, ſecundum Apoſtoli textum primum, eſt via ſufficiens ad perdendam veram fidem; in cuius ſignum dicit, quod quidam conſcientiam bonam repellentes naufragauerunt circa fidem, id eſt eam perdiderunt. Et tamen multi ſunt conſcientiam prauis moribus maculatam habentes, bonamque ideo repellentes, qui catholicam fidem adhuc retinent, imo, & mori pro ea parati ſūt (vt videre eſt in multis, & ſpecialiter in ſancto Bonifacio, qui vitijs carnalibus aſſuetus antea, mox ad moriendum pro fide catholica paratus inuentus eſt, & poſtea fortiter pro Chriſto mortem violentam ſuſtinēs, martirij coronam eſt adeptus.) Rurſum, nouitatum profanarum vocum ſequela, & diſputationum inutilium falſi nominis ſcientiarū, id eſt in ſciētijs, quæ veræ ſcientiæ non ſunt (vt eſt de æternitate mundi, apud Ariſtotelem, de mortalitate animæ, apud quoſdam temere philoſophantes, &c.) eſt via ad amittēdum fidem, in cuius ſignum dicit Apoſtoli textus ſecundus, quod quidam tales talium nouitatum, & diſputationum amatores, exciderunt à fide. Et tamen non omnes nouitatum illarum, ac diſputationum ſpectatores, perdiderunt fidem: id quod annotauit idem per illud, Quidam. Quid eſt hoc? Iudicia Dei, abyſſus multa, Pſal. 35. Quibus, &c. vt ſupra.

Vię ad perdendum fidem, vnde ſummopere ſunt cauendæ.

SICVT ergo omnium illorum, qui per malam conſcientiam, ſimiliterque illorum, qui per indiſcretam nouitatum, falſarumq; diſputationum curioſitatem, merentur fidem amittere, Deus ex ſua iuſtitia, qua reddit homini, q̄ meretur, permittit quoſdam à fide excidere, quoſdam vero ex ineffabili miſericordia, qua indigniſſimis etiam benefacit, præſeruat à tanta ruina: ita illorum omnium, qui per malas vias recte conſcientiæ contrarias inquirūt terrena, aliquos ad finem ſic ab eis quæſitum pertingere ſinit, aliquos vero non. Et ſicut vtrobique, id eſt in vtrouis euentu, qui circa dicta Math. 26. ac 1. Tim. 1. 6. contigerit, laudandus eſt Deus, ſua imperſcrutabilia iudicia ſimpliciter cum omni reuerentia amplectendo, non autem illa diſcutiendo, vel de illis murmurando: ita de omni, q̄ vtrouis modo euenerit circa illos terrenorū iniquos venatores, q̄ hic Io. 11. ſub forma Iudęorū cōciliatorū deſcripti ſūt, laudādus eſt Deus, &c. vt ſupra.

Semper et vbique de omnibus, vt a Deo ſunt, laudandus eſt Deus.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD de ijs, qui poſtpoſito Dei timore, quærunt illicitis modis facere ſibi nomen, ſiue aliquid acquirendo, ſiue conſeruando, ſiue &c. prophetauit Malachias, quod ipſi faciendo ſic præparant ſibi viam ad perdendum illud, q̄ intendunt, & hoc ipſum, iuſto Dei iudicio pro meritis eorum retribuente. His aūt verbis, ad id ſentētialiter prophetandum, vſus eſt cap. 1. Si dixerit Idumæa deſtructi ſumus, ſed reuertentes ædificabimus quę deſtructa ſūt: hæc dicit Dñs exercituum. Iſti ędificabunt: & ego deſtruam. Item idipſū habemus ex illa ſententia, 1. Machab. 3. Seron princeps exercitus Syrię ait: Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno: & debellabo Iudā, & eos, qui cum ipſo ſunt, qui ſpernebant verbū regis. Et præparauit ſe, &c. Et exiuit Iudas obuiā illis cū paucis, &c. & contritus eſt Seron, & exercitus eius, in conſpectu ipſius. Ab oppoſitis ēt, quod, ſi per malas vias dominia q̄rentes obtineāt q̄ndoq; intentū ſuū denotatur ſentētialiter a propheta Hieremia dum alloquens Dñm talia permittētē ait, c. 12. Quare via impiorū proſperatī, & bene eſt his, q̄ p̄uaricātur, & inique agūt? Plantaſti eos, & radicē miſerūt: proficiūt, & faciunt fructū. Prope es tu ori eorū, & longe à renib. eorum. Ecce: q̄ prouidētiæ Dei Hieremias Spiritu ſan. inſpiratus, 2. Petr. 1. attribuit proſperitatē impiorū tū quo ad collationē rerū bonarū, [Plantaſti inquit, eos, & radicē miſerunt: proficiunt, & faciūt fructū,] tū quo ad remotionem rerū malarum [Prope es tu ori eorum, q̄n ſcilicet petunt non tribulari, exaudiendo

Ex eccleſiaſtica, quamuis prophetia neſcit prouidentia Dei proſperantur iniqui.

Digitized by Google

eos: in cuius ſignum, tu es longe à renibus eorum, ſcilicet non percutis eos.] Veruntamen multoties de illorum iniquorum multis, vt appareat prouidentia Dei ſecũdum eorum merita retribuens, quæ ſemper prius ibi affuit abſolutè cuncta gubernans, verificatur etiam in præſenti vita illud, Pſal. 36. Vidi impium ſuperexaltatũ, & eleuatum, ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat, quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Quid eſt; Tranſiui? Eſt modus loquendi, ad denotandum breuitatem temporis, poſitus. Nec obſtat huic, quod proſperitas illorum frequenter longo tempore durat: tum quia mille anni ante oculos Dei [ſecundum quorũ menſuram loqui ſolent prophetæ] tanq̃ dies heſterna, quæ præterijt, Pſ. 89. Tum quia diuina iuſtitia ſępius lento gradu procedit ad vindictam ſecundum illud, 2. Machab. 4. In diuinas leges impie agere, non cędit impune, ſed hoc, ſequens tẽpus declarabit. Habentur, & hæc ſupradicta virtualiter, in ſenſu tamen literali, Matth. 6. Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia, ſcilicet temporalia (vt contextus ibi intelligendum docet) adijcientur vobis. Nam à cõtrario ſenſu (vt, ſecundum B. Hieronymũ in ſcripturis licet argumentari) vult etiã dicere: Si non quæſieritis primum regnũ Dei, & iuſtitiam eius, hæc omnia ſubtrahentur à vobis. Quid ergo dicendum inde eſt innuit de illis ſupradictis, qui contra regnum Dei, & iuſtitiam eius, id eſt cõtra conſcientiam, malis artibus quærunt temporalia?

Porro pro fundamento præſuppoſitũ in ſuperioribus, ſ. quod Deus omnium rerum in mundo exiſtẽtium (imo, & ſupra, & infra, hunc mundũ) habeat prouidentiã perfectiſſimam [id quod eſt de fide:] vide ex ſacroſ. Concilijs, ſcripturis, &c. definitum eſſe, in Elucidat. pri. par. articulorum num. 41. 136. 500. 502. & 1. 2. articulorum num. 2. 497. 498. 496. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 17. concl. 1. & Exod. 2. concl. 2. & Leuit. 25. concl. 5.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. XI.

Amicitię regula, ſed

VT audiuit, quia infirmatur; tunc mãſit in eodem loco duobus diebus.] Cum ſcriptum ſit, Prouerb. 3. Ne dicas amico tuo, vade, & reuertere, & cras dabo tibi: cum ſtatim poſſis dare: dignum profecto admiratione, eſt, quod Chriſtus qui amico ſuo Lazaro poterat ſanitatem, & etiam ei mortuo ſuſcitationem, dare ſtatim, poſt auditam infirmitatem manſerit in loco eodem & duobus quidem diebus, antequam ad ſuccurrendum ſuo amico veniret. Cur non citò, audita eius ęgritudine, venit? Ille, qui pro amicitiæ vinculo videbatur debere, non dico ſtatim venire, ſed aduolare, ad domum amici, manet fixus in eodẽ loco, vbi prius erat, nec vna hora tantum vel die, ſed duobus diebus. Nunquid ergo defecerat amoris gradus ad amicum nunc infirmũ, vel mortuum, quo erga ipſum iam ſanum, & viuum affectus eſſe ſolebat? Abſit. Quare igitur amicorum regulam, quæ ex Prou. 3. dicta eſt, non obſeruauit? Quia hanc voluit, ex ſua tarditate interpretari. Multa. n. docuit Dñs verbo quæ, vt in ſenſu vero intelligeremus, expreſſit poſtea facto. Vt eſt illud, Matt. 5. Si quis te percuſſerit in vnã maxillã, præbe illi & alterã. Hoc ſiquidẽ poſtea quomodo intelligendũ eſſet, docuit facto ſuo, Ioa. 18. qñ danti ſibi alapã in vna maxilla, non præbuit alteram, ſed rõnabiliter dixit: Si male locutus ſum, teſtimoniũ perhibe de malo, ſi aũt bene, q̃d me cędis? Cum tñ per decurſum ſuę ſanctiſſimę paſſionis frequẽter præbuerit alteram maxillam miniſtris, qui Matth. 24. alapis eum cędebant, ſeu (ꝙ idem eſt) dabant ei alapas, Ioan. 19. Toties. n. alterã maxillam eis ſe percutientibus præbuit, quoties auertere illã, ne eã percuterent potuit. Sicut ergo tũc Ioan. 18. 19. ꝑ illa diuerſa facta ſua mõſtrauit, ꝙ illud Matth. 5. mãdatũ, licet ſemper in ꝑparatione animi, poſita charitatis neceſſitate, ſeruandũ ſit ab omnibus, non obligat ad hoc, vt ſeruetur in exteriori opere, niſi pro loco, & tempore, quando ſcilicet vera prudentia conſideratis conſiderandis idipſum ad literam ſeruãdũ ſuggeſſerit; ita nunc Ioan. 11. per illud factum ſuum monſtrat, ꝙ illud Prouerb. 3. nõ eſt ſemper intelligendum, conſequenter nec ſeruandum, ad literam, niſi cum æque bene poteſt fieri vtrumque, ſcilicet ſtatim dare; & differre. In tali enim caſu, ſtatim gra- *quomodo intelligenda, inferius dicitur.*

Digitized by Google

tia facienda eſt amico, quam petit, quia nulla ſubeſt iuſta cauſa differendi, quoniam, ſi differas, non propter hoc facies meliori modo (vt præſupponebatur) illam gratiam amico, quam poſtulauit. Verum, quando non æque bene poteſt fieri vtrumque; ſed meliori modo fiei gratia amico, ſi differatur, quam ſi ſtatim detur: tunc non eſt mox, vt amicus poſtulauerit, faciendum quod petit, ſed differendum. Iuſta enim cauſa (vt ab exemplo patebit) differendi magis, quam ſtatim dandi) ſubeſt. Sed & amicus, effectu dilationis viſo, gratius habebit, quod dilata ſit ſuæ poſtulationis executio, quam ſi dilata non fuiſſet. Sit pauper eleemoſinam á diuite poſtulans. Si diues ſtatim det ei decem denarios gratum habebit, quod accipit, ſi vero differat eleemoſinam vſque in craſtinum, & tunc det ei centum denarios, gratius vtique hoc habebit. Sed & ſe magis exauditum á diuite reputabit pauper in ſua poſtulatione nunc, quando dare diſtulit, quam tunc, quando ſtatim dedit. Modo ad propoſitum textus Euangelici. Poſtulauerant dilectæ ſorores, poſtulauerat & infirmitas, morſque Lazari dilecti, ab optimo amico Saluatore noſtro, vt ſibi ab ipſo ſubueniretur. Subuentionem vtique fiendam, ſed meliori modo, quo in tanto amicitiarum fędere fieri decebat, deſtinauerat Saluator. Quid inde? Si eam ſtatim ad primum nuncium actualiter feciſſet, non tam bene, & magnitudo amicitiæ eius ad ipſos poſtulantes, & excellentia mirabilis eius ad mortuum ipſum, & inopinata multorum Iudæorum conuerſio apparuiſſet, ſicuti ſubuentionem illam differendo, tria illa (vt conſideranti patet) apparuerunt. Propterea igitur manſit in eodem loco Dominus: vt veniens poſtea inueniret Lazarum quatriduo iam ſepultum, & ſic beneficium valde maius, quod & gratius haberent, pro beneficio paruo poſtulato illis á quibus rogatus fuerat, conferret.

Exemplũ ad Martham Mariãque applicandũ in textu.

CÆTERVM, vbi Chriſtus ipſe gratiam, quæ poſtulabatur, ſucceſſuram æque bene, ſi ſtatim fieret, quam ſi differretur, præuidit, ipſam non diſtulit, ſed ſtatim dedit, id quod eueniſſe conſtat in ſanandis puero Centurionis, Matth. 8. Filio reguli, Ioan. 4. filia archiſynagogi, Mar. 5. Barthimęo cæco, Mar. 10. & multis alijs. Porro ex illa tardatione ſua cum effectu ſubſecuto nos quoque erudiuit Dominus, quod amici ſui in neceſſitatibus proprijs, vel alienis, ipſum pro auxilio rogantes nullatenus debent de eius bonitate ſupra omne meritum noſtrum affutura diffidere, ſi ad ſuccurrendũ tardare videatur, tum quia Deo, veluti proprium, tribuitur aſcendere ſuper occaſũ, Pſalm. 67. hoc eſt, excellens adiutorium dare tunc nobis, quando res humanitus habetur pro deſperata [& hoc ad cõuincendum ſuperbiam noſtram, quæ nimis in hominibus, ac minus in Deo, confidebat,] tum quia ſicut in puniendo tarditatem ſupplicij grauitate, ita in adiuuãdo (& quidem multo magis: cum ad miſerẽdum pronior ſit, quam ad feriendũ) tarditatẽ auxilij excellentia, compenſat.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. XI.

QVID facimus? Quia hic homo multa ſigna facit. Si dimittimus eũ ſic, venient Romani, & tollent locũ noſtrum, & gentem.] Quid eſt, quod auditis mirabilibus Chriſti factis inimici eius pro eo, quod ad eius reuerentiam, amoremque, & ad ſuijpſorum humiliationem voluntariam, pœnitentiamque, accendi tenebantur, erigunt pertinacius cornua ad deſtruendum Chriſtum: ſeipſoſque magis ſtabilire contendunt? Concilium generale, & pro ipſius totali eradicatione, & pro ſuijpſorum confirmanda plantatione, colligunt? Hoc eſt, quod olim prænunciatum fuit, Eccl. 1. Quid eſt, ꝙ fuit Ipſum, ꝙ futurũ eſt. Quid eſt, ꝙ factũ eſt? Ipſum, quod faciendum eſt. Porro conſtat omnibus recta ratione vtentibus, ꝙ Chriſtus eſt caput Eccleſiæ 3. de Sal. q. 8. art. 1. Catholicę, & Apoſtolicæ (vt habetur in ſymbolo fidei Apoſtolorum, & ſubſequentium Patrum) ideoque Romanæ [cum B. Petrus princeps Apoſtolorum, cui commiſſa fuerat á Chriſto Eccleſia, Matth. 16. & Ioan. 21. Sedem ſuam, iuſſu ipſius Domini, in vrbe Roma collocauerit, eamque ibi moriens collocatam reliquerit, 24. q. 1. Rogamus. Compend. Albert. Magn. lib. 5. cap. 43. & lib. 7 cap. 9. Scholia:] & conſequenter quod in ipſo, tanquam

Digitized by Google

tanquam in capite, præceſſerunt illa, quæ in Eccleſia ſua poſtmodum erant futura. Ad quod denotādum dixit ipſemet Chriſtus Eccleſiam ſuam totam repræſentantib. Ioan. 15. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt. Itē Matth. 10. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius? Nec mirum. Vult enim Chriſtus habere ſponſam, quæ proculdubio Eccleſia eſt, ſimilē ſibi, prout etiam à principio creationis rerum figuratum fuerat, quando dictum eſt, Genel. 2. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Sacramentum hoc (inquit Apoſtolus, Epheſ. 5.) magnum eſt: Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. Quid eſt ergo, ſi ad rem ibi figuratam applicetur, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi? Eſt, ac ſi dictum fuiſſet, faciamus Chriſto ſponſam ſimilem ſibi. Nam in facto hoc ſicut Adam figurauit Chriſtum, ita Eua Eccleſiā, de qua etiam Eccleſia (vt expreſſius verbum Geneſis, Adiutorium, ad hanc figuratam referatur) idem Apoſtolus, tanquam in perſona totius Eccleſiæ loquens dixit 1. Cor. 3. Dei adiutores ſumus. Ex præmiſſis igitur omnibus collige ꝙ qui vuult ſcire qđ pro tēporū ſucceſſione fiendum ſit in Eccleſia ſponſa Chriſti, ad ipſum eius caput & ſponſum; quid ſcilicet in illo factum fuerit debet reſpicere.

HOC itaque concilium, quod aduer ſus caput, ſponſumque Eccleſiæ Chriſti malignantes ſine eius cauſa congregaſſe narrat Euangeliſta, figurat ad literam (vt præmiſſum eſt) ꝙ Eccleſiæ ſponſæ Chriſti non deerunt inimici; qui nulla eius in rebus fidei exiſtente, ſed propria ipſorum malignitate ad peruerſitatem inſtigante, congregabunt concilia, vt & eam a fidei ſoliditate doctrinis varijs, ac peregrinis licet Apoſtolo ſemper vbique ſuſpectis, Hebr. 13. 1. Tim 6. abducant, & ſemetipſos in ſofphiſmatum propriorum ſedibus confirment. Nam & ipſi, ſecundum figurā hanc adducentes timorem, qui eos faciet cōſiliatiuos, dicturi ſunt: Ne forte veniāt Romani, & tollant locū noſtrū, & gentē. Hoc eſt: Ne Romana Eccleſia gentem noſtram, quæ hactenus nobis credulitatem propriam accommodauit, trahat ad fidē ſuam, quod ſi fieret, actum eſt de loco noſtro. i. reputatione noſtra in populis. Sic enim perderemus ēt reputationis ipſius inſigne, ſ. nomina ſectariorum noſtrorū: quandoquidem nullus tunc amplius vocaretur Arrianus, Sabellianus, Macedonianus, Lutheranus, Caluiniſta, Vgonotus, &c. Hinc igitur ex Euangelio hoc patet verum id ꝙ B. Aug. in lib. de Vtilitate credendi dixit, videlicet, quod hæreticus eſt [Hi ſunt contra Eccleſiam ipſam conuenticula facientes,] qui temporalis cōmodi, & maxime gloriæ, principatuſque ſui gratia, falſas, ac nouas, opiniones gignit, vel ſequitur. Hæc ibi. Sicut ergo (eodem Aug. teſte) non ſolum ſuos Deus, ſed & Diabolus ſuos martyres habet, ita nō ſolum Deus in ſua Catholica Eccleſia ꝓ veritate fidei concilia ſacroſancta habet, ſed, & Diabolus in ſua malignantium Eccleſia; Pſ. 25. contra veritatem fidei concilia iniquiſſima habet.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. XI.

QVID facimus (inquiunt?) Quia hic homo multa ſigna facit] Ex eo quod nulla mala cauſa ex parte Chriſti afferē ab his pp quā ipſum odio habere, & ab eo diſcedere, ipſumque ad mortē vſq; perſequi debeā, ſignificatur, iuxta figuram annot. 2. præmiſſam, quod nulla mala cauſa (loquendo ſemꝑ quo ad res Catholicæ fidei) ex parte Eccleſiæ ab eius inimicis afferri veraciter pōt ad rationabiliter oſtendendum, ꝙ inculpabiliter diſceſſerint ab ea, oderint eam, & ad mortē vſq; (ſi mori totaliter poſſet) eādē viribus totis perſequantur. Audi, & admirare: q̄ cauſam, quæ eos de ſua tali apoſtaſia nō excuſet, ſed vehementer accuſet, afferant. Quia (inquiunt) multa ſigna facit. Et vere in Eccleſia ſua Chriſtus ſigna & magna & multa, tum ad corporū, tum ad animarum ſalutē, adeo manifeſte nō tantum fecit, ſed ēt nunc facit, vt inimici eius præ alijs atrociores 2. 2. quæſtione decima, artic. ſexto, qui ſunt hæretici, non poſſint (niſi deſipiant omnino) atque proteruiant) illa negare. Excellētia igitur Eccleſię, quam ipſa per ſignorum multitudinem in ſe factorum à Chriſto habet, eſt illa, qua hæreticorum oculi, quia

lippi ſunt, cęcantur per accidens. Cæcantur, inquã, non qđ excellentiam ipſius aliqualiter non videant. [Nonne & hi Iudęi videbant excellentiã Chriſti, quando dicebãt; Multa ſigna facit?] ſed quia ipſam non vident cum gaudio, ſed cum tortura, ideſt videndo ipſam non gaudent, ſed torquentur; ſimiles damnatis; qui gloriã beatorum vident, ſed inde multã ſibijpſis triſtitiam conficiunt; 3. de Sacramen. Addition. q. 98. artic. 9. Per accidens, inquam, cęcantur ab illa: quoniam per ſe excęcantur à propria ipſorum malitia, Sap. 2. id quod & de his conciliarijs (vt in textu, & concluſione capituli ſecunda, videre eſt) contigit.

SIGNA multa, quæ hic homo, ſcilicet Chriſtus fecit, facitque in Eccleſia ſua, quam ſolam inter omnes ſibi deſponſauit in fide, Oſę. 2. hoc eſt, in Eccleſia Catholica, quæ ratione ſui capitis Vicarij Romę ſedem Epiſcopalem habentis Romana dicitur, ſunt infraſcripta. Magnum ſignum, & nullibi niſi in Eccleſia repertum, ſunt miracula vera. Fortitudo martyrum inter tot, tantaq; tormenta, ideſt ſanctorum Vincentij, Laurentij, Sebaſtiani, Tiburtij, Cypriani &c. nonne magnum ſignum eſt? Et ſacrorum Doctorum tam in alijs rebus diuerſorũ concors omnino ſententia in his, quæ fidei ſunt? & omnium Chriſtianorum vbilibet per totum orbem terrarum exiſtentium vna prorſus, & eadem mens in pertinentibus ad fidem: quorum tamen in cęteris tot ſunt ſententiæ, quot capita? & ab Apoſtolorum tempore vſque nunc ſemper continuata, abſque vllo diſcrimine, inter aliarum rerum varias mutationes, inuiolata fidei confeſſio? & inter tot, tantaque ſchiſmata, de ſede B. Petri Apoſtoli ad ſe trahenda, dum ſimul in hoc mundo viuerent, contendentium: ſeruata eiuſdem ſedis vita, atque inibi Romanorum Pontificum ſucceſſiua confeſſio? Da verè prudentem, etiam purum Philoſophum, recta ratione ſuper præmiſſis attentius diſcurrentem, & is ab ipſa veritate coactus, tanquã vnus de ſapiẽtioribus Magis Pharaonis, exclamabit; Digitus Dei eſt hic (Exod. 8.) Prædicta etiam aduerſã in illis ſignis, uelut indiuidui comites, incluſa liquido oſtendunt, quod ſi Eccleſia opus ex hominibus eſſet, diſſoluta iam millies fuiſſet, & conſequenter aperte probant, quod ipſa cum fide ſua opus ex Deo eſt: Actu. 5.

Quæ ſint ſigna in Eccleſia, ab his etiã q foris ſũt viſa.

VERVNTAMEN, omnibus illis non obſtantibus, malignantes figurati, nè à vijs cęcis figurarum ſuarum circa concluſionem tertiam ex textu narratis declinarent, facti ſunt ex ſeipſis tales: vt antepoſita Eccleſiæ ſigna mirabilia, & videntes non videant, & audientes non intelligant, Luc. 8. ſimulachris illis ſimiles. [Nam & ipſi ſimulachra phantaſiarum ſuarum colunt,] de quibus ſcriptum eſt, Pſal. 113. & 134. Oculos habent, & non videbunt, aures habent, & non audient, neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum. Credentes igitur hęretici ſe poſſe, & diſſoluere dogmata fidei, quæ Romana Eccleſia prædicat (quamuis hoc ſit impoſſibile, iuxta illud ad primum Epiſcopum Romanum à Chriſto dictum, Luc. 22. Simon, Petre, ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua) & propria illis contraria in perpetuũ duratura ſtatuere (licet hoc etiam ſit impoſſibile: dicente Domino, Matth. 15. Omnis plãtatio, quã nõ plãtauit Pater meus cęleſtis, eradicabitur) collegerunt multoties cõcilium contra Romanam Eccleſiam. Vt enim inquit Beatus Athanaſius, in Epiſtola ad Afros, Concilia decem celebrarunt Arriani ad ſectam ſuam firmandam, & Eccleſiam infirmandam. Eorũ vnum eſt in Seleucia Iſauriæ, de quo Socrates, in hiſtor. trip. libro quinto. capit. trigeſimoquarto. De cuius actis, Sozomenus ibid. capit. 35. Profanum fuit & Concilium in ciuitate Thraciæ, nomine Nicem: & Epheſinum ſecundum cui præſedit Dioſcorus, & Concilium à Photio tum in templo Apoſtolorum, tum in æde Sapientiæ, collectum, & multa alia, quæ ſingillatim enumerare, inſtituti huius non eſt.

Concilia multa pſana, contra Eccleſiam catholicã.

CAPI-

CAPITVLVM DVODECIMVM.

IESVS ergo ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam: vbi Lazarus fuerat mortuus: quem ſuſcitauit. Fecerunt autem ei cęnam ibi: & Martha miniſtrabat; Lazarus verò vnus erat ex diſcumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi, piſtici, precioſi, &c. vſque ad finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

SALVATOR noſter voluntariè obtulit ſemetipſum paſſioni, ſecundum tempus, & modum, per ſcripturas veteris teſtamenti præfixa, quo facto eſt manifeſtè Iudæis ex lege illis diuinitus data declaratum, quod ipſi ſunt inexcuſabiles tenendo & eum non eſſe verum Meſſiam ſibi à Deo promiſſum, & Meſſiam ipſum eſſe futurum regem temporalem, ideſt mundiali pompa regnantem.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam, & tex. In craſtinum turba multa, quæ &cæt. vſque ad tex. Sedens ſuper pullum aſinæ. Prima itaque pars, ſcilicet, quod voluntarie obtulerit ſe paſſioni, patet ex eo: quod Saluator noſter, qui prius in regionem remotam iuxta deſertum abierat (vt habetur cap. 11. in fine) nunc imminẽte magis de propinquo paſſionis ſuæ tempore, ab illo loco ſecundum humanum iudicium ab inſidijs Iudæorum ſecuro ad locum paſſioni ſuæ ab æterno præordinatum propius voluntarie accedit. Nam Bethania diſtabat ſolum ſtadijs quindecim, ideſt duobus fere milliaribus ab Hieruſalem: qui erat locus paſſioni præfixus, iuxta illud, Pſal. 73. Deus, Rex noſter ante ſecula, operatus eſt ſalutem (excellentiſſime dictam) in medio terræ. [Nam Hieruſalem dicitur eſſe, tanquam vmbilicus, in medio terræ,] & illud, Luc. 13. Non capit, prophetam [anthonomaſice dictum, ideſt Chriſtum] perire extra Hieruſalem. Sabbatho igitur, qui immediate præceſſit illo anno feriam ſextam, in qua crucifixus eſt, uenit è loco iuxta deſertum poſito in Bethaniam Dominus: vt facto hoc ſuo oſtenderet omnibus manifeſte, quod à nullo coactus, nec inuitus, ſed propria ſponte vltroneus ſeipſum morti Crucis prompte offerebat. Promptitudinem hãc ſuam charitatiuumque ardorem patiendi pro nobis, habemus ex textu illo præcedente, qui de concluſione Concilij Iudæorum ad occidendum Chriſtum, & eorundem mandato ad capiendum ipsũ, & de Chriſti declinatione ab eis in ciuitatem Effren, tractat: ſi textus ille huic ſubſequenti de eiuſdem aduentu in Bethaniam tractanti annectatur à conſiderantibus ſenſum vtriuſque latentem. Vt, ſi dicatur. Quare Chriſtus tunc declinauit Iudęorum furorem? Nunquid, vt non caperetur, & occideretur, qui in mũdum venerat ad hoc, vt pro nobis captus occideretur? &, ſi declinauit, vt furori eorum cederet: quare nunc ad illos, durante illorum furore, accedit veniens in Bethaniam: Etenim ſicut poſita cauſa ponitur *Ratio prima declinationis Domini à Iudæis, & acceſſionis ad illos, inquiritur.*

effectus,

effectus, ita remanente cauſa deberet remanere effectus. Si ergo cauſa, quæ Chriſtum mouit ad declinandum longe à Iudæis, fuit furor eorum cap. 11. narratus, & hic remanebat adhuc, immò de die in diem creſcebat (ut de ipſis in caſu etiam tali verificaretur illud, Pſal. 73. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper:) videtur, quod Dominus in Effren remanere, & non prope ad Iudæos furibūdos accedere debuerat. Tantoque magis hoc videtur, quanto furor eorum primus, ideſt in illo concilio accēnſus, adhuc erat rēcens: ſecundum quod ex contextuum lectione patet. Proximum (inquiebat textus cap. 11.) erat Paſcha Iudæorum: Ante ſex (inquit textus cap. huius) dies Paſchæ venit Bethaniam. Ex primo enim textu habetur, quod Concilium illud Iudæorum, vbi furor ille exarſit, fuit prope Paſcha collectum; ex ſecundo autem, quod furor idem quaſi de recenti ad ſuum principium continuatus adhuc feruebat. Cur ergo ſtante cauſa, & tam propinqua, non ſtat, ſed remouetur effectus, ideſt illa Chriſti à phariſæis elongatio? Vt hinc oſtendatur, quod principalis cauſa illius elongationis non fuit illa, quæ nunc ab inquirēte propoſita eſt: ſed quædam alia. Ceſſit quidem furori eorum Dominus, dum diſceſſit ab eis, ſed hoc fuit quoddā ad principalem cauſam conſequens, intentum tamen à Domino, illa præſuppoſita. Vnde nec ex tali diſceſſu poteſt inferri, uel quod Dominus fugiendo timuerit mortem, vel quod non fuerit etiā tunc ſemper abſque vlla animi retractione promptiſſimus ad illam, vel quod inde ſequatur falſitas illius regulę, vtpote de cauſa principali loquentis, ſcilicet, poſita cauſa ponitur effectus, & remota cauſa remouetur effectus. Reditus porro ille Domini ad Iudæos illos, monſtrat aperte, quod alia fuit, quam quę adducta eſt cauſa prædicti ſui diſceſſus.

AD DVBIVM illud reſponſio.

QVÆ Autem fuerit illa principalis cauſa, ex textu præſenti, Ante ſex dies Paſchæ Bethaniam uenit, colligitur: ſi rationem, quare nunc uenerit, ſupra tactam diligentius examinemus. Quare igitur nunc venit Bethaniā mox (ut patet in tex. ſequen.) venturus Hieroſolymam? Quia appropinquabat iam in foribus Paſcha illud, quando eius paſſio celebranda erat. Ne igitur tempore paſſioni ab æterna mente præfixo non inueniretur à Iudęis paſſionum harum authoribus, voluit comparere coram eis. Et hoc eſt, quod pro ratione aduentus ſui aſſignat textus, Ante ſex dies Paſchæ venit in Bethaniam. Alioquin, ſi rationem talis aduentus adducere nollet, ſuffeciſſet dicere; Venit Bethaniam: tacendo temporis deſcriptionem importatam ibi, Ante ſex dies Paſchæ. Ex hoc ergo, quod cauſa primaria accedendi nunc ad Iudęos fuit temporis ad paſſionem deſtinati adimpletio, ſequitur tāquam ab oppoſitis: quod principalis cauſa elōgandi ſe prius ab eiſdem furentibus fuerat non adimpletio temporis, quo pateretur. Ex hac veritate circa cauſam illam deciſa patet ad ſupra per modum inquiſitionis obiecta, quod licet Chriſtus in mundum veniſſet, ut caperetur, & occideretur, non tamen vt extra tempus ab æterno præordinatum, ſed tantum in tempore illo punctualiter obſeruato. Hinc regulam vniuerſalem ad quodcunque ſimile circa euitationem mortis à Chriſto factum (id quod pluries in Euangelijs reperitur) ſtatuito; quod ſcilicet cauſa primaria tunc euitandi mortem erat ſemper non adimpletio temporis ad paſſionem deſtinati, ideſt, quia nondum venerat tempus ab æterno paſſioni eius præfixum, vel [& hoc tandem reddit ſimilem ſenſum] non erat determinatum ab ęterno, quod tali morte ſeu modo moreretur. Puta. Cum eum voluerunt præcipitare, Luc. 4. Quare genus mortis huius, faciendo ſe inuiſibilem, non acceptauit, ſed euaſit? Quia nondum venerat hora eius, ideſt nōdum venerat tempus moriendi, nec talis modus moriendi erat ei ab æterno præſtitutus. Item. Quando eum voluerunt lapidare, Ioan 8. 10. Quare abſcondendo ſe, vel ipſos compeſcendo, mortem recuſauit? Quia nondum venerat hora eius, ideſt tempus ab æterno ſtatutum, nec modus moriendi, venerant. Neque enim, quod vel tali tempore, vel tali genere

Ratio principalis illa, quę inquirebatur, determinatur nunc.

Regula vniuerſaliſſima.

mortis

Digitized by Google

mortis moreretur, fuerat vnquam præordinatum à Deo. Ex his ergo colligas veram expoſitionem illius dicti 7. Nolebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eũ Iudæi interficere, ſcilicet extra tempus: vnde &, uelut à ſimili, dic in priori, cap. 11. Nolebat apud Iudæos palam ambulare, quia Iudæi determinarant in concilio, eum interficere, ſcilicet extra tempus, in cuius ſignum, quando in præſenti cap. 12. Appropinquat hora eius, & Iudæi quærunt (vt patebit poſtea) eum interficere in tempore debito, Chriſtus comparet palam apud Iudæos, & vadit obuiam morti. Conclude igitur ex præmiſſis, q aliud eſt nolle mori [& hoc nũquam fuit in Chriſto] aliud autem eſt nolle mori tẽpore, vel modo, vel quacunque aliarum circunſtantiarum, indebitis, idest non correſpondentibus æterno ſtatuto de his facto, [& hoc ſemper in deſiderio, frequenter etiam in exteriori actu, fuit in Chriſto.] Porrò ſi Deus ab æterno omnia in numero, pondere, & menſura diſpoſuit; Sap. 11. Qui tres termini præteriri nõ poterunt, Iob 14. [Voluntati enim eius quis reſiſtit? Rom. 9.] Quomodo non magis id, quod inter omnia eſt pretioſiſſimum, ideſt paſſionem Chriſti, diſpoſuiſſe in numero, pondere, & menſura, credendus eſt? Chriſtum itaque venire (vt dicit tex.) ante ſex dies Paſchæ, eſt, eum uoluntarie amplexatum fuiſſe paſſionem ſuam, cum eius circunſtantijs ab æterno præordinatis.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Saluator noſter ſecundum tempus per ſcripturas veteris teſtamenti pręfixum, ſe obtulit paſſioni, demonſtratur ab Euangeliſta ex text. In craſtinum venit IESVS Hierofolymã. Supra quidem & probatum eſt, q Chriſtus ſeipſum voluntarie obtulit paſſioni, & dictum eſt, quod ipſe tempore præſtituto ab æterno hoc fecit, ſed ſpecialiter oſtenſum non eſt, quodnam ſit illud tempus per ſcripturas (vbi voluntas Dei talis manifeſtatur) determinatum; nec conſequenter probatum eſt in ſpeciali, q ipſe hoc tempus punctaliter ſeruauerit veniẽdo ad paſſionem. Vt ergo videatur, qđ ad figuram veterem temporis illius expreſſiuam totaliter concordauerit talis Chriſti aduẽtus, adducamus ex textu partis præſentis probationem. In craſtinum (inquit) venit Hieroſolymam. Ergo die ſexto venit: quoniam craſtinum diei ſeptimæ ante Paſcha, quo fuerat in Bethania, eſt dies ſextus. Ipſa ergo die ſexta diſcedens à Bethania acceſsit Hieroſolymam, & ideo, cum Paſchæ ſollẽnitas ſimpliciter feſtiua (vt conſtat Exod. 12.) ſit dies quintadecima menſis primi. i. Martij, illa dies ſexta fuit decima dies menſis eiuſdem. Numerando enim à decima incluſiuè vſque ad quintamdecimam incluſiue inueniuntur dies ſex. Dico, quintamdecimam, non autem quartamdecimam: quia hoc nomen Paſchę, ſumitur hic ab Euangeliſta pro feſto die naturali, ideſt à mane vſque ad veſperam, qui dicitur non quartadecima ad veſperam, quoniam hæc erat feſtiua tantum ſecundum quid, ſcilicet pro vltima parte ipſius diei, ideſt, ad veſperam, ſed quintadecima, quoniam hæc tota erat ſancta, venerabilis, & celeberrima, vocabaturq; abſolute ſollẽnitas, Exod. 12. Leuit. 23. Numero. 28. Quòd enim ſic nunc ſumatur, conſtat & ex eo, quod in contextu ſequẽti illud, quod nunc dixerat Paſcha, vocat abſolute idem feſtum [multa, inquit, turba, quæ venerat ad diem feſtũ,] & ex eo, quod Euangeliſta ipſe, tanquam nominis huius ſenſum declarans, dicit in cap. 13. Ante diem feſtũ Paſchæ, ſciens, quia venit hora eius &c. Quod enim ſimpliciter, ideſt nullo addito, dicitur, accipiendũ eſt etiam ſimpliciter (ut ex ſe patet.) Cum igitur hoc nomen Paſchæ, vocetur poſtea ſimpliciter dies feſtus, & dies quartadecima non ſit ſimpliciter feſtiua, ſed quintadecima (vt dictum eſt) relinquitur aperte ex contextu illo, quod hic ab Euãgeliſta ſumitur Paſcha pro die quintadecima, ac ſi expreſſe dixiſſet, Ante ſex dies quintædecimæ diei paſchalis venit Bethaniam. Rurſus. Ante diem feſtum Paſchæ (inquiebar) ſciens quia &c. Hinc patet: quod apud iſtum Euangeliſtam conſuetudo eſt, ſumere diem feſtum Paſchæ pro feſto ſimpliciter, ideſt ſecundum totum feſtiuo, qui dies eſt quintuſdecimus,

Conſuetudo huius Euãgelij.

non

Digitized by Google

non autem quartuſdecimus (vt declaratũ eſt:) ac ſi apertius dixiſſet, Ante quintumdecimũ diẽ Paſchæ ſciens, quia &c. Vbi etiam patet conſequenter, quod accipit diẽ feſtum pro die naturali.i.à mane vſque ad veſperam, non pro die diminuto.i.ad veſperam tantum conſiderato. Quomodo hæc duo patent? Ex decurſu illius cap.13.& ex vſu Eccleſiæ inde concorditer ad alios Euangeliſtas, accepto. Ex decurſu ſiquidem capituli conſtat, ꝙ tunc.ſ.ante diem feſtum Paſchæ, Chriſtus fecit cœnam vltimam de agno paſchali, cum diſcipulis ſuis, vbi etiam eorũ pedes lauit, eoſque Sacramento corporis, & ſanguinis ſui cibauit, quod totum quartadecima die, ſecundum præſcriptũ ſcripturarum, Exod. 12. Leuit. 23. Numero. 28. quas Chriſtus non venit ſoluere, ſed adimplere, Matth. 5. patet eſſe factum. Ex vſu quoque illo Eccleſiæ conſtat, quod illa dies, quæ hic dicitur fuiſſe ante diem feſtum Paſchę, fuit quartadecima, quoniam ad hoc ſignificandum conficit Sacramentum Euchariſtiæ in pane azimo. Scit enim Eccleſia ex locis veteris teſtamenti allegatis, quod in die quartadecima ad veſperam incipiebant Iudæi veſci tantum panibus azimis, ideoque illã quartamdecimam iure eſſe vocatam à Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Primã diem azimorum, & per conſequens Chriſtum confeciſſe non in fermentato, ſed in azimo. Ex prædictis ergo patet huius Euangeliſtæ mos, quod ſcilicet nomine feſti Paſchę ſolet intelligere primam Paſchæ diem, quæ tota eſt feſtiua, ideſt quintamdecimam, & conſequenter etiam patet primum intentum, ſcilicet quod dicere nunc cap. 12. Ante ſex dies Paſchę venit Bethaniã, eſt dicere Ante ſex dies quintędecimæ ven. Betha. & quod dicere, in craſtinum venit Hieroſolymam, eſt dicere, Sexto die ante quintamdecimã ven. Hier. quod totum (vt uerbo legis, Exod. 12. vtamur) eſt dicere, Decima die menſis primi ante quintamdecimam. His ſtantibus tanquam fundamentis, neceſſario præcognoſcendis ante formalẽ probationem: facillimum eſt modo probare concluſionis illam partem ſecundam.

PROSECVTIO
Probationis.

DICEBATVR in parte ſecunda, quod Saluator noſter ſecundũ tempus in ſcripturis antiquis præfixum obtulit ſeipſum paſſioni. Quod quidem probatur ſic. Antiqua ſcriptura de agno Chriſti figuratiuo ordinauerat, quod decima die primi mẽſis, ideſt Martij tolleretur in domum, vbi immolandus erat, à Iudæis (vt patet Exod. 12.) Chriſtus autem decima die eiuſdem menſis recipiendum ſe à Iudæis in domum ſuam, vbi poſtea paſſurus erat, obtulit (vt patet in Euangelico textũ:) ergo Chriſtus Saluator noſter, ſecũdum tempus in ſcripturis antiquis præfixum, obtulit ſemetipſum paſſioni. Huius demonſtratiui argumenti maior propoſitio ſic extenditur, Exod. 12. Decima die menſis huius tollat vnuſquiſq; agnũ per familias, & domos ſuas. Seruabitis eum vſque ad quartamdecimam diẽ menſis huius. Immolabitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam. Sument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrunque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum, eſt enim Phaſe, ideſt tranſitus Domini. Et tranſibo per terram Ægypti, percutiamque omne primogenitum in terra Ægypti. Erit autem ſanguis vobis in ſignum. Et videbo ſanguinem, & tranſibo vos, nec erit in vobis plaga diſperdens, quando percuſſero terram Ægypti. Eiuſdem vero argumẽti minor ſic ponitur in Euãgelio. In craſtinum autem turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cum audiſſent, quia venit Ieſus Hieroſolymam, proceſſerunt obuiam ei. Porro ad horum textuum tam veteris, quam nouæ legis ampliorem, pro quanto tamen huic loco ſufficit, notitiam, ſciẽdum eſt, quod agnus ille ideo ad planam literã figurauit Chriſtum, quia liberationis populi Iudæorum fuit modo in textu expreſſo cauſa per ſui immolationem, & manducationem ab vniuerſo cætu Iudæorum factam, ex tyrãnica oppreſſione, qua in terra Aegypti à Pharaone per longa annorum tempora afflicti duriſſime fuerant. Patet ſiquidem correſpondenter ad hanc figuram, quod

Chriſtus

Digitized by Google

Chriſtus, & populum ſuum ſaluum fecit à peccatis eorum, Matth. 1. Per immolatũ ſuum in Cruce ſanguinem, Apocal. 1. Ab vniuerſa multitudine filiorum Iſrael, non quidem tunc fidelium, ſed infidelium, nec ex intentione propria immolantium, ſed occidentium, Matth. 27. & 3. de Sal. q. 48. art. 3. ad tertium, & fuit in ſuprema cœna ab omni bonorum (dempto Iuda Scharioth) Iudæorũ cætu ſacramentaliter mãducatus, Matth 26. Mar. 14. Luc. 22. Correſpondenter ergo (magis in ſpeciali ad Euangelij textum accedendo) Chriſtus, pro figura adimplenda, veniens recipitur ab omni populo Iudæorum in domũ ſuam, ideſt in Hieruſalem, decima die menſis illius, quæ anno illo fuit immediate poſt Sabbathum, ideſt Dominica Palmarum, & in quartadecima, ideſt in die Iouis, ad veſperam in eadem domo, ideſt in Hieruſalem fuit inchoatiue immolatus ab eiſdem Iudæis [tunc enim incœpit immolatio Chriſti, quando ab ipſis, iam circa illam veſperam multipliciter ad talem occiſionem præparatis, fuit captus in horto] proſequentibus poſtea ſine interuallo vſque ad eius conſummationem in ſero veneris ſancti completã. [De figuræ prædictæ, & figurati, correſpondentia pulchram, prolixamque expoſitionem, quæ tibi etiam pro intellectu ampliori Euangeliorum faciat, ſi vis, vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Exod. 12. concl. 1. 2. 7.]

TVRBA (inquit) multa, cum audiſſet, quia venit Hieroſolymam. Duo de

Primo.

præmiſſis declaranda ſunt. Primo. Dicebat figura, quod agnus à Iudæis in domũ ſuijpſorum tolleretur: & nos interpretati ſumus ſupra, quod domus, in qua tollere agnum poſt habitationem in terra promiſſionis debebant, erat ciuitas Hieruſalem. Dicitur enim in Deuter. cap. 16. Non poteris immolare phaſe in qualibet urbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ſed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomẽ eius ibi. Quis verò ſit locus talis exprimit Dominus ipſe dicens, 2. Paralipom. 6. Elegi Hieruſalem, vt ſit nomen meum in ea. Iccircò non ad aliam ciuitatẽ Chriſtus, vt ibi pro figurato agno reciperetur, iuit, ſed tantum ad ciuitatem Hieruſalem: quia ſciebat illa, quæ dixerat, Deuteron. 16. ac 2. Paralipom. 6 Item ſecundo.

Secundo.

Supra interpretati ſumus decimam diem, ideſt Dominicam palmarum, & cõſequenter quartamdecimam, ideſt diem Iouis, ac quintamdecimam, ideſt diem Veneris, dicentes, quod illo anno in tali die, ſcilicet in die Iouis, contigit eſſe Phaſe, apud Iudęos. Ratio huius dicti, ex quo totum reſiduum dierum illorum pendet, conſtat ex tex. Diem crucifixionis Domini ſic exprimente. Ioan. 19. Erat autem paraſceue Paſchæ. Quid eſt enim paraſceue: niſi feria ſexta, ideſt (vt vulgo dicitur) dies Veneris? Nam hoc nomen Græcum, Paraſceue, interpretatur Latine, Pręparatio. Pro cuius rei captu, recolendum

Vnde eſt, quod omnis feria ſexta ab Hebræis vocatur paraſceue

eſt ex Exod. 16. Quod apud Iudæos dies Sabbathi inter omnes alias feſtiuitates erat tam venerabilis, iubente Deo: vt ipſi propter illius diei reuerentiam non præpararent ſibi tunc cibaria, ſed in ſexta feria præcedente. Inde enim hæc obſeruantia ortum habuit, quod Dominus eis per Moyſen de colligendo manna ibi dixit: Populus colligat, quæ ſufficiunt per ſingulos dies, die autem ſexto ſit duplum, quam colligere ſolebant, hoc eſt, in ſingulis diebus colligebant cibos ſingulos, ideſt pro illo tantum die ſufficientes: ſed in ſexto die colligebant cibos duplices, ideſt pro illo die, & etiam pro Sabbatho, ſufficientes. Ab iſta ergo, quæ ſemper (et ceſſante manna) facta eſt, cibariorum pręparatione pro die Sabbathi, conſuetudinem traxerunt Iudæi: vt diem immediate ante Sabbathum vocarent diem paraſceues, ideſt diem præparationis. Ex Euãgelio igitur patet illud ſupradictum, ſcilicet, ꝙ quintadecima, quãdo crucifixus eſt Chriſtus, fuit dies Veneris: & quod ideo quartadecima præcedens, quando ad veſperam fecerant Phaſe, fuit dies Iouis, & conſequenter tandem, quod decima, quando tollebatur agnus in domum à Iudæis, fuit dies immediate præcedens poſt Sabbathum, ideſt Dominica Palmarum.

TER-

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET; Saluator noſter, ſecundum modum per ſcripturas veteris teſtamenti præfixum, obtulit ſe paſſioni, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Turba multa acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei, & clamabant: Oſanna, vſque ad tex. Venit ſedens ſuper pullum aſinæ. Modus namque, quo Saluator noſter ingreſſurus illa die decima in Hieruſalem, tanquam ſe offerens paſſioni (vt ſupra ex Exod. 12. declaratum eſt) in veteri teſtamēto deſcribitur ſic, Zach. 9 Exulta ſatis filia Syon, iubila filia Hieruſalem. Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus, Saluator, ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum aſinæ. Hanc prophetiam Beatus Ioannes in ſenſu potius, quam in verbis (ſicut & alibi mos eſt Euangeliſtarum) adducit, dicens. Noli timere filia Syon. Ecce Rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinæ. Vbi nota primo, quod illam maximam Iudęorum exultationem, & iubilationem, quam Propheta ſic nominauit, vocat conuenienter Euangeliſta voluntariam proiectionem timoris. Quod enim ille, tanquam modū ex parte turbarum explicans, quo Saluator venturus erat Hieroſolymam dixerat; Exulta ſatis filia Syon, iub. fil. Hieruſ. iſte, de eodem modo ex parte turbarum loquens, dicit, noli timere filia Syon. Porro conuenientia dictorum iſtius ad illum ſtat in hoc: quod Euangeliſta ſpecialius explicat lætitię magnitudinem, quam faciat propheta, ita quod pręſupponens totum id, quod propheta dixerat, addit explicite quandam illius iubiloſę exultationis quantitatem, quę in prophetia illa ſolum implicite continebatur. [Hoc ipſum pro regula ordinaria ſumito, à ſimili, ad alios Euangeliſtas in allegatione ſcripturarum: quod ſcilicet ſenſum illarū magis, quam verba, adducunt, vlteriuſque, ſi quid implicite continebatur in ſcripturis allegatis, ipſi illud explicite ponunt.] Ecce. Explicauerat propheta iubiloſam exultationem Hieroſolymitani populi futuram eſſe ſatis, ideſt magnam, ſed quanta eſſet futura magnitudo illa, licet hoc ibi implicite ſubintelligi poſſet, non explicauerat. Aduenit Euangeliſta Spirituſancto plenus magis, ideoque magis, quam propheta, prophetias intelligens (vt habetur ex illo dicto, Rom. 8. Nos autem primitias ſpiritus habentes) & uidens illam prophetiam, eamque in actuali etiam adimpletione, oculis etiam corporalibus, legens (fuit enim præſens in facto, Matth. 21.) introſpexit, aliquid in prophetia eſſe ſubintelligēdum, quod eius verba nuda non demonſtrabant: & ideo illud à ſeipſo debere explicite ſuppleri. Quid eſt illud ibi ſuppreſſum: & hic in Euangelio expreſſum? Quod filiorum Hieruſalem iubiloſa exultatio fuit tanta, vt non potuerit, vel in modico, tepeſieri a timore inimicorum Chriſti principalium: ante quorum oculos lætitia illa in honorem Chriſti fiebat (vt patet.) Nam inimici eius principales, quibus ſcilicet Chriſtus erat grauis, etiam ad vidēdum, Sap. 2. habitabant in Hieruſalem: ex qua lætantes turbæ profluxerant, antequam lætitiæ ſigna in textu hoc, explicatiuſque Matth. 21. narrata faciebant, & ad quam vocibus illis altiſonis, hilariſſime ipſum deducebant. Conuenientiſſimum igitur, ad quantitatis animorum de Chriſto exultantium magnitudinem explicandam, fuit Euangeliſtam ad ipſos iubilantes Hieroſolymitas dicere: noli timere filia Syon, ideſt, ex voluntate tua proijce timorem. [Hoc eſt, pro more intelligendi multas prophetias. De facto etiam timorem proijcies:] qui te à tanta exultatione, & iubilatione iam prophetata poſſet impedire. Denique, vt prophetiam illam cum eius adimpletione Euangelica coniungens breuibus totum rei factum complectaris: dic. Exultabis. (Sic exponantur alia in futuro, propter certitudinem prophetiæ) ſatis, & iubilabis, filia Hieruſalem: intantum vt timor inimicorum [qui aliàs de facili humanitus teipſam occupare ſolebat. Vt patet in Euangelijs] ab illa tua exultatione iubiloſa te nullo modo impediat. Porro aduertas, quod hoc ſcilicet non timere inimicos in re tam illis contraria coram ipſis palam exercenda, miraculum fuit magnum à Spirituſancto in cordibus turbarum factum, qui eſt ſpiritus fortitudinis, Iſai. 11.

Primo.

Regula Euangeliſtarum allegantium ſcripturas

Miraculum magnum.

EIVSDEM PROBATIONIS
Continuatio.

IN præmiſſa allegatione authoritatis propheticæ ab Euangeliſta noīādum eſt ſecundo, quod non ſine cauſa iſte illius verba tantum quædam exprimit nō omnia, licet de omnibus ſubintelligendis intentionem habeat (ſicut & in aliorum Euangeliſtarum allegationibus ſcripturalibus ſentiendum eſt.) Volens igitur vterque illorum, ſcilicet Propheta, & Euāgeliſta deſcribere modum ex parte Chriſti, quo ipſe obtulit ſe paſſioni, dixit: Ecce rex tuus &c. Sed Propheta diffuſius (vt ſupra recitauimus) Euangeliſta breuius. Cauſa autem, ſeu ratio, breuitatis hic, & alibi in ſimilibus, ſeruatæ, eſt, quia Beatus Ioānes poſt alios coeuangeliſtas ſcripſit Euangelium. Hinc enim conſequenter proceſſit, quod illa, quæ vidit per alios diffuſe dicta, (legerat ſiquidem Euangelia aliorum trium: & approbauerat fidē eorum, & veritatem. Hæc inquit Beatus Auguſtinus, in prologo ſuper Euangeliū ſecundum Ioannem) ipſe aut omnino tacuit, aut breuiter tetigit: ſicut ècontrario ea, quæ illi omiſerant, aut compendioſe dixerant, ipſe & ſuppleuit, & prolixe narrauit. Quia igitur viderat, quod prophetia illa à Matth. 21 Plenius recitatur, ideo eandem, totum tamen eius ſenſum præſupponens, abbreuiauit in verbis. Quemadmodum & ſimili ratione ductus, quia ſcilicet viderat, Matth. 21. Extendi ſatis ad plenum qualitatem hiſtoriæ tum de Aſino, tum de turbis Dominum concomitantibus: ideo ipſe cætera omnia præſupponendo vtens breuiloquio dixit, Inuenit aſellum, & ſedit ſuper eum, item, Turba multa acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei, & clamabant Oſanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Iſrael.

Secundo.

In paucis allegantes intelligūt multa.

Mos Euāgeliſtę huius, ad alios, in modo ſcribēdi.

CAETERVM dicet quis Cum Zachariæ prophetia non ſolum de aſello, ſed & de aſina loquatur (vt patet etiam in allegatione Matth 21.) Quare de aſello tantum facere mentionem prælegit hic Euangeliſta? Nunquid non, & ſeruando breuitatem, poterat ſolum dicere; Inuenit aſinam, & ſedit ſuper eam? Sic, ſi rationem tantum breuitatis attendiſſet. Sed aliud, quod breuitati præponderat, ſcilicet ſignificatum per illa animalia importatum, attendebat: ideo de aſina expreſſam mentionem tacuit, non autem de aſello. Quid ſignificatur per illa? Per aſinam Synagoga Iudæorum, cum hæc fuerit, quaſi mater gentium in ſpiritualibus, iuxta illud, Iſa. 2. De Syon exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem; & per pullum aſinæ deſignatur populus gentium, cum ſuper illum nemo adhuc ſediſſet, Mar. 11. Luc. 19. quia .ſ. (vt exponit B. Auguſtinus) legem Dei nō acceperant: quapp dicuntur & ab Apoſtolo, Epheſ. 2. fuiſſe ſine Deo in hoc mūdo. Quia igitur B. Matthæus Euangeliū ſcripſit Iudæis (ſicut & Zacharias ipſis prophetabat,) quibus poſtea in ſpiritualibus ſucceſſerunt gentes: ideo vterque illorum de aſina prius, & mox de pullo, meminit, quaſi per hoc volentes excitare magis Iudæos ad cognoſcendum, & per fidē charitate formatam recipiendum (more turbarum illatum) Meſſiā eis promiſſum. Quia verò B. Ioannes gentibus Euangelium ſuum ſcripſit, ideo non erat neceſſe, quod de aſina, ſed de ſolo pullo, commemoraret (id quod & alij duo coeuangeliſtæ, Mar. 11. Luc. 19. eadem ratione fecerunt.) Adde, quod & de pullo tantum meminerunt hi, vt per hoc oſtenderent, de mente prophetæ fuiſſe, ꝙ gentilitas erat in maiori numero, & feruentiori deuotione, ac ſtabiliori fide (quod monſtrat eius diuturnitas) uentura ad Chriſtum, quam Iudaiſmus, iuxta etiam mētem Iacob patriarchæ ipſum ſignificantis per illud, Gen. 49. Qui mittendus eſt, erit expectatio gentium. Conſequenter quoque per hoc idem voluerunt illi tres Euangeliſtę animos Gentilium accendere magis in gratiarum actiones corde, ore, & opere, reddendas Deo de tā immenſis beneficijs (ſcilicet cognitione, timore, & amore, Meſſiæ) antea prænuntiatis, poſteaque actualiter ſibi abſque vllo ſuo merito, immo contra omne ſuum meritum (cum eſſent idolatræ &c. Rom. 1.) exhibitis, & hoc ſeipſos præponendo filijs eius primogenitis, olim tam dilectis, & mirabiliter (ut patet in ſacrorum Bibliorum decurſu) exaltatis, ſcilicet Iudæis.

Quare de pullo tantū hic mētionem, cū Zacharias etiā de aſina, faciat.

Meſſias erit expectatio gentiū, quo intelligēdū ſit.

QVAR-

Digitized by Google

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET; Præmiſſo facto [videlicet, quod Saluator noſter ſeipſum, & ſecundum tempus, & ſecundum modum, per ſcripturas veteris teſtamenti præfixa, obtulerit paſſioni] eſt manifeſte Iudęis, ex lege illis diuinitus data, declaratum, quod ipſi ſunt inexcuſabiles tenendo, & eum non eſſe verum Meſſiam ſibi à Deo promiſſum, & ipſum Meſſiam eſſe futurum regem temporalem, ideſt mundiali pompa regnantem: hæc, inquã, pars quarta concluſionis fuiſſe in prædictis demonſtrata implicite ab Euangeliſta ſupponitur. Quapropter non eſt iam plus formaliter probanda, ſed potius ex iam probatis, ſeu demonſtratis notificanda, aperiendo ſcilicet, quod ex illis ipſis neceſſario dependet. Sciendum igitur, quod Propheta Zacharias per illud verbum, Rex tuus, intellexit literaliter Meſſiam, de quo & dictum eſt, Hierem. 23. Regnabit rex. Ratio, quod ſic ad literam intellexerit, eſt: quia ipſe & loquebatur filiæ Syon, ideſt Iudæis a Metropoli, quę erat Hieruſalem, deſignatis, & ſimpliciter, ideſt nullo addito dixit, Rex tuus. Poſtquam.n. promiſſus primo fuerat Meſſias. 1. dux anthonomatice, qui recturus erat populum Iſrael, Miche. capitulo quinto, conſuetudo ſecundum dictamen rationis rectum orta eſt apud Hebræos, vt nomine Regis Iſrael, ſiue Iudæorum ſimpliciter prolato, non ſignificaretur in ſcripturis, neque intelligeret, niſi Regem regum, ideſt Meſſiam. Talem verò ſe habere conſuetudinem, monſtrarunt turbæ Iudaicæ nunc in textu clamãtes, & loco Meſſiæ, quem ſic exprimere intendebant, dicentes, Rex Iſrael, id qđ monſtrauerat & Nathanael, dum volens exprimere Meſſiam, quem Andreas & Philippus prænominauerant, dixit Ioã. 1. Tu es Rex Iſrael, quod etiam Iudæorum Principes Sacerdotum, dum irriſorie, de Crucifixo dicebant, Math 27. Si Rex Iſrael eſt, (ſcilicet, vt dixit) deſcendat &c. Qui & ad Pilatum, Ioan. 19. Noli ſcribere, Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum, ideſt Meſſias. Quoniam ergo conſuetum erat

Quare no... (margin note, partly illegible)

apud Iudæos id, quod dictum eſt: ideo propheta volens nominare Meſſiam, & ſic ſe nominaſſe intelligi, dixit ſynagogæ, Rex tuus. Alioquin ſi aliquem alium regem per verbum hoc intelligere, & intelligi voluiſſet, aut nomen proprium regis appoſuiſſet dicendo, Rex tuus Dauid, Salomon, Roboam &c. aut Iudæis nihil notificaſſet per illud, Rex tuus. Cum enim plures apud Iudæos fuiſſent, eſſent, & forent, ſucceſſiue reges: nullum regem determinate ex nomine tam indeterminato, Rex tuus, potuiſſent cognoſcere. Relinquitur ergo ex his, quod ſynagoga Iudęorum audito à Zacharia, Rex tuus, intellexerit Meſſiam. Veniet (inquit) tibi iuſtus, Saluator, pauper, aſcendens ſuper aſinã, & ſuper pullum aſinę. Hoc eſt, ſine peccato, ſaluans principaliter a peccatis, rebus aliorum indigens, abſque pompa ſeculari (quantum in ſe eſt) viuens. Hæc de Meſſia, ingreſſuro Hieruſalem (vt applicatũ eſt per Euãgeliſtam) dixit ille propheta: ſed & de recepturis tunc eum ſic venientem connexuit, quod exultationem ſatis iubilo plenam oſtenſuri erant, [id quod & palmis, & ramis oliuarum, cum tranſirent ſecus montem Oliueti, & veſtimentorum proſtratione, & feſtiuis clamoribus, eſſe completum, narrant Euangeliſtæ, Ioan hic, Math. 21.]

intelligat Synagoga Meſſiam.

OMNIA prophetica hęc fuiſſe verificata ad ſenſum de Saluatore noſtro, demonſtratum fuit ab ipſo Euangeliſta, [& ne hoc, tanquam falſum, ab vllo infidelium negari poſſit: eccleſia ſancta quotannis in Dominica Palmarum hiſtorię huius veritatem, in cęremonia oliuarum ſenſibili, & proceſſione, ab antiquis temporibus ſollemniter reprę ſentat.] Ex illius enim textu literali, & claro, patuit ſupra & illud, quod, conſonanter ad prophetam, pertinet ad eum venientem: & illud, quod correſpondens prophetię pertinet ad recipientes eundem. Cum ergo iſta duo manifeſta ſigna Meſſię à Deo Iudęis promiſſi de Saluatore noſtro, Iudęis etiam ipſis idipſum ab ipſa veritate coactis teſtantibus (nulla enim tergiuerſatione, cum ſint notiſſima, negari poſſunt) verificentur: reſtat firmata partis quartę illius concluſionis veritas vtraque. ſ. quod Iudęi ſunt per teſtimonium illud prophe-

ticum

tiorum inexcuſabiles tenendo, & ꝙ Saluator noſter non ſit Chriſtus, ideſt Meſſias, & quod Chriſto conueniat ex lege diuina ipſis data, regnare temporaliter, ideſt ſeculari pompa. Quomodo enim ſuſtentari poteſt (vt textui magis diſtincte innitamur,) quod Meſſias verus debeat temporaliter regnare, ſi Zacharias expreſſe dicit, quod ipſe quidem erit Saluator & iuſtus, ſed pauper & viliſſimo modo ſecundum mundum procedens, vtpote ſedens ſuper animalia viliſſima, ſcilicet aſinam, & pullum aſinæ? Qua fronte poteſt affirmari ab eis, quod expectanda ſit ſalus tẽporalis, ideſt mundialis excellẽtiæ à Meſſia tanquam à rege mundialiter regnaturo, cum ipſorum Iudæorum populi à Spirituſancto mirabiliter edocti, concordes ad exultationem grandem à Propheta prænunciatam, clament in textu, ô Rex Iſrael Oſanna in altiſſimis? Nam hoc, In altiſſimis, dictum explicite, Matth. 21. ſubintelligitur inſinuatum implicite in præſenti Ioannis textu, ſecundum regulam vniuerſalem Euangeliſtarum, qua unus ſupplet, quod alius tacuit, uel etiam implicite dicit, quod alius explicite narrauit. Vnde fit: vt illud quoque de turbis idem conclamantibus, quod ſcilicet aliæ præcedebant, aliæ ſequebantur, dictum ibid. explicite, noſter Euangeliſta implicite ſupponat hic. Cæterum, quid ſacramenti ſignificaret hæc turbarum proceſſio ſecundum ſitum quidem locorum diuiſa; ſecundum autem clamoris ſenſum vnita: præter id, quod in Matth. 21. inuenies annotatũ, accipe & hoc aliud. Chriſti, qui ideo medius procedebat, facta, inter veteris teſtamenti facta, & noui ſunt modo ſequenti media. Nam facta ipſius à prioribus in veteri teſtamento factis fuerunt præfigurata, eorum uero quæ in nouo teſtamento fienda erant, ſunt, & erunt, regula, ſunt & exemplar. Quomodo autem intelligatur, non obſtante veritate præmiſſorum, quod Chriſtus fuerit Rex temporalis: vide Elucidationes tertio de Sal. quæſtione trigeſimaquinta, articulo ſeptimo.

Regula vniuerſalis.

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus eſt omnium Saluator, inquantum pro omnibus hominibus quantuncunque etiam ſceleratis mortuus eſt [ideo cũ recognoſcunt Saluatorem & præcedentes & ſubſequẽtes omnes, ad ipſum pro ſalute clamando vt in textu:] vide, ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis &c. definitum eſſe, in Elucidationibus articulorum numero 3. de Sal. 247. 261. 268 & 3. de Sacramen. Additio. articulorum numero 332. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leuitic. 4. Concluſi. 6. & cap. 16. concl. 8. Quod hæreſis immaniſſima eſt, dicere, Saluatorem noſtrum eſſe Chriſtum verum illum promiſſum, ſed alium eſſe expectandum: vide ex ſacroſanctis &cæt. in Elucidationib. 3. de Sal. articulorum, nu. 262. Vide & ſupra in diuerſis locis ſuper Euangeliſtam Matthæum: vbi, etiam ex ore, ſeu ſcripto vnius Rabbinorũ ad quẽdam alterum patet per ſcripturas, quas ipſe adducit, probatum efficaciter, quod Ieſus Nazarenus fuit verus Meſſias in lege diuina Iudæis promiſſus. [Si vis hanc veritatẽ de Meſſia videre prolixius ꝓbatã contra Hebræos, eorumq; argumẽta in cõtrariũ allata habere ſoluta, legas diligẽter quẽdã tractatũ, cuius titulus eſt. Libellus editus ꝑ magiſtrũ Nicolaũ de Lyra, ordinis Minorũ, in quo ſunt pulcherrimæ qõnes Iudaicã perfidiã improbantes. Solet hic libellus colligari poſt totã Bibliã ab ipſo expoſitã. Legas & Iacobũ de Valẽtia Epiſcopũ in tractatu cõtra Iudæos, qui poſt ipſius expoſitionem ſuper Pſalmos, & Cãtica multa connecti ſolet. Scito deniq;, ꝙ multi inter Iudæos i ſacris ſcripturis doctiſſimi cognouerũt, ẽt à tẽpe Saluatoris noſtri, ꝙ ipſe erat verus Meſſias, 3. de Sal. q. 47. art. 5. vt patet de Nathanaele, Ioan. 1. Nicodemo, Ioan. 2. Gamaliele, Actu 5. & mox de Paulo Apoſtolo, Actu 9. 22. Apollo, Actu 19. & multis alijs, iuxta illud Ioan. duodecimo. De principibus multi crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, ut

Libri cõtra Iudæorum perfidiam citati.

de Synagoga non eijcerentur. Nomine principum intellige tu hic Sacerdotes, & legis Doctores. Poſtea etiam multi legis periti hanc eandem veritatem intellectu perceperunt, licet eorum aliqui voluntate recuſauerint cognitæ veritati adhærere. Vt patet (tacendo interim alios ſimiles) de Ioſepho maximo Iudæorum hiſtorioghrapho, & apud eos authentico. Hic libro decimooctauo, antiquitat. deſcribens tempora Tyberij Cæſaris, ſub quo paſſus eſt Dominus, dicit ſic: Fuit iiſdem temporibus I E S V S, ſapiens vir, ſi tamen eum virum nominare fas eſt. Erat enim mirabilium operum effector, & eorum hominum Doctor, qui libenter audiunt ea, quæ vera ſunt: & multos quidem Iudæorum, & multos ex gentibus, ſibi adiunxit. C H R I S T V S hic erat. Hunc, accuſatione primorum noſtræ gentis virorum cum Pilatus in crucē agendum decreuiſſet, non deſeruerunt eum hi, qui ab initio dilexerant eum. Apparuit enim eis iterum viuus, ſecundum quod diuinitus inſpirati Prophetæ vel hæc, vel alia, de eo mirabilia miracula futura eſſe prædixerant, hæc, ibid.

Quāta dicat Ioſephus Iudæus mirabilia de Saluatore noſtro.

Quod hæreticum eſt dicere: C H R I S T V M & non obtuliſſe voluntarie ſeipsū paſſioni, & non feciſſe hoc, vt hominem liberaret, quippe qui ad hunc finem incarnatus ſit: vide ex ſacroſanctis ſcripturis &cæt. in 3. de Sal. quæſtione quadrageſimaſexta, artic. primo, & quæſtione quadrageſimaſeptima, art. primo, & ſecundo, cum Elucidationibus. Item Elucidationes, 3. de Sal. articulorum numero ſecūdo, & 3. de Sacrament. Addition. articulorum, numero 332. Quod tempore, loco, & modo, conuenientibus, vtpote per ſcripturas prænunciatis, C H R I S T V S obtulit ſe paſſioni, & paſſus eſt, vide 3. de Sal. quæſtione 46. artic. 3. 9. 10. cum Elucidationibus, ibid. Quod conuenienter vitam pauperem, & ſecundum legem (nam, ut etiam ex textu patuit ſeruauit tempus, & modum præfixa à lege offerendo ſeipſum paſſioni) elegit Chriſtus, & obſeruauit, vide 3. de Sal. quæſtione quadrageſima, articulo 3. 4. cum Elucidationibus.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. XII.

IN Chriſto ſunt duæ naturę, diuina ſcilicet, & humana (contra hæreſim Apollinaris.) Et ſimiliter duę voluntates (contra hæreſim Sergij Conſtantinopolitani.) & ſimiliter duæ operationes (contra hæreſes eorundem ex illa prima conſequentes.)

P R O B A T I O Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euāgeliſta per text. Si granum frumēti mortuum fuerit, multum fructum affert: & tex. Vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit, & tex. Anima mea turbata eſt: & quid dicam? Pater &c. in horam hanc, & tex. Nunc iudiciū eſt mundi, &c. traham ad meipſum, & tex. Hæc locutus eſt, & abijt, & abſcondit ſe ab eis. Prima itaque pars. ſ. quod duæ naturę diuina, & humana ſint in Chriſto [id quod & alibi ſæpe ex Euangelio ad literam concluſum eſt. Sed hoc, & alia dogmata fidei, quando per textus Euangelij nobis occurrunt, repetere etſi non ſemper tamen pluries, non ſuperfluum, ſed vtiliſſimum, ac tanquam neceſſarium videri debet] demonſtratur ex eo: quod Chriſtus, aſſimilans ſe grano frumenti, dicit ſe moriturum, & exiſtēs in terra, dicit ſe eſſe, vbi miniſter ſuus erit. i. in cœlorū patria. Porro cuicunque recta ratione vtenti patet: ꝙ Chriſtus dum erat in terra ſecundum naturam humanam, non poterat eſſe in cœlo ſecundum illam. Ergo habebat aliam. ſ. diuinam, qua tunc erat etiā in cœlo. Rurſum patet omni recte ratiocinanti, ꝙ Chriſtus nō poterat mori, niſi ſecundum aliquid, quod in ipſo eſſet mortale (vt conſtat ex terminis,) & hoc eſt natura humana. Hac enim verbum Dei aſſumpta frumenti eſt granum miſſum in mundum, ex quo mortuo ſeges pullulat maxima. i. innumerabilium hoīum ad fidē conuerſio, præſertimq; gentilium, quos ſpeciatim reſpicit hęc reſpōſio Chriſti (vt cōſtat ex ordine textuū.) Rogātibus. n. illis, media Apoſtolorū interceſſione, vt viderent eū, reſpondit. Niſi granū frumēti ca-

Repetitio eorū, quæ ſunt fidei, nunquam eſt ſuperflua.

dẽs in terrã &c. ſi aũt mortuũ fuerit, multum fructum affert. Hoc eſt. Tunc gẽtiliũ plenitudo (Rom. 11.) cuius vos pauci eſtis quædam inchoatio, meliori.i. per veram fidẽ viſione, quã viſio corporalis à vobis nũc requiſita præfigurat, me videbit, poſtquam mortuus fuero, & vere ſic fuit. Nã Chriſtus per mortẽ ſuam meruit ꝙ totus mundus ad ſeipſum, quæ noſtra vita eſt, conuerteretur: ſecundum illud, Ego, ſi exaltatus fuero à terra, oĩa trahã ad meipſum. Mors igitur Chriſti fuit meritũ conuerſionis gentiliũ, & conuerſio talis fuit inter cętera multa, mortis eius præmiũ, 3. de Sal q.48.art.1.& q.49.art.6. Meritum autem non poteſt Chriſto conuenire, niſi ſecundum naturã humanã, 3.de Sal.q.19. art.3.4. ergo ex hac etiam parte, qua ſe allaturũ Chriſtus multũ fructum dicit, patet, ꝙ ipſe teſtatur, ſe habere humanã naturam. Vt dicamus ex textu. Chriſtus, granum frumẽti, mortuus eſt, ergo naturam humanã habebat. Rurſus, idẽ meruit fructum multum afferre, ergo naturam humanã habuit. Vbi, ſignificantius eſſe dictum, affert, notabis pro ampliori reſponſionis illius ad gentiles intelligentia. Per hoc enim verbũ, Affert, oſtendit, ſe mortuum multo meliori modo fructificare, q̃ granum frumenti materiale, cui ſeminato aſſimilatur. Nã tale frumenti granum, cum fuerit mortuũ, non reſurgit, vt afferat ſecũ fructum, ſed ex ipſo in ſe remanente mortuo fructus producitur, Chriſtus vero ſic mortuus eſt, vt poſtea ille idem numero reſurgeret, & ſecum afferret fructum multum.i. ſanctorum Patrum multitudinem è Limbo vſque ad cœlos [iuxta illud Epheſ.4. Aſcẽdens in altum, captiuam duxit captiuitatem,] & peccatorum hominum innumeram pluralitatẽ ex omni eorum delicto [iuxta illud, Concilij Triden. ſeſſ.6.cap.5. neque tamen homo, ſine gratia Dei, mouere ſe ad iuſtitiã coram illo, libera ſua voluntate poteſt.]

Saluator per mortẽ ſuam meruit totius mundi cõuerſionẽ.

Multum fructum attulit Chriſtus, quia reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã Rom.4. Hoc eſt (vt ex Concilio Trident. ſeſſ.6 cap.3. patet) Chriſtus per meritum paſſionis ſuæ nobis gratis communicatũ nos gratia ſua iuſtificat: & ille ipſe Chriſtus, cap.16. tanquam caput in mẽbra, & tanquam vitis in palmites, in nos iuſtificatos iugiter virtutem influit. Quę virtus bona noſtra opera ſemꝑ antecedit, & comitatur, & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto grata Deo, & meritoria eſſe poſſent. Hæc ex illo Cõcil. ibi. In quibus verbis ter Pelagianorum ſuperbiam hæreticalem percuſſit terque ideo damnauit. Primo cum ait, quod homo, etiam tangẽte Deo cor hominis per Spiritusſancti illuminationem (hoc enim præmiſerat Cõcilium, ibi, cap.5.) non poteſt libera ſua voluntate, mouere ſe ad iuſtitiam coram Deo, ſine gratia Dei. Quid clarius contra illos? Ecce. Deus tangit cor hominis per Spiritusſancti illuminationem, & tamen non poteſt homo ſua libera voluntate ad aſſentiendum huic diuino tactui mouere ſe, ſine gratia Dei. En, offertur homini per illum tactum gratia iuſtificans, & tamẽ liberum arbitrium hominis, cuius eſt per aſſenſum voluntarium recipere illam gratiam quæ ſibi offertur, non poteſt ſine gratia Dei aſſentire ad recipiendum illã, ideſt non poteſt ſine gratuita Dei motione, qua ſcilicet Deus gratis moueat illud dicere, volo recipere ipſam gratiam iuſtificantem mihi oblatam. Optime igitur, in expoſitione catholicę fidei, Beatus Hieronymus Pelagianorum acerimus expugnator dixit. Sic noſtrum liberum eſt arbitrium, ut dicamus, nos ſemper indigere auxilio Dei. Optime etiam Apoſtolus unumquemque illorum ſuperborum tangens inquit, Gal. 6. Si quis exiſtimat, ſe aliquid eſse, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Regalis quoque Propheta optime facit, dum illos ſtomachanti animo reijciens à ſe maledicit, Pſal. undecimo. Diſperdat Dominus uniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt: linguam noſtram magnificabimus, Labia noſtra à nobis ſunt. Quis noſter Dominus eſt? Ac ſi dicat aperte, quod dicentes, labia noſtra à nobis ſunt (quod eſt hæreſis Pelagiana) ipſo ſuo dicto negant, ſe in tali caſu recognoſcere aliquẽ alium dominum, præter ſeipſos. Vides ne, in his figuram quandam diabolorum, qui uoluerunt eſse Deus, ideſt poſſe bonum operari uiribus liberi arbitrij ſui abſque auxilio Dei? prima quæſtione 63. artic. 3.

Incipit diſputatio-nis contra Pelagium occaſio bona.

Conciliũ Trident. hic ter cõtra Pelagianos. Primo.

Ad actiuo operandũ libertas noſtra ſemꝑ indiget adiutorio Dei.

ITEM CONTRA Pelagianos.

SECVNDO idem Concilium percutit, arrogantiam eorundem Pelegianorum, cum dicit ibid. cap. 8. ꝙ Deus nos gratis. i. (vt exponit etiam, cap. 5.) nullis noſtris exiſtentibus meritis, iuſtificat. Arrogabant ſiquidem ſibi hi ſuperbi, ꝙ radix, ſeu initium aliquod boni operis eſſet à libero ſuo arbitrio, licet poſtea conſummatio eiuſdem operis poneretur ab eiſdem eſſe à Deo. Quod vtiq; ſi eſſet verum; tunc (ut recte ratiocinanti patet) aliquib. noſtris meritis præcedentib. Deus vocaret nos ad iuſtitiã, & iuſtificaret: & tñ reprobat hanc poſitionem Concilium docens cap. 5. 8. ꝙ Deus non ſolum iuſtificat, ſed et prima ſua vocatione vocat nos, nullis noſtris exiſtẽtibus meritis. Cæterum, ſi ſcripturas ſanctas attendere velimus, oẽs contra eorũdẽ, quam diximus, arrogantiam clamant, vtpote nos nullis præexiſtẽtibus noſtris meritis à Deo primum vocari, gratiaq; ſua donari, vbiq; teſtantes. Ex quibus ſcripturis, ne in longũ nimis abſq; neceſſitate procedamus, paucas, quæ concludant efficaciter intentum adducere nunc ſufficiat. (cui. n. pauca ſcripturarum ſanctarũ teſtimonia non ſufficiunt, nec plura proderunt, vt verbatim dicit ſacrum Conciliũ Arauſicanũ. c. 25.) Apoſtolus vniuerſos mundi homines ſecum complexus, inquit, Epheſ. 2. Eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri. Quapropter oẽs ſecundũ eundem Rom. 9. ſumus ex eadem maſſa. ſ. cõbuſtibili. Irę ſiquidẽ filijs, quatenus tales, non debetur niſi ira, ideſt indignatio Dei perpetua (hanc combuſtio in inferno ſempiterna repræſentat) ſi ipſi filij iræ, ſecundũ ſe. i. ſecundum propria merita conſiderẽtur. Quis enim hoc, cũ pateat ex terminis, neget, niſi omnino inſipiens, & ſtolidus? Non igitur vlla merita bona in aliquo hominum exiſtunt, quibus vocari à Deo dignus ſit, ſed aliqua merita mala, quibus ab ipſo vocari ſit indignus. Nec aſſignari põt meritũ eius aliquod bonũ, ꝙ annos diſcretionis, ſiue vſum liberi arbitrij, qñ per peccatum actuale incipit quis meritũ malũ habere, præceſſerit: quoniã intelligentiæ huic illud verbũ; Natura, ꝙ idẽ Apoſtolus dicit, obſtat. Quando. n. & quomodo potuit ante vſum liberi arbitrij eſſe in hominibus aliquod bonum meritum; ſi omnis homo natura. i. natiuitate in vtero. i. cõceptione, eſt filius iræ? Etenim homo, antequam concipiatur, non eſt homo, & homo, antequam ſit, nullo modo mereri poteſt. Si igitur initium hominis eſt malo infectum, iuxta etiam illud, Pſal. 50. In peccatis concepit me mater mea: quomodo ex merito ſuo vocabitur ad gratiam, aut ex eiuſdem merito excitabitur ad volendum ipſam? Radix ergo infecta, & initium mali operis, & voluntas rebellis Deo, eſt in quolibet homine, etiam (vt diximus) à principio ſui eſſe: tantum abeſt, vt in aliquo ipſorum ſit radix, ſeu initium boni operis, & voluntas conformis Deo, ideſt volens, quæ Dei ſunt. Quòd ſi tam grande malum, ſeu tanta auerſio liberi arbitrij, eſt in quolibet homine, antequam ad annos diſcretionis perueniat, quantum malum, ſeu quantam liberi arbitrij auerſionem, putas fore in eo, poſtquam per libertatis vſum adeptum peccato actuali, quod originali intenſiue grauius eſt, ſe inquinauerit? tertio de Sal. quęſt. 1. artic. quarto. Quod ſi quis ab originali per baptiſmũ mundatus, nũquam poſt vſus liberi arbitrij adeptionem peccauerit actualiter: adhuc tamen in eius libero arbitrio ex ſe non erit initium boni operis, tũ quia Deus operatur in nobis velle, Philip. 2. hoc eſt, bonum actũ volũtatis (vt in contextu ibi patet, ſic eſſe intelligendum;) tum quia nemo habet DE SVO, niſi mendacium & peccatum (vt dicit Concilium Arauſicanum Canone 22. Secũdum igitur Apoſtolum, & hoc Concilium, nos volumus quidem bonum, ſed hoc velle noſtrũ non eſt de noſtro, ſed ex Deo, non tantũ, quia ipſe dedit nobis liberum arbitrium, ſed etiam quia operatur in nobis, vt operemur (vt ibid. Capitulo, ſeu Canone 9. ſic habetur. Diuini eſt muneris, cum recte cogitamus, & pedes noſtros à falſitate, & iniuſtitia tenemus. Quoties enim bona agimus; DEVS IN NOBIS ATQVE NOBISCVM, VT OPEREMVR, OPERATVR. Hæc ibi.

Omnis homo eſt dãnatus, id eſt meretur dãnari: primũ ex vtero naſcatur.

Pluſquam aurrum di-ctũ Concilij Arauſicani, cõtra omnes ſuperbia radices…

EX his ſacri huius Concilij verbis patet

tet optime: quomodo intelligendum ſit illud Pſal.67. Accepiſti dona in hominibus. Hoc eſt, Tu Deus in nobis hominibus, atque nobiſcum, vt nos operaremur hoc.ſ. vt tua dona, quæ dediſti nobis, acciperemus, operatus es. Dixi, Quę dediſti nobis: quoniã illum Pſal. 67. Apoſtolus ſic allegat, Epheſ. 4. Propter quod dicit. Aſcendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Nõ credas vllam eſſe hic inter Apoſtolum, & Pſalmiſtam in ſenſu differentiã, ſed hũc ideo ſub alijs verbis ex induſtria authoritatem Pſalmiſtæ allegare, ut ex vtroq; loco à lectore prudẽter collationato fiat intelligẽtia copioſior, explicatior, & clarior. Vt videlicet ſic dicamus. Pſalmiſta explicite dicens, Accepiſti dona in hominibus, cointendebat implicite dicere, ꝙ ille ipſe Deus dederat eadem dona hominibus, & Apoſtolus explicite dicens, Dedit dona hominibus cointendebat implicite, ꝙ ille ipſe Deus acciperet eadem dona in hominibus. Quomodo.n. accipere potuiſſet dona in hominibus, niſi dediſſet illa hominibus? Aut quomodo dona ipſa ab eo hominibus data potuiſſent homines accipere, niſi ipſe idem ſua dona accepiſſet in hominibus? At inquies. Ipſum accipere eſt opus noſtrum. Veriſſimũ vtiq; eſt, quod dicis, ſed ipſum opus non eſt de noſtro, ſed ex Deo in nobis, atque nobiſcum, vt ſic operemur, operante. Vtrunq; hoc.ſ. quod opus bonũ ſit noſtrum, & quod non ſit de noſtro, ſed ex Deo &cęt. breuiter ſimulqũe veraciter docuit, & Propheta Iſaias hiſce verbis. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine, c. 26. & Eccleſia in quartę Dominicæ Epiphaniæ Collecta [taceo multas alias ſimiles] dicens; Deus, à quo bona cuncta procedunt, largire, vt cogitemus te inſpirante quæ recta ſunt, & te gubernante eadem faciamus. Quare, ſecundum hanc Eccleſiæ ſententiam, non poſſumus ſine Deo inſpirante, cogitare, & ſine eo gubernante, facere quæ recta ſunt? Quia ſecundum eãdem Eccleſiam, nos nullius virtutis ſumus, iuxta illud, in Collecta Dominicæ ſecũdæ Quadrageſimæ; Deus, q conſpicis omni nos virtute deſtitui, & illud, in Collecta S. Martini: Deus, qui cõſpicis, quia ex nulla noſtra

Homo non põt dona Dei accipere, niſi De⁹ in homine illo accipiat dona illa.

Nulli⁹ virtutis, ẽt ad cogitandũ bonum homo eſt, ſecundũ Eccleſiæ iudicium.

virtute ſubſiſtimus. Porrò, ſi nos omni virtute deſtituimur, & per conſequens ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus, quis ſapiens vnquam concipere poterit, ꝙ aliquod, vel minus minimo, bonum poſſit facere homo de ſuo?

CONTRA EOSDEM.

TERTIO Concilium Tridentinum ſupra adductũ percutit eorũdẽ Pelagianorũ arrogantiã, cum dicit c. 16. Chriſtus in ipſos iuſtificatos virtutẽ iugiter influit. Quę virtus bona eorũ opera ſemper antecedit, & comitatur, & ſubſequitur: & ſine qua nullo pacto grata Deo, & meritoria eſſet poſſent. Arrogabant.n. ſibi ſuperbi iſti, quod ſuo ipſi libero arbitrio abſq; Dei ſpeciali auxilio inciperent bonum opus (vt etiam prædictum fuit,) auxilium verò Dei ſpeciale ſubſequi ſolũ ad perficiendum illud opus ab ipſis inchoatũ dicebant. Contra quã inſaniã qd põderoſius, atq; clarius, potuit afferre cõcilium, quã verba illa: Chriſti virtus bona eorũ opera ſemper antecedit? Implicat ſiquidẽ aperte apud oẽs vere ſapientes, ꝙ bonum aliquod opus incipiat à nobis, & ꝙ virtus Chriſti ſemper antecedat bona noſtra opera. Si.n. antecedit hæc opus quodlibet bonum, ꝙ vel cogitãdo, vel loquẽdo, vel aliàs nos habendo, facimus, impoſſibile eſſe patet, ꝙ bonũ illud opus incipiat prima inceptione à nobis. Nã inceptionẽ noſtrã hãc antecedit (teſte Cõcilio) virt⁹ Chriſti. Rurſus, ſi ĩcipit primo à nobis bonũ aliquod, quõ vel cõcipi, nedum fieri põt, ꝙ ſpecialis virtus Chriſti antecedat, ſeu (ꝙ idẽ eſt, ex eod. Cõcil. Seſſ. ead. cap. 5.) præueniat nos ad faciendum illud opus? In operando nãq; id incipit, ꝙ antecedit (vt ex terminis patet.) Quapropter ex ſe notiſſimũ reſtat, ꝙ dicere, bona opera noſtra ſẽper antecedit virtus Chriſti, eſt dicere, quod ipſa virtus Chriſti incipit in nobis quodcũq; bonũ opus, ꝙ facimus; & ꝙ dicere, nos Initium ſumus noſtri operis boni, eſt dicere, quod Chriſti virtus ſpecialis nõ antecedit omne noſtrũ opus bonum. Hoc autem vltimum eſt impugnare Cõcilium ad literã: ergo non põt ſm fidẽ catholicam ſuſtineri illa ſuperba poſitio, ſ. ꝙ initiũ alicuius operis boni ſit à noſtro libero arbitrio.

Tertio.

Nõ nos antecedimus ſed virtus Chriſti antecedit, in faciẽdo opera bona, quæ nos libero noſtro arbitrio actiue facimus.

Nec dubitandum vllo pacto eſt, quod de
virtute ſpeciali loquatur ibi concilium:
quoniam eius verba de tali re adeo clara
ſunt, vt qui ſic dubitaret, fugam potius à
veritate, quam veritatis inquiſitionẽ, me-
ditari videretur. Verba quippe concilij
ſunt hæc. Chriſtus, tanquam caput in mẽ
bra, & tanquam vitis in palmites, in ip-
ſos iuſtificatos virtutem influit, quæ vir-
tus opera eorum bona ſemper antecedit.
Quis modo neſciat, quod influxus Chri-
ſti in aliquos, tanquam capitis in mem-
bra, & tanquam vitis in palmites, eſt ſpe-
cialis, & non communis? Alioquin, ſi ta-
lis influxus eſſet communis, & non ſpe-
cialis: nullus profecto alius influxuum di-
uinorum in homines, dum viatores ſunt,
eſſet ſpecialis. Nam influxus nobilior eſt
ſpecialis, quam communis (vt patet:) & il
le, qui fit in filios nobilior eſt, quam qui
fit in eos, qui adhuc non ſunt actualiter fi
lij, quapropter influxus factus à Chriſto
in aliquos, tanquam à capite in membra,
& tanquam à vite in palmites, dicendus
neceſſario eſt influxus ſpecialis.

VLTERIVS. Si iuſtificatorum bo
na opera non poſſunt ſine illius virtutis
Chriſti influxu eſſe grata Deo & merito-
ria (vt inquit concilium:) ſequitur aper-
te, quod multo minus poterunt ſine ſpe-
ciali Chriſti influxu opera non iuſtifica-
torum moraliter bona eſſe grata Deo,
aut meritoria. Nihil ergo operis homi-
num, ſine illo virtutis influxu ſpeciali,
qui opus illud antecedat, poteſt eſſe gra-
tum Deo: tantum abeſt, vt liberum ho-
minis arbitrium, vt ex ſe motum, poſſit
facere, ſiue cogitando, ſiue loquendo, ſi-
ue exterius agendo, aliquod opus meri-
torium. Propter hanc deſignandam veri-
tatem, Apoſtolus contra Pelagianos præ
uiſos Spirituſancto ſuggerente, dixit, Ga
lat. 6. Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cũ
nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Nihil ergo, in ope
rando bonum agit liberum arbitrium?
Agit quidem: ſed ad actionem eius ante-
cedit motio Dei, qua illud excitat ad agẽ
dum, & mox ipſum, dum agit, comitatur,
ideſt (vt ſupra dicebat Concilium Arau-
ſicanũ, Canone 9.) Deus, motionis illius
continuo influxu, in nobis atque nobiſcũ
vt operemur, operatur. Ergo liberum arbi
trium mere paſſiue tantummodo ſe habet

Liberum arbitriũ, ad operandũ bonũ, nihil eſt ſine gratuita Dei motione.

in tali caſu? Abſit. Nam ſuauis eſt illa di-
uina motio .i. ſecundum modum mobilis
facta, iuxta illud, Sap. 8. Sapientia diſpo-
nit omnia ſuauiter. Mouet itaque hominẽ
non violenter, ſed ſuauiter. i. tali modo, vt
libertas hominis non deſtruatur, ſed ſal-
uetur. Ergo tali modo, vt & arbitrium li-
berum hominis ad operandum actiue ſe-
cundum illam motionem concurrat. Qđ
totum complexus eſt Apoſtolus, cum di-
xit, 1. Cor. 15. Non ego autem, ſed gratia
Dei mecum. Hoc eſt. Non ego ſolus, neq;
ex me motus, neque vt primus agens, ſed
ego à gratia Dei, tanquam principalis in
me, & mecum operantis, motus, libere, &
actiue bonum hoc opus feci. ſ. omnibus il
lis abundantius. Niſi enim actiue & libe-
re hæc opera Apoſtolus feciſſet, non me-
ruiſſet inde uitam æternam: quoniam (vt
patet) meritum libertatem, & actiuitatẽ
in operante, ideſt aſſenſum voluntatis li-
berum ad actionem exequendam, quam
in intellectu præconcepit requirit. Vnde
idem, cum ſibi ex talibus operibus repoſi
tam gloriæ coronam dicat, 2. Tim. 4. Oſtẽ
dit ab iſto effectu, quod opera illa ſua
fuerunt à ſe libere & actiue facta, vtpo-
te talis gloriæ meritoria.

MAIOR ADHVC
Præmiſſorum lux.

ECCLESIÆ Catholicæ fideliſſim⁹
Doctor (vtpote cuius doctrina ab ore
ſanctiſſimi Crucifixi commendata eſt di-
centis, bene ſcripſiſti de me Thoma. Qđ
teſtimonium maius eſt, quam ſi dixiſſet,
bona ſcripſiſti: quoniam ſic dicendo cõ-
plexus eſt duo, ſcilicet ipſum ſcripſiſſe bo
na, & bene, quorum vnum ſolum indicaſ
ſet, dicens, bona ſcripſiſti. Videantur, vt
ſcias, quanti fiat ab Eccleſia hic ſanctus
Doctor Elucidationes formales ſuper pri
mam eius partem, in principio ibi, de al-
titudine doctrinæ Thomiſticę) poſtquam
1. 2. q. 109. 110. 111. 112. gratiæ Dei ſuper
nos auxilium multifarie, multiſque mo-
dis, prout decuit, & oportuit, extulerat,
(id quod erat contra Pelagianos,) realita
tem actionis liberi arbitrij noſtri cum ip-
ſis gratiæ diuinæ ſpecialibus auxilijs, vt-
pote ad iuſtificationem noſtram proxi-
me concurrentibus, ſimul ſtare (aduerſus
Luthe-

Lutheranos, à Spirituſancto per calamũ eius ſcribente, prædictos) monſtrare, aggreſſus eſt. Sic tamen demonſtrationis talis tẽperauit modum, vt & primos illos, qui gratiæ diuinæ iniurij ſunt, & ſecundos illos, qui liberum arbitrium de medio tollunt, percuteret vnica concluſione catholica, & expugnaret. Ponderoſa igitur (pro more ſuo) verba illius hæc ſunt, 1. ſecundæ, quęſt. 113. art. 3. Iuſtificatio impij fit, Deo mouente hominem ad iuſtitiam. Ipſe enim eſt, qui iuſtificat impium, vt dicitur Rom. 3. Deus autem mouet omnia, ſecundum modum vniuſcuiuſque. (Sicut in naturalibus videmus: quod aliter mouentur ab ipſo grauia, & aliter leuia, propter diuerſam naturam vtrorumque.) Vnde & hominem ad iuſtitiam mouet, ſecundum conditionem naturæ humanæ. Homo autem ſecundum propriam naturam habet, quod ſit liberi arbitrij, & ideo in eo, qui habet vſum liberi arbitrij non fit motio à Deo ad iuſtitiam, abſque motu liberi arbitrij. Sed, ita infundit donum gratię iuſtificantis; Quod etiam, ſimul cum hoc, mouet liberum arbitrium ad donum gratiæ acceptandum: in his, qui ſunt huius motionis capaces. Item, dicitur Ioan. 6. Omnis, qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me. Sed diſcere non eſt ſine motu liberi arbitrij (addiſcens enim conſentit docenti:) ergo nullus venit ad Deum per gratiam iuſtificantem abſque motu liberi arbitrij. Hæc ibi. Quantum circa primam propoſitionem, quomodo ſcilicet iuſtificatio impij fiat, Deo mouente ad iuſtitiam, vide Concilium Triden. ſeſſione 6. cap. 5. canon. 1. 2. 3. Circa illam autem ſcilicet quomodo Deus iuſtificet impium, vide Concilium, idem ſeſſ. ead. cap. ſeptimo, & octauo. Circa aliam vero, quomodo Deus hominem moueat ad iuſtitiam, ſecundum conditionem naturæ humanæ, vide Concilium idem, ſeſſ. ead. cap. 1. 3. 6. Canone 4. Circa aliam, quomodo ſcilicet non fiat motio à Deo ad iuſtitiam, abſque motu liberi arbitrij, vide Concilium idem ſeſs. 14. cap. 4. præſertim in fine. Porro, quod docuit ibi Angelicus Doctor, hoc totum præconfirmari voluit Spirituſanctus per aureas contra ſuperborum iactantiam ſententias Papę Cæleſtini primi, in epiſtola ſua prima ad Epiſcopos Gallię reſperſas: quę ſunt huiuſmodi. Niſi gratia Dei iuuemur, inſidias diaboli euitare non poſsumus. Item. Adam omnes homines peccando læſit: nec quiſquam per liberum arbitrium poteſt conſurgere, niſi eum gratia Dei erexerit. Item. Nemo eſt bonus ſuis viribus, niſi participatione eius, qui ſolus eſt bonus. Item. Per Chriſtum libero bene viuimus arbitrio. Item. Omnia ſanctorum merita ſunt dona Dei. Item. Omnis ſancta cogitatio, & omnis motus piæ voluntatis, ex Deo ſunt. Secundum hæc fidei dogmata à Cæleſtino enunciata videbit quoque prudens Lector Sanctum Thomam proceſſiſse, in 1. 2. quæſtio. 23. art. 5. atque ideo ſuam doctrinam ibi traditam eſse ad mentem Eccleſiæ. Nec mirum. Quandoquidem & vbique, ſi tota eius doctrina inſpiciatur, beneque iuxta ſenſum ſuum intelligatur, ipſum ſemper pro Eccleſia Romana militare videbimus: tantum abeſt, vt ab ea ſic, aut ſic, procedente vel lato vngue diſceſserit vnquam. Nonne (vt viam, qua ad hoc ſciendum vadas tibi aperiam) formam conſecrationis ſanguinis, qua Romana Eccleſia vtitur, pro forma conuenienter habendam eſse probat 3. de Sacram. quæſt. 78. art. 3. Nonne de communicando non conficientes ſub ſpecie panis tantum (quod Eccleſiæ Romanæ mos eſt) determinat 3. de Sacram. q. 80. ar. 12. Nonne modum, tempus, locum, veſtes, vaſa &c. per Eccleſiam Romanam in celebratione Sacramenti altaris obſeruata, probat eſse conuenientia 3. de Sacrame. quæſt. 83. art. 2. 3. 4. Et quid eſt hoc, niſi pro partibus Eccleſię Romanæ contra aduerſarios militare, atque ideo Eccleſiam ipſam defenſare? *Semper pro Eccleſia ſtat Sanctus Thomas.*

AT CONTRA PRÆDICTA de gratia, & libero arbitrio, dices Si liberum hominis arbitrium non poteſt moueri ad bonum, niſi à gratia præueniente excitetur, nec illud facere, proſequi, & conſummare, niſi à gratia ſubſequente per ſingulos paſsus adiuuetur: ergo non eſt culpa hominis non benefacientis, ex qua iuſte damnetur. Immò tunc (ſecundum hominem dico) blaſphemia hæc videtur vera, quod ſcilicet Deus ſit cau- *Primo.*

ſa damnationis hominum: vtpote non excitans per gratiam præuenientem liberum illorum arbitrium, aut per ſubſequẽtem non concomitans illud vſque in finem.

Secundo. Quod ſi reſpondeatur, quod Deus, quãtum eſt de ſe, offert multis etiam modis. ſcilicet, vel increpando verbis, aut flagellis, vel &c. vtranque gratiam libero arbitrio etiam damnandorum, ſed ipſi illo ſuo arbitrio nolunt aſſentire vocanti, excitanti, & adiutorium vſque in finem pollicenti. [Iuxta illud Prouerb. 1. Vocaui, & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret: Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis:] Inſtatur adhuc argumẽtando à parte ſaluandorum, & ſic. Poteſt Deus facere, quod homines illi nõ velint reſiſtere, neque reſiſtant vocationi ſuæ per gratiam ſiue præuenientem, ſiue ſubſequentem, factæ, ſed quod ei ſuo ipſorũ libero arbitrio aſſentiant (vt patet in ſaluandis, puta Saulo, & Matthæo: quos ita vocat, vt etiam aſſentire vocationi actualiter faciat:) ergo videtur, quod illi ex ſua reſiſtentia prædicta non ſint damnandi, ſed potius de hoc, ꝙ vocanti Deo non aſſenſerint, ſint excuſandi. Non enim (ſecũdum ſcripturas à te ſupra allegatas, Eccleſiam, Cõcilia, Doctorem Angelicum, & Papam Cæleſtinum) potuerunt liberi arbitrij ſui viribus ſine Dei gratuito auxilio ſpeciali, quale ſaluandis datur, aſſentire, & tale auxilium vocationem ipſam concomitans non fuit illis datum. [Proculdubio .n. tunc vocationi aſſenſiſſent.]

SOLVTIO ILLORVM Sophiſmatum.

CVM vniuerſa contra fidem catholicam facta, & quocunque tempore, à quantiſcunque alioqui forſan doctis hominibus, aut etiam dæmonibus, fienda argumenta pugnent contra veritatem, nulli vel mediocriter docto dubiũ eſt, quod impoſſibile eſt, ipſa eſſe vera. i. concludere uerum, ſed neceſſario tenendum eſſe, ipſa eſſe falſa, ideſt concludere falſum, & conſequenter nulli recte ſapienti dubium eſt, quod omnia illa ſunt ſolubilia.

Fundamentum ſtabiliſſimũ pro Chriſti fidelibus cõtra omnes portas inferi.

Secundum enim philoſophiam (lib. Phyſicor.) & ſecundum theologiam (Concil. Lateranen. ſub Leone X. ſeſſ. 8.) patet, & ꝙ verum vero realiter non contradicit, licet quandoque apparenter, & ꝙ oĩa contra verum fabricata argumenta ſunt vere ſolubilia, licet quandoque aliqui aliàs peritiam literarũ multam habentes neſciãt illa ſoluere. Deridenda ergo ſunt argumẽta quælibet aduerſus ea, quę fidei ſunt, adducta, imò & quandocunque adducibilia, ſiue quandoque, ſiue nunquã, actualiter adducerentur: quoniam fidei dogmata ſingula infallibiliter ſunt vera, ita vt eis non poſſit ſubeſſe falſum, 2. 2. q. 1. art. 3. Propterea hęreticorum, ſeu quorumcũque aliorum, dicta, vel etiam ſcripta omnia aduerſus ea, quæ fidei ſunt, à Concilio Nicęno 2. Canone 9. merito vocantur puerilia, ludibria, furioſaq; dicta, ac ſcripta. Hoc eſt, non tantum ridiculoſa, ſed etiam ſolutu ſecundum ſe facilia, licet (vt diximus) ab aliquibus, ẽt aliàs peritis, aut vix, aut nõ, poſſint ſolui. Quẽadmodũ & quædam ludibria, puerilia, ab aliquibus puerorũ aut vix, aut nullatenus, extricari poſſunt: quãuis ipſa ſint ſecũdũ rei veritatẽ (vt ad ſenſum poſtea conſtat) faciliter, vel ſaltem non nimis difficulter, extricabilia. Ex præmiſſis oĩbus quid concludẽdũ manifeſte relinquitur? Regula hæc generalis, videlicet.

Regula vniuerſalis de ſolutione argumentorũ.

Quod quandocunque occurrit vel interius in mente per tẽtationẽ diaboli, vel exterius in hominũ rumoribus, aliquid ad diſputandũ: illi, quibus talia occurrunt, primo conſiderare debẽt an talia ſint aduerſus aliquod dogma de fide ab Eccleſia, vel in ſe, vel in ſuo ſimili determinatũ.

Primo.

Secundo, ſi determinationẽ hanc ab illa, vel ſaltẽ à SS. Patribus Eccleſiæ Doctoribus, inuenerint de tali re factam: tunc quæcunq; argumenta in oppoſitũ producta à quocunque ẽt ab Angelo de cœlo (ſi fieri poſſet, vt habetur, ex Galat. 1.) eſſe falſa, teneant firmiſſime, nihil dubitãtes.

Secundo.

Exẽplum .n. de hac re dedit nobis Apoſtolus: qñ ibi. anathema dixit in quẽlibet, ẽt ſi fuiſſet Angelus de cęlo, annunciantem contrariũ earũ rerũ, quæ eſſe de fide eccleſia (Hęc tũc in ipſo, & coapoſtolis repręſentabãt) ꝑdicauerat. Nõne ꝑ hoc ſignificãdũ idẽ zelãtiſſimus fidei propugnator, & oĩum nouitatũ acerrimus deteſtator, clamabat. Coloſſ. 2. Videte, ne quis vos decipiat ꝑ philoſophiã,

&

& inanem fallaciam? Nonne & ob hoc inculcabat, 2. Theſſal. 2. State, & tenete traditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram? Nonne & ad eundem finem circuibat confirmãs Eccleſias his verbis: Cuſtodite præcepta Apoſtolorum, & ſeniorum, & dogmata, quæ ſunt ab eis decreta? Actu. 15. & 16.

Præmiſſis conformiter accedendo ad primum intentum, dicimus, quod Pelagianorum illud dogma, quo ſuum liberũ arbitrium nimis, cũ iniuria ſpecialis gratiæ Dei, extollebant, de numero illorum exiſtentes, quos damnat Apoſtolus his verbis, Galat. 6. Si quis exiſtimat ſe aliqd eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit; illud, inquam, Luciferinæ ſuperbiæ dogma fuit iam à ſancta Eccleſia damnatum, & ſpeciatim à SS. Patribus doctiſſimis, Hieronymo, & Auguſtino impugnatum, expugnatum, & vſque ad radices omnino (vt patet legentibus eorum doctrinas catholicas) euulſum. Conſequenter ergo, Eccleſia nos talibus factis hoc ipſum docente, dicimus, quod argumenta omnia in ſpeciem fauoris illius phantaſiæ Pelagianæ adducta (cuius generis, ſunt illa duo, quæ in præcedentibus ponebantur) & quocunque tempore, a quocunque adducibilia, nõ ſunt vllo modo magni, ſed flocci pendenda: vtpote ſecundum rei certiſſimam veritatem ſolubilia, etiam quod ea multi alioqui ſapiẽtes, aut vix, aut nullatenus ſoluere poſſent. Rationabiliter tamen credendum eſt, quod SS. illi Patres, & Doctores, Hieronymus, & Auguſtinus (forſitan & alij) virtualiter ſaltẽ, ſoluerint argumenta ſimilia, tradendo ſcilicet talia in ſuis illis doctrinarum profluuis fundamenta quibus ad ſolutionem omnium illorum formalem peruigil, & ſolertiſſimus Lector progrediatur, & catholice eiſdem conformia ſuperędificando, prout oportuerit, fęliciter perueniat.

QVI HÆRESIM PELAGII Damnarunt.

DE Condemnatione Pelagiani dogmatis, quo ad liberum arbitrium, & gratiam ſpecialem, prædicti, facta ab Eccleſia (vt dicebamus) vide Concilium Mileuitanum, Arauſicanum, Carthagin. ſub Innocentio primo celebratum, eundem Papam Innocentium, in Epiſt. 25. ad eoſdem epiſcopos Carthagineñſ. de erroribus Pelagij & Celeſtij. Item eundẽ Innocentium, in epiſt. 26. ad Concilium Mileuitanum, de errorib. Pelag. & Celeſt. Itẽ Papam Cęleſtinum I. in epiſt. prima ad Epiſcopos Galliæ, de error. Pelagij. Vlterius ad rem ſupradictam multum valet, & ꝙ idem Innoc. in epiſt. ad Decennium Epiſcopum, dicit, Antiquas Patrũ traditiones ſeruandas, nec nouitates aliquas in Eccleſiã inducendas [cum tamen ibi loquatur de rebus minoris admodum momenti, quam ſint res fidei:] & quod idem Cęleſtinus Papa in epiſt. 2. ad Epiſcopos Galliæ, corripiens eos de quibuſdam nouitatibus [quæ tamen minoris admodum momenti ſunt, quam res fidei] dicit, cap. 1. Si ſtudere incipiamus nouitati, traditum nobis a Patribus ordinem calcabimus, vt locum ſuperuacuis ſuperſtitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Hæc ille. Vbi nota, & quod nouitates ab antiquorum Patrum ordine diſcordãtes, vocat ſuperſtitiones, & quod incipere nouitati alicui ſtudere, innuit eſſe viam diſpoſitiuam ad calcandum paulatim totũ ordinem à Patribus traditum. Ex quibus verbis ſic bene, (vt ad literam patet) ponderatis, timẽdum valde relinquit ijs, qui nouitates in rebus fidei ſubintroducere [quid ſi aperte introducere?] attentant, ne paulatim ad calcandum ordinem totũ eiuſdem fidei nobis a SS. Patribus traditum diſponantur, & [quod Deus auertat] corruant.

Quã odibiles Eccleſia Dei ſint nouitates, & quam periculoſa.

PORRO, quantum authoritatis põdus habeant, quantaq; reuerentia ab omnib. maxime a fidelibus proſequẽda ſint Cõcilia, etiã localia. i. prouincialia (qualia ſunt ſupra citata:) docet generale concilium Nicænum ſecundũ, actione 3. dicens: Locales Synodos nõ auertimus, ſed magis amamus, amplectimur, & recipimus: earum etiam diuinitus inſpiratas Canonicas conſtitutiones, correctiones, & vtiles earum legiſlationes, ſumma obſeruatione colimus. Hæc ibi. Rurſus idem Canone primo. A ſanctis Apoſtolis prius editos Canones, & a ſanctis vniuerſalibus, & localibus Synodis am-

Digitized by Google

Prouincialia concilia, vt à Christianis omnibus venerētur ſunt a generalibus approbata.

amplectentes anathematizamus eos, qui ab ipſis anathematizati fuere, deponimus, qui depoſiti fuere, nihilque his adijcimus, non inexplebiles (vt auari) exiſtentes, ſed his, quæ ab illis conſtituta ſunt, contenti ſumus. Hæc ibi. Item generale Concilium Conſtantinopolitanū (vt quidam dicunt) quartū, in quo Photius è ſede illa pulſus, & Ignatius eſt reſtitutus, Canon. 1. dicit. Regulas, quæ Eccleſiæ ſanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ, tam à ſanctis Apoſtolis, quam ab Orthodoxorum vniuerſalibus, necnon, & localibus concilijs traditæ ſunt, ſeruare, ac cuſtodire profitemur, quibus & propriā vitam, & mores, & omnem ſacerdotij cathalogum regamus. Sed, & omnes, qui Chriſtiano cenſentur vocabulo, damnationibus, & iuſtificationibus, quæ per illas prolatæ ſunt, canonice ſubijci decernimus. Tenere quippe traditiones, quas accepimus ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam ſanctorum, qui ante fuerunt, Paulus aperte admonet. Hæc ibi. Cæterum ſi quæratur de horum tempore, reſpondeas. Mileuitanum, & illud Carthaginenſe fuerunt circa annum 408. Arauſicanum circa 447. Nicænum 2. circa 764. Conſtantinopolitanum 4. circa 871. Vnde patet, quod illa tria prouincialia erant iam præterita; & conſequenter quod iſta duo generalia, cum maxime de præteritis (vt aliæ legum approbationes) verificētur, locuta fuiſſe de illis præcipue intelliguntur. Pro qua re, & hoc, quod maximi momenti eſt, notato, quod illorum generalium conciliorum acta, & decreta, & cætera à Pontificibus ſummis pro tempore illo exiſtentibus fuerunt confirmata (ſicut eſt mos, & aliorum omnium generalium:) & conſequenter, quod ſingula illa tria prouincialia ab eiſdem Pontificibus modo illo fuerunt in ſuis illis actis authenticata, ita vt nullus Chriſti fidelis poſſit (ſalua fide) negare illa, quæ pro fide tenenda contra Pelagianos decreuerunt.

A ſummis Pontificibus approbantur prouincialia cōcilia ſupradicta, & alia ſimilia.

SANCTORVM ILLORVM Libri contra, &c.

DICEBAMVS, quod BB. Patres Eccleſiæ fundatiſſimi Doctores, Hieronymus, & Aug. contra Pelagianas ſtrophas diſputarunt fęliciter, & inde victoriam pro veritate catholica humiles, deiecto ſuperborum ſupercilio, ampliſſimam reportauerunt. Vt igitur magis innoteſcant de illis BB. antedicta; aliquos ſpeciales ipſorum, etſi non omnes, libros de tali re tractantes adducamus in medium: quos poſtea per ſeipſum zelator fidei lector diligentiſſime videat.

Octaua pars librorum, B. Auguſt. vbi ſunt, &c. Contra duas epiſtolas Pelagianorum, ad Bonifacium, lib. 2: cap. 8. cui titulus eſt. Quod neque boni aliquid ex nobis incipere poſſimus, nec perficere, nec cogitare, nec cupere, nec operari, quaſi ex nobis. Ibid. cap. 9. cui titulus eſt. Sola gratia Dei, bonum eſſe in nobis: multiplicitet oſtenditur. Ibid. lib. 1. cap. 19. cui titulus eſt. Quod velle bonum non datur pro meritis, nec à ſemetipſo aliquis habet. Ibid. cap. 20. cuius titulus eſt. Auctoritatibus probat, trahi voluntatem á Deo. Ibid. libr. 30. cap. 8. cui titulus eſt. De Pelagianorum ſuperbia. [Videatur maxime circa finem.] Ibid. cap. 10. cuius titulus eſt. De indebito arguendi modo, ex dubijs falſa concludere volentis. [Hac via, ſub ſpecie diſputationis bonæ, vel etiam neceſſariæ, procedit tunc maxime Diabolus, quando vult aut per ſe, intus tentando, aut per homines extra ſuadendo intricare, vel in dubium reuocare, vel in quodam pendulo ancipiti tenere, vel alio modo infirmare illa, quæ fidei ſunt. Sed ad hanc aſtutiam Diaboli feſtinantius euitandam, faciendum eſt nobis, id qđ in fine huius capituli B. Aug. facit, ideſt tenere antiquas traditiones cum Eccleſia catholicà, & procul abijcere ſiue actu ſolutas, ſiue inſolutas, oppoſitas pugnas verborum, ſcientes pro certo, & quod nihil veri poteſt eſſe contra Eccleſiæ ſanctæ doctrinam, & quod in tali propoſito ſcriptum eſt, 2. Tim. 2. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem fidelium. Item, Pſal. 67. Diſſipa gentes, quæ bella volunt.] Item ibi, ſcilicet contra duas epiſtolas Pelagianorum, ad Bonifacium lib. 4. cap. 6. cuius tit. eſt de falſa laude Pelagij, quo ad liberum arbitrium: & de iudicijs Dei occultis diſputatio. Ibidem capit. nono, cui titulus

Aſtutia ſubtilis Diabolica ad intricandū fidei dogmata. Ex Auguſt.

lus

lus eſt. De gratia Dei, Cypriani ſentētia.

Rurſus. Contra Iulianum Pelagianum lib. 4 c. 8. cui titul. eſt. Quod Dei ſit, auerſa, & aduerſa, corda conuertere [Circa medium. Vbi allegatur liber de gratia Dei contra Pelagium.] Item lib. De gratia, & libero arbitrio, ad Valentinū, cap. 4. cui tit. eſt. Quod cum arbitrij humani libertate, gratiæ Dei, ſine qua nihil poſſumus, locus relinquatur. Ibidem capit. ſeptimo, cui titulus eſt. Quod Paulus oſtendat, merita ſua per gratiam Dei obtinuiſſe: ac Dona Dei, non ſua merita, eſſe coronanda. Item. Lib. contra Pelagium, & Cęleſtium de gratia Chriſti, ca. 14. 22. 23. 25. 26. &c.

Liber epiſtolarū B. Hiero. Vbi sūt &c.

Epiſtola 15. cui titulus eſt. Ad Creſiphontem, de libero arbitrio contra Pelagianos, qui gratiæ Dei aduerſantur. Item Epiſtol. 17. cui tit. eſt. Initium dialogi, B. Hieronymi, contra Pelagianos, ſub nominibus Attici, & Clitoboli. Item, Epiſtola 18. cui titulus eſt. Secundus liber eiuſdē dialogi, contra Pelagianos. Item. Epiſtola 19. cui tit. eſt. Tertius lib. eiuſdem dialogi, contra Pelagianos.

Pro legendis à te præmiſſorum Patrū, pro quanto ſufficit, libris, ſciendum eſt, ꝙ Pelagium impugnant & expugnant, quo ad plures eius errores. & ideo vbi inter legēdum annotanda tantū ſunt ea, quę militant contra eius dicta de libero arbitrio & gratia, cætera vero, vtpote extra propoſitum, non illorum quidem, ſed nunc præſens dimittenda. Nam & nos contra nullum alium Pelagij errorem ſupra militauimus, niſi contra illum de gratia, & libero arbitrio, quandoquidem ſolus hic in concluſione huius capituli probanda occurrebat ex aduerſo, tanquam negans id, quod tunc opportune ad concluſionis illius confirmationem, ex ſacro Concilio Tridentino adducebatur.

FORMALIS DVORVM Pręd ictorum Sophiſmatum ſolutio.

AD primum illorum phantaſmatum [vt recitantur ſupra circa finem, vbi ſuperponebatur titulus iſte. Maior adhuc præmiſſorum lux] formaliter reſpondendo, negatur conſequentia. Nam ſtant ſimul antecedens, vt iacet, & oppoſitum conſequentis (ſicut hæc conſequētia, Socrates mouetur, ergo currit, bene ideo negaretur, quia ſtant ſimul illud antecedens. ideſt quod Socrates moueatur, & oppoſitum conſequentis, ideſt quod Socrates non currat) ſtant enim ſimul, quod liberum hominis arbitrium nō poſ ſit moueri ad bonum, niſi à gratia pręueniente excitetur, nec poſſit illud facere, proſequi, aut conſummare, niſi à gratia ſubſequente per ſingulos paſſus adiuuetur, & quod vere ſit culpa hominis, ſi non benefaciat, ex qua culpa iuſte damnetur. Vnde nec poſtea ſequitur illud argumento ipſi additum, ſcilicet quod iſta blaſphemia, qua impij quidam homines dicunt, Deum eſſe cauſam damnationis ſui ipſorum, ſit vera: imo ex bona illa negatione conſequentiæ ſequitur, quod talis blaſphemia ſit falſiſſima. Cæterum, ſcis vnde totius prædicti argumenti proceſſerit fallacia, peruerſitas, & deceptio? Ex hoc, quod ad radicem primam diſcurſus illius, qui debuerat circa huiuſmodi materiam fieri, non inſpexerunt ſic argumentantes: in cuius ſignum, nec ipſius radicis vllam mentionem ibi fecerunt. Porro illa radix aperit, & culpam homini ſuæ damnationis aſcribendam eſſe totam: & Deum omnino inculpabilem, imo commendatione magna digniſſimum. Ex quæ tandem eſt radix illa? Meritum hominis, quo antequam veniat ad vſum liberi arbitrij, quādo ad bonum à Deo eſt excitandum, meretur damnationem ęternam, & multo magis meretur non excitari à gratia diuina ad aliquod bonum, ſed totaliter derelinqui in propria miſeria ad hoc, vt damnationem perpetuam quam per peccatum originale merebatur, tandem actualiter incurrat. Hac radice, tanquam firmiſſimo fundamento diſputationis totius, pręſuppoſita (vtpote ab omnibus ſcripturis, & concilijs, tradita, & confirmata) iam patent veritates duæ præmiſſæ, ſcilicet quod homo eſt tota cauſa propriæ dānationis [puta ꝙ a Deo ad bonum non excitetur, non adiuuetur, ſed in æternum deſeratur,] & conſequenter quod Deus, ſi eum poſt vſum liberi arbitrij nō vocet ad bonū; nec adiuuet in bono, ꝗnō faciat, vt ipſe homo faciat bonū,

Neganda quando ſit conſequentia, vbi cū que fiat.

Radix quæ obſeruata errores de libero arbitrio, & gratia, diſijciūtur.

Digitized by Google

non eſt ullo modo inde culpandus, immo de veritate ſuæ iuſtitiæ, qua huic reddidit quod eius erat per meritum antedictum, ab omnibus eſt cómendandus, tanquam re vera in tali facto laude magna digniſſimus. Ex his ergo vlterius vides aperte, quam ſit de maxima falſitate condemnatis illa, quæ ſupra ab impijs dicta referebãt, blaſphemia. Reſtat igit illud, ex præmiſſis certo certius tenendũ, & cõcludendum, & quod liberum hominis arbitrium nihil boni poteſt cogitare, deſiderare, incipere, proſequi, aut conſummare, niſi à Deo per gratiam excitetur, moueatur, & per ſingulos paſſus continue adiuuetur, & quod ſi non excitetur &c. ſic à Deo, eſt propter præcedentem culpam originalem hominis in vtero materno cõtractam, [Hanc negabat Pelagius, ut poſitio ſua de libero arbitrio, & gratia, non poſſet ſolui, niſi Deus veniret ex non data gratia culpandus] non autẽ propter vllam culpã Dei. Hinc agnoſce, merito ad hoc ſignificandum, à Deo cuicunque damnando, ſub perſona Iſraolis, fuiſſe dictum, Oſæ. 13. Perditio tua ex te, Iſrael eſt, tantummodo in me auxilium tuum.

Aſtus diabolicus Pelagij in negando peccatum originale contrahi.

A D ſecundum item illorum, quæ ſupra ibi afferebantur, phantaſmatum (approbando prius illam catholicã reſponſionem, quæ præpoſita fuit ibi; Quod, ſi reſpondeatur, quod Deus quantum eſt de ſe, &c.) reſpondendo formaliter negatur conſequẽtia. Ex eo enim, quod Deus poteſt facere, quod liberum arbitriũ hominis damnandi non reſiſtat, immo etiã quod libenter aſſentiat vocationi ſuæ, & non facit, nõ ſequitur hoc. ſ. quod illi, qui reſiſtunt vocationi diuinæ, ſint excuſandi. i. non ſint propter talem reſiſtentiam merito damnandi. Ad negatæ autem conſequentiæ probationẽ. ſ. quod iſti non poſſunt aſſentire ſine Dei auxilio & ſpeciali & efficaci (quale dedit Saulo, Actu. 9. Matthæo, cap. 9. etiam dum actualiter inſiſterent exercitio magnorum criminum) dicitur, quod hoc, licet ſit verum, nõ probat illam conſequentiam. Ratio eſt: quia iſti, uel per iam præcedens, uel per nunc præſens peccatum, merẽtur quod ſibi nõ detur illud efficax auxilium, quo quicunque adiuti fuerint, aſſentiũt infallibiliter Deo ad omnia quantumcũque difficilia, etiam ſi ad martyrium atrociſſimum ſic ab ipſo vocarentur. Defectus itaque culpabilis ſemper eſt ex parte hominis, ſiue non vocetur ſpeciali, ſiue non vocetur efficaci vocatione ad aliquod bonũ, nunquam autem ex parte Dei.

INSCRVTABILIA,
Et vera iudicia Dei.

INTER alia arcana Dei opera, quorum nobis Spirituſſanctus prohibuit ſcrutationẽ, ne fieremus de illis, fruſtra, & cum peccato ſuperbiæ, alta petentib. de quibus ſcriptum eſt, Pſal. 63. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio, fuit hoc, videlicet: Quare de eadem penitus maſſa peccati, Rom. 9. Deus hunc ad ſe efficaciter trahat, & illum non ſic trahat. [Id quod ſupra in ſecundo argumento Pelagianorum implicite ſubaudiebatur, licet nõ explicaretur. Nam, quo ad ibi explicata, cũ plene ſolutum fuerit, fuiſſet etiam, quò ad hoc, reſpõſio data, quæ nunc, ut eiuſdem quoque implicite ſubauditioni ſatiſfiat, dabitur.] Hoc vero ſecretũ de quo diuina Maieſtas non incongrue intelligi poteſt dixiſſe per Iſai. cap. 24. Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi, prohibuit inquiri Spirituſſanctus, cum ait, Eccleſ. 3. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. Cui prohibitioni ne forte paruiponderis ab aliquib. æſtimata negligeretur, ſubintulit pœnã tranſgredientibus huiuſmodi debitam, & iã quibuſdam ex illis inflictam, dicens ibid. Multos. n. ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorũ. Cũ igitur ſuſpicere, ideſt attentius ſcrutari, ſecreta, quæ ſanctus, & verus, habẽs clauem Dauid ita clauſit ſub ſignaculo, ut nemo aperiat, Apocalyp. 3. ſit ſupplantari, & in vanitate detineri, ideſt ſemetipſum multipliciter ſeducere, non mirum, ſi B. Auguſtinus dixerit; Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, ſi nõ vis errare. Hæc ille, ſuper Ioã. 10. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus trax. eum. Inquiri quidem ſine periculo poteſt, immo & faciliter ex eodem Auguſtino ſciri, per ſe diuiſim vnamquamq; illarum propoſitionum, ſcilicet quare hunc

Quæſtio, et ad inquirẽdum periculoſa, & ad extricãdum impoſſibilis.

hunc trahat, & quare illum non trahat: ſed differentia ſingularis hæc vnius ad alterum, quare ſcilicet hunc vnum trahat, & hunc alterum non trahat, neque ſine grandi periculo (vt ex Eccl. 3. vidimus) neque ſine magna certitudine nunquam inueniendi naturali diſcurſu veritatem, poteſt inquiri. Differentia, inquam, ſingularis hæc, ad differẽtiam vniuerſalis, quoniam iſta, & licite quæritur, & veraciter inuenitur. Quod enim ex tota hominum multitudine aliquos efficaciter trahat, eſt ad ſuam ipſius miſericordiam manifeſtã dam; quod autem aliquos non ſic trahat, eſt ex iuſtitia punitiua delictorum eorum 1, quæſt. 23. art. 5. ad tertium, cum Elucidationibus, quas & diligenter vide ibid. art. 1. & 3. Dicebatur, quod ex B. Auguſt. poteſt faciliter ſciri vnaqueque illarum propoſitionum diuiſim, quod nunc oſtenditur. Ipſe enim in lib. de correptione, & gratia, dicit: Auxilium gratiæ quibuſcunque diuinitus datur, miſericorditer datur, quibus autem non datur, ex iuſtitia non datur, in pœnam præcedentis peccati, ſaltem originalis. Ex hac B. Auguſtini ſententia ſemper memorabili, quæ conterit ſupercilium Pelagianum, vtpote ſaluans liberum hominis arbitrium cum ſpeciali gratiæ auxilio, & præſupponens omnes naſci in peccato originali, patet, quod diuiſim per ſe interroganti, quare Deus hunc trahit, reſpondendum eſt, quia miſericors eſt, & ſimiliter interroganti, quare hunc non trahit, reſpondere debes, quia iuſtus eſt. Vterque quidem ipſorum ex liberi arbitrij malo vſu, ſaltem in primo parẽte (in quo omnes peccauerunt, Rom. 5.) eſt non trahendus, id eſt meretur non trahi, & conſequenter apertiſſimum reſtat, quod ſi vnus illorum trahitur, non niſi ex miſericordia Dei trahitur, & ſi alter non trahitur, eſt ex iuſtitia ſic eius peccatum puniente. Vnde etiam apertum reſtat, quod Deus licet ſit prima cauſa ſalutis, non eſt ſecundi cauſa damnationis, ſed peccatum eius. Nõ enim niſi ſuppoſito eius peccato, Deus iuſtitiam illam, qua declarat eum damnatum dans tortoribus, in ipſum exercet.

D. Aug. vna manu facit multa pro Eccleſia, & contra Pelagianos.

Primo. CIRCA illum, qui trahitur efficaciter modo ſupra declarato, dubium mox naſci videtur, an talis in tali tractu, cum infallibiliter aſſentiatur per ſuum liberum arbitrium Deo trahenti, poſſit diſſentire. Nam ſi non poſſit diſſentire, videretur non habere liberum arbitrium; cuius eſt poſſe & non poſſe, & per conſequens videretur non aſſenſiſſe per liberum arbitrium Deo trahenti (quod tamen dicebatur.) Ergo in talibus auxilio gratiæ efficaci tractis, aut nõ, eſt liberũ arbitrium, aut eſt ibi ocioſum, id eſt nihil facit modo libero (hoc eſt, quod poſſit facere, & poſſit non facere:) & ſic erit ibi arbitrium liberum de ſolo titulo; aut titulus, id eſt vox libertatis, ſine re; quod eſt figmentum quoddam, & ſapit hæreſim Lutheri, liberum arbitrium omnino negantem.

Dubitatio magna de veritate liberi arbitrij, cũ gratia auxilio efficaci.

Secundo. CIRCA illum, qui vocatur, & vocanti Deo reſiſtit (vt ſupra de aliquibus dicitur) naſcitur dubium impiorum. Deus (inquiunt) poteſt impedire liberũ eius arbitrium, ne ſibi reſiſtat, & efficaciter non impedit: ergo, quod ille reſiſtat, eſt quodammodo à Deo, nõ impediẽte, ergo Deus eſt cauſa, vel ſaltem concauſa peccati: nã reſiſtere Deo, eſt peccatum.

RESPONSIO AD DVO Nunc præmiſſa.

PRIORI dubiorum iſtorum reſpondetur, quod ille ſic tractus, dum actualiter trahitur, habet re vera liberum arbitrium, eoque re vera actiue vtitur. Aſſentit enim realiter voluntarie Deo trahẽti: alioquin Deus ipſe, qui ſtat ad oſtiũ pulſans, non intraret ad illum, ad quod ab oppoſitis cointelligendum dixit Apocal. 3. Si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Conſtat autem, quod apertio illa ianuæ cordis fit ab homine per verũ aſſenſum ſui veri liberi arbitrij. Non enim figmenta ſunt, neque fictitie intelliguntur, ſed ſunt vera, & vere intelligenda, ibi dicta in Apocalypſi, quæ (ſecundum B. Hieronymum) tot habet Sacramenta, quot verba. Sed inquiebas: Poteſt ne qui ſic trahitur, diſſentire? Reſpondetur: quod poteſt, ſi velit. Hæc ſiquidem Cõditio, Si velit, additur à Cõcilio Triden. ſeſſ. 6. Cano. 4. Non ergo in tali tractu liberum hominis illius arbitrium eſt, veluti inanime quoddã (vt verbis eiuſdẽ Cõci-

lij ibid. & Can. 5. vtamur] nihil omnino agens, mereque paſſiue ſe habens, neque eſt tunc amiſſum, & extinctum, neque res de ſolo titulo, neque titulus ſine re, neque figmentum (vt de omnibus his patet cõſideranti antecedens illud, ex quo inferũtur, ſcilicet quod tunc & aſſentit, & diſſentire poteſt, ſi velit.) Conſtat igitur ex his: quod poſitio illa ſuperius declarata de auxilio gratiæ ſpeciali, & efficaci, & de actiuitate liberi arbitrij ſimul ſtante cum auxilio illo, nullam penitus hæreſis Lutheranorum liberum arbitrium tollentis vmbram vere ſapit, ſed ex omni parte realiter catholica eſt. Hoc autem totũ tanto magis patet, quanto ad ſaluandum quod liberum arbitrium ſit realiter in illo ſufficit, quod ipſe aſſentiat Deo trahenti, etiam ſi nec diſſentire, nec velle diſſentire, poſſet. Tale.n. poſſe nõ requiritur neceſſario in habente realiter liberum arbitrium, vnde ſequitur, quod ex tali non poſſe, non poſſit vere concludi, liberum arbitrium non eſſe realiter in aliquo. Porro quod hoc verum ſit, patet in ſanctis Angelis 1. q. 62. art. 8. & à ſimili, in alijs beatis comprehenſoribus. Ibi ſiquidem fideliſſimus Eccleſiæ Catholicæ Doctor poſtquam contra veritatem hanc, quod Angeli ſancti non poſſint peccare, à ſe ꝓbatam, tertio argumẽtatus eſt dicens [Ad libertatem arbitrij pertinet, quod homo poſſit eligere bonum, & malum, ſed arbitrij libertas non minuitur in Angelis beatis, ergo poſſunt peccare] reſpondet ſic. Ad tertium, quod liberum arbitrium ſic ſe habet ad eligendum ea, quæ ſunt ad finem, ſicut ſe habet intellectus ad concluſiones: Manifeſtum eſt autẽ, quod ad virtutem intellectus pertinet, vt in diuerſas concluſiones procedere poſſit ſecundum principia data: Sed, quod in aliquam cõcluſionẽ procedat, prætermittendo ordinem principiorum, hoc eſt ex defectu ipſius intellectus. Vnde, quod liberum arbitrium diuerſa eligere poſſit, ſeruato ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem libertatis eius, ſed quod eligat aliquid, diuertendo ab ordine finis (quod eſt peccare) hoc pertinet ad defectum libertatis. Vnde maior libertas arbitrij eſt in Angelis, qui peccare non poſſunt, quam in nobis, qui peccare poſſumus. Hæc ibi.

Liberum arbitriũ quandoq; non poteſt in malum & tũc eſt magis liberum.

Vbi & ad primum argumentum, quod erat [Beatitudo non tollit naturam, ſed de ratione naturæ creatæ eſt, quod poſſit deficere, ergo Angelus Beatus poteſt peccare] reſpondet ſic. Ad primum dicendũ, quod bonum creatum in ſe conſideratum deficere poteſt, ſed ex coniunctione perfecta ad bonum increatum, qualis eſt cõiunctio beatitudinis, adipiſcitur, quod peccare non poſſit. hæc ibi. Ex quibus facile patet id, quod præpoſueramus probandum: videlicet, quod non poſſe peccare non infert, quod liberum arbitrium non ſit in aliquo.

POTEST igitur eſſe, quod Deus tam efficaci gratiæ auxilio trahat aliquẽ, vt iſte tractioni eius reſiſtere non poſſit: & tamen ex hoc, quod reſiſtere ei non poteſt, inferri non poterit, quod iſte non habeat liberum arbitrium. Imo iuxta prædictam ſancti Thomæ doctrinam, ex eo, ꝙ tunc reſiſtere non poterit, inferri oportebit, quod ipſe tunc arbitrium habet magis liberum, quam ſi Deo reſiſtere poſſet. Nam ſicut Deo vocanti reſiſtere eſt peccare, & non reſiſtere eſt non peccare: ita non poſſe ei reſiſtere eſt non poſſe peccare. Modo ab illo ſancto Doctore habuimus, quod non poſſe peccare, & dicit maiorem libertatem, & eſt conditio beatorũ. Relinquitur ergo firmiter, & catholice cõcludendum, quod homo taliter tractus, & præ his, qui poſſunt diuinæ vocationi reſiſtere, liberior eſt, & cuiuſdam beatorum conditionis particeps ex tali impotentia. Quapropter illud non poſſe reſiſtere, nullam penitus violentiam importat, nullam coactionem, ſed amoris intenſiſſimi quẽdam ſuauiſſimum attractum, & impulsũ, quo delectata anima, non poteſt non liberrime tanę dulcedini, quam in tractu illo ſenſit, aſſentire. Veruntamen nõ omnes trahit iſto tam feliciſſimo tractu, ſed tantum eos, quos elegerit ſic trahendos. Communiter enim ita per gratiam trahit homines ad iuſtitiam, vt ij poſſint gratiã illam abijcere, ideſt trahenti Deo diſſentire (vt patet per Concil. Triden. ſeſſ. 6. capit. 5. Can. 4. Nec de illo tam libero nõ poſſe reſiſtere, tanq̃ de re in ſtatu viatorũ impoſſibili aut incongrua, aut minus cõgrua mirãdũ eſt, qm̃ hoc atteſtatẽ ordinẽ rerum ſapientiſſimè à Deo ſic diſpoſito,

Nõ poſſe reſiſtere Deo eſt felicitas liberi arbitrij, & poſſe reſiſtere eſt miſeria ei annexa.

vt (ſecundum quod magnus ille Dionyſius ab Apoſtolo edoctus inquit) ſupremum infimi attingat infimum ſupremi. Nonne ordinem talem tunc ſeruari vides quando mens libera, viatrix adhuc exiſtens (Hæc eſt ſupremum infimi) conditionis premiſſæ beatorum (quæ eſt infimum ſupremum) particeps, modo declarato efficitur?

Hæc dicta ſtant cum Cõcil. Tridēt. ſeſſ. 6. c. 5. Can. 4.

Porro ipſa viatrix, vt viatrix, tantam fęlicitatem, ſcilicet non poſſe Deo reſiſtere, non habet (nam viatorum ex eo, ꝙ viatores ſunt, eſt iſta libertatis miſeria, ſ. poſſe Deo reſiſtere:) ſed viatrix, vt coniunctione quadam, tanquam aliquali ueſtigio, beatitudinis gaudens, habet, ꝙ non poſſit facere peccatum illud, id eſt talem reſiſtentiam. Pro huius vltimæ ſententiæ captu meliori, vide reſponſionem ad primum argumentum ex ſancti Doctoris prima parte, ſupra recitatam, & ſecundum illam, iſti propoſito proportionaliter applicandam, te regulabis.

QVÆ CONVENTIO DEI Ad peccatum?

POSTERIORI argumento ſuperius facto, ſcilicet Deus poteſt facere, quod iſte vocatus, qui reſiſtit non reſiſtat, ergo Deus, cum non ſemper faciat hoc, videtur eſſe cauſa peccati illius hominis, & ideo peccare, reſpondetur formaliter, negando conſequentiam totam. Ad hoc enim, quod alicui potenti impedire malum, ne fiat poſſit imputari culpa, ſi non impediat, & conſequenter ſi illud fiat, requiritur ſimul, ꝙ debeat. Propterea ſi poteſt, & non debet, non eſt culpandus, ſi malum ſequatur, quemadmodum etiam ſi deberet, & non poſſet impedire, non culparetur, ſi ſequeretur. Quod vt melius intelligas, videaſque, nullam eſſe, imo nec eſſe poſſe, conuentionem Dei ad peccatum, audi eundem fideliſſimum Eccleſiæ ſanctę Doctorem 1.2.q.79 art. 1. dicentem. Homo dupliciter eſt cauſa peccati vel ſui, vel alterius. Vno modo directe, inclinando, ſ. voluntatem ſuam, vel alterius, ad peccandum. Alio modo indirecte, dum, ſ. nō retrahit aliquos à peccato;

Eſt quis peccati cā directe uel indirecte, & quomodo.

vnde Ezech. 3. Speculatori dicitur, ſi non dixeris impio, morte morieris, ſanguinē eius de manu tua requiram. Deus aūt nō pōt eſſe directe cauſa peccati, vel ſui, vel alterius. Quia oē peccatū eſt per receſſum ab ordine, qui eſt in Deū, ſicut in finem. Deus autem omnia inclinat, & conuertit in ſeipſum, ſicut in vltimum finem (ſicut Dionyſius dicit 1. c. de diu. nom.) Vnde impoſſibile eſt ꝙ ſit ſibi, vel alijs, cauſa diſcedendi ab ordine, qui eſt in ipſū. Vnde non pōt eſſe directe cauſa peccati. Similiter etiam, neque indirecte. Contingit enim, quod Deus aliquibus non præbet auxilium ad euitandum peccatum, quod ſi præberet, non peccarent. Sed hoc totū facit ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ, & iuſtitiæ, cum ipſe ſit ſapientia, & iuſtitia. Vnde non imputatur ei, ſicut cauſæ peccati, quod alius peccet. Sicut gubernator non dicitur cauſa ſubmerſionis nauis ex hoc, quod non gubernat nauem, niſi quando ſubtrahit gubernationem, potēs & debens gubernare. Et ſic patet, quod Deus nullo modo eſt cauſa peccati. Hæc ibi. Vbi & ad primum argumentum, qđ erat [ſ. Apoſtolus Rom. 1. de quibuſdam dicit. Tradidit Deus in reprobum ſenſum vt faciant ea, quę non conueniunt: & Gloſ. ibid. dicit, quod Deus operatur in cordibus hominum, inclinando voluntates eorum in quodcunque voluerit, ſiue in bonum, ſiue in malum. Sed facere, quę non conueniunt, & inclinari ſecundum voluntatem ad malum, eſt peccatum. Ergo Deus hominib. eſt cauſa peccati] reſpondendo dicit. Ad primum dicendum, quod quantum ad verba Apoſtoli, ex ipſo textu patet ſolutio. Si enim Deus tradit aliquos in reprobum ſenſum, iam ergo reprobum ſenſum habent, ad faciendum ea, quæ non conueniunt. Dicitur ergo tradere eos in reprobum ſenſum, inquantum non prohibet eos, quin ſuum ſenſum reprobum ſequantur, (ſicut dicimus exponere illos, quos non tuemur.) Quod autem Auguſtinus dicit in libro, de gratia & libero arbitrio, vnde ſumpta eſt Gloſ. quod Deus inclinat voluntates hominum in bonum & malum, ſic intelligendum eſt, quod in bonum quidem directe inclinat voluntatem, in malum autem indirecte, inquantum non prohibet

Quæcūq; Deus facit, & permittit neceſſario ſecundū ordinem ſua ſapientia facit, & permittit.

bet (ſicut dictum eſt,) & tamen hoc etiã contingit ex merito præcedentis peccati. Hæc ibi. Illud vero, non prohibere illud quod communiter dicitur, Permittere: de quo D. Thomas, connorando ſimul quale ſit, dicit 1.q.19.ar.9. reſpon. ad 3. argu. Deus neque vult mala fieri, neque vult mala non fieri, ſed vult permittere, mala fieri, & hoc eſt bonum. Hęc ibi. Quomodo autem hoc permittere ſit non in quocunque, ſed in Deo, bonum declaratur ab eodem. 1.q.22.ar.2.reſpon.ad 2.

EX Præmiſſis ergo, ad principale intentum redeundo, concludas, quod Deus, cum reſiſtere vocationi ſuę ſit peccatum, non eſt, neque poteſt eſſe cauſa, nec directa, nec indirecta, reſiſtentiæ, quam homo vocatus facit ei. Proinde & peccatũ nonne Deo diſplicet? Sic: & maxime quidem [De qua re vide veritates aureas ſuper legẽ veterem, Geneſ.2. concl. 10. ibi, Pro Eccleſia Sancta Dei.] Maxime igitur, immo & pluſquam maxime, abeſt à Deo, ſecundum cuiuſcunque ſanum caput, quod ipſe ſit, aut eſſe quandoq; poſſit, vlla cauſa, vel minimi peccati.

CÆTERVM, licet prædicta omnia vera ſint, inſtant tamen adhuc Pelagiani (vt inquit B. Auguſtinus, lib. 4. cõtra duas Epiſtolas Pelagianorũ cap. 10.) indebito arguendi modo, vt ea interturbent. Quis eſt indebitus arguendi modus? Reſpondetur, ſecundum eundẽ Auguſtinum ibid. quod eſt, velle, ex dubijs concludere falſa. De occultis enim iudicijs Dei, puta, Quare hũc in ſingulari trahat, & illum non trahat, repetunt frequẽter quæſtionem, vt vel ſic ſuam poſitionem falſam veritate aliqua colorare videantur, quaſi quod pro bonis meritis vnius illum trahat, qualibus in altero nõ inuentis eum non trahat. Sed tu ad talem ipſorum modum arguendi indebitũ ſic te habeas, ſicut B. Auguſtinum ibid. ſe habuiſſe pro tuo, ſimiliumque exemplo vides. Veruntamen de prædicta nunc quæſtione, dimiſſis incertis, tene certũ (vt & alibi ſemper facere debes) quod habes à Patribus ſanctis Eccleſiæ Doctoribus. Quid autem Patres huiuſmodi nobis ſuis filijs de hac re, effugato per ſcripturas ſuperborum omnium ſupercilio, tenendum reliquerint, habes à fideliſsimo veritatis tum ſcripturarum, tum Cõciliorum, tum Doctorum ſacrorum propugnatore [Angelicum Thomam dico, cuius doctrina à Chriſto crucifixo approbata eſt] in prima parte Theologiæ. q.23. artic. 5. additis Elucidationibus, vbi quæ, & quanta circa hoc determinauerit Concilium Valentinum à Summis Pontificibus per Cõcilia generalia (Nicænum 6. & Cõſtantinopolitanum 4.) confirmatum, patent ad literam, ex quibus ille S. Thomæ locus inſigniter exaltatur. Vtiliſſimum quoq; ad ſedandos nimis curioſos erit videre Beatũ Auguſtinum in lib. eius ſupra citato, cap. illo, in cuius titulo ſunt verba hæc. De occultis Dei iudicijs diſputatio. Vide etiam ſupraſcripta in Matth. 11. Ita Pater, quoniam placitum fuit ante te: item in Ioan. 6. Nemo poteſt venire ad me, &c. niſi Pater meus traxerit eum. Denique expedita fęlicíter impugnatione, & expugnatione contra Pelagianos occaſionaliter orta per erroris ſui oppoſitionẽ ad Concilij Tridentini dicta in principio probationis primę partis concluſionis allegata ex illius Seſſ. 6. cap. 16. proſequamur iam textuales Euangelij probationes reliquarum eiuſdem concluſionis partium.

S. Thomas eſt propugnator veritatis, & in ſcripturis, & in Concilijs, & in Doctoribus reperta.

Vnde origo fuerit occaſionalis diſputã di contra Pelagianos.

SECVNDA PARS
Concluſionis.

SCILICET, In Chriſto ſunt duę voluntates, ſcilicet diuina, & humana. demonſtratur ab Euãgeliſta ex tex. Nũc anima mea turbata eſt, & tex. Pater ſaluifica me ex hac hora, ſed propterea veni in horam hãc. Ex eo enim, quod Chriſtus animam ſuam rememorata paſſionis ſuæ morte (ibi, ſi granum frumenti cadẽs in terram mortuum fuerit) dicit eſſe turbatam, conſtat ipſum habere voluntatẽ humanam. De diuina ſiquidem natura, aut voluntate, intelligi hoc non poteſt, cum impium ſit, turbationis vllius ponere diuinam voluntatem, aut naturam eſſe capacem. Anima igitur Chriſti humana eſt, quæ turbata fuit. Voluntas namq; humanitatis eius, audita morte eius futura, ſuum officium naturale fecit, quod eſt timere, & fugere mortem. Turbata ergo eſt, id eſt ex mortis horrore triſtitiam magnam

gnam contraxit. Hæc eſt enim ſub alijs verbis ſententia illa, Matth. 26. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortē. Nōne (inquis) voluntarie ibat ad mortem? Vtiq; ad qđ etiam ſignificandū ſubiunxit in tex. Propterea veni in horam hanc. Immo quia voluntarie ad illam ibat; voluit nunc, ne aliquis error inde nobis occurreret, vehementer turbari. Potuiſſemus .n. audito, quod ad mortem voluntarius fuit, putare, quod nullum ex occurſu paſſionis & mortis habuiſſet internum dolorem, ſed quodā Stoico animo in his aduerſis ſemper extitiſſet. Et ideo ſapientiſſime ad ſolum etiam mortis auditum turbationem in anima ſua exurgere permiſit, vt ſe non tantum corpore (quod futurum eſſe dixerat) ſed etiam animo (quod nunc per experientiam præſens erat) doceret eſse re vera paſſibilem, nō Stoicum. i. impaſſibilem interius. Poſitio enim Stoicorū fuit, quod in animū ſapientis non caderet triſtitia, & hanc nunc facto ſuo Chriſtus præuiſam reprobat, ſicut eodem facto oppoſitam, quæ fuit Peripateticorum, approbat. Triſtitiam namque, quæ tamen ad ſubuerſionem rationis non pertingeret, admittebant Peripatetici in animo ſapientis, & talem, quantumuis vehementiſſimam, habuiſse Chriſtum intelligimus p tex. Nunc anima mea turbata eſt. In cuius ſignum certum, quod ſcilicet tanta voluntatis humanæ turbatio nullam turbationem rationi attulerit, eſt, quod in idem redit dicere; Anima Chriſti turbata eſt (quod hic habetur) & dicere, Chriſtus turbauit ſeipſum (quod ſupra habitum eſt, cap. 11.) licet turbatio illa de morte propria fuerit admodum maior, quā illa de morte Lazari. Quid eſt enim, Chriſtus turbauit ſeipſum, id eſt animam ſuam turbationis capacem, niſi oſtendere, quod turbatio hæc nullo modo præuenit iudicium rationis Chriſti (quod ſolent præuenire quandoque in viris valde ſapientibus, primi motus animi,) ſed totaliter fuit ipſi iudicio ſubiecta? Hoc eſt. Ab ipſius recto iudicio & excitata, & aucta, & quamdiu iuxta decretū eiuſdem, durauit, circumquaque in terminis ſuis, ne rationis terminos inuaderet, conſeruata. Voluntas ergo rationalis Chriſti cauſauit turbationē hanc & in ſeipſa, vt natura eſt, & in appetitu ſenſitiuo, qui voluntas participatiue dicitur. 3. de Sal. q. 18. ar. 2. 3. tantum abeſt quod ex hoc, q Chriſtus voluntarie paſſus eſt mortē, ſequatur illud erroneum, quod (vt ſupradictum ſum) potuiſſet inde quis imaginari, ſcilicet, quod dolorem ſiue internum, ſiue externum ipſe aut vix, aut nullatenus, ſenſiſſet. Error ſiquidem hic eſt, & magnus, non ſolum damnatus à præſenti textu, Nunc, id eſt commemorata morte, anima mea turbata eſt; ſed etiam à Hieremia in perſona Chriſti (ſecundum Eccleſiæ interpretationem) dicente Tren. 1. O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus, & ab omnibus pijs hominibus maxime, ab Angelico Doctore, addit, rationibus contra inſenſatos, tertio de Sal. quæſt. 46. artic. quinto, & ſexto. Concludendum denique eſt, ex tex. Anima mea turbata eſt, contra Appollinarem, & Arrium illorum poſitionem, qua dicebant, non animam, ſed Verbum loco animæ, eſse in Chriſto, pro hæreſi expreſse damnari. Vnde & poſtremo habes, quod paſſiones animi naturales, vt naturales ſunt, nullū peccatum continent, ſicut nec alia naturalia, vt naturalia, vt eſurire, ſitire, gaudere, flere, dolere, turbari &c. Impium enim nimis eſt, ponere in Chriſto vllum peccatum etiā minutiſſimum: in quo tñ (vt patet hic, & paſsim per Euangelia) ponuntur & paſsiones animi, & reliqua naturalia. 3. de Sal. q. 14. 15. articulis ſuis, ſecundum quos in intelligentia nunc dictorum te regulabis.

Chriſtus voluntarie paſſus eſt, & tamen maxime ſēſu doloris interni, externique affiſi ctus.

Contra hæreſim quādam.

Contra inſipientes quoſdam.

VOLVNTATEM quoq; humanā poſtquam monſtrauit p hoc, q deſideriū illius, vt naturale quoddam eſt, 3. de Sal. q. 18. ar. 3. rō repræſentauit Patri dicens; Pater ſaluifica me; ex hac hora (q ſub alijs verbis dixerat, Matth. 26. Pater, trāſeat à me calix iſte. Addēs, ſi poſsibile eſt, q hic more Euangeliſtarū aliās expreſso, ſubintelligitur:) nunc monſtrat diuinā dicendo, ſed propterea veni in horam hanc. Hæc .n. hora illa eſt, de qua ſæpius legis in Euangelio. Nondū venerat hora eius; & de qua ipſe Patri ſic loquitur, Io. 17. Pater venit hora, clarifica filiū tuū. i. p mortē, ut ex obedientia perfectiſsima conſtātiſsime patiar eam, & poſt mortem, vt

exaltationem multiplicem à te conſequat per obedientiam illam. Quãdo igitur nunc dicit, veni in horam hanc: intelligit de hora ab æterno diſpoſita à voluntate patris, ad hoc, vt tunc pateretur. Nã hoc, propterea veni in hanc horam, eſt idem, quod ſub alijs verbis dicebat patri Luc. 22. Non mea voluntas, ſed tua, fiat. Hoc eſt, Illud, quod ęterna voluntate tua ſtatuiſti de me in hac hora fiendum, fiat. Voluntatem vero Patris eandem numero eſſe, cum voluntate diuina filij, nemo eſt fidelium, qui ambigat. Vnde & filius nũc ſuam voluntatem diuinam, qua horã hãc cum patre ab æterno ſuijpſius turbationi præſenti vſque ad mortem præfixit, denotans dicit: Sed propterea veni in horam hanc. Quid eſt hic, Sed? Eſt, ac ſi diceretur. Hactenus de voluntate humana ibi, ſaluifica me ex hac hora, locutus ſum; nunc tranſeo ad loquendum de alia, quæ diuina eſt, voluntate, qua venturum me in horam hanc, ſtatui cum patre ab æterno. Hoc enim totum eſt (vt diximus) id, quod ſub alia forma verborum dixit, Luc. 22. Non mea voluntas, ſed tua, fiat. Vbi D. Ambr. inquit. Voluntatem ſuã ad hominem retulit, patris, ad diuinitatem. Propterea & in ſexta Synodo apud Conſtantinopolim celebrata, ſic legitur. Iuxta q olim ꝓphetæ de Chriſto, & ipſe nos erudiuit, & ſanctorum Patrũ nobis tradidit ſymbolũ: duas volũtates natura les in eo, & duas naturales operationes, ꝓdicam⁹.

Chriſtus ab æterno voluntate diuina horam qua pateretur elegit.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET: In Chriſto ſunt duæ operationes, diuina, ſ. & humana, demoſtratur ab Euangeliſta ex tex. Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras, & tex. Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſũ, & tex. Hæc locutus eſt, & abijt, & abſcondit ſe ab eis. Operatio. n. humana Chriſti patet in eo, quod corporali ore locutus eſt in eoq; quod corporaliter abijt, inuiſibili tñ. virtute abſcõdẽdo ſe ab eis. operatio quoq; eius humana manifeſtat in eo, q iudicium mundi tale factũ eſt, vt princeps huius mundi eijceretur foras. Ad cuius intellectum notandum eſt, q mundus ex iuſtitia quæ ex parte ſua eſſet, non poterat liberari de manu Diaboli: quoniam homo ipſe, qui nomine mundi ſignificatur hic, ſemetipſum peccando voluntarie ſubditum Diabolo fecerat; vnde nullum ius ex parte ſua habebat, quod poſſet allegare, quo per viam iuſtitię fieret ſibi iudiciũ fauorabile, ideſt quo decerneretur, ipſum iure ſuo debere liberari de poteſtate Diaboli. Verum etenim ex tunc ſemper fuit, eſt, & erit, dictum Concilij Arauſicani per ſummum Pontificem mediante generali Synodo ſeptima, & octaua, confirmati, quod eſt hoc, Can. 22. Nemo habet de ſuo, niſi mendacium, & peccatum. Vnde mundus ex iuſtitia ſua non ſolum non merebatur eripi de manu Diaboli, ſed merebatur totum contrarium, ideſt nunquam ex ipſius poteſtate liberari. Vt ergo ex iuſtitia (ſicut ab ęterno præordinatum fuerat, & agnitum a propheta, Pſ. 30. In iuſtitia tua libera me, ideſt liberabis me) poſſet fieri iudicium, de quo loquitur textus, ideſt iudicium liberationis hominis mundani è ſeruitute diabolica, oportebat, quod inueniretur quandoque aliquis homo, qui & nunquã peccaſſet, & iuſtarum operationum ſuarum meritum, quod haberet, toti mundo communicaſſet. Ratione ſiquidem, qua nunquam peccaſſet, ſubditus nullo modo poteſtati diabolicæ eſſet: ratione autem, qua iuſtorum ſuorum operum meritum toti mundo communicaſſet, totus mundus ex iuſtitia taliter ſibi communicata iudicij liberatiui è dominio Diabolico capax fuiſſet. Porrò, homo ille, qui ſolus, & ſine vllo peccato totaliter fuit, & meritũ ſuũ mũdo cõicauit, eſt Dñs noſter Ieſus Chriſtus crucifixus. Longe. n. ab omni peccato ita fuit, vt naturaliter impeccabilis, vtpote Deus, & homo, eſſet: mundo autem meritum proprium cõicauit, quia caput mũdi, i. õium hominum in mundo exiſtentiũ conſtitutus eſt 3. de Sal. q. 8. art. 3. Vnde ſicut actio capitis pertinet aliqualiter ad omnia membra eius, inquantum caput nõ ſibi ſoli ſentit, ſed omnibus membris: ita Chriſtus, vt homo, per gratiam capitalem, quam habuit 3. de Sal. q. 8. art. 5. meruit vniuerſis hominibus mũdi, 3. de Sal. q. 19. ar. 4 & q. 34. art. 3. Specialiter vero per paſſionem ſuam, inquantum fuit ab eo voluntarie acceptata. [Ecce humana ope-

Chriſtus meruit quantum eſt de ſe, omnib bona omnia

na ope-

Digitized by Google

na operatio Chriſti.] 3. de Sal. q. 48. art. 1. & q. 46. art. 3. His ſtantibus pro faciliori captu textus ad probandum particulã concluſionis illam, In Chriſto eſt operatio humana: redeamus ad textum, applicaturi eũ ad ipſius particulæ probationẽ.

Nunc (inquiebat) iudicium eſt mundi: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Quid eſt, Nunc, tum primo, tum ſecundo, dictum? Eſt, ac ſi diceretur; Tempore, & merito paſſionis meæ. De hac ſiquidem & verbis [ſi granũ frumenti mortuum fuerit] & factis [Anima mea turbata eſt] locutus fuerat ita ꝓpinque, vt ex ipſo ſententiarum contextu pateat, quod ꝑ illud aduerbium, Nunc, importatur implicite idipſum, quod explicite aperuimus. Quid eſt, Iudicium eſt mũdi, & princeps huius mundi eijcietur foras? Eſt ille grani mortui fructus: de quo premiſſum fuerat, Multum fructum affert. Duo enim hæc mirabilia, quibus addas & tertium illud mirabilius. [omnia traham ad meipſum, fructificauit mors ipſius grani. i. Chriſti. Mundus namq; qui omne ius ſuum perdiderat irrecuperabiliter conſtitutus merito paſſionis Chriſti eſt in iure ſuo: & ſic qui ex ſe recuperare non poterat ius amiſſum, quo liber erat, ipſe ex merito Chriſti ius illud recuperauit. Audiſti ne ſupra dicentem cap. 8. Qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati? & ſi filius vos liberauerit, vere liberi eritis? Hoc illud eſt, ꝙ in pſenti tex. dicitur; Nunc iudiciũ eſt mundi. Nã mũdus, poſtergato ꝑ peccatũ iudicio rõnis, fecerat ſe ſeruũ peccati: & Filius nũc ideſt merito ſuæ paſſionis liberauit eum a peccato, & per hoc fecit eũ vere liberũ & repoſuit eũ in vero iudicio rõnis. In fauorem igitur mundi, iudicatum ꝑp merita Chriſti eſt: licet contra mundum fuiſſet iudicandum, ſi de illo, vt meritis Chriſti nudo, iudicium datum fuiſſet. Hinc ergo patet: ꝙ tex. eſt ſic exponendus; Nunc, iudicium eſt mundi. i. pro mũdo. Propterea videns Eccleſia, ꝙ ex illo aduerbio, Nũc, iudicium alias contra nos dandum, datur pro nobis in omnib. orationib. a ſeipſa ad Deũ, cuius eſt iudiciũ, factis, ſic finit, per Chriſtũ Dñm noſtrum. Hoc eſt, per merita Chriſti Domini noſtri. Et quid eſt hoc, niſi illud, quod importari vidimus in ipſo aduerbio, Nunc?

Tria mirabilia attulit mors Chriſti.

Primum.

Quare Eccleſia ſemper terminet ſic orationes ſuas Per Chriſtum Dominum noſtrum.

PRÆDICTORUM Epilogus.

EX præmiſſis ergo ad cõcluſionis particulam illam probandã ex tex. ſufficienter primo ſatisfactum eſt, cum de merito paſſionis Chriſti interpretatũ fuit (vt oportuit) illud verbulum, Nunc. Licet. n. paſſio non videatur dicere actionẽ Chriſti, ſed potius paſſiuam receptionem tormentorum à Iudęis per gentilium miniſterium inflictorum, & conſequenter non videatur dicere meritum, quod ab interiori principio, ſ. a voluntate procedit 3. de Sal. q. 19. art. 1. tamen acceptatio voluntaria, qua per charitatem informata Chriſti voluntas acceptauit libenter tormenta paſſionis ſibi ab ipſis illata, fuit actio humani liberi arbitrij eius. Hanc aũt actionem conſtat fuiſſe, & operationem humanam, & meritoriam. Secũdo ex eiſdem præmiſſis patet ad ſenſum tex. Nunc, ꝙ non mera gratia, ſed interueniente iuſtitia mundus iſte ex antiqua ſua miſeria mutatus eſt. Merito ſiquidem mortis Chriſti donatus ipſe mundus, iam habet ius, vt à ſeruitute peccati eruatur: & propterea nunc fit pro mundo iudiciũ (vt inquit textus). i. ius dicitur mundo ſuffulto paſſionis Chriſti merito, vt liberetur. Ita ꝙ ſi mundus, ſecundum ea, quæ ſua ſunt, conſideretur, non iure, ſed mera gratia, cum eo agitur, quando conceditur ei percipere fructus paſſionis Chriſti. Sed ſi conſideretur, ſecundum ꝙ ſuffultus dono meritorum mortis Chriſti, conſequentes fructus vendicat ſibi de iure.

NUNC PRINCEPS Mundi Eijcietur foras.

SECUNDUM inter fructus paſſionis Chriſti mirabile eſt, id ꝙ inquit textus, Princeps mundi huius eijcietur foras. Nomine principis mundi huius, intẽdit ſignificare Diabolum, quo nomine ſolet eũ deſignare & Io. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicq; item Io. 16. Princeps huius mundi iam iudicatus eſt. Ideo aũt dicit Diabolum eſſe principẽ huius mundi, nõ quia creauerit hunc elementarẽ mundũ [Abſit, hæc hæ-

Secundũ.

reſis Manichæorum peſſime locis huiuſmodi intelligentium:] ſed quia homines mali per mundum hunc deſignati imitantur illum, tanq̃ ſerui principem ſuũ, obediunt ei, tanq̃ ſerui principi ſuo, vnde & ipſe, veluti eorum princeps tenet eoſdem tanq̃ ſeruos captiuos, ad ſuam ipſius voluntatem 2. Tim. 2. Princeps, ſ. Tyrannicus, mundi: non aũt legitimus: Nam princeps legitimus, & quidem anthonomaſice ſimpliciter, i. omni ex parte per excellentiam, vnus eſt Chriſtus: ſecundũ illud, 1. Petr. Cum apparuerit princeps paſtorũ & Apoc. 1. Qui eſt princeps regum terræ. Propterea verò Diabolus mundanorum hominum princeps Tyrannicus vocatur, quia iniuſte, quantũ ex parte ſua erat, ſub ſeruitute homines illos tenebat. Nã fraude, ſeu dolo decepit hominẽ (vt patet cõſiderãti tex. Gen. 3.) & in illo oẽs eius ſucceſſores, fraus aũt & dolus nemini debet patrocinari (vt ẽt iura humana dicunt.) Dixi quantũ ex parte ſua erat, ad differẽtiam illius, quod erat ex parte hominis: Iuſtum ſiquidem, ex parte hominis erat: vt ſub crudeli principatu Diaboli, cum ſe ei voluntarie peccando ſubdidiſſet, teneretur, quamuis iniuſtum ex parte Diaboli ratione ſ. doloſitatis ad illum decipiendũ adhibitæ, hocipſum eſſet (vt diximus) Per hoc.n. quod ex parte hominis iuſtũ erat ipſum ſubeſſe principatui diabolico non fiebat, q̃ Diaboli principatus de ſe nõ eſſet iniuſtus, & per conſequens Tyrannicus. Cæterum, vt hæc omnia plenius intelligas (q̃ ad Euangelij huius ampliorem captum faciet) audi Angelicum Doctorẽ de tali re ſic loquentẽ 3. de Sal. q. 48. ar. 4. Homo, peccando, obligatus erat & Deo, & Diabolo. Quantum.n. ad culpam Deũ offenderat, & Diabolo ſe ſubdiderat, ei conſentiens. Vnde ratione culpæ nõ erat factus ſeruus Dei, ſed potius à ſeruitute Dei recedens, ſeruitutem Diaboli incurrerat, Deo iuſte hoc permittente, ꝓp offenſam in ſe commiſſam. Sed quãtum ad pœnam, homo erat principaliter Deo obligatus, ſicut ſummo iudici, Diabolo aũt tanq̃ tortori, ſecundum illud, Math 5. Ne forte tradat te aduerſarius tuus iudici, & iudex tradat te miniſtro. i. Angelo pœnarum crudeli (vt Chryſoſtomus dicit.) Quamuis igitur Diabolus iniuſte, quantum ad id, quod in ipſo erat, ſua fraude deceptum hominem ſub ſeruitute teneret & quantum ad culpam, & quantũ ad pœnam, iuſtum tamen erat, hęc hominem pati, Deo permittente, quantum ad culpam, & ordinante quãtum ad pœnam. Et ideo reſpectu ad Deum iuſtitia exigebat, quod homo redimeretur: non autem per reſpectum ad Diabolum. Ideo Chriſtus ſanguinem ſuum, qui eſt precium noſtrę redemptionis, nõ dicitur obtuliſſe Diabolo, ſed Deo. Hæc ibi.

Quomodo Diabolus eſt princeps Tyrannicus mũdi, qui ei iuſte ſubditur.

Dicit ergo Chriſtus: Nunc, ideſt (vt ſupra ex cõtextu de grano expoſitũ fuit) merito mortis meæ, princeps mundi eijcietur foras, ideſt extra mundum. Quia vero mundus iſte, ideſt homines mundani, ſ. vicioſi, erant per totum mundum elementarem diſperſi: ideo, cum ait, Eijcietur foras, intelligit, quod Diabolus erat eijciendus non ſolum extra corda hominum mundanorum, ſed ẽt extra loca totius mundi elementaris. Pro cuius captu nota diligenter, quod non dicitur in textu: Diabolus, tentator, ſeductor, princeps huius, vel illius hominis, patriæ, ciuitatis, regni, prouinciæ, ſed abſolute dicitur, Princeps mundi. Per talem enim modum Diaboli expreſſiuum ſignanter oſtẽditur: quod non a calumniando, non à tentando, non a ſeducendo, eijciendus annunciatur, ſed à principatu, non particulari huius, vel illius hominis, aut partis terrarum, ſed a principatu totius mundi. Manifeſtum quippe eſt, tum legentibus veteres hiſtorias, tum per famam publicam, quod Diabolus ante mortem Chriſti mundo principabatur, ideſt vt princeps mundi, non quidem illegitimus & Tyrannicus (vt erat) ſed vt legitimus, verus, & omnium factor, & conſeruator, ac (vt ſemel dicam) tanquam Deus huius ſeculi. 2. Cor. 4. Maximus, Optimus, & omnipotens, communiter à toto mundo habebatur, prima quæſtione decima tertia, articulo decimo. Colebatur & adorabatur in omnibus dijs gentium, Roman. 1. & Pſal. 95. 113. Propter hoc totus fere mundus vere dicebatur idolatra, quoniam idolatriam vbique exercebant, ideſt idolis ſuis, in quibus propter dæmonia ibi res miras facientia numinis aliquid eſſe ab eis

Diabolus nõ vt Diabolus, ſed vt mundi princeps, eiectus eſt de mundo.

Digitized by Google

eis illuſi credebant, Latriæ adorationem, quæ ſumma omnium adorationum eſt, exhibebant.

AD NIHILVM DEDVCITVR Malignus.

VERVNTAMEN morte Chriſti peracta, Diabolus à tanto ſuo principatu eiectus eſt, paulatim procedendo per miniſterium Apoſtolorum, & ſucceſſorum, vſq; quo totaliter exterminaretur de mundo idolatria. Potuit quidem mors Chriſti eijcere ſtatim ab illo principatu Diabolum, faciendo ſcilicet, quod in inſtanti ſeu in tẽpore imperceptibili omnis idolatria in toto mundo ceſſaret, ſed ipſe homo Chriſtus ad iſtam hominum ſalutem, ne videretur ſola potentia diuina, quæ in inſtanti operatur, vti, procedere voluit more humano, i. modo ſucceſſiuo.

Id, quod etiam in maiorem peſſimi illius principis confuſionem reſultauit, dũ per homines a ſe quondam deuictos, more humano procedentes, virtute mortis vnius hominis à ſe per manus gentilium crucifixi ſentiret eijci foras, ſcilicet de cordibus gentilium quibus per totum mũdi orbem variarum idolatria ſpecierum diſperſis iam à tot millium annorum, ac ætatum curriculis pacifice hactenus principatus fuerat. Certe non potuit non eſſe maxima, & maior maxima, confuſio hæc [ideo non mirum, ſi totis neruis, & multiplicib. vijs, per Tyrannos ſuos Apoſtolorũ ſimiliumq; prædicationes ad mortem vſque acerrimam perſequebatur, ne ſibi contingeret tanta confuſio:] quod ipſe princeps mundi ſic eijceretur foras .i. quod tantus ille in principatu ſuo, & tam mirifice ab omnibus ęſtimatus, cultus, ꝓ Deoque ſummo adoratus, ipſe, inquam, per mortem à ſe crucifixi non ſolum hæc valde grandia amitteret, ſed etiã ad valde miſerrima, imo ad nihilum in totius mundi opinione tanquam maligniſſimus deduceretur, Pſ. 14. Porrò omnia hæc explicata breuiter, à Diabolo tum bona perdita, tum mala acquiſita complectitur implicite ille tex. Nunc princeps mundi eijcietur foras. Quem textum ſic implicite, expliciteque intellectum præuidiſſe Iſaias, & inde magna cum admiratione ad principem illum talib. verbis exclamaſſe videtur, cap. 14. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes (ideſt totum mundum. Vt ſupra.) Cæterum ad pleniorem pro Euangelio hoc inſtructionem vide ſanctum Doctorem 3. de Sal. q. 49. art. 1. Quod per paſſionem Chriſti ſumus liberati à peccato: & art. 2. quod per eandem a poteſtate Diaboli: & ar. 3. quod per eandem a reatu pęnę. Sic enim principem hunc abundantius videbis eiectũ fuiſſe foras, à Chriſto Domino. Ex prædictis ergo ab Euangelio ad literam ſubminiſtratis conſpicies denique, quam fundatiſſime dixiſſe Concilium Nicænum 2. Action. 7. Qui præter Chriſtum Dominum Deum noſtrum, dixerit alium nos à cultu idolorum liberaſſe, Anathema. Hæc ibi. Eiectus igitur eſt princeps ille a principatu, qui conſiſtebat in cultu, & vltra hoc eiectus eſt foras, ideſt extra ſpem recuperandi talem principatũ. Nam manifeſtatum eſt hominibus vniuerſis, quod Diaboli nihil habent numinis, ideſt quod non ſunt dij neque etiam participatiue, ſed quod ſunt totaliter alieni ab omni participatione beatitudinis, & deitatis [ideo vocantur dij alieni, Exod. 20. alibique,] quod ſunt mali, miſeri, hominum omniũ perpetui inimici. Vnde videmus, quod licet magna pars mundi à fide Chriſti defecerit, nũquam tamen redijt ad idolatriã: & hoc rõne iam dicta, ſ. quia princeps coniectus eſt foras, & pro præterito, & ꝓ futuro.

OMNIA TRAHAM AD &c.

TERTIVM iter fructus mortis Xp̃i mirabile, qđ & mirabilius pręmiſſis duobus dicebatur ſupra [ibi, TERTIA PARS CONCLVSIONIS] exprimitur à tex. Omnia traham ad meipſum. In præmiſſis namq; importabatur (vt viſum eſt) operatio Chriſti humana, qua voluntate creata per charitatem formata acceptauit libẽter paſſionem ſuam vſque ad mortem: in hoc aũt tertio, ſ. oĩa traham, &c. importatur expreſſius operatio eiuſdem diuina. Vis iſtud aperte videre? Recordarę, quod Chriſtus dixit Ioan. 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum. Huic ergo dicto ſi coniunxeris, Ego traham ad

meipſum; facile videbis, quod Chriſtus dicit ſe habere eandem operationem, quã habet pater, & per conſequens diuinam, & per conſequens ſe eſſe Deum, patrique in poteſtate æqualem, ideſt eiuſdem potẽtiæ cum patre 1.q. 42.art. 6. & per conſequens æqualem in eſſentia. i. eiuſdem eſſentiæ 1.q.29.art.2. quoniam potentia in Deo non eſt accidens, ſed eſſentia, 1. q.3. art.6. Manifeſtat igitur Chriſtus, in ſe eſſe operationẽ vere diuinam, cum dicit, Ego traham omnia ad me. Nam ſicut de tractione hominum loquebatur tunc, quando Ioan.6. dixit, hanc eſſe patris operationem, ideſt diuinam, ita de tractione hominum loquitur nunc, quando inquit, Ego traham omnia. Sic enim exponitur, omnia, ſcilicet genera hominum: puta gẽtiles, Iudæos, ſeruos, liberos; mares, fœminas, latinos, barbaros, &c. Hanc expoſitionem docuit B. hic Euangeliſta Ioannes, quando de tractis à Chriſto per ſignum ſuum, ideſt per ſignum crucis, loquens dicit, Apocal. 7. Audiui numerum ſignatorum ex omni tribu filiorũ Iſrael: & poſt hæc vidi turbam magnam ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtãtes ante thronum. Hæc omnia, cum ſint ad ſalutem æternam prædeſtinata, traham non ſolum ſufficienter, ſed etiã efficaciter, ad meipſum, ſcilicet pro vero Deo fideliter agnoſcendum, adorandum, ſequendum, & perſeueranter per veram plenamque obedientiam vſque ad mortẽ imitandum. Quod ſi loquaris de vnoquoque eorundem prædeſtinatorum, exponitur ſic; Omnia, ideſt ſpiritum, animam, & corpus, vſque ad vnum capillum capitis. Hanc expoſitionem docet Apoſtolus, dũ ait 1. Theſſal. 5. Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in aduentu Chriſti ſeruetur. docet & Lucas, cap. 21. Capillus de capite veſtro non peribit. 3. de Sacram. Addition. q. 80. art. 1. 2. 3. 4. 5. Si vero loquaris de non prædeſtinatis, & quantum ad ſalutem corporis, & animæ æternam: expone ſic. Omnia traham ſcilicet ſufficienter, ad meipſum pro vero Deo fideliter agnoſcendum, adorandum, ſequendum, & perſeueranter vſque ad mortem per veram plenam obedientiam imitandum. Hanc expoſitionem inſinuauit nobis ipſemet Euangeliſta, in ſua prima epiſtola de valore mortis Chriſti dicens, cap. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non tantum pro noſtris, ſed etiam pro totius mundi. Sciebat vtiq; non omnes ſingillatim de toto mundo vẽturos effectualiter ad Chriſtum modo ſupradicto, ideſt eum, vt verum Deum fideliter agnoſcendo, adorando, ſequendo, ei per veram plenamque obediẽtiam perſeueranter vſque ad mortem inhærendo, & tamen dixit, & verum dixit, qđ Chriſtus eſt propitiatio pro peccatis totius mundi (dixiſſet multorum, imo infinitorum, mundorum: ſi tot fuiſſent:) quoniã precium à Chriſto iuſtitiæ diuinæ ſolutũ pro nobis eſt ſuperabundantiſſimum, & ratione perſonæ, quæ ſecundum ſuam humanitatem patiebatur, valorem infinitũ ad redimendos quoſcunque à quantiſcũque peccatis homines, eoſque in vitam æternam introducendos, habens. Sed quare non ſequitur inde effectus? Quia illi homines nolunt ſibi ad illum finem ſeruire de tanto precio, imo contraria via euntes precium illud contemnunt intantum, vt etiam videre illud per veram fidẽ licet informem, intellectu contemplatiuo negligant, & dedignentur: Sic igitur tãto abutentes beneficio, merentur, illius remedio priuari: quinimo ijdem tanquam ſuipſorum iudices, ſe illo voluntarie priuant.

Q. Chriſtus dicendo, omnia trahã ad me, confitetur ſe eſſe Deum verum.

Prima expoſitio.

Secunda

Tertia.

Pro infiniti mundis ſaluandis valet mors Chriſti.

Vidiſtin aliquando hominem theſaurum magnum habentem qui poſſet ei ad quæcũque ſibi neceſſaria ſufficientem prouiſionem ſubminiſtrare? Qui tamen homo præ ſocordia ſuæ mentis obtuſæ, non ſibi pro neceſſitatibus occurrentibus deſeruire velit de theſauro illo, quem in domo ſua ad manum habet, ſed mori ſe permittat in fame, vel aliarum neceſſitatum miſeria? Conſeruat iſte magnum illum, ſufficientemque theſaurum, ſed ad quid? Ad ſui dum in ſe reuerſus iſtud conſiderauerit, magnam à ſemetipſo confuſionem, & ab alijs hominibus hæc videntibus increpationem, & irriſionem. Merito ſiquidem illum ſubſannabũt dicẽtes. Ecce homo, quam ſtolidiſſimus, qui mediante illo, quem in promptu habebat theſauro, poterat ſeipſum in quibuſcunq; occurrẽtibus aduerſis, & pro quibuſcũq; proſpe-

Exemplũ pulchrum

Digitized by Google

proſperitatibus conſequendis non ſolum ſufficienter ſedét ſuperabundanter, iurare, quomodo ſeſe à miſeria multiplici per ignauiam ſuam deteſtabilem conſumi, & ad nihilum redigi permiſit? Quid ei profuit habere theſaurum illum, ſi numquã illo pro ſalute ſua vſus eſt? Deſperetur igitur nullo miſerante, qui ſibi, cum poſſet, noluit miſereri, ſed diuitias ſuas mētis inopia in perpetuam ſui pauperiem miſeriam, & in opprobrium, cõmutauit. Cenſere, ſi theſauro illo non potuiſſet ſe, ſi vere voluiſſet, à miſerijs, in quas cecidit, præſeruare, excuſandus aliquo modo, & propterea illi à nobis compatiendum eſſet. Sed poſtquã ipſemet ſic turpiter, ſic ignauiter, ſic contra omnem viuendi rationẽ miſerabiliter procedendo, ſeſe omni miſeratione apud quoſcunque prudentes fecit indignum nemo ſit illi adiutor, nec ſit q miſereatur ei. Cõſideratis enim omnibus conſiderandis, quid de iſto homuncione reſtat veraciter concludendum, niſi quod dilexit maledictionem, & ideo noluit benedictionem? Iuſtum ergo ſecundum prænarrata opera ſua, eſt: vt omnes de illo conformiter ad prophetam de quodam ſimili tria hæc ſe ad inuicem cõſequentia dicamus: Non eſt recordatus, erga ſeipſum facere miſericordiã; Dilexit maledictionem, & veniet ei, noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Pſ. 108.

Habuiſſe ſufficientẽ cauſã ſalutis, ideſt mortem Chriſti, et fruſtra, erit maxima confuſio damnatis.

Quarta expoſitio.

Poſtremam hanc, quæ tamen illarum trium epilogus quodammodo ſit, adducamus expoſitionem, dicentem. Omnia traham ad meipſum, ideſt quaſcunque creaturas. Nobilitato enim homine (quod fit per tractionem ad Chriſtum) creaturæ omnes, vtpote in ſeruitiũ hominis factę, intelliguntur in ipſo nobilitatę. Quemadmodum, cum paterfamilias, aut princeps regni, nobilitatis alicuius maiorem gradum nouiter conſequitur, tota familia eius, & regnum, in gradum altiorem, quã prius, nobilitati dicuntur (vt quotidie patet.) In hoc tamen eſt differentia, quod homines de familia iſta, vel regno, talem nobilitatem dominorum ſuorum non ſolum comparticipant, ſed etiam ipſam ſẽtiunt, intelligunt, & de ea ſibi cõgaudẽt: creaturæ verò aliæ corporeæ, cum ſint abſque intellectu, non poſſunt illam magnam hominis domini ſui nobilitatẽ per Chriſti tractionem adeptam, & à ſeipſis modo ſuo aliqualiter (vt diximus) comparticipatam ſentire, aut de ea gaudere.

Chriſtus nobilitando hoiem, omnia, q̃ ſunt in mundo nobilitauit.

Cæterum de hominibus breuiter, colligendo ēt partim ſupradicta per concluſionem vnicam ex textu dicamus. Chriſtus merito crucis ſuæ (quam vocat exaltationem à terra) traxit omnes homines, & præteritos, & præſentes, & futuros, ad ſeipſum recognoſcendum verum Deũ ſummaque reuerentia adorandum, diuerſimode tamen; quia traxit ad hæc facienda quoſdam voluntarios, quoſdam inuitos, quoſdã in hac vita, quoſdam in altera. Meruit ſiquidem illa ſui crucifixione, vt ſibi tanquam Deo incarnato, omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Philip. 2. Vide 3. de Sal. q. 49. art. 5. ad primum.

Concluſio parua, & magna.

CONFIRMATIO
Concluſionis II.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus habet naturam diuinam (quod eſt, dicere: ipſum naturaliter, non ex accidenti dono, ſeu participatiue, eſſe Deum:) vide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis, &c. definitum eſſe in Elucidationibus, 3. de Sal. articulorum nu. 107. 17. 139. 42. 108. Qd Chriſtus habet naturam humanam, i. ex corpore, & anima rationali ad inuicẽ realiter vnitis integram, eiuſdem ſpeciei nobiſcum, vide ex ſacroſ. &c. in Elucid. 3. de Sal. articulorum nu. 7. 33. 36. 35. 86. 189. 168. 171. 190. 195. 184. 94. 95. 96. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Deuteron. 9. concl. 7. Quod Chriſtus licet habeat duas illas naturas, non tamen eſt duo, ſed vnus in perſona diuina conſiſtens: vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum nu. 8. 9. 121. 113. 144. 28. 7. 42. 195. Quod Chriſtus duas operationes, & voluntates ſcilicet diuinam, & humanam, habet quę poſt vnionem in eo remanſerunt diſtinctæ [contra hæreſim dicentẽ, q poſt vnionem ita in vnum confuſæ ſunt, vt diuina paſſa ſit, quæ ſunt humanæ, & contra:] vide ex ſacroſ. &c. in Elucidationib. 3. de

Digitized by Google

Sal. articulorum nu. 114. 120. 126 Porro, quia cõtra Pelagianos, ex occaſione quadam (vt ſupra ſuo loco annotatum eſt) oblata diſputatũ fuit, ideo pro cognitione maiori, condemnationeque ſuperbiæ illorum quaſi ſub velamine liberi arbitrij (vt fingebant) tumidas ſuas in magnam gratiæ diuinę iniuriam phãtaſias cooperientium, attende. Quòd hæreticum eſt, cum Pelagianis dicere: Hominem ſui liberi arbitrij viribus abſq; gratia Chriſti poſſe oĩa mãdata Dei implere, & ſuis meritis vitam æternam conſequi: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. art. numero 58. 139. 410. 499. & 1, 2. artic. num. 27. 580. 581. 584. 612. & 2. 2. art. nu. 670. Item in veritatibus aureis &c. Leuit. 18. conclu. 1. & Deut. 6. concluſ. 4. Quod hæreticũ eſt, ut Pelagiani dicũt, dicere: Hominem ſuo libero arbitrio abſque gratia Dei poſſe nõ peccare, immo, & iuſtum eſſe, immo, & ad ſtatum perfectionis peruenire, ſi vellet, vide ex Sacroſanctis &c. in locis nunc ſupra citatis, & 2. 2. artic. num. 676. & Numer. cap. 34. concluſ. 2. Ne tamen Pelagius totaliter gratiæ Dei cõtrarius videretur, & vt ſcripturis conuincentibus eum de tanta ſuperbia caderet iuxta aliqualem ſaltem apparentiam, dicebat: Gratiam Dei non eſſe abijciendam, velut prorſus inutilem, ſed eſſe amplectendam: quia illa accedente, poſſet facilius homo habere gloriã æternam. Contra quod, ad ſuam malignitatem, quæ ſuperius narrata eſt, adumbrandam dictum opponitur directe Conciliũ Trident. Seſs. 6. Can. 2. dicens. Si quis dixerit, ad hoc ſolum diuinam gratiam per Chriſtum Ieſum dari, ut facilius homo iuſte viuere, ac vitam æternam promereri poſsit, quaſi quod per liberũ arbitriũ, ſine gratia vtrũque, ſed ægre tamen, & difficulter poſſit: Anathema ſit. Hæc ibi. Quod hæreticum ſit illud Pelagianũ, ſcilicet hominem, ad gratiam Dei conſequẽdam, ſe præparare poſſe ex puris naturalibus uiribus: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. art. num. 312. 410. 499. & 1. 2. art. num. 582. Quod Pelagiana hæreſis eſt dicere: Illud, Ne nos inducas in tentationem, nõ ita eſſe intelligendum, tanquam diuinum adiutorium poſcere debeamus, ne in peccatum tentati decidamus: quoniam hoc in noſtra poſitum eſt poteſtate, & ad hoc implendum ſola ſufficit hominis uoluntas. Item Pelagij, & iſtud omnino peſtiferum eſt: Non eſt orandus Deus, ut contra peccati malum, & ad operandam iuſtitiam, ſit noſter adiutor. Scis quare? Quia (inquit ſecundũ prædicta) poſſumus per nos ſolos abſque Dei gratia facere hęc omnia, ideſt reſiſtere peccato, & operari iuſtitiam. Ex illo autem ſuo peſtifero dogmate, quia orationes omnes tendunt, vel contra malum, vel pro iuſtitiæ executione, eduxit Pelagius hanc aliam hæreſim. [Vt de ſe, ſicut de alijs hæreticis, verificetur prophetia Hierem. 9. De malo ad malum egreſſi ſunt. Quod exponens Beatus Hieronymus ait: De malo ad malum tranſeunt peccatores, quãdo idolum mutant idolo, & de peccatis ad peccata tranſcendunt. Hæc ille, & quid eſt hęreſis? Idolum mentale. Hoc hæreticus, repulſis omnibus alijs intelligentijs, ſuſpicit, & tanquam quoddam ſingulariter pulchrum à ſe confictum miratur, & adorat. Tunc ergo hi antonomaſtice peccatores idolum mutant idolo, quando de vna hæreſi tranſeunt, uel ad aliam cõtrariam amplexandam, uel ad aliam ſimilem ex conſequenti generandam] ueluti ex vna conſequenter generãs aliam, ſcilicet, Orationes eſſe prorſus inutiles, nulliuſque virtutis. Porro, contra hanc, quia contra alias patet ex antedictis damnatio; uide Elucidationes ſecunda ſecundæ, articulorum numero 439. & tertio de Sal. art. numero 85. 120. 126. & tertio, de Sacram. Addition. articulorum numero 31. 61. 300. Item veritates aureas &c. Geneſ. 8. Concluſio ſexta, & capitulo 20. Concluſio quarta.

Pelagij fuga aliqualis, ſed hæreſim latenter continens.

De idolo ad idolum ideſt de hæreſi ad hæreſim, trãſeunt hæretici.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. XII.

CHRISTVS eſt Deus, & homo, cõceptus eſt ſine peccato, legiſlator, & ſaluator vniuerſalis eſt; & verus Meſsias: Qui requirit à nobis non ſolum fidẽ, ſed etiam receſſum à peccatis, & cuſtodiam omnium mandatorũ eius perſeuerantẽ.

PRO-

Digitized by Google

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM hanc, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Qui credit in me, nõ credit in me, ſed in eũ &c. vſque ad, ſermo, quem locutus ſum, ille iudicabit eũ. Primam igitur partem. ſ. Chriſtũ eſſe Deũ, & hominẽ monſtrat tex. Qui videt me, videt eum, qui miſit me. Nulla.n.creatura, quantumcunq; excellens, poteſt vere dicere: qui videt me, videt Deum Patrẽ. Manifeſtum quippe eſt, & ꝙ ens participatum remotiſſime diſtat ab ente per eſſentiam, tanquam finitum ab infinito, & quod tale ens.ſ.participatum finitumque eſt omnis creatura tum creata tum creabilis, Deus autem eſt ens per eſſentiam, ac infinitum. Conſtat vero ex terminorũ conſi deratione, quod cum finiti ad infinitum nulla ſit proportio, videre quantũcunque perfectiſſimo modo creaturam quamcunque nõ poteſt eſſe videre Deũ. Excellentiſſima certe omnium creaturarum eſt Angelus, & tamen nullus eorum, etiam ſi aſcendas ad primum beatorum Seraphim, videndo ſeipſum, aut aliũ angelum, videt Deum. 1.q. 12. ar. 2. 4. & q. 56.ar.3. eo modo, quo intelligitur in hoc Euangelico textu, quod eſt videre Deum abſolute ſimpliciter (nulla quippe limitatio ad viſionem ſecundum quid trahens hic ponitur:]& hoc eſt videre Deum per eſſentiam. Ratio autem dicti huius, ſcilicet, qui videt me, videt eum, qui miſit me, eſt illa, quæ ab ipſo Domino poſita eſt ſupra cap. 10. Ego in patre, & pater in me eſt. Quia enim eſſentia vtriuſque eſt eadem numero (id quod importat illud, Ego in pat.& pa.in m.e.) ideo impoſſibile eſt, videre filium per ſuam diuinam eſſentiam (ſic enim hic loquitur Chriſtus) & non ſimul videre patrem per eſſentiam. Porro ex hoc dicto Chriſti patet aliud, de quo inter quoſdam aliquando dubitatum eſt, An ſcilicet, de ratione beatitudinis æternæ ſit, videre diuinas perſonas realiter diſtinctas, dum ſimul videtur illarum vna tantum eſſentia. Hoc enim in loco ſoluit Dominus quæſtionẽ hanc, dum ait: Qui videt me, &c. Quid enim eſt hoc, niſi dicere, quod videns filij eſſentiam, quæ & patris eſt, videt ſimul perſonam filij non eſſe perſonam patris? Nam talis videt miſſum, & eum, qui miſit ipſum (vt dicitur in textu:) impoſſibile eſt autem cadere in mentem ſapientis, quod mittens aliquem ſit ille met perſonaliter, qui mittitur, licet eſſentialiter, cum eſſentia oppoſitionem ad inuicem non importet, poſſit eſſe. prima quæſt. 39. art. primo & ſecundo. Ergo perſonarum viſio de eſſentia beatitudinis eſt.

Beatitudinis obiectũ eſt eſſẽtia diuina, cũ diſtinctione ꝑſonarum.

EX ORDINE textuum, notificat nobis Dominus meritum directum fidei, & præmium ei directe correſpondens. Præmiſerat enim in textu. Qui credit in me &c. cui immediate ſubnectit, Qui videt me, &c. Cum autem hæ duæ ſententiæ abſque intermiſſione ſint prolatæ, recta ratio dictat, quod credere, & videre non accipiuntur hic pro eodẽ, ſed pro diuerſo ſenſu, ne fiat ibi ſuperfluitas, aut nugatio (quæ non decent tantum ſapientem, qui Chriſtus eſt. Igitur, ad horum expoſitionem dicamus. Credere eſt non apparentium, Hebr. vndecimo, videre eſt apparentium, ſeu (quod in idẽ redit credere eſt videre per ſpeculũ in ænigmate, videre eſt facie ad faciẽ, primo Corinth. decimotertio. & conſequenter credere eſt viatorum, videre eſt comprehenſorum, & ideo credere (ſi ſit ex charitate perfectum, vt in textu ſumitur) dicit meritum, videre autem dicit præmium. Quando igitur ſententiam illam de credulitate præmittit ſententiæ de viſione, declarat per hoc, quod perfectę fidei in via ſuccedit facialis viſio in patria, quod eſt oſtendere, meritum directum fidei eſſe, vt clare videat, quæ credidit, & hoc videre eſſe poſtea ei correſpondens præmium. Chriſtus ergo, dum dicit, Qui credit in me, & q videt me: proponit nobis ſeipſum & pro obiecto fidei, & pro obiecto beatitudinis. Vnde cum obiectum fidei ſit veritas prima, ſecunda ſecundæ, quæſt. prima, articulo primo, & obiectum noſtræ beatitudinis ſit ſummum bonum, prima quæſt. vigeſimaſexta, articulo 1. 3. in illis verbis oſtendit Chriſtus:

Chriſtᵘ eſt obiectũ fidei, beatitudinis, veritas prima ſũmũ bonũ, Deᵘ verus.

ſtus, quod ipſemet eſt & veritas prima, & ſummum bonum. Quia vero prima veritas, eſt Deus, qui ſolus etiam eſt ſummum bonum, ideo per vnamquamque illarum ſententiarum ſingillatim acceptarum affirmat Chriſtus, quod eſt verus Deus. Ac ſi dicat. Qui credit in me Deũ, &, qui videt me Deum. Porro, cum iſta duo ſint maxima bonorum omnium, quę poſſint homini ſiue in via, ſiue in patria, conſiderato a iuenire: non mirum, ſi Chriſtus talia dicens clamabat. Clamor ſiquidem vocis grauiſſimorum virorum, quorum abſque vlla proportione princeps eſt Chriſtus, connotat magnitudinem dicendorum, vt hic: vel etiam aliquid magnũ libertatis animi aut ad redarguendũ peccata, aut ad &c. (vt in alijs Euangelij locis per te ſtudendo videre potes.) Dixit: Siue in via, ſiue in patria. Quoniam homini viatori nullum maius bonum poteſt contingere, quam credere perfecte. i. fide viua, (hanc vocat Apoſtolus fidem., quæ per charitatẽ operatur Galat. 5.) in Chriſtum: quandoquidem per huiuſmodi fidem homo adhuc exiſtens corporaliter in terris ſupra ſe per ſpiritum fidei eleuatus, tanquam conciuis Angelorum futurus, conuerſatur in cœlis. In cuius ſignũ Apoſtolus omnium ſimilium, vt ſic, perſonam indutus dicebat, Philip. 3. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Talem porro homini animali ignotam, 1. Cor. 2. conuerſationem fieri per intellectus fidelis cogitationem, & voluntatis amore Dei feruentis auiditatem, docet Eccleſia, dum in cuiuſque ſancti Confeſſoris officio, ad eius magnam commendationem dicit: In hac peregrinatione ſolo corpore conſtitutus, cogitatione, & auiditate in illa ęterna patria conuerſatus eſt. Denique, quod homini in patria exiſtenti nullum maius bonum adeſſe poſſit, quam videre facie ad faciem Deum, nemo eſt verorũ Theologorum, qui dubitet, 1. 2. q. 3. art. 8. & 3. de Sacram Addition. q. 92. art. 1. 3. & B. Auguſtinus in lib. Meditationum, alloquendo cœleſtem Hieruſalem dicit: Iſcus de Deo, lux de luce, Sol iuſtitiæ, ſemper illuminat te, Agnus candidus, & immaculatus. Lucidum, & pulcherrimum eſt lumen tuum. Sol tuus, & claritas tua, & omne bonum tuum eſt huius pulcherrimi Regis indeficiens CONTEMPLATIO.

QVI CREDIT IN ME, non credit in me, &c.

DICEBAT concluſio, quod Chriſtus eſt homo, & hoc demonſtrat Euangeliſta ex tex. Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me. Nam hoc (iuxta B. Auguſtini ſenſum) dixit Dominus ad diſtinguendum in ſeipſo naturam humanam à diuina. Cum enim proprium obiectum fidei ſit Deus ſolus, 2. 2. quæſt. 1. art. 1. in Deum ſolum credere poſſumus (ſi proprie, vt hic fit, loquamur) & debemus, non autem in quantum libet excellentiſſimam creaturam: licet hanc, vel huic, credere poſſimus, 2. 2. q. 1. art. 9. ad quintum, & q. 2. art. 2. Quando ergo Chriſtus dicit, Qui credit in me, nõ credit ĩ me, duas in ſeipſo naturas explicat: ac ſi dicat. Qui credit in me Deum, non credit in me hominem. Requiritur enim, ſecundum præmiſſa, quod fides noſtra tendat in Chriſtum, quantum ad naturam increatam, quoniam ſic, & non ſecundum naturam humanam, eſt vltimus finis fidei noſtræ, id quod importat hic illa præpoſitio, In. Exponatur ergo ſic textus, Qui credit in me, ſcilicet in perſonã meam (nam ego, tu, Petrus, &c. dicũt perſonam, vt etiam in communi noſtra locutione patet) nõ credit in me, ideſt in hoc, quod video (quod eſt dicere: non credit in me, ſecundum quod homo ſum:) ſed credit in eum, qui miſit me, ideſt, ſed credit in me, ſecundum quod habeo relationem ad patrem, qui miſit me, ideſt, qui ab ęterno me generauit, & poſt in tempore, aſſumere naturã humanã me fecit (nam miſſio filij importat iſta duo, 1. q. 43. art. 1. 2. ad tertium,) hoc ergo eſt dicere, ſed credit in me, ſecundum quod ſuum Deus à patre & ſibi æqualis æternaliter genitus, & in mundum temporaliter miſſus. Ac ſi reaſſumendo breuibus, aperte dixerit. Qui credit in me, ideſt in meam perſonam, non credit in me, ſecundum quod ſum homo, ſed ſecũdum quod ſum Deus filius patri æqualis. Nam talis ſic credendo in me, credit in eum, qui miſit me. Ratio huius dicti eſt, quia natura relati- *Tanti eſt, tantiq; factũ dum eſt, filius quã ti pater eſt, & factũ dum eſt.*

nonum

uorum éa eſt (vt docet Philoſophus in prædicam.) quod ſunt ſimul intellectu, id eſt, quòd cognito vno cognoſcitur aliud, ſiue (ut ſtemus in propoſito) credito vno creditur aliud, & diſcredito vno diſcreditur aliud. Vnde legis frequenter ſimilia dicta in Euangelio importantia iſtud de correlatiuis nunc dictum: puta, Ioan. 15. Qui me odit, & patrem meum odit, item ibid. Viderunt, & oderunt me, & patrem meum, item Ioan. 5. Qui non honorificat filium non honorificat patrem, Item 14. Vt honorificetur pater in filio; Item 16. Solus non ſum, ſed pater mecum. ſ. vt pariter de vtroque idẽ ſit faciendũ iudiciũ & in amando, & in contemnendo, &c. Hoc eſt. Qui dicit, ſe amare me filium, & non amat patrem, aut etiam è conuerſo, Qui dicit, ſe amare patrem, & non amat me filium, mendax eſt. Item, Qui dicit, maximifacere patrem, & non maximifacit me filium, aut etiam è conuerſo &c. mendax eſt. Item, Qui dicit, ſe non contemnere patrem, & contemnit me filium, credere in patrem, & non credere in me filium, ſperare in patrem, & non ſperare in me filium, adorare patrem, & non adorare me filium, ſeruire patri, non autem æqualiter (quod hic vbique intelligitur,) ſeruire mihi filio, vel etiam è conuerſo: mendax eſt. Quare? Quia ego non ſolus, ſed pater mecum, Ioã. 16 Hoc eſt, ſecundum adaptationem ad ſenſum literalem præſentis tex. Qui credit in me, non credit in me ſolum, ſed credit etiam ſimul in patrem, qui miſit me.

EX præmiſſa tamen ſententiæ illius expoſitione, quæ B. Auguſtini virtualiter eſt, ne inferas illam, quæ B. Chryſoſtomi eſt ab ea aliquantulum quaſi è diametro, diſſonans, cum de natura humana mentionem non faciat, eſſe, tanquam falſam, reijciendam. Poteris quidem eam, tanquam non facientem ad propoſitum tuũ, id eſt ad probationem illius particulæ cõcluſionis, ſcilicet, quod Chriſtus eſt homo, relinquere, hoc eſt, eam non proſequi, nec tibi de ea pro nunc deſeruire, ſed nullo modo debes eam carpere de falſitate. Temerarium ſiquidem nimis eſt, homuncionem velle contendere cum gygãte, ſuem (vt aiunt) docere Mineruam, & ruſticanum intellectum (qualis eſt noſter reſpectu ſanctorũ Doctorũ) velle cẽſurã facere de intellectibus inter hoĩes excellentiſſimis: quales eorundem fuerunt: vt qui eſſent duplici lumine illuſtrati, vno, qua humano intellectu plurimum vigebant, altero, qua diuinum quid ſibi deſuper inſtillatum merito ſuæ ſanctitatis habebant. Hinc eſt, quod Sanctus Thomas, quamuis & ipſe celeberrimus Doctor, ceu exemplar nobis etiam in hac re cælitus datum, præ humilitate ſua nunquã dictorum a ſanctis cenſor acerbus eſſe voluit, ſed ſemper perſpicax, ſolers, ac pius, eorundem expoſitor fuit, (vt in tota doctrina ſua paſſim videre eſt.) Cæterum, ad eiuſdem B. Chryſoſtomi expoſitionem tranſeundo, dicimus: quod ſecundum illum, Dominus hoc, ſcilicet, Qui credit in me &c. dicit ad inſinuandam ſuam diuinam originem tantum, illo modo loquẽdi, quo aliquis hauriens de aqua fluminis diceret. Iſta aqua non eſt fluminis, ſed eſt fontis: intẽdens, quod non fluminis originaliter, ſed fontis ſit. Sic ergo Dominus dicit; Qui credit in me, nõ credit in me, ſed in eum, qui miſit me: ac ſi originem ſuam ſubtiliter connotando, dicat. Ego non ſum principium meiipſius. [Audis Pelagiane ſuperbe, qui facis te principium tuiipſius? vt ſupra in prioris concluſionis probation. ad longum:] ſed ille, qui miſit me, id eſt Pater eſt principium mei, quo ad diuinitatem, ſecũdum quam loquor dicendo; Qui credit in me, &c. Recta ergo fides, qua credere tenemur in Chriſtum, hic ab ipſo declaratur, quod ſcilicet, qui credit in eum, non debet credere in eum, tanquam in Deum innaſcibilem, ſed tanquam in Deum à Patrem natum, & poſtea ex eius obedientia incarnatum. Nam filius eo mittitur (inquit B. Gregorius) quo generatur, ſcilicet temporali generatione a matre Virgine, 1. q. 43. art. 2.

Superbũ ac temerarium eſt, ſanctorum dicta velle mordere. Quid ſi mordeas?

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET; Chriſtus eſt conceptus ſine peccato & legiſlator vniuerſalis demonſtratur ab Euangeliſta. Nam ex tex. Ego lux ueni in mundum conſtat, quod conceptus fuit ſine peccato. Ex eo

enim,

Primo. enim,quod quilibet alius homo concipitur in ventre matris ſuæ in peccato, iuxta Concil.Trident. ſeſſ.5.ſit,quod nullus aliorum hominum poteſt veraciter dicere,Ego in mundum veni lux,ſed è contrario,ſcilicet,Ego in mũdum veni tenebra, ideſt peccator, iuxta illud Epheſ.5. Eratis aliquando tenebræ. Erant quidem Apoſtoli lux mũdi,ſecundum vocem Chriſti,Matth.5. Nullus tamen ipſorum venit lux in mundum. Cum ergo Chriſtus dicat,Ego veni lux in mundum, reſtat clarum: quod ſe, ad differentiam cęterorum hominum, teſtatur conceptum fuiſſe in ventre Virginis matri ſuæ ſine peccato. Porro diſcretionem hanc ſignificat pronominis huius, Ego, expreſſio: quoniam ſecundum grammaticos,pronomen hoc, tanquam in verbo primæ perſonæ ſubintellectum à grauioribus authoribus apte ſubticetur, niſi cum diſcretio quædã, aut excellentia loquentis connotari debet. Adeo quod, quando huiuſmodi pronomen videris ab aliquo authore grauiſſimo exprimi:tunc dicas,Ego importat hic diſcretionem aut excellentiam quandam loquentis reſpectu aliorum. Quia igitur poterat Dominus ſine expreſſione pronominis dicere, Veni in mundum: ideo per eius expreſſionem dicẽs, Ego veni in mũdum, cõnotare eum ſui ad alios diſcretionem dicimus, vel excellentiam. Et re vera per hoc expreſſum hic deſignatur vtrũque. De diſcretione quidem deſignata dictum eſt iam: de excellentia vero patet:ſi explanetur textus (vt debet.) Ego tantus ſupra mundum videlicet exiſtens, illiuſque omnipotentiſſimus creator,conſeruator,& gubernator, &c.veni in mundum. Nec parum, imò in infinitum,hunc excellentiæ ſenſum iuuat interpretari pro luce eſſentiali illud nomen, lux: ac ſi Dominus dixiſſet, Ego lux per eſſentiam veni in mundum. Nam lux per eſſentiam idẽ eſt,quod Deus: Dei vero excellentia quãtaſcunque alias excellentias, etiam ſimul ſumptas, &, pluſquam re uera ſint, imaginabiles tranſcendit in infinitum, ita vt illæ omnes in comparatione ad excellentiam Dei nihil omnino, &(ſi ſic loqui liceat)minus,quam nihil, ſint. In hoc igitur loco iuxta hanc ſecundam expoſitionem,Chriſtus confitetur ſe eſſe Deum verum, appellando ſe lucem: ſicut & ſupra, cap.8. Ego ſum lux mundi,idipſum de ſe confeſſus fuerat, & Euangeliſta idem de illo ſignificauerat dicens, cap.1. Erat lux vera, ſcilicet per ſe. Solus enim Deus lux talis eſt. Non tamen inferas hinc, quod omnis alia lux ſit falſa, ſed quod nulla alia lux eſt vera per ſe. Quęcunque enim aliarũ vera eſt (vt Matth.5. Vos eſtis lux mundi, & Epheſ.5. Nunc autem lux in Domino)per participationem illius lucis vera eſt,non per eſſentiam propriam.Cęterum,ſi præmiſſarum duarum expoſitionum rationem gramaticalem ſcire velis: attende ad hoc nomen, lux, quomodo ſcilicet in conſtructione ordinetur. Si .n. à tergo verbi ponas illud dicendo, Ego veni lux, habes primam expoſitionem: ſi autem à fronte verbi, vt Ego lux veni,cõfeciſti ſecundam.

Regula vniuerſalis de Ego, & Tu quando exprimuntur, ꝙ importent duo.

Secundo. Ad excellentiã Dei oẽs aliæ nihil.

Secundo.

Ter hic monſtrat ſcriptum, Chriſtũ eſſe Deum.

RVRSVM. Ex tex. Qui ſpernit me & non accipit verba mea, habet,qui iudicet eum: ſermo,quem locutus ſum,ille iudicabit eum,ex hoc,inquam,tex.conſtat, quod Chriſtus eſt legiſlator vniuerſalis. Per hoc enim oſtenditur,quod eſt legiſlator vniuerſalis, per quod declaratur, ꝙ verba ſua habent vim legis, vtpote obligantem omnes ad ſeruandum ipſa,& punientem tranſgreſſores ipſorum. Conuertuntur ſiquidem duo hæc, ſcilicet iſte eſt legiſlator,& verba illius habet vim legis, vt inferre ex quauis parte ſic liceat. Eſt legiſlator, ergo verba eius habent vim legis: item verba eius habent vim legis,ergo eſt legiſlator. Porro vis legis, quæ in textu hoc exprimitur, eſt duplex, ſcilicet obligare auditores ad ſui obſeruantiam, & non obſeruatores ad pęnam. Qui ſpernit(inquit)me,& non accipit verba mea, ſcilicet corde credendo illa, & opere adimplendo,habet,qui iudicet,ideſt,qui puniat,ſeu puniendum oſtendat,eum: Ecce vis obligatoria reſpectu omnium, in cuius ſignum tranſgreſſores iudicandos,ideſt puniendos, dicit. Hinc ergo damnatã uides pro hæreſi poſitionem ignorantiæ plenã Melanchthonis, quã dicebat,Euãgelium non eſſe legem, iuxta ueram, & propriam rationem legis. Item illam Antinomorum dicentium, Euangelicos homines non obligari ad bona opera legis diuinæ. Proinde præmiſſus Euãgelij textus

Hęreſes dua damnantur.

Digitized by Google

tus monſtrat originem non accepţandi corde, & opere, verba Chriſti, quando ait; Qui ſpernit me, & non accip. verba mea. Ac ſi per ordinem texturæ huius, diceretur. Ideo particula hęc, Qui ſpernit me, præponitur ei, & non accipit verba mea, vt ſic oſtẽdatur, quod origo, ex qua quis ad non accepţandum verba Chriſti, ſeu (quod idem eſt) Euangelium, mouetur, eſt hæc, quod ille non appreciat (vt aiunt) Chriſtum i. non ęſtimat tanti, quãti re vera æſtimare tenetur; id quod eſt quædam paruipenſio, vilipenſio, atque contemptus. Et certe quiſquis ad experientiam quotidianam etiam in humanis aſpexerit; videbit; tanquam ab exemplo ſenſibili ductus, quam vera ſint illa, quæ de origine tranſgrediendi verba Chriſti textus ordo edocuit. Quare ad Summi Pontificis verba ſeruanda mouentur homines? Quare ad Imperatoris? Quare ad talis, vel talis, Regis, domini, dominij, principis &c.? Quia magnam æſtimationem habent de illis patronis: Quia grandem de illis conceptum retinent in mente propria: Quia illos non parui, nõ vili, ſed magni faciunt. In cuius quoque ſignum eſt, quod tanto magis alicuius ipſorum verba diligenter obſeruare curãt: quanto magis de illo, præ alijs, honorabilem æſtimationem &c. habent. Quod ſi aliquem patronorum ſpreuerint, contẽpſerint, paruifecerint, &c. videas illos paſſim abſque vlla temporis, vel loci differentia, abſque vllo fręno, verba etiam comminatoria &c. dominorum ſuorum tranſgredi, cõculcare, pro nihilo, vel quaſi, ducere &c. & (quod peius eſt) etiam cũ hoc de illorum legibus ridere, iocari &c. atque tandem aliquando (quod peſſimũ eſt) obſeruatores verborum, ſeu legum, eorundem ſubſannare, ac tanquam vilia quædam obſeruent, varijs modis vilificare.

Origo in obſeruandi leges, ſeu verba Dei, hominum, &c.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus eſt Saluator vniuerſalis demonſtratur ab Euangeliſta. Nam ex tex. ſed vt ſaluificem mundum, conſtat, quod ipſe eſt Saluator vniuerſalis. Saluificare enim mundũ eſt totius mundi eſſe Saluatorem. Tanto autẽ deſiderio ſaluandi homines, qui in mundo ſunt (ſic enim hic ſumitur mundus) ſe ardere inſinuat Dominus: vt ad hunc finem ſe veniſſe dicat. Nõ ueni, inquit; vt iudicem mundum, ſed ut ſaluificem mundum. Veni, ſcilicet nunc, hoc eſt, in primo meo aduentu: ueniam autem poſtea in ſecundo aduentu, non ut à peccatis ſaluificem mundum, ſed ut de peccatis iudicem mundum. De quo aduentu ſecundo mox ſequitur in tex. Qui ſpernit me. &cęt. hẽt qui iudicet eũ, ſermo, quẽ &c. iudicabit eum, ideſt ego, ut iudex, iudicabo, & ſermo, ut ſm cuius obſeruãtiã uel inobſeruãtiã, à me fiet ſentẽtia iudicabit. In quibus textibus nota ordinẽ aduentuum à Chriſto ſm magnitudinem miſericordię ſuæ factum. Nam ſi ſecundum quod merebamur nos, ordinaſſet illos: primo ueniſſet ad iudicandum, & condemnandum nos (Eramus enim natura omnes filij iræ, Eph. 2.) ſicque aduentus ſecundus, ſcilicet ad ſaluandum non fuiſſet datus, utpote qui non tantum fuiſſet non neceſſarius, ſed etiam inutilis, ac fruſtratorius (In inferno enim, quo per primum aduentum merito deſcendiſſemus omnes, nulla eſt redemptio, ut dicit Eccleſia.) Veni, inquit, ut ſaluificem mundum. Saluatione ſcilicet illa, de qua dicitur Iſai. 45. Iſrael ſaluatus eſt in Domino ſalute æterna. Porrò, ſe cauſam efficientem ſalutis mundi ſignificat dicendo, vt ſaluificem mundum, cum tamen talis ſalutis cauſam efficientem dixerit eſſe patrem, ibi cap. 3. vt ſaluetur (ſcilicet à Patre mittente) mundus per ipſum (ſcilicet filium miſſum) quoniam per hoc & docere voluit, ſe non eſſe minoris, ſed æqualis potentiæ in faciendo quæcunque magna. 1. q. 42. ar. 6. quando in tam maximo negocio, quale eſt ſaluare mundum, eſt ei ſecũdum poteſtatem coęqualis, & conſequenter oppoſitam opinionem, quę poſtea fuit Arrij, damnare pro hæreſi, & te, ſic pręmonendo, ac muniendo, præſeruare ab illa. Tanto magis autẽ neceſſarium fuit, quod Chriſtus ſe cauſam ſalutis efficientem, patrique coęqualem oſtenderet dicendo, Vt ſaluificem: quanto ex illa prępoſitione, Per, poſita in cap. 3. uidebatur error ille Arrianus aliquid

Chriſtus duos eſſe aduentus ſuos demõſtrat aperte.

Arrius dãnatur à Chriſto ſuſus.

aliquid fauoris habere. In huiuſmodi enim authoritatibus (vt etiam cap. 1. omnia per ipſum facta ſunt, item Rom 11. Per ipſum ſunt omnia) illam præpoſitionem, Per, dicere cauſam inſtrumentalem, contendebat Arrius: ac per hoc filiũ virtutem ſaluandi mundum habere à Patre, & conſequenter eſſe minorẽ Patre, atque ideo creaturam. Ad quod Arrij ſophiſma negamus, quod illa prępoſitio, Per, dicat hic inſtrumẽtalem cauſam, aut in aliqua ſimilium authoritatum. Quod autem multæ ſit ignorantiæ, ponere hanc ſemper dicere inſtrumentum, vide catholicæ veritatis propugnatorem egregium, Sanctum Thomam, 1. q. 36. art. 3. & ſuper Ioannẽ, cap. 1. ibi, Omnia per ipſum facta ſunt. Ad illud, filius teſtante illa præpoſitione, Per, habet virtutem ſaluandi à patre, reſpondendo concedimus, ſed negamus hinc ſequi, quod filius ſit minor patre, & ſit creatura. Ratio eſt: quia illam virtutẽ, quam filius habet à patre, dicimus non eſſe diuerſam, ſed vnam eſſe & numero eãdem cum illa, quam habet pater, quia virtus illa, & omnis alia Dei eſt realiter diuina eſſentia, quæ vtriuſque eadem penitus eſt, 1. q. 39. art. 2.

Catholicæ veritatis propugnator continuus eſt D. Thomas.

EX præſenti ergo ſententia, vt ſaluificem mundum, coaptata (vt oportebat) alteri, cap. 3. vt à patre ſaluetur mundus per filiũ, intelligere nos voluit Chriſtus: ſuam intentionem, voluntatem, ac opera diuina ad extra (cuiuſmodi eſt ſaluare mundum) eſſe indiuiſa cum Patre. Et hoc eſt quod poſtea ſacri theologi dicere conſueuerunt, ſcilicet, quod oĩa Trinitatis [nam patre, & filio vbique nominatis in ſimilibus, cointelligitur ſemper Spiritusſanctus] opera ad extra ſunt indiuiſa, ideſt omnibus perſonis diuinis æqualiter communia, 1. q. 45. art. 6. 7. & q. 43. art. 4. 7. Vt (inquit) ſaluificem mundum. Non dicit, ſingulas perſonas mundi: ſed mundũ, ſcilicet viſibilem. Ad cuius verificationẽ, & requiritur neceſſario, quod excludantur ab iſta ſaluatione omnes, ac ſinguli Angeli apoſtatici, ideſt diaboli, quandoquidem nõ ſunt de mundo viſibili, & ſufficit, quod multi homines, etſi non ſinguli, ſaluentur, ideſt ad gratiam Dei hic, & ad gloriam in futuro, actualiter perducãtur. Quia vero ſaluator Chriſtus dicitur in cõcluſione vniuerſalis, ideo ad hoc verificandum ſufficit, quod illi multi, quos actualiter ſaluandos diximus, ſint de omnibus partibus mũdi, ſ. Italia, Germania, Flandria, & cæt. de omnibus temporibus mundi, ſcilicet ab initio creationis mundi vſque in finem, de omni differentia perſonarum mundi, ſcilicet abſque exceptione ſexus, ætatis, conditionis &c. Hęc dicta ſint pro quanto poteſt exponi illud, ſaluificem, ſcilicet ſufficienter ſimul & efficienter (quæ efficientia conſiſtit in perducendo actualiter homines ad gratiam, & gloriam:) quoniam ſi exponeretur, Saluificẽ, ſcilicet ſufficienter tantum, non ſolum multi de mundo, ſed ſinguli, & ſi eſſent plures ſingillatim in immenſũ, ſaluati eſſe veraciter dicũtur. Nam mors Chriſti eſt ſufficientiſſima pro infinitis ſingularibus ſaluandis.

Nõ venit Chriſtus, vt ſaluificet diabolum.

NOTABIS denique, quod hæc tertia pars concluſionis, cum ſecunda præcedente, confirmantur ex Concilio Triden. ſeſſ. 6. Canone 21. his verbis. Si quis dixerit, Chriſtum Ieſum à Deo hominibus datum fuiſſe, vt redemptorem, cui fidant, non etiam, vt legiſlatorem, cui obediant, Anathema ſit. Hæc ibi.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus eſt verus Meſſias, demonſtratur ab Euangeliſta. Nã ex tex. Ego ex meipſo non ſum locutus, ſed qui &c. vſque ad, ſic loquor, conſtat, quod eſt verus Meſſias. Veram enim, & quæ ſola exprimitur Deuter. 18. conditionem Meſſiæ habet, ſecundum hanc Euangelij literam, & ita conformiter, vt vel illud Deuteronomij dictum videatur ab Euangelio, vel hoc ab illo, acceptum. Prophetam (inquit ibi) ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui. [Ecce Meſſias,] & ponã verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi. [Ecce cõditio adimplenda de Meſſia.] Porro conditionem hanc Chriſtus, & magis explicat, & de ſeipſo àd plenũ verficatam oſtendit. Ego (inquit) ex meipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me, Pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar. [Ecce conditio illa

pluribus

pluribus verbis explicata;] quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor. [Ecce conditionis illius plenaria adimpletio.] Patet autem apud omnes vere ſapientes: quod, quando aliquis mittendus, puta ſpecialis legatus à Papa ad Regem, deſcribitur Regi (ne erret in eius, inter alios, cognitione) habiturus talem, vel talem, conditionem, tunc Rex ad conditionem ſibi deſcriptam, alijs omiſſis, oculos totos intendit, & cum illam in aliquo ad ſe venientium deprehenderit, non dubius, ſed in ſuo iudicio certus dicit; Hic eſt ille ſpecialis legatus, quem Papa ſe ad me miſſurum promiſerat. Quod ſi ſic eſt (vt vere eſt.) Ergo Chriſtus eſt abſque vllo dubio Meſſias iſte verus, quem ſub ſpeciali conditione nobis (ne in eius, inter alios vêturos, cognitione erraremus) Deuteron. 18. Deus deſcripſerat, quoniam cõditionem illam ſpecialẽ perfecte habet. De ipſo enim, ſiue vt Deus, ſiue vt homo eſt, verificatur: quod verba omnia, quæ ad nos locutus eſt, poſita fuerunt à Patre in ore eius, & ab illo præcepta, vt annunciaret nobis. Hoc nanque totum veritas ipſa, quam mentiri impoſſibile omnino eſt, teſtatur de ſe per ſingula dicens: Ego ex meipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me, mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar, quæ ergo loquor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor. Vis adhuc ſingula ſingulis diſtinctius applicare? Ponã (inquiebat Pater) verba mea in ore eius: Mandatum (reſpondet Filius) mihi dedit Pater, quid dicam, & quid loquar. Loquetur (inquiebat pater) ad eos omnia, quæ præcepero illi: Quæ ego (reſpondet filius) loquor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor, & ex meipſo non ſum locutus. Vbi monſtrat filius, ſe adeo plene locutum fuiſſe omnia, quæ præceperat ei pater, Deuter. 18. vt etiam & eo modo illa locutus fuerit, quem in loquendo ſeruandum præceperat ei, & nihil neque quo ad res dicendas, neque quo ad modum dicendi, addiderit ex ſeipſo. [Quod vtique totum, ad noſtram doctrinam, eſt vera, & perfecta ex omni parte, obedientia Chriſti ad patrem, non tm̃ hic, ſed & vbique, nõ tm̃ in oibus locutionibus, ſed & in quibuſcunque alijs, intelligenda.] Hinc habes regulam vniuerſalem ad recte exponendum, atque perfecte, omnes ſcripturas de obedientia Chriſti tractantes, vt ſub exemplo dicamus ad illud, Philip. 2. Factus obediens vſque ad mortem, mortem autẽ Crucis. Obediens, ſcilicet non tantũ quo ad res iſtas, ſed etiam quo ad modum ipſarum, ſeu (quod in idem redit) non ſolũ quo ad quod mandati, ſed etiam quo ad ſicut. Hoc eſt, obediens fuit non tantum in ſuſtinendo mortem, & mortem tam ignominioſam, ſcilicet crucis, ſed etiã in modo ſuſtinendi illam, & talem, mortẽ, puta patienter, libenter, corde magno, & animo volenti, confuſione contempta, & cætera.

Exemplo quotidiano pbatur intentum.

Plena obedientia & rem mandatam, & modũ mãdati, ſeruat.

DIXIMVS ſupra circa medium, quod de Chriſto, ſiue ut Deus, ſiue ut homo eſt, uerificatur illud Deuter. 18. quod ipſe fatetur hic: quoniam D. Auguſtinus totam hanc ſententiã de Chriſto, ut Deo, exponit D. Chryſoſtomus autem de Chriſto, vt homine. Porro nullius illorum, cũ & Doctores, & ſancti ſint, reijcienda eſt expoſitio, ſed utriuſque, ut uera & reuerenter acceptanda, & diligenter ac pie, conſideranda, ac pertractanda [prout in ſimilibus nos uniuerſaliter debere ſic procedere, exemplo ſuo pluſquam laudabili, edocuit Sanctus Thomas, ut ſupra retulimus.] Memento quoque in huiuſmodi expoſitionibus, ubicunque fint, maxime ſanctorum, quod ſacra ſcriptura poteſt ſub una litera habere plures ſenſus literales, 1. q. 1. art. 10.

Mos laudabilis merito à nobis erga SS. ad imitationem Doctoris Angelici, ſeruãdus.

EGO EX MEIPSO non ſum locutus, &c.

PRO firmo, uniuerſali, ac ueriſſimo, quorumcunque ſimilium textuum, ut recte intelligantur, fundamento, aduertẽdum ſemper nobis eſt, quod Chriſtus, licet ſit uerus Deus, eſt tamen filius Dei, Eſſe autem filium Dei patris importat filiũ nihil penitus habere à ſemetipſo, ſed quicquid habet, habere à patre, quia ab eo habet per æternam generationem eſſẽtiã, 1. q. 42. art. 3. eſſentia autem diuina eſt realiter idem etiam quod perſona filij, 1. q. 39. art. 1. & quod magnitudo, bonitas, potentia, iuſtitia, & omnes perfectiones, 1. q. 3. art. 4. & q. 4. art. 2. & q. 13. art. 11. & q. 14. art. 4. & q. 42. art. 1. 2. 4. 6. ſimul pluribus illorum

Vtiliſſimũ fundamẽtũ pro intelligendis ſcripturis de Chriſto vt deo, tractantibus.

Digitized by Google

illorum articulorum conſideratis. Premiſſo fundamento ſic declarato ſtante ob oculos ſcripturas ſimiles legentis: ipſe non tantum abſque errore, ſed etiam abſque difficultate, intelliget illas. Exponamus ergo (quod ad cætera huiuſmodi ſit exemplar) ꝓpoſita Chriſti verba. Ego, ſcilicet vt Deus filius, non ſum locutus ex meipſo, ideſt vt ex meipſo habens loquelam, verba locutionis, aut virtutem loquendi. Nihil enim horum, licet ſim Deus, habeo à meipſo, ſed omnia à Patre, cum ſim ſuus filius, quoniam & ab illo eſſentiam diuinam habeo, non à meipſo. Non ergo poteſt Chriſtus, vt Deus, à ſeipſo facere quicquam Ioan. 5. cum tamen, vtpote omnipotens, poſſit omnia: quia eſt filius, cui repugnat facere aliquid, quantumcunque minimum à ſeipſo, licet eidem bene conueniat facere omnia. Ex patre igitur ipſum facere, &c. immo etiam potentiam faciendi, loquendi, cogitandi &c. habet, non ex ſeipſo, quia ex patre, non ex ſeipſo, natus eſt.

SED (inquit) qui miſit me pater, ſcilicet miſſione æterna, 1.q.43 artic. 2. quæ eſt ꝑ diuinã generationem, 1.q.37.art.2. ipſe dedit mihi mandatum, ideſt communicauit mihi eſſentiam, in qua ſunt rationes oĩum agẽdorum: (nã mandata nihil aliud ſunt, niſi rõnes agẽdorũ:) mãdatũ, inquam, cõtinens quid dicã. I. interius, & quid loquar, ſcilicet exterius (locutionis enim verbum verum, vt etiam in nobis patet, procedit ab interiori, ideſt profert ea, quæ mens ſuggerit, ſeu dictat.) Nulli proinde dubium eſt, quod eſſentia diuina ſit naturaliter vita æterna in ſummo beatitudinis conſiſtens, 1.q.26.art.1.4. & ideo ſubditur in tex. Scio, quia mandatũ eius vita æterna eſt. His textibus ſic bene (vt oportuit) gloſſatis, & intellectis, facillimum eſt excludere duos errores, qui ex ignorantia quorundam has Chriſti ſententias praue intelligentium procedebant. Primus horum fuit. Mandans eſt maior illo, cui mandat. Pater ergo, qui ſecundum hunc textum mandat, eſt maior filio, cui mandatur. Reſpondetur enim huic erranti negando antecedens, quo negato tota argumentatio ruit. Ideo autem, ſecundũ prædeclarata, falſum eſt antecedens, quia mandans, & cui mandat, non diſtinguuntur eſſentialiter ab inuicem. Pater enim & filius ſunt vnum numero eſſentialiter, 1.q.39.art.2. Non ergo antecedens illud, quod verificatur ſolum in eſſentialiter diſtinctis, eſt ad propoſitum de quo loquebamur, tantum abeſt, vt aliquid veri concludat contra nos. Secundus illorum error fuit. Illud, quod datur alicui, non habebatur ab eo, antequam ſibi daretur, & per conſequens iſte neſciebat illud. Ergo, ſi pater dat mandatum filio, ſequitur, quod filius quandoq; non habuerit illud, & per conſequens, quandoque illud ignorauerit. Ergo aliquid cognitionis eſt poſtea filio additũ. Ergo filius non eſt verus Deus, cum ſemper omnia ſcire, ita, vt nihil cognitionis ei poſſit addi, conueniat Deo vero, 1.q 9. art. 1. & q.14.art.4.9.12.15. Reſpondetur huic erranti, quod antecedens non eſt uerum, niſi in his, quæ alicui dantur in tempore, & quod ideo non eſt ad propoſitũ. Nam mandatum illud non in tempore, ſed ab æterno datum eſt filio, quoniam ab æterno filius accepit eſſentiam diuinam, quæ eſt illud mandatum, à patre generante, 1.q.42.art.2. cum ergo illud antecedens ſit extra propoſitum, oportet, ꝙ totũ argumentationis reſiduũ, vtpote ab ipſo antecedente dependẽs, nihil veri cõcludat, ſimulq; vagetur extra ꝓpoſitum.

Duo errores ex mala tex intelligentia naſi extinguuntur.

CONCLUDENS tamen ſuum ſermonem Chriſtus, vt Deus, inquit: Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor. Hoc eſt. Illa, quę per os humanum loquor, & modũ, quo loquor à patre eſſentiam diuinam, in qua ſunt omnia, communicãte mihi, didici. Ita, quod & loquor ſolum ea, quæ pater mihi dixit, & ſic, ideſt eo modo eadem loquor, ſicut ideſt, quo modo ipſe mihi dixit. Doctrina igitur Chriſti tota, & modus docendi illam (puta clamando cum ſuauitate arguendo, &c. Miraculis eam confirmãdo, &c.) eſt à filio ante omnia ſecula accepta à patre ſic ipſum docente, quoniam dicere patris ad filium eſt generare illum, &, propterea audire filij à patre, eſt ab ipſo generari, iuxta illud Pſal. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, 1.q.34.art.1. & q.42.art. 6. Euangelium igitur, cum ſit doctrina Chriſti, eſt velut quædam impreſſio eſſentię diuinæ,

Euãgeliũ quid ſit, & cur æternum.

næ, inquantum ſcientia eſt, quod, licet ab æterno filius ipſe à patre per generationem acceperit (quapropter, ſaluis alijs catholicorum expoſitionibus, dicitur in Apocal. 14. Euangelium æternum) idem tamen in fine ſeculorum ille per verba humanitatis aſſumptæ nos edocere dignatus eſt. Quo in ſenſu & ad diſcipulos dicebat Ioan. 15. Quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Ergo Euangelium Chriſti, eſt etiam patris, immo & totius Trinitatis, licet Chriſto ſpecialiter attribuatur, tanquam immediate corporaliter loquenti, & tanquam ei, de quo principaliter, & vita, & mors, & dicta, & geſta, & facta, & paſſiones, & gloriæ, & cæt. narrantur. Vnde ſicut de Euangelio, patri illud aſcribens, dicebat Apoſtolus, Hebræ. 1. Locutus eſt nobis in filio, ita propter vnitatem eſſentiæ vtriuſque cointelligitur tunc attribuiſſe illud etiam Spirituiſancto.

Euangelium cur totius Trinitatis, & cur ſpecialiter Chriſti.

EX MEIPSO
Non ſum &c.

HÆC eadem ſententia (vt ſupra dicebatur) vſque in finem poteſt etiam recte intelligi ſecundum ſenſum literalē de Chriſto, vt homo eſt, & quidem facilius. Ego (inquit) ſcilicet ſecundum quod homo, non ſum locutus ex meipſo, ſcilicet originaliter. Per quam ſententiam & puræ veritatis, & ſanctæ humilitatis, plenam demōſtrat Chriſtus à fortiori, quod nullus aliorum hominum habet ex ſeipſo vim bonum loquendi, propterea nec cogitandi. (Nam omnis locutio prudentum, qualis erat Chriſti, præſupponit cogitationem loquentis,) quoniam alioqui poneretur in hominibus origo propriæ ſalutis, & per hoc conſtituerentur homines in maiori virtute, quam Chriſtus, cum ipſe ſe talem virtutem non habuiſſe dicat hic ad literam. Superbiæ igitur Chriſto è directo oppoſitæ, & conſequenter falſitatem magnam continentis, eſt: hominem, quantumcunque aliàs in literis, & bonis moribus grandem, arrogare ſibi, aut etiam alicui cæterorum, minimum quid originis ad propriam ſalutem. Nullum enim habere de ſuo aliquid boni declarat in hoc textu Chriſtus, & ſub exemplo quidem propriæ perſonæ ſecundum humanitatem. Condemnat ergo Pelagianos à ſeipſo præuiſos, & valde inuiſos, qui ſuperbiam hanc maledictam pro initio totius ſuę ſalutis ponebant, dicentes. Nos, cum naturaliter ſimus libero arbitrio donati, poſſumus, ſi volumus, abſque alio Dei auxilio nos præueniente cōuerti ad bonum ex arbitrij noſtri liberi facultate naturali. Qua origine bona à nobis ex nobis data, Deoque poſtmodū oblata; Deus ſubſequenter ſupple id quo perfecte ducimur ad ſalutem. Patet enim ex eorum poſitione hic narrata, quod ipſi non ſolum boni aliquid de ſuo homines habere dicebant (quod manifeſte hic deſtruxit Chriſtus,) ſed etiam illud boni ſtatuunt præuenire, tanquam principium ſalutis, auxilium ſpeciale diuinum (quod eſt contra ſcripturas à Concilio interpretatas,) & ad huius boni oblationem Deo factam Deum nobis propitium reddi affirmant, vtpote qui (ut aiunt) ſuppleat ſubſequenter id, quod ex nobis non poteramus, ſcilicet id, quo perfecte ducimur ad ſalutem (quod eſt contra Iacobum Apoſtolum, & Auguſtinū.) Quid in cauſa præmiſſa dicit Trident. Concilium? Verbis his ſcripturas contra Pelagianos interpretatur, ſeſſ. ſexta, capite quinto, dicens. In ſacris literis cum dicitur; Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos, libertatis noſtræ admonemur: Cum reſpondemus; Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, Dei nos gratia præueniri confitemur. Hæc ibi. Vbi aperti ſſime legenti totum illud capitulum patet, quod loquitur de gratia ſpeciali. (Hæc a Theologis Scholaſticis vocatur, Auxilium gratuitum Dei ſpeciale:) quoniam per totum fit ſermo de exordio iuſtificationis; de motione ad iuſtificationem, de aſſentire, vel non aſſentire Deo uocanti ad ipſam. Conſtat autem apud omnes etiam tenuiter in Theologia ſacra verſatos, quod iuſtificatio, cum ſit opus Dei maximum, prima ſecundæ, quæſtione centeſimadecimàtertia, articulo nono, prærequirit auxilium ſpeciale diuinum, maxime, ſi de facto ſit ſubſecutura; in quo ſenſu ad literam loquitur Cōcilium, cum poſt, Conuerte nos, ſubinferat,

Tria mala cōtinet Pelagianorum hereticalis poſitio.

Ee miſerat,

inferat, & conuertemur. Hæc omnia ex terminis ſuis clara ſunt, ita ut qui auxilium commune ſufficere, & ſpeciale non requiri neceſſario, ad iuſtificationem diceret: ille ſibijpſi (ultra ignorantiam terminorum nimis craſſam) occluderet uiam, qua, auxilium Dei ſpeciale poni, poſſet inuenire. Si enim ad maximi operis diuini, quod eſt iuſtificatio, executionem non requiritur neceſſario auxilium ſpeciale, nunquid ad minoris, aut minimi operis Dei executionem requiretur? Nonne hoc eſſet omnia dicere eſſe improportionata, id quod eſt intolerabile etiam auditu, maxime in operibus ſuperioris gradus ad naturalia? In talibus ſiquidem, ut quæ ſint ſupra naturam, oportet omnia eſſe magis ordinata, & proportionata, quam in naturalibus, ideoque magis de illis, quam de iſtis uerificari illud Rom. 13. Quæcunq; à Deo ſunt, ordinata ſunt.

QVID IN CAVSA præmiſſa Pelagianorum dicunt, (vt ſupra tangebatur) Sancti Iacobus, & Auguſtinus? ille, capite quarto. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Iſte, in Regula, Superbia etiam bonis operibus inſidiatur, ut pereant. Ex his ad ſupradicta Pelagiana applicatis conſtat totum contrarium eius, quod ipſi dicebant. Si enim ſuperbis DEVS non dat gratiam, ſed reſiſtit: vtique ad illius originis, ſecundum eos, de ſuo bonæ ideoque ſecundum ueritatem ſuperbæ oblationem DEO factam non dabit ipſe gratiam ad ſupplementum operis ſubſequentem, ſed ualde iratus eorundem conatibus Luciferinis (nam & Lucifer per bona de ſuo facta, tanquam Pelagij exemplar, volebat fieri beatus, prima quæſtione ſexageſimatertia, articulo tertio,) reſiſtet per pœnam ſuperbiæ ultricem. Rurſum. Si bonis etiam, quæ ſecundum rei ueritatem bona ſunt, operibus ſuperbia inſidiatur, ut pereant: quomodo non magis oblationibus in ueritate malis (cuiuſmodi eſt illius eorum originis oblatio) inſidiabitur: vt hoc modo pereant, ideſt vt à Deo cum magna indignatione repellantur, & in profundum fœcis lacum ſuperbis deputatum proijciantur?

SED QVI (ait Euangelij textus) Miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit. Ac ſi legatus ab aliquo Principe ad aliquos diceret eis. Ergo uobis non ſum ex meipſo locutus, ſed qui miſit me Princeps ad uos, mandauit mihi, ut hæc dicerem. Ergo doctrina Chriſti ad nos per myſterium incarnationis miſſi tota, ideſt Euangelium eſt ab ipſo in nomine patris ideſt ex mandato patris ipſum mittentis, ſeu (quod in idem redit) ex obedientia eius ad patrem, factum. Et nota, quod ideo mentionem facit mandati, cum de ſua ad nos locutione tractat, ut etiam hinc agnoſcas, quod ſermo ſuus, ideſt Euangelium habet vim mandati, ſeu (quod idem eſt.) propriam rationem legis, hoc eſt in conſcientia obligans omnes (nam toti mundo datum eſt, ad differentiam legis veteris, prima ſecundæ, quæſtione nonageſimaoctaua, articulo quarto, quinto,) ad ſui obſeruantiam, premians ſibi obedientes, & puniens inobedientes. Cætera textus de ſe patent.

Exēplum.

Euāgeliū eſt lex propriè dicta.

Veruntamen unum denique diligenter aduertas, quod ſi præſentium textualium ſententiarum expoſitionibus ambobus, maxime illa, quæ de Chriſto, ut Deo, eſt, agas contra Pelagianorum ſuperbam mentem: incomporrabilis nimium apparebit aurium Chriſtiani cuiuſque (dummodo terminos poſitionum apprehendat) ineffabiliter offenſiua. Quis enim pius ferat audire, & quantum offendatur audiendo explicare, quod CHRISTO Deo affirmante, ſe à ſemetipſo nihil poſſe (ut & Ioan. quinto, habetur.) Pelagianum quempiam è contra inſurgentem dicere, ſe purum hominem, CHRISTO incomparabiliter inferiorem à ſemetipſo aliquid boni poſse? Quis ſapiens, & intelliget hæc?

Contunditur arrogantia Pelagiana, vndique, & vehementer.

QVINTA PARS
Concluſionis.

SCILICET, CHRISTVS requirit à nobis non ſolum fidem, ſed etiam receſsum à peccatis, & cuſtodiam omnium mandatorum eius perſeuerantem:

tem: demonſtratur ab Euangeliſta. Nam ex tex. Veni, vt omnis, qui credit in me, non maneat in tenebris, vſque ad, non iudico eum. Nam, quod à nobis requirat fidem, ſed non ſolam, patet ex eo, quod dicit, ſe ueniſſe ad hoc, vt & omnis credat in eum, & omnis credens in eum, nō man. &c. Quilibet enim, vel mediocriter doctus, videt, textum hunc explicite ſimplicem, continere implicite duas expoſitiuas, & ideo ſic exponi debere: Veni, ut omnis, qui credit in me, non &c. ideſt, vt omnis credat in me. [Vult enim omnes homines ad agnitionem veritatis venire, 1. Timoth. ſecundo.] & vt omnis credens in me non maneat in &cæt. Venit igitur per incarnationis myſterium ad inquirendum à nobis. Primò, vt corde uero credamus in eum; ſecundo, ut ſciamus, quod hæc ſola fides non ſufficit ad ſalutem. Nam ſi ipſe contentaretur de ſola fide noſtra, dixiſſet; veni, vt omnis qui credit in me, maneat ſic, ideſt perſeueret in tali fide ſua nihil vlterius faciens.

Solam fidem habētes nō poſſe ſaluari, docet Chriſtus.

Cum ergo poſt credit in me, ſubiunxerit, non maneat in &cæt. clarum nobis reliquit, quod ſola fides non facit ſimpliciter gratum Deo, & per hoc damnauit illam fantaſiam Lutheri, & Simonis magi, ſcilicet, quod illa ſola ſufficit, ad ſalutem. Hinc enim patet, quod principium viæ, qua peruenitur ad ſalutem, eſt vera Chriſti fides. Vnde grandis ignorantiæ eſt argumentum dicere, ſolam ipſam ſaluare nos poſſe. Idem namque eſt hoc, ac ſi diceretur, quod principium viæ eſt tota uia, cuius terminus eſt ſalus. Et quis (niſi totaliter cum Luthero deſipiens) concipiat unquam hanc ſtultitiam, ſenſui quoque aduerſam, quod ſcilicet principium uiæ ſit tota uia ſeu (quod in idem reddit) attingat totius viæ terminum?

QVOD AVTEM (ut habet alia concluſionis particula) requirat Chriſtus à nobis receſſum à peccatis, patet ex eo, quod dicit ſe ueniſſe, ut non maneamus in tenebris, ſcilicet ſpiritualibus. Hæ ſiquidem ſunt peccata, quoniam ipſa tenent animæ noſtræ, ne uideant, quæ ei pro ſua ſalute uidenda eſſent. Sed dicent quis. Nonne fide purificantur corda noſtra Actu 15. & ex conſequenti per eam tolluntur peccata, id quod eſt, nos per fidem non manere in tenebris? Mox igitur, quod quis credit, non manet in tenebris. Cur ergo, tanquam poſt credulitatem reſtent adhuc tenebræ, dicitur in tex. vt credens non maneat in tenebris? Reſpon. Duplicis ſenſus, & vtriuſque ueri, capax eſt præſens tex. vt qui credit non maneat in peccatis. Primo illum, quem dixit ex Actu 15. facta obiectio, quod ſimul tempore cum aliquis credit in Chriſtum, non manet in peccatorum tenebris ſed fide purificatur ab eis. Secundo illum, quem potius concluſio capituli ſecuta eſt, quod ſcilicet credens, qui iam per fidem (ut dictum eſt) emundatus eſt à peccatis, poſtea ſuccedente tempore non maneat in peccatis. Porro hunc ſecundum ſenſum in concluſione capituli ſecuti ſumus, quaſi magis hunc habuiſſe tūc Chriſtus uidetur, quam primum vt contextus docet. Quid habes in antecedente cōtextu? Quod ex principibus credentes in eū non audebant præ timore Phariſæorum confiteri ſuam fidem. Hoc autem non cōfiteri fidem erat eis peccatum, quia tunc neceſſitas confitendi illam aderat tum propter honorem, cum uiderēt eū à Phariſæis multipliciter vituperari, tum ſalutem proximorum cum ſcirent turbas in ſeipſos, tanquam in ſpeculum cui uiſo ſe ſe adaptarent, proſpicere. Ex argumento etiam Phariſæorum apparet hoc idem ſcilicet, quod tūc erat caſus neceſſitatis principibus confitendæ fidei, & conſequēter, quod principes tunc ex illa taciturnitate incurrebant peccatum, in quo poſtmodū propter gloriam hominum (ut dicit textus, non amittendam ſilendo, manebant. Argumentum Phariſæorum ex principibus aſſumptum ad ſeducendos alios, & contra fidem Chriſti, quod erat? Reſpon. Supra capit. 7. Nunquid aliquis ex principibus credit in eum?

Ad hos igitur principes tam inordinato timore preſſos, & propterea in peccatorum tenebris manentes Chriſtus intentionem ſuam dirigebat, dum ſubſequenter poſt illud factum principum tanquam eos redarguens, eiſdemque errantibus bonam viam oſtendens dixit, veni, ut omnis, qui credit in me, non maneat in tenebris. Hoc eſt. Vt tempore

Vltra fidē neceſſaria eſt etiam cōfeſſio, vt docet Chriſtus i tex.

Ee 2 neceſ-

Chriſtus cũ fide bona vult ĩt bonos mores .i. fidẽ nos cõgrua deuotione ſectari.

neceſſitatis credulitatem ſuam, quam corde tenet in me, non abſcondat (ut uos facitis,) ſed confiteatur ore: &, à ſimili, ut non maneat in alijs quibuſcunque peccatis, ſed toto conatu ſuo recedat ab eis. Damnat igitur Dominus per hunc tex. Veni &cæt. omnes illas poſitiones tanquam hęreſes, quibus multi poſtea ſeduxerunt populos multos dicendo, quod fidem habentes, etiam ſi aliàs peccauerint, in eiſque perſeuerent, ſaluabuntur.

SI QVIS AVDIERIT, &c. Et non &c.

PARTICVLA illius quintæ partis vltima, ſcilicet cuſtodiam omniũ mandatorum eius perſeuerantem, patet conſideranti diligenter illum tex. Si quis audierit verba mea, & non cuſtodierit, ego non iudico eum. Hanc enim ſententiam ſubnectit Dominus ſententiæ de fide tractanti, vt patet legenti cõtextum. Vnde ex tali ordine datur nobis intelligi, quod à fidelibus ſuis requirit Chriſtus cuſtodiam omnium mandatorum ipſius perſeuerãtem. Manifeſtum ergo per hoc relinquit nobis, quod fideles ſui, ſi talem cuſtodiam non habuerint, non ſaluabuntur vnquam, 3. de Sacramen. Addition. q. 99. artic. 4. Aliud quoque per idem nobis aperte intelligendum relinquit, ſcilicet, quod fides vertitur in damnum fideliũ, ſi non conformauerint vitam ſuam fidei, cuſtodiendo videlicet omnia, quæ fides eſſe cuſtodienda dictat. Hæc autem quę ſunt? Illa mandata omnia, quę Chriſtus nobis obſeruanda prędicauit. Vnde hoc totum exprimens in textu dicit: ſi quis audierit, auditu ſcilicet fidei per interiorem cõſenſum receptiuo, verba mea, & non cuſtodierit, executione, ſcilicet operis exterius: ego non iudico eum ſcilicet in hoc meo aduentu primo. Vbi implicite monſtrat, quod ipſemet iudicabit eum in ſuo aduentu ſecundo: immò & commonſtrat, quod ſuum non iudicare, ideſt non condemnare eum nunc erit tunc illius nõ cuſtodientis (ſi perſeuerauerit in tali nõ cuſtodia) maius iudicium, ideſt maior condemnatio. Quanto enim magis differt punitionem eius, qui meretur puniri, tanto acerbius eundem, ſi interim non ſe emendauerit, puniet. Ratio eſt, quia iſta dilatione punitionis, quę pro magna Dei miſericordia (ſicuti re vera eſt) computatur, abutitur ipſe peccator per hoc, quod in tanto temporis ſpatio ſe non emendat. Quod ſi in tali tempore ſibi pro pœnitẽtia dato obduretur magis in peccatis, eaque multiplicet? Et hoc totum ipſius abuſionis malum eſt illud, quod Apoſtolus peccatori expectato, ſed non emendato, improperabat dicens Rom. ſecundo. An diuitias bonitatis eius, & patientię, & longanimitatis contemnis? Ignoras: quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuã, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die irę, & iuſti iudicij Dei? Quando igitur Chriſtus contra non cuſtodientes verba ſua dicit, Ego non iudico eum: tale eſt tandem, ac ſi comminatorie ipſis non emendatis diceret; Ego acerbe iudicabo eum. Et quando? In nouiſſimo die, ſiue cuiuſque vitę ſingularis, ſiue totius ſeculi. Tam ergo auide à nobis Dominus cuſtodiam mandatorum ſuorum requirere ſe demonſtrat, vt contra non habentes illam, iraſcatur valde magnas pœnas eis comminatus per oppoſitum, ſcilicet. Ego non iudico eum, deſignatas. Ex hoc igitur effectu nos deuenire vult in cognitionem ſui interioris affectus, quod ſcilicet multum ardenter deſiderat à nobis cuſtodiam omnium mandatorum ſuorum perſeuerantem uſque in finem.

Ab oppoſitis cognoſcuntur multa, & interiora.

VIDEO PER DECLARATA ex textu, dicet quis, quod Dominus à nobis vult omnino cuſtodiam quorumcunque mandatorum ſuorum, ſed non video adhuc in textu illud, quod dixit concluſio, perſeuerantem. Vnde ergo habes hoc nomen, perſeuerantem? Si enim de tuo capite, & non de textu eſt, iam ab intento, quod uniuerſaliter profiteris, concluſiones videlicet non niſi ex textibus accipere, deficis, tanquam ſenſum Euangelij literalem, quem ibi exponendum à principio decreuiſti non proſequens. Reſpond. Nomen illud, Perſeuerantem, non eſt de meo, ſed de

Intẽtio authoris in a. b. c. Euãgeliorũ cõcluſionib.

textus

Digitized by Google

textu, quo ſit, vt ab incœpto profeſſionis prædictæ non diſcedam. Veruntamen eſſe de textu contingit multis modis ſcilicet implicite, explicite, in verbis, in ſenſu uerborum; Directe, indirecte, ſeu per oppoſitum ſubintellectum (vt diximus nunc exponentes; Ego non iudico eum.) Ad rem igitur. Hoc nomen, Perſeuerantem, eſt de textu, quo ad ſenſum verborum ibi expreſſorum. Si quis (inquit) audierit verba mea, & non cuſtodierit ea. Ecce: exprimitur, verba mea. Porro per hoc, verba mea, non intelliguntur illa tantum, quæ Dominus tunc actualiter dicebat, ſed etiam omnia alia quandocũque à ſeipſo & dicta & dicenda. Quod autem ſenſus verus illorum, verba mea, ſit iſte, quem dicimus, conſtat ex eiuſdem dicto illo Matth. 28. Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis. En, quod illud, verba mea, extenditur ad omnia mandata Chriſti. Inter cætera uerò mandata eius eſt, quod debemus perſeuerare in bono, ſi ſaluari volumus, id quod ipſe per modum enunciationis diffinitiuæ expreſſit, tum negatiue per metaphoram Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei, tum affirmatiue per apertas literas Matth. 10. 24. Qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. Particula ergo illa concluſionis, perſeuerantem, implicite continet, vſque in finem, & hoc intelligendum eſt ſic, ſcilicet vſque in finem incluſiue. De quo uide ibidem in Matth. expoſitione.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus eſt Deus, uide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis, &c. definitum eſſe, in Elucidationibus, 3. de Sal. articulorum numero 17. 107. 42. 189. 297. Quod ipſe ſit homo, uide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationib. 3. de Sal. articulorum, numero 36. 86. 7. 189. 171. 184. 190. 195. Quod Chriſtus ſit vniuerſalis Saluator, vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus, 3. de Sal. articulorum, numero 2. 247. 268. & 3. de Sacram. Addition. articulorum, numero 332. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterẽ Leuitic. 16. concl. 8 Quod Chriſtus eſt legiſlator uniuerſalis, ſeu (quod in idem redit,) quod eius Euangelium de quo vniuerſaliter dixit Matth. 28. Docete omnes gentes, eſt lex ſecundum veram, & propriam rationem legis, vide &c in Elucidationibus, 1. 2. art. num. 483. Vnde Euangelij profeſſores obligantur ab faciendum bona opera legis (contra Antinomos,) vide ibid Et Veritates aureas ſuper &c. Deuteron. 8. concluſ. 5. Quod Chriſtus eſt verus Meſſias (contra Iudæos) poſt quem nullus alius remanet expectãdus, vide &cæt. in Elucidationibus, 3 de Sal. articulorum, numero 262. Item Veritates aureas ſuper &c. Deuter. 18. concl. 6. vbi pulcherrimas conditiones Meſſiæ ex illo Deuter. loco deſcriptas videbis, & conclu. 7. 8. 9. Meſſiam à modernis Iudęis expectatum, id eſt Antichriſtum depictũ conſpicies. Quod, vltra fidem, requiruntur neceſsario opera, id eſt receſsus à peccatis, & obſeruatio mandatorum Dei, vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationib. pri. par. articulorum num. 4. & 1. 2. artic. num. 602. & 2 2. artic. numero 110. 517 & 3. de Sacram. Addition. articulorum, numero 442. Confirmat ergo particulã concluſionis iſtam condemnatio hæreſis Lutheri dicentis, fidem habenti nullum flagitium, nullum ſcelus imputatur, itemq; fides ſi ſit firma, & fixa, qualiacũque ſint opera hominis, ſemper certus erit de ſua ſalute, vide huius damnationem ex Concilijs, ſcripturis, & c. in Elucid. pri. par. articulorum num. 437. Item in Veritatibus aureis ſuper &c. Geneſ. 17. concl. 5. & Leuit. 4. concl. 6. & cap. 11. concl 7 & ca. 15. concl. 4. & Numer. 14 concl. 9. & Deute. 7. concl. 1. Quod hęreticũ eſt dicere, Gratos ſe eſse Deo per Chriſtũ, hoĩes debere credere, quãtũlibet impure, & ſcelerate viuant, quodq; huius contrarium, (quod cõfirmat vltima concluſionis particulã.) eſt catholicũ, vide ex ſacroſ. &c. in Elucid. 1. 2. arti. nu. 600. & 3. de Sacram Addit. 56. Item in Veritatibus aureis &cæt. Geneſ. 17. concluſio. 5. & Leuit 11. concluſ. ſeptima, & cap decimoquinto, concluſ. 4. & Deuter. 29. concluſio. 5. Quod erroneum

in fide eſt dicere, quod Deus à nobis nihil aliud requirat, niſi vt ipſum ſolum cognoſcamus, quodque ex conſequenti huius contrarium (quod eſt in confirmationem vltimæ concluſionis particulæ) eſt catholicum: vide ex ſacroſanctis &cæt. in Elucidationibus pri. par. articulorum, numero 4. & 2. 2. articulorum, numero 242. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 2. concluſ. 6. & cap. 4. concluſ. 10. & cap. 17. concl. 5. item, Numer. 11. concl. 2. & Deuter. 11. conclu. 1.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. XII.

VT ſermo Iſaiæ impleretur, quem dixit. Domine quis credidit auditui noſtro?] Hoc ipſe Propheta dicit, cap. 53. Vbi raritatem credentium, non autem nullitatem, per interrogandi modum prænunciat. Sicut & Chriſtus non quidem nullitatem, ſed raritatem, eodem modo prædicit Luc. 18. Filius hominis veniens, putas, inueniet fidem in terra? Quaſi vtrobique dicatur. Aliqui credent, ſed tã pauci reſpectu incredulorum, vt vix vllus, videatur. Auditui (inquit) noſtro. i. verbis noſtris prophetalibus, quæ de natiuitate, & paſſione tua, Domine, te loquente audiuimus. [Totum enim capitulum illud tractat de his.] Vbi notandum, ꝙ ſub ſua perſona Prophetas alios omnes comprehendens dicit vniuerſaliter ſe, & alios audire prophetias. Quis, inquit, credidit auditui noſtro? id eſt prophetijs à te auditis, eaſque illis, ceu per auditum à te habitas, nobis annunciantibus? Ideo autem Prophetas dicit audire ſuas prophetias, ſcilicet à Deo reuelante: vt per hoc inſinuet modum illuminationis prophetarum. Porro, cognitionem immediate de re viſa accipit homo per viſum, ſed per auditum non habetur immediate cognitio a re audita, ſed mediate, videlicet ab aliquo ſigno illius rei. Quia igitur prophetæ non uidebant immediate diuinam eſſentiam, ſed quædam ſigna ſeu ſimilitudines diuinorum, ſecunda ſecundæ, quæſtio. 171. art. 1. 2. (ſecundum quod intelligitur illud Iſai. 6. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum &c. Viſio Iſaiæ, Hieremiæ, Nahum, Amos, &c. & alia ſimilia:] ideo Prophetæ dicuntur audire prophetias ſuas. Vnde & expreſſius declarat Iſaias, quid ſignificet per hoc, Auditui, dicens, cap. 51. Quę audiui à Domino exercituum, Deo Iſrael, annunciaui vobis. Tanti ergo valet, Auditui noſtro, quanti valet, illis, quæ audiuimus.

Cur prophetę dicãtur audire prophetias ſuas, cum dicat viſio Iſaię, Ezechiel, Hieremię, &c.

AD intelligendum recte hanc voculam, vt, videndus eſt contextus immediate præcedens, qui eſt, cum tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum. Vt ſerm. Iſaiæ &c. Nunquid dictum Iſaiæ fuit cauſa vt iſti non crederent? Abſit. Nec enim Deus præuidens incredulitatem illorum, nec ſermo Prophetæ præuiſionem illam explicans, potuit eſſe cauſa infidelitatis ipſorum, quandoquidem Deum, à quo omnes huiuſmodi prophetiæ ſunt, poſſe eſſe cauſam directe, vel indirecte, peccati, impoſſibile omnino eſt, 1. q. 19. art. 9. & 1. 2. q. 79. art. 1. Relinquitur ergo, quod illa vocula, vt, non ſumatur hic cauſaliter, ſed conſecutiue, id eſt, ꝙ non cauſet, ſed tantum ſignificet, euentũ futurum. Non enim ideo iſti non credebant, quia Iſaias ipſos non credituros prędixerat, ſed quia nõ erant credituri, ideo Iſaias hoc prædixit. Vnde poſtea ſequitur, quod ex iſtis non credentibus. i. ex eo quod iſti non credunt, propheticus Iſaiæ ſermo impleatur. Sic etiam de alijs quibuſcunque prophetijs, quo ad conſecutionẽ impletionis illarum [iuxta illud Luc. 24. Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt, & ita, vt Matth. 5. nec iota unum aut vnus apex prętereat, quin impleatur] intelligendum eſt. Regula ergo hinc habetur vniuerſaliter, & ad bene accipiendum voculam, vt, in prophetijs huiuſmodi (videlicet Mar. 14. ſed, vt impleantur ſcripturæ, & Ioan. 19. Facta ſunt hæc: vt ſcriptura impleretur; Os non comminuetis ex eo, & alibi millies,] & ad recte declarandum tales conſecutiones, quomodo, ſcilicet intelligi debeant. Vt (inquit) ſermo Iſaiæ impleretur. Hoc modo loquendi frequentiſſime ſcriptura vtitur (ut patet diſcurrenti per Euangelia,) cũ narrat alicuius rei euentum, vt & nobis ad memoriam ſæpius reducat id, quod valde neceſſarium eſt credere, & incredulitatem aliquorum circa hoc manifeſtius condemnet. Quid hoc eſt tam neceſſarium

Præſcientia Dei, qua videt aliquem peccaturũ, nõ eſt cauſa, quod ille peccet.

Vniuerſalis regula ad intelligentiã prophetiarũ, &c.

ceſſarium & vt credatur, & vt eius contrarium condemnetur? Quod Deus habet prouidentiam de omnibus rebus, quátumcunque minimis, 1. quæſt. 22. art 2. & q. 103. art. 5. Vnde & nihil poteſt contingere unquam in mundo, quod Deus non præſcierit, 1. quæſt. 14. art. 13. ac ſua ineffabili prouidentia, ſi bonum eſt, non cauſauerit, 1. quæſt. 14. art 8. ſi autem malum culpæ, non permiſerit ſimulque ad finẽ bonum ordinauerit, 1. quęſt. 14. art. 10. & quæſt. 19 art. 9. ad tertium, & quæſt. 22. art. 2. ad ſecundum (Vt mox de incredulitate Iudæorum, & perſecutionibus tyrannorum patebit, quæ mala ad multa bona ſunt ordinata à Deo, ſcilicet ad ſcripturarum impletionem, ad ſuæ veracitatis teſtificationem &c)

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. XII.

NON credebant in eum: vt ſermo Iſaiæ impleretur.] Textus huius ſeries dubitationis magnæ eſt occaſio. Si enim ſermo ab Iſaia prænunciatus erat neceſſario, ideſt infallibiliter, implendus (ut textus in ſenſu dicit:) ſtatim uidetur, quod Iudæi ſint excuſabiles de eo, quod non crediderunt. Non enim poterant facere contra prophetiam. Oportebat ſiquidem, impleri ſcripturam hãc propheticam, quæ non fuiſſet impleta, niſi Iudęi non credidiſſent. Vnde etiam vlterius videntur bene feciſſe non credendo, ideoque de hoc ſuo non credere commendandi, quoniam, ſic faciendo & adimpleuerunt ſcripturam, & conſequenter teſtificati ſunt omnibus, Deum in ſuis dictis eſſe ueracem. Quod ſi (per impoſſibile) credidiſſent: nec prophetia fuiſſet impleta, nec Deus apparuiſſet uerax in dictis ſuis. Reſpon. Magnum vtique dubium, & tanto magis reputandum, diligentiuſque ſecundum rei veritatem ſoluendum, quanto in fauorem omnium peccantium, immaniterque ſceleratorum, militare poteſt, ſi factis ipſorum ſingulariter applicetur, [id quod eſſet & laudare peccatores, iniquoſque benedicere, in deſiderijs ſuis Pſalmo nono, & iuſtitiæ Dei, qui ſecundum illa opera peccantium eos punit, detrahere uehemẽter.] Vt, ſi ſub aliorum exemplo, de Iuda traditore ſceleſtiſſimo dicamus. A Deo, quem nihil latet, etiam antequam fiat, 1. quęſt. 14. artic. 9. fuerat ab æterno præcognitum, quod Iudas erat Chriſtũ traditurus in tempore, & hanc Dei præcognitionem neceſſe erat adimpleri (cum Dei ſcientiam fruſtrari, impoſſibile ſit, 1. q. 14. artic. 9. ad ſecundum:) ergo Iudas, cũ tradendo Chriſtum & adimpleuerit illam Dei præcognitionem, & per conſequens teſtificatus fuerit Deum in illa cognitione fuiſſe ueracem, videtur eſſe de traditione iſta excuſabilis, atque etiam commendabilis. Porro ſicut hæc de Iuda concluſio eſt proculdubio deteſtabiliſſima, & falſiſſima, ſic & prædicta de Iudæis incredulis, & de cæteris peccatoribus concluſiones ſunt deteſtabiliſſimæ, & falſiſſimæ. Ideo neceſſarium omnino eſt, quod in ipſarum concluſionum præmiſſis ſit aliquis veritatis defectus. Et hoc eſt, quod nunc oſtendere debemus, & inquirimus. Primum igitur pro reſponſio- *Primo.*
ne inchoanda, notandum, ꝙ aduerſarij in ſuo dubio bene, licet contra ſeipſas loqui noluerint, poſuerunt illud aduerbium ſtatim. Hoc enim ſignum eſt oſtenſiuum leuitatis eorum, quod ſcilicet ipſi ad pauca & quidem ſuperficietenus tantum, reſpexerunt, quando ex eorundem reſpectu in dubitationem illam uolentes aliqualiter declinarunt. Quod vt verum manifeſtius appareat, formaliter per ſingula reſpondeamus. Sermo Iſaiæ (dicebant) de incredulitate illorum Iudæorum, erat infallibiliter implendus: ergo Iudæi illi de hoc, quod non crediderunt, ſunt excuſabiles.
Reſpon. Negatur conſequentia. Ratio ne- *Reſpon.*
gationis eſt, quia antecedens debet explicari plene, non autem diminute (ut ſit.) Tunc namque, ſcilicet facta eius plena explicatione, quæ debetur, apparebit manifeſte totum contrarium, uidelicet, quod Iudæi illi ſunt, & inexcuſabiles, & ualde accuſabiles. Antecedens plene explicandum eſt hoc. Sermo Iſaiæ de incredulitate eorum erat infallibiliter implendus eo modo, quo per ſpiritum prophetiæ præuiderat ipſorum incredulitatẽ Iſaias. Quo aũt modo futurã

eorum incredulitatem præuiderit, patet cõſiderantibus, quod Deus, à quo eſt omnis prophetia, 2. Petr. 1. videt ab æterno non tantum res omnes, antequam fiant, ſed etiam modos illarum, quibus fiũt, puta modo neceſſario, vel contingenti, vel libero. 1. q. 14. ar. 13. & q. 22. ar. 4. ad primum. Ita quod res futuræ à mille annis, & plus, vidit ab ęterno in earum præſentialitate, non vt in cauſis ſuis tantum, ſed vt ſunt in ſeipſis. Ratio eſt: quia æternitas, qua Dei cognitio menſuratur, tota ſimul exiſtens ambit totum tempus 1. q. 10. ar. 1. 4. ideoque omnẽ rem in tempore quocunque fiendam, Deus oculo æternitatis ante omnia ſecula vidit eſſe factã, prout actu eſt in ſeipſa, prima quæſt. 14. artic. 13. corp.

Omnis prophetia eſt implenda, vſq; ad vnum apicẽ Luc. 16. intelligitur & quo ad rem prophetatã, et quo ad modum rei.

SICVT ergo res quælibet eſſe actu in ſeipſa videbitur ab hominibus in tempore hoc, vel illo futuris, ita à Deo viſa fuit ab æterno, vtputa, me actualiter ſcribentem hodie 12. Nouemb. 1600. tali modo, ſcilicet libero, voluntario, libenter, ex ſuperiorum meorum obedientia, in remiſſionem peccatorum meorum, ad gloriam ſancti nominis Dei, ad exaltationem fidei catholicę in toto mundo, ad extirpationem hæreſum vſque ad vltimas radices, & ad omnes alios fines ab obedientia ſancta, cui nunc (vt præfertur) militio, intentos; Deus ab æterno vidit perfectiſſima cognitione omnes illos modos ſimpliciter vſque ad vnum comprehendente prima quęſt. 14. artic. 6. & 9. Vidit ergo Deus me omnibus illis modis veſtitum actualiter ſcribere ante oculos ſuos: antequam in tempore ante oculos meos ſcriberem. Nam ſcriptura hęc mea cum omnibus modis ſeu circunſtantijs ſuis, fuit Deo præſens ab æterno: quæ tamen erat mihi futura ſolum in tempore illo. 12. Nouemb. &c. Egomet, priuſquam eſſem apud meipſum, eram ante Deum (nam cognitio æternitatis ambit omne tempus, vt ſupra,) & ideo non mirum, ſi ego apud illum ſcribebam, antequam apud me ſentiens ſcriberem. Iam igitur ſcripſi, quod nunc ſcribo, & cum omninibus quidem modis, ſeu conditionibus ſupradictis: quoniam non alia, & aliæ, ſed vna & eadem ſcriptura eſt, quam feci iam in æternitatis viſione, & quam facio nunc in tempore ſupradicto. Vnde propheta regalis tanquam concludens, ideoque cõfirmans, hęc omnia dixit Domino, Pſal. 89. Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præterijt. Locos Doctoris Angelici ſupra citatos melius penetrabis, ſi ibid. videris Elucidationes. Id quod alibi etiam facias ſemper.

Omnia apud Deum à nobis facta ſunt, q̃ poſt in tẽpore facturi ſumus.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. XII.

CVM tanta ſigna feciſſet coram eis, non &c.] Ecce modus, quem dicebamus debuiſſe poni in antecedente dubij ſupradicti, explicatur tanquam in radice ab Euangeliſta dicente, cum tanta ſigna feciſſet coram eis, &c. Quid modi importat radix iſta? Duritiam magnam, voluntariamque cæcitatem, & obſtinatã infidelitatẽ. Vnde ſi modus ille in antecedente illo exprimatur: apparebit ſubito conſequentiã illã, dè Iudæis merito fuiſſe negatam, vtpote quod inde non tantũ non ſint excuſabiles, ſed ẽt (ut ſupra tetigimus) maxime accuſabiles. Reformetur ergo magis explicitè illud antecedens, ſic. Sermo Iſaię de incredulitate illorũ Iudæorum erat implendus eo modo, quo per ſpiritum prophetiæ ipſorum incredulitatẽ præuiderat Iſaias. 1. 1. a, ꝙ eorũ incredulitas ex maxima cordis duritia, ex voluntaria cecitate mentis ex obſtinatione animi ſuperbiſſimi procederet. Modũ hunc peſſimum, tanquam formam incredulitatis Iudaicę, p̃uidiſſe Iſaiã prophetam ſcimus ex eo, ꝙ poſtea in tempore, quo illi Iudæi actualiter viuebant, fuerunt increduli ſic, id eſt iſto modo (vt tangitur in textu) Dictum etenim eſt ſupra, quod res præuiſa cum ſuo modo futura in tempore eadem eſt ei, quæ poſt in tẽpore fiet, (ſeu quod in idem redit) non alio, ſed eodem penitus modo fiet, quo fienda pręuiſum eſt, immo etiam quo iam apud oculos Dei prorſus infallibiles facta ſunt. Sic igitur ſtante, & intellecto antecedente illo patet facillime falſitas conſequentię. Quis enim diceret vnquam (niſi totaliter deſipiat,) quod

Hoc modo etiã intelligitur id, Rom. 4. Vocat ea, quæ non ſunt, tãquã ea, quæ ſunt.

incre-

incredulitas aliquorum ex maxima cordis duritia, ex voluntaria mentis cęcitate, ex ſuperbiſſimi animi obſtinatione, ꝓcedens inferre poſſit, illos incredulos inde, ideſt ex illis tribus modis reddi excuſabiles? Imo dicet ſapiens: quod neceſſario inferretur, eos inde reddi maxime accuſabiles. Cæterum ad conſequentiæ illius probationem, ſ. Non poterant facere contra prophetiam; reſpondetur, qđ nihil probat. Ideo enim non poterant facere contra prophetiam, quia antequã prophetia fieret, ipſi iam fecerant ante Dei oculos illud, quod poſtea prophetia expreſſit, non autem quia (vt ſumit obijciens) prophetia, tanquam prius facta, conſtringeret eos ad ſic faciendum. Dictũ eſt enim ſupra [& ſemper in omnibus huiuſcemodi prophetijs diligenter attendendum eſt:] quod non ideo illi Iudæi non credebant, quia Iſaias id prędixerat, ſed quia non erant credituri, ideo Iſaias prædixit. Sibijpſis ergo re vera imputare debent, non autem prophetiæ, quod non poſſint facere contra illam: cum illimet dederint cauſam prophetæ ſic de eis prophetandi, non autem propheta prędicendo dederit eis cauſam ſic faciendi. Quod ſi dicatur ſtante prophetia, futuri erant infallibiliter increduli: ergo prophetia vel totaliter abſtulit, vel aliqualiter conſtrinxit eorum libertatem. Reſpondetur, quod ſtante prophetia, futuri erant infallibiliter, libero ſuo arbitrio ſic faciente increduli: non autem infallibiliter per aliquam coactionem libertatis. Sic ergo ponitur, non tollitur libertas. Ad aliud item, quod obijciens ſubiungit, ſcilicet Prophetia non fuiſſet impleta, niſi Iudæi non credidiſſent, ſcilicet in tempore illo: reſpondetur concedendo, ſed nihil inde contra veritatem præmiſſorum habetur (vt faciliimè patet conſideranti.) Quinimo veritatem illam confirmaſſet obijciens, ſi illi ſuæ propoſitioni præiunxiſſet hanc (vt debuerat,) ſcilicet Prophetia non fuiſſet facta, niſi prius Iudæi non credidiſſent in oculis æternitatis.

Semper, et vbiq; memorandũ.

Tertio. Reſpon.

Quarto. AD aliud in eadem obiectione ſubiunctũ. ſ. Videntur benefeciſſe non credendo, & ideo de hoc ſuo non credere commendandi. *Reſpon.* Reſpon. negando, omnino, & quod benefecerint non credẽdo; & quod de ſuo non credere commendandi ſint. Ad huius negati probationem, ſcilicet. Quoniam ſic faciendo, & ſcripturã adimpleuerunt, & conſequenter Deum in ſuis dictis eſſe veracem teſtificati ſunt. *Quinto.* ℞. Vera, dicuntur: ſed nihil illius negati ex his probatur. Ratio eſt: quia hoc totum, ſcilicet adimplere ſcripturam, & Deum eſſe veracem teſtificari, ſic faciendo; non fuit de intentione, ſed præter intentionem ipſorum. Nam de eo, quod eſt præter intentionem ſuam, nullus laudari debet: alioquin & Tyranni eſſent commẽdandi tum ex eo, quod perſequendo Eccleſiam adimpleuerunt ſcripturam [In mundo preſſuram habebitis. Ioan. 16. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Luc. 21.] ideoque in dictis ſuis Chriſtum eſſe veracem teſtificati ſunt, tum ex eo, quod occidendo Chriſti martyres, ad cœleſtem patriã cum triumpho eos coronandos tranſmiſerunt. Sicut ergo prædicti Tyranni de tanto bono præter eorum intentionem ad facta ſua conſecuto non fuerunt laudandi, nec tantum bonum fecit, quod propter malum ab eis de ſua intentione factum, ideſt perſequi Eccleſiam, non vituperarentur iuſte, & in inferno damnarentur: ita Iudæi prædicti de tanto bono prę ter intentionem eorum ad incredulitatem ſuam conſecuto [ſcilicet impletione ſcripturæ, & quod Deus in dictis ſuis ſit verax teſtificatione] non ſunt laudandi: nec tantum bonum facit, quod propter malum ab eis de ſua intentione factum, ſcilicet infidelitatem, non vituperentur iuſte, & ad infernum damnentur.

Reſpon.

Bona præter intentionem facta non ſunt bona ſic facienti.

ANNOTATIO QVARTA, Cap. XII.

NON credebant: Vt &c.] Hoc ad Iudæorum illorum incredulitatem conſecutum, ſcilicet implere ſermonem Iſaiæ, fuit ſecundum præmiſſa, præter intentionem ipſorum. Quantum autem derifibilitatis, & falſitatis contineat argumentatio ex iis, quæ ſunt præter intentionem [Hæc ſub alijs verbis dicuntur, ꝙ ſunt per accidens] demonſtrauit

iam

iam Apoſtolus, dicens, Rom. 3. Si iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commẽdat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus qui infert iram? (ſecundum hominem dico.) Abſit. Et iterum ſi veritas Dei in meo mẽdacio abundauit in gloriam ipſius, quid adhuc & ego, tanquam peccator iudicor? Aiunt quidam, faciamus mala, vt veniant bona. Quorum damnatio iuſta eſt. Et Rurſum, poſtquam dixerat cap. 5. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia; ſequitur in cap. 6. Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Abſit. Ac ſi ad omnia huiuſmodi reſpondeat dicens. Argumenta hæc quattuor ſunt plurimũ deriſibilia, & falſitatis plena [ideo & ſecundum hominẽ, dixi:] quoniam in his, quę præter intentionem rei ſunt, fundantur, & ex his inferre contendunt ea, quæ argutijs ſuis cõcludunt. De primo patet. Nam, quod iniquitas noſtra commendet iuſtitiam Dei, non eſt de intentione, ſeu (quod, in taliũ propoſito, idem eſt) de natura, ſeu inclinatione iniquitatis; quoniam iniquitas, vt iniquitas, impugnat iuſtitiam Dei. Quapropter, quod iuſtitiam ipſius commendet, eſt præter, imo & contra intentionẽ ſeu naturam iniquitatis, ſed hocipſum iniquitati accidit, ſic faciente Deo, cuius bonitatis, ſimulque omnipotentiæ, eſt ex quocunque malo etiam culpæ, elicere bonum. Prima igitur argumentatio ſuper hoc fundata, & ex hoc procedẽs, ſcilicet. Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert irã? Nihil valet: niſi ad deridendum inſaniã taliter arguentis; ſic etiam dicito de reliquis tribus. Quod enim mendacium noſtrum ſit in abundantiam veritatis Dei, et gloriæ, non eſt de intentione, ſeu natura mendacij, &c. vt ſupra. ſecunda igitur argumentatio, &c. ſcilicet. Quid adhuc & ego, tanquã pec. iudicor? nihil valet; &c. Item. Quod ex factis malis veniant bona non eſt de intentione factorum malorum [cum malum, vt malum trahat ſemper ad aliud malum] imo eſt contra intentionẽ, ideſt naturam, mali &c. vt ſupra. Tertia igitur propoſitio, ſ. faciamus mala, vt veniant bona, nihil valet, &c. Denique. Quod vbi abundauit peccatum ſuperabundet, & gratia, non eſt de intentione, imo contra intentionem, ideſt naturam, peccati &c. ſed ex maxima bonitate Dei ex tam abundanti peccato elicientis, virtute ſua omnipotente ſuperabundantem gratiam. [Exemplum de eodem Apoſtolo de Maria Magdalena, &c.] Quarta igitur argumentatio, ſcilicet Manebimus in pec. vt gratia abundet? Nihil valet, ſed maxime deridenda eſt. Ad propoſitum ergo noſtrum illud principale ex textu hoc Euangelico motum hæc applicando, concludendum omnino eſt, quod tales obiectiones ab illo dubitante allatę ſunt propter ſimilem de intentione rationem non tantum falſitatis plenæ, ſed maxime deridendæ, vt puerilia ludibria, & diabolicæ illuſiones.

Quam deriſibile, & vanum ſit arguere ex per accidens, vide hic.

Ex quolibet modo elicit bonum Deus prouidentia, etiam peccatorum.

Sexto.

AD aliud ibi dictum, ſcilicet. Quod ſi (per impoſſibile) crediḍiſſent, tunc nec prophetia fuiſſet impleta, nec Deus apparuiſſet per eos verax in illis dictis ſuis. Reſp. Cõceduntur oĩa ſed nihil inde habetur contra præmiſſorũ veritatem. Et bene additũ eſt ibi; Per impoſſibile. Nã impoſſibile non quidem abſolute, ſed ex ſuppoſitione, erat, quod illi Iudæi crederent. Suppoſitio autem hæc erat, non ꝙ amiſiſſent liberum arbitrium, ſed quod increduli libere fuerant, antequam prophetia de eis ſic fieret, ideſt antequã per prophetiam Iſaias eos in tempore futuros eſſe incredulos enarraret. [Ex ſupra declaratis veritas horum omnium patet: ideo ad illa recurre.] Notiſſimum proinde eſt: impoſſibile eſſe, quod præterita non fuerint. Cum itaque iſti Iudæi ante oculos æternitatis, ſecundum quorũ cognitionem (quod monſtrat verbum Iſaiæ, Credidit) prophetia menſuratur, fuerint increduli non coactitie, ſed libere; per voluntatem, ſcilicet libera ſua actione repudiantem credere Chriſto etiã miraculis viſis coram ſe ab eo in confirmationem doctrinæ ſuæ factis, neceſſario ex iſta veritate (vt oportet) præſuppoſita ſequitur, quod impoſſibile poſtea illis iam in ſeipſis actualiter viuẽtibus fuit vitare incredulitatem. Secundum quem veritatis ſenſum, & non aliter ſequitur in tex. Propterea non poterant credere: quia iterum, &c. [& talem ſenſum verũ memorare ſemper in ſimilibus ſcripturarum paſſibus debes cõtra quoſdam ignorantiſſime ex hoc tex. & ſimilibus, vel negantes

gantes liberum hominis arbitrium, vel dicentes ipſum paſſiue tantum, vtpote à Deo coactum, concurrere ad faciendum bonum, & malum. Ponunt ſiquidem hi neſcij, ſuam inſcientiam velantes hoc textu, quod Deus per prouidentiam ſuam, quam prophetiæ dari efficaciter probãt, imponat neceſſitatem rebus prouiſis. Cõtra illud à fideliſsimo catholicę Eccleſiæ Doctore D. Thoma determinatum 1. q. 22. art. 4. & q. 23. art. 6.] Ineuitabiliter ergo liberè actione ſua voluntaria fecerũt poſtea in tempore idipſum, quod antequam naſcerentur actualiter in ſeipſis fecerant in æternitate. Non quod ipſi, antequam eſſent in hoc mundo, fuerint in ęternitate, ibique operati ſint (vt hæreſis dicit teſte, B. Hieronymo ſup illud, Hierem. 1. Priuſquam te formarem in vtero, noui te:) ſed quia quicquid illi, & quicunque alij facturi erant in tempore ſuo, totum hoc perfectiſſime vidit Deus ab ęterno. Ita quod illamet, & non alia, actio eſt quam aliqui faciunt hodie, quamquã nõ prius cognoſcunt homines, quam hodie, & quam vidit ab æterno Deus eos facere hodie. Semel tantum fit illa actio, & hodie, ſed videtur à duobus, & ideo non ſemel. A quibus duobus? A Deo, & ab homine, ſed a Deo ab æterno, ab homine in tempore: quoniã æternitas, cui cognitio diuina commenſuratur, ambit totum tempus (ac ſi vaſculum cõtineatur, & vndique ſecundum totum ſuum eſſe circundetur, à vaſe maximo,) cognitio autem hominis ſenſitiua, à qua & intellectiua ortum habet, fit ſecundum hic, & nunc. Quare actio ſemel tantum facta videtur non ſemel? Quia ſemel videtur à Deo: & poſtea ab homine ſemel. Sicut ergo Socratis libere ſedere eligentis, & libere ſedentis vna, & eadem ſeſſio eſt neceſſaria, ideſt infallibiliter exiſtens, dum video ipſum ſedere, licet illa ſeſſio abſolute, ſecundum ſe conſiderata non ſit ineuitabilis, ſed cõtingens: ita vna, & eadẽ actio libero meo arbitrio hodie facta eſt neceſſaria, ideſt infallibiliter exiſtens, dum videtur à Deo ſic preſentialiter fieri, licet mea actio illa abſolute conſiderata non ſit ineuitabilis, ſed contingens. Quia vero Deus ab æterno videt illam actionem à me præſentialiter (quò ad oculos ſuos) fieri libere, & quod ſemel videt, ſemper actu videt: ideo ego, cum vadens per viam huius temporis venero ad illam horam, in qua ipſe ſic, & ſic operari me ab æterno vidit, non potero non operari libere; actionem illam ſic, & ſiç, quemadmodum me operantem viderat Deus libere ergo me operari non contraponetur huic, quod dico ineuitabiliter operari, immo ſtabit neceſſario cum illo (alioquin illa viſio Dei fruſtraretur, quod eſt omnino impoſſibile:) quoniam neceſſarium eſt me operari eo modo, quo à Deo viſus fueram operari, & ab eo (ſecundum præmiſſa ſuppoſita) tunc viſus fui operari libere.

Eadẽ actio, hodie fit ab homine, q̃ fuit ab æterno preſens oculis Dei.

Exemplũ notabile.

ADHVC vlterius. Si vidit me Deus operari (non dico operaturum, quia præſentialiter ei, licet non præſentialiter mihi operabar) in gratia ſua, & bene vti mediante illa libero arbitrio meo, cum perſeuerantia libera vſque in finem, & operis, & vitæ meę: tunc ego ineuitabiliter libere & acceptabo gratiam ipſius Dei, & bene vtar mediante gratia libero arbitrio meo, & cum ipſa libere perſeuerabo vſque in finem non tantum operis illius, ſed etiam vitæ meæ. Clara ſunt hæc omnia, nec difficilia captu, ex ſupra ſecundũ rei veritatem declaratis. Habes hinc denique apertam concordantiam infallibilitatis prædeſtinationis, & gratiæ, cum libero arbitrio hominis. Hæc pro neceſſitate expoſitionis plenariæ textus Euangelij huius dicta ſunt.

Libertas hominis cũ gratia, & infallibilitate prædeſtinationis.

ANNOTATIO QVINTA Cap. XII.

QVIS credidit auditui noſtro?] Mirũ, quod Iſaias, qui tot annis præceſſerat iſtos Iudæos, de quibus dicit Euangelicus tex. Nõ credebant in eum, loqueretur ſpecialiter de iſtis etiam, & in præterito quidẽ, credidit. Si dixiſſet, credet, non tantam videnti, quod de iſtorum Iudæorum cętu futuro loquebatur, admirationis occaſionem dediſſet. Aduertendũ igitur eſt, ex hoc verbo, credidit (vt ſupra tangebamus,) quod prophetæ locutionem ſuam menſurabant ſecundũ lumen diuinũ, in quo ea, de quibus prophetare debuiſſent, videbant. Huiuſmodi

vero

vero lumen erat participatio quædã æternitatis in præcognoſcendo illa, quæ poſtea Spirituſancto inſpirati locuturi erãt. Et quia ante oculos æternitatis mille anni ſunt tanquam dies heſterna, quæ præterijt, Pſal. 89. ideo futura, ac ſi præterita fuiſſent, prænunciabant. Id quod ad maximam quoque rei ſic prænunciatæ certitudinem faciebat: tãquam per talem loquendi formam tacite dixiſſent. Rem futuram, de qua ſic, & ſic, prophetamus, modo iſto ſucceſſuram adeo certum eſt, ſicut certum eſt, præterita fuiſſe. Vnde & ſicut impoſſibile eſt, præterita non fuiſſe, ita res non ſic futuras, quemadmodũ per prophetiam annunciamus, impoſſibile eſt. [Valent hæc ad intelligentiam præmiſſorum de præuiſione diuinã omnium rerũ ab æterno, & illa præmiſſa viciſſim iuuant iſta de prophetarum locutionib.]

Cur futura ſub præterito prophetæ annũciant.

Voluit autem Deus, prophetas de futuris, præcipuè maioris inter cætera ponderis exiſtentibus, loqui ſub forma præteriti, vt talibus prophetijs faciliorem & certiorem fidem adhiberemus, tanquam futurum in præterito ſpeculantes. Et quare voluit hoc Deus? Quia bonus eſt, & inde ſalutem noſtram, quę fundamẽtaliter in fide conſiſtit, amat. Hinc eſt, quod ea, quę ſalutis noſtræ potiora myſteria ſunt, in præterito ſæpius apud prophetas legis. Vt, Natiuitas Chriſti, crucifixio eius, mors, reſurrectio, & miſſio Spirituſſancti in ſpecie ignis ſuper Apoſtolos [ad faciendum ſcilicet illos miniſtros ardentes, tanquam flamma ignis, totum mundum, vt in cineres ſuorum priorum delictorum per contritionem redactus verteretur poſtea in nouam creaturam, Galat. 6.] noſtram ſalutem, ſi credantur, vt oportet, concernunt maxime: ideoque in præterito de his legitur in prophetis multo ante illa ...ura exiſtentibus. De natiuitate qui...i, Iſai. 9. Paruulus natus eſt nobis. De ...cifixione autem, Pſal. 21. Foderũt manus meas, & pedes meos &c. De multipli...i paſſione, & morte, Iſa. 53. Vidimus eũ, & nõ erat aſpectus, &c. Oblatus eſt, quia ipſe voluit, &c. Tradidit animã ſuam in mortem, & cum iniquis reputatus eſt. De reſurrectione, Pſal. 138. Reſurrexi, & adhuc tecum ſum. De miſſione Spirituſſancti ad effectum præmiſſum, Pſal. 103. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem [Apoſtolos, ſcilicet qui inter homines fuerunt excellentiſſime Angeli, ideſt nuncij, quos Deus fecit ſpiritus, ideſt tam ſpirituales, vtpote habentes primitias Spirituſſancti Rom. 8. vt viderentur eſse pluſquam Spirituales, ideſt Spiritus in abſtracto, Deus quoque ipſos Apoſtolos anthonomatice miniſtros ſuos, fecit eſse ignem vrentem, vt ſupra.] Quandoque tamen in harum rerũ, vel ſimilium prophetijs loquuntur per verbum futuri temporis, vt conformiter ſe habeant ad nos, qui menſuramur tempore, dum annunciant nobis res ſecundũ quod erunt in tempore.

Cur myſteria ſalutis noſtræ maiora Deus faciat nũciare ſub præterito; Vt &c.

QVIS credidit (inquit) auditui noſtro? Hoc eſt (ſecundũ planã textus Iſaiæ expoſitionẽ) illis rebus, quæ à nobis prophetantibus audiet? & eſt modus iſte loquendi, ad deſignandum magnitudinẽ, altitudinẽ, ſeu profunditatem rerum ibi annunciandarum, ſimulque difficultatẽ humani cordis ad credendum: quoniam humano ſenſui res illæ contrariari nimis videntur. In toto enim capitu. 53. tractat Iſaias de paſſione Chriſti, & ignominijs & ineffabilibus contra ipſum factis, deq; voluntaria eius oblatione ad hæc tam dura, de patientia eius infrangibili, ac denique de oratione ipſius cordiali pro tantis pluſquam tortoribus, & inimicis ſuis, vt non perirent. Porro, cum ſic ad literam planiſſimam (vt patet legenti) intelligatur illud, Quis credidit auditui noſtro? mirum tibi forſan erit: cur in hoc in Euãgelij loco ad incredulitatem horum Iudęorum præſignificandam inflectatur, quaſi quod Iſaias in verbis illis habuerit hanc intentionem. Veruntamẽ ad huiuſmodi admirationem tollendam, notãdum eſt. Primo, quod vna, & eadem ſacræ ſcripturæ litera poteſt habere plures ſenſus etiam literales, 1. q. 1. ar. 10. in cuius Sancti Doctoris ſententiæ confirmationem viciſſim facit iſte locus Iſaiæ, qui ſenſuum duorum literalium, vt ex dictis patet, capax eſt. Secundo notandũ, quod licet Iſaias ad illud de paſſione Chriſti propoſitum ſententiam pręmiſſam, Quis credidit &c. adducat, tamen vniuerſaliter quoque eam cointellexit, & ab alijs cointelligi voluit. Poſito ẽt q̃uis non

Modus loquendi in his maxime, q̃ ſunt difficilia creditu.

Primo.

Secundo.

Digitized by Google

non conceſſo, quod propheta ipſe nō intendiſſet actu extendere illam ſententiam ad incredulitatem iſtorum Iudæorū ſignificandam: tamen Spiritusſanctus, cuius principaliter vtpote loquētis in ipſo, eſt illa ſententia, actualiter abſque vllo dubio intendebat hoc. [Denique quod, & quare, in ſenſu literali verificentur ſcripturarum veterum authoritates de illis rebus, ad quas adducuntur in nouo teſtamento, vide in Elucidationibus prima parte, q.1.ar.10. Append.

Regula generalis ad ſcripturarum dicta &c.

Ex hoc loco, Quis credidit &c. ſume tu regulam vniuerſalem hanc, quod dicta prophetarum, vel etiam aliorum in ſcripturis ſanctis ad vnum ſpeciale propoſitum, non ita arctantur ad ſtandum pro illo propoſito, vt non poſsit conuenienter ad aliud ſimile propoſitum applicari, iuxta ſenſum etiam literalem, maxime quando fuerint in textu veteri ab eis vniuerſaliter ſeu (quod in idem redeat) indefinitè pronunciata. Ecce, Iſaias dicens, Quis credidit &c. de incredulitate hominum communiter circa articulos ibid. expreſſos de paſsione Chriſti loquebatur, & tamen etiam ad incredulos alios, puta Iudęos iſtos, conuenientiſsime, vt ab Euangeliſta Ioanne, applicatur.

ANNOTATIO SEXTA, Cap. XII.

EXCÆCAVIT oculos eorum, & indurauit cor eorum.] Hanc ſententiam ſub perſona Dei ad ipſum loquentis dicit ſic Iſaias capite ſexto: Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, &c. & ſanem eū. Tres ergo, ſecundum ſcripturas, excęcāt oculos, & indurant cor, alicuius hominis. Prędicator bonus, Deus iuſtus, homo ipſe malus. En Iſaias, iam purgatus labijs miniſterio Seraphin, mittitur ad prędicandum populo mandata diuina, & ei effectus ex ſua prædicatione ſecuturus prędicitur, qui fuit excęcatio cordis populi &c. per illa verba ſignificatus, excęca cor populi huius &cęt. Deus item in hoc Euangelij loco Iſaiam ſub alijs verbis, ſed eodem ſenſu citante excęcat, & indurat. Homo etiam ſeipſum excæcat, & indurat: iuxta illud, Sap. ſecundo. Excęcauit eos malitia eorum, & Pſal. trigeſimoquinto. Noluit intelligere, vt bene ageret, & Iob 41. Cor eius indurabitur tanquam lapis. Cęterum ſolus homo ipſe reus eſt peccati excæcationis, & indurationis proprię: hoc eſt, excęcatio, & induratio ſunt peccatum reſpectu hominis talis, non autem reſpectu prędicatoris, aut Dei. Nam prędicator ex eo, quod prędicat bona, non excęcat, ſed illuminat oculos auditorum, non indurat, ſed mollificat corda ipſorum. Veruntamen auditores, quia male affecti ſunt, vel ad prędicatorem, uel ad res ab eo prædicatas. [Exemplum ſit Iudæorum reſpectu prædicationis Chriſti, tertio de Sal. quæſt. quadrageſimaſecunda, art. primo, & ſecundo.] Bona ipſa prædicatoris verba in malum conuertunt, & ſic excæcant ſemetipſos, & indurant. In quo caſu è directo contraueniunt Deo in ſuis operibus. Quid facit Deus? Ex malis, etiam culpę, elicit bona. Quid faciunt iſti auditores? Ex bonis, etiam ſupernaturalibus (nam & de his loquitur prædicator) eliciunt mala. Quod autem tota cęcatio, & induratio populi illius non ab Iſaia bonorum prædicatore, ſed à populo malorum amatore, fuerit, patet ibid. ex contextu. Antequam enim Dominus dicat ei: Excæca cor populi, &cęt. illorum voluntariam excęcationem & duriciem prędicit per modum prænunciantis & permittentis. Audite (inquit) audientes, & nolite intelligere, & videte viſionem, & nolite cognoſcere. Ac ſi effectum hunc peſſimum ex vitio ipſorum, audita prædicatione, ſecuturum annuncians dicat. Scio, quod audita à me nolletis intelligere; & illa, quæ prædicando clarè ponam ante oculos veſtros, nolletis cognoſcere. Non ergo peccat prædicator bonus ſic excæcando & indurādo auditorem: quia ipſe, vt ipſe, & non facit hunc effectum: immo contra verba, & contra intentionem eius, fit effectus talis ab auditore. Porro, quod Deus ſine peccato excæcet ac induret, peccatorem, patet à fortiori ex immediate dictis. Quis.n. dedit prædica-

Cæcatio, et induratio attribuuntur tribus, ſed vni ſolummodo ſunt peccatum.

Digitized by Google

prædicatori & quod loqueretur bona tum ad illuminandum tum ad mollificandum auditores apta, & quod contra intentionẽ eius eſſet effectus vitio auditorum conſequẽs ſcilicet excæcatio & induratio impiorũ: niſi Deus? Ergo multo magis eſt contra Dei intentionem ſpecialem, quod iſti, & à ſimili, quicunque alij, indurentur, & excæcentur, vt videlicet excæcatio, & induratio peccatum ſunt. Impoſſibile ſiquidẽ omnino eſt, quod Deus ſit vel directe, vel indirecte, cauſa peccati, 1.2.q.79.ar.1. Quod ſi loquamur de excæcatione, & induratione, ſecundum quod ſunt pœnæ præcedẽtis peccati: Deus, qui eſt iuſtiſſimus peccatorum noſtrorum punitor, excæcat, & indurat peccatorem. Vnde nullo modo Deus ſic faciendo eſt culpabilis (Abſit:) ſed maxime de hac iuſtitia ſua rectiſſima merito commendabilis, 1.2.q.79.ar.3. Dixi, ſecundũ quod ſunt pœnę peccati pręcedentis: ad deſignandũ, quod niſi præceſſerit in homine peccatum, ſaltem originale, Deus nunquam immittit excęcationem, & induratioñe ſuper eum. Id quod, quamuis de aliquibus ſpecialiter tunc loqueretur, docuit Concilium Trid. Seſſ.6. cap.11. dicens. Deus ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur. Hæc ibi. Excęcatio namque & induratio fiunt a Deo non aliter nunquã niſi per iuſtam ſubtractionem gratiæ à peccatore, qui iam meruit pœnam hanc, 1.2.q.106.ar.3. ad primũ ſubtracta enim Dei gratia, quæ & illuminabat intellectuales oculos, & mollificabat cor, ideſt voluntatem peccatoris: mox excęcatio, & induratio ſequitur in ipſo peccatore. [Sicut remoto Sole, mox ſequitur obtenebratio in aere prius, ab eo præſente, illuminato.]

Nec directe, nec indirecte cauſa peccati poteſt eſſe Deus.

Iudæi igitur iſti, quos Deus excæcaſſe & induraſſe in textu Euangelij dicitur cõtrapoſuiſſe prius aliquod obſtaculũ gratię intelliguntur: quo obſtaculo ab eis poſito, Deus poſtea inflixit ipſis has pœnas ſcilicet excęcationem intellectus, & indurationem affectus. Non enim pęnas ſpirituales, cuiuſmodi ſunt iſtę, Deus immittit ſuper aliquem, niſi propter peccatũ eius, quoniam Deus non lętatur in perditione viuorum, Sap.1. Sed nec etiam mortuorũ, ideſt eorum, qui peccauerint. Vniuerſaliter ſiquidem verum eſt illud Tobię cap. tertio. Non delectaris in perditionibus noſtris: licet delectetur in adimpletione ſuæ iuſtitiæ, vt ſic. Ex hoc itaq; textũ Euangelico ſic (vt oportebat) declarato, vna pulcherrima, neceſſariaque regula conſurgit, quod ſcilicet quandocunque in ſcripturis inuenitur dictũ, quod Deus induret aliquem, vel aliquid ſimile, puta quod det in reprobum ſenſum &c. Rom. primo, quod ponat aliquos ſibiipſi cõtrarios, Iob.7. quod &c.) ſemper pręſupponitur peccatum hominis illius pręceſſiſſe. Hoc enim neceſſarium eſt, quoniam induratio &c. quatenus ſunt effectiue à Deo, cum non ſint niſi pœnę ex iuſtitia inflictę, oportet peccatũ pręfuiſſe in eo, qui ſic punitur, vt punitiua iuſtitia appareat, & ſit iuſta. Cum ergo legeris, Exod. 4.7.10.11.14. de induratione cordis Pharaonis à Deo; item Iſai.63. Errare nos feciſti Domine de vijs tuis, indurasti cor noſtrum, ne timeremus te: item Rom.9. Quem vult indurat: tunc de neceſſitate pręintelligere ibi te debere ſemper, certiſſime noueris peccatum & Pharaonis, & Ægyptiorum, & noſtrum, & illius. Alioquin Deus, cum ſit in puniendo de neceſſitate iuſtus (nec enim aliter eſſe, cum ſit ipſa iuſtitia, poteſt) nunquam induraſſet illos, de quibus ſcriptum eſt, & ſic ſcriptura redderetur falſa, quod eſt impoſſibile, iuxta illud Ioan.10. Non poteſt ſolui ſcriptura, & Luc.16. Facilius eſt, cœlum in terram pręterire, quam de lege vnum apicem cadere. Mox ergo audita in ſcripturis induratione, &c. intelligas primo peccatum, ex parte hominis & ſecundo pœnam peccato illi debitam, ex parte Dei, ne erres cum his, qui videntes non vidẽt, & audientes non intelligunt, Luc.8.

Regula uniuerſalis de intelligendo recte indurationem, &c.

ANNOTATIO SEPTIMA, Cap. XII.

NON poterant credere: quia dixit Iſaias &c.] Impoſſibile eſt duplex, ſcilicet abſolutum, & conditionatũ, ideſt ex ſuppoſitione. Abſolute eſt impoſſibile, quando termini, ſcilicet ſubiectum, & prędicatum, ad inuicem repugnant, vt hominem eſſe aſinum. Ex ſuppoſitione eſt

impoſſibile

impoſſibile, quando id, quod ſupponitur repugnat ei, quod expreſſe tunc dicitur: vt impoſſibile eſt me eſſe extra domũ poſito, quod tunc intra domum ſim, ibiq; perſeueranter ſedeam. Secundum hanc diſtinctionem ergo dicendum eſt, quod homo à peccato excuſatur, ſi non facit ea, quę ſibi abſolute impoſſibilia ſunt: niſi forſan ſint ſibi poſſibilia ex ſuppoſitione ſemper in ſibi mandatis ſubintellecta [quæ eſt ſuppoſitio auxilij diuini: ꝙ nobis, niſi à nobis per peccatum impediatur, præſto ſemper eſt] & ſemper prout opus fuerit, ſibi affutura 2. 2. q. 2. art. 5. ad primum.) Hinc eſt, quod impoſſibile eſt eſſe verum, quod Deus quandoque præceperit nobis impoſſibilia non excuſatur autem homo quin peccet, ſi nõ facit ea, quę ſunt ſibi impoſſibilia ex ſuppoſitione. Sicut ſi aliquis habeat malã voluntatẽ oĩno taliter, vel taliter peccandi, & dicat impoſſibile ſibi eſſe nõ peccare ſic, vel ſic, ille nõ excuſat, ſi peccauerit: quia impoſſibilitas illa non eſt abſoluta, ſed conditionata ideſt conditione iſta præſuppoſita, quod talem voluntatem peccandi obſtinatam habeat. Ratio quare non excuſetur, eſt: quia poteſt, & debet, deponere illam malam voluntatem, & ſic fiet ei poſſibile, ꝙ prius non erat. Vnde ſi peccauerit, & peccato nouo inuoluitur, propter quod iuſte punietur: & peccati etiam veteris, ideſt illius malæ voluntatis dabit pœnas, quoniam tunc acrius punietur de nouo peccato, quam ſi non proceſſiſſet ex præſuppoſita illa in malum obſtinata voluntate. Ecce, quod impoſſibilitas, quæ eſt ex ſuppoſitione, non tantum non excuſat à peccato, ſi fiat ſed etiam peccatum illud aggrauat, & eius pœnam.

Impoſſibilia quando excuſant, & quãdo nõ.

Impoſſibile conditionatum aggrauat peccatum nouum ſi fiat

Non poterant (inquit textus) credere, ſcilicet impoſſibilitate conditionata, ideſt ex ſuppoſitione ſuæ malæ voluntatis in infidelitate obſtinatæ. Hoc eſt. Non poterant, quia non volebant. Et vnde ſcis: ꝙ non volebant? Inde quia, ſcilicet, quod (Iſaias dixerat,) Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum. Quia enim Deus neminem excæcat, aut indurat, niſi propter peccatum eius præcedens, in pęnam, ſcilicet talis peccati, ideo dicere Deus excæcauit, & indurauit eos, idem eſt, quod dicere, ij præcedente peccato ſuo meruerant excæcari, & indurari à Deo, ſicuti iuſte factum eſt. Et quia peccatum nõ fit niſi per malam voluntatem, tanquam eſſentialem radicem, quà homo non vult bonum ſibi à Deo ſemper ad oſtium pulſante, Apocal. 3. Oblatum, & eligit malũ ſuo appetitui inordinato placens: ideo cũ ab Iſaia dicitur, Deus exc. & indur. eos idem eſt, ac ſi quod ibi tacite incluſum de neceſſitate pręintelligitur, explicando, ſic diceretur, ij noluerunt videre, & mollificari, ſed voluerunt claudere oculos ſuos, & obfirmare in malum corda ſua [iuxta illud ſimile de aliquo iſtis ſimili dictum, Pſal. 108. Dilexit maledictionem, & vẽniet ei; noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.] Relinquit ergo ex his omnibus manifeſtum id; quod ſupra dicebatur circa intelligentiam textus, ſcilicet. Non poterant credere, quia non volebãt. Ex declaratis enim patet: quod iſtud, ſcilicet non velle, eſt prima eſſentialis radix huius, ſcilicet non poſſe credere, quia & prima radix eſt pœnarum harum, ſcilicet excæcationis à Deo factę, & indurationis.

Iudęi credere non poterunt, quia nolebant ſic, & multi.

INCREDVLITAS Ergo Iudæorum iſtorum fuit cauſata originaliter primo ex inueterata malitia voluntatis eorum, quæ iam præceſſerat, tanquam cauſa meritoria, pœnas iſtas, ſcilicet excęcationem mentalium oculorum, & indurationem affectuum cordis, ideoque eadem inueterata malitia voluntatis fuit cauſa, quod iſti Iudæi non poterant credere. Dixi, Originaliter primo: quia incredulitatis eiuſdem originalis proxima cauſa fuit eorundem mala voluntas præſens, qua Chriſto ad ſe per miracula actualia eos vocanti noluerunt aſſentire, ſed magis diſſentire elegerunt. Quid hic ſecretius vides? Quod vnum peccatum eſt pœna peccati, videlicet ſubſequens præcedentis, prima ſecundæ quæſtione octuageſima ſeptima artic. 2. Peccatum enim quod præceſſerat excæcationẽ fuit cauſa incredulitatis huius ſequentis (vt dictum eſt;) & incredulitas illa fuit pęna illius prioris peccati. Nec mirum, quoniam iuſtitia Dei, quæ patrocinium neſcit dare criminibus (vt inquit Beatus Chriſoſtomus ſuper Math. vigeſimo ſecundo) ſic ordinauit, vt illud, quod alteri

eſt

Digitized by Google

inferat, & conuertemur. Hæc omnia ex terminis ſuis clara ſunt, ita ut qui auxilium commune ſufficere, & ſpeciale non requiri neceſſario, ad iuſtificationem diceret: ille ſibi ipſi (ultra ignorantiam terminorum nimis craſſam) occluderet uiam, qua, auxilium Dei ſpeciale poni, poſſet inuenire. Si enim ad maximi operis diuini, quod eſt iuſtificatio, executionem non requiritur neceſſario auxilium ſpeciale, nunquid ad minoris, aut minimi operis Dei executionem requiretur? Nonne hoc eſſet omnia dicere eſſe improportionata, id quod eſt intolerabile etiam auditu, maxime in operibus ſuperioris gradus ad naturalia? In talibus ſiquidem, ut quæ ſint ſupra naturam, oportet omnia eſſe magis ordinata, & proportionata, quam in naturalibus, ideoque magis de illis, quam de iſtis uerificari illud Rom. 13. Quæcunq; à Deo ſunt, ordinata ſunt.

QVID IN CAVSA præmiſſa Pelagianorum dicunt, (vt ſupra tangebatur) Sancti Iacobus, & Auguſtinus? ille, capite quarto. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Ille, in Regula, Superbia etiam bonis operibus inſidiatur, ut pereant. Ex his ad ſupradicta Pelagiana applicatis conſtat totum contrarium eius, quod ipſi dicebant. Si enim ſuperbis DEVS non dat gratiam, ſed reſiſtit: vtique ad illius originis, ſecundum eos, de ſuo bonæ ideoque ſecundum ueritatem ſuperbæ oblationem DEO factam non dabit ipſe gratiam ad ſupplementum operis ſubſequentem, ſed ualde iratus eorundem conatibus Luciferinis (nam & Lucifer per bona de ſuo facta, tanquam Pelagij exemplar, volebat fieri beatus, prima quæſtione ſexageſima tertia, articulo tertio,) reſiſtet per pœnam ſuperbiæ ultricem. Rurſum. Si bonis etiam, quæ ſecundum rei ueritatem bona ſunt, operibus ſuperbia inſidiatur, ut pereant: quomodo non magis oblationibus in veritate malis (cuiuſmodi eſt illius eorum originis oblatio) inſidiabitur: vt hoc modo pereant, id eſt vt à Deo cum magna indignatione repellantur, & in profundum fœcis lacum ſuperbis deputatum proijciantur?

SED QVI (ait Euangelij textus) Miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit. Ac ſi legatus ab aliquo Principe ad aliquos diceret eis. Ego uobis non ſum ex meipſo locutus, ſed qui miſit me Princeps ad uos, mandauit mihi, ut hæc dicerem. Ergo doctrina Chriſti ad nos per myſterium incarnationis miſſi tota, id eſt Euangelium eſt ab ipſo in nomine patris id eſt ex mandato patris ipſum mittentis, ſeu (quod in idem redit) ex obedientia eius ad patrem, factum. Et nota, quod ideo mentionem facit mandati, cum de ſua ad nos locutione tractat, ut etiam hinc agnoſcas, quod ſermo ſuus, id eſt Euangelium habet vim mandati, ſeu (quod idem eſt) propriam rationem legis, hoc eſt in conſcientia obligans omnes (toti mundo datum eſt, ad differentiam legis veteris, prima ſecundæ, quæſtione nonageſima octaua, articulo quarto, quinto,) ad ſui obſeruantiam, premians ſibi obedientes, & puniens inobedientes. Cætera textus de ſe patent.

Exēplum.

Euāgeliū eſt lex propriè dicta.

Veruntamen unum denique diligenter aduertas, quod ſi præſentium textualium ſententiarum expoſitionibus ambobus, maxime illa, quæ de Chriſto, ut Deo, eſt, agas contra Pelagianorum ſuperbam mentem: incomportabilis nimium apparebit aurium Chriſtiani cuiuſque (dummodo terminos poſitionum apprehendat) ineffabiliter offenſiua. Quis enim pius ferat audire, & quantum offendatur audiendo explicare, quod CHRISTO Deo affirmante, ſe à ſemetipſo nihil poſſe (ut & Ioan. quinto, habetur.) Pelagianum quempiam è contra inſurgentem dicere, ſe purum hominem, CHRISTO incomparabiliter inferiorem à ſemetipſo aliquid boni poſſe? Quis ſapiens, & intelliget hæc?

Contunditur arrogantia Pelagiana, undique, & vehementer.

QVINTA PARS Concluſionis.

SCILICET, CHRISTVS requirit à nobis non ſolum fidem, ſed etiam receſſum à peccatis, & cuſtodiam omnium mandatorum eius perſeuerantem:

tem: demonſtratur ab Euangeliſta. Nam ex tex. Veni, vt omnis, qui credit in me, non maneat in tenebris, vſque ad, non iu dico eum. Nam, quod à nobis requirat fidem, ſed non ſolam, patet ex eo, quod dicit, ſe ueniſſe ad hoc, vt & omnis credat in eum, & omnis credens in eum, nõ man. &c. Quilibet enim, vel mediocriter doctus, videt, textum hunc explicite ſimplicem, continere implicite duas expoſituas, & ideo ſic exponi debere: Veni, ut omnis, qui credit in me, non &c. ideſt, vt omnis credat in me. [Vult enim omnes homines ad agnitionem veritatis venire, 1. Timoth. ſecundo.] & vt omnis credens in me non maneat in &cæt. Venit igitur per incarnationis myſterium ad inquirendum à nobis. Primò, vt corde uero credamus in eum; ſecundo, ut ſciamus, quod hæc ſola fides non ſufficit ad ſalutem. Nam ſi ipſe contentaretur de ſola fide noſtra, dixiſſet; veni, vt omnis qui credit in me, maneat ſic, ideſt perſeueret in tali fide ſua nihil vlterius faciens.

Solam fidem habẽtes nõ poſſe ſaluari, docet Chriſtus.

Cum ergo poſt credit in me, ſubiunxerit, non maneat in &cæt. clarum nobis reliquit, quod ſola fides non facit ſimpliciter gratum Deo, & per hoc damnauit illam fantaſiam Lutheri, & Simonis magi, ſcilicet, quod illa ſola ſufficit, ad ſalutem. Hinc enim patet, quod principium viæ, qua peruenitur ad ſalutem, eſt vera Chriſti fides. Vnde grandis ignorantiæ eſt argumentum dicere, ſolam ipſam ſaluare nos poſſe. Idem namque eſt hoc, ac ſi diceretur, quod principium viæ eſt tota uia, cuius terminus eſt ſalus. Et quis (niſi totaliter cum Luthero deſipiens) concipiat unquam hanc ſtultitiam, ſenſui quoque aduerſam, quod ſcilicet principium uiæ ſit tota uia ſeu (quod in idem reddit) attingat totius viæ terminum?

QVOD AVTEM (ut habet alia concluſionis particula) requirat Chriſtus à nobis receſſum à peccatis, patet ex eo, quod dicit ſe ueniſſe, ut non maneamus in tenebris, ſcilicet ſpiritualibus. Hæ ſiquidem ſunt peccata, quoniam ipſa tenent animæ noſtræ, ne uideant, quæ ei pro ſua ſalute uidenda eſſent. Sed dicent quis. Nonne fide purificantur corda noſtra Actu 15. & ex conſequenti per eam tolluntur peccata, id quod eſt, nos p fidelem non manere in tenebris? Mox igitur, quod quis credit, non manet in tenebris. Cur ergo, tanquam poſt credulitatem reſtent adhuc tenebræ, dicitur in tex. vt credens non maneat in tenebris? Reſpon. Duplicis ſenſus, & vtriuſque ueri, capax eſt præſens tex. vt qui credit non maneat in peccatis. Primo illum, quem dixit ex Actu 15. facta obiectio, quod ſimul tempore cum aliquis credit in Chriſtum, non manet in peccatorum tenebris ſed fide purificatur ab eis. Secundo illum, quem potius concluſio capituli ſecuta eſt, quod ſcilicet credens, qui iam per fidem (ut dictum eſt) emundatus eſt à peccatis, poſtea ſuccedente tempore non maneat in peccatis. Porro hunc ſecundum ſenſum in concluſione capituli ſecuti ſumus, quaſi magis hunc habuiſſe tũc Chriſtus uidetur, quam primum vt contextus docet. Quid habes in antecedente cõtextu? Quod ex principibus credentes in eũ non audebant præ timore Phariſæorum confiteri ſuam fidem. Hoc autem non cõfiteri fidem erat eis peccatum, quia tunc neceſſitas confitendi illam aderat tum propter honorem, cum uiderẽt eũ à Phariſæis multipliciter vituperari, tum ſalutem proximorum cum ſcirent turbas in ſeipſos, tanquam in ſpeculum cui uiſo ſe ſe adaptarent, proſpicere. Ex argumento etiam Phariſæorum apparet hoc idem ſcilicet, quod tũc erat caſus neceſſitatis principibus confitendæ fidei, & conſequẽter, quod principes tunc ex illa taciturnitate incurrebant peccatum, in quo poſtmodũ propter gloriam hominum (ut dicit textus) non amittendam ſilendo, manebant. Argumentum Phariſæorum ex principibus aſſumptum ad ſeducendos alios, & contra fidem Chriſti, quod erat? Reſpon. Supra capit. 7. Nunquid aliquis ex principibus credit in eum?

Ad hos igitur principes tam inordinato timore preſſos, & propterea in peccatorum tenebris manentes Chriſtus intentionem ſuam dirigebat, dum ſubſequenter poſt illud factum principum tanquam eos redarguens, eiſdemque errantibus bonam viam oſtendens dixit, veni, ut omnis, qui credit in me, non maneat in tenebris. Hoc eſt. Vt tempore

Vltra fidẽ neceſſaria eſt eius cõfeſſio, vt docet Chriſtus i tex.

E e 2 neceſ-

Digitized by Google

Chriſtus cū fide bona vult ēt bonos mores .i. fidē nos cōgrua deuotione ſeEtari.

neceſſitatis credulitatem ſuam, quam corde tenet in me, non abſcondat (ut uos facitis,) ſed confiteatur ore: &, à ſimili, ut non maneat in alijs quibuſcunque peccatis, ſed toto conatu ſuo recedat ab eis. Damnat igitur Dominus per hunc tex. Veni &cæt. omnes illas poſitiones tanquam hęreſes, quibus multi poſtea ſeduxerunt populos multos dicendo, quod fidem habentes, etiam ſi aliàs peccauerint, in eiſque perſeuerent, ſaluabuntur.

SI QVIS AVDIERIT, &c. Et non &c.

PARTICVLA illius quintæ partis vltima, ſcilicet cuſtodiam omniū mandatorum eius perſeuerantem, patet conſideranti diligenter illum tex. Si quis audierit verba mea, & non cuſtodierit, ego non iudico eum. Hanc enim ſententiam ſubnectit Dominus ſententiæ de fide tractanti, vt patet legenti cōtextum. Vnde ex tali ordine datur nobis intelligi, quod à fidelibus ſuis requirit Chriſtus cuſtodiam omnium mandatorum ipſius perſeuerātem. Manifeſtum ergo per hoc relinquit nobis, quod fideles ſui, ſi talem cuſtodiam non habuerint, non ſaluabuntur vnquam, 3. de Sacramen. Addition. q. 99. artic. 4. Aliud quoque per idem nobis aperte intelligendum relinquit, ſcilicet, quod fides vertitur in damnum fideliū, ſi non conformauerint vitam ſuam fidei, cuſtodiendo videlicet omnia, quæ fides eſse cuſtodienda dictat. Hæc autem quę ſunt? Illa mandata omnia, quę Chriſtus nobis obſeruanda prędicauit. Vnde hoc totum exprimens in textu dicit: ſi quis audierit, auditu ſcilicet fidei per interiorem cōſenſum receptiuū, verba mea, & non cuſtodierit, executione, ſcilicet operis exterius: ego non iudico eum ſcilicet in hoc meo aduentu primo. Vbi implicite monſtrat, quod ipſemet iudicabit eum in ſuo aduentu ſecundo: immò & commonſtrat, quod ſuum non iudicare, idest non condemnare eum nunc erit tunc illius nō cuſtodientis (ſi perſeuerauerit in tali nō cuſtodia) maius iudicium, ideſt maior condemnatio. Quanto enim magis differt punitionem eius, qui meretur puniri, tanto acerbius eundem, ſi interim non ſe emendauerit, puniet. Ratio eſt, quia iſta dilatione punitionis, quę pro magna Dei miſericordia (ſicuti re vera eſt) computatur, abutitur ipſe peccator per hoc, quod in tanto temporis ſpatio ſe non emendat. Quod ſi in tali tempore ſibi pro pœnitētia dato obduretur magis in peccatis, eaque multiplicet? Et hoc totum ipſius abuſionis malum eſt illud, quod Apoſtolus peccatori expectato, ſed non emendato, improperabat dicens Rom. ſecundo. An diuitias bonitatis eius, & patientię, & longanimitatis contemnis? Ignoras: quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuā, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die irę, & iuſti iudicij Dei? Quando igitur Chriſtus contra non cuſtodientes verba ſua dicit, Ego non iudico eum: tale eſt tandem, ac ſi comminatorie ipſis non emendatis diceret; Ego acerbe iudicabo eum. Et quando? In nouiſſimo die, ſiue cuiuſque vitę ſingularis, ſiue totius ſeculi. Tam ergo auide à nobis Dominus cuſtodiam mandatorum ſuorum requirere ſe demonſtrat, vt contra non habentes illam, iraſcatur valde magnas pœnas eis comminatus per oppoſitum, ſcilicet. Ego non iudico eum, deſignatas. Ex hoc igitur effectu nos deuenire vult in cognitionem ſui interioris affectus, quod ſcilicet multum ardenter deſiderat à nobis cuſtodiam omnium mandatorum ſuorum perſeuerantem uſque in finem.

Quod fides noceat alicui, eius dē vicio.

Ab oppoſitis cognoſcuntur multa, ēt interiora.

VIDEO PER DECLARATA ex textu, dicet quis, quod Dominus à nobis vult omnino cuſtodiam quorumcunque mandatorum ſuorum, ſed non video adhuc in textu illud, quod dixit concluſio, perſeuerantem. Vnde ergo habes hoc nomen, perſeuerantem? Si enim de tuo capite, & non de textu eſt, iam ab intento, quod uniuerſaliter profiteris, concluſiones videlicet non niſi ex textibus accipere, deficis, tanquam ſenſum Euangelij literalem, quem ibi exponendum a principio decreuiſti non proſequens. Reſpond. Nomen illud, Perſeuerantem, non eſt de meo, ſed de textu

Inſtātia meo rum in o. b. ss Euāgel orū cōcluſionib.

textu, quo fit, vt ab incœpto profeſſionis prædictæ non diſcedam. Veruntamen eſſe de textu contingit multis modis ſcilicet implicite, explicite, in verbis, in ſenſu uerborum; Directe, indirecte, ſeu per oppoſitum ſubintellectum [vt diximus nunc exponentes; Ego non iudico eum.] Ad rem igitur. Hoc nomen, Perſeuerantem, eſt de textu, quo ad ſenſum verborum ibi expreſſorum. Si quis (inquit) audierit verba mea, & non cuſtodierit ea. Ecce: exprimitur, verba mea. Porro per hoc, verba mea, non intelliguntur illa tantum, quæ Dominus tunc actualiter dicebat, ſed etiam omnia alia quandocunque à ſeipſo & dicta & dicenda. Quod autem ſenſus verus illorum, verba mea, ſit iſte, quem dicimus, conſtat ex eiuſdem dicto illo Matth. 28. Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis. En, quod illud, verba mea, extenditur ad omnia mandata Chriſti. Inter cætera uerò mandata eius eſt, quod debemus perſeuerare in bono, ſi ſaluari volumus, id quod ipſe per modum enunciationis diffinitiuæ expreſſit, tum negatiue per metaphoram Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei, tum affirmatiue per apertas literas Matth. 10. 24. Qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. Particula ergo illa concluſionis, perſeuerantem, implicite continet, vſque in finem, & hoc intelligendum eſt ſic, ſcilicet vſque in finem incluſiue. De quo uide ibidem in Matth. expoſitione.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus eſt Deus, uide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis, &c. definitum eſſe, in Elucidationibus, 3. de Sal. articulorum numero 17. 107. 42. 189. 297. Quod ipſe ſit homo, uide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationib. 3. de Sal. articulorum, numero 36. 86. 7. 189. 171. 184. 190. 195. Quod Chriſtus ſit vniuerſalis Saluator, vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus, 3. de Sal. articulorum, numero 2. 147. 268. & 3. de Sacram. Addition. articulorum, numero 332. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterẽ Leuitic. 16. concl. 8 Quod Chriſtus eſt legiſlator uniuerſalis, ſeu (quod in idem redit,) quod eius Euangelium de quo vniuerſaliter dixit Matth. 28. Docete omnes gentes, eſt lex ſecundum veram, & propriam rationem legis, vide &c in Elucidationibus, 1. 2. art. num. 483. Vnde Euangelij profeſſores obligantur ab faciendum bona opera legis (contra Antinomos,) vide ibid Et Veritates aureas ſuper &c. Deuteron. 8. concluſ. 5. Quod Chriſtus eſt verus Meſſias (contra Iudæos) poſt quem nullus alius remanet expectãdus, vide &cæt. in Elucidationibus, 3 de Sal. articulorum, numero 262. Item Veritates aureas ſuper &c. Deuter. 18. concl. 6. vbi pulcherrimas conditiones Meſſiæ ex illo Deuter. loco deſcriptas videbis, & conclu. 7. 8. 9. Meſſiam à modernis Iudęis expectatum, ideſt Antichriſtum depictũ conſpicies. Quod, vltra fidem, requiruntur neceſſario opera, ideſt receſſus à peccatis, & obſeruatio mandatorum Dei, vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationib. pri. par. articulorum num. 4. & 1. 2. artic. num. 602. & 2 2. artic. numero 110. 517 & 3. de Sacram. Addition. articulorum, numero 442. Confirmat ergo particulã concluſionis iſtam condemnatio hæreſis Lutheri dicentis, fidem habenti nullum flagitium, nullum ſcelus imputatur, itemq; fides ſi ſit firma, & fixa, qualiacũque ſint opera hominis, ſemper certus erit de ſua ſalute, vide huius damnationem ex Concilijs, ſcripturis, & c. in Elucid. pri. par. articulorum num. 437. Item in Veritatibus aureis ſuper &c. Geneſ. 17. concl. 5. & Leuit. 4. concl. 6. & cap. 11. concl 7 & ca. 15. concl. 4. & Numer. 14 concl. 9. & Deute. 7. concl. 1. Quod hęreticũ eſt dicere, Gratos ſe eſſe Deo per Chriſtũ, hõies debere credere, quãtũlibet impure, & ſcelerate viuant, quodq; huius contrarium, (quod cõfirmat vltima concluſionis particulã) eſt catholicũ, vide ex ſacroſ. &c. in Elucid. 1. 2. arti. nu. 600. & 3. de Sacram Addit. 56. Item in Veritatibus aureis &cæt. Geneſ. 17. concluſio. 5. & Leuit 11. concluſ. ſeptima, & cap decimoquinto, concluſ. 4. & Deuter. 29. concluſio. 5. Quod erroneum

in fide eſt dicere, quod Deus à nobis nihil aliud requirat, niſi vt ipſum ſolum cognoſcamus, quodque ex conſequenti huius contrarium (quod eſt in confirmarionem vltimæ concluſionis particulæ) eſt catholicum: vide ex ſacroſanctis &cæt. in Elucidationibus pri. par. articulorum, numero 4. & 2.2. articulorum, numero 242. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 2. concluſ 6 & cap. 4. concluſ. 10. & cap. 17. concl. 5. item, Numer. 11. concl. 2. & Deuter. 11. conclu. 1.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. XII.

VT ſermo Iſaiæ impleretur, quem dixit. Domine quis credidit auditui noſtro?] Hoc ipſe Propheta dicit, cap. 53. Vbi raritatem credentium, non autem nullitatem, per interrogandi modum prænunciat. Sicut & Chriſtus non quidem nullitatem, ſed raritatem, eodem modo prædicit Luc. 18. Filius hominis veniens, putas, inueniet fidem in terra? Quaſi vtrobique dicatur. Aliqui credent, ſed tã pauci reſpectu incredulorum, vt vix vllus, videatur. Auditui (inquit) noſtro i. verbis noſtris prophetalibus, quæ de natiuitate, & paſſione tua, Domine, te loquente audiuimus. [Totum enim capitulum illud tractat de his.] Vbi notandum, ꝙ ſub ſua perſona Prophetas alios omnes comprehendens dicit vniuerſaliter ſe, & alios audire prophetias. Quis, inquit, credidit auditui noſtro? ideſt prophetijs à te auditis, eaſque illis, ceu per auditum à te habitas, nobis annuncíantibus? Ideo autem Prophetas dicit audire ſuas prophetias, ſcilicet à Deo reuelante: vt per hoc inſinuet modum illuminationis prophetarum. Porro, cognitionem immediate de re viſa accipit homo per viſum, ſed per auditum non habetur immediate cognitio à re audita, ſed mediate, videlicet ab aliquo ſigno illius rei. Quia igitur prophetæ non videbant immediate diuinam eſſentiam, ſed quædam ſigna ſeu ſimilitudines diuinorum, ſecunda ſecundæ, quæſtio. 171. art. 1. 2. [ſecundum quod intelligitur illud Iſai. 6. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum &c. Viſio Iſaiæ, Hieremiæ, Nahum, Amos, &c. & alia ſimilia:] ideo Prophetæ dicuntur audire prophetias ſuas. Vnde & expreſſius declarat Iſaias, quid ſignificet per hoc, Auditui, dicens, cap. 51. Quę audiui à Domino exercituum, Deo Iſrael, annunciaui vobis. Tanti ergo valet, Auditui noſtro, quanti valet, illis, quæ audiuimus.

Cur prophetę dicãtur audire prophetias ſuas, cum dicat viſio Iſaię, Ezechiel, Hieremię, &c.

AD intelligendum recte hanc voculam, vt, videndus eſt contextus immediate præcedens, qui eſt, cum tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum. Vt ſerm. Iſaiæ &c. Nunquid dictum Iſaiæ fuit cauſa vt iſti non crederent? Abſit. Nec enim Deus præuidens incredulitatem iſtorum, nec ſermo Prophetæ præuiſionem illam explicans, potuit eſſe cauſa infidelitatis ipſorum, quandoquidem Deum, à quo omnes huiuſmodi prophetiæ ſunt, poſſe eſſe cauſam directe, vel indirecte, peccati, impoſſibile omnino eſt, 1. q. 19. art. 9. & 1. 2. q. 79. art. 1. Relinquitur ergo, quod illa vocula, vt, non ſumatur hic cauſaliter, ſed conſecutiue, ideſt, ꝙ non cauſet, ſed tantum ſignificet, euentũ futurum. Non enim ideo iſti non credebant, quia Iſaias ipſos non credituros prędixerat, ſed quia nõ erant credituri, ideo Iſaias hoc prædixit. Vnde poſtea ſequitur, quod ex iſtis non credentibus. i. ex eo quod iſti non credunt, propheticus Iſaiæ ſermo impleatur. Sic etiam de alijs quibuſcunque prophetijs, quo ad conſecutionẽ impletionis illarum [iuxta illud Luc. 24. Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt, & ita, vt Matth. 5. nec iota vnum aut vnus apex prętereat, quin impleatur] intelligendum eſt. Regula ergo hinc habetur vniuerſaliter, & ad bene accipiendum voculam, vt, in prophetijs huiuſmodi [videlicet Mar. 14. ſed, vt impleantur ſcripturæ, & Ioan. 19. Facta ſunt hæc: vt ſcriptura impleretur; Os non comminuetis ex eo, & alibi millies,] & ad recte declarandum tales conſecutiones, quomodo, ſcilicet intelligi debeant. Vt (inquit) ſermo Iſaiæ impleretur. Hoc modo loquendi frequentiſſime ſcriptura vtitur (ut patet diſcurrenti per Euangelia,) cũ narrat alicuius rei euentum, vt & nobis ad memoriam ſæpius reducat id, quod valde neceſſarium eſt credere, & incredulitatem aliquorum circa hoc manifeſtius condemnet. Quid hoc eſt tam neceſſarium

Pręſciẽtia Dei, qua videt aliquem peccaturũ, nõ eſt cauſa, quod ille peccet.

Vniuerſalis regula ad intelligentiã prophetiarũ, &c.

Digitized by Google

ceſſarium & vt credatur, & vt eius contrarium condemnetur? Quod Deus habet prouidentiam de omnibus rebus, quã tumcunque minimis, 1. quæſt. 22. art. 2. & q. 103. art. 5. Vnde & nihil poteſt contingere unquam in mundo, quod Deus non præſcierit, 1. quæſt. 14. art. 13. ac ſua ineffabili prouidentia, ſi bonum eſt, non cauſauerit, 1. quæſt. 14. art 8. ſi autem malum culpæ, non permiſerit ſimulque ad finẽ bonum ordinauerit, 1. quęſt. 14. art. 10. & quæſt. 19 art. 9. ad tertium, & quæſt. 22. art. 2. ad ſecundum (Vt mox de incredulitate Iudæorum, & perſecutionibus tyrannorum patebit, quæ mala ad multa bona ſunt ordinata à Deo, ſcilicet ad ſcripturarum impletionem, ad ſuæ veracitatis teſtificationem &c)

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. XII.

NON credebant in eum: vt ſermo Iſaiæ impleretur.] Textus huius ſeries dubitationis magnæ eſt occaſio. Si enim ſermo ab Iſaia prænunciatus erat neceſſario, ideſt infallibiliter, implendus (ut textus in ſenſu dicit:) ſtatim uidetur, quod Iudæi ſint excuſabiles de eo, quod non crediderunt. Non enim poterant facere contra prophetiam. Oportebat ſiquidem, impleri ſcripturam hãc propheticam, quæ non fuiſſet impleta, niſi Iudęi non crediſſent. Vnde etiam vlterius videntur bene feciſſe non credendo, ideoque de hoc ſuo non credere commendandi, quoniam, ſic faciendo & adimpleuerunt ſcripturam, & conſequenter teſtificati ſunt omnibus, Deum in ſuis dictis eſſe ueracem. Quod ſi (per impoſſibile) crediſſent: nec prophetia fuiſſet impleta, nec Deus apparuiſſet uerax in dictis ſuis. Reſpon. Magnum vtique dubium, & tanto magis reputandum, diligentiuſque ſecundum rei veritatem ſoluendum, quanto in fauorem omnium peccantium, immaniterque ſceleratorum, militare poteſt, ſi factis ipſorum ſingulariter applicetur, [id quod eſſet & laudare peccatores, iniquoſque benedicere, in deſiderijs ſuis Pſalmo nono, & iuſtitiæ Dei, qui ſecundum illa opera peccantium eos punit, detrahere uehemẽter.] Vt, ſi ſub aliorum exemplo, de Iuda traditore ſceleſtiſſimo dicamus. A Deo, quem nihil latet, etiam antequam fiat, 1. quęſt. 14. artic. 9. fuerat ab æterno præcognitum, quod Iudas erat Chriſtũ traditurus in tempore, & hanc Dei præcognitionem neceſſe erat adimpleri (cum Dei ſcientiam fruſtrari, impoſſibile ſit, 1. q. 14. artic. 9. ad ſecundum:) ergo Iudas, cũ tradendo Chriſtum & adimpleuerit illam Dei præcognitionem, & per conſequens teſtificatus fuerit Deum in illa cognitione fuiſſe ueracem, videtur eſſe de traditione iſta excuſabilis, atque etiam commendabilis. Porro ſicut hæc de Iuda concluſio eſt proculdubio deteſtabiliſſima, & falſiſſima, ſic & prædicta de Iudæis incredulis, & de cæteris peccatoribus concluſiones ſunt deteſtabiliſſimæ, & falſiſſimæ. Ideo neceſſarium omnino eſt, quod in ipſarũ concluſionum præmiſſis ſit aliquis veritatis defectus. Et hoc eſt, quod nunc oſtendere debemus, & inquirimus. *Primo.* Primum igitur pro reſponſione inchoanda, notandum, ꝙ aduerſarij in ſuo dubio bene, licet contra ſeipſas loqui noluerint, poſuerunt illud aduerbium ſtatim. Hoc enim ſignum eſt oſtenſiuum leuitatis eorum, quod ſcilicet ipſi ad pauca & quidem ſuperficietenus tantum, reſpexerunt, quando ex eorundem reſpectu in dubitationem illam uolentes aliqualiter declinarunt. Quod vt verum manifeſtius appareat, formaliter per ſingula reſpondeamus. Sermo Iſaiæ (dicebant) de incredulitate illorum Iudæorum, erat infallibiliter implendus: ergo Iudæi illi de hoc, quod non crediderunt, ſunt excuſabiles. *Reſpon.* Reſpon. Negatur conſequentia. Ratio negationis eſt, quia antecedens debet explicari plene, non autem diminute (ut ſit.) Tunc namque, ſcilicet facta eius plena explicatione, quæ debetur, apparebit manifeſte totum contrarium, uidelicet, quod Iudæi illi ſunt, & inexcuſabiles, & ualde accuſabiles. Antecedens plene explicandum eſt hoc. Sermo Iſaiæ de incredulitate eorum erat infallibiliter implendus eo modo, quo per ſpiritum prophetiæ præuiderat ipſorum incredulitatẽ Iſaias. Quo aũt modo futurã

Omnis prophetia eſt implenda, vſq; ad vnum apicē Luc. 16. intelligitur & quo ad rem prophetatā, et quo ad modum rei.

eorum incredulitatem præuiderit, patet cōſiderantibus, quod Deus, à quo eſt omnis prophetia, 2. Petr. 1. videt ab æterno non tantum res omnes, antequam fiant, ſed etiam modos illarum, quibus fiũt, puta modo neceſſario, vel contingenti, vel libero. 1. q. 14. ar. 13. & q. 22. ar. 4. ad primum. Ita quod res futuræ à mille annis, & plus, vidit ab ęterno in earum præſentialitate, non vt in cauſis ſuis tantum, ſed vt ſunt in ſeipſis. Ratio eſt: quia æternitas, qua Dei cognitio menſuratur, tota ſimul exiſtens ambit totum tempus 1. q. 10. ar. 1. 4. ideoque omnē rem in tempore quocunque fiendam, Deus oculo æternitatis ante omnia ſecula vidit eſſe factā, prout actu eſt in ſeipſa, prima quæſt. 14. artic. 13. corp.

SICVT ergo res quælibet eſſe actu in ſeipſa videbitur ab hominibus in tempore hoc, vel illo futuris, ita à Deo viſa fuit ab æterno, vtputa, me actualiter ſcribentem hodie 12. Nouemb. 1600. tali modo, ſcilicet libero, voluntario, libenter, ex ſuperiorum meorum obedientia, in remiſſionem peccatorum meorum, ad gloriam ſancti nominis Dei, ad exaltationem fidei catholicę in toto mundo, ad extirpationem hæreſum vſque ad vltimas radices, & ad omnes alios fines ab obedientia ſancta, cui nunc (vt præfertur) milito, intentos; Deus ab æterno vidit perfectiſſima cognitione omnes illos modos ſimpliciter vſque ad vnum comprehendente prima quęſt. 14. artic. 6. & 9. Vidit ergo Deus me omnibus illis modis veſtitum actualiter ſcribere ante oculos ſuos: antequam in tempore ante oculos meos ſcriberem. Nam ſcriptura hęc mea cum omnibus modis ſeu circumſtantijs ſuis, fuit Deo præſens ab æterno: quæ tamen erat mihi futura ſolum in tempore illo. 12. Nouemb. &c. Egomet, priuſquam eſſem apud meipſum, eram ante Deum (nam cognitio æternitatis ambit omne tempus, vt ſupra,) & ideo non mirum, ſi ego apud illum ſcr bebam, antequam apud me ſentiens ſcriberem. Iam igitur ſcripſi, quod nunc ſcribo, & cum omnibus quidem modis, ſeu conditionibus ſupradictis: quoniam non alia, & alia, ſed vna & eadem ſcriptura eſt, quam feci iam in æternitatis viſione, & quam facio nunc in tempore ſupradicto. Vnde propheta regalis tanquam concludens, ideoque cōfirmans, hęc omnia dixit Domino, Pſal. 89. Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præterijt. Locos Doctoris Angelici ſupra citatos melius penetrabis, ſi ibid. videris Elucidationes. Id quod alibi etiam facias ſemper.

Omnia apud Deum à nobis facta ſunt, q̄ poſt in tēpore facturi ſumus.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. XII.

CVM tanta ſigna feciſſet coram eis, non &c.] Ecce modus, quem dicebamus debuiſſe poni in antecedente dubij ſupradicti, explicatur tanquam in radice ab Euangeliſta dicente, cum tanta ſigna feciſſet coram eis, &c. Quid modi importat radix iſta? Duritiam magnam, voluntariamque cæcitatem, & obſtinatā infidelitatē. Vnde ſi modus ille in antecedente illo exprimatur: apparebit ſubito conſequentiā illā, de Iudæis merito fuiſſe negatam, vtpote quod inde non tantũ non ſint excuſabiles, ſed ēt (ut ſupra tetigimus) maxime accuſabiles. Reformetur ergo magis explicitē illud antecedens, ſic. Sermo Iſaię de incredulitate illorũ Iudæorum erat implendus eo modo, quo per ſpiritum propheticæ ipſorum incredulitatē præuiderat Iſaias. 1. ita, ꝙ eorũ incredulitas ex maxima cordis duritia, ex voluntaria cecitate mentis ex obſtinatione animi ſuperbiſſimi procederet. Modũ hunc peſſimum, tanquam formam incredulitatis Iudaicę, p̄uidiſſe Iſaiā prophetam ſcimus ex eo, ꝙ poſtea in tempore, quo iſti Iudæi actualiter viuebant, fuerunt increduli ſic, ideſt iſto modo (vt tangitur in textu) Dictum etenim eſt ſupra, quod res præuiſa cum ſuo modo futura in tempore eadem eſt ei, quæ poſt in tēpore ſiet, ſeu quod in idem redit) non alio, ſed eodem penitus modo fiet, quo fienda prçuiſum eſt, immo etiam quo iam apud oculos Dei prorſus infallibiles facta fuit. Sic igitur ſtante, & intellecto antecedente illo patet facillime falſitas conſequentię. Quis enim diceret vnquam (niſi totaliter deſipiat,) quod incre-

Hoc modo etiā intelligitur id, Rom. 4. Vocat ea, quæ non ſunt, tanquā ea, quæ ſunt.

incredulitas aliquorum ex maxima cordis duritia, ex voluntaria mentis cęcitate, ex ſuperbiſſimi animi obſtinatione, procedens inferre poſſit, illos incredulos inde, id eſt ex illis tribus modis reddi excuſabiles? Imo dicet ſapiens: quod neceſſario inferretur, eos inde reddi maxime accuſabiles. Cæterum ad conſequentiæ illius probationem, ſ. Non poterant facere contra prophetiam; reſpondetur, quod nihil probat. Ideo enim non poterant facere contra prophetiam, quia antequā prophetia fieret, ipſi iam fecerant ante Dei oculos illud, quod poſtea prophetia expreſſit, non autem quia (vt ſumit obijciens) prophetia, tanquam prius facta, conſtringeret eos ad ſic faciendum. Dictū eſt enim ſupra [& ſemper in omnibus huiuſcemodi prophetijs diligenter attendendum eſt:] quod non ideo illi Iudæi non credebant, quia Iſaias id prędixerat, ſed quia non erant credituri, ideo Iſaias prædixit. Sibijpſis ergo re vera imputare debent, non autem prophetiæ, quod non poſſint facere contra illam: cum illimet dederint cauſam prophetæ ſic de eis prophetandi, non autem propheta prędicendo dederit eis cauſam ſic faciendi. Quod ſi dicatur ſtante prophetia, futuri erant infallibiliter increduli: ergo prophetia vel totaliter abſtulit, vel aliqualiter conſtrinxit eorum libertatem. Reſpondetur, quod ſtante prophetia, futuri erant infallibiliter, libero ſuo arbitrio ſic faciente increduli: non autem infallibiliter per aliquam coactionem libertatis. Sic ergo ponitur, non tollitur libertas. Ad aliud item, quod obijciens ſubiungit, ſcilicet Prophetia non fuiſſet impleta, niſi Iudæi non crediđiſſent, ſcilicet in tempore illo: reſpondetur concedendo, ſed nihil inde contra veritatem præmiſſorum habetur (vt facillime patet conſideranti.) Quinimo veritatem illam confirmaſſet obijciens, ſi illi ſuæ propoſitioni præiunxiſſet hanc (vt debuerat,) ſcilicet Prophetia non fuiſſet facta, niſi prius Iudæi non crediđiſſent in oculis æternitatis.

Semper, et vbiq; memorandū.

Tertio. Reſpon.

AD aliud in eadem obiectione ſubiunctū. ſ. Videntur benefeciſſe non credendo, & ideo de hoc ſuo non credere commendandi. Reſpon. negando, omnino, & quod benefecerint non credēdo; & quod de ſuo non credere commendandi ſint. Ad huius negati probationem, ſcilicet. Quoniam ſic faciendo, & ſcripturā adimpleuerunt, & conſequenter Deum in ſuis dictis eſſe veracem teſtificati ſunt. R. Vera, dicuntur: ſed nihil illius negati ex his probatur. Ratio eſt: quia hoc totum, ſcilicet adimplere ſcripturam, & Deum eſſe veracem teſtificari, ſic faciendo; non fuit de intentione, ſed præter intentionem ipſorum. Nam de eo, quod eſt præter intentionem ſuam, nullus laudari debet: alioquin & Tyranni eſſent commēdandi tum ex eo, quod perſequendo Eccleſiam adimpleuerunt ſcripturam [In mundo preſſuram habebitis. Ioan. 16. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, Luc. 21.] ideo que in dictis ſuis Chriſtum eſſe veracem teſtificati ſunt, tum ex eo, quod occidendo Chriſti martyres, ad cœleſtem patriā cum triumpho eos coronandos tranſmiſerunt. Sicut ergo prædicti Tyranni de tanto bono præter eorum intentionem ad facta ſua conſecuto non fuerunt laudandi, nec tantum bonum fecit, quod propter malum ab eis de ſua intentione factum, id eſt perſequi Eccleſiam, non vituperarentur iuſte, & in inferno damnarentur: ita Iudæi prædicti de tanto bono pręter intentionem eorum ad incredulitatem ſuam conſecuto [ſcilicet impletione ſcripturæ, & quod Deus in dictis ſuis ſit verax teſtificatione] non ſunt laudandi: nec tantum bonum facit, quod propter malum ab eis de ſua intentione factum, ſcilicet infidelitatem, non vituperentur iuſte, & ad infernum damnentur.

Quarto. Reſpon.

Quinto. Reſpon.

Bona præter intentionem facta non ſunt bona ſic facienti.

ANNOTATIO QVARTA, Cap. XII.

NON credebant: Vt &c.] Hoc ad Iudæorum illorum incredulitatem conſecutum, ſcilicet implere ſermonem Iſaiæ, fuit ſecundum præmiſſa, præter intentionem ipſorum. Quantum autem deriſibilitatis, & falſitatis contineat argumentatio ex iis, quæ ſunt præter intentionem [Hæc ſub alijs verbis dicuntur, quę ſunt per accidens] demonſtrauit iam

iam Apoſtolus, dicens, Rom. 3. Si iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commẽdat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus qui infert iram? (ſecundum hominem dico.) Abſit. Et iterum ſi veritas Dei in meo mẽdacio abundauit in gloriam ipſius, quid adhuc & ego, tanquam peccator iudicor? Aiut quidam, faciamus mala, vt veniant bona. Quorum damnatio iuſta eſt. Et Rurſum, poſtquam dixerat cap. 5. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia; ſequitur in cap. 6. Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Abſit. Ac ſi ad omnia huiuſmodi reſpondeat dicens. Argumenta hæc quattuor ſunt plurimũ deriſibilia, & falſitatis plena [ideo & ſecundum hominẽ, dixi:] quoniam in his, quę præter intentionem rei ſunt, fundantur, & ex his inferre contendunt ea, quæ argutijs ſuis cõcludunt. De primo patet. Nam, quod iniquitas noſtra commendet iuſtitiam Dei, non eſt de intentione, ſeu (quod, in taliũ propoſito, idem eſt) de natura, ſeu inclinatione iniquitatis; quoniam iniquitas, vt iniquitas, impugnat iuſtitiam Dei. Quapropter, quod iuſtitiam ipſius commendet, eſt præter, imo & contra intentionẽ ſeu naturam iniquitatis, ſed hocipſum iniquitati accidit, ſic faciente Deo, cuius bonitatis, ſimulque omnipotentiæ, eſt ex quocunque malo etiam culpæ, elicere bonum. Prima igitur argumentatio ſuper hoc fundata, & ex hoc procedẽs, ſcilicet. Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert irã? Nihil valet: niſi ad deridendum inſaniã taliter arguentis; ſic etiam dicito de reliquis tribus. Quod enim mendacium noſtrum ſit in abundantiam veritatis Dei, et gloriæ, non eſt de intentione, ſeu natura mendacij, &c. vt ſupra. ſecunda igitur argumentatio, &c. ſcilicet. Quid adhuc & ego, tanquã pec. iudicor? nihil valet; &c. Item. Quod ex factis malis veniant bona non eſt de intentione factorum malorum [cum malum, vt malum trahat ſemper ad aliud malum] imo eſt contra intentionẽ, ideſt naturam, mali &c. vt ſupra. Tertia igitur propoſitio, ſ. faciamus mala, vt veniant bona, nihil valet, &c. Denique. Quod vbi abundauit peccatum ſuperabundet, & gratia, non eſt de intentione, imo contra intentionem, ideſt naturam, peccati &c. ſed ex maxima bonitate Dei ex tam abundanti peccato elicientis, virtute ſua omnipotente ſuperabundantem gratiam. [Exemplum de eodem Apoſtolo de Maria Magdalena, &c.] Quarta igitur argumentatio, ſcilicet Manebimus in pec. vt gratia abundet? Nihil valet, ſed maxime deridenda eſt. Ad propoſitum ergo noſtrum illud principale ex textu hoc Euangelico motum hæc applicando, concludendum omnino eſt, quod tales obiectiones ab illo dubitante allatę ſunt propter ſimilem de intentione rationem non tantum falſitatis plenæ, ſed maxime deridendæ, vt puerilia ludibria, & diabolicæ illuſiones.

Quam deriſibile, & vanum ſit arguere ex per accidens, vide hic.

Ex quolibet modo elicit bonum D. us prouidentia, etiam peccatorum.

AD aliud ibi dictum, ſcilicet. Quod ſi (per impoſſibile) crediddiſſent, tunc nec prophetia fuiſſet impleta, nec Deus apparuiſſet per eos verax in illis dictis ſuis. Reſp Cõceduntur oĩa ſed nihil inde habetur contra præmiſſorũ veritatem. Et bene additũ eſt ibi; Per impoſſibile. Nã impoſſibile non quidem abſolute, ſed ex ſuppoſitione, erat, quod illi Iudæi crederent. Suppoſitio autem hæc erat, non ꝙ amiſiſſent liberum arbitrium, ſed quod increduli libere fuerant, antequam prophetia de eis ſic fieret, ideſt antequã per prophetiam Iſaias eos in tempore futuros eſſe incredulos enarraret. [Ex ſupra declaratis veritas horum omnium patet: ideo ad illa recurre.) Notiſſimum proinde eſt: impoſſibile eſſe, quod præterita non fuerint. Cum itaque illi Iudæi ante oculos æternitatis, ſecundum quorũ cognitionem (quod monſtrat verbum Iſaiæ, Credidit) prophetia menſuratur, fuerint increduli non coactitie, ſed libere; per voluntatem, ſcilicet libera ſua actione repudiantem credere Chriſto etiã miraculis viſis coram ſe ab eo in confirmationem doctrinæ ſuæ factis, neceſſario ex iſta veritate (vt oportet) præſuppoſita ſequitur, quod impoſſibile poſtea illis iam in ſeipſis actualiter viuẽtibus fuit vitare incredulitatem. Secundum quem veritatis ſenſum, & non aliter ſequitur in tex. Propterea non poterant credere: quia iterum, &c. [& talem ſenſum verũ memorare ſemper in ſimilibus ſcripturarum paſſibus debes cõtra quoſdam ignorantiſſime ex hoc tex. & ſimilibus, vel negantes

Sexta.

Digitized by Google

gantes liberum hominis arbitrium, vel dicentes ipſum paſſiue tantum, vtpote à Deo coactum, concurrere ad faciendum bonum, & malum. Ponunt ſiquidem hi neſcij, ſuam inſcientiam velantes hoc rextu, quod Deus per prouidentiam ſuam, quam prophetiæ dari efficaciter probāt, imponat neceſſitatem rebus prouiſis. Cōtra illud à fideliſsimo catholicę Eccleſiæ Doctore D.Thoma determinatum 1. q. 22.art.4.& q.23. art.6.] Ineuitabiliter ergo liberè actione ſua voluntaria fecerūt poſtea in tempore idipſum, quod antequam naſcerentur actualiter in ſeipſis ſecerant in æternitate. Non quod ipſi, antequam eſſent in hoc mundo, fuerint in ęternitate, ibique operati ſint (vt hæreſis dicit teſte, B. Hieronymo ſup illud, Hierem. 1. Priuſquam te formarem in vtero, noui te:) ſed quia quicquid illi, & quicunque alij facturi erant in tempore ſuo, totum hoc perfectiſſime vidit Deus ab ęterno. Ita quod illamet, & non alia, actio eſt quam aliqui faciunt hodie, quamquā nō prius cognoſcunt homines, quam hodie, & quam vidit ab æterno Deus eos facere hodie. Semel tantum fit illa actio, & hodie, ſed videtur à duobus, & ideo non ſemel. A quibus duobus? A Deo, & ab homine, ſed à Deo ab æterno, ab homine in tempore: quoniā æternitas, cui cognitio diuina commenſuratur, ambit totum tempus (ac ſi vaſculum cōtineatur, & vndique ſecundum totum ſuum eſſe circundetur, à vaſe maximo,) cognitio autem hominis ſenſitiua, à qua & intellectiua ortum habet, fit ſemel ſecundum hic, & nunc. Quare actio ſemel tantum facta videtur non ſemel? Quia ſemel videtur à Deo: & poſtea ab homine ſemel.

Eadē actio, hodie fit ab homine, q̄ fuit ab æterno præſens oculis Dei.

Exemplū notabile.

Sicut ergo Socratis libere ſedere eligentis, & libere ſedentis vna, & eadem ſeſſio eſt neceſſaria, ideſt infallibiliter exiſtens, dum video ipſum ſedere, licet illa ſeſſio abſolute, ſecundum ſe conſiderata non ſit ineuitabilis, ſed cōtingens: ita vna, & eadē actio libero meo arbitrio hodie facta eſt neceſſaria, ideſt infallibiliter exiſtens, dum videtur à Deo ſic preſentialiter fieri, licet mea actio illa abſolute conſiderata non ſit ineuitabilis, ſed contingens. Quia vero Deus ab æterno videt illam actionem à me præſentialiter (quò ad oculos ſuos) fieri libere, & quod ſemel videt, ſemper actu videt: ideo ego, cum vadens per viam huius temporis venero ad illam horam, in qua ipſe ſic, & ſic operari me ab æterno vidit, non potero non operari libere; actionem illam ſic, & ſic, quemadmodum me operantem viderat Deus libere ergo me operari non contraponetur huic, quod dico ineuitabiliter operari, immo ſtabit neceſſario cum illo (alioquin illa viſio Dei fruſtraretur, quod eſt omnino impoſsibile:) quoniam neceſſarium eſt me operari eo modo, quo à Deo viſus fueram operari, & ab eo (ſecundum præmiſſa ſuppoſita) tunc viſus fui operari libere.

Libertas hominis cū gratia, & infallibilitate prædeſtinationis.

ADHVC vlterius. Si vidit me Deus operari (non dico operaturum, quia præſentialiter ei, licet non præſentialiter mihi operabar) in gratia ſua, & bene vti me diante illa libero arbitrio meo, cum perſeuerantia libera vſque in finem, & operis, & vitæ meę: tunc ego ineuitabiliter libere & acceptabo gratiam ipſius Dei, & bene vtar mediante gratia libero arbitrio meo, & cum ipſa libere perſeuerabo vſque in finem non tantum operis illius, ſed etiam vitæ meæ. Clara ſunt hæc omnia, nec difficilia captu, ex ſupra ſecundū rei veritatem declaratis. Habes hinc denique apertam concordantiam infallibilitatis prædeſtinationis, & gratiæ, cum libero arbitrio hominis. Hæc pro neceſſitate expoſitionis plenariæ textus Euangelij huius dicta ſint.

ANNOTATIO QVINTA Cap. XII.

QVIS credidit auditui noſtro? Mirū, quod Iſaias, qui tot annis præceſſerat illos Iudæos, de quibus dicit Euangelicus tex. Nō credebant in eum, loqueretur ſpecialiter de iſtis etiam, & in præterito quidē, credidit. Si dixiſſet, credet, non tantam videnti, quod de iſtorum Iudæorum cętu futuro loquebatur, admirationis occaſionem dediſſet. Aduertendū igitur eſt, ex hoc verbo, credidit (vt ſupra tangebamus,) quod prophetæ locutionem ſuam menſurabant ſecundū lumen diuinū, in quo ea, de quibus prophetare debuiſſent, videbant. Huiuſmodi

vero

Digitized by Google

vero lumen erat participatio quædã æternitatis in præcognoſcendo illa, quæ poſtea Spirituſancto inſpirati locuturi erãt. Et quia ante oculos æternitatis mille anni ſunt tanquam dies heſterna, quæ præterijt, Pſal. 89. ideo futura, ac ſi præterita fuiſſent, pranunciabant. Id quod ad maximam quoque rei ſic prænunciatæ certitudinem faciebat: tãquam per talem loquendi formam tacite dixiſſent. Rem futuram, de qua ſic, & ſic, prophetamus, modo iſto ſucceſſuram adeo certum eſt, ſicut certum eſt, præterita fuiſſe. Vnde & ſicut impoſſibile eſt, præterita non fuiſſe, ita res non ſic futuras, quemadmodũ per prophetiam annunciamus, impoſſibile eſt. [Valent hæc ad intelligentiam præmiſſorum de præuiſione diuinâ omnium rerũ ab æterno, & illa præmiſſa viciſſim iuuant iſta de prophetarum locutionib.] Voluit autem Deus, prophetas de futuris, præcipuè maioris inter cætera ponderis exiſtentibus, loqui ſub forma præteriti, vt talibus prophetijs faciliorem & certiorem fidem adhiberemus, tanquam futurum in præterito ſpeculantes. Et quare voluit hoc Deus? Quia bonus eſt, & inde ſalutem noſtram, quę fundamẽtaliter in fide conſiſtit, amat. Hinc eſt, quod ea, quę ſalutis noſtræ potiora myſteria ſunt, in præterito ſæpius apud prophetas legis. Vt, Natiuitas Chriſti, crucifixio ei⁹, mors, reſurrectio, & miſſio Spirituſſancti in ſpecie ignis ſuper Apoſtolos [ad faciendum ſcilicet illos miniſtros ardentes, tanquam flamma ignis, totum mundum, vt in cineres ſuorum priorum delictorum per contritionem redactus verteretur poſtea in nouam creaturam, Galat. 6.] noſtram ſalutem, ſi credantur, vt oportet, concernunt maxime: ideoque tn præterito de his legitur in prophetis multo ante illa ...ura exiſtentibus. De natiuitate qui...a, Iſai. 9. Paruulus natus eſt nobis. De ...cifixione autem, Pſal. 21. Foderũt ma...us meas, & pedes meos &c. De multipli...i paſſione, & morte, Iſa. 53. Vidimus eũ, & nõ erat aſpectus, &c. Oblatus eſt, quia ipſe voluit, &c. Tradidit animã ſuam in mortem, & cum iniquis reputatus eſt. De reſurrectione, Pſal. 138. Reſurrexi, & adhuc tecum ſum. De miſſione Spirituſſancti ad effectum præmiſſum, Pſal. 103. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem [Apoſtolos, ſcilicet qui inter homines fuerunt excellentiſſime Angeli, ideſt nuncij, quos Deus fecit ſpiritus, ideſt tam ſpirituales, vtpote habentes primitias Spirituſſancti Rom. 8. vt viderentur eſſe pluſquam Spirituales, ideſt Spiritus in abſtracto, Deus quoque ipſos Apoſtolos anthonomatice miniſtros ſuos, fecit eſſe ignem vrentem, vt ſupra.] Quandoque tamen in harum rerũ, vel ſimilium prophetijs loquuntur per verbum futuri temporis, vt conformiter ſe habeant ad nos, qui menſuramur tempore, dum annunciant nobis res ſecundũ quod erunt in tempore.

Cur futura ſub præterito prophetæ annũciant.

Cur myſteria ſalutis noſtræ maiora Deus faciat nũciare ſub præterito; Vt &c.

QVIS credidit (inquit) auditui noſtro? Hoc eſt (ſecundũ plana textus Iſaiæ expoſitionẽ) illis rebus, quæ à nobis prophetantibus audiet? & eſt modus iſte loquendi, ad deſignandum magnitudinẽ, altitudinẽ, ſeu profunditatem rerum ibi annunciandarum, ſimulque difficultatẽ humani cordis ad credendum: quoniam humano ſenſui res illæ contrariari nimis videntur. In toto enim capitu. 53. tractat Iſaias de paſſione Chriſti, & ignominijs & ineffabilibus contra ipſum factis, deq; voluntaria eius oblatione ad hæc tam dura, de patientia eius infrangibili, ac denique de oratione ipſius cordiali pro tantis pluſquam tortoribus, & inimicis ſuis, vt non perirent. Porro, cum ſic ad literam planiſſimam (vt patet legenti) intelligatur illud, Quis credidit auditui noſtro? mirum tibi forſan erit: cur tn hoc in Euãgelij loco ad incredulitatem horum Iudęorum præſignificandam inflectatur, quaſi quod Iſaias in verbis illis habuerit hanc intentionem. Veruntamẽ ad huiuſmodi admirationem tollendam, notãdum eſt. Primo, quod vna, & eadem ſacræ ſcripturæ litera poteſt habere plures ſenſus etiam literales, 1. q. 1. ar. 10. in cuius Sancti Doctoris ſententiæ confirmationem viciſſim facit iſte locus Iſaiæ, qui ſenſuum duorum literalium, vt ex dictis patet, capax eſt. Secundo notandũ, quod licet Iſaias ad illud de paſſione Chriſti propoſitum ſententiam pręmiſſam, Quis credidit &c. adducat, tamen vniuerſaliter quoque eam cointellexit, & ab alijs cointelligi voluit. Poſito ẽt q̃ quis

Modus loquendi in his maxime, q̃ ſunt difficilia creditu.

Primo.

Secundo.

non

Digitized by Google

non conceſſo, quod propheta ipſe nõ intendiſſet actu extendere illam ſententiam ad incredulitatem iſtorum Iudæorũ ſignificandam: tamen Spiritusſanctus, cuius principaliter vtpote loquẽtis in ipſo, eſt illa ſententia, actualiter abſque vllo dubio intendebat hoc. [Denique quod, & quare, in ſenſu literali verificentur ſcripturarum veterum authoritates de illis rebus, ad quas adducuntur in nouo teſtamento, vide in Elucidationibus prima parte, q.1.ar.10. Append.

Regula generalis ad ſcripturarum dicta &c.

Ex hoc loco, Quis credidit &c. ſumetu regulam vniuerſalem hanc, quod dicta prophetarum, vel etiam aliorum in ſcripturis ſanctis ad vnum ſpeciale propoſitum, non ita arctantur ad ſtandum pro illo propoſito, vt non poſſit conuenienter ad aliud ſimile propoſitum applicari, iuxta ſenſum etiam literalem, maxime quando fuerint in textu veteri ab eis vniuerſaliter ſeu (quod in idem redeat) indefinitè pronunciata. Ecce, Iſaias dicens, Quis credidit &c. de incredulitate hominum communiter circa articulos ibid. expreſſos de paſſione Chriſti loquebatur, & tamen etiam ad incredulos alios, puta Iudæos iſtos, conuenientiſſime, vt ab Euangeliſta Ioanne, applicatur.

ANNOTATIO SEXTA, Cap. XII.

EXCÆCAVIT oculos eorum, & indurauit cor eorum.] Hanc ſententiam ſub perſona Dei ad ipſum loquentis dicit ſic Iſaias capite ſexto: Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, &c. & ſanem eũ. Tres ergo, ſecundum ſcripturas, excęcãt oculos, & indurant cor, alicuius hominis. Prędicator bonus, Deus iuſtus, homo ipſe malus. En Iſaias, iam purgatus labijs miniſterio Seraphin, mittitur ad prędicandum populo mandata diuina, & ei effectus ex ſua prædicatione ſecuturus predicitur, qui fuit excęcatio cordis populi &c. per illa verba ſignificatus, excęca cor populi huius &cęt. Deus item in hoc Euangelij loco Iſaiam ſub alijs verbis, ſed eodem ſenſu citante excęcat, & indurat. Homo etiam ſeipſum excæcat, & indurat: iuxta illud, Sap. ſecundo. Excęcauit eos malitia eorum, & Pſal. trigeſimoquinto. Noluit intelligere, vt bene ageret, & Iob 41. Cor eius indurabitur tanquam lapis. Cęterum ſolus homo ipſe reus eſt peccati excæcationis, & indurationis proprię: hoc eſt, excęcatio, & induratio ſunt peccatum reſpectu hominis talis, non autem reſpectu prędicatoris, aut Dei. Nam prędicator ex eo, quod prędicat bona, non excęcat, ſed illuminat oculos auditorum, non indurat, ſed mollificat corda ipſorum. Veruntamen auditores, quia male affecti ſunt, vel ad prędicatorem, uel ad res ab eo prædicatas. [Exemplum ſit Iudæorum reſpectu prædicationis Chriſti, tertio de Sal. quæſt. quadrageſimaſecunda, art. primo, & ſecundo.] Bona ipſa prædicatoris verba in malum conuertunt, & ſic excæcant ſemetipſos, & indurant. In quo caſu è directo contraueniunt Deo in ſuis operibus. Quid facit Deus? Ex malis, etiam culpę, elicit bona. Quid faciunt iſti auditores? Ex bonis, etiam ſupernaturalibus (nam & de his loquitur prædicator) eliciunt mala. Quòd autem tota cęcatio, & induratio populi illius non ab Iſaia bonorum prædicatore, ſed à populo malorum amatore, fuerit, patet ibid. ex contextu. Antequam enim Dominus dicat ei: Excæca cor populi, &cęt. illorum voluntariam excęcationem & duriciem prædicit per modum prænunciantis & permittentis. Audite (inquit) audientes, & nolite intelligere, & videte viſionem, & nolite cognoſcere. Ac ſi effectum hunc peſſimum ex vitio ipſorum, audita prædicatione, ſecuturum annuncians dicat. Scio, quod audita à me nolletis intelligere; & illa, quæ prædicando clarè ponam ante oculos veſtros, nolletis cognoſcere. Non ergo peccat prædicator bonus ſic excæcando & indurãdo auditorem: quia ipſe, vt ipſe, & non facit hunc effectum: immo contra verba, & contra intentionem eius, fit effectus talis ab auditore. Porro, quod Deus ſine peccato excæcet ac induret, peccatorem, patet à fortiori ex immediate dictis. Quis n. dedit prædica-

Cæcatio, et induratio attribuuntur tribus, ſed vni ſolummodo ſunt peccatum.

Digitized by Google

impoſſibile, quando id, quod ſupponitur repugnat ei, quod expreſſe tunc dicitur: vt impoſſibile eſt me eſſe extra domū poſito, quod tunc intra domum ſim, ibiq; perſeueranter ſedeam. Secundum hanc diſtinctionem ergo dicendum eſt, quod homo à peccato excuſatur, ſi non facit ea, quę ſibi abſolute impoſſibilia ſunt: niſi forſan ſint ſibi poſſibilia ex ſuppoſitione ſemper in ſibi mandatis ſubintellecta (quæ eſt ſuppoſitio auxilij diuini: quod nobis, niſi à nobis per peccatum impediatur, præſto ſemper eſt) & ſemper prout opus fuerit, ſibi affutura 2. 2. q. 2. art. 5. ad primum.) Hinc eſt, quod impoſſibile eſt eſſe verum, quod Deus quandoque præceperit nobis impoſſibilia non excuſatur autem homo quin peccet, ſi nō facit ea, quę ſunt ſibi impoſſibilia ex ſuppoſitione. Sicut ſi aliquis habeat malā voluntatē omnino taliter, vel taliter peccandi, & dicat impoſſibile ſibi eſſe nō peccare ſic, vel ſic, ille nō excuſat, ſi peccauerit: quia impoſſibilitas illa non eſt abſoluta, ſed conditionata ideſt conditione illa præſuppoſita, quod talem voluntatem peccandi obſtinatam habeat. Ratio quare non excuſetur, eſt: quia poteſt, & debet, deponere illam malam voluntatem, & ſic fiet ei poſſibile, quod prius non erat. Vnde ſi peccauerit, & peccato nouo inuoluitur, propter quod iuſte punietur: & peccati etiam veteris, ideſt illius malæ voluntatis dabit pœnas, quoniam tunc acrius punietur de nouo peccato, quam ſi non proceſſiſſet ex præſuppoſita illa in malum obſtinata voluntate. Ecce, quod impoſſibilitas, quæ eſt ex ſuppoſitione, non tantum non excuſat à peccato, ſi fiat ſed etiam peccatum illud aggrauat, & eius pœnam.

Impoſſibilia quando excuſant, & quādo nō.

Impoſſibile conditionatum aggrauat peccatum nouum ſi fiat

Non poterant (inquit textus) credere, ſcilicet impoſſibilitate conditionata, ideſt ex ſuppoſitione ſuæ malæ voluntatis in infidelitate obſtinatæ. Hoc eſt. Non poterant, quia non volebant. Et vnde ſcis: quod non volebant? Inde quia, ſcilicet, quod (Iſaias dixerat.) Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum. Quia enim Deus neminem excæcat, aut indurat, niſi propter peccatum eius præcedens, in pęnam, ſcilicet talis peccati, ideo dicere Deus excæcauit, & indurauit eos, idem eſt, quod dicere, ij præcedente peccato ſuo meruerant excæcari, & indurari à Deo, ſicuti iuſte factum eſt. Et quia peccatum nō fit niſi per malam voluntatem, tanquam eſſentialem radicem, quā homo non vult bonum ſibi à Deo ſemper ad oſtium pulſante, Apocal. 3. Oblatum, & eligit malū ſuo appetitui inordinato placens: ideo cū ab Iſaia dicitur, Deus exc. & indur. eos idem eſt, ac ſi quod ibi tacitè incluſum de neceſſitate pręintelligitur, explicando, ſic diceretur, ij noluerunt videre, & mollificari, ſed voluerunt claudere oculos ſuos, & obfirmare in malum corda ſua (iuxta illud ſimile de aliquo iſtis ſimili dictum, Pſal. 108. Dilexit maledictionem, & veniet ei; noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.) Relinquit ergo ex his omnibus manifeſtum id; quod ſupra dicebatur circa intelligentiam textus, ſcilicet. Non poterant credere, quia non volebāt. Ex declaratis enim patet: quod iſtud; ſcilicet non velle, eſt prima eſſentialis radix huius, ſcilicet nōn poſſe credere, quia & prima radix eſt pœnarum harum, ſcilicet excæcationis à Deo factę, & indurationis.

Iudæi credere non poterunt, quia nolebant ſic, & multi.

INCREDVLITAS Ergo Iudæorum iſtorum fuit cauſata originaliter primo ex inueterata malitia voluntatis eorum, quæ iam præceſſerat, tanquam cauſa meritoria, pœnas iſtas, ſcilicet excęcationem mentalium oculorum, & indurationem affectuum cordis, ideoque eadem inueterata malitia voluntatis fuit cauſa, quod iſti Iudæi non poterant credere. Dixi, Originaliter primo: quia incredulitatis eiuſdem originalis proxima cauſa fuit eorundem mala voluntas præſens, qua Chriſto ad ſe per miracula actualia eos vocanti noluerunt aſſentire, ſed magis diſſentire elegerunt. Quid hic ſecretius vides? Quod vnum peccatum eſt pœna peccati, videlicet ſubſequens præcedentis, prima ſecundæ quæſtione octuageſima ſeptima artic. 2. Peccatum enim quod præceſſerat excæcationē fuit cauſa incredulitatis huius ſequentis (vt dictum eſt;) & incredulitas iſta fuit pęna illius prioris peccati. Nec mirum, quoniam iuſtitia Dei, quæ patrocinium neſcit dare criminibus (vt inquit Beatus Chriſoſtomus ſuper Math. vigeſimo ſecundo) ſic ordinauit, vt illud, quod alteri eſt

Digitized by Google

Faciens alium peccare, facit illum ſuimet punitorem.

eſt cauſa peccãdi, patiatur pœnã ab eo, ita quod cauſans crimen in altero, cauſat ſibijpſi pœnam ab eodem. Vidiſtin, Euã fuiſſe cauſam, ideſt (vt hic ſemper accipitur) occaſionem Adamo, vt peccaret? Geneſ. tertio. Videas & ibi, pro pœna fuiſſe dictum Euæ: ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Sic ergo in priori textus Euangelici propoſito. Illius prioris peccati, quod fuit cauſa poſterioris, pœna eſt ipſum poſterius. Proinde quoniam incredulitas eſt genus ad hæreſim, ſecunda ſecundæ, quæſtio. decima artic. quinto, & quæſtio. vndecima, art. primo, ideo ex textu præſenti aſſume veritatem illius tritiſſimi dicti; Hæreſis eſt pœna peccati. Anthonomatice hoc ordinarie intelligitur: quaſi quod hæreſis præ alijs multis peccatis, plurima peccata ad ſuijpſius generationem præſupponat: quorum omnium ipſa poſt ex eiſdem tanquam vipera nata pœna grauiſſima ſit. Denique, vt expoſitionem præmiſſam tex. Non poterant credere, quia nolebant, quia ſcilicet volendo peccare præſtiterant cauſam, vt à Deo indurarentur, & conſequenter vt neque vellent, neque poſſent credere, vt inquam, expoſitionem hanc attribuentem homini ſoli, non autem Deo, cauſam perditionis humanæ [prout rei veritas exigit neceſſario; iuxta illud, Oſe. duodecimo: Perditio tua ex te Iſrael eſt, in me autem tantummodo auxilium tuum, ideſt in me nullo modo tua perditio, imo eius contrarium, ſcilicet auxilium tuum] faciliùs intelligas: accipe ex ſenſibilibus exemplum aptiſſimum. Si de aliquo, qui clauſiſſet feneſtram cameræ, diceretur, ille non poteſt per lumen ſolis meridiano fulgore nunc ſplendentis videre aliquid in camera: quia priuatur lumine ipſius ſolis: verum vtique diceretur. Manifeſtum tamen eſt etiam ſtolidis, quod iſta priuatio luminis non prouenit à ſole; ſed ab illo, qui à ſe lumen ſolis, claudendo voluntarie feneſtram, excluſit. Similiter ergo dicitur in hoc tex. Non poterant credere, quia Deus excæcauit eos [ac ſi, Sol materialis ab illo in camera clauſo non viſus, diceretur excæcare ipſum hominem:] quoniam, ſcilicet ipſi priores cauſam Deo præſtiterant, vt excæcarentur, id quod ſignificauit Spirituſſanctus, Sap. ſecundo. Excæcauit eos malitia eorum.

Ad veritatē textus catholice intelligendam exemplum congruentiſſimum.

Hæreſis eſt pœna peccati.

ANNOTATIO OCTAVA;

(COROLLARIA TAMEN)

Cap. XII.

EX præmiſſis igitur catholicis textus Euangelici, ſimiliumque ſcripturarum expoſitionibus in annotation. ſexta, poſitis patet, quam impia ſenſa ſua ſint, & quibus hæreſiarcha Caluinus, quaſi de ſcripturis loquens, eas conſpurcauit, & quæ ipſe, vt de calice Babylonis, ad ebrietatem vſque potatus, ac tanquam furore vltimo, extremaque damnatorum deſperatione exagitatus in ſcandalum ineffabile puſillorum euomere non erubuit. Puſillorum, inquam, ad differentiam magnorum theologorum, & aliorum Chriſto per Chriſtum bene adhærentium; de quibus ſcriptum eſt, Prouerb. primo. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum, & Hebr. quinto, Perfectorum eſt ſolidus cibus, eorum, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, ac mali. Quocontra de hæreticis omnibus verificari voluit Spirituſſanctus, & illud ſecundo Petri tertio: Difficilia intellectu, ſicut & cæteras ſcripturas, indocti, & inſtabiles [En, encomia hæreticorum] deprauãt ad ſuam ipſorum damnationem, & illud Iudæ primo. Quæcunque ignorant, blaſphemant: & illud primo Timot. primo. A quibus (ſcilicet conſcientia bona, & fide non ficta) quidam aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium volentes eſſe legis Doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Nunquid non & Chriſtus (quod plus eſt) nomine illis accommodatiſſimo vtitur, quando eos vocat portas inferni? Et Portæ (inquit) inferi non præualebunt aduerſus eam. Matth. decimo ſexto.

Tituli hæreticorum ex ſcripturis.

Infamiſſimo igitur ex ſtomacho Caluinus ſuam obſtinatam cordis prauitatẽ, & ignorãtiam maximam, ciboſque veneno peſſimo plenos, pro ſua falſi nominis ſcien-

ſcientia hypocriſi coniuncta 1. Timot. 8. & pro melle multum comeſſo. [Quod refert ſcrutator ipſe maieſtatis, oppreſſus à gloria. Prouerb. 25.] euomuit dicens. Deus creauit genus humanum ad perpetuam damnationem, & (interitum potiſſime. Item. Deus non modo permittit fieri peccata, quæ homines faciunt, ſed etiam fiunt volente Deo, & impellente. Item. Dei opera omnino ſunt ſimpliciter omnia peccata, quæ fiunt ab hominibus. Item. Nullum furtum, nulla ſcortatio, nullum adulterium, fit ab homine, quod Deus non efficiat in homine. Item. Deo volente, & iubente, diabolus mentitur in cordibus hominum. Item. Deus eſt non ſolum cauſa omnis mali, ſed etiam hominibus, ut mala operentur, malas cogitationes in cordibus illorum inſpirat, ad eoque, vt non homines peccent, ſed Deus ſit efficiens, & volens, peccatum. Contra quas omnes horrendiſſimas aduerſus altiſſimum blaſphemias quamuis ſufficeret illud Pſal. 5. Non Deus uolens iniquitatem tu es, & illud Deut. 32. Deus fidelis, abſque vlla iniquitare, iuſtus, & rectus: tamen vide tu ad earum iuſtiſſimam condemnationem ampliorem, Elucidationes, pri. par. articulorum numero 120. 123. 139. 147. 259. 470 515. Item 1 2. articulorum numero 428. & 3 de Sacramen. Addition. articulorum numero 198. Item Verirates aureas ſuper totam legem veterem Geneſ. 3. concluſ 6. & Exod. 6. conclu. 3. per totum. Per quæ loca Elucidationum & condemnab s ſimplicem impietatis inſaniam cuiuſdam, dicentis Dei opus ita eſſe adulterium Dauidis, ſæuitiam Manlȷ, & proditionem Iudæ, atque ac conuerſionem Pauli.

Sepulchrū patens eſt guttur eorum, &c. ſecundum multitudinem, impietatum eorum expelle eos Pſ. 5. De Caluiniſtis bis.

CÆTERVM ſi vis, vitam Caluini diabolicæ illi ſuæ doctrinæ non diſſimilem, imò & eius confirmatiuam, videre, legas 3. de Sacra. Addition. q. 9. art. 4. Appen. Quod ſi plura de eiuſdem fraudulentijs, nenijs, & impoſturis voluerit quis cognoſcere: videat Cardinalem Hoſium, & Claudium Sanctesium.

Ff CAPI-

CAPITVLVM · TERTIVMDECIMVM.

Ante diem feſtum Paſchæ ſciens IESVS, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo: in finem dilexit eos. Et cęna facta, &c. vſq; in finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

Chriſtus ſeruos ſuos diligit & feruenter, & præuenienter, & illorum neceſſitati correſpondenter, & perſeuerante atque omnino perfecte ſuccurrit.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta tex. Ante diē feſtū paſchę &c. vſque ad tex. Lintheo, quo erat præcinctus. Porrò ante omnia aduertendum pro ſemper eſt, quod ea, quæ erga hos diſcipulos ſuos fecit, & hic, & alias in ſimilibus locis, Chriſtus, debent extendi ad alios de Eccleſia eius exiſtentes, idest intelligi ſecundum ſenſum literalem fieri, facta, vel fienda, ab eodem ēt erga alios ſuos fideles. [Nam & propterea, vt ad poſterorum notitiā, quæ gratuitu dinem, &c. in ipſis erga Chriſtum pateret, ſcripta ſunt: iuxta illud vniuerſaliter dictum, Rom. 15. Quæcumque ſcripta ſūt (ſubintellige, & erunt) ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.] Ratio præmiſſæ extenſionis eſt, quia in diſcipulis illis, tanquam in ſecundario fundamento omniū Eccleſiarum, repręſentabatur tota Eccleſia catholica. Id quod & Dominus aliquā do, pro ſemper, nobis manifeſtare dignatus eſt verbis illis ad eos directis, Mar. 13. Quod vobis dico, omnibus dico. Vnum ſiquidem corpus, & non plura, eſt Eccleſia ſancta Dei vbique diffuſa, ſecundum quaſcunque differentias locorum, temporum, & conditionum hominum accepta, Rom. 12. & 1. Corinth. 12. & Epheſ. 1. & Coloſ. 1. 3. ideoque dictum vni de Eccleſia maxime de primoribus (quales erant Apoſtoli) intelligitur proportionaliter dictum eſſe etiam cęteris omnibus. Hac regula, pro ſemper & vbique, annotata: accedamus ad textum. Prima itaque concluſionis pars, ſcilicet: Chriſtus ſeruos ſuos diligit feruenter, demonſtratur ex tex. Ante diem feſtum paſchæ ſurgit à cęna, & cępit lauare pedes diſcipulorum. Quod enim aliquis non tepide, ſed feruenter amet alterum, cognoſcunt homines ex hoc ſigno: quando ſcilicet ille in medio tribulationum poſitus, quæ (vt patet) ſolent opprimere animum, ita vt tuimet ſolummodo recorderis, non obliuiſci tur illius alterius, nec vi pręmentium ſe tribulationum abſtrahitur, vel modicum, ab amore eiuſdem. Sic in propoſito noſtro, Euangeliſta, vt nos cognoſcere faciat Chriſtum diligere feruenter [& quidem Anthonomatice feruēter, ſicut etiam alia de ipſo dicta intelligi ſemper debent per excellentiam] ſeruos ſuos, oſtendit, quod ipſe in præſentia maximarum tribulationum, iam, iam actualiter ſibi imminentiū poſitus neque à recordatione ſuorum, neque a ſupremo amore eorundem, potuit impediri ex vi præſſurarum illarum. Porro in tali demonſtratione ſecutus eſſe videtur illam ſententiam, Can. 8. Fortis eſt vt mors, dilectio. Lāpades eius, lampades ignis;

Regula vniuerſalis, pro corpore Eccleſia.

Exemplū.

ignis;atque flammarum. Aquæ multæ nõ potuerunt extinguere charitatem,nec flumina obruent illam. Quemadmodum.n. per ſententiam hanc ex hoc, quod aquæ multæ,& flumina, non potuerunt extinguere, aut obruere charitatem, habetur argumentum efficax, quod charitas eſt & ignita ac ardens, vt lampades ignis, atque flammarum, & fortis, vt mors,ita ex eo, quod Chriſti dilectio erga ſuos non potuit ab imminentibus maximis tribulationibus extingui, aut diminui (immò tunc magis, quo ad effectum aucta eſt) habere,& haberi,vult Euangeliſta,quod eius dilectio erga ſuos præ maximo ſuo feruore, & ardebat tanquam lampas ignis atque flammarum, [vt adimpleretur ſcriptura Iſaię ſexageſimoſecundo, Saluator eius,vt lampas,accendatur,] & fortis erat,tanquam mors. Vbi ſunt iſtæ Chriſti maximæ tribulationes in textu? Ante diem feſtum Paſchæ. Vbi eſt, quod eius dilectio ad ſuos non potuit diminui ab illis? In finem dilexit eos, & cœna facta, cœpit lauare pedes diſcipulorũ,& extergere lintheo, quo erat præcinctus.

QVOD AVTEM PER tex. Ante diem feſtum Paſchæ, importentur illæ tribulationes iam iam imminentes, patet: ſi introſpiciamus ſenſum verborum. Nam exponendus eſt ſic tex. Ante diem feſtum Paſchæ,ſcilicet vltimo cum diſcipulis ſuis à CHRISTO celebrati. Conſequenter igitur ex hoc nomine oſtenditur, quod iam, iam inſtabat,immò & tunc incipiebat paſſio ipſius, & mors, (in illa ſiquidem nocte tradebatur,) qua tranſiuit. [En etymologia illius nominis, ideſt tranſitus] ex hoc mundo ad patrem, quoniam ab æterno deſtinatum fuerat, quod in tempore paſchali verus agnus immolaretur, ſicut & in figura præſignatum de ipſo fuerat Exod. duodecimo. [Vide ibidem, concluſ. prima. Veritates aureas ſuper legem veterem.] Ad quod totum rememorandum ſubditur in tex. Sciens, quia uenit hora eius (ideſt ab ipſo electa, pro ſe immolando,) ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem. Ecce, & præſens paſſio, & ab eo totaliter perfecte, ideſt, quo ad quaſcunque, etiam minimas circunſtantias, ſcita. De qua ſcientia plenaria illud proprie per excellentiam intelligi poteſt; Eccl. primo, Qui addit ſcientiam, addit & dolorem. Vndique tamen cum eſſet Dominus iam præſentium paſſionum dolore circundatus, & ſecundum apprehenſionem humanam, quæ ex obiecti vicinitate ſolet magis commoueri, preſſus, non eſt oblitus ſuorum, quinimò ſuimet, tanquam totus in illorum amore abſorptus, uidetur oblitus, ita erat ad exequenda, etiam minutatim, quæ eiſdem eſſent utilia propenſiſſimus. Vt, ſi uidiſſes illum, præ admiratione exclamando dixiſſes: Totus eſt in diſcipulis, & de ſe nihil eſt ſolicitus. Ecce, quam minutatim, quæ ad eorundem obſequium pertinent, exequitur, quaſi ad ſeipſum in tantis periculis conſtitutum nihil intentus. Surgit (inquit textus) à cœna, & cætera. Audiſtin' ipſum aliquando ſuis dicentẽ Luc. vigeſimoſecundo. Ego in medio ueſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat? Nunc illud, quod uerbis dixerat, ſenſibiliter ad literam factis comprobat. Ad bonum ſiquidem miniſtrum requiruntur quattuor.

Bonorum miniſtrorum conditiones.

1. Primum, quod ſit circunſpectus ad omnia uidenda, quæ deeſſe poſſunt miniſterio. Et hoc maxime impediretur ſi ſederet, uel iaceret. Vnde miniſtrorum eſt ſtare, (vt experientia patet.) Et ideo, ut primam hanc miniſtri conditionem Dominus in ſeipſo exprimat. Surgit à cœna.

Secundum requiſitum eſt, quod ſit expeditus, ut poſſit omnia congrue peragere, quæ ſunt neceſſaria miniſterio. Et hoc multum impedit veſtium multitudo (ut experientia patet.) Ideo, ut ſecundam hanc miniſtri conditionem Dominus in ſeipſo exprimat; ponit, ideſt deponit,ueſtimenta ſua.

Tertium requiſitum eſt, quod miniſter ſit promptus ad ſeruiendum, hoc eſt, ut habeat parata omnia,quæ ad miniſterium neceſſaria ſunt, (id quod per ſeipſam docuit Martha per hoc, quod ſatagebat circa frequens miniſterium, Luc.decimo.) Ideo, vt tertiam hanc boni miniſtri conditionem Dominus in ſeipſo exprimat: Cum accepiſſet lintheum, præcinxit ſe. Vt, ſcilicet pa-

ratus eſſet non ſolum ad lauandum pedes, ſed etiam ad tergendum.

Quartum requiſitum eſt, quod miniſter exequatur actualiter principale obſequium, quod pro tempore exequendum occurrit. Alioquin, ſi illa tria, quę veluti præambula ſunt, habens, quarto iſto, quod veluti ſubſtantiale eſt, careret, nec eſset, nec vere diceretur bonus miniſter (vt patet.) Ideo, ut quartam hanc conditionem miniſtri boni Dominus in ſeipſo exprimat, miſit aquam in peluim, & cępit lauare pedes diſcipulorum & extersit lintheo, quo erat præcinctus.

ANTE DIEM FESTVM Paſche.

HACTENVS viſum eſt (vt promittebatur) quod per tex. Ante diem feſtum Paſchæ, importantur maximę tribulationes Chriſti, & per tex. Surgit à cęna &c. importatur, quod eius ad ſuos dilectio non potuit diminui à tribulationibus illis, & conſequenter ex his duobus textibus ſimul probata fuit concluſionis illa prima particula, ſcilicet quod Chriſtus ſuos ſeruos diligit feruenter. Nunc, antequam procedamus vlterius, dubitatio quædam ex textu conſurgens ſoluenda eſt: quæ eſt talis. Euangeliſta noſter dicit, cœnam hanc vltimã eſſe factam ante diem feſtum Paſchæ: alij vero Euangeliſtæ dicunt, ipſam eſſe factam primo die azimorum, Matth. vigeſimoſexto, Mar. decimoquarto, Luc. vigeſimoſecundo. Conſtat autem ex Exod. duodecimo, Leuit. vigeſimotertio, Numeror. vigeſimooctauo, quod primus dies azimorum erat feſtiuus, hoc eſt, erat dies feſtus Paſchę. Nam illo die primo, quando Paſcha, ideſt agnum Paſchalem ad ueſperam Iudæi immolabât, incipiebant veſci tantum azimis panib. quibus poſt etiam ſeptem continuis diebus veſcebantur, & ideo primus ille dies feſtus vocabatur primus dies azimorum. Qui ſemper celebrabatur Luna decimaquarta menſis primi .i. Martij. Cum ergo dicunt alij, quod tempus cœnę illius fuit Luna decimaquarta, videtur, quod tempus illius fuerit Luna decimatertia, ſecundum hunc tex. Ante diem feſtum Paſchę, quoniam decimatertia præcedit quartamdecimam. Dubitatio hæc augetur ex diuerſo ritu Eccleſiarum in conſecratione Sacramenti Euchariſtiæ, quod conſtat fuiſſe a Chriſto inſtitutum in vltima cęna illa. Nam Romana Eccleſia cum omnibus Latinis per hoc, quod conſecrat in azimo, ſtat manifeſte cum alijs tribus Euangeliſtis, vtpote dicentibus, Primo die azimorum. Eccleſia autem Conſtantinopolitana cum omnibus Græcis per hoc, quod conſecrat in fermentato, videtur & ſtare cum noſtro Euangeliſta, vtpote dicente, Ante diem feſtum Paſchæ: & diſſentire a cęteris Euangeliſtis in hoc. Vlterius vero Eccleſia Romana, cum ſit magiſtra, & mater omnium Eccleſiarum, dubitationem hanc textualem adhuc ex alia parte intantum augere videtur: vt relinquat nos in ancipiti, immo in incompoſſibili, circa determinatum tempus cœnæ illius. Dum enim ipſa in azimo conſecrat, docet facto ſuo, quod tempus cœnę illius fuit Luna decimaquarta (vt diximus) dum autem admittit, Græcos ſic conſecrare in fermentato, docet tali permiſſione ſua, quod tempus cęnæ fuit Luna decimatertia. Sic ergo videtur nos relinquere in ancipiti, vt ſcilicet credamus, Euangeliſtas inter ſe inuicem vere diſſentire, & adhæreamus cuicunque ipſorum Euangeliſtarum nobis placuerit. Hinc & ſequitur, quod relinquat nos in incompoſſibili: quandoquidem incompoſſibilia omnino ſunt manifeſte duo hæc tempora, ſcilicet quod Luna decimaquarta, ſit Luna 13. & conſequenter quod illa cœna vna fuerit ſimul facta tempore Lunæ decimequartę, & tempore Lunæ 13.

Primo. Dubium magnum ſecundum literã, non ſecundum ſenſum.

Secundo.

Ex facto Eccleſiarũ, immo & eiuſdẽ Eccleſia, dubiũ augetur.

RESPONDETVR, per ſingula, ad dubitationem prædictam. Ad primum igitur ipſius dubitationis argumentum, quod fit de Euangeliſtarum diſſonantia, dicitur, quod talis diſſonantia eſt ſolum verbalis.

Ad primum.

Hæreticum enim eſt dicere (vt hic inquit veritatis Catholicæ propu-

gnator

gnator S. Thomaſi) quod aliquid, uel minimum falſitatis non ſolum in Euangelijs, ſed etiam in quacunq; ſcriptura canonica, inueniatur. [Quæ ſcriptura vero ſit canonica, vide in Concilio Trid. Seſſ. 4.] Nam ſi vnum falſum in Euangelio, vel alia canonica ſcriptura admitteretur, periret certa fides totius ſacræ ſcripturæ: quoniam qua ratione erratum eſſet in veritate vnius, ſimili ratione poſſet eſſe error in alio, & ſic de cæteris omnibus. Ideo Beatus Auguſtinus, in quadam epiſtola ad Beatum Hieronymum, dicit. Scripturarum libris; qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, vt nullum authorem eorum in ſcribendo erraſſe aliquid, F I R M I S S I M E credam. Hæc ille, cui ſubſcribit Sanctus Doctor, 1. q. 1. ar. 8. Neceſſarium igitur omnino eſt dicere, quod omnes quatuor Euangeliſtæ reuera in ſenſu verborum illorum (immo & aliorum quorumcunque) dicũt idem, & in nullo diſcordant. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, ex Leuit. 23. ꝙ feſta Iudæorum incipiebant à veſpera diei præcedentis. Cuius ratio eſt: quia numerabant dies ſecundum Lunam, quæ de ſero incipit apparere. Et ſic apud eos ſollemnitas Paſchalis incipiebat in veſpera diei præcedentis, & terminabatur in veſpera diei Paſchæ (ſicut & apud nos Eccleſiaſticos, quo ad officium, feſta celebrantur.) Vnde ſicut aliquid factum apud nos in vigilia Natalis Domini, maxime cum declinat ad veſperam, poteſt dici factum eſſe in feſto Natalis: ita apud Iudæos, ex lege eorum, aliquid factum in veſpera diei præcedentis aliquã ſollemnitatem ipſorum poteſt dici factũ eſſe in die ipſius ſollẽnitatib. Hũc igitur modũ legalem, ideſt ex lege illa acceptum, ſeruantes Euangeliſtæ alij dixerunt, cœnam eſſe factam primo die azimorum: quoniam facta fuit die præcedenti ad veſperam, qui iam ſecundum legem pertinebat ad primum diem azimorum. Sic ergo facta fuit, ſecundum eos, in Luna decimaquarta, ad veſperam, quæ erat initium diei feſti Paſchę Luna decimaquinta, exiſtentis. Euangeliſta autem noſter, ideſt quem præ manibus habemus, ſeruauit modum naturalem tantum in accipiendo diem feſtum: hoc eſt, pro die feſto Paſchæ intellexit diem quando Sol eſt ſuper terram, qui totus erat feſtiuus, & ille erat Luna decimaquinta. Dicit ergo, Ante diem feſtum, ſcilicet ſecundum totum, hoc eſt, Luna decimaquarta, ad veſperam, facta eſt cœna. Hoc autem hic ab eo dictum abſque dubio eſt penitus; in ſenſu idem, quod eſt à cęteris dictum. Primo die azimorum, quoniam primus dies azimorum, quo ad veſperam Paſchalem agnũ immolabant (& conſequenter non niſi pro illa parte diei feſtiuus) erat Luna decimaquarta. Cum ergo omnes quatuor Euangeliſtæ, licet non eiſdem verbis, cęnam hanc dicant eſse factam Luna decimaquarta, ad veſperam (vt declaratum eſt,) patet eorum diſſonantiam in ſenſu obiectam eſse falſiſſimam.

Hæreſis peſtifera dãnatur; & Regula neceſſariſſima pro catholicis aſſignatur.

Iudæorum feſta incipiũt in veſpera diei præcedentis, & quare.

In veſpera dies louis, tũc Luna 14. exiſtentes, cœna facta eſt: ſecundũ omnes Euangeliſtas.

DE RITV ECCLESIARVM.

AD illud ſecundum illius dubitationis argumentum ex diuerſo Eccleſiarum ritu ſumptum, reſpondetur, quod Eccleſia Romana per hoc, quod conſecrat in azimo ſtat cum veritate omnium quatuor Euangeliſtarum, ideſt quod cœna facta fuerit, Luna decimaquarta. Quia enim tunc incipiebat ad veſperam obſeruari mandatum de azimis poſitum in Exod. duodecimo, quod ſcilicet fermentatum nullum in domibus Iudęorum inueniretur, ſed azimos tantum panes comederent, ideo Eccleſia Romana facto illo ſuo dat nobis intelligere, quod Dominus in cœna illa non niſi azimos panes habuit, vtpote qui non venerat ſoluere legem, ſed adimplere, Matth. 5. & 3. de Sal. quæſt. quadrageſima, art. quarto. Propterea, vt ipſa, tanquam ſponſa Chriſti legitima, conformet ſe ſponſo ſuo in conſecratione panis, non niſi azimo vtitur. Dixi; Omnium quatuor Euãgeliſtarum. Quod enim, ſic faciendo, ſtet cum tribus primis, etiam quo ad verba, patet ex eo, quod illi dicunt, Primo die azimorum. Quod vero, etiam in verbis ęquiualentib. ſtet cum B. Ioan. patet ex eo, quod ipſa, dum in manibus azimum cõſecrãdũ aſſumit, dicit. Qui pridie quã pateretur &c. Collige iam totum, & dic.

Secundo.

Cur in azimo conſecrat Eccleſia latinorum omnium magiſtra.

Digitized by Google

Quid eſt in commemoratione illius cœnæ Eccleſiam vti azimo, ſimulq; de Chriſto dicere; Qui pridie quam pateretur, accepit panẽ, niſi ipſam manifeſte profiteri, quod Dominus cœnam illã ſupremam fecit, & primo die azimorum, & ante diem feſtum Paſchæ?

AD illud autem de Eccleſia Conſtantinopolitana reſpondetur, quod ipſa conſecrat in fermentato, licite, ex permiſſione bona ab antiquis temporibus, & nouiſſime a Concilio Florentino (vt patet ibi ſeſſ. vlt. in litteris ſanctæ vnionis) ſibi conceſſa à matre ſua Romana Eccleſia. Permiſſionem proinde illam declarauit ei eſſe bonam: quoniam (inquit) in pane triticeo, ſiue azimo, ſiue fermẽtato, corpus Chriſti veraciter conficitur, Sacerdoteſque in altero horum Domini corpus conficere debent, vnuſquiſque ſcilicet iuxta ſuæ Eccleſiæ ſiue Occidentalis, ſiue Orientalis, conſuetudinem. Hæc ex Floren. Concil. ibidem. [Vide & 3. de Sacramen. q. 15. aliàs 74. art. 4.] Cæterum ſi in fermentato conficeret, non quaſi ex cõceſſione illa, ſed quaſi ex errore in Euãgeliſtarum intelligentia concepto, faceret illicite illud, quod aliàs de ſe eſt licitum, id eſt peccaret mortaliter, ſic conficiendo. Ex errore inquam, in Euangelij intel. concepto: quia fuerunt aliqui Greci, qui non intelligentes rectum ſenſum B. Ioannis dicentis, Ante diem feſtum Paſchæ, dicebant, quod cœna, ſecundum textum hunc, facta fuit Luna decimatertia, & conſequenter volebant, quod Chriſtus confeciſſet in fermentato. Iudæi nanque Luna decimatertia fermẽtato veſcebantur, cum ad azimum nõ aſtringerẽtur ex lege Exod. 12. Niſi à Luna decimaquarta, ad veſperam, vſque ad vigeſimaprimã, ad veſperam. Proinde ex hac erronea prædicti textus intelligentia in alium magis intolerabilem errorem incidebant dicentes, quod alij Euangeliſtæ errauerunt dicendo; Primo die azimorum, id eſt Luna decimaquarta, cœnam fuiſſe factam. Et hunc (inquiebant) illorum trium errorem correxit vltimus coeuangeliſta Ioan. per tex. Ante diem feſtum Paſchæ.

Quomodo licite, & illicite, poſſit fieri cõſecratio à Græcis.

Contra quos illorum Græcorum, qui ſic dixerunt, errores, patet ex præmiſſis quid ſit de iure dicendum, ſcilicet quod neque cœna fuit Luna 13. neque Euangeliſtę aliquorū ibi (ſicut nec alibi) falſum dixerunt, neque Ioannes eoſdem correxit: quandoquidem hęreticum eſt dicere, quod aliquid vel minimum falſitatis &c. vt ſupra in reſpondendo ad argumentũ primum. Sed & in ſpeciali ex B. Auguſtino, in prologo ſuper Euangelium ſecundum Ioannem, conſtat tres illos Euangeliſtas primos nihil falſitatis vnquam dixiſſe. Sic etenim ibi de B. Ioanne dicit. Legerat ſiquidem Euangelia trium Euangeliſtarum, & approbauerat fidẽ eorum, & veritatem. Hæc Aug. ibi.

Tres falſitates aliquorũ excluduntur.

EX præmiſſis denique ad argumentum illius dubitationis tertium patet ſolutio, ſi bene conſiderentur. Reſpondetur ergo, quod Eccleſia Romana neq; in azimo illo, neque in illo incompoſſibili, de quo loquitur argumentans, nos reliquit, ſed veritatem ſolam clare factis illis ſuis nos edocet. Conficiendo quippe in azimo, nobis de tempore cœnę demonſtrat veram ſentẽtiam, ſcilicet, quod facta eſt primo die azimorum, ſeu (quod idem eſt, ſecundum prædeclarata in reſpon. ad arg. primum.) ante diem feſtum Paſchæ: permittendo autẽ Eccleſiæ Oriẽtali conficere in fermentato, nos inſtruit, quod eſſe fermentatum, & eſſe azimum, non variant ſpeciem panis triticei, qui panis eſt debita materia conſecrandi corporis Chriſti 3. de Sa. q. 74. ar. 3. Ac ſi per talem ſuam permiſſionem nobis dicat. Sicut in aqua, ſiue ſalſa, ſiue dulcis, ſiue frigida, ſiue calida ſit, poteſt fieri baptiſmus, eo quod eſſe ſalſum, dulce, frigidum, vel calidum, non variant ſpeciem aquæ: ita in pane triticeo, ſiue azimus, ſiue fermentatus ſit, poteſt confici Euchariſtiæ Sacramentum, eo quod eſſe fermentatũ, vel azimum, non variant ſpeciem panis triticei. Ideo ſupra in reſpon. ad arg. ſecundum dictũ eſt, quod permiſſio illa, qua Romana Eccleſia conceſſit Cõſtantinopolitanæ, vt in fermentato conficiat, erat bona, quoniam non ad rei veritatem ex Euangelio habitam reſpicit talis permiſſio, ſed ad rei veritatem ex natura panis conſideratam. Alioquin ſi ad rei veritatem ex textibus Euangelicis vniformiter habitam reſpiceret illa permiſſio, non eſſet

Tertio.

Quo in ſẽſu cõcedatur Græcis cõficere in fermentato.

ſet bona, ſed mala. Tunc enim per ipſam & denotaretur, cœnam fuiſſe factam luna decima tertia. (quod eſt contra omnes quattuor Euangeliſtas) & relinqueretur animus noſter in ancipiti atque incompoſſibili illo, quod afferebat argumentator. Tunc ergo talis permiſſio indicaretur mala: tum quia concerneret falſum contra Euangelicam veritatem, tum quia eſſet cauſa ruinæ mentalis ſeu ſpiritualis filiorum ſuorum, id eſt filiorum Eccleſiæ Romanæ. Quorum inconuenientium nullum ſequitur nunc.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus ſeruos ſuos diligit præuenienter, demonſtratur ex tex. Cum dilexiſſet ſuos. Ex eo enim, quod nihil ex parte noſtra ponitur ab Euangeliſta prouocans dilectionem Chriſti ad ſuos, datur intelligi, quod eius ad ſuos dilectio fuit totaliter gratuita, id eſt omnem ſuorum pro hac obtinenda diſpoſitionem præueniens. Et vere ſic eſt: & ſic intendit Euangeliſta per verba illa ſignificare. In cuius ſignum euidens, ipſemet tanquam oſtendens, quid hic intenderit, dicit primo Ioan. quarto. Non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos. Non enim Deus amat res, ſicut nos amamus illas. Nam quia voluntas noſtra non eſt cauſa bonitatis rerum, ſed ab ea, ſicut ab obiecto, mouetur: amor noſter, quo bonum alicui volumus, non eſt cauſa bonitatis illius, ſed è conuerſo. Bonitas ſiquidem eius vel vera, vel æſtimata, prouocat amorem, quo ei volumus & bonum, quod habet conſeruari, & bonum, quod non habet, addi, ad quod totum etiam operamur. Quia vero Dei voluntas eſt cauſa rerum, prima quæſtione decima nona, articulo quarto, ideo oportet, quod in tantum aliquid habeat eſſe, aut quodcunque aliud bonum, inquantum eſt volitum à Deo: propptereaque amor Dei, qui profecto eſt in voluntate eius, infundit & creat bonitatem in rebus: tantum abeſt, vt à rerum bonitate cauſetur. Licet ergo, ſi de aliquo noſtrum diceretur; Cum dilexiſſet ſuos, importaretur per hoc nomen, ſuos, prouocatio quædam illius ad diligendum iſtos [puta: quia erant amici, cognati, affines, & cætera. Vnde, & apud Grammaticos per ipſum nomen, Suos, quædam talis coniunctio amoris prouocatiua ſignificatur:] tamen de Chriſto dictum in textu. Cum dilexiſſet ſuos, contrarium importat. Non enim, quia prius ſui erant, ideo poſtea illos Chriſtus dilexit (id quod verificatur de prædicto homine diligente ſuos:) ſed ideo poſt illi fuerunt ſui, quia prius eoſdem Chriſtus dilexit. Sic itaque dilectio Chriſti fuit cauſa, quod iſti eſſent ſui: non autem è contra. Præſuppoſita igitur fuit Chriſti dilectio ad iſtorũ eſſe tale, quandoquidem ipſa fecit, iſtos eſſe ſuos: non autem hoc, ſcilicet iſtos eſſe ſuos, præſuppoſitum eſt eius dilectioni (vt fit in nobis) Ex his ergo manifeſte relinquitur probatum optime, quod dilexit Chriſtus ſuos præuenienti amore totaliter: vt in verbis ſuis intẽdebat capituli concluſio.

Differenter Deus, & nos amamus res.

DILEXISSET (inquit) ſuos. Non reſtringitur hoc nomen, ſuos, ad ſtãdum pro illis Chriſti Apoſtolis tantum (vt prima fronte videtur:) extenditur ad conſignificandum omnes, qui aliquando fuerunt, ſunt, vel erunt ſui, id eſt ſerui eius. Adeo quod & Patres ſancti in Limbo exiſtentes, & animæ in purgatorio, & alij ſuper terram in gratia Dei vel actualiter, vel in potentia aliquando reducenda ad actum, comprehenduntur ſub hoc nomine, Suos: ſi per ſeruos Chriſti intelligas ſecundum totum id eſt ſecundum intellectum fide, & voluntatem charitate, perfectos. Si vero accipias ſeruos Chriſti etiam ſecundum quid tantum, id eſt ſecundum intellectum fide perfectos: tunc hoc nomen, ſuos, extenditur etiam ad omnes Chriſti fideles ſuper terram quamuis in peccatis mortalibus, exiſtentes. Dico, Super terram: quia fideles ſubtus terram, id eſt in inferno propter peccata mortalia exiſtentes, non continentur ſub iſto nomine, Suos. Non enim coniunguntur amplius Chriſto, vt capiti ſuo (qua ratione alij omnes dicuntur eſſe ſui:) quoniam ex hoc ſecu-

Hoc nomen, Suos ad quid extendatur.

lo in mortali recedente: totaliter deſinũt eſſe membra Chriſti. Cæterum, ſi de patribus antiquis, qui poſt mortem in Lymbo erant, obijcias, quod non videntur eſſe ſui: quoniam illi ſuo tempore ſeruiebant ſacramentis legalibus, Hebr. octauo, quæ comparantur ad Chriſtum, ſicut vmbra ad corpus Coloſ. 2. Et ita videntur non fuiſſe ſui, ideſt vniti Chriſto, ſed vniti vmbræ: reſpondebitur, quod obiectio nihil contra veritatem præmiſſorum concludit, imo ſtat pro illa. Ratio eſt: quia ſancti patres non inſiſtebant Sacramentis legalibus, tanquam rebus, ſed tanquam imaginibus, ſeu umbris, futurorum. Porro, ſecundum philoſophum in lib. de memoria, & reminiſcent idem eſt motus in imaginem, vt imago eſt, & in rem, quæ per imaginem repræſentatur. Et ideo illi Patres, ſeruando legalia ſacramenta, ferebantur in Chriſtum per fidem, & charitatem, eandem, qua & nos ferimur. Et ita antiqui Patres pertinebant ad Chriſtum, tanquam ſui, & ad idem corpus Eccleſiæ, ad quod nos pertinemus, tertio de Sal. quæſtione octaua, articulo tertio. Et in nouo teſtamento, ratione illa, computabantur. Quod docuit Sanctus Thomas his verbis, prima ſecundæ, quæſtione 107. articulo primo. Illi qui in veteri teſtamento fuerunt Deo accepti per fidem ſecundum hoc ad nouum teſtamentum pertinebant. Non enim iuſtificabantur, niſi per fidem Chriſti, qui eſt author noui teſtamenti (Heb. ſeptimo, octauo, nono, duodecimo.) Vnde & de Moyſe dicit Apoſtolus, Hebr. vndecimo, quod maiores diuitias, theſauro Ægyptiorum, æſtimabat improperium Chriſti. Hæc ibi. Breuiter denique ex omnibus præmiſſis concludentes dicimus: quod tex. Cum dilexiſſet ſuos, idem eſt; ac ſi diceretur; Cum dilexiſſet Eccleſiam: huius enim caput eſt, de Sal. 3. quæſtione octaua, articulo primo, & ideo Eccleſia eſt ſua. Vnde etiam patet, quod Chriſtus amat congruenter. Eccleſia enim eſt ſponſa eius, & congruum eſt (vt patet;) ſponſum amare ſponſam ſuam; iuxta proportionem graduum amoris ſibi ſponſo bene placitorum.

Qui patres teſtamenti veteris eſſēt de nouo, & quare

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus diligit ſeruos ſuos, correſpondenter ad illorum neceſſitatem, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Qui erant in mundo. Neceſſarium enim eis per hoc, quod erãt in mundo, fuiſſe oſtenditur, quod à Chriſto diligerentur. Alioquin de ipſorum ſalute actum eſſet: quoniam inter tot pericula, quæ mundus affert, præſertim ſeruis Chriſti, impoſſibile eiſdem fuiſſet ſaluari, niſi ab ipſo amati fuiſſent. Amor ſiquidem Dei quo Chriſtus amat ſuos, apportat eis robur ad toleranda quælibet mundi aduerſa; fortitudinemque adijcit & ad euadendum innocenter ex tantis eiuſdem periculis, & ad viriliter, calcato penitus mundo, apprehendendum vitam æternam. Amor enim Dei (vt diximus) non eſt ſicut amor noſter, qui efficiatur à rebus amari dignis: ſed ipſe efficit, vt res ſint dignæ amari. Non ergo ipſius, quo nos diligit, amor pręſupponit in nobis aliquid dilectione dignum (puta bonos mores, bonam fidem, bonam fortitudinem, &c.) ſed quicquid eſt in nobis dilectione aliqua dignum pręſupponit ipſum Dei erga nos amorem, tanquam effectus cauſam ſuam. Voluntas namque Dei, qua vult bonum alicui, diligendo eſt cauſa, ꝙ illud bonum ab illo habeatur, & ſi vult maius bonum vni, quam alteri, eſt cauſa ſic diligendo, quod bonum magis habeatur ab vno quam ab altero. Vnde non eligit Deus, quem diligat (ſicut accidit in nobis:) ſed diligit, quem eligat, ideſt diligendo facit, hunc magis eſſe electione dignum, quam illum, quē etiam ideo prædeſtinat magis, quam illum. Deus ergo prius ſecundum rationem diligit Petrum, mox eligit, poſtea prædeſtinat. Ex quibus omnib patet: ꝙ impoſſibile eſt, prædeſtinationē fieri de nobis, ex aliqua in nobis bonitate præuiſa. Prędeſtinatio enim Petri, præſupponit dilectionem Dei, ideſt ꝙ Deus diligat Petrum. Dilectio autem Dei non cauſatur ex bono præexiſtente, ſeu pręuiſo in Petro (Hoc, n. noſtrum eſt.) ſed ipſam bonitatem quęcunq; ſit illa, cauſat in Petro & hoc ad differentiam noſtræ dilectionis, (vt ſupra dictum eſt) 1. q. 20. art. 2. 3. & q. 23. art. 4. 5.

Audi, contra Pelagianos, amorem Dei non pręſupponere, ſed cauſare bonitatē, etiam primam, in nobis.

Contra eoſdē Pelagianos, impoſſibile eſt, prædeſtinationem, &c.

AD

AD neceſsitatem ergo noſtram, qua diligi à Chriſto ſic indigebamus denotandam inquiebat tex. Qui erant in mundo. Sui etenim, qui non ſunt in mundo, quamuis indigeant diligi ab ipſo, tamen non ita multum ratione innumerabilium ferme periculorum. Exiſtentes enim in purgatorio ſunt de gratia, & ſua finali ſalute ſecuri, qui autem ſunt in cœlo de ſua gloria immarceſsibili, qui vero nondum nati à periculis mundanis pro nunc ſunt exempti. Sed qui actualiter in mundo exiſtunt nec de gratia Dei, quod ſcilicet illam habeant (quod ſecundum ſe eſt maxima miſeria ſeruorum, neſcire videlicet, ſe eſſe in gratia dominorum ſuorũ) nec de gloria Dei, quod ſcilicet illam habituri ſint, nec de peccatis, & ſupplicijs inferni, quod ſ. illa ſint euaſuri, non ſunt ſecuri, & vltra miſerias has ſpirituales, quę hominem faciunt re vera anthonomaticè omnium miſerorum miſerrimum, tantoque magis, quanto minus homo ipſe ſuas tales miſerias non bene conſiderat (vt oporteret:) vltra inquam miſerias huiuſmodi, non deſunt corporales miſerię grandes, quotidianæ, & infinitę [puta, victus, veſtitus, frigoris, æſtus, vxorum, filiorum &c.] quibus homo multipliciter ac ineffabiliter præmitur, anguſtiatur, exanimitur, &c. Vnde conſideratis his omnibus, alijsque non expreſsis (vt par eſt) conſiderandis, patet abunde, ꝙ tex. Qui erant in mundo, ab Euangeliſta hic ponitur ad ſignificandum, quod dilectio Chriſti erga ſeruos ſuos, de quibus loquitur, eſt eiſdem ſumme neceſſaria. Ratio igitur naturalis per conſequẽs dictat, quod idem Euangeliſta per hoc expreſſum inſinuat nobis implicite, qđ magnis precibus ex toto corde effuſis à Chriſto ſemper orare debemus, vt nos propter ſemetipſum ſemper & vbique amare dignetur, ſimulque inſinuat ipſe conſequenter: quòd ſic orantes, vt hoc obtineamus, debemus eidẽ Chriſto Domino noſtro cum omni humilitate cordiali aperire, quod ſumus in mundo, ideſt exponere per ſingula multiplices miſerias, & indigentias noſtras (de quibus ſupra.)

Miſeriæ hominis indicibiles, præ multitudine, & magnitudine, ipſarum.

Qui erant (inquit) in mundo. Accipitur hoc in loco mundus, non ſolum materialiter, ideſt pro habitaculo illo, de quo dictum fuit, Ioan. 1. Mundus per ipſum factus eſt, ſed etiam formaliter, ideſt pro habitatoribus illis malis, de quibus dictum fuit, ibid. Mundus eum non cognouit. Ac ſi apertius Euangeliſta dixiſſet; Qui erant & inhabitantes mundum corporeum, & conuerſantes in medio nationis prauæ, ideſt hominum mundanis vitijs deditorum. Per quod ſuum dictum cõſignificat Euangeliſta ſummam Chriſti amoris virtutẽ, quæ eſt hęc, quod ipſe amando eligit atque conſeruat aliquos pro ſeruis ſuis in, & ex medio nationis prauę. In tam prauo.n.medio erant illi in potẽtia ſerui ſui, antequam in actu fierent tales: quoniam ipſi, ſicut & cæteri omnes, erant natura filij irę, Epheſ. 2. Omnes enim peccauerunt, Rom. 3. Ex tam prauo autem medio illos extraxit virtute magna Chriſtus, & eoſdem, à vitijs mundanis, quibus inuoluti erant, expoliatos oĩo fecit actualiter ſeruos ſuos. Ecce vna virtus Chriſti deſignata ibi, Qui erant in mundo, & quidem mirabilis, quod ſcilicet vaſa irę per ſe apta in interitum commutauerit in vaſa miſericordiæ per ipſum apta in ſanctificationem, ac demum in vitam ęternam realiter habendam. [Hoc enim totum eſt, eſſe perfecte ſeruum Chriſti.] Sed & aliam eiuſdem ſatis admirandam, audi virtutẽ connotatam in eodem tex. Qui erant in mundo. Sic dilectos à ſeipſo, ſic electos, ſic prædeſtinatos Chriſtus relinquit corporaliter in mundo illo tam prauis moribus vndique circundato, & eoſdem, dum in mundo tam immundo corporaliter habitantes conuerſantur, eleuat ſupra mundum ſpiritualiter, ideſt facit, quod ipſi non tantum à vitijs mundanis Spiritu cõſeruantur intacti, ſed etiam (quod mirabilius eſt) Spiritu & virtutes multas vitijs mundi è directo contrarias poſſidet, & vi per humilitatem profundiſſimam facta regno cœlorum, ad illud adhuc in terris viuens tranſilit, ibiq; iucundus inhabitat. Audiſtin' aliquando Chriſti ſeruum vnum, qui erat adhuc in mundo, de cunctis alijs conſeruis ſub perſona ſua dicentem; Noſtra conuerſatio in cœlis eſt? Philip. 3. Propter hoc, ne ſcilicet tanta virtus Chriſti, tam potenter cõſeruans ſuos in mundo tam maligno, nobis occulta

Cõtra Pelagianos.

Indignos, de idignis faciens illos dignos, amat, eligit, & prædeſtinat Deus.

Vis fit regno cœlorum, Matth. 11. per profundiſſimam humilitatẽ.

remane-

remaneret, ſed vt ad vtilitatem noſtram, ideſt, vt inde per viuam conſiderationem in gratiarum actionem &c. amoremque eius accenderemur, manifeſtaretur: noluit ipſe, ſuos corporaliter pro multo tẽpore exire de mundo, imò illos in mediũ mundanorum conſulto miſit. Vnde, ad hæc duo intelligenda, legimus Chriſtum de ſuis, & ſuis, dixſſe Ioan. 17. Non rogo, vt tollas eos de mundo, ſed, vt ſerues eos à malo (ideſt, vt non ſint de mundo. Vt ibid. ſubditur.) & Matth. 10. Ecce ego mitto vos, ſicut oues, in medio luporum. Porro miracula Chriſti hæc magna ſunt, & quod ſui, in mundo, non ſint de mundo, & quod oues in medio luporum non mãducentur ab ipſis, ſed oues comedant lupos.

Cur Chriſtus reliquit ſuos in mũdo.

QVARTA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus ſuos ſeruos diligit perſeueranter, & omnino perfecte, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. In finem dilexit eos. Dupliciter enim textus hic exponi poteſt, & debet, & iuxta primam expoſitionem probat, quod perſeueranter, iuxta ſecundam, quod omnino perfecte diligit ſuos. Dicamus ergo primo. In finem, ideſt in mortem, dilexit eos. Non tamen hoc intelligas humano modo, quo de amico verſus amicum ſolet dici, iſte tam erat ei affectus, vt in mortẽ, ideſt vſque ad mortem, dilexerit eum. Significatur enim apud homines per hoc, quod iſte vſque quo mortuus eſt, dilexit eum, & non vltra. Abſit autem tantum nefas à cordibus noſtris, vt ſcilicet credamus, Chriſtum ſic diligere ſuos vſque ad mortem; hoc eſt, quod in morte dilectio eius finiatur, ita, vt vltra nõ diligat illos. Nam illius amor erga ſuos interminabilis eſt, & ſicut ipſe Chriſtus morte nõ eſt finitus, ita amor ſuus erga ſuos poſt mortem durauit. In cuius ſignum manifeſtũ eſt, quod poſt mortem deſcendit ad inferos viſitaturus iucundiſſime ſuos, quos à tanto tempore antiquiſſimo, immò & ab æterno, cordiali amore gratuitoque dilexerat. Vnde & de amoris eius duratione legitur Rom. 8. Chriſtus eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Nõne & de amore ſuo erga ſuos audiſti eum dicentem Hierem. 31. In charitate perpetua dilexi te? & certe perpetua ſimpliciter eſt, ideſt tum à parte ante, tum à parte poſt, quia non incœpit, quaſi non fuerit, quoniam ab æterno eſt, neque erit aliquãdo, quaſi non futura ſit, quoniam in æternum eſt iſta miſericordia eius. Pſal. 99. 135. Quod ergo dicebatur, in finem, ideſt in mortem dilexit eos, intellige ſecundum quod hæc præpoſitio, in, dicit cauſam. Sic enim ſumendo, in, vult dicere Euangeliſta, in finem dilexit eos, ideſt vſque in mortem, quę eſt finis vitę, perduxit illum, dilectio ſua erga ſuos. Quẽ ſenſum bonum nobis & Apoſtolus, tanquã fidelis Euangeliorum expoſitor, aperuit dicens Ephe. 5. Dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Ecce quod dilectio Chriſti erga nos perduxit eum ad hoc, vt traderet ſemetipſum in mortem, & Deo pro ſummo ſacrificio acceptiſſimam, & nobis peccatoribus pro ſummo beneficio ſaluberrimam. Si ergo talis, ac tanta fuit (ut vere fuit) eius dilectio erga ſuos, profecto & à cæcutientibus manifeſte videtur, quod ipſe ſuos ſeruos dilexit perſeueranter. Fortis namque fuit, vt mors, eius dilectio, Cantic. 8. quia à morte ſibi occurrente non potuit ſuperari, ſed & fortis, pluſquam mors ẽt horribiliſſima, extitit, quia morte tanta per ipſam mortificata, durabit ipſa uſque in æternum (vt ſupra dictum eſt.). Aliter quoque intelligi bene poteſt ille tex. In finem dilexit eos. Vt, quod ibi implicitũ eſt, explicando dicamus. In finem &c. ideſt, cum dilectionis multa ſigna oſtendiſſet eis antea, circa finem, hoc eſt, circa mortem maiora eis ſigna dilectionis oſtẽdit. Patet ergo ex his probatum eſſe pluſquam concluſio exigebat, videlicet, quod Chriſtus ſuos diligit perſeueranter, non tantum ſimplici modo, ſed etiam progrediendo de bono in melius.

Primo.

In finem, exponitur tripliciter ſed tantũ duob. modis bene.

Fortis, pluſquam mors, dilectio Chriſti.

SECVNDA textus expoſitio, qua probatur illa particula, ſcilicet omnino perfecte, eſt hæc. In finem, ſcilicet intentionis vltimum, dilexit eos. Porro finis vltimus intentionis eſt illud, ad quod intẽtio noſtra finaliter, ideſt vltimo, ordinatur.

Secundo.

Digitized by Google

tur. Huiuſmodi autem finis, ſecundum rei veritatem, eſt & vita æterna Rom. 6. Habetis fructum veſtrum in ſanctificatione, finem vero vitam æternam, & Chriſtus Rom. 10. Finis legis Chriſtus eſt. Duo autem hæc ſunt unus finis, quoniam nihil aliud eſt uita æterna, quam viſio, fruitioque, Chriſti ſecundum diuinitatem. Ad quod ſignificandum dixit ipſe Ioan. 17. Hæc eſt uita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum. Nam eſſentia diuina Chriſti, qua beatificamur, eſt etiam eſſentia patris, & (qui in authoritate præmiſſa ſubintelligitur) Spiritusſancti, 1. q. 39. art. 2. Exponatur ergo breuiter ſic tex. In finē dilexit eos, idest ad hoc eos dilexit, vt perduceret illos in uitam æternam, ſeu (quod idem eſt) in ſeipſum, tanquam transformatos ab ipſo in ſeipſum, finem ultimum omnium deſideriorum noſtrorum. Cum igitur diligere aliquem ad Chriſtum, ſeu ad vitam æternam, ſit diligere omnino perfecte (ut ex intelligentia terminorum conſtat,) eo quod uita æterna, ſeu Chriſtus, importat in ſe quid totaliter perfectiſſimum, ſequitur, quod Euangeliſta dicendo, in finem dilexit eos (modo proxime expoſito) probauit, Chriſtum omnino perfecte diligere ſeruos ſuos.

Quomodo Chriſtus, & vita æterna, idē ſint.

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſti amor eſt maximus erga creaturas ſuas, quas & tanto magis amat, quanto meliores ſunt [quod multum facit ad oſtendendū, quod prævenieēter, & feruentiſſime amat ſeruos ſuos,] uide Elucidationes pri. par. queſt. 20. art. 1. 2. 3 4. Quod Chriſti amor apte monſtratur feruentiſſimus per illa, quæ fiebant circa agnum paſchalem [quare non ſine cauſa ad eum referibili fit mētio in tex. de die feſto paſchæ:] ſi per ſingula applicentur ad Chriſtum agnum ab eo figuratum, ut fit in Veritatibus aureis ſuper legem ueterēm Exod. 12. conclu. 1. Quas propterea ibi vide per totum decurſum, uſque ad concluſ. 2. (ut ſemper etiam alibi de ſimilibus allegationibus intelligitur,) & conſpicies, quod amor illius per illa omnia ideo monſtratur feruentiſſimus, quia à tot, & tantis aduerſitatibus, etiam à Chriſto præuiſis, non eſt impeditus, quin eis p inimicos illos pluſquam mortales crudeliſſime infligendis ſemetipſum volens, ac lubens offerret, confuſione contempta: Hebr. 12. Adde, quod inter tanta vndique ſe circunſtantia aduer ſa poſitus, amorē ſuū erga ſuos feruentiſſimum eſſe declarauit per hoc, quod tunc quaſi ſui oblitus, in manus tam crudelium inimicorum dans, de ſuorum liberatione ſolicitus fuit, atque de ea hoſtibus ipſis mandatum efficax dedit quod vel coacti ab eius omnipotenti virtute non prætetirent, dicens; Sinite hos abire, Ioan. 18. Perſeuerantem quoque in illo maximo feruore amorem eius ſimul agnoſcas per hoc, quod in tantarum paſſionum ſucceſſu ab inimicis illis atrocioribus factis omni ex parte vallatus ſuorum vnius, ſcilicet Petri, quāquam ſemet ipſum actualiter negātis, eſt recordatus, feruentiſſimumque erga illum eſſe ſuum amorem, vt qui in medio tantorum tormentorum non poſſet extingui, aut diminui, demonſtrauit: quando conuerſus ipſe Dominus reſpexit Petrum Luc. 22. Nunquid non & feruentiſſimus eſſe mōſtratur, & in tanto feruore perſeuerans, per hoc, quod actualiter Cruci confixus, per totumque corpus ſanguine fluēs, ſuorum, ſcilicet virginis matris, & Ioannis, imò & inimicorum, atque latronis, recordatur, primos ſibi inuicem cōmendando, pro ſecundis orando, & tertio paradiſum donando: Ioan. 19. Luc. 23. Quod Chriſti amor erga ſuos eſt eis pro diuerſis eorū neceſſitatibus correſpondens, & ideo eiſdem maxime neceſſarius; (cum ſint de numero illorū, de quibus inquit tex. Qui erant in mundo:) vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem Exod. 6. concluſ 3. Ibi ſiquidem per totam illius concluſionis textualis declarationem multiplicem diſcurrendo plurima de amore Chriſti erga ſuos, ſi diligenter inſpexeris, inuenies, quæ ad confirmationem cōcluſionis capituli huius Euangelici facient. Quod Chriſtus per ſuum tranſitū tex. vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem:

Quomodo intelligende ſunt allegationes concluſionum, de Veritatibus aureis

Et

Et tex. feſtum Paſchæ,]id eſt per Crucem ſuam multiplices mirabileſque amoris ſui fructus erga ſuos oſtendit, atque ideo ſe omnino perfecte diligere illos, cōprobauit, vide in Veritatibus aureis &c. Numer. 17. conclu. 1. 2. 3. Quam plurima nãque per totam illarum concluſionum lectionem cum ſuis annexis reperies, quæ & tranſitus Chriſti utilitatem maximam nobis allatam, & exaltationem Chriſti mirificam (de qua Ioan. 12. Si exaltatus fuero.) & multam ad Euangelica dicta correſpondentiam, concernunt. Quod Chriſti amor oſtenditur talis, qualis à cō cluſione capituli huius dicitur, ex magna ſupra modum patientia &c. quas virtutes & pro nobis ad amorem ſuum in æternum trahendis habuit, dum eſſet in Cruce tranſiturus ad Patrem, & ad exemplū nobis pro imitatione dandum ibidē manifeſtauit. [Quæ omnia ad confirmandā concluſionem prædictam ſatis valebūt:] vide in Veritatibus aureis &c. Nume. 21. concl. 6. 7. 9. 10. 11. 12.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. XIII.

CHRISTVS in quo erat gratia vnionis, gratiaque viatoris, eſt omnipotens, &, cum ſit talis ac tantus, prælegit tamen per humilitatem magnam, quā per magnam potentiam pugnare contra diabolum, & expugnare illum, qui præ ſua maxima ſuperbia auſus eſt omnia cō tra ipſum Chriſtum, quæ pertulit, aduerſa & interiori (quantum potuit) & exteriori, ſuggeſtione commouere, ſeu procurare.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quo ad omnes eius partes probat Euangeliſta per tex. Cum diabolus iam miſiſſet &c. vſque ad Deum vadit. Ex eo enim, quod Chriſtus à Deo exiuit, patet prima pars, ſcilicet, quod in ipſo erat gratia vnionis. Nam in hoc conſiſtit gratia vnionis perſonalis, quod filio Dei in perſona fuit vnita natura humana, id quod fuiſſe maximam gratiam, ex maximo Dei amore gratuito (id eſt ſine vllis præcedentibus meritis, 3. de Sal. q. 2. art. 11. & q. 24. art. 1. 2.) naturæ noſtræ datam, compertiſſimū eſt. Talis autem & tanta vnio ſignificatur (vt diximus) per tex. A Deo exiuit, quandoquidem filius Dei, quo nihil magis, tanquam ab intimis puritatis ſimpliciſſimæque diuinæ exiuit, cum externam ſerui naturam ex elementis compoſitam aſſumens factus eſt homo, quapropter & ſua perſona diuina cœpit eſſe compoſita, 3. de Sal. q. 2. art. 4. Quo verbo, exiuit, vtitur & vetus ſcriptura incarnationem eius prænuncians: dum inquit Iſai. 26. Egredietur (quod eſt, exibit) Dominus de loco ſancto ſuo, veniet (ſubiungit Eccleſia, in Aduentu) vt ſaluet populum ſuum. Egreſſus enim de altiſſima nobilitate ſua videtur Deus, quando infimæ ignobilitatis noſtræ miſertus eſt, eandemque in ſe aſſumpſit, licet ſua illa nobilitate realiter ſed tamen quaſi occulte, retenta.

Quomodo Filius dei exierit à patre.

SECVNDA vero pars, ſcilicet quod in ipſo erat gratia viatoris, patet ex tex. Ad Deum vadit. Quod quidem intelligitur ſimpliciter, continue, & anthonomatice. Chriſtus enim ex quo inſtanti fuit homo, ad Deum ibat, & quantum ad omnia ſua tum animæ tum corporis mēbra, partes, potentias, &c. & ſemper abſque vlla, vel minima, intermiſſione, & per excellentiam, id eſt plus, perfectiuſque, quā omnes creaturæ, ſiue diuiſim, ſiue coniunctim acceptæ. Indefeſſe ſiquidem ibat meritis ad Deum toto tempore vitæ ſuæ, inquantum etiam ab inſtanti ſuæ conceptionis incœpit & ſibi, & nobis mereri, 3. de Sal. q. 19. art. 3. 4. & q. 34. art. 1. 3. vſque ad mortem, 3. de Sal. q. 48. art. 1. omniaque tum ſua, tum aliorum, quātum in ſeipſo erat, referebat pfectiſſime in Deū, ad offerendum ſcilicet ſe totum, vniuerſaque alia, Deo, vt de ſe, vniuerſiſque alijs, faceret, ſeu (quod in idem redit) ſibi deſeruire dignaretur, ſecūdum omne beneplacitum ſuum diuinum, ſemper, & vbique. Porro gratia viatoris, quæ eſt gratia habitualis iuſtificans viatori, à Deo donata habet in ſe, tanquam in ſemine arboris, quod totam arborem, id eſt totum hominem, ad prædicta bona meritoria inclinet, & Chriſtus homo nunquam inclinationi ipſius gratiæ reſtitit, immò ſuo inſtinctui

Summa perfectio Chriſti hominis ad Deum eūtis in quo conſiſtat.

Digitized by Google

ſtinctui promptiſſime, & delectabiliſſime in omnibus & per omnia conſenſit, ipſumque eius inſtinctum plenarie indeclinabiliter executus eſt per Spiritusſancti dona, quibus in ſummo gradu ab inſtanti conceptionis, & deinceps, ditatus erat, 3. de Sal.q.7.art.5.6. Donorum enim Spiritusſancti officium eſt reddere hominem bene mobilem ad omnem inſtinctũ diuinum, 1.2.q.68.art.1.3.4. De Chriſto homine igitur, tanquam quoddam ei ſingulare præ alijs bonis viatoribus, dixit tex. Ad Deum vadit. Etenim nullus bonorum viatorum quãtumcunque perfectus in eundo ad Deum coæquatur, imò nec coæquabilis eſt, Chriſto, de quo ſpecialiter etiam à Propheta ad hoc ſignificandũ dicitur Pſal. 18. Exultauit, vt gygas ad currendam viam, & Pſal. 103. Qui ambulas ſuper pennas ventorum. Chriſtus igitur etiam, vt homo, omnium ſanctiſſimus denotatur à tex. Ad Deum vadit. Nam ſanctitas conſiſtit in coniungi Deo per veram cognitionem, & charitatis amorem, cum Deus ſolus ſit per eſſentiam ſãctus, & ideo fons totius noſtræ ſanctitatis, vnde ire ad Deum, cum talem coniunctionem importet, dicit cuiuſuis hominis ſanctitatem.

Diſce & tu, pro tuo modulo à Chriſto, quomodo vadas ad Deum.

Primo. CAETERVM, inquirendo, dicet quis. Quomodo ergo poteſt de Chriſto verificari, quod ad Deum vadit, cum ire ad Deum dicat progreſſum ad coniunctionem cum Deo, propterea que præſupponat aliquam diſtantiam à perfecta coniũctione cum ipſo, & Chriſtus homo ſit tãta gratia Deo coniunctus, vt non poſſit gratia illa augeri, 3. de Sal.q.7.art.12. & conſequenter non poſſit facere eum coniunctiorem Deo? *Secundo.* Nunquid & de comprehenſoribus verificari poteſt, quod vaduut ad Deum, cum ſint iam in termino, cui repugnat vadere vltra? Chriſtus autem cõprehenſor erat, immò comprehenſorum maximus, dum adhuc in corpore viueret ab inſtanti conceptionis, 3. de Sal.q. 10. art. 4. *Reſpon.* Reſpondetur ad primum quæſitũ: concedendo, quod Chriſtus ſecundũ animam tum ratione gratiæ quam habebat, tũ ratione gloriæ, qua cõprehenſor erat, non poterat fieri Deo coniunctior, & cõſequenter dicitur, ꝙ tex. Ad Deum vadit, verificari de illo ſecundũ animam ipſam non poteſt. Verificatur aũt ſecundũ corpus, & nominis ſui exaltationem, inquantum ſcilicet operando meruit & corporis proprij glorificationẽ, qua procul dubio tunc ſit ſecundũ corpus coniunctior Deo & ſuæ excellentiſſimæ altitudinis à toto mundo veram cognitionem, qua profecto cognitus eſt eſſe Deo coniunctior, quam prius ab eodem mundo reputaretur. [Taceo, quod nec Deo cõiunctus, imò à Deo valde disiunctus, ab ipſo mundo communiter pro certo credebatur.] Ideò, cum ſupra examinaretur tex. Ad Deum vadit, factus eſt longus ſermo de meritis Chriſti, ac ſi tunc dictũ fuiſſet, his meritis ad coniungendum ſe illi ſecundum quod nunc declaratum eſt, ibat Chriſtus ad Deum. Quod autem operatio eius humana fuerit omnium horum meritoria, patet in 3. de Sal.q.19.art.3.& q.49 art.6. Ad quæſitum denique ſecundũ reſpondetur, quod illi, qui ſolum comprehenſores ſunt, non vadunt vlterius. ſ. merendo, ad Deum, propter rationem ibi ab interrogante adductam. Verumtamen, hoc nihil concludit contra veritatem meritorum Chriſti dictam. Nam ipſe ſimul viator fuit, & comprehenſor, 3. de Sal.q.15.art.10. & queſt. 34.art.4. nec vt comprehenſor meruit, ſed vt viator. 3. de Sal.q.19.art.3.

Quomodo & quid, meruit Chriſtus.

Reſpon.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus eſt oĩpotens, demõſtrat ab Euãgeliſta ex tex. Sciẽs, quia oĩa dedit ei pater in manus. Ex eo. n. ꝙ Chriſtus ſcit, ꝙ ſibi in manus data ſunt oĩa à Patre, ſequitur neceſſario, ipſum eſſe oĩpotentẽ. Chriſti namq; ſcientiã, ſiue diuina ſit, 1.q.14 art.1. & c. ſiue humana, 3. de Sal.q.10.11.12.art.1.& c. cõſtat nõ poſſe eſſe falsã, [id qđ & teſtat illud Ioã: 1. Verbũ caro factũ eſt plenũ grã, & veritatis, & illud Ioã. 14. Ego sũ veritas. Vt De[9] qđ ẽ eſſentiã, 1.q.16.art.5. Vt homo aũt ꝑ ſummã participationẽ, vt patet:] & eſſe oĩpotentẽ eſt hre oĩa in manibus .i. poſſe de oĩbus abſolute facere qcquid ſibi placuerit, 1.q.25.art.3. In hoc ẽt, qđ dicit, ſe hre tãtã potẽtiã à pre, denotat & uerã gñrationẽ, qua fili[9] qs aliuſq; pr dr, reperiri ĩ diuinis, 1 q.27.arti.2.& ſe eſſe verũ Deũ, cum hoc. ſ. hre oĩa in manu, ſit proprium Deo (ut patet,) & ſe nõ eſſe patrẽ, ſed pñi qui

Quid ſit, habere omnia in manu.

qui eſt omnipotens (vt in ſymbolo fidei) eſſe in potentia coæqualem, 1.q.42.art 6. Omnia (inquit) dedit ei in manu, ideſt poteſtate. Quid, ei? Chriſto & vt Deo, & vt homini. Ei enim, vt Deus eſt, dedit pater omnia, generando ab æterno illum omnipotẽtem: ei vero, vt homo eſt, omnia (nullo excepto) dedit gratuito ab inſtanti incarnationis. Habuit enim ex tunc homo Chriſtus, per communicationem rerum, & idiomatum participatam, 3. de Sal.q. 16.art.4. omnia in manu, ideſt poteſtatem ſuper omnia, ſiue in cœlo, ſiue in terra, ſiue in inferno. [Quamuis non acceperit omnium poſſeſſionem. Rex omniũ enim per myſteriũ incarnationis erat de iure, licet noluerit in primo aduentu eſſe rex omnium, quo ad executionem, 3. de Sal. q.35.art.7. in Elucidationibus.] Inter illa igitur omnia continentur diabolus, Iudæi, Iudas, Pilatus, Herodes &c. cor omnium illorum ſuorum inimicorum, omniſque machinatio eorũdem, aduerſus Chriſtum. Poterat ergo & quidem faciliter, tũ vt Deus, tum vt homo, facere de illis atrociſſimis hoſtibus ſuis quicquid ſibi ipſi placuiſſet, puta, morte repentina illos percutere, in inſaniam brutorum more vertere totaliter perdere &cæ. Vnde Euangeliſta per hoc, quod Chriſtum ſcire dixit ſe habere omnia in manu, voluit ſubindicare nobis ineffabilem ipſius mititatem, manſuetudinem, patientiam &c. quatenus cũ poſtea videremus, ipſum tam potentem nihil horum contra tantos inimicos exercuiſſe, immò nec attentaſſe, cognoſcere cogeremur inde Chriſti & mititatem, & manſuetudinem, & patientiam, &c. Quid vero mititatis, manſuetudinis, patientiæ &c. cum poſtea videremus, ipſum tam beneuolum, atque beneficum, eiſdem inimicis, quando ſcilicet pedes Iudæ lauit? quando Malchi auriculam ſanauit Luc. 22. quando eis ſeipſum ad eos (ſi voluiſſent) in vitam ęternam conuertendos pro ſuo Meſſia dulciter apertiſſimis verbis manifeſtauit, dicens Mar.14. Ego ſum, ſcilicet, Chriſtus filius Dei benedicti? quando pro eis ab eis iam cruci affixus ad patrem orauit Luc. 23. quando latroni dextro, qui iam, iam, ipſum blaſphemauerat, redeunti ad pœnitentiam paradiſum eodem die habendum promiſit Luc. 23. quando ſibi poſt mortem dulciſſimũ cor aperiri voluit, vt inimici illi & ſanguine redempti, & aqua loti, ad in illo corde ſapientiſſimo quieſcendum intrarent, Ioã. decimono?

Mititas, manſuetudo, patientia, & cæt. Chriſti ab Euangeliſta ſubtiliter indicata.

PORRO mentionem fecit Euangeliſta de infinita Chriſti potentia, qua pater dedit ei homini ex tempore omnia, quæ in poteſtate eius Dei fuerant ab ęterno. [Quod & ipſe etiam Matth. 28. confeſſus eſt dicens. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra:] vt hinc venire mus in cognitionem certiſſimam, quod Chriſtus patiebatur volens, non autẽ inuitus. Nam per hoc, quod omnia erant in manu eius, manifeſtiſſimum eſt, q́d eius inimici nihil penitus ei poterant facere contra eius voluntatem. Conſequenter ergo voluit nobis inde Euangeliſta manifeſtum relinquere, quod obligati ſumus Chriſto non tantum de hoc, quod ꝓ ſalute noſtra paſſus eſt, ſed etiam de hoc, quod propter amorem noſtrum voluntarie paſſus eſt. Adeo vt non ſolum paſſiones ſuas, ſed etiam voluntatem ſuam in rebus tam arduis, 3. de Sal.q. 46.art.5.6 7. nobis gratuito donauerit.

Voluntarie paſſus eſt Chriſtus, ideo ei dupliciter obligamur.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus, licet eſſet talis ac tantus, ideſt omnipotens, prælegit tamen, per humilitatem magnam, quam per potentiam magnam, pugnare cum diabolo, & expugnare illum, demõſtratur ex tex. Cum diabolus iam miſiſſet in cor vt trad. eum Iu.ſim.Sca. & tex. ſurgit à cęna, & ponit &c. vſque ad cępit lauare ped. diſcipulorum. Ac ſi per iſtam literæ texturam dicat Euangeliſta. Præparato diabolo ad pugnam contra Chriſtũ per hoc, quod venenum traditionis eius immiſerat in cor Iudæ Scarioth, occurrit ei Chriſtus (tanquam figuratus Dauid cõtra ſpurium Goliath 1. Reg.17.) per humilitatem, qua diſcipulis ſuis, tanquam minor eis effectus, lauit pedes. Dico, tanquam minor eis effectus, quo ad officium: iuxta illud Luc. 22. Quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne, qui recumbit? Ego autem in medio veſtrũ ſum, ſicut qui miniſtrat. Armis ergo humilitatis,

tis, & profundiſſimæ quidem, armatum fuiſſe Chriſtum contra diabolum monſtrat Euangeliſta: cum poſtquam diabolum in campum dolis munitum introduxerat, de Chriſto eum vidente, & pugnaturo cum eo, inquit, Surgit à cęna, & ponit ueſtimenta ſua &cæ. Profundiſſimam porro, cui nulla in profunditate poſſit æquari, fuiſſe hanc Chriſti humilitatem, oſtendit diligenter Euangeliſta ex multis.

Primo. Primo ex hoc, quod maximam eius dignitatem, & quidem ab eodem optime ſcitam, præmiſerat ibi, ſciens, quia omnia &cæ. Hoc enim præmiſit, vt inde maior, magiſque commendabilis appareret humilitas Chriſti, de qua mox locutus erat.

Qua parua, q̃ magna, ſit humilitas. Nam, quod aliquis paruæ conditionis ſe ipſum humiliet, viliaque officia ex humilitate exequatur, non eſt valde commendabile, ſeu admirandum (vt de ſe patet:) quoniam videtur hoc tam ſibi ex ſuæ propriæ conditionis exigentia conuenire. Item. Quod aliquis magnæ conditionis, ſeu dignitatis, qui propter ſimplicitatem ſuam non recognoſcat illam ſuam dignitatem, humilitatis actus humiliter exerceat, non reputatur ſibi ad magnam laudem, vt qui potius ex neſcientia propriæ dignitatis, quam ex virtute humilitatis, ad officia humilia inclinetur. Dicerent enim multi hæc in eo, quem ſic inſcium norunt, videntes: Hic, ſi ſuijpſius dignitatem agnoſceret, profecto vix, aut non, talia vilia officia non exerceret. Horum itaque duorum, ſcilicet paruæ conditionis, & non cognitæ dignitatis, contraria in illo tex. ſciens, quia omnia &c. annotauit Euangeliſta, vt humilitatem Chriſti ſupra modum eſſe commendabilem atq; admirandam comprobaret. Ac ſi apertioribus verbis dixerit. Dominus ſciens ſe omnipotentem, & ſupremis tum naturalibus, tum gratuitis donis excelſum, ſurgit à cęna &c. ideſt humilia ſeruorum minimorum (vt humana experientia docet) officia, ſcilicet lauare pedes hominũ vulgariũ ex maximo affectu humilitatis amplexus eſt. Hæc igitur tam ſignanter in textu annotata ſunt, ne quis paruipenderet actum Chriſti humilem, quaſi eum ab inſcio, ab inconſulto, à propriæ conditionis rationem non habente, exercitatum interpretatus.

Secundo. Secundo, humilitatem eius profundiſſimam eſſe Euangeliſta oſtendit ex illo tex. cum accepiſſet lintheum, præcinxit ſe. Per hoc ſiquidem monſtratur ad literam, quod noluit aliquem ſubminiſtrum, ſeu coadiutorem, qui porrigeret ſibi lintheum ad extergẽdum pedes lotos. Cum tamẽ videamus, dominorum ſeruos multos, qui eorum pedes actualiter lauãt, habere aliquem conſeruum pro coadiutorẽ ad porrectionem linthei, vel alicuius alterius rei, ad complementum talis lotionis perficiendum.

Tertio. Tertio idipſum humilitatis Chriſti profundum indicat tex. Miſit aquam in peluim. Per ſemetipſum, nõ per alium. Cum tamen videamus nos dominorum ſeruos &c. vt ſupra, mutatis nominibus linthei, & miſſionis aquæ in peluim. Hic ſiſte pedem, o prudens lector, & attentius vide, quod, & quomodo, cum magna admiratione ſpectantes erant Apoſtoli ad ſui magiſtri, & Domini manus

Attentio diſcipulorum, qualis. [qui à ſeipſis volentibus, ſeque ad id offẽrentibus, noluit vllo modo adiuuari:] & animo ſuſpenſi finem horum omniũ præſtolabantur, ideſt quorſum iſtæ actiones nouæ tenderent, expectabant.

Quarto. Quarto illudmet profundum humilitatis patet in illo tex. cœpit lauare pedes diſci. & exter. lin. quo er. pręcinctus. Quid eſt illud, cępit? Hoc eſt, ſe applicauit. Ad quid? Ad lauandum, & extergendum pedes eorũ. Ergo vult dicere ibi Euangeliſta, quod Dominus per ſeipſum portauit peluim, approximando ipſum loco, vbi erant diſcipuli, & ad eorum pedes ipſe etiam approximans coram eis genua in terram totaliter flexit.

Exemplũ pro tex. cœpit. [Vti videmus dominorum noſtrorum ſeruos eorum pedes lauare volentes facere.] Non ergo mirum, ſi de tanta Domini humilitate miratus Petrus (ut in textu ſubiungitur) obſtupuit: imò ſtuporem internum iam præconceptum cũ admiratione ſtupenda exterius manifeſtauit.

SI NON LAVERO te, non &c.

QVEMADMODVM in cæteris operibus bonis magis affectus hominis ad illa, quam illa, attenduntur[vt, magis laudatur pauper, magiſque

apud

Digitized by Google

apud Deum meretur, ex eo, quod amat, ſe eſſe pauperem de paupertate gaudēs, quam ex eo, quod re vera eſt pauper:]ita hominis affectus ad humilitatis actus, quos exercet, attenditur magis, quam actus ipſe exercitus, & ex affectu illo ad humiles actus potius, quam ex actibus ip ſis, maior vel minor eſſe in humilitate ali quis iudicatur. Hinc eſt, quod Euangeliſta volens adhuc oſtendere Chriſti humi litatis profunditatem, ideſt (quod in idē redit) Chriſtum eſſe maximum in humilitatis exercitijs, manifeſtat ipſius affe ctum ad tales actus exequendos fuiſſe maximum, & hoc facit dicendo de ipſo in tex. Si non lauero te, non habebis par tem mecum. Ac ſi Petro, lotionem hanc à tanto Domino ſufferre omnino recuſanti, apertius dixiſſet. Adeo ad hunc antea inauditum humilitatis actum exequē dum meus affectus eſt totus inclinatus, totuſque determinatus, ac (vt ita loquar) inſeparabiliter totus affixus, vt hominem illum, qui mihi in tali exercitatione fina liter obſtiterit, priuare paradiſo, ideſt ſo cietate mea ſim magis paratus, quā ceſſare ab exequendo talem humilitatis actū. Vides ne hic tu, quam maximus ad humi litatem ſit Chriſti affectus? Certe, Petrus inter cęteros erat Domino chariſſimus (vt patet ex primatu Eccleſiæ illi collato, Matth. 16. Luc. 22. Confirma fratres tuos, & Ioan. 21. alijſque ſignis. 1. q. 20. artic. 4. ad tertium,) & tamen Dominus affectū ſuum ad humilitatis practicam illam Petro anteponebat. Si non lauero (inquit) te: non habebis partem mecum. Hoc eſt. Nolo propter te, Petre, omittere iſtā executionem humilitatis, ſed volo potius, teipſo ſi me ab hoc humili actu impedieris, carere. Ecce: quantum affectum ad virtutes habendas, virtutumque ope ra exercenda, ab exemplo vnius virtutis, ſcilicet humilitatis, oſtendit vniuerſaliter nobis Dominus. Hoc ergo illud in ſumma eſt, quod generaliter de omnibus hominibus dicebat, Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, matrē, fratres, ſorores, vxorem, & filios, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et quod alij volenti primum ire ad ſepeliendum patrem ſuum dixit, Matth. 8. Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Quaſi per hęc omnia ſummatim dixerit Chriſtus. Si quis per virtutum exercitia venit ad me [aliter enim ab adultis non itur ad ipſum,] ſcire debet, quod ſi affectus ſuus ad illas virtutes propter me inceptas nō ſit ſecundum rei veritatem maior, quam affectus ad parentes, ad conſanguineos, ad quoſcunque cognatos, amicos, & affines, immo etiam (quod mirabilius eſt) ad ſemetipſum: talis neque eſt, neque dum ſic manet, eſſe poteſt meus diſcipulus. Vis omnia iſta breuibus audire? In cauſa Chriſti, ideſt vbi agitur de honore Chriſti, neminem cognoſce. Vis ad tantæ rei obſeruantiam prouocatiuum exemplum? Apertis oculis vide, & audi, Chriſtum in terra ante pedes piſcatoris genu flexum dicentem: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Et hoc dictum puta ad omnes. Quid eſt ad præmiſſum propoſitum dicere, ſi non lauero vos, nō habebitis partem mecum? Eſt, inſinuanter dicere: In cauſa virtutis alicuius exer cendę humilitatiſque ſpeciatim. [Nam Deus magnus ab humilibus honoratur. Eccl. 3.] neminem veſtrū cognoſco. Ideſt. Affectus meus ad vos, licet ſit magnus, ſi ad affectum meum ad honorem Dei, qui in virtutū exercitio practicali relucet, cō paretur, nullus eſt, & pro nihilo à me reputatur.

Affectus ad virtutes exercēdos quantus debeat eſſe in nobis, exemplo Chriſti & uerbo Luc. 14.

In cauſa Dei nemi nem cogno ſce S. Thomas, in opuſculis.

EX præſenti concluſionis parte quarta, qua (ſicut & cęteras omnes hic & alibi) Euangeliſta nobis ſuggeſſit, ſubindeque probauit, idem ipſe intendit oſtendere modum, quo pugnare cum diabolo, ſuiſque complicibus, ſcilicet carne, & mū do debeamus, & ex tali pugna victoriam reportare. Intentio ſiquidem Euangeliſtarum in actibus Domini noſtri enarrandis non tantum fuit puram & meram veritatem rerum illarum ſyncere manifeſtare, ſed et per earundē enarrationē noſtros mores informare i. nos edocere quo modo vitam moralem ſecundum Dei beneplacitum viuere poſſimus, & debeamus. Dicit igitur in tex. Cum diabolus iā miſiſſet in cor, vt traderet eū Iudas, &c. ſurgit à cœna, & ponit &c. Ac ſi ad informationem morum noſtrorum, proponendo nobis ſpeculum, dicat: Si Chriſtus omnipotens nō per ſuā hanc omnipoten tiam,

Acta Xpi ſunt g noſtris moribus ſpeculum.

Euangeliſtarum intentio vniuerſalis.

tiam, ſed per humilitatem anthonomaticè profundam, voluit pugnare cum diabolo, & per eandem de illo triumphare: quomodo Chriſtianus de ſe nihili potẽs aliter, quam per humilitatem, poterit vnquam bene pugnare cum diabolo, ipſumque expugnare? Nonne hinc clarum relinquitur, & quod quicunque aliter, quam per humilitatem, pugnare vult, ſtultiſſimus eſt? Et quod finis pugnæ erit pro diabolo. [Qui & ideo dicitur Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ Iob quadrageſimoprimo.] Et contra hominem illum? & quod iſte homo aſcendit ad pugnam, vt vincatur: non autem vt vincat? Quo quid ſtolidius? & quomodo (vt ſemel dicamus) poſſibile vnquam erit, quod ille, cuius potentia nulla eſt, uincat per potentiam, quando ille, cuius potentia omnipotentia eſt, ad nos inſtruendos noluit per potentiam vincere? A fortiori igitur ſic argumentando quilibet contra ſemetipſum aliquid de ſe ſibi arrogãtem conuincat intellectum ſuum: ut poſtea ſaltem per ſui bonam conuictionem & confuſionem edoctus proiectis armis Luciferinę ſuperbię, vtpote quibus viſis diabolus, tanquam inſignibus proprijs, de homine ſic armato in prælium veniente victoriam certam ſibi de iure promittit] induatur armis profundiſſimę Chriſti humilitatis, & ſic ad pugnam in nomine Domini exercituum, 1.Reg. 17. velut alter Dauid paruulus, ſed manu fortis, aduerſus diabolum ſpurium à ſe factum procedat alacriter, & vincat. Quia ſi Chriſtus humilitatis magiſter, coram quo etiã nomen pauperum, id eſt humilium eſt honorabile Pſal. ſeptuageſimoprimo, pugnat tũc (vt vere pugnat) pro nobis, quis contra nos? Rom. 8.

Modus vnicus pugnandi bene cũ diabolo, & vincendi.

QVINTA PARS

Concluſionis.

SCILICET, Diabolus præ ſua maxima ſuperbia [qua ſcilicet ſibiipſi, cum reuera nihil ſine DEO poſſit arrogat poſſe quicquid libet] auſus eſt, omnia aduerſus CHRISTVM, quæ pertulit aduerſa commouere, & procurare: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Cum diabolus iam &c. Scariothis. Ex eo enim, quod diabolus Iudam commouit aduerſus CHRISTVM, atque vt eum traderet procurauit, ſequitur de neceſſitate, ꝙ omnia, quę poſtea aduerſus Chriſtum à quocunque facta ſunt, ex diaboli officina, tanquam vere ab eo procurata, proceſſerunt. Conſtat nanque, quod Iudas fuit dux eorum, qui comprehenderunt Ieſum Actu 1. & conſequenter quod quicquid inde poſtmodum euenit Iudæ ipſi, tanquam totius actionis cõtra Chriſtum principio, attribui ſecundum rectæ rationis inſtinctum debet. Quo dato, vt vere dandum eſt, patet manifeſte, concedendum neceſſario eſſe, ꝙ ille, qui mouit Iudam aduerſus Chriſtũ, per hoc mouiſſe intelligitur omnes, & omnia contra eundem. Cum ergo dicat textus, quod diabolus mouit Iudam ad hoc, connotat virtualiter, ipſum diabolũ omnium rerum aduerſus dominum cogitatarum, oreque, & opere, factarum fuiſſe primum authorem. [Taceo, quod diabolus ipſe vltra hoc peſſimum principiũ fuit ſemper aſſiſtens omnibus, & ſingulis aduerſarijs Chriſti vſque ad mortẽ eius, ſuggerens continue illis, quæcunque potuiſſet aduerſus Chriſtum machinari. Id quod multo magis comprobat, ueram eſſe illam partem concluſionis quintam.] Quando audis in textu, quod diabolus miſit in cor, id eſt in volũtatem Iudę peſſimam traditionem Domini, ne credideris ex hoc, diabolum poſſe illabi in mentem humanam, directeque mouere illam, imprimendo aliquid in voluntatem: quoniam ſoli Deo hoc proprium eſt, vt qui ſolus creator noſter ſit, qđ illabatur menti humanæ, quod directe moueat illam, quod directe imprimat, qdquid ſibi placuerit in voluntatem noſtram. Ad hoc.n. ſignificãdum dicitur Prouerb. 21. Cor regis in manu Dei eſt, quocunque voluerit, inclinabit illud. Qđ ſi cor regis, de quominus videbatur hoc [cum reges videanẽ difficilime pati, quod ab alio, quam à ſuo proprio capite, gubernentur] eſt in manu Dei ad quãcunque ipſe voluerit inclinationem, tunc neceſſario implicite dictum fuiſſe ibid. ſequiẽ, ꝙ multo magis cor aliorum quorumcunque eſt ſic in manu Dei. Nã regula logicalis, explicans uim ratio-

Voluntas hominum quomodo ſit in manu Dei, & libero ſuo.

Gg nis

nis naturalis, eſt: Si de quo minus videtur ineſſe, ineſt, tunc de quo plus videtur ineſſe, multo magis inerit. Quocunque voluerit, inquit, inclinabit illud, ideſt quocũque voluerit inclinare, & quo modocunque.ſ. vel efficaciter, vel alio modo, 1.2.q.112.ar.3. voluerit inclinare, inclinabit illud. Ex qua Prouerbiorũ authoritate conſtat, ꝙ voluntas hoĩum non eſt in tam facili poteſtate ipſorum ad voluẽdum eam quocunque, & quomodocunq; ſibijpſis placuerit, in quanta, faciliimaque poteſtate Dei eſt ad faciendum de illa, ſicut audiſti. Proprium igitur Dei cum ſit hoc ſuper voluntatem noſtrã, 1.q.105. art. 4. non poteſt diabolo aut vlli creaturæ, hocipſum cõuenire, 1.q.111. art.2. Reſtat ergo intelligendum, ꝙ illud tex. Miſiſſet in cor, per modum indirecte mouentis voluntatem.i. (quod cõiter dicunt) ſuggerentis ei aliquid, accipiendum ſit. Nouimus enim quotidiano experimento, ꝙ voluntas noſtra ab obiecto mouetur, 1.2.q. 9. arti. 4. Quicunque igitur obiectum ad mouendum voluntatem alterius ei offert, is dicitur voluntatem eius mouere indirecte.i. nõ per ſeipſum (quod ſolus Deus facit) ſed per aliud.i. per obiecti talis repræſentationem. Et hoc facere poteſt homo, Angeluſque tum bonus tum malus.i. diabolus, ſed homo exterius tantum ſuggerẽdo, Angelus autem & interius, non quidẽ illabendo voluntati (quod ſoli Deo reſeruatum eſt) ſed cõmouendo phantaſia, ſeu imaginatiuam hoĩs per talium, vel talium rerũ impreſſionem, 1.q.111 ar.3.4. Exponas itaque tex. Miſit in cor.i. exterius, interiuſque ſuggerendo.i. exterius, interiuſque proponendo talia obiecta Iudæ, quæ poſſent cor eius mouere ad tradendum Chriſtum.

Tradere, dupliciter ſumitur.

VT traderet (inquit) eum. Traditio hic dicit doloſam proditionem, non autẽ ſimplicem dationem, vt ibi Rom.8. Proprio filio non &c. pro nobis oĩbus tradidit illum. Ecce hic in tex. Vt traderet eum, proprietas illa diaboli, quã oſtendebat Chriſtus dicens Ioan.8. Cum loquitur ex proprijs mendacium loquitur. Quid enim eſt dolus traditioni illi Iudæ eſſentialis, niſi mendacium facto commiſſum? Dolus enim & fraus talia mendacia ſunt, 2.2.quæſt. 55. art. 4. Tota igitur Domini paſſio cum à dolis & incœperit, & vſque in finem ab aduerſarijs perducta ſit) iuxta illud Matth. 26. vt eum dolo tenerent, & occiderent,) quod mendaciis undique & procurata fuit, & exercita, ſimulque patet conſequenter, quod omnes eius aduerſarij merito vocantur mendaces, iuxta illud Eccleſiæ in perſona Chriſti dictum, circundederunt me viri mendaces, ſine cauſa flagellis ceciderunt me. Reſpon. vlt. Domin. palmar.

S V P E R B I A
Luciferi quanta.

DICEBATVR in concluſione, quod præ maxima ſuperbia diabolus &c. Ad cuius particulę, ſcilicet ſuperbia, intelligentiam notandum eſt, quod non de ordinaria, ideſt qua ſemper velut ſibi indiuidua vtitur, loquimur, ſed de extraordinaria, ideſt quam & ille raro exercet in facto, & tu de illo vix concipere poſſis. Qualis igitur, & quanta eſt eius ſuperbia, de qua concluſio loquitur? Talis, & tanta: vt intendens voluerit occidere Deum. Non dico nunc, quod occiderit Deũ, q̃a hoc eſt manifeſtum, quod realiter occidit illum, quandoquidẽ Chriſtus ab eo crucifixus eſt Deus. Nec diſputo nunc, An cognouerit certo illum, quem occidebat, eſſe Deum, uel non. Sed dico, quod ipſe tunc intentionem deliberatam firmiter habebat, occidendi Deum. Qua peſſima intentione, quæ maior ſuperbia? Velle, exaltando, ſolium ſuum ſuper altitudinem nubium, eſſe ſimilem altiſſimo Iſai. decimoquarto, magna quidem ſuperbia eſt, ſed huic de qua concluſio loquitur, comparata, aut nulla aut certe parua eſt.

Quanta fuerit ſupbia diaboli ĩ occidẽdo Chriſtum.

Tituli Sãcto Thoma ab ipſa rerũ ueritate attributi, tres.

Fideliſſimus Eccleſiæ catholicæ Doctor Sanctus Thomas, veritatiſque ſtrenuiſſimus propugnator, cuius totam doctrinam Dominus noſter per ſemetipſum approbare dignatus eſt dicens, BENE SCRIPSISTI DE ME THOMA, ſuper Epiſtolæ primæ Apoſtoli ad Timoth. 1. Ignorans feci in incredulitate, dicit: quod Iudæi, ſi cognouiſſent CHRISTVM eſſe filium Dei, libentius crucifixiſſent. Hanc tu ueritatẽ ab ipſo magna conſideratione ruminatam,

Digitized by Google

tam,atq; prolatam intelligas multo magis dictam de inſtigatore Iudæorum ad hoc.ſ.de diabolo, & per cõſequẽs multo magis de eodẽ verificari.[Nec huic ueritati obſtat illa ueritas 1.Cor.2. Si cognouiſſent,nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Nam hoc non refertur ad aliquam bonam intentionem eorum,quaſi ꝙ inuidia ipſorum permiſiſſet tunc talẽ reuerentiam erga Dominũ,ut.ſ.eum non crucifigerent:ſed refertur ad priuatũ eorundem amorẽ,quo inordinate amabant ſemetipſos. Ac ſi apertius ibi dixiſſet Apoſtolus. Si cognouiſſent Dominũ ſibi ipſis ex crucifixione Domini prouenturum, ꝙ ſcilicet priuandi erant Iudæi proprijs ſedibus,& diabolus principatu huius mundi: ipſi,à priuato hoc ſuarum dignitatum amore ducti,nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.Id quod tãto magis clarum eſt,quanto manifeſtius, quod & Iudæi,ne proprias ſedes,& diabolus, ne principatum illum amitteret, crucifixerunt Chriſtum. Rurſus. Nonne illã ſententiã,1.Cor.2. Viderat Doctor Angelicus? Viderat,& eam ſuper epiſtolas B.Pauli ſcribens ibi expoſuerat. Cur ergo ſuper 1.Tim.1.dixit,ꝙ ſi cognouiſſent,ipſum eſſe filium Dei, libentius crucifixiſſent? Quia & hoc ipſum uiderat, quod.ſ.tale dictum non erat contrarium Apoſtolicæ illi ſententiæ,ſed ſtabat cum illa.] Cæterum, ad prius propoſitum redeundo,dicimus, quod infandiſsimam illam, & fere præ nimia ſua impietate inæſtimabilem diaboli intentionem explicant reuelationes diuinæ ad ſanctam Brigidam factę, quarum grande volumen plures libros complectens fuiſſe approbatum per Illuſtriſſimum doctiſſimumq; Cardinalem, Turrecremata, vulgariter nuncupatum, & per nonnullos Pontifices Maximos, patet in prologo ipſi reuelationum volumini antepoſito. Ibi ergo ad literam Dominus noſter Chriſtus Ieſus dicit diabolo,lib.1.cap.34. Dic mihi, iſta audiente [Hęc erat ipſa S. Brigida:] qualis fuit cogitatio tua tunc, cum cecidiſti. Reſpondit diabolus. Ego vidi in te tria. Primo vidi gloriam tuam, & honorem ſuper omnia, & cogitabam gloriam meam: ideo ſuperbiens propoſui, nõ tantum tibi eſſe par,ſed etiam ſuper te. Secũdo vidi, te eſſe potentiorem omnib. ideo cupiebam eſſe te potentior. Tertio vidi, quæ futura erant,& ꝙ gloria tua, & honor,eſt ſine principio, & ſine fine: ideo inuidebam tibi,& cogitabam,ꝙ libenter cruciarer ſemper omni pęna amariſſima ad hoc, vt tu morereris. Et in tali cogitatione cecidi. Item lib. 7. cap. 27. Loquitur creator omnium S. Brig. dicens. Diabolus tantum ſuperbiuit, quod voluit eſſe ſuper me Dominus,& vt ego eſſem ſubditus ſibi. Inuidebat quoque mihi intantũ,quod ſi poſsibile foret, occidiſſet me, vt ipſe eſſet Dominus, & ſederet in throno meo. Tantum etiam chara fuit ei ſua voluntas propria, quod nihil curabat de voluntate mea, dũmodo ipſe poſſet perficere voluntatem ſuam. Propter quod ipſe cecidit de cœlo in profundum inferni & de Angelo factus eſt diabolus. Item creator omnium dicit de Lucifero lib.1. cap.41.Ipſe habebat ad me inuidiam, & concupiuit occidere me, vt pro me dominaretur.

Notabilis expoſitio veri ſenſus Apoſtoli,cõtra Iudæos &c.

Reſponſio tacita obiectionis.

Vnde humiliare ſe debuit ſub potenti, & glorioſa.

manu Dei inde ſuperbiuit.

DE obſtinatione autem ſua, in tantis peccatis,ſcilicet ſuperbia & inuidia, lib. 4.cap.95.dicit filius Dei. Intentio diaboli talis eſt,quod potius,quam ſe humiliaret,vellet eſſe tot inferna, quot ſunt athomi in Sole,& vnum cum alio ſine fine ſuſtinere.Item de eadem obſtinatione, lib. 6.cap.31. Deum alloquens diabolus dicit. Ex inuidia,quam habeo ad te, libenter me amariſsima morte ſemper occidi permitterem, & ſemper ad idem renouari ſupplicium, ad hoc, vt tu occidereris, ſi poſsibile eſſet, te occidi. Itẽ infra ibid. dęmon ait ad Deum. Mallem quippe in perpetuum cruciari,quam venire in gloriam tuam,ad hoc, vt tu non haberes inde conſolationem.Item in extrauagantibus(ſic quædã illarum intitulantur) cap. 62. Angelis bonis diabolus loquens ait. In veritate,ſi poſſem ſumere corpus mortale,magis vellem in eo pati omnem pęnam,& inſuper pœnas inferni, quã charitatem vertere ad Deum. Quia ſic firmaueram mentem, & uoluntatem meã, quã immutare uolo. Sic mihi odioſus eſt.Hęc ibi.Ex præmiſsis denique omnib. exinde ad literam ſumptis patet apertiſsime primum illud propoſitum.ſ.ꝙ ſuperbia diaboli in concluſione capituli quinto loco

Nota tu voluntatis propriæ nimius amator.

Mirũ valde circa diaboli obſtinationem.

poſita erat hæc, videlicet, quod ipſe dum crucifixit Chriſtum, libentius crucifixiſſet eum, ſi ſciuiſſet pro] certo eundem eſſe Deum [vt inquiebat S. Thomas.] Ratio enim huius, quod ſcilicet peſſimã hãc haberet intentionem, patuit ad longum ex reuelationibus ſupraſcriptis.

Occiſores ergo Chriſti, maxime diabolus, ſunt rei occiſionis veri Dei, non ſolũ quia ſecundum realem veritatem Deum in corpore occiderunt, ſed etiam quia hanc contra Deum intentionem habuerunt. Intellige iſta de primis Iudæorum principibus, qui non ex ignorantia peccabant, ſed ex inuidia furibunda, & inſatiabili. Hæc ſiquidem tam malignitatis crudeliſſimę plena erat in eis: vt cor ſuũ obſtinauerint in hoc à Sancto Doctore ſupra expreſſo, quod ſcilicet ſi ſciuiſſent ipſum eſſe verum filium Dei, tunc libentius eum crucifixiſſent. [Cum his, melius intelliges. 3. de Sal. q. 47 ar. 5. 6.]

Peccatum Iudæorum malignitatis extrema aduerſus Chriſtum.

CONFIRMATIO
Concluſionis II.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ S. Dei.

QVOD in Chriſto eſt vera humanitas eiuſdẽ ſpeciei nobiſcũ. [Quia inquit tex. a Deo exiuit,] ſimulque vera diuinitas à Patre ſibi ab æterno cõmunicata, vide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis &c. definitum eſſe in Elucid. 3. de Sal. articulorũ numero 36. 86. 7. 168. 455. 34. 184. 190. 195. Item 107. 139. 297. 42. 108. 113. 8. Quod in Chriſto eſt vera, perfectaque ſanctitas ab inſtanti ſuę cõceptionis: plenitudo ſcilicet gratię gratificantis, omniſque gratiæ gratis datę donorum &c. & totius veritatis, ſemperque ab omni peccato, etiam in potentia fuit elongatiſſimus, & ab omni ignorantia. [Quia inquit tex. Ad Deum vadit:] vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationib. 3. de Sal. q. 34. ar. 1. & q. 7. ar. 1. 2. 5 7. 9. & q. 9. 10. 11. articulis ſuis, & quęſt. 15. ar. 1. 2. 3. 10. Qđ Chriſtus ſit omnipotens, vt Deus eſt, & vt homo, ſed quomodo differenter [omnia, inquit tex. dedit ei pater in manus:] vide ex ſacroſanctis &c. in Eluc. pri. par. q. 25. ar. 3. & 3. de Sal. q. 16. ar. 4. Aduertend. ſpecialiter, quod aliud eſt loqui de Chriſto filio hominis, ratione perſonæ humanitatis eius (ſic enim omnipotens eſt) aliud eſt loqui de anima Chriſti, vt anima Chriſti. Hæc. n. non habet omnipotentiam. 3. de Sal. q. 13. ar. 1. 2. 3. 4. Quòd Chriſtus conuenienter [vt. ſ. ſic pugnaret per humilitatem cum diabolo, eumque expugnaret] elegit abiecte viuere in hoc mundo, non autem in diuitijs & honore, vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. 3. de Sal. q. 40. ar. 3. Quod Chriſtus voluit viuere ſecundum legem [id quod, cum ſic viuere eſset humilitatis, erat pugnare cũ diabolo & ipſum expugnare, per humilitatem:] vide 3. de Sal. q. 4. artic. 4. Quod Chriſtus conuenienter elegit tentationẽ ſuſtinere à diabolo [Tentari. n. ſic importat in Chriſto magnã humilitatẽ Vt ergo per hãc pugnaret cum eo ad victoriã:] vide ex ſacroſãctis &c. in Elucid. 3. de Sal. q. 41. ar. 1 2. 3. Quod conueniẽter Chriſtus elegit pati, & crucifigi, & in loco Caluarię, & in tẽpore, quo totus fere mundus erat plens ad videndũ abiectionẽ eius. ſ. in tẽpore Paſchali, & cum latronibus [quod totũ per ſingula fuit maximę humilitatis. Vt. ſ. per viam huius virtutis pugnaret continue cũ victoria cõtra diabolũ:] vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. 3. de Sal. q. 46. ar. 1. 4 5. 9. 10. 11. Itẽ in veritatib. aureis ſuper totã legẽ veterẽ, Numer. 17. concl. 1. 2. 3. 4. Quòd eadem rõne (vt. ſ. per humilitatẽ contra ſuperbiã pugnaret victorioſiſsime) voluit mori in cruce, & ſepeliri in tumulo, & deſcendere in inferiores partes terrę poſt mortem: vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucid. 3. de Sal. q. 50. ar. 1. & q. 51. ar. 1. 4. & q. 52. q. 1. 2. 3. 4. Item in Veritati. aureis &c. Numer. 21. cõcluſ. 6. 7. 10. 11. & Exod. 12. cõcl. 1. iſta. ſ. lacerari, dilaniari, comedi, deuorari &c. à Iudæis, &c. ꝙ totũ erat pugnare ꝑ humilitatem cum diabolo, & ſic expugnare illius, ſuorumque complicum, ſuperbiã.]

Viuere ſecundum leges bonas ſuperiorũ, eſt virtutis humilitatis opus. Ergo cõtrarium. ſ. nõ viuere, &c. eſt ſuperbia.

CONCLVSIO TERTIA,
Cap. XIII.

NON derogare perfectioni paupertatis habere aliquid in cõmuni, monſtrauit Deus: qui etiam, licet nullius peccati quantũcunq; minimi ſit cauſa, nec directe, nec indirecte, in peccata ipſa, ad quæ facienda iam homines ex ſuis propriis mala volũtate determinati ſunt, permittit,

ut,

tit, illaque contra & eorundem peccatorum naturam, & hominum peccantium intentionem, ordinat ad bonum, cuius Dei permiſſiones tales, ſicut & cętera opera ſua, verbaq; ſcripturarũ ſuarum, tan tam profunditatem habent, vt nec homines aliàs perfecti poſſint talia veraciter capere, (niſi hoc eis Deus reuelauerit.)

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionẽ, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Quod facis, fac citius & c. vſque ad tex. Egenis vt aliqd daret. Prima itaque pars ſ. ꝙ habere aliquid in cõmuni non derogat perfectioni paupertatis, patet ex Chriſti facto expreſſo in tex. Loculos habebat Iudas. Ex Chriſti enim ordinatiſſima prouidentia fuit hoc, quod marſupium pecuniarũ commune. i. ad cõmunes omnium neceſſitates ſubleuandas ordinatum, teneret Iudas. Poſſidere ſiquidem aliquid in communi tunc eſt, quãdo vnus de collegio, ex mandato ſuperiorũ ſuorum, tenet aliquid pro totius collegij neceſſitatibus occurrentibus, vel toti ſimul, vel parti, talis cõitatis expẽdẽdum. Nam, quod hoc totum ſit vera declaratio eius, quod aiunt, habere aliquid in communi, patet ad literam ex ipſo Euãgelio. Vide. Totũ hoc collegiũ erant duodecim Apoſtoli, ſuperior ad collegium totũ erat Chriſtus. Iudas ergo erat vnus de hoc collegio, cum eſſet vnus de duodecim, iſte loculos habebat & ex mandato Chriſti, & ad totius collegij prouiſionem. In quorum duorũ euidens ſignum Chriſtus non reprehendit Iudam de loculis habitis, imò dum mandat ei, vt ex pecunia loculorum emat neceſſaria, aut etiam egenis aliquid det, manifeſtat per hoc, quod & ipſius Domini iuſſu, & pro neceſſitatum occurrentijs, habebantur apud Iudam loculi. Niſi. n. aliàs prius mandaſſet Chriſtus Iudæ, & forte ſub eiſdem verbis. ſ. Quod facis, fac citius] talia de loculis facienda, non diceretur nunc in textu, ꝙ diſcipuli ex eo, ꝙ audierunt Dñm ad Iudã taliter loquentẽ, putauerunt, ꝙ dixiſſet. i. dicere intendiſſet [iuxta illud à ſimili Ioã. 21. & nõ dixit ei Ieſus, nõ moritur. i. dicere nõ intendit] eme ea. &c. Ex textu igitur iſto conſtat, ꝙ Dñs aliàs, & forſan tẽpore Paſchali magis, ſeu aliarum feſtiuitatum, ſolebat, ſimilia dicendo, cõmittere Iudæ, vt de loculorũ pecunijs aliquid illorum, vel vtrunque, faceret. Haberi ergo ſic aliquid in cõi ab aliquibus collegiatis non eſt cõtra intentionẽ beneplaciti Dei, nec derogat perfectioni collegiatorũ. Patet ſiquidem oĩbus vere prudentibus, ꝙ illa familia Chriſti erat ſchola perfectionis, & inſtituta pro exemplari cĩum poſterorum, qui voluiſſent ad apicem perfectionis attingere, vt. ſ. ſcirent, ſe ab iſtis rebus, quæ perfectioni ſtatus derogarent, abſtinere. Vñ ſi hoc derogaſſet ſtatui vnde pfectæ, Dñs vtique loculos à collegio fuo ũ Apoſtolorum, vt qui eſſe lux mundi debuiſſet abieciſſet. Nunc aũt loculos in tali collegio inſtituit, retinuit, ſibique pro collegij opportunitatib. (vt patet) deſeruiuit. Nec tm̃ nunc circa finem vitæ ſuæ hoc fecit, ſed etiam circa inſtitutionis huius collegij principum, atque progreſſum. Quod quidẽ totũ habetur ex illo textũ Ioã. 4. Diſcipuli eius abierant in ciuitatẽ, vt cibos emerent, & ex illo dicto Chriſti ad Philippum Ioan. 6. Vnde ememus panes, vt manducent hi? Si. n. emerunt cibos, vtique pecuniam, qua emuntur, habebant: &, ſi Dñs de emptione panum multis denarijs (vt Philippi reſponſio ibidẽ inſinuat) tractabat cũ diſcipulis, vtique denarios aliquos apud ipſos inueniri, ſtupponebat.

Habere aliquid in communi, quid ſit.

Schola totius perfectionis fuit collegium Apoſtolorum.

AD textus huius declarationẽ pdictã multum adiutoriũ confert illud viuere in cõi, qđ Sancti Apoſtoli, quaſi hoc viuere ſub magiſterio Xp̃i adhuc in terra cõuerſantis didiciſſent, inſtituerũt primo illo tpe, quo fundamẽta perfectionis Eccleſię Spũ ſancto plenæ, & verbis & factis tradebãt Actu 4. Tunc. n. & paupertatẽ voluntariã primitiua illa ex Apoſtolorũ inſtituto ſeruabat Eccleſia, cũ nihil cuiq; ipſorũ eſſet propriũ [nemo quippe, vt ibid. legit, aliquid ſuũ eſſe dicebat,] & precia agrorũ, quos vẽdiderãt, ad pedes Apoſtolorũ allata pro victu atque veſtitu in cõi cõſeruabant, id quod tã ordinate, abundãterque fiebat, vt nullus egẽs eſſet inter illos (vt ibi legit.) Quod autem talium pecuniarum fidelis depoſitio, atque pro cõitatis neceſſitatib. reſeruatio, eſſet placita Spũiſancto, cuius inſtinctu Apoſtoli mo-

Digitized by Google

dũ illũ viuẽdi in cõi ſtatuerant, patet ex hoc, quod B. Petrus de precij defraudatione Ananiam, & Saphiram repræhendens & dixit, eos mentitos fuiſſe Spiritui ſancto, & in eius virtute eoſdẽ ſubitanea morte puniuit Actu 5. Quo vtique facto omnibus poſteris teſtatum eſſe voluit, & quantum placeat Deo viuere taliter in cõmuni, & quantum diſpliceat eidem, res taliter viuentiũ pro neceſſitatibus in cõmuni reſeruatas ſurripere, defraudare, &cæt. Vita igitur Apoſtolica, etiam tunc à principio poſt recentem Spiritusſancti abundantiſſimã receptionem, approbauit in facto publico, quod ſtatui perfectionis, voluntariæ, ſcilicet paupertatis, non derogat habere loculos in communi, [id quod erat prima pars concluſionis probanda.]

Cõmunes res ſibiipſi aliquẽ appropriare eſt peccatum mortale.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Deus, licet nullius quantumcunque minimi peccati ſit nec directa, nec indirecta cauſa, tamen peccata ipſa, ad quæ facienda iam homines ex ſuijpſorum mala voluntate determinati ſunt, permittit, demonſtratur ex tex. Quod facis, fac citius. Circa quam partem prius nota, quam probetur, quod duas particulas habet, vnam negatiuam, per modum præſuppoſitionis, ſcilicet, licet Deus non ſit vllo modo cauſa peccati, alteram affirmatiuam, quod videlicet permittit peccata, Prima itaque patet ex eo, quod præmiſſum fuerat huic dicto; Quod facis, fac citius. Quid eſt tali dicto præmiſſum? Ieſus turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit. Amen, amẽ dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, &c. Per hoc enim, quod de peccato Iudæ, quod tunc prædicebat, triſtabatur, patet: quod illius peccatum quatenus peccatũ, non fuit de intentione, ſed contra intentionem Chriſti. Si enim contra ipſius intentionem non fuiſſet, id eſt ſi ei non diſplicuiſſet, tunc, quando illius peccatum commemoraturus erat, non turbaretur ſpiritu. Turbatur namque aliquid ex occurſu alicuius rei ſuo appetitui contrariæ, ſicut & ab oppoſitis, lætatur occurrente ſibi aliqua re appetitui ſuo placente. Turbatio igitur iſta Chriſti, qua ſpiritu, id eſt ex iudicio rationis turbauit ſemetipſum (ſupra cap. 11.) oſtendit aperte, quod Chriſtus nec directa nec indirecta cauſa fuit peccati Iudæ, & à ſimili, nullius alterius peccati. Turbatur enim animus noſter ex eo, quod rem ſibi odioſam videt (vt dictum eſt:) Deus autem diligit omnia, quorum ipſe cauſa eſt, tantum abeſt, vt aliquid eorum, vt ſic, id eſt vt cauſatum ab eo, ſit ei odioſum. Ad quod deſignandum dicitur Sap. 11. Diligis Domine omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorũ, quæ feciſti. Si ergo diligit à ſeipſo cauſata, vtique ſpiritu gauiſus eſſet, & non turbatus, ad recordationem peccati Iudæ, ſicut & ad relationem bonorum operum à ſuis factorum, cum illorum eſſet cauſa, gauiſus eſt. Et exultauit ſpiritu in vocem etiam exteriorem de his gratias agendo prorumpens, & lætitiam ſui cordis ſic manifeſtans Math. 11. Confiteor tibi pater, Domine cœli, & terræ &c. Nec directa, inquit, nec indirecta, vide horum terminorum declarationes, & ſimul particulę illius primæ aliam probationem, 1. 2. q. 79. articulo 1.

Chriſtus gratias agit patri de bonis operibus noſtris, & cætera.

SECVNDA particula illa, ſcilicet qđ; Deus peccata hoĩum permittit, patet ex eo, quod Iudæ iam ad proditionẽ ex prauitate ſuæ voluntatis determinato dixit Chriſtus; Quod facis, fac citius determinatum quippe eum ex impijſſima eius iniquitate fuiſſe, textus bis prædocuit: primo dicens, cum diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas Scharioth: ſecũdo, poſt bucellam introiuit in eum Satanas. Non ergo ſic determinato opus erat, quod Chriſtus peccatum illud aliquo modo ei ſuaderet. [Abſit hoc in æternum à mentibus hominum] dicendo; Quod facis, fac citius, ſed ei ſolummodo opus erat, quod Chriſtus permitteret facultatem exequendi illam peſſimam proditionem, quam iam firmiter præconceperat. Vnde & tex. Quod facis, fac citius licentiam talem dari eidem, etiam ſecundum literæ ſonum importat. Quid enim eſt dicere, quod facis, niſi oſtẽdere, quod Iudas iam, antequam Chriſtus ſic loqueretur, faciebat? & quid faciebat? Profecto peccatum illud traditionis. Quomodo? Iam antea determinatum, replicatiue

con-

Digitized by Google

confirmando,& reconfirmando:atque in numerum illorum tranſeundo, de quibus dicitur Pſal. 57. Iniuſtitias manus veſtræ concinnant. Multa nanque Iudas in corde ſuo inquietus tunc reuoluebat ad proditionis negocium doloſe concinnandũ, adeo, vt & inde gloriam talis rei à Iudæis reportaret cum lucro promiſſo, & de tali ſuo proceſſu cæteri diſcipuli non haberent notitiam,& [quod plus eum diſcruciabat,cum videret inſtare tempus traditioni Iudæis à ſeipſo præfixum] vt bonã recedendi ex loco illo occaſionem ad faciendum, quod volebat, adinuenire poſſet. Tunc ſiquidem maxime de eo verificabatur illud Iſai. 57. Cor impij, quaſi mare feruens, quod quieſcere nõ poteſt, & redundant fluctuationes eius in conculcationem,& lutũ. Dum autem ſic fluctuaret, & præ fluctuationum varijs conculcationibus luioſis agitaretur: Ecce licentia, quam veluti bonam occaſionẽ ad facinus opere complendum tam ardenter in corde ſuo quærebat, poſtulabat, & expectabat, data illi à Domino comparuit huius tenoris. Quod facis, fac citius. Ac ſi dixiſſet. Ex quo nec lotione pedum, nec communione Sacramentorum, nec mea reuelatione ſecreta tuorum occultorum non vis conuerti ad me, auertendo teipſum à concepto facinore peſſimo, qđ intus continue facis: Ego permiſſiuam tibi licentiam do, vt illud iuxta malignum deſiderium tuum facias citius. Quod vero Iudas hoc dictum Chriſti acceperit,& intellexerit, pro huiuſmodi licentia, conſtat ex immediate ſequenti tex. Cum ergo accepiſſet ille bucellam, exiuit continuo. Expectaſſent exteriora tantum conſiderantes, q̧ Euãgeliſta poſt Chriſti verba illa, ſubiunxiſſet de Iuda, cũ ergo audiſſet ille verba hæc, exiuit continuo. Et re vera hoc iuxta ſuperficiem texturæ videbatur ſubiungendum, tanquam prima fronte ad immediate dicta conſequens. Cur ergo Euangeliſta, talibus in promptu occurrentibus dimiſſis, dicere prælegit, cum accepiſſet bucellã, exiuit continuo? Vt ſenſum Iudę in illis Chriſti verbis intellectum, quem nos non intelligebamus, manifeſtaret. Ac ſi aperte dixiſſet. Verba à Chriſto audita Iudas retulit non ad emptionem neceſſariorum pro feſto, neque ad dationem eleemoſynæ egenis (vt cæteri diſcipuli retulerunt) ſed retulit ad bucellam præacceptam. i. ad totalem deliberationem exequendi proditionem. Supra enim dixit tex. Poſt bucellam introiuit in eum Satanas. Vnde in idem redit dicere, cum accepiſſet bucellam, exiuit continuo,& dicere, cum introiſſet in eum Satanas, exiuit continuo. Satanas autem ſicut dicitur miſiſſe traditionem in cor Iudæ, quando ad eius ſuggeſtionem Iudas præbuit aſſẽſum traditioni, cum qua dam tamen trepidatione, an hanc facere deberet, ita dicitur intraſſe in eum, quando Iudas dedit ſe totaliter ad ſequendum Satanæ inſtinctum in nullo ei reſiſtens.

Licentia permiſſiua datur Iudæ, faciendi exteriꝰ, quod faciebat interius.

Plus eſt, Satanam intrare in aliquem, quam Satanam mittere in cor hominis malas cogitationes, &c.

EPILOGVS TEXTVALIS.

Ex his igitur omnibus, patet recte diſcurrenti, eſſe cõcludendum ſic. Poſt illa verba ad Iudam præſentem & audiẽtem directa. ſ. Quod facis, fac citius, dicerẽ, q̧ Iudas cum accepiſſet bucellam, exiuit continuo, eſt oſtẽdere, q̧ loquente ſic Domino Iudas adhuc erat intantum immerſus in peccatum traditionis tempore acceptæ bucellę totaliter determinatum, vt verba illa Chriſti mox audita non potuerit referre, niſi ad illud, quod intus maſticabat. Prohibebatur ſiquidem, in alio ſenſu recipere verba illa, quã in ſenſu cõformi ad illam tũc præſentem maſticationem ſuã, iuxta illud Phyſic. 1. Intus exiſtẽs prohibet extraneũ. Et quid tũc actualiter maſticabat? Illud, q đ à Satana poſt bucellã in eũ intrante, per conſenſum pleniſſimũ didicerat: hoc eſt, traditionẽ, eiuſq; accõmodã executionẽ. Ad ſenſum ergo proditionis executioni accõmodatũ verba illa ad ſe dicta Iudas facillime retulit, id qđ eſt, ipſum ex verbis illis licentiam ſibi permiſſiuã à Chriſto dari ad exequẽdum traditionem illã intellexiſſe. Textus igitur ſequens ad, Quod facis, fac citius, exponatur deniq; ſic. Cũ ergo accepiſſet ille bucellã, exiuit cõtinuo. i. cum ergo licẽtia ei per verba illa à Chriſto data fuiſſet,& hãc ſibi datã fuiſſe intellexiſſet, ad cõplẽdũ facinus tpe acceptionis bucellæ pfinitũ, tũc exiuit cõtinuo. Tãtoq; animi feruore peſſimo ad hoc exequẽdũ licẽtiatus efferebat, ut ipſ noctis, q̃ tũc erat, illũ

Digitized by Google

vllo modo detinere nõ potuerit. Sic ergo nõ tñ de ꝓditione [ibi, ut traderet eũ] ſed ẽt de peſſimo ad exequendũ illã feruore, ibi, erat nox] notauit eum Euangeliſta.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET; Deus & contra peccatorũ naturã, & contra peccantiũ intẽtionẽ, ordinat peccata ad bonum, demonſtratur ex tex. Quod facis, fac citius, & tex. Exiuit continuo. Hæc.n. verba, Quod facis fac citius, ſunt ſecundũ B. Auguſt.) verba ad opus ſalutis noſtrę anhelantis. Non iñ præcepit facinus, ſed prædixit, non tam in deteſtabiliſſimę ingratitudinis perfidi Iudę ſcelus iuſſe ſeuiendo, q̃ ad ſalutem fidelium feſtinando. [Nõ præcepit, inquã, facinus: quia impoſſibile eſt, peccatum cadere ſub conſilio, & præcepto diuino. Vnde ad hoc denotandũ dicit Pſ. 18. Preceptum Dñi lucidum, illuminans oculos, & Pſ. 118. Oia mandata tua veritas. Sed & frequẽtiſſime ſimilia ibid. de mãdatis Dñi repeciuntur.] Anhelabat ergo Chriſtus, vt Deus, ab æterno ad noſtram ſaluẽ, eamq; nobis feſtinanter aduenire deſiderabat, & hinc eſt, ꝙ peccatum Iudæ (ſicut & à ſimili, quęcunq; alia peccata) ordinabat ex tunc ad ſalutẽ noſtram. Vnde illud eius dictũ; Quod facis, fac citius, continet duo, illaque exprimit nobis, videlicet, & deſideriũ Dei, & eiuſdem de peccatis noſtris ordinationẽ, ad ſalutẽ noſtrã. Quæ duo in vnũ quodãmodo per conſequentiã ſurgunt, dicẽdo: Deſiderium Dei, quo ſalutẽ noſtrã deſiderat tam magnum eſt, vt inde fiat, ꝙ Deus nõ ſolum bona, ſed ẽt peccata quãtumcunq; magna (vt illa Iudæ, Iudæorum &c. fuerunt) ordinet ad noſtrã ſalutẽ. Et hæc duo in cauſa fuerũt, ꝙ Dñs dixit Iudæ; Qd facis, fac citius: vñ & hoc dictũ virtualiter exprimit eadẽ duo, ſicut effect⁹ cãm ſuã.

Ex magnitudine deſiderij Dei ad noſtrã ſalutẽ procedit, ꝙ ordinat etiã peccata ad illam.

Cõtra peccatorũ (inqt particula cõcluſionis,) & peccãtiũ itẽtionẽ: Probat hoc ex eo, ꝙ poſt licẽtiã datã à Dño, dicit de Iuda tex. Exiuit cõtinuo. Quo exiuit? Illo quo poſt licẽtiã datã Satanæ ad offendẽdũ Iob, dr̃ Satã egreſſus à facie Dñi, c. 1. 2. Quõ à facie Dñi, q vbiq; eſt, oĩaq; clariſſime intuet, egreſsus eſt Satã? Non per loci mutationẽ, quaſi diuino cõſpectui ſubtractus (pp rõnẽ allatã) ſed ꝑ intẽtionis diuerſitatẽ. Itẽdebat.n. Deus ꝑ licẽtiã illã à ſe datã Satanæ ſalutẽ ſpũalẽ ipſius Iob ꝙ ſ. ipſe ꝑ patiẽtiã i affictionib. habitã mereret augmẽtũ grę, & glæ, fieretq; nobis exẽplar patiẽtiæ, cui cõformaremur tribulati: intẽdebat aũt Satanas totũ cõtrariũ. i. licẽtia illa abuti. hoc eſt, vti ipſa ad ſubuerſionẽ ſpũalẽ ipſius Iob ducẽdo .ſ. illũ ad impatiẽtiã, & cõſequẽter ad perdẽdũ gratiã, & gloriã, vtq; poſteris fieret in ſcãdalũ impatiẽtiæ. Nũquid nõ ergo ꝑ hoc vides, ꝙ merito de Satã poſt licẽtiã habitã dixit textus, ꝙ egreſsus eſt à facie Dñi? Sic in propoſito de Iuda. Intẽdebat Xp̃s per licentiã à ſe Iudæ datã humani generis ſalutẽ, & paſſionẽ ſuã, ſm qd erat inſtrumentalis cauſa ſalutis illius, nõ aũt intendebat actionẽ Iudæ iniquã. [Voluit q dẽ ſuã paſſionẽ Xp̃s, ſicut & Deus eã voluit, iniquã iñ actionem Iudæorũ noluit. Hęc S. Th. 3. de Sal. q. 47. ar. 6. ad 3.] Iudas vero intendebat vti licentia illa ad expletionẽ iniquæ ſuæ actionis, nihil interim cogitãs, aut curans, de ſalute humani generis ꝑ illã viã acquirendæ, & multo minus intendens per illã viã acquirere ſalutẽ illã. Nõne tibi vr̃ ergo, de Iuda poſt licentiã habitã, ipſa tã diuerſe ab intẽtione Chriſti abuſuro, dictũ fuiſſe merito à tex. Exiuit cõtinuo? Corporaliter qdẽ ſm loci mutationẽ a Chriſto ſm corporis præſentiã cõſiderato tũc exiuit, ſed ille illius inde exitus reſpectiue ad ꝑdictũ mentalẽ exitũ ſumptus de ſecunda intentione Euãgeliſtæ hoc ipſum narrantis eſt. Hinc igitur patet ad literã in perſona Iudæ ꝓbatũ fuiſſe, vniuerſaliter: ꝙ contra intentionẽ peccãtiũ eſt, ꝙ Deus ordinet illorũ peccata ad bonũ. Quod vero hæc eadem Dei ordinatio fit cõtra peccatorũ naturã (vt cõcluſio dicebat) nõ indiget ꝓbatione, cũ & de ſe, & per quotidianũ experiẽtiã, clarũ ſit, ꝙ criminũ natura talis eſt, vt ſẽper ad peius malũ inducat peccatorẽ. Ex hoc nanq; ſuperabundãter patet intẽtũ, ꝙ .ſ. cõtra delictorũ naturam eſt, ipſa ordinari ad bonum, ſeu (quod in idem tedit) ex ipſis eliei aliquod bonum.

Intentio Dei in dãdo licẽtiã ꝓmiſſiuã peccatoribus .i. in permittẽdo peccata.

Licẽtia bene à Deo illis data, diabolus, & alij peccatores male vtuntur.

Ex ꝓmiſſorũ deniq; oĩum doctrina vigilans lector habet, quõ catholice intelligere ſoleat ſuo ingenio poſſit, tanq̃ hinc edoctus ad ſimilia diſcurrẽdo, multas ſcripturas de peccatis, de illorumque euentu,

Tria ſciet qui abſq; errore multa ſcripturarum dicta intelligere vult

tu, de Deo per reſpectum ad talia loquẽte, &c. Sciat ꝙ Deus nullo mõ á ſe cauſata peccata ordinat ad bonũ, ſciat, ꝙ Deus taliter ea ordinare multũ deſiderat, ſciat, ꝙ & peccatores ut peccatores & peccata, vt peccata, nũꝗ ad bonũ, ſed ſẽper ad malũ tendũt, inclinareq; ſe, ac alios, ad idẽ non ceſſant, & hæc á ſeipſo ſcita hẽat ſemper præ oculis in legẽdo ſcripturas de pdictis loquentes, & faciliter ſecurus euadet.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Dei permiſſiones bonę quibus. ſ. peccata fieri permittit, ſicut & cętera opera ſua verbaq; ſcripturarũ ſuarum, tantam profunditatem habent, vt nec homines aliàs perfecti poſſint talia in vero ſenſu intelligere (niſi hoc eis Deus reuelauerit:) demonſtratur ex tex. Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium, ad quid dixerit ei, quidam enim putabant &c. Patet ſiquidem ad literam, ꝙ tantæ perfectionis viri, tantoq; tempore verbis ex ore Chriſti audiendis aſſueti. (Apoſtolos dico) nõ penetrarunt verum ſenſum permiſſionis diuinæ contentum in verbis illis, quod facis, fac citius. Quomodo enim, hoc eſſe permiſſionem Chriſti ad ſe tradendum Iudæ notificatam, penetraſſent, quando nec tantum traditionis malum de Iuda ſuſpicabantur? Innocentes Apoſtoli, iuxta conſcientiæ ſuæ puritatem incedentes, de coapoſtolo tantã iniquitatem ſuſpicari nõ poterant, & cõſequenter illud magiſtri dictum ad eundem eſſe permiſſiuam licentiam non credebant, & licet Ioãnes Apoſtolus ex tacita reuelatione Chriſti tunc præſciuiſſet pro certo, Iudam eſſe traditurum ipſum: tamen tam cito eũ facturum proditionẽ, & per conſequens hanc Chriſti vocem, Quod facis fac citius, eſſe Iudę licẽtiam talem ignorabat. Vnde ſemetipſum etiã inter hoc ignorantes cõnumerat dicens: Nemo ſciuit diſcumbentiũ ad quid hoc dixerit ei. In perſona ergo ſua probauerunt Apoſtoli, verum eſſe hoc, quod nunc in cõcluſione dicit. ſ. ꝙ permiſſionũ Dei, quib. permittit peccata, bonitas præ ſua profunditate non poteſt veraciter capi, ſeu penetrari, nec etiam ab hominibus aliàs perfectis. [Nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuę, dicebat Pſal. 91. De talibus Dei permiſſionibus loquens. Et ideo, ratione profunditatum ſuarum grãdium, tanquam à talium nos inquiſitione ſub alterius perſona compeſcens, immediate ſubiungit; Vir inſipiens nõ cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc. Ac ſi ad omnes homines vniuerſaliter dixerit; Ceſſate ab inquirendo tales permiſſiones, quare ſic, vel aliter fiant: quoniã hoc vos non cognoſcetis, neq; intelligetis. Inſipientes nãq; & ſtultos, quantũ eſt præciſe ex ſe eſſe omnes, velut in primo homine incluſos, nec ipſo meliores, annotauit idem propheta dicens, Pſal. 48. Homo cum in honore eſſet, non intellexit; Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Sufficiat ergo nobis ſcire de Deo, nec vllatenus de hoc vnquã dubitare, illud, quod de vniuerſis talibus permiſſionibus dixit, Pſal. 103. Omnia in ſapientia feciſti, & illud, Sap. 11. Omnia in menſura, & numero, & pondere, diſpoſuiſti Domine. Porro his bene noſtris mentibus impreſſis, illud omnino inuiolabiliter etiam obſeruadum eſt. Eccl. 3. Altiora te ne quæſieris, &c.

Malũ eſt, velle rõnẽ permiſſionum diuinarum inquirere, et impoſſibile eſt hoc veraciter penetrare.

ILLA uero concluſionis particula, ſcilicet ꝙ cætera opera ſua (uidelicet ſimilia Vt prædeſtinatio, &c.) & uerba ſcripturarum habeant talem profunditatem, ut nec homines &c. demonſtratur ex eodem tex. Quod facis, fac citius, hoc autem nemo &c. vſque ad. Egenis ut aliquid daret. Opus. n. Chriſti fuit electio Iudæ, ſm illud Io. 6. Nonne ego vos duodecim elegi? Opus Chriſti fuit, ꝙ Iudas, tanquam cõis Apoſtolorũ diſpenſator, loculos haberet ad prouiſionẽ ipſorum, eleemoſynãq; egenorũ, ordinatos. Opus Chriſti et fuit permiſſiua hæc licentia ei data, qua ex choro illo ſanctorum poſset exire. [Nam quãuis impoſsibile ſit Deũ uelle mallum culpæ. 1. q. 19. art. 10. tamẽ eum uelle permittere, mala culpę fieri, eſt non ſolum poſsibile, ſed etiam conuenũẽs, & bonũ. 1. q. 19. artic. 9. ad 3.] Hoc autem (inquit textus) nemo ſciuit diſcumbẽtium, ad quid dixerit ei. Audierũt quidem vocẽ, Quod facis fac citius, eiuſdẽ vocis ſenſum externum in terminis conſiſtentem intellexerunt: ſed ad quem finẽ illa vox cum illo ſenſu tenderet, non perceperunt, & quare hoc non perceperũt?

Quia

Quia mirabilia ſunt opera altiſſimi, Ecclesſ. 11. & terribilis eſt Deus in Cõſilijs, ſuper filios hominum, Pſal. 65. Hoc eſt, Conſilia Dei in operibus ſuis abſcondita poſſunt quidem, tanquam mirabilia terribiliaque à filijs hominum ſuſpici; ſed præ altitudine profunda, quam habent, non poſſunt ab eis penetrari. Nemo (inquit) diſcumbentium ſciuit, &cęt. Scis tu quare? Quia concordare illa Domini opera, quæ viderant, neſciebant cũ eiuſdem Domini ſenſu in illis verbis; Quod facis fac citius. Viderant ipſi illud opus Domini primum, ſcilicet quod Iudam tam charum habuit, vt ipſum ex numero ſeptuaginta diſcipulorum ad ſummum gradum, ideſt ad Apoſtolatum elegerit: viderãt & illud eius opus ſecundũ, ſcilicet quod Iudam in tanta (vt aiunt) conſideratione habuit, vt ipſum totius collegij Apoſtolorum procuratorẽ fecerit: viderant deniq; Iudam à Domino in vtroque illorum operum, ſcilicet Apoſtolatu, & ꝓcuratoris officio, fuiſſe hucuſq; conſeruatum. Vnde opus hoc vltimum, ſcilicet quod Dominus per illa verba à ſe licentiaret Iudam ſic prius electũ, & præelectum, non poterant, non dico, ſimul cointelligere, ſed nec ſuſpicari quidem, ſeu conijcere. [Euangeliſta ergo per hũc tex. Hoc autem nemo ſciuit diſcumb. ad quid dixerit ei, percutit, & quidem à fortiori, frontem curioſorum in operib. Dei diſquirendis; oſtendens, vanos eorum fore conatus, ſtudiaq; ad hoc inania: & tanto certius, quanto Apoſtoli aliàs viri perfecti, multorumq; aliorum Domini ſecretorum conſcij, profunditatem vnius tantum illorũ operum, circa Iudam, ſcilicet oſtenſi, intelligere non potuerunt. Ac ſi per illam Euangelij texturam, conformiter ad vetus teſtamentũ, nos ſingulos alloquens dicat. In pluribus operibus Dei, ne fueris curioſus. Non enim eſt tibi neceſſarium ea, quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis. In ſuperuacuis reb. noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curioſus. Plurima enim ſupra ſenſum hominum, oſtenſa ſunt tibi. Multos ſupplantauit ſuſpicio illorũ, & in vanitate detinuit ſenſus illorum, Eccleſ. 3. De curioſitate, ꝙ & quale, ſit vitium, 2. 2. q. 167. ar. &c. quod oriatur ex accidia, 2. 2. q. 35. art. 4.]

Contra nimis curioſos.

PARTICVLA denique illa, ſcilicet, quod verba ſcripturarum Dei tantam habeant profunditatem &c. demonſtratur ex eodẽ tex. Quod facis &c. Hoc nemo diſcumbentium ſciuit, &c. Patet enim ex vna parte, quod Apoſtoli erant iam multo tempore ad audienda Domini verba aſſueti, & conſequenter, ꝙ non eſt putandum, ꝙ aliquis poſſit verba diuinarum ſcripturarum melius intelligere, quam Apoſtoli: ex alia vero parte patet, ꝙ ipſi ſecundum textus huius veritatem non intellexerunt verum ſenſum verborum illorũ Domini, ſed illa ad diuerſum ſenſum, quem verba non habebant, traxerunt. Per huiuſmodi ergo Apoſtolorũ ignorantiam manifeſtum reſtat intentũ, ſcilicet quod ſcripturarum Dei verba ſunt adeo profunda, & humanum intellectum excedentia, quod non plus inde capere poſſumus, niſi quantum ipſe reuelat. Nec hoc ex præſenti loco tantum patet eſſe bene probatum, ſed etiam ex multis alijs Euangeliorum locis, quaſi hoc ipſum abundanter confirmantibus. Vt. Matth. 16. Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis; Cauete à fermẽto Phariſęorum, & Saducęorum? Item Mar. 6. Non intellexerunt de panibus. Erat enim cor eorum obcęcatum. Item Luc. 18. Nihil horum intellexerunt. Item, Ioan. 16. Quid eſt hoc, quod dicit Modicum? Neſcimus, quid loquitur Item & in alijs locis, quæ Lectori per ſe inueniẽda relinquuntur.

Quomodo aliqua Apoſtolorũ ignorãtia nobis facta eſt ex ordine diuino, vtilis.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD habere aliquid in communi non deroget perfectioni paupertatis Euangelicę, quam Chriſtus abſq; dubio habuit, & obſeruauit cũ ſuis Apoſtolis: vide in Extrauaganti Papæ Ioãnis 22. dãnantis contrariũ à quibuſdã nimia temeritate obſeruatũ. Quæ incipit. Cum inter nonnullos, viros ſcholaſticos. Item in alia eiuſdem, quæ incipit: Quia quorundam mentes, ſic pater mendacij.

Conci-

Concilium quoque Tridentinum, quod perfectionem paupertatis (ſicut, & aliorum votorum Regularium. Seſſ.25. De Regularibus, & Monialibus. cap.1.) minuere in Regularibus non intendit, ſed eam illorum perfecto ſtatui conformem (vt par eſt) declarare: ſic dicit de paupertatis voto loquens, Seſſ.ead.cap.2. Nemini Regularium tam virorum, quam mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuſcunque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquiſita, tanquam propria, aut etiam nomine conuentus, poſſidere, vel tenere, ſed ſtatim ea ſuperiori tradantur, conuentuique incorporentur. Nec deinceps liceat ſuperioribus bona ſtabilia alicui regulari concedere, etiam ad vſumfructum, vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam. Adminiſtratio autem bonorum monaſteriorum, ſeu conuentuum ad ſolos officiales eorundem, ad nutū ſuperiorum amouibiles, pertineat; Mobilium vero vſum ita ſuperiores permittant, vt eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conueniat. Hæc ibi. Et cap. 3. Concedit ſancta Synodus omnibus monaſterijs, & domibus tam virorum, quam mulierum, & Mendicantium, &c. etiam quibus aut ex conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apoſtolico non erat conceſſum, vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat. Quod ſi aliqua loca ex prædictis, quibus authoritate Apoſtolica ſimilia bona poſſidere permiſſum erat, eis ſpoliata ſint, eadem omnia illis reſtituenda eſſe, decernit. Hæc ibi. Quòd Deus nullius peccati, quantumcunque minimi eſt cauſa nec directa, nec indirecta: vide ex ſacroſanctis Concilijs, Scripturis, &c. eſſe declaratum, in Elucidationibus pri. part. articulorum num. 123.259. 515. & 1.2. articulorum num. 428. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 198. & in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ.3.concl.6. & Exod.6. concluſ.3. Quod erroneum eſt dicere, quemlibet pro arbitratu ſuo poſſe exponere ſacram ſcripturam, & nihil in ea difficile, nihil obſcurū ſibi perſuaſum habere [Ecce, quod factum Apoſtolorum id eſſe erroneum oſtēdit: dum opinio illorum ſuper verbis Domini, Quod facis, &c. qua emendum aliquid pro feſto, aut dandum egenis, dicitur in textu, fuiſſe falſa. Per quod & patet in verbis Chriſti, quę ſacra etiam ſcripturą ſunt, difficile nobis aliquid, ſeu obſcurum eſſe:] vide ex Concilijs, ſcripturis, &c. eſſe declaratum in Elucidationib. pri. par. articulorum numero 10. 183. 9. append. per totum. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Gen. 27.concluſ.3. & (Nam illi errantes addiderunt falſum hoc, ſcilicet quod ideo nullius, nec etiam Eccleſiæ, neceſſaria de ipſa eſt approbatio) Leuit.13. concluſ. 1. & Deuteron.17. concl. 7. Quod erroneum eſt dicere, quod Deus non permittit mala fieri, vt inde eliciat bona vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationibus pri. part. articulorum numero 13 95.136.253. Item in Veritatibus aureis, &c. Exod. 16. concluſ. 5.

Vt dicant quicquid in buccā venerit: fingūt hæc ſibi licentiā ſcripturarum hæretici.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. XIII.

NVNC Clarificatus eſt filius hominis] locuturus Dominus de paſſione ſua diſcipulis ibi, Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum, &c. primo ex prudentiſſima induſtria eleuat eos ad conſiderationem gloriæ acquirendę per huiuſmodi paſſione, & hoc, vt ex gloriæ mox poſt eam ſecuturæ [quod mox, notatur in tex. Continuo clarificabit eum) præuia conſideratione mitigetur triſtitia doloroſa diſcipulorum de paſſione ipſius, quaſi ex deſiderio glorificationis Chriſti in ſpem viuaciter erecti paſſionē illam, velut vmbram velociter tranſeuntem, aſpiciant, ideoque minus turbentur. [Hinc ſanctorum martyrum prudentia valde bona ordinata eſt: qua non paſſiones ſuas, quibus vehementer à Tyrannis diſcruciabātur, vel non, vel minus, attendebant, ſed gloriam magnam, quam mox habituri erant, oculis fidei eleuatis immobiliter contemplabantur: ſecundum illud B. Auguſtini in ſerm. de S. Geneſio. Mira fides, mira deuotio. Ante perſecutorem aſſiſtebat, ſed animo ante Deum erat. Carnem exponebat ſupplicio, ſed mentem habebat in cęlo: & ſecundum illud B. Baſilij de S. Barlaā martyre. Somnus iuſtis eſt mors: imo magis migratio ad vitam meliorem. Hinc eſt:

Qualem prudentiā didicerūt martyres, &c. ex hoc quod Chriſtus pmiſit textum clarificationis textui paſſionis.

eſt, quod martyres exultant, dum trucidã tur. Nam deſiderium fęlicioris vitæ, iugulationis dolorem extinguit: & emortuum reddit. Pericula non reſpicit martyr: coronas reſpicit. Plagas non horret: ſed præmia numerat. Non videt lictores inferne flagellantes: ſed Angelos ſuperne lætos hominibus acclamantes imaginatur. Non ſpectat ad temporalia pericula: ſed ad præmiorum ęternitatem. Hæc ille. Tali prudentia veſtitos volebat eſſe diſcipulos ſuos Dominus, quando eis dicebat, Matth. 10. Ego mitto vos in medio luporum. Eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes. Hæc eſt illa anthonomatice ſapientia de qua dicitur Eccl. 44. Sapientiã Sanctorum narrent populi: & laudem eorum nunciet Eccleſia. Præmiſſa SS. Auguſtini, & Baſilij antea dicta proportionaliter applicabis etiam ad Confeſſores, Virgines, Eremitas, &c. qui pro Chriſto Domino plura viriliter pertulerũt & alacriter. Illincque, ſcilicet ex Auguſtini, & Baſilij dictis diſce & tu modum, ſeu viam quo poſſis propter Chriſtum cuſtodire, vias duras, Pſal. 16. & finaliter ei dicere; Viam mandatorum tuorum cucurri, Pſal. 118.] Dicit ergo tex. Nunc clarificatus eſt filius hominis. Quid eſt; Nunc? Cum exiſſet Iudas è loco illo. Ad quid? Ad faciendum citius, ideſt cum maxima ſolicitudine, illud in exteriori executione, quod in loco illo fecerat in peruerſiſſima mente. Hoc eſt. Ad accipiendum cohortem, & à Pontificibus, & phariſæis miniſtros, Ioan. 18. vt traditionem Domini atque capturam, quam tacitus præmaſticauerat antea adimpleret iam in facto. Totum hoc importatur per tex. Nunc. Significat ergo ad literam Chriſtus, quod paſſio ſua erat ſui clarificatio, & cõſequẽter ꝙ ſicut quis naturaliter deſiderat propriam clarificationem, ita ipſe rationabiliter, ideſt voluntate per modum rationis accepta 3. de Sal. q. 18. art. 3. 5. 6. deſiderabat ſuam paſſionem. Dicit autem, clarificatus: ad ſignificandum, quod non tantũ poſt paſſionem, ſed etiam quod in ipſa paſſione, clarificãdus erat. Dum enim patiebatur: tunc actualiter de morte, Diaboloque triumphabat (ſecundum illud, Hebr. 2. Per mortem deſtruxit eum, qui habebat mortis imperium:) tunc coniungebat terrena cœleſtibus (ſecundum illud Coloſſ. 1. Pacificans per ſanguinem crucis, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis, ſunt:) tunc omnia regna mundi merebatur obtinere, trahendo ad ſe per fidem (ſecundum illud Pſal. 95. Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit à ligno:) tunc miracula multa oſtendit (ſecundum illud Matth. 27. Mota eſt terra, petrę ſciſſæ ſunt, & velum templi à ſummo vſque deorſum, Sol obſcuratus eſt, monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum ſurrexerunt. Et quod non minoris miraculi res eſt: Petrum vix negationis verba, & latronem vix conuitia complentem, reduxit ad cor, Luc. 22. Mar. 15. Lu. 23.) Clarificatus eſt, non autem clarificandus, dixit: vt per hoc denotaretur certitudo clarificationis: quoniam præteritum adeo certum eſt, vt impoſſibile ſit, illud nõ fuiſſe. Vult ergo Dominus, ſecundum hanc ſuam locutionem, certo certius teneri, ꝙ paſſio ſua futura erat ſuimet clarificatio. Item in tex. Clarificatus, nota modum loquendi hominibus conſuetum. Quis eſt? Quod quando aliquid incipit fieri maxime ſi cum feſtinatione magna, & ſine interpolatione fiat, ſolet plerumque dici eſſe factum. Ad deſignandum ergo, ſuam paſſionem, exeunte Iuda, iam eſſe inchoatam, ipſamque cum multa ſolicitudine, abſque vlla intermiſſione à Iudæis eſſe tractandam, atque ideo citiſſime clarificationem ſui eſſe venturam: vſus eſt Dominus tali modo loquendi.

Chriſti paſſio eſt actualiter ſui clarificatio.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. XIII.

CLARIFICATVS eſt filius hominis.] De ſe ergo Chriſtus, ſecundum quod homo eſt, loquitur: quoniam dicit, filius hominis, & non filius Dei. [Taceo: quod titulos magnos, Vt ſunt filius Dei, filius altiſſimi, &c. humilitatis magiſter Chriſtus, ſemper quo ad fieri poteſt, refugit, potiuſque titulis minorib. vti ex humilitate delectatur, vt ſunt filius hominis, &c. Quod patet in decurſu Euãgeliorum: vbi etiam videre eſt, quod ex ſimili humilitatis affectu, quando de ſeipſo ad fidem noſtram veraciter inſtruendam

Humilitatis cordialis, Matt. 11. ſigna in Chriſto, quæ: et imitanda.

ma-

magna dicit,puta quod ſit Deus, æqualis patri,&c. ſemper cum aliqua humilitatis notula vel ante,vel poſt,vel circum,poſita,tanquam virtutis ſuæ ſpecialis condimento,loquitur.] Hoc nomen, Clarificatus, accipiendum hic eſt vniuerſaliter,i. pro omni gloria,quæ Chriſto aduenit merito paſſionis ſuæ.Hæc autem, ſecundum ſcripturas,eſt quadruplex, ſcilicet reſurrectio, aſcenſio, ſeſſio ad dexteram patris, manifeſtatioque diuinitatis eius, & iudiciaria poteſtas. Nam de prima dicitur in perſona eius Pſal.138. Tu cognouiſti ſeſſionem meam,ideſt humilitatis meæ paſſionem, & reſurrectionem meam. De ſecunda dicitur Epheſ.4. Deſcendit primũ in inferiores partes terræ, qui autem deſcendit,ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cælos. De tertia legitur Philip.2.Factus eſt obediens vſque ad mortem,Mortem autem crucis; propter quod & Deus exaltauit illum (ſcilicet ad conſcenſum dexteræ paternæ) & dedit illi nomen, ꝙ eſt ſuper omne nomen,(vt ſcilicet ab omnibus nominetur Deus) vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum (ideſt vt omnes reuerentiam ei exhibeant,ſicuti Deo) De tertia tandem dicitur Iob. 36. Cauſa tua quaſi impij,iudicata eſt: cauſam,iudiciũque recipies. Porro,iſtorum quattuor ratio eſt vna,ſcilicet humilitas Chriſti, qua voluntarie ſeipſum humiliauit quadrupliciter in ſuæ paſſionis tempore, quod ſignificatur per tex.Nunc.Primo ſe infra dignitatem ſuam humiliauit,quantum ad paſſionem,& mortem: cuius debitor non erat. Secundo,quantum ad locum:quia corpus eius poſitum eſt in ſepulchro, & anima in limbo. Tertio, quantum ad cõfuſionem multiplicem, & opprobrium, quæ pertulit. Quarto, quantum ad hoc, quod voluit ſubijci humanæ poteſtati, de quo,& dixit Pilato, Ioan.19 Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi datum tibi fuiſſet deſuper. Primæ etenim humiliationi, tanquam merito correſpondet prima illa clarificatio,ſeu (ꝙ in idem redit) glorificatio,tanquam conueniens præmium; ſecundæ ſecunda: tertiæ tertia quartæ quarta.

Humilitati ſemper debetur,ut creſcat: ergo ſuperbia,ut decidat.

Ratio autem fundamentalis omnium præmiſſorum eſt, quod cum aliquis ſibiipſi ex voluntate iuſta ſubtrahit propter Deum id,quod debebat habere, meretur vt ſibi à Deo aliquid ſuperaddatur, quaſi merces illius voluntatis iuſtæ: id quod breuiter ſignificatur per illud Luc.14.Qui ſe humiliat,exaltabitur. Quemadmodum è contrario; Cum quis ex iniuſta voluntate ſibi attribuit plus, quam debebatur, meretur vt diminuatur ei aliquid de eo, quod ſibi debebatur (ſicut dicitur Exod. 22.Qui furatur vnam ouem,reddet quattuor:) id quod breuiter ſignificatur per illud Matth.23.Qui ſe exaltauerit,humiliabitur.

Si vis pro iſto textu, Nunc clarificatus eſt filius hominis, exponendo vberrime; quantum ad illam primam gloriam crucis in annot.1.dictam, & etiam in hac aliqualiter tactam, videre pulcherrima quædam ex antiquis figuris de cruce, &c. legas omnino librum,qui vocatur: Veritates aureæ ſuper totam legem veterem, Numer.17.concluſ. prima,ſecunda,tertia, per totum.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. XIII.

ET Deus clarificatus eſt in eo.] Hic eſt fructus clarificationis Chriſti filij hominis, quod Deus clarificatus eſt in eo. Sed & ad hoc, tanquam ad vltimum fructum,& finem, Chriſtus ipſe omnia quocunque modo ad ſe pertinentia,indeclinabiliter ordinauit. Vnde, ſicut finis eſt quid præcipuũ, magiſq; deſiderabile in toto quarumcunq; rerum negocio, quã omne aliud: ita Chriſtus, ſecundum hũc tex. magis clarificationem Dei exoptabat,magiſque de illa ſibi complacebat, in eaque delectabatur, quam de ſua, vt homo erat. Deus (inquit) clarificatus eſt in eo: Non dicit, quod clarificatus ſit Deus in ſemetipſo, ſicut de ſe filio hominis dicet in contex. Deus clarificabit eum in ſemetipſo: quoniam gloria Dei tanta eſt, vt nihil omnino poſſit addi ei,ita vt in ſemetipſa creſcat, Chriſti autem ſecundum humanitatem conſiderati non eſt tanta, vt aliquid ei addi non poſſit, quod eam in ſemetipſa creſcere faciat. Nonne per reſurrectionem, aſcenſionem, ad patriſq; dexteram ſeſſionem, gloria humanitatis

Digitized by Google

Chriſti in ſemetipſa creuit? Non ſic eſt de Dei gloria (vt diximus.) Creſcere autem poteſt apud homines, licet non in ſeipſa: & hoc modo creuit mediante filio hominis. Exponatur ergo ſic tex. Deus clarificatus eſt, ſcilicet apud homines, in eo, ideſt mediante eius vita, & doctrina. Vis textus præſentis cognitionem facilem habere? Conſidera practicam hanc, ab oppoſitis addiſcendo. Ecce: Antequã Chriſtus nobis appareret viſibilis docens nos, & verbo & exemplo, quæ Dei ſunt: eramus nos ſine Deo in hoc mundo, Epheſ. 2. ideſt, Deus apud nos non reputabatur Deus. Quomodo enim verus Deus reputari poterat à nobis De' verus, ſi nos eius notitiam nullam habere, nos ipſi factis & verbis coram toto mundo, aſſidue probabamus? Idolatria per vniuerſum mundũ tunc extenſa huius rei efficaciſſimus teſtis eſt. Manifeſtum enim eſt, quod per ipſam Deus verus intantum ab idolatris pro nõ Deo habebatur, vt etiam ei, qui re vera dignitatis infinitæ eſt, anteponerent viliſſima quæque quorum illi ſibimetipſis à Diabolo phantaſiam illorum ſic mouente 1. q. 111. art. 3. 4. Ludificati maximas virtutes, atque dignitates, fingebant. Volucrium, quadrupedum, & ſerpentium, vanitatem nominis, numinis, deitatis, & cællos præpoſuiſſe veritati nominis, numinis, Deitatis, &c. vnius triniqué Dei; teſtatur Apoſtolus Rom. 1. Eorumque nimiã ignorantiam, vanitatem quoque ſatis ridiculoſam depingit, atque (vt decet) ſubſannat multipliciter Spiritusſanctus, Sap. 13. 14. 15. Nec ſolum gentiles in hoc tenebrarũ pelago (idolatriam dico) paſsim verſabantur, hoc modo ſine Deo exiſtentes, Epheſ. 2. ſed etiam plurimi Hebræorum, de quorum tamen ratione cantatum cum lætitia, & gratiarum actione, fuerat à propheta Pſal. 75. Notus in Iudęa Deus (ſcilicet quod ipſe ſolus ſit latria colendus:) in Iſrael magnum nomen eius. Si autem vis videre, quod & qualiter, & quantum, plurimi Hebræorum multo tempore hoc nomen Dei apud ſuos Patres antiquos tã magnum ex diuina reuelatione habitum viliſicauerint, pro nihilo habuerint, & veritatem magnitudinis eius in mendacium infandorum idolorum commutauerint: legas Iſa. 1. 2. & Hierem. 2. 9. 16. 32. 44. & Ezech. 8. 14. 23. & Oſe. 4. 6. 8. 12. & Amos 2. 5. & 1. Macab. 1. & 2. Machab. 12. [& nota hanc idolatriæ peſtem, quæ tanto poſt tempore (vt ex prophetis illis conijcere potes) durauit in Iſraelitico populo, incepiſſe per multa annorum millia, ſcilicet ab Exod. 32. & poſtea fuiſſe dilatatam; vt videre eſt Iud. 2. 3. 4. 16. 18. & 3. Reg. 11. & 4. Reg. 17. 21. & multis alijs capitulis librorum prædictorum. Hanc autem de peſte illa notiunculam facere volui, ne plus, q̃ oportet, mireris de inceptione antiqua, & ſucceſsione, ac duratione, hæreſum diuerſarum, quæ ſimilitudinem idolatriæ habent in hoc, quod ſunt ſculptilia, & ſimulachra quædam ab hæreticis conficta, & ſculpta in mentibus ſuis, quæ & ipſi, tanquam numina de cœlo emiſſa, tenacius conſeruant, colunt pertinaciter, & vſque ad mortem ac portas inferni incluſiue, cum duriſsimę ceruicis infrangibili obſtinatione adorant. Cæterum de ipſis hæreſibus, & hæreticis, iuxta ſenſum nũc dictum ſumptis, dicitur Pſal. 96. Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Qđ ſine dubio de ipſis verificatum eſt, verificatur, & verificabitur. Nam vltra hoc, hæreſes ſicut, & idolatria, ſunt ſecundum veritatem inania quædam phantaſmata, ludibriaque puerilia, & faſcinationes ab aſtutia Diabolorum in corda illorum immiſſa. Nec mirum: quando, & in Iudam, poſtquam ab Apoſtolica ſchola diſcedere ſtatuit, intrauit Satanas, i. poſſedit eum ad libitum, mittens per occultas ſuggeſtiones veroſimiles quæcunque voluit falſa in cor eius: donec ad funeſtam deſperationis mortem, ſecum illũ in infernum ducturus, traxit. Hæc de hæreticis, hæreſibus, ad inſtar idolatriæ (quaſi per occaſionem Euangelici textus huius) dicta ſint, vt noueris illa eſſe peſtes, imo & peſtium corporearum contagione, & extenſiores, & diuturniores.]

Quantum tenebroſitatis erat in mundo de Deo vero.

Hęreſes quid ſint, quod Satanas aſtute ſuggerit eas hæreticis.

POSTQVAM vero Chriſtus venit in mundum, ipſe iuxta illud eiuſdem ſedentis in throno, Apoc. 21. Ecce noua facio omnia, renouauit mundum. Deum etenim, quem nemo vidit vnquam Ioan. 1. & quem per veram fidem nullus fere de mundo (vt ſupra viſum eſt cognoſcebat ipſe vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris

Quomodo Chriſtus renouauit mundum.

factus

factus homo enarrauit nobis, Ioa. 1. Tūc primum mundi populus, qui tanto illo tēpore ambulabat in illis tenebris, vidit lucem magnam, & tot annorum ſpacio habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis, Iſa. 9. Vita namq; ſua ſanctiſſima, & doctrina veriſſima, tot fideliſſimis miraculorum teſtimonijs comprobata, in Dei cognitionem, expulſis omnibus ignorantiæ tenebris, adduxit mundum. Vnde, & ipſemet hocipſum inſinuans, circa finem ſuæ mortalis vitæ dicebat patri Ioan. 17. Ego te clarificaui ſuper terram, & quid ſit, ipſum clarificaſſe patrem ſup terram, declarat in fine orationis dicens ibid. Notum feci nomen tuū eis. Per hoc verbulum, Eis, cointelligas etiam eos, qui credituri erant per verba Apoſtolorum in Chriſtum: pro quibus, & ipſe ibidem orans expreſſe illos nominauit. Dicendo igitur. Notum feci nomen tuum eis, ſcilicet Apoſtolis, connotauit, ſe nomen illud feciſſe notum toti mundo, quoniam de prædicatione illorum dicit Pſal. 18. & Rom. 10. In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorū. Ex præmiſſis ergo omnibus patet, quomodo intelligendus ſit, & quam veriſſime, & optime (ſicut & vbilibet ſingula) dictum à Chriſto fuerit in præſentis annotationis textu, Deus eſt clarificatus in eo.

ANNOTATIO QVARTA, Cap. XIII.

Totum quodcunq; ſit illud bonum à Deo authore recognoſcere nos oportet, &c.

SI Deus clarificatus eſt in eo: & Deus clarificabit eum in ſemetipſo, & continuo clarificabit eum.] Acſi per conſequentiam inferatur author, & prioris clarificationis Dei in filio, & poſterioris cū augmento clarificationis fiendæ in eodem filioque: ſic dicatur. Si Deus clarificatus eſt in filio, ergo Deus, qui iam clarificauit filium [iuxta præmiſſum tex. Nunc clarificatus eſt, ſcilicet à Deo, filius hominis. Totum ſiquidem clarificationis propriæ, ſicut & omnis actionis, paſſioniſq; ac vitæ ſuæ attribuit Chriſtus Deo patri. Hinc ab ipſo filio diſcas, & tu, &c.] Adhuc clarificabit magis eum, & citiſſime. Magis, quia in ſemetipſo: Citiſſime, quia continuo. Ecce conſequentia in textu ſubſtantialiter facta. Examinando igitur eam; dicamus. Si Deus clarificatus eſt, &c. Poterat quis legens in contextu, Deus clarificatus eſt in eo, putare, quod ab ipſo filio hominis incepiſſet clarificatio, qua clarificatus dicitur in eo: & ideo, vt hanc opinionem [Quæ poſtea tanquā à ſimili fuit Pelagianorum, ponentium ꝙ initium boni incipit ab hominibus, licet reſiduum, ideſt continuatio, & conſummatio boni eſſet à Deo] oſtendat eſſe erroneam, ſubiūxit, quod iam audiuimus in tex. ſi Deus clarificatus &c. Hoc eſt. Si Deus, clarificando filium, clarificatus eſt in eo; adhuc magis clarificabit eundem filium, vt magis clarificetur in eo. Quod autem ſic exponi debeat textus, vt fons prior clarificationis attribuatur Deo habetur ad literam planam ex illis verbis, Ioan. 17. Pater clarifica filium tuū vt filius tuus clarificet te. Illud enim actiue ſecundum grammaticam dictum, ſi paſsiue dicatur, eſt illud, ſcilicet clarificatus eſt à Patre filius hominis; & Pater clarificatus eſt in eo. Tunc, quaſi recompenſando meritum filij (Per hoc enim, quod clarificauit Patrem, meruit) ſubiungitur in textu. Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo, & cōtinuo. Ac ſi aperte diceretur. Qui bene vtitur accepto priori à Deo beneficio, meretur ex hoc, & conſeruari in beneficio dato, & maius beneficium ſibi dari, ab eodem (ſicut ab oppoſitis; Qui abutitur beneficio, meretur priuari & illo dato, & alijs dandis:) filius autem hominis eſt bene vſus priori beneficio accepto à Deo [in cuius ſignum textus poſtquam dixit, Nunc clarificatus eſt filius hominis, mox addit, & Deus clarificatus eſt in eo:] ergo filius ipſe non tantum meruit conſeruari in beneficio dato, ideſt in hoc, quod clarificatus eſt à Deo; ſed etiam meruit, quod detur ſibi ab eodem beneficium maius, ſcilicet, quod Deus clarificet ſe filium in ſemetipſo, & cōtinuo. Quis enim neſciat, quod maius eſt aliquem clarificari ſeu (ꝙ idem eſt in toto hoc textu) glorificari, in ſemetipſo: quam in opinione hominum? Paruum ſiquidem, imò nihil, & vanum, eſt aliquem glorificari in fama apud homines, niſi in ſemetipſo glorificatus ſit (vt patet:) quia propter noſtrum affirmare, vel negare, nihil mutatur in te. Porro glo-

Bene vtēs beneficio meretur, &c. abutens illo, demeretur, &c.

rificaue-

rificauerat primo Deus filium hominis ratione operationis miraculorum, & in magnitudinis doctrinæ Euãgelicę, apud homines, ideſt in fama & opinione hominũ poſtea, & glorificauit filium in ſemetipſo cum eum fecit, & in reſurrectione glorioſiſſimum in anima, & corpore, & in aſcẽſione mirabiliſſimum in vtroque, & in cõſcenſu ad ſuam dexteram altiſſimum in vtroque, & in iudicando viuos, & mortuos potentiſſimum in vtroque. Proinde glorificauit eum ſic in ſemetipſo, nõ poſt longam diuturnitatem temporum (vt fit in nobis membris Chriſti myſticis) ſed continuo: quoniam tertia die ſuſcitauit eum à mortuis, quadrageſima eleuauit ſuper omnes cœlos dicens ei, ſede à dextris meis, & in nouiſſimo ſeculi die, [qui tamen ex grauiſſima ratione dicitur citus, ſeu velox, iuxta illud Apocal. 3. 14. 22. Venio cito; velociter] actualiter conſtituet eum iudicem viuorum, & mortuorum.

EX præmiſſis denique, in annot. 3. 4. patet, quod hoc totum, ſcilicet filium hominis glorificatum eſſe à Deo, & Deum glorificatum eſſe à filio hominis, conſiſtit (ſi breuiter loquamur) in renouatione. Deus namque dedit filio poteſtatem renouandi mundum atque corpus proprium, & nomen, & filius renouauit mundũ per ſuam doctrinam, corpus per reſurrectionem, nomen per aſcenſionem ſedens, omniumque iudex factus, ad dexterã Patris.

Concilia ſacra ſequũtur antiquitatẽ fugiendo nouitates. Cæterum ex eiſdem præmiſſis ſic breuiter (vt decuit) collectis inſurgere apud pauca conſiderantes poſſet dubium, quod tale eſt. Nouitatum nomen [vt ex pluribus locis ſacrorum Conciliorum conſtat: quæ & ideo ſemper antiquitatẽ, ideſt determinata, vel oſtenſa à Concilijs, Doctoribus, ſanctis, &c. antiquioribus ſequuntur: nè noua dicendo errent] eſt nomen prudentibus odioſum, & ſecundum ſe periculoſum. Cur ergo Chriſtus in mundum veniens dedit legem nouam, ſacramenta noua, modum viuendi nouum? Reſpondebis. Quia voluit renouare mundũ. Eſto Nonne poterat renouare illum, docendo: vt quam non ſeruabant, ſeruarent legem veterem, ſine aliqua nouitate? Reſpondetur, quod dubitans per argumẽtum illud in æquiuoco factum & decipitur, & nihil omnino contra veritatem de Chriſto præmiſſam concludit. Aliud eſt.n. loqui de nouis rebus, quæ in ſcripturis à Deo antiquitus in bonum præſignatæ ſunt, quoniã (vt ex his terminis patet) nouę res illæ de neceſſitate ſunt bonæ, cũ à Deo, tanquam bona quædam, ſint prænunciatæ. [Vnde nec omnino res nouæ ſunt, ſed veteres: quandoquidem in veteribus ſcripturis, ſacrificijs, &c. continebantur.] Porro iuxta hunc ſenſum omnia Chriſti, & lex, & ſacramenta, &c. ſunt noua, cum de Euangelio, vbi omnia hæc habẽtur, dicat Apoſtolus, Rom. 1. Quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis: Vniuerſa ergo ad nouum teſtamentum, ſecundum rei veritatem, pertinentia ſunt de neceſſitate, & vera, & bona. *Nota diuiſionem de nouitatib. & diligenter.* Aliud autem eſt loqui de nouis rebus, quæ ſunt ſuperfluæ, quædam, vel potius ſuperſtitioſæ, ad inuentiones hominum [Hæ propriæ vocantur nouitates: non autem illæ primę:] de quibus dicitur Pſ. 80. Ibunt in adinuentionibus ſuis, & 98. vlciſcens in omnes adinuentiones eorum, & 105. Irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis: & ibid. fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis. De his, non autem de illis primis, verificatur: quod etiam quo ad nomen, ſunt prudentibus odioſæ, & ſecundum ſe periculoſæ. In cuius ſignum de his iubet Apoſtolus vt fugiantur à catholicis, dicens, 1. Tim. 6. O Timothæe depoſitum cuſtodi deuitans profanas vocum nouitates: & quia hæretici, vt auram popularem, cui omnia noua placent (vt prouerbium eſt) ſibijpſis facile concilient: ad nouitates excogitandas, ſuiſque proponendas, manum primã apponunt, vetera inſtituta nauſeantes: *Cur nouitatibus ſtudeant hæretici quare & Nouatores vocentur.* propterea merito nouatores, tanquã proprio ſibi nomine, vocantur (vt patet ad literam in Concilio Triden. Seſſ. 14. cap. 8. in fin.) Quando igitur abſtinendum à nouitatibus, velut à rebus de veritate ſuſpectis, dicit argumentum in ſacrorum Conciliorum vſu fundatum de his ſecundis, non autem de illis primis, (intelligendum eſt. Ecce, quod laborabat in æquiuoco, nihil, niſi ſuam ipſius deceptionem concludens.

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIO QVINTA, Cap. XIII.

MANDATVM nouum do vobis, vt diligatis inuicē, ſicut dilexi vos.] Preceptū charitatis, licet in veteri lege datū primo fuiſſet, Leuit. 19. dicitur hic mandatum nouum: quia ſm formā ab illa prima aliam hic explicatur, & ſeruandum nobis iniungitur. In veteri n. lege explicatum fuit ſm formam iuris naturalis, in illo tex. Diliges amicum tuum, ſicut teipſum (vbi, Amicū, idem eſt, quod, Proximum.) Nam ius naturale, vt et philoſophus docet, dictat, ꝙ amicabilia ad alios ſunt ex amicabilibus ad ſeipſum, tanquā ex quodam exemplari. Vnde dicere, Diliges proximum tuum, ſicut teipſum, eſt dicere: quemadmodū tu amas te amore amicitię: ita ames proximum amore amicitię. Hucuſq; eſt præceptum vetus. At præceptum nouum, tacita formā iuris naturalis (quæ veuſtatē ſapit) explicat formam nouam, nullibi antea lectam. Quæ eſt hęc forma noua? Sicut dilexi vos. Ac ſi diceret. Modus, quo debetis vos inuicē diligere ſit ſimilis modo, quo ego dilexi vos. Ecce: quantū eleuatū & (vt ita loquar) dignificatur pręceptum charitatis nouiter datū ſuper idē antiquitus mandatum. Quāto. n. maior eſt dignitas Chriſti, quā iuris naturalis. i. quanto dignius eſt habere pro exēplari amorē Chriſti, q̄ amorē naturalē, in exercendo actum mutuę dilectionis: tāto dignitatis maioris eſt pceptū charitatis nouum ſup vetus. Ceterum, vt tex. hic bene intelligatur: quis eſt modus, quo Chriſtus dilexit nos? Eſt, quod ipſe dilexit nos non carnaliter, ſed ſpiritualiter, ponēdo vitā corporalē pro noſtra ſpūali ſalute, & volendo nobis non bona huius mundi, ſed bona vitę ęternę cū quibuſcunq; huius mundi malis incidentib. Modus ergo, quo nos conformiter ad illum inuicem diligere, ex illo præcepto tenemur, eſt: ꝙ amemus proximos noſtros nō carnaliter, ſed ſpiritualiter, paratī ponere vitam corporalem pro ſpirituali ſalute proximorum, & ꝙ velimus proximis bona animę i. gratiam Dei & gloriā, plusq̄ bona huius mundi, & plusquam vita corporis ipſorum. Conſtat igitur, breuioribus verbis illa plura colligendo, ꝙ modus,

Modus ꝑpter quem mandatū dilectionis dicitur nouum.

quo Chriſtus dilexit nos, & quo nos diligere debemus, dicit: Diligere, relatiuē ad vitā æternā, ſubordinando. ſ. tum dilectis, tum dilectorū bona oīa ſpalia, ēt vitam, ſaluti ſpirituali dilectorū. [Nonne Chriſtus oia ſua, vſq; ad vitam incluſiuē, ſubordinauit ſaluti noſtræ ſpirituali, qñ & labores, & ludores, & pdicationes &c. ac vitam propriam, pro nobis redimēdis libentiſſime, correſpondēter ad ſtatē gas nos dilectionē, expendit? Nonne & dilectorum Apoſtolorum ipſe cia, ēt vitam, ſubordinauit ſaluti ſpirituali eorundem: qñ, vt martyrio tandē, poſt corporis incōmoda plurima multis modis tolerata, coronarentur, miſit eos in totū orbem terrarum, ſicut oues in medio luporum?] Merito itaq; dicit tex. Mandatū nouum: qm ad teſtamenti noui ſtatum, hoc mandatū formaliter ſpectat, nec taliter vnquam à ſeculo in ſcripturis antiquis fuit, ut ſic cū ſonderetur, auditū. Notabis quoq; in tex. Mandatum, ad dñam conſiliorū, vt ſcias hanc dilectionis formam præmiſſam eſſe de pręcepto. i. ꝙ non ſeruans eam peccat mortaliter. Et quia dicitur in tex. Vt diligatis, patet, ꝙ hoc præceptum nō eſt negatiuum, ſed affirmatiuū, & conſequenter ꝙ (more affirmatiuorum) obligat ſemper quidem, ſed non ad ſemper, ſed tantum qñ oportet. Hoc eſt. Obligamur ex tali præcepto ad habendum ſemper animum paratum expēdendi omnia temporalia, etiam uitam corporalem noſtram, pro ſpirituali ſalute proximorum, quando adeſſet tēpus talis neceſſitatis: ſed non obligamur ad ponendum in executione actuali, & exteriori talem animū noſtrū, niſi qñ oportet. i. qñ actualiter adeſſet talis caſus neceſſitatis, ꝙ pro ſaluanda aīa mei pximi corporalis vita mea exigeretē.

Obligatio huius præcepti quāta, & quādo.

ADVERTAS adhuc, quod hoc pręceptum vocatur in tex. nouum, propter tria. Primo propter effectum innouationis, quem charitas, de qua eſt illud præceptum, efficit. Ipſa itāque expulſa uetuſtate a peccatis cauſata in animabus noſtris, ibique cum peccatis exiſtente (in cuius ſignum peccatores, ut peccatores, habent in anima cōditiones ſenum, qm ad bonū mouentur difficulter, & cum tædio &c.) inducit nouitatē in eas, quoniā dē uniuerſa deliciorum charitas, Pro-

Digitized by Google

uerb. 10. & renouat iuuentuté noſtrã, Pſ. 42. 102.

Secundo. Spiritus nouus q̃d ſit, et quid cauſet.

Secundo dicitur nouem pp cauſam quia cauſa, q̃ hoc cauſat ꝙ diximus, eſt ſpiritus nouus. Ille videlicet ſpiritus, de quo legitur, Ezech. 36. Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouũ ponã in medio veſtri. Hic n. ſpiritus, tanq̃ vera eius cauſa inflammat ad charitatẽ iuxta illud, Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordib. noſtris per Spiritũ Sanctũ, qui datus eſt nobis. Hic etiam ſpiritus nouus generat filios adoptionis: ad differentiam ſpiritus veteris, qui generat ſeruos, iuxta illud, Rom. 8. Non accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorũ.

Tertio.

Tertio, nouum dicitur pp ſtatum noui teſtamenti, quẽ facit charitas, de qua eſt mandatum hoc. Nam breuis differentia veteris, & noui teſtamenti eſt timor & amor, vt inquit B. Aug. & habetur ex illo tex. Hier. 31. Feriam domui Iſrael ſę lus nouum: & hoc erit pactum, ꝙ feriam cum domo Iſrael. Dabo legem meã in viſcerib. eorũ, & in corde eorũ ſcribam eam, & ero eis in Deum, & ipſi erũt mihi in populum. Hoc ſiquidẽ ſonat amorem, & ibi dr̃ futurum hoc eſſe in nouo fœdere. i. in nouo pacto, ſeu teſtamẽto. Hinc ex conſequenti patet, ꝙ quando mandatum illud dilectionis ſeruabatur in veteri teſtamento ab aliquib. ex timore & amore ſancto, hoc pertinebat ad nouũ teſtamentũ, & ipſi, quatenus ſic mandati huius obſeruatores, in nouo teſtamento connumerandi erant 1. 2. q. 106. art. 1. ad tertium, & art. 3. ad 3. & q. 107. ar. 1. ad tertiũ. Vnde mandatum hoc erat in veteri lege, non tanquam proprium eius, ſed vt pręparatorium nouæ legis.

Nihil ſuperflue dicitur, in ſacra ſcriptura.

Ne crediderisaũt illud eſſe ſuperfluũ [Abſit hoc à ſacris literis:] q̃ reperitur in contex. Vt & vos diligatis inuicẽ. Prima etenim fronte, q̃ ad pauca inſipiẽtes reſpiciunt, poſſet quis dicere. Ex quo Dñs dixit, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos: nunquid non ſuperflue addit mox ibid. Vt & vos diligatis inuicem? Reſpondetur ergo ꝙ ex magna rõne; tantum abeſt inde ſuperfluitas, additur illud à Dño. Nam ad diſtinguendum vim exempli à vi mandati Chriſtus vtriuſque, ſ. exempli, & mandati author repetit, vt diligatis inuicem. Ex tali ſiquidem repetitione vult nos intelligere: q̃d diligere nos inuicem, ſicut ipſe nos dilexit debemus duplici rõne, ſ. ratione pręcepti & rõne exempli ſui. Propter, ꝙ inſinuandum Euangeliſta ordinem verborum Domini ſcribens inter præceptum (.ſ. mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ) & inter exemplum (,ſ. vt & vos diligatis inuicem) collocauit in medio, tanquam vtrique illorum deſeruiens, modificationem iſtam (,ſ. ſicut dilexi vos.) Vt videlicet per hunc taliter ſeruatum ordinem ſignificaret, ꝙ iſta particula. Sicut dilexi vos, & dicit modum præcepti (vt ſupra declaratum eſt,) & ſimul continet vim exempli. Porro, ad huius rei ampliorẽ notitiam extẽde practicam textuum à principio præſentis capituli, & dic. Lotionem pedum diſcipulorum ſuorum in ſignum præcipuæ dilectionis (ꝙ & ibi præmonſtrauit tex. In finem dilexit eos.) feciſſe Dñm ſcimus: poſtea vero dixiſſe; exẽplum dedi vobis, &c. & mandatum nouum do vobis, &c. Vt quid talis ordo in text. ſeruatur ab Euangeliſta? Vt per hoc, vel cæcutiẽtibus, pateat, quod magna illa dilectio Domini in qua, tãquam in ſimili, cointelligitur omnis alia eius dilectio, fuit facta, vt haberet vim exempli, & vim mãdati. Hoc eſt. Vt ex tali dilectione & formã mandati poſtea, dandi nobis innoteſceret, & ad formam illam ſeruandam nõ tam verbo, quam exemplo ipſius Domini accenderemur.

Exponatur ergo, id quod implicite continet aperiendo explicite, hic tex. Mãdatum nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ ſicut [Ecce forma mandati] dilexi vos: & ego dilexi vos [Ecce vis exempli] vt & idest, etiam, vos diligatis inuicem. Vide quam clara ſunt omnia. Nec mirum, ſed valde neceſſarium fuit; quod Chriſtus ad hoc mandatum annecteret dilectionem ſuam erga nos, tum pro forma, tum exemplo (vt, ſ. duobus calcaribus nos ad eius obſeruationem vrgeret:) quoniam hoc mandatum non ſecundarium, ſed primũ & vnicum, eſt inſigne Chriſtianorũ. Nã hoc ipſe teſtatur dicens. In hoc cognoſcẽt omnes, quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

Vnicũ inſigne Chriſtianorũ; Deo acceptorum.

CAPI-

CAPITVLVM QVARTVMDECIMVM.

Et ait diſcipulis ſuis. Non turbetur cor veſtrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Si quo minus dixiſſem vobis quia vado parare vobis locum, &c. vſque in finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

Ille qui pro nobis eſt Crucifixus, & mortuus, eſt verus Deus, vnum in eſſentia cum Patre, & ab eo alius in perſona: qui per crucem ſuam aperuit ianuam paradiſi, deditque facultatem electis ſuis intrandi actualiter in ęternam beatitudinem.

PROBATIO Concluſionis.

HANC, quo ad omnes eius partes, concluſionem probat Euangeliſta per tex. Non turbetur cor veſtrum, Creditis in Deum, & in me credite, & tex. ſi cognouiſſetis me, & patrem meum vtiq; &c item per tex. Si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. [vide, ad quanta gaudia conſideranda eleuare ſatagit diſcipulos, vt de temporalibus aduerſis quaſi illorũ præ magna fixione mentis in diuina hic promiſſa, obliti, nihil curent, & ſolum de ſpiritualibus, qualia hic memorantur, ſoliciti ſint, ſurſum ſemper, & nunquam deorſum, corda habentes.] Prima itaque pars, ſ. quod qui crucifixus, & mortuus eſt pro nobis, ſit verus Deus, patet ex eo, ꝙ poſt narrationem ſuæ crucifixionis & mortis factam in fine c. 13. immediate ſubdit hic. Nõ turbetur cor veſtrum; Creditis in Deũ, & in me credite. Tantoq; magis exinde patet: quãto B. Aug. tex. hunc ſic exponit, dicens. Ne diſcipuli mortem Xp̃i, tanq̃ hominis, timerent, & ideo turbarentur: conſolatur eos, Deũ ẽ ſe eſſe conteſtans. Vnde dicitur: & ait diſcipulis ſuis, Non turbetur cor veſtrum; Creditis in Deum, & in me credite. Quaſi dicat.

In aduerſis nunq̃ deorſũ, ſed ſemper ſurſum corda hãbenda eſſe Chriſtus docet.

Conſequens eſt: ſi in Deum creditis, vt in me credere debeatis. Quod non eſſet conſequens: ſi Chriſtus non eſſet Deus. Mortem metuitis huic formæ ſerui: non turbetur cor veſtrum, ſuſcitabit illã forma Dei. Hæc ille, ſuper Ioan. Sed & B. Chryſoſt. ei conformis exponendo ait. Ea etiã, quæ in me eſt fides, & in patrem, q genuit patientior eſt his, quæ ſuperuenient, & nihil contra eam põt præualere difficiliũ. Hoc etiã modo diuinitatis virtutẽ oſtendit: q ea, quæ in mente habebant, ducit in medium dicens; Non turbetur cor veſtrum. Hæc Chryſoſt. ſup. Ioan. Ex his. n. ad probationẽ partis illius primæ apertius patet & ꝙ in tex. Non turbetur cor veſtrũ, includitur, tanq̃ præſuppoſitũ de quo turbabãtur crucifixio, mors Xp̃i, & ꝙ in tex. Creditis in Deũ, & in me credite, continetur, tanq̃ quoddam neceſſario conſequẽs, diuinitas Chriſti vera. i. Xp̃m eſſe verũ Deũ

Non turbetur (inquit) cor veſtrũ. Nõ dicit, sẽſualitas veſtra, ſed dicit, cor veſtrũ. i. volũtas veſtræ rõnis. Non. n. diſplicebat Xp̃o, imo placebat, ꝙ de ſua ipſius crucifixione, morteq; turbarentur [iuxta illud, Pſ. 68. Suſtinui. i. expectaui, qđ ſimul contriſtaretur, & non fuit. Conſolantẽ me q̃ſiui, & nõ inueni, Quaſi. n. cõſolatur Xp̃m ille: qui contriſtatur ſecũ. i q dolet de eius paſſione, cruce, & morte;] ſed diſplicebat ei, ꝙ turbatio in appetitu illorũ ſenſitiuo habita pertingeret ad ſubuertendũ ſtatũ

Multũplacet Domino, contriſtari aliquem de ipſius paſſione.

voluntatis rationalis. Quod vtrumque dictum, de placentia, & diſplicentia, ſit verum, conſtat ex eo quod de Chriſto dicitur, c. 13. Turbatus eſt ſpiritu. Ipſe enim, de quo ſcriptum eſt, Actu. 1. Cœpit facere, & docere, nec de ſua c. 13. narrata morte turbaretur, niſi aliqua turbatio de morte ſua ei placeret: nec diſcipulis nunc diceret, Non turbetur cor veſtrum, niſi aliqua de morte ipſius turbatio ei diſpliceret. Placet ergo ei, quod turbemur ſpiritu diſplicet vero ei, quod turbetur cor noſtrum, de paſſione eius. Quod ergo fecit ipſe non prohibuit nobis, ſed faciendo docuit, quod idipſum nos facere debemus & quod nunc prohibuit, nunquam fecit. Non enim fuit vnquam Chriſti cor turbatum, aut ſpiritus eius turbatus: licet ipſe fuerit aliquando ſpiritu, ſeu corde, (ideſt ex intimis viſceribus) multum turbatus. Turberis ergo & tu ſpiritu, ſed non turbetur ſpiritus tuus. Quid eſt, aut quomodo differt hoc, ſcilicet. Aliquem turbari ſpiritu, & ipſius ſpiritum turbari? Turbari ſpiritu eſt, ex ſpiritu, ideſt ex ratione turbari. Et talis turbatio, cum à recta ratione procedat, eſt laudabilis, licita, & grata, Deo. Alicuius autem ſpiritum, ſeu cor, turbari, eſt ſpiritum, ideſt rationem ſuccũbere turbationi, ideſt vinci à turbatione. Vnde cum talis turbatio à rectitudine rationis abducat, eſt illaudabilis, illicita, & ingrata Deo. Cæterum de prima turbatione legis Prouerb. 12. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit: De ſecunda aũt, Eccl. 7. Cor ſapientũ, vbi triſtitia eſt.

Turbari ſpiritu; & ſpiritum turbari, quomodo differant.

Creditis (inquit) in Deũ, &c. Per hoc quod indicatiue dicitur, creditis in Deum & imperatiue ſubiungitur, In me credite, ſignificatur, quod fides in Deum eſt ratio credendi in Chriſtum. Vt ſcilicet intelligamus hinc, & quod non ſunt duæ fides altera in Deum, altera in Chriſtum, ſed vna tantum, qua credimus in vtrumque, & quod eadem ratione, qua credimus in Deum, credere debemus in Chriſtũ. Vbi quoque (vt ſupra dictum eſt) implicite ſignificat, ſe eſſe Deum. Ex eo ſiquidem, ꝙ credere in Deum, infert credere in Xp̃m, ſequitur manifeſte, qđ Chriſtus eſt Deus. Adde, quod ſi nõ eſſet verus Deus per naturam, non aſtringeret nos eodem vinculo (ſicut facit ad credendum in ſe, quo credimus in Deum. Dicere enim Creditis in Deum, & in me credite, eſt (vt conſideranti patet) exigere, eodem vinculo credere in ſe, quo creditur in Deum.

Aduertendum eſt denique, quod Chriſtus per hoc, quod poſtquam dixerat diſcipulis, Non turbetur cor veſtrum, mox adiunxit, Creditis in Deum, & in me credite, inſinuauit tacite ad quid turbatio cordis ducebat, ſ. ad perdendum fidem in ſeipſum, & hoc: vt ſic intelligerent, ꝙ quamdiu crederent in ipſum, turbatio non perueniret ad cor. Præuidebat ſiquidem, eos turbandos corde (hoc eſt illud ſcandalũ, Matt. 26. Omnes vos ſcandalum patiemini in me. Et illa cribratio, Luc. 22. Satanas expetiuit vos, vt cribraret, ſicut triticum,) & perdituros fidem in ipſum. Vnde ſicut contra turbationem illam nunc dicebat, Non turbetur cor veſtrum, ita eoſdem contra eandem tunc muniebat, dicẽs Matt. 26. Orate, ne intretis in tentationẽ.

SECVNDA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus vt Deus, eſt vnus in eſſentia cum patre, & ab eo alius in perſona, demõſtratur ab Euangeliſta ex tex. Si cognouiſſetis me, & patrẽ meũ vtiq; cognouiſſetis, & tex. Qui videt me, videt & patrem, & tex. Non credis, quia ego in patre, & pater in me eſt? Tam clara. n. ſunt hæc in textu, & ſingillatim, & coniunctim, acceptis ad probationem illius ſecundæ partis efficaciter concludendã: vt nõ opus ſit ad hoc illorũ expoſitione, ſed potius quadã aperta ꝓ minus eruditis declaratione. Singillatim, dixi, quia ſingulæ illorum trium textuũ ſententiæ concludunt propoſitum, ſcilicet ꝙ Chriſtus Deus eſt vnus in eſſentia cũ patre & ab eo alius in perſona. Quid. n. eſt Xp̃m Deum dicere: Si cognouiſſetis me, & patrẽ meum vtiqȝ cognouiſſetis, niſi ſm planum ſenſum dicere; Ego ſum in eſſentia vnus cum patre, & ſum in pſona alius ab ipſo? Alioquin ille text. (vt recte conſideranti patet) non poſſet ſubſiſtere. Itẽ. Quid eſt, Xp̃m Deũ dicere, Qui videt me, videt & patrem, niſi ſm planum ſenſum dicere, &c.? vt ſupra. Itẽ. Quid eſt, Xp̃m Deũ ĩprobãdo radicẽ petitionis Philippi dicere. Nõ credis q̃a ego in prẽ & pater in me eſt? Niſi ſm planũ ſenſum dicere, &c.

Multiplex oſtẽſio textualis, quod ſ. alius eſt eiuſdem eſſentiæ, ſed non perſona cũ patre.

Vt

Digitized by Google

Vt ſupra. Coniunctim, etiam dixi: quia ſententiæ illæ tres, ſi per modum coniunctionis rationalis textus præmiſſi connectantur, conſurgunt efficaciſſime in vnam & eandem plenariam eiuſdem veritatis ſententiam. Vt puta dicendo. Si cognouiſſetis me, & patrem meũ vtique cognouiſſetis: Quia q videt me, videt, & patrẽ: Quia ego in patre, & pater in me eſt. Vide, quam abundantiſſime probauerit Euãgeliſta: Chriſtum Deum eſſe vnum, ſed nõ vnus, cum patre.

Si cognouiſſetis me (inquit) & patrẽ meum vtique cognouiſſetis. Ac ſi dicat. Notitia de me non poteſt haberi, ſine notitia patris. Significanter aũt dicit, Meum vt patrem non adoptiuum, ſed naturalẽ, intelligamus. Adoptione enim Deus eſt pater multorum filiorum: natura vero eſt proprius pater ſolius Chriſti ſecundum diuinitatem. Vnde, & aliud conſequenter venit notandum, quod quandocunq; Chriſtus nominat patrem, dicendo, Meũ; ſemper connotat, ſe eſſe Deum. Nam, vt homo, nullũ habet patrẽ Chriſtus, ideoq; nec Deus põt dici pater ei᷒, niſi creatione niſi ſumendo Deũ pro tota trinitate: quẽadmodum et Deus pater noſter eſt. Quia ergo hoc nomen, Meum a Chriſto de patre dictum, facit ſtare hoc nomen, Pater, pro perſona patris, quæ ſola ab æterno genuit eũ Deũ, propterea tot in Euangelijs ſunt aſsertiones ab ore Chriſti factæ de ſua diuinitate ſibi à patre eternaliter cõmunicata, quot vicibus ipſe nominando patrem apponit pronomen, meum. Vnde quando etiam loquitur de ſe, vt homo eſt (ſicut, cum ſe paſsurũ, crucifigendum &c. dicit:) tunc dicẽdo, Meũ, de patre loquẽs conſignificat, ſe loquentem, & paſsurum, crucifigendum &c. non eſse tm̃ hominẽ, ſed etiam Deũ patris vnigenitum. Quid efficacius, quid verius, quid firmius, quã quod ab ore ſacratiſſimo Chriſti immediate profertur? Etiam ſi tantum ſemel. Quid ergo, ſi toties, & (ut ita dicã) millies vel amplius? Rurſum. Si cognouiſsetis me (inquit) & patrem &c. Hoc eſt. Si ſciretis meam diuinã dignitatẽ, tunc & illã, quæ patris eſt, vtique ſciretis. Vbi per hęc verba implicite docet Chriſtus, ſe Dei filium eſse verbũ patris perfectũ, eiuſdemq; perfectã imaginẽ. [Ex hoc loco igit̃ uide, q̃ fundatiſſime pcedat Angelicus Doctor ĩ oſtendẽdo, q Verbum, & Imago, ſunt ꝓpria nomina filij 1.q.34.ar.1.2. & q.35.ar.1.2.] Nam per nihil aliud res melius cognoſcitur, q̃ per verbum, & imaginẽ ſuã. Verbum enim etiam ſm̃ nomẽ ſuum, maxime aũt quoniam eſt conceptus mentis, ſonat quandã rei cuius eſt verbum notitiã ſimiliter & imago, vt imago rei cuius eſt imago notitiam nobis apportat. Ex quib. aperte relinquit̃, q idẽ eſt, Chriſtũ dicere ſi cognouiſſetis me, & patrem meum vtique cognouiſſetis, q eſt oſtendere, ſe eſſe verbum patris, & imaginẽ. Et vere ſic eſt non tantum ꝓꝑ rõnem vtriuſq; nominis nunc dictam: ſed et̃ (q plus vrget) ꝓꝑ ſcripturarũ authoritatem: Ioan. 1. In principio erat verbum, &c. Verbum caro factũ eſt: item Coloſ. 1. Qui eſt imago inuiſibilis Dei; & Heb. 1. Qui cum ſit ſplẽdor, & figura, (.i. ſplendidiſsima imago) ſubſtantiæ eius. Dixi, Perfectum, & Perfectã: qa nec verbũ, niſi fuerit perfectum nec imago, niſi fuerit perfecta, poteſt notificare ad plenum nobis rem, cuius verbũ eſt, & imago: licet aliqualiter notificare illã rẽ poſſit (vt patet, q ex creaturis imaginẽ Dei, aut veſtigiũ habentib. in eius notitiã ſed magis vel min᷒ ĩperfectã, deuenimus, 1.q.45.ar.7.& q.93.ar.1.3.5.] Porro manifeſtũ eſt, q in hac ſnĩa (ſicut & in alijs ſimilib) Xp̃s dicit, cognitionẽ pfecte de ſeipſo habitam ducere in patris ſui cognitionem perfectam.

Millies ꝑ Euãgelia efficaciſſime patet; Chriſtum eſſe uerũ Deum.

Imago, & verbum, qualẽ rei ſuæ cognitionem nobis faciãt.

DVBITATIO TEXTVALIS.

SED. Quid eſt (dicet quis contra præmiſſa obijciẽs,) q Dñs alibi ponere videtur in dubio, q cognitio de ſe habita ducat in patris cognitionẽ? Nã ipſe dixit, c. 8. Si me ſciretis, forſitan, & patrẽ meũ ſciretis. Reſp. Veritatẽ, q̃ hoc in loco per aduerbiũ, vtiq; aſſerit Dñs numq̃ poſuit in dubio. Cæterũ ꝓprietates verborum, locorum, temporum, perſonarum, conſiderandæ ſunt (vt frequenter monet B. Hilarius, in Homil: ſup. Math. 24. Cũ videritis abominationem, &c.) vt veritatem documentorum cœleſtium conſequamur. Conſideretur ergo proprietas perſonarũ, ad quas tunc, cap. 8. loquebatur Dominus, & ad quas nunc, cap. 14. loquitur, & mox nullum re vera in ſuis dictis adeſſe dubium comperiemus. Quibus perſonis

Digitized by Google

tũc loquebatur? Phariſęis. Quib. perſonis
nunc loquitur? Apoſtolis ſuis vndecim.
Qualis erat proprietas Phariſeorum? Ma

Proprietas Phariſęorum, & Apoſtolorum diuerſa.

ligna, ideſt malignare contra veritatem à
Chriſto prædicatam, & machinati ſem-
per contra ipſum aliqua nocumenta.
Id quod & tunc ſpecialiter faciebant: vt
patet legenti à principio illud capitulum
Qualis erat proprietas iſtorum vndecim
Apoſtolorum? Benigna, innocens, & ve-
ritatis notitiam magno, ſimplicique ani-
mo deſiderans. Id quod nunc maxime
de illis verificabatur: cum omnes, teſtan-
te Domino cap 13. eſſent mundi, ideſt in
gratia Dei exiſtentes. Non mirum igitur,
ſed ſapientiſſime factum eſſe, iudicandũ
eſt: quod Chriſtus pro diuerſitate qualita
tis perſonarum diuerſa verba, ſub vno
ſenſu protulerit. Nunquam legiſti ab ip
ſo dictum, Matth. 7. Nolite ſanctum dare
canibus, &c.? Quod ergo tunc verbis do
cuit: nunc eis dicens, cap. 8. ſi me ſciretis,
forſan & patrem meum ſciretis, adimple
uit factis. Quia enim non ſtudio veritatẽ
addiſcendi, ſed contra veritatem maligna
di in cap. 8. Phariſeis deriſorie dixerant
Chriſto, Vbi eſt pater tuus? ideo eis, tan-
quam canibus reſponſionem eius lacera-
re volentibus [in cuius ſignum eidem p-
ſumptuoſe præobſtiterant dicentes: Tu
de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimo-
nium tuum non eſt verum] ſanctum di-
uinæ generationis myſterium aperta veri
tate dare noluit: ſed quaſi occultando eã
reſponſioni ſuæ appoſuit, forſitan, Quaſi

Aduerbium, forſitan, quãdoque ex modo loquẽdi ſtat pro vtiq; certo, etc.

occultando, inq̃, quia illud, forſitan nõ di
cit hic dubitationem, ideoque non occul-
tat ſimpliciter veritatem, ſed dicit ad ma-
lignantes Phariſæorum animos iuſtam in
crepationem, ideo quaſi occultat verita-
tem, vtpote ſub increpatione eam abſcõ-
dens. Homines enim (inquit ibi ſanctus
Auguſtinus) de rebus, quas certas habẽt,
aliquando verbum dubitationis ponunt
ad increpandum, velut ſi indigneris ſer-
uo tuo, & dicas. Contemnis me? Conſi-
dera q̃ forſan Dñs tuus ſum. Sic & Chri-
ſtus, per appoſitionẽ aduerbij dubitatiui
non dubitando, ſed increpando, ſe habet
ad infideles. ſic igitur taliter facta incre-
patio, aſſertionis locum tenet: ſicut pa-
tuit per exemplum datum à Beato Augu-
ſtino de Dño contra ſuũ ſeruum indignã-
ter loquente. Cæterum diſcipulis ſuis ve
ritatem ſimpliciter amplecti paratis con-
gruum erat, vt Chriſtus veritatem non
ſub modo increpationis velatam, ſed ſim
pliciter, ideſt apertis verbis, claram ma-
nifeſtaret. Quinimo non tantum eis ve-
ritatem puram, quæ eſt ſi cognouiſſetis
me, & patrem meum cognouiſſetis, de-
monſtrat; ſed etiam cum aſſertionis fir-
mæ ſigno adiuncto, ſcilicet vtique. Ni-
hil ergo à veritate alienum Chriſtus alicu
bi dixit, imo, cum ipſa veritas ſit, dicere
non potuit: ſed pro diuerſitate perſona-
rum verba diuerſa (vt ſupra dicebatur)
non ſub diuerſo, ſed ſub eodem ſenſu
protulit.

Rurſus. Ad quid poſt illũ tex. Nemo ve
nit ad patrem, niſi per me, addere hunc:
Si cogn. me, & pat. m. vtique cognouiſſe-
tis? Videtur enim ſuffeciſſe illud dictum
primum, ſine adiunctione iſtius ſecundi:
quandoquidem & hoc ſecundùm in ſen-
ſu (vt patet conſideranti) redit in idem,
quod; Nemo venit ad patrem, niſi per me
Reſp. Licet vtrumq; dictorum illorũ ali-
quo modo redeat in idem, tamen ſecun-
dum re vera continet vnum, q̃ non conti
net primum, ſed eſt primi in plures ſenſus
diſtrahibilis certa limitatio. Primũ, nãq;
ſcilicet. Nemo venit ad patrem, niſi p me,
poterat exponi ſic; Per me. i. per doctrinã
meam; item, Per me. i. p exemplarem vitã
meã, item, Per me. i. per adiutorium meũ,
item, Per me, ſ. tanquam per ſpeculum ſi-
militudinarium patris, item, Per me, ſ. tan
quã per miniſtrũ quendam introducentẽ
ad patrem, item, Per me, ſcilicet tanquam
per minorem patre, item, Per me, ſ. tan-
quam per coæqualem, & conſubſtantialẽ
patri. Quorum quidem ſenſuum alij ſunt
veri, ſ. per doctrinam, & vitam, & adiuto
rium, & per coęqualem, & conſubſtantia
lẽ, alij ſunt falſi, ſ. per ſpeculum ſimilitudi
narium (hoc eſt, repræſentans imperfecte
& quaſi per vmbram) & per miniſtrum,
& per minorem: nulli tamen ſunt ad ſpe-
ciale intentum ipſius dicti primi demon-
ſtrandum ſufficientes niſi illud vltimum,
ſcilicet per coęqualem & conſubſtantia-
lem patri. Et ideo, ne erraremus acceptã-
do illius primi dicti ſenſus, vel falſos pro
veris, vel inſufficientes pro ſufficientibus,
neceſſarium eſſe iudicauit Chriſtus,
ad

ad ſuum primum dictum addere iſtud ſecundum, ſi cognouiſſetis &c tanquã verã certam, & ſufficientẽ, limitationem illius primi. Porro, vt hæc omnia melius intelligas, adducamus in mediũ interrogationẽ catholici ad Arriũ hæreticum ex Euangelio confundendum. Quid dicis, Arri? Nemo venit ad Patrem (inquit Chriſtus,) niſi per me. Ergo Chriſtus Deus, cũ in notitiam patris perfectam [ſic.n. intelligitur textus] faciat nos venire, nõ eſt minor patre (vt tu blaſphemas dicendo: Chriſtum dici Deũm ſolummodo per excellentiam gratiæ habitualis, non per naturam.) Reſpondebat Arrius dicens: nego conſequẽtiam, ſtat.n. ꝙ Chriſtus introducat nos ad perfectam de patre notitiam, & tamẽ ꝙ non ſit Deus per naturã. Nec tu per Euangelicum illud dictũ cõcludis hoc: quoniã ſic exponẽdum eſt; nemo venit ad patrẽ, niſi per me.i. per doctrinam meam. Chriſtus etenim ſufficienter per Euangelium inſtruxit homines de Deo patre, iuxta illud Io. 15. Pater manifeſtaui nomen tuũ hominibus. Vnde nunc per hunc tex. Nemo venit &c. vult dicere, quod per nullam aliam doctrinam, niſi per ſuam, poteſt venire quis ſufficienter in cognitionẽ patris. Tunc inſtat catholicus. Nunquid non aperte vides, Arri, ꝙ iſta expoſitio tua ad illum textum, excluditur per immediate ſequentem tex. Si cognouiſſetis me &c. Scis quomodo excluditur? Audi, quomodo. Tu, ſi eſſes catholicus, poſſes doctrinam dare de Deo patre: qualem & BB. Aug. Hierony. &c. dederunt. Nunqd vel tu vel BB. illi, vel alius Doctor, poſtq̃ annunciaſſet omnia ad Dei patris cognitionem pertinentia, poſſet veraciter ſuis diſcipulis dicere, ſi cognouiſſetis me, & Deum patrem vtique cognouiſſetis? Certe reſpondebis, tanquam notiſſimum, ꝙ non. Et quare non, Arri: niſi quia nullius illorum Doctorum ſubſtantia eſt ſubſtantia Dei? Hoc ſiquidem modo ſolo poteſt intelligi, quod per cognitionẽ vnius ſubſtantiæ cognoſcatur perfecte Deus pater. Nulla enim ſubſtantia creata, cum in infinitum diſtet à ſubſtantia Dei, poteſt in eius notitiam perfectam adducere (vt patet & ex terminis, & ex prima quæſt. 12. artic. ſecundo.) Cum igitur Chriſtus ad dictum: Nemo venit ad patrem, niſi per me, coniungat; ſi cognouiſſetis me, & patrem meum vtique cognouiſſetis, per hoc aperte demonſtrat, quod ſubſtantia ſua eſt ſufficiens ad cognoſcendum patrem, id quod eſt demonſtrare, ſe eſſe cõſubſtantialem patri, & eſſe vnum Deum cum patre.

Diſputatio cũ Arrio per textus Euangelij.

NON CREDIS, QVIA Ego in Patre &c.

AVTHORITATVM textu aliũ quæ in ſecundæ partis probationẽ adducebantur, hæc fuit vna. ſ. non credis, quia ego in patre, & pater in me eſt? Ex hac Dñi ſententia, per modum increpantis poſita, conſtat, ꝙ Philippus nondum ad hanc fidei ueritatem aſcenderat, quæ filij ęqualitatem cum patre dicit. Radix enim petitionis, quia dixerat Chriſto, oſtẽde nobis patrem, & ſufficit nobis, apparet hinc fuiſſe, quod in cognitione ipſius Chriſti non eſſet illorum ſufficiẽtia, ſeu beatitudo perfecta, ſed tantum in cognitione patris. Talem porro radicem improbat ibi Chriſtus, non credis, quia ego in patre, & pater in me eſt? Ac ſi apertius, ad excluſionem illius radicis, dicat. Si crederes, quod ego in patre, & pater in me eſt: tunc vtique ſcires, ꝙ ego ſum tantus, quantus eſt pater, & conſequẽter, quod in cognoſcendo me Deum tanta beatitudine ſufficiẽntia eſt, quanta eſt in cognoſcendo patrem: Nunc vero, quia non credis, mẽ eſſe in pãtre, & patrem in me, putas: æqualem ſufficientiã ad ſatiandum corda ueſtra non eſſe in me, ſicuti in patre. Per hoc ergo, quod Chriſtus opinionem hanc Philippi improbat, qua ipſum eſſe minorem patre putabat, damnat Arrium: qui de Chriſto reſpectu patris idipſum poſtea credidit. Nec obſtat, ꝙ Arrius uiderit Euangeliũ qm ipſe (ſicut & alij hæretici) in lectione ſanctarũ ſcripturarum illã iuſtiſſimã pęnam ſuperbiæ ſuæ à Deo habuit, quã talibus incredulis dandã eſſe comminatur, Deut. 28. Percutiat te Dñs amentia, & cęcitate, ac furore mentis, & palpes in meridie, ſicut palpare ſolet cęcus in tenebris, & non dirigas uias tuas. Ecce, Damnationẽ tam claram de minoratione filij ad patrẽ Arrius in literis Euãgelij aper-

Arrij hæreſis de inæqualitate, &c. dãnatur à Chriſto.

Iuſtiſſima pœna hęreticorum in legẽdu ſcripturu &c.

tis legit, & vidit, & tamen tanquam non legens, neq; videns in tali meridiana luce ſe habuit. Palpauit.n. in meridie ſicut cęcus in tenebris, nec legendo, ac videndo, quę ſecundum ſeipſa erant lucidiſſima, direxit vias ſuas in bonum, ſed velut amens, & cęcus, ac mentis furore plenus in tenebris remanſit, & cecidit apertos habens oculos, Numer. 24. exteriores videlicet, ſed non interiores. Nunquid non & alij, quã plures hæretici damnationem ſuarũ hæreſum legunt in ſcripturis? Vtique. Sed ſimilem a Deo iuſtiſſimo pœnam pro rebellione cõtra ſanctam Eccleſiam catholicam, & Apoſtolicam cum Arrio ſortiuntur: quæ ſupra Deut. 28. poſita eſt, & ad propoſitum illorũ declarata. Hi ergo omnes decipiuntur pro ſuis meritis à dęmonio meridiano, Pſal. 90. Quoniam veritatem, tanquam meridiem, lucidam, facit illis apparere nocturnas tenebras.

NON credis (inquit) quia ego &c. Pater in filio, & filius in Patre, eſſe dicitur ratione eſſentiæ, non autem perſonæ. Nam perſonæ illorum ſunt duæ, & ab inuicem realiter diſtinctę. 1. q. 29. ar. 1. & q. 30. ar. 1. & q. 31. ar. 1. 2. eſsẽtia vero vtriuſque eſt numeraliter vna, 1. q. 39. ar. 2. Porro notandum hic eſt, ꝙ eſſentia aliter ſe habet in diuinis, & aliter in hominibus. Eſſentia n. hominis, puta Socratis, non eſt Socrates, quia Socrates eſt quid compoſitum ex eſſentia, & perſona realiter diuerſis, ſed in diuinis eſſentia eſt idem realiter perſonæ, 1. q. 3. ar. 3. 4. & q. 39. artic. 1. Sic igitur eſſentia patris eſt pater, & eſsentia filij eſt filius. Ex his patet, quod ubicunque eſt eſſentia patris, ibi eſt ipſe pater, & ubicunque eſt eſsentia filij, ibi eſt ipſe filius. Eſsentia autem patris eſt in filio, utpote illi à patre communicata, & eſsentia filij eſt in patre, utpote eam filio communicante, 1. q. 42. ar. 3. 5. Ergo filius eſt in patre, & pater in filio.

Proinde vigilanter ponderãda eſt illa coniunctio, Et, vt vitetur hęreſis Sabellij, qui hanc, tanquam ad nihil valentẽ, dormitando legens pertranſibat. Dicebat.n. Qui videt me (inquit filius) videt & patrẽ &c. Quid eſt hoc, niſi quia idẽ eſt pater & filius? Reſpondet autẽ huic cauillo B. Hilarius dicens. Si hoc ita eſſet, Dñs dixiſſet: Qui videt me, videt patrem, nulla coniunctione appoſita. Sed quia coniunctionem addidit, dicens, videt & patrẽ, ipſorum diſtinctionem oſtendit, & eſt (ſecundum B. Aug.) ſimilis modus loquendi ſicut quando aliquis de duobus ualde ſimilibus loquens alicui dicit: Si uidiſti illum, uidiſti & illum. Ad denotandum ergo maximam ſimilitudinem inter ſe, & patrem, uſus eſt Chriſtus iſto modo loquendi. Addidit uero, Non credis, quia ego in patre, & pater in me? ad connotandum maiorem inter ſe & patrem eſſe ſimilitudinem, utpote ſecundum eandem naturã numero, quã inter quoſcunque homines: quoniam in hominibus nunquam eſſe poteſt ſimilitudo ſecundum formam ſubſtantialem, uel accidentalem, eandem numero, ſed tantum genere vel ſpecie. Cęterum pro clariori, & confutatione ſupradicti Sabelij, & uera expoſitione Beati Hilarij, recordare; Chriſtum dixiſſe, Ioan. 8. Solus non ſum, ſed ego, & qui miſit me, pater. Quid clarius? Verum Sabellius hęc legens palpauit in meridie, Deut. uigeſimooctauo. deceptus a dęmonio meridiano.

Quãti ualeat coniũctio, Et.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus per crucem ſuam aperuit ianuam paradiſi deditque facultatem electis ſuis intrãdi actualiter, in ęternam beatitudinem, demonſtratur ab Euãgeliſta ex tex. Si abiero, & præparauero uobis locum, iterum uenià, & aſſumam uos ad meipſum, ut ubi ego ſum, & uos ſitis. Nam per nomina hæc, uado, Abiero, ſignificat receſſũ per mortem crucis ſuæ a diſcipulis, (ut patet legẽti capitulum:) & ibi, Præparauero uobis locum, ſubintelligit in domo patris mei (ut habetur ex contextu.) Idem ergo eſt dicere, Abibo, & præparabo uobis locũ, quod eſt dicere, Ego per crucis mortem, & aperiam uobis ianuam domus patris, & dabo vobis efficacem uirtutem intrandi illuc, ubi manſiones multæ ſunt. [Ex quo patet, ꝙ Dñs ab utilitate mortis ſuæ prouentura diſcipulis cõfortat eos, intendens per hoc, inducere eoſdẽ ad conformandum ſuipſorum voluntatẽ voluntati diuinæ de morte crucis ſuæ, & conſequenter ad leuius, patientiuſque feren-

dum

dum receſſum ſuum ab eis.] Duas igitur mortis ſuæ vtilitates, & eas maximas, tangit Chriſtus in tex. Si abiero &c. Prima eſt apertio regni cœleſtis, quam vocat præparationem loci in domo patris, ſecunda eſt virtus efficax ad intrādū actualiter in poſſeſſionem illius loci, id quod connotat per tex. aſſumam vos ad meipſum, vt vbi ego ſum, & vos ſitis. Prima eſt oībus hoībus (nullo excepto) mortuus eſt, ita ianuā Paradiſi vniuerſis, vt poſſint, ſi volunt, intrare aperuit. Secunda eſt ſolis electis cōueniēs, quoniam hi ſoli per ianuam illam intrabunt actualiter, veniente Chriſto, & aſſumente eos. ſ. per auxiliū ad hoc efficax eis datum. Ex hoc igitur tex. Si abiero, & præparauero vobis locum &c. conſtat ēt, quod nullus quantumcunque ſanctus ingredi poterat actualiter in paradiſum, anteq́ Chriſtus actualiter abiret. i. moreretur, quoniam ipſe moriendo præparauit locum illum. i. fecit, quod illuc haberi poſſet ingreſſus, id quod eſt, aperire ianuam paradiſi.

ERGO per hunc eundē textum ſic (vt oportuit) declaratum ēt patet, quod electi omnes. i. iuſti, nunc morientes, dummodo nulla purgatione pœnarū egeant, ingrediuntur ſubito paradiſum. Alioquin nulla eſſet differētia inter iuſtos mortuos ante apertionē paradiſi, & iuſtos moriētes poſt apertionem eius, & conſequēter illa ianua videretur per mortem Chriſti, vel fruſtra, vel minus vtiliter, aperta. Si enim dandum eſſet idem iudicium, quo ad actualem ingreſſum ianuæ illius, de iuſtis poſt paſſionem Chriſti morientib. quod dabatur de iuſtis ante mortem ipſius defunctis, quid plus vtilitatis afferret, ianuam illam per mortem eius, & nō antea, fuiſſe apertam? Ad quid aperitur ianua, niſi fruſtra aperiatur? Profecto, vt homines ingrediantur. Ergo, poſtquam actualiter aperta eſt, homines nullum ex ſeipſis impedimentum habentes, cum ad hoc aperta ſit, ingrediuntur ē veſtigio. i. confeſtim, poſtquam mortui ſunt. Antiqui. n. Sancti, etiam ſi ex ſeipſis nullū particulare impedimentum haberent, non ingrediebantur ad illud regnum, quia ianua erat clauſa. Adde, quod ad ueritatē hanc aſtruendam multum quoque valet ponderare illud nomen tex. Præparauero vobis locum. Non enim ſine cauſa vtitur Chriſtus iſto modo loquendi metaphorico, qui eſt parare locum, ad ſignificandū id, quod manifeſte poterat dicere, Aperiam vobis ianuam paradiſi. Nam cauſa vtendi metaphorica locutione illa eſt, quia per hoc inſinuare voluit, quod per mortem ſuam Apoſtolos, & à ſimili alios ſanctos, reddebat idoneos ad mox ingrediendū actualiter in paradiſū. Ratio etenim metaphoræ, quod hoc inſinuet, eſt, quia tanquā non paratus locus alicui eſt, quando ipſe quidem dignus eſt loco, ſed impedimentū aliquod, ne loco illo potiatur, adeſt. Exponatur ergo ſic tex. præparabo uobis locū. i. auferam impedimentū, quod uos frui paradiſo dignos, tenebat extra paradiſū, id quod eſt, faciam, quod vos, aliàs digni paradiſo actualiter frui, nullum impedimentum aliunde habeatis ad ingrediendum in eius actualem fruitionem. Et quid eſt hoc, niſi ſanctos mortuos ſtatim aſſumi ad Chriſtū, ut ubi eſt ipſe, & illi ſint?

Poſt mortē Chriſti ſubito beatificantur iuſti, &c. ad differētiam antiquorum.

SI PRÆPARAVERO, &c. veniam, & aſſumam &c.

HOC totum de tex. ſi abiero, & præparauero vobis locum, exponi debet ſic, ideſt quia abibo, & præparabo uobis locum. Vbi patet, quod hæc ſyllaba, ſi, accipitur pro, quia, id quod multotiēs ſit, etiam in communi hominum locutiōne. Vtitur aūt Chriſtus hoc modo loquendi, quaſi pendulo, ne diſcipulos iam multum mæſtos de receſſu eius prænūciato uideatur contriſtare amplius, ſi aſſerti ue ſimpliciter diceret, ſe abiturum. Præparauero (inquit) uobis locum. vbi? In domo patris mei, de qua prælocutus fuerat. Ad cuius principalem intelligentiam ſciendum eſt, quod domus Dei dr̄ multipliciter. Nam illa dicitur domus eius, in qua ipſe Deus habitat [ſicut, à notioribus nobis ad diſcendo, alicuius hominis illa dicitur domus, in qua ille homo habitat.] Vnde, quia Deus habitat in ſanctis, iuxta illud Hier. 14. Tu in nobis es Dn̄e. & illud Pſ. 21. Tu aūt in ſancto habitas, ideo ſancti ſunt domus Dei. Verum in quibuſdam quidem per fidem, iuxta illud Epheſ. tertio. Habitare CHRISTVM per fidē in cordibus ueſtris, in quibuſdam uero per ple-

Domus Dei dicitur multis modis.

nam

nam fruitionem, iuxta illud 1. Cor. 15. Vt ſit Deus omnia in omnibus. Duplex ergo eſt domus Dei. Vna eſt Eccleſia militans, ſcilicet congregatio fidelium, contra mũdum, carnem, diabolumque continuam ſub vno Principe Deo exercens militiam iuxta illud 1. Tim. 3. Vt ſcias, quomodo oporteat, te in domo Dei conuerſari. Alia eſt Eccleſia triumphans, ſcilicet collectio

Secundo. ſanctorum comprehenſorum in patria cœleſti, iuxta illud Pſal. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.

Tertio. Hinc tertio illa dicitur domus Dei, in qua fideles corporaliter ad laudandum &c. Deum adunantur [vt hæc materialis ſit quaſi denominata domus, & Eccleſia Dei ab illa ſpirituali domo, & Eccleſia Dei, quę ſunt Chriſti fideles:] iuxta illud Iſai. 56. Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis. Veruntamen nullo præmiſſorum modorum ſumitur domus, in hoc

Quarto. tex. In domo patris mei &c. Quarto igitur modo domus Dei dr̃ ipſemet Deus, & ratio huius eſt, quia Deus eſt in ſeipſo, iuxta illud 1. Tim. 6. Lucem habitat inacceſſibilem, & illud Geneſ. 2. Requieuit (ſcilicet in ſeipſo. Vt Doctores exponunt) ab omni opere, quod patrarat, & illud, 1. q. 14. art. 5. ad primum. Hæc autem domus, quæ eſt ipſe, vocatur domus gloriæ, iuxta illud Hiere. 17. Solium altitudinis gloriæ tuæ à principio. Porro ad hanc domum ipſe nos colligit, iuxta illud Cantico 1. Trahe me poſt te. Et hoc eſt, quando in Deo manet homo, & quantum ad intellectum per notitiam veritatis, iuxta illud Ioan. 17. Sanctifica eos in veritate, & quãtum ad voluntatem, bonumque affectũ p dulcedinem charitatis, iuxta illud 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. De hac igitur domo, id eſt de gloria Dei, quæ Deus eſt, dicit Chriſtus, quod ibi mãſiones multæ ſunt, id eſt multæ participationes glorioſæ beatitudinis eiuſdem Dei, 1. q. 26. artic. 1. 3. 4. Nam qui plus diligit, & plus cognoſcit Deum: ille maiorem locum habebit in illa domo, 1. q. 12. art 6. Exponatur ergo ſic tex. In domo patris mei manſiones ſunt multæ, id eſt, & numero, & maioris, minoriſque diuerſitate. Ex quo denique patet, quod diuerſæ participationes cognitionis, & fruitionis, Dei ſunt illæ multæ manſiones.

Perfecta charitas tamen faciet, gaudia ſingulorum tum maiorum tum minorum eſſe gaudia omnium, iuxta illud Pſal. 86. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te ciuitas Dei.

VENIAM (inquit) iterum ad vos, & accipiam vos ad meipſum &c. Hoc eſt: In morte ſingulorum veſtrum ego veniã, ad aſſumendum vos ad meipſum in patria cœleſti. Hoc enim in loco loquitur Dominus de illo aduentu, quem declarauit his apertis verbis Luc. 12. Vos eſtote ſimiles hominibus expectãtibus dominum ſuum, vt cum venerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei. Beati &c. quos, cum venerit &c. Et, ſi venerit in ſcđa &c. Filius hois veniet. Ecce, quot vicibus ponit hoc verbum, venerit, veniet, vt intelligas inde non omnem aduentum eius eſſe viſibilem corporaliter, puta aduentum, vel in carnem [quando, ſcilicet verbum caro factum eſt Ioan. 1.] vel in conſummatione ſeculi ad iudicandum viuos & mortuos [quando ſcilicet videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt Apocalip. 1.] ſed dari etiam aduentum ipſius inuiſibilem ad mortem ſingulorum hominum, cum diuiditur anima à corpore [quando ſcilicet veniet ad iudicium ſingulare de vnoquoque in hora mortis faciendum: Luc. 12. Veniet Dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora, qua neſcit, & diuidet eum, partemque eius ponet cũ infidelibus.] De hoc itaque aduentu, quo ad mortem ſingulorum Apoſtolorum ſuo vniuſcuiuſque tempore veniet, loquitur in tex. Item veniam, & accipiam vos, &c.

Vbi & connotat ad conſolationem ipſorum, quod morituri ſunt ſinguli in gratia Dei, & ab omni reatu peccatorum etiam venialium totaliter purgati. Alioquin nõ immediate verificaretur, quod immediate, tanquam immediate verificandũ, ſubiungit, ſcilicet aſſumam vos ad meipſum: quandoquidem in patriam illam non intrabit aliquid coinquinatum Apocal. 21. id eſt vel culpa, uel pœna, aliqua obligatum. *Mortui ſunt Apoſtoli i gratia, & omnino à pœna ſoluti.* Ex præmiſſis itaque habes duos, ſcilicet confirmationem illius regulæ ſcripturarum, quod uidelicet ſcripturæ ſe inuicem declarant [puta. Cum locus clarior ſit gloſſa loci minus clari, 1. q. 1. artic. 9. ad ſecundum. Vt patuit de Luc. 12. ad hunc

Ioan.

Digitized by Google

Regula ſcripturarũ valde notanda. Ioan.tex. Veniam:[& excluſionem errorís quorũdam dicentium, quod per illud, veniam &cæ. intelligitur vltimus Chriſti aduentus ad iudicandum omnes, quoniã tunc ſecundum illos, & non antea [quod vere eſt hęreticum] aſſumentur animæ iuſtorum in cœleſtem patriam, ideoque tunc primum ſecundum eoſdem de animabus ſanctis verificabitur hoc dictum in tex. Vt vbi ego ſum, & vos ſitis.

ET, SI ABIERO, Et &cætera.

ISTVD Chriſti abire intelligitur dupliciter, ſcilicet per mortem tantum, & per mortem, Reſurrectionem, & Aſcẽſionem ſimul. Nam, ſi loquamur de præparare locum meritorie, tunc intelligitur, Abire per mortem. [Moriendo ſiquidem meruit illam præparationem loci, 3. de Sal.q.48.art.1. & q. 50.art.6.] ſi vero loquamur de præparare locum per quandam efficientiam, & exemplaritatẽ, tunc intelligitur, Abire per mortem, reſurrectionem, & aſcenſionem. *Quid, & quotuplex ſit abire.* Ad citius rei ſanam intelligentiam, & declarationem (ſi bene, pro quanto ſufficit, applicetur) facit illud, quod dicit Sanctus Thomas, 3. de Sal.q.56.art.2. In iuſtificatione animarum duo concurrunt, ſcilicet remiſſio culpæ, & nouitas vitæ, per gratiam. Quantum ergo ad efficaciam, quæ eſt per virtutem diuinam, tam paſſio Chriſti, quam reſurrectio, eſt cauſa iuſtificationis quo ad vtrunque, ſed quantum ad exemplaritatem, proprie paſſio & mors Chriſti eſt cauſa remiſſionis culpæ, per quam morimur peccato, reſurrectio autem Chriſti eſt cauſa nouitatis vitæ, quæ eſt per gratiam. Hæc ibi. Item 3. de Sal.q.49. artic.5. Chriſtus ſua paſſione meruit nobis introitum regni cœleſtis, & impedimentum remouit, ſed per ſuam aſcenſionẽ, nos quaſi in poſſeſſionem regni cœleſtis introduxit, & ideo dicitur, quod aſcendit pandẽs iter ante eos. Hęc ibi. Poſtquam autem dixit, ſi abiero, ſubiungit, & ꝑparauero vobis locum. Hinc videtur in textu ad contextũ præcedẽntem contrarietas. Dixit namque contex. ſi quo minus dixiſſem, &c. id eſt ſin minus, id eſt, alioquin, dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locũ. Vbi innuit, quod, cum iam ſint in domo patris multę manſiones, id eſt cum iam ſit paratus locus, nõ vadit parare locum. Dicit vero hic tex. Si abiero, & pręparauero vobis locum. Vbi innuit, quod vadit ad parandum locum. Quomodo igitur ſtant hæc duo ſimul? Reſpon. *Paratio loci duplex.* Præparatur illę beatitudinis locus dupliciter, ſcilicet æterna prędeſtinatione, & temporali executione, 1.q.23.art.1.8 Contextus ille loquebatur de loco per æternam prædeſtinationem iam non tantum ab annis plurimis, ſed etiam ab æterno, à tota ſumma Trinitate parato, textus autem iſte loquitur de loco per prædeſtinationis executionem temporalem parando. Vnde nulla eſt ibi contrarietas, ſed neceſſaria concordia. Neceſſarium enim eſt, vt quod ab æterno prædeſtinatum eſt, ponatur deinde in executione, ad hoc, vt actualiter cõſequamur id, ad quod habendum fuimus æternaliter prædeſtinati, iuxta illud 2. Pet. 1. Satagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis. *Ad conſequẽdũ bona nobis ab æterno parata requirũtur opera, vt docet Chriſtus.* Nunquid non & hic iuxta expreſſam literæ texturam hoc ipſum inſinuatur? vtique. Nam locum iam ab ęterno paratum, iuxta tex. In domo patris mei manſiones multæ ſunt, vadit Dominus parare, iuxta tex. ſi abie. & præpar. vob. locum. Ecce, ꝙ ipſemet Chriſtus, qui vt Deus cum patre, & Spirituſancto parauit locum electis ꝑ æternam prædeſtinationem, declarat ſub exemplo ſuo, quatenus homo eſt, quod oportet electos illos parare temporaliter ſibi locum illum. Prędeſtinatione illa æterna electis locus paratur à Deo ſolo ſine electis, id eſt ſine ipſorum meritis, 1.q. 23.art.5. prædeſtinationis illius executione paratur eiſdem locus & à Deo & à ſe ipſis cooperantibus digne Deo. Prædeſtinatos ergo Deus non vult eſſe ocioſos, quando ab æterno prædeſtinat, ſed vult eſſe operarios, & (quod diuinius eſt) cooperatores ſuos. Hæc omnia hinc habentur ex tex. ſecundum ſenſum literalem cõtra inanem fiduciam hæreticorum deſcriptam, & expugnatam à Concilio Trident. ſeſſ.6.cap.9.11.12.13.15.16. & Canone 9.12.13.14.15.16.17.19.20.21. &c.]

PRÆPARAVERO (inquit) vobis locum. Dñs noſter per illam abitionẽ i. receſſum, ſuum præparauit Apoſtolis,

& à ſimili, cæteris locum, quinque modis. *Primo.* Primo, quidem, dando locum fidei, qua ad promiſſum æternæ prædeſtinationis locum vadunt. Fides enim, cum ſit non apparentium Hebr. vndecimo, minus perfecte erat de CHRISTO, quando eum perſonaliter videbant, [quod & ab ipſo ſignificatum eſt his verbis Ioan. vigeſimo. Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti: Beati, qui non viderunt, & crediderunt.] Subtraxit ergo ſe per receſſum ſuum ab eis, vt, quem habuerant præſentia corporali, & viderant oculis corporis, haberent præſentia ſpirituali, & viderent oculo mentis, quod eſt habere eũ per fidem. *Secundo.* Secundo autem: oſtendendo ad oculum illis viam eundi ad locum ſibi in cœlis paratum, iuxta illud Miche. 2. Aſcendit, pandens iter ante eos. *Tertio.* Tertio uerò pro ipſis orando Hebr. 9. Introiuit Ieſus in cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Ad quid? Ad rogandum aſſiduis orationibus, vt homo eſt, Deum pro noſtra omnium ſalute, iuxta illud Hebr. 7. Accedens per ſemetipſum ad Deum, ſemper viuens ad interpellandũ pro nobis. *Quarto.* Quarto item attrahendo ſurſum corda noſtra. Vt ſcilicet uerificetur de nobis illud Coloſ. 3. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite; & illud deſiderium ſponſæ compleatur Cant. 1. Trahe me poſt te. *Quinto.* Quinto denique Spiritumſanctum mittendo. Vt & adimpleret ſuum promiſſum in præſenti cap. Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit, & aqua illa viua, quam tunc ſub nomine paracliti promittebat, fieret in nobis fons aquæ ſalientis in uitam æternam Ioan. 4. ubi ſine fine cum Chriſto, qui ibi eſt, & nos eſſemus (vt dicitur hic.)

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus eſt pro nobis uere crucifixus, & mortuus (contra hæreſim quorundam ignorantum, & diabolorum:) uide ex ſacroſanctis ſcripturis, Concilijs &c. declaratum eſſe, in Elucid. 3. de Sal. articulorum num. 261. 246. 94. 95. 96. 299. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem ueterem Leui. 4. concl. 6. & cap. 16. concl. 8. item Nume. 17. concluſ. 1. & Deuter. 9. concl. 7. Quod Chriſtus eſt per naturam Deus, vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. 3. de Sal. articulorum nu 42. 17. 107. 108. 139. 297. Quod Chriſtus eſt verus homo, eiuſdem naturæ nobiſcum, uide ex ſacroſanctis, &c. in Elucid. 3. de Sal. articulorum num. 7. 33. 36. 86. 171. 184. 190 195. 168. 455. 94. 95. 96. Item in Veritatibus aureis &c. Deuter. 9. concl. 7. Quod Chriſtus, ut Deus, eſt unum cum patre, ideſt ei conſubſtantialis (quod Græci dicunt Homouſion:) uide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. articulorũ numero 201. 202. 220. 174. Quod Chriſtus Deus eſt in patre, non ut uas paruum in maiori uaſe (contra hæreſim Arrij,) ſed ut ei coæqualis, eiuſdemque eſſentiæ, uide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. articulorum numero 220. 224. 172. Quod Chriſtus, vt verbum eſt perſona alia numero à patre, uide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. articulorum numero 189. 173. 174. 176. 171. 167. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 1. concluſ. 19. & Exod. 20. concl. 9. Quod Chriſtus eſt Saluator uniuerſalis [ergo cœlum nobis per crucem ſuam aperuit, & alia, quæ ad ſaluatorem pertinent, fecit, facultatemque ad regnum cœlorum perueniendi dedit hominibus &c.] uide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. 3. de Sal. articulorum num. 2. 247. 268. & 3. de Sacram. Addition. articulorum numero 332. Item in Veritatibus aureis &c. Leuit. 16. concl. 8.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. XIIII.

AD receptionem Spiritusſancti prærequiritur neceſſario & ex parte noſtra amor cordis, ſimulque obedientia operis, & ex parte Chriſti oratio, quę fiat ad hunc finem, ſcilicet, ut Spiritusſanctus à Deo detur nobis à nobiſque accipiatur, qui Spiritusſanctus eſt procedens à patre, & filio.

PRO-

Digitized by Google

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM hanc, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. ſi diligitis me, mãdata &c. vſque ad, vt maneat vobiſcum in ęternũ, & per tex. Paraclitus, quem mittet pater in nomine meo. Prima itaque pars.ſ. ad receptionem &c. detur nobis, à nobiſque accipiatur, patet ex eo, ꝙ antequam dicatur in textu: Aliũ paraclitũ dabit vobis, pręmittitur textus & de amore, obedientiaq; diſcipulorum erga Chriſtum, & de Chriſti oratione ad hoc fienda pro Apoſtolis. Si diligitis me [Ecce; amor:] Mandata mea ſeruate [Ecce; obedientia:] Ego rogabo Patrẽ [Ecce; oratio Chriſti] Vbi & conditionalem vigilanter nota, vt videas illud in concluſione dictum rectè fuiſſe.ſ. neceſſario, Quam conditionale? Si diligitis me. Vnde & ab oppoſitis infer ꝙ ijs, qui non diligunt Chriſtũ, nec mandata eius obſeruant, nunquã, dum ſic permãſerint, dabitur ſpiritusſanctus. Si.n. ab Apoſtolis Dominus requirit dilectionẽ, & obſeruantiam mandatorum ſuorum, antequam recipiant ſpiritũſanctũ (ut patet ex ordine textuum illorum) nimis certe temerarium, & non ſolum falſum, eſſet dicere, ꝙ hominibus non diligentib., nec ſeruantibus mandata Dei, dandus eſſet quandoq; ſuperueniens ſpiritusſanctus. Docet ergo hic per texturæ ordinationem Dñs, ꝙ diſpoſitio eſt neceſſaria prius, quam recipiatur ſuperueniẽtis ſpiritusſancti gratia, ex quo, tanquam a ſimili, vult vniuerſaliter haberi, ꝙ diſpoſitio animæ, veluti materiæ, de neceſſitate requiritur anteq̃ introducatur ſpiritusſancti etiã prima gratia, veluti forma. Nec mirum, quia quæcunq; à Deo ſunt, ordinata ſunt, Ro. 13. & contra ordinẽ naturę eſt (vt patet multoties in phyloſophia,) ꝙ forma poſſit in materia indiſpoſitã introduci. Porro ordinẽ naturę Deus, tanquam à ſeipſo, qui eſt auctor naturæ, nunq̃ deſtruit, ſed ſemper in talibus donis ſuis gratuitis præſupponit, iuxta illã S. Thomę doctrinã. 1. q. 1. ar. 8. Gratia non tollit naturam, ſed perficit: Vnde & oportet, ꝙ naturalis rõ ſubſeruiat fidei ſicut & naturalis inclinatio volũtatis obſequitur charitati. Optime igitur & ſm philoſophiam, & ſm Euangelicã doctrinã, fecit D. Tho. 1. 2. q. 112. ar. 2. dum ibi determinat, ꝙ requiritur diſpoſitio, ſiue (quod idem eſt) præparatio ad gratiam ex parte hominis.

Diſpoſitionem docet Chriſtus eſſe neceſſariã, ante dationẽ gratiæ iuſtificãtis.

DIXIT concluſio, ꝙ diſpoſitio illa bona.ſ. fides cordis, & obedientia operis, prærequiritur &c. Vbi aduerte, ꝙ illud, Prę, dicit anteceſſionẽ quidẽ, ſed quãdoque tẽporis, & naturæ, ſimul, quandoque autẽ naturæ ſolum. Ratio huius eſt, quia Deus, ſine quo pręueniente & mouẽte ad bonũ, homo ad gratiã ſe præparare non poteſt, non indiget tẽpore in agendo. Cũ enim ſit virtutis infinitæ, põt, in inſtanti facere, ꝙ aliquis ad perfectam diſpoſitionẽ perueniat, & ſimul cum tali diſpoſitione inſtantanea infundere gratiam [Id ꝙ inſinuatum eſt his verbis ab Eccleſ. 11. Facile eſt in oculis Dei, ſubito honeſtare pauperẽ,] & tunc diſpoſitio hominis antecedit ſolum natura, infuſionem gratiæ. Quemadmodum fuit in cõuerſione Pauli Apoſtoli. Verum eſt, ꝙ ſecundum ordinarium iuſtificandi curſum, diſpoſitionẽ inſtantaneã ac gratiæ ſimultaneã nõ dat Deus, ſed mouet ad illam ita, vt aĩa humana ab eo mota conuertatur ad Deum primo conuerſione imperfecta, & poſtmodum ad perfectam deueniat, & tunc diſpoſitio antecedit nõ ſolum natura, ſed ẽt tempore, gratiæ infuſionẽ. 1. 2. 113. ar. 10. Nec obſtat pręmiſſę veritati de diſpoſitione præuia, ꝙ Deus, qui ſolus eſt cauſa gratiæ. 1. 2. q. 112. ar. 1. eſt agens infinitæ virtutis, & agens tantę virtutis videt̃ non requirere diſpoſitionẽ in materia. Rõ n. ꝙ hoc nõ obſtet: eſt, qa agens infinitę virtutis, licet non requirat materiam, aut diſpoſitionẽ materiæ, quaſi præſuppoſitam ex alterius cauſę actione, tamen abſolute requirit illa duo: tanq̃ a ſeipſo cauſata. Oportet namq; quod agens illud in ipſa re, ſecundũ cõditionẽ rei cauſandę, cauſet & materiam (vt patet in Creatione,) diſpoſitionem debitam ad formam [Nulla ſiquidem forma põt eſſe, niſi in materia diſpoſita. 1. 2. q. 112. ar. 2 corp.] Ex prędicta ergo ratione concludendũ relinquitur, quod ad hoc, ꝙ Deus gratiam infundat aĩæ, ꝓparatio qdem exigit̃, ſed nulla, q̃ ipſe in hõie non faciat, iuxta illud Iſai. 26. Omnia opera noſtra operatus es in

Bonã diſpoſitionẽ ad gratiã, & aliud quodcunque bonum, eſt à Deo eã in nobis operante nobiſcum.

nobis

Digitized by Google

nobis Domine. Quod & Conciliũ Arauſicanũ affirmat, atque declarat, dicens, Can. 20. Nulla facit homo bona, quæ nõ præſtet Deus, vt faciat homo, & Can 9. Diuini eſt muneris, cum rectè cogitamus, & pedes noſtros à falſitate, & iniuſtitia, tenemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis, atque nobiſcum, vt operemur, operatur. Hæc ibi. Sed & Papa Cæleſtinus, in epiſtola ad Epiſcopos Galliæ, idipſum breuioribus verbis docuerat dicens. Per Chriſtum libero bene vtimur arbitrio. Item. Omnis ſancta cogitatio, omnis motus piæ volũtatis, ex Deo ſunt. Id quod & B. Thomas ſic aſſeruit, 1. 2. q. 112. art. 2. dicens. Quæcunque præparatio in homine eſſe poteſt, ex auxilio Dei eſt mouentis animam ad bonum. Ipſe motus liberi arbitrij, quo quis præparatur ad donum gratiæ ſuſcipiendum & eſt actus liberi arbitrij moti à Deo (vnde, quantũ ad hoc dicitur homo ſe præparare, ſecundum illud Prouerb. 16. Hominis eſt, præparare animum,) & eſt principaliter à Deo mouente liberum arbitrium (unde ſecundum hoc dicitur voluntas hominis à Deo præparari, & à Domino dirigi hominis greſſus.) Hæc ille. Ex præmiſſis ergo concludendum reſtat illud veriſſime, a Concilio Arauſicano, prolatum decretumque Cano. 22. Nemo habet, de ſuo, niſi mendacium & peccatum. De neceſſitate diſpoſitionis talis, vide Concilium Tridentinum, ſeſſ. 6. cap. 5. 6 7. quibus ad cõcluſionis illam partem amplius intelligendam, iuuaberis.

SI DILIGITIS ME; mandata &c.

VNVM hic ſupponit Dominus, ſcilicet, quod diſcipuli diligant eum (ut & illi dicebant tum verbis, tum factis, cõtriſtatione, ſcilicet flebili de receſſu ſuo, & ipſe hoc uerum eſſe ſciebat, & aliud vt ex ſuppoſito illo dependens inferendo præcipit, ſcilicet, quod ſua ipſius mandata cuſtodiant. Ac ſi per illum tex. ſi diligitis me mandata mea ſeruate, apertius dixerit. Amorem erga me veſtrum non oſtendaris in triſtitia, & fletu, tanquam in principali, ſed in uera obedientia mandatorum meorum. Nam talis obedientia eſt principale ſignum dilectionis mei, id eſt, quod ego diligar ab aliquo, ſecũdum

Præcipuũ ſignum dilectionis noſtræ ad Deum eſt obſeruantia mandatorum ſuorum.

illud ſubſequentis tex. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Cæterum, vnde eſt iſta dilectio, & obedientia? Nonne à Spirituſancto? Dictum eſt enim ſupra, quod à Deo eſt nobis omnis bona etiam cogitatio. Hoc eſt, quod non tantum diligere, ſed etiam velle diligere, & cogitare illud velle diligere Deum, eſt nobis ex dono Dei, & ſimiliter, quod ex eiuſdem dono eſt non ſolum obedire, ſed etiam velle obedire, & cogitare illud velle obedire, Deo in obſeruantia mandatorum eius. Si igitur duo illa, ſcilicet dilectio & obedietia erant in diſcipulis (& à ſimili ſunt in quibuſcunque alijs) à Spirituſancto, quomodo ſtat ſimul, quod hæc duo requirantur, tanquam diſpoſitio, ante receptiõnem Spirituſancti (vt dixit, ſecundũ hũc textum, concluſio?) Reſpondetur. Concedendo, quod Apoſtoli habebant Spiritũſanctum, antequam diligerent Chriſtũ, mandatiſque eius obedirent, negatur tamen, ex hoc ſequi, quod talis dilectio, & obedientia, non fuerint præparatio ad recipiendum alium paraclitum. Ad cuius rei euidentiam ſciendum eſt, vt & hic ex ordine textuum docetur, quod talis conditio eſt in donis Dei, & qui bene vtitur dono ſibi conceſſo, mereatur amplioris doni receptionem, & qui ſibi cõceſso dono male vtitur, mereatur illo dono iã habito priuari. (Id quod & alibi, ſpeciatim que Matth. 25. viſum eſt. Nam ſeruo pigro ablatum eſt talentum, quod acceperat à domino ſuo, quia non fuit bene vſus illo, datumque eſt ei, qui ex quinq; prius acceptis fuerat lucratus alia quinque. Et idipſum inſinuatur talibus verbis Luc. 19 Omni habenti dabitur, & abundabit. ab eo autem, qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.) Sic enim iuſte & punitur ingratitudo, & præmiatur gratitudo. Apoſtoli igitur dono Spiritusſãcti iã habito bene vtentes per dilectionem ſupradictam, & obedientiam meruerunt, accipere alium paraclitum, ideſt in alio gradu maiori Spiritumſanctum. Sic ergo patet, quod dilectio illa ex Spirituſancto habita, & obedientia fuerunt diſpoſitio ad receptionem amplioris gratiæ Spiritusſancti, ac ſi in eiſdẽ Apoſtolis prius fuerit veniens, deinde ſuperueniens, Spiritusſanctus. (Id quod redit in idẽ, quod

Boni vſus donorum Dei fructus, & vſus oppoſiti damnũ.

B. Augu-

B. Auguſtinus his verbis expreſſit. Charitas inchoata meretur augeri, vt aucta mereatur perfici.] Exponatur ergo, ad hunc ſenſum, textus ſic. Si diligitis me, mandata mea ſeruate, ideſt ſi bene vſi fueritis dono dilectionis meæ, ego rogabo patrē, & alium paraclitum, quo ſcilicet maiori dilectione ſerueatis dabit vobis.

Diſpoſitionum alia meritoria alia non.

EX præmiſſis ergo virtualiter habetur, quod diſpoſitionum pro receptione Spiritusſancti vna eſt meritoria, alia vero non meritoria. Meritoria quidem eſt illa, de qua expreſſe dixit tex. Si diligitis me, mandata mea ſeruate (vt ſupra declaratum eſt.) Non meritoria autem eſt illa, quæ ibi virtualiter, ideſt implicite, ſubintelligitur, quę videlicet illam dilectionē Apoſtolorum præceſſerat. Erudito ſiquidem lectori conſideranti hunc tex. ſi diligitis me, occurrit faciliter dicendum. Si dilectio iſta fuit diſpoſitio ad ſuſcipiendum alium paraclitum, quæ nam fuit diſpoſitio prior ad receptionem illius dilectionis? Etenim dilectio illa erat Spirituſancto formata (vt declaratum eſt, & ad recipiendum Spiritumſanctum prærequiritur de neceſſitate diſpoſitio (vt dixit cōcluſio, & probatum eſt.) Reſpondetur ad hoc, quod prior Apoſtolorum diſpoſitio ad Spiritumſanctum illius dilectionis authorem accipiendum fuit dilectio cordis & obedientia operis, in voto habita. Diſpoſitio enim hęc prior erat imperfecta, & donum Dei, impulſuſque Spiritusſancti non adhuc quidem inhabitantis, ſed tantum mouentis, quo homo adiutus viā ſibi ad iuſtitiam parat (vt, à ſimili, de imperfecta contritione dicit Conciliū Triden. ſeſſ. 14. cap. 4.) Et ideo illam cordis dilectionem, obedientiamque operis fuiſſe in voto intelligendum eſt, quandoquidem aliquid eſſe in voto eſt quid imperfectum reſpectu ſibiipſius exiſtentis in re. Vnde diſpoſitioni illi priori, cum eſſet imperfecta (vtpote nondum per charitatem formata) correſpondet bene hoc, ſcilicet, quod dilectio ibi tunc inuenta, & obedientia, fuerint quid imperfectum Deus poſtea, qui donum hoc ſuum perficere voluit, diſpoſitionem illam etiam q̄ non eſſet meritoria, ad receptionem Spiritusſancti pro ſua infinita bonitate terminari fecit. Porro duas has diſpoſitiones Angelicus Doctor bene (ſicut & alia omnia) declarat, 1. 2. q. 112. art. 2. ad primum dicens. Præparatio hominis ad gratiam habendam quædam eſt ſimul cum ipſa infuſione gratiæ, & talis operatio eſt quidem meritoria, ſed non gratiæ quę iam habetur, ſed gloriæ, quæ nondum habetur. Eſt autem alia præparatio gratiæ imperfecta, quæ aliquando præcedit donum gratię gratum facientis, quæ tamen eſt à Deo mouente. Sed iſta non ſufficit ad meritum, nondum homine per gratiā iuſtificato, quia nullum meritum poteſt eſſe, niſi ex gratia. Hęc ibi. Vide 1. 2. q. 114. art. 4. quod merendi principium eſt gratia, & ar. 5. quod nullus ſibi poteſt mereri primam gratiam, & ar. 8. quod poteſt homo iuſtificatus mereri augmentum gratiæ. Vide quando ſupra dixit, quod talis operatio eſt quidem meritoria, ſed nō gratię, quæ habetur, non excluſit, quin mereatur gratiam, quæ non habetur, ideſt augmentum gratiæ.

EGO ROGABO PATREM, & alium par. dabit vobis.

PER hoc, quod dicit, Rogabo, oſtendit, ſe habere voluntatem humanam. Oratio enim eſt explicatio propriæ voluntatis apud Deum, vt eam impleat. Si igitur in Chriſto eſſet tantum diuina voluntas, nullo modo competeret ſibi orare, quia uoluntas diuina per ſeipſam eſt effectiua eorum, quæ uult, iuxta illud Pſal. 113. 134. Omnia, quæcunque voluit fecit. Sed quia in Chriſto eſt, et uoluntas humana, quæ per ſeipſam non eſt efficax ad implendum omnia, quæ vult, niſi per virtutem diuinam, ideo ei, ut homo eſt, & uoluntatem humanam habens, conuenit orare. Nec huic ueritati obſtat, quod Chriſtus ſciebat circa omnia, quid eſſet futurum, de eo autem, quod pro certo ſcimus eſſe futurū (puta quod ſol cras oriatur) non oportet, immo uidetur ſuperfluum, orare. Nam inter alia, quæ Chriſtus ſciuit futura, ſciebat, quædam eſſe fienda per ſuam orationem, huiuſmodi autem, quæ noſtrarum orationum interuentu fienda ſunt, non inconuenienter, ſed ualde conuenienter, orando poſtulamus à Deo, etiam ſi ea eſſe futura certiſſime

De neceſſitate orationis etiā de infallibiliter (q̄ ſciamus) futuris.

Digitized by Google

ſime ſciremus. Rurſus, non obſtat, ſi dicatur, quod oratio eſt aſcenſus mentis in Deum, id quod Chriſto homini non competebat. Intellectus enim eius ſemper erat Deo coniunctus tum ſecundum vnionem hypoſtaſis, tum ſecũdum fruitionem beatitudinis. Vnde dicere, quod Chriſto conueniebat orare, idem videtur, quod dicere Chriſti humanitatem totam non fuiſſe hypoſtatice vnitam Deo, & Chriſtũ non fuiſſe compreheſorem (quæ duo blaſphemię hęreticales ſunt.) Ad hoc enim, quod ſic videtur obſtare, reſpondetur faciliter, negando, quod Chriſto non competeret, aſcendere intellectu, ſeu mente, in Deũ. Ad probationem, conceſſis illis duobus de fide exiſtentibus [ſcilicet, quod humanitas Chriſti tota fuit hypoſtatice vnita diuinitati: & quod ipſe fuit comprehenſor,] dicitur, quod nihil probat contra negatum. Ratio eſt, quia aſcenſus nihil aliud eſt, niſi motus in id, quod eſt ſurſũ. Motus autem (ut habetur in 3. de anima) dicitur dupliciter. Vno modo ſecundum quod importat exitũ de potentia in actũ prout eſt actus imperfecti, & ſic aſcendere competit ei, quod eſt in potentia ſurſum, & nõ actu. Et hoc modo intellectus Chriſti humanus non eget aſcenſione in Deum, cum ſit ſemper Deo vnitus & ſecundum eſſe perſonale, & ſecundum contemplationem beatam (vt arguebatur.) Alio modo dicitur motus, qui eſt actus perfecti, ideſt exiſtentis in actu, ſicut intelligere, & ſentire, dicuntur quidam motus Et hoc modo intellectus Chriſti ſemper aſcendit in Deum, quia ſemper contemplatur ipſum, vt ſupra ſe exiſtentem. Porro ſi de oratione Chriſti uis plura, vide 3. de Sal. q. 21. art. &c.

ALIVM (inquit) paraclitum, &cæ. Hoc nomen, paraclitus, interpretatur, conſolator. Ac ſi ergo dicat Chriſtus diſcipulis Ego, qui datus ſui vobis a patre, ſum conſolator veſter (ut noſtis:) ſed, me corporaliter à vobis recedente, veniet ad vos mediante oratione mea conſolator alius, ideſt diſtinctus in perſona a me. [De hoc, alius, vide a ſimili in 1. q 31. art. 2.] Hic eſt Spiritusſanctus, quẽ poſt aſcenſionem Chriſti, ad rogandum patrẽ per ſemetipſum accedentis (vt hic promittitur) dedit pater Apoſtolis in ſacratiſſimo die Pentecoſtes, vt cum ipſis maneret in æternum. Ecce, quod Apoſtoli, ſecũdum hunc textum Euãgelicum, fuerunt in die illo confirmati in gratia, id quod neceſſario ſecum fert, ipſos nunquam amplius peccaſſe mortaliter. Alioquin falſum redderetur (quod eſt omnino impoſſibile) dictum Chriſti, vt maneat vobiſcum in æternum: quoniam pro tempore illo, quo peccaſſent mortaliter, Spiritusſanctus p gratiam non fuiſſet in eis. Item, illud nomen Græcum, paraclitus, interpretatur etiam aduocatus. Quod autem, & quomodo, ſit noſter aduocatus, declarat Apoſtolus his verbis Rom. 8. Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus Sed ſicut eſt alius a Chriſto (vt dictũ eſt:) ita alio modo, quam Chriſtus, poſtulat p nobis. Chriſtus enim, quia vt homo, eſt minor Deo, facit perſonaliter orationem pro nobis: Spiritusſanctus autem, quia nullo modo eſt minor, iccirco non poteſt per ſe facere orationem pro nobis, ſed facit, nos facere illam. Itaque ſpiritus pro nobis gemitibus inenarrabilibus poſtulat, non formaliter, ſed effectiue, ideſt poſtulare nos facit, gemitibus inenarrabilibus. Hi tamen duo aduocati noſtri [nam & aduocatum nos habere Chriſtũ apud patrem: dicitur 1. Ioan. 2.] conueniunt in hoc, quod orando vterque modo ſuo, infallibiliter exauditur, ſecundum q vult exaudiri. Et de oratione quidem Chriſti patet tum ex Hebr. 4. Preces offerens exauditus eſt pro reuerentia ſua, tum ex fideliſſimo Eccleſiæ catholicæ Doctore S. Thoma, 3. de Sal. q. 21. art. 4. De oratione autem Spiritusſancti, quę potius eſt intentio, quam ſe nobis habet, dum facit nos orare, patet, quod ſemper certiſſime adimpletur, quoniam voluntas Dei eſt efficaciſſima, ideſt non poteſt, & quantum ad rem uolitam, & quantum ad modum de illa re volitum, non adimpleri, 1. q 19. art. 6. Ad quod facit etiam, quod dicit idem Sanctus Doctor, 1. 2. q. 112. ar. 3. Poteſt aliquid conſiderari, ſecundum q eſt à Deo mouente. Et tunc habet neceſſitatem ad id, ad quod ordinatur a Deo, nõ quidem coactionis, ſed infallibilitatis, quia intentio Dei deficere non poteſt. Vnde, ſi ex intentione Dei mouentis eſt, quod homo, cuius cor mouet, conſe-

Confirmãdos in gratia Apoſtolos, dicit Chriſtus.

Oratio Chriſti, ſecũdum q ipſe vult exauditur ſemper.

quatur

quatur gratiam, infallibiliter ipſam conſequitur. Hæc ibi.

DVBITATIONES QVÆDAM
Ex textu oriundæ.

LICET etiam Chriſtus (vt per tex. Alius notatum eſt) ſit paraclitus, & quidem vtroque modo, quo interpretatur hæc dictio, tamen Spiritusſanctus, non autem Dei filius, communiter intelligitur (vt frequentiſſime in officijs Eccleſiaſticis patet) hoc nomine, paraclitus. Ratio huius rei eſt, quia appropriationes diuinorum nominũ fiunt ſecundum correſpondentiam quandam ad propria ipſarum perſonarum diuinarum, 1.q.39.artic.7.8. Hoc autem nomen, paraclitus, habet correſpondentiam magis euidentem cũ proprio Spiritusſancti, quam cum proprio filij. Nam vniuerſaliter magis notum eſt, quod aduocare pro nobis, & cõſolari nos ſit maximũ donum ex amore diuino gratis procedens, quam quod ſit ſapientia ſecundum imaginem diuinam pro nobis effuſa. Porro donum, & amor ſunt propria nomina Spiritusſancti, 1.q.37.art.1. & q.38.art.2. ſapiẽtia autem genita, ideſt verbum, & imago ſunt propria filij, 1.q.34. art.2. & q.35.art.2.

Dixit denique concluſio hanc extremã particulam, ſcilicet vt Spiritusſanctus detur nobis: & accipiatur à nobis. Nõ enim ſufficit efficaciter ad ſalutem noſtram, quod Deus det nobis Spiritumſanctum, niſi etiam ſimul det nobis vigorem efficacem ad ſuſcipiendum actualiter ipſum. Nam Deus, quantum eſt ex ſe, dat multis Spiritũſanctum [illuminat quippe omnem hominẽ venientem in hunc mundum Ioan.1.] ſed non omnes ipſum eis datum recipiunt, quia peccatis eorum ſic exigẽtibus in pœnam non habent vigorem ad recipiendũ illũ. Quia igit. Apoſtoli datũ eis paraclitũ actualiter per ſuũ liberum arbitriũ ſuſceperunt, oportet ſic exponere tex. Rogabo patrem .ſ. vt & alium paraclitũ det vobis, & ad recipiendum ipſum paraclitũ det efficacem vigorem vobis, tunc Pater aliũ paraclitũ dabit vobis, ita .ſ. vt ſimul faciat vos recipere illũ. Ratio fundamentalis huius expoſitionis eſt, quia homo ex ſe non poteſt recipere donum quodcunq; ſibi datũ à Deo, niſi etiam ſibi donetur ab ipſo, vt poſſit recipere, & de facto recipiat,

De⁹ eſt tota ſalus noſtra .ſ. dat hoibus & accipit dona in hoibus.

illud donum. Vnde ad hoc denotandũ, dixit Pſ.67. Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatẽ, accepiſti dona in hoibus. Ecce. Qui aſcendit in altum, cepit captiuitatẽ dedit dona hominibus Epheſ.4. Vnus ergo & idẽ Deus eſt, qui dat hominibus, & qui accipit dona in hominibus. Quomodo? in ſe conſideratus Deus dat dona hominibus, ipſemet in nobis quaſi transformatus, inquantum .ſ. in noſtro libero arbitrio operans facit hoc libere acceptare illa, accipit dona in hominibus. Quis ergo accipit dona? Deus, & homines, ſed homines in ſeipſis, non tamen ex ſeipſis, ſed ex ſingulari dono Dei: Deus aũt ex ſeipſo .i. nõ aliunde motus, non tñ in ſeipſo, ſed in hoibus. Recipiũt ergo dona hoies, ſed nõ de ſuo. Quare? Quia verũ ſemper fuit, eſt, & erit [Velint, nolint, ſuperbi Pelagiani] illud aureum Concilij Arauſicani dictũ Cano.22. Nemo habet de ſuo, niſi mẽdaciũ, & peccatum. Hæc ibi. Cõſentire Deo vocanti per viam amoris .ſ. per beneficia ſua, eſt nrũm, ſed nõ de nro. Acceptare dona eſt noſtrũ, bñ cogitare, bñ loq, bñ operari, eſt noſtrũ, ſed nihil horũ eſt de nro.

Contra ſuꝑbos quoſcunque radicitus extirpandos.

SECVNDA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Spiritusſanctus procedit à patre & filio, demõſtratur ab Euangeliſta ex tex. Paraclitus aũt Spiritusſanctus, quẽ mittet pr in nõie meo. &c. Vbi nota, quod poſtquã dixit paraclitus, ſubiungit Spiritusſanctus, quia ſup. eod. ca. dicendo, Aliũ paraclitũ, cõnotauerat ſe etiam eſſe paraclitũ, iuxta nois interpretationẽ. Et ideo nũc, ad dñam ſui, vt .ſ. poſſint Apoſtoli diſtincte intelligere de quo paraclito loquatur, addit, Spũſſanctus. Quod igitur Spũſſanctus procedat à pre, & filio, patet ex eo, quod pr ipſum mittit in noie filij. Nã in propoſito illo, prem mittere in nõie filij Spiritũſanctũ, idẽ eſt, quod filiũ ſimul cũ patre mittere Spiritũſanctũ: Sic.n. hoc declarauit Xps per illa verba, c.15. Quẽ ego mittam vobis à patre. In diuinis naque mitti, importat originẽ à perſona mittente, 1.q.43. ar.4.) vñ pr nõ põt conuenire mitti, vt ofñ ibid. qa pater a nullo eſt:) & ideo nõ poſſet dici Spũſſanctus mitti à filio, niſi originẽ hret ab ipſo. Originẽ, inquã, non generationis, cum hæc ſoli filio cõueniat, ſed ſpirationis, 1 quæſt. 27. art.2.3. Sicut ergo

Mitti, importat duo .ſ. æternam originẽ, & tẽporalem dationem.

pater ideo dicitur mittere Spiritumſanctum, quia ſpirat ęternaliter ipſum, quem poſtea dat temporaliter hominibus (nam in nomine Miſſionis, includũtur iſta duo, 1.q.43.art.1.2.) ita filius dicitur mittere Spiritumſanctum, quia ſpirat æternaliter ipſum, quem poſtea dat temporaliter hominibus. Et quia nec pater ſine filio, nec filius ſine patre, ſpirat, ſed ambo ſimul, vnicaque ſpiratione ſpirant illum, ideo, cum de miſſione Spiritusſancti à patre fit ſermo, memoratur etiam filius, vt in tex. Quæ mittet pater in nomine meo, & ſimiliter, cum de miſſione Spiritusſancti á filio loquitur ſcriptura, commemorationem patris facit, vt patet in tex. Quẽ ego mittã vobis á patre. Quia vero filius hoc, quod ſpiret Spiritumſanctum, habet à patre, à quo & eſſentiam habuit, non autem habet pater à filio virtutem hanc ſpiratiuam, ſicut nec eſſentiam, ideo filius de ſe, vt ſpirante, loquens idipſum connotando inquit; Quem ego mittam vobis à patre, & nunquam de patre, vt ſpirante loquẽs dicit; Quem mittet pater à me. Sunt itaque duo ſpirantes, quia ſunt duæ perſonæ, pater & filius, quamuis ſint tantum vnus ſpirator, quia vnius eiuſdemque eſſentię ſunt, ac per hoc vnica tantum ſpiratione ſpirant, quapropter vnum ſolummodo Spiritusſancti principium ſunt. Nomina ſiquidem adiectiua, cuiuſmodi eſt ſpirans, habent numerum ſecundum perſonas, nomina autem ſubſtantiua, vt ſpirator, habent numerum ſecundum formã ſignificatam, ideſt eſſentiam, 1.q.36.ar.4. nomina quoque neutri generis, vt principium, referũt eſſentiam, 1.q.31.art.2. licet maſculini, vel fœminini, referant perſonas. Cæterum, ſi ampliorem notitiam de hoc, quod Spiritusſanctus procedat ab vtroque habere deſideras, vide Sanctum Doctorem, & catholicæ veritatis ſemper integerrimum propugnatorem, & contrariæ falſitatis validiſſimum expugnatorem, 1.q.36.art.2.

SPIRITVSSANCTVS (inquit) quem mittet, & cætera. Hoc nomen, Spiritusſanctus, eſt compoſitum ex duabus dictionibus, ſcilicet Spiritus, & ſanctus. Accommodatum autem à ſacris literis vbique hoc nomen eſt ad ſignificandum tertiam in ſumma Trinitate perſonam. Ratio vero accommodationis huius eſt, vt vel ſic, ideſt vt ſaltem per talis nominis conſiderationem, veniamus in cognitionem, quod illa tertia perſona eſt tã quam incorporeus flatus mundus ab omni impuritate, ideſt flatus totaliter mundiſſimus. Tantoque magis illa ratio accõmodationis apparet verior, quanto de Christo dante Spiritumſanctum Apoſtolis dicitur Ioan.20. Inſufflauit. Vnde per hanc ſuam actionem ſignificat Chriſtus, quod illa tertia eſt veluti flatus, inquantum ſcilicet ſicut intelligi non poteſt, q flatus (ſiue ſit corporeus, ſiue icorporeus) non ſit ab alio, ita infallibiter pro re certiſſima tenendum ſit, quod illa tertia perſona eſt ab alio. Quis autem ſit iſte alius patet ibi, quod eſt filius, qui inſufflat, & per hoc, quod eſt etiam pater. Regula enim in ſacra Theologia eſt, quod quicquid de vna perſona diuina dicitur, oporteret intelligi quoque dictum eſſe de alia, etiã ſi dictio excluſiua apponeretur, niſi in his ſolum, in quibus perſonæ diuinę ſecundum oppoſitas relationes diſtinguuntur, 1.q.36.art.2.ad primum. Hęc autem regula ideo neceſſaria omnino eſt, quia omnes tres perſonę ſunt vnius numero eſſentię, 1.q.39.art.1. vnde ſi regula illa tolleretur, ſequeretur de neceſſitate negatio huius articuli fidei, ſcilicet, quod pater, & filius, & Spiritusſanctus ſint vnus Deus. i. eiuſdem penitus eſſentię. Hinc fit, quod negans pertinaciter illam regulam, eſſet hæreticus. Ex nominis ergo propria ſignificatione, cum ſecundum grammaticam hoc nomen ſpiritus, ſignificet flatum, conſtat, quod tertia perſona recte vocata eſt ſpiritus, vt ex nomine etiã pateat, ipſam procedere ab alijs. Additur autem, Sanctus, quod proprie conuenit Deo (iuxta illud Eccleſiæ, Tu ſolus ſanctus:) vt hinc agnoſcamus, q iſte flatus eſt incorporeus mundiſſimuſque ab omni impuritate, & (ut ſemel dicam) Deus. Vt vno verbo, & præmiſſis concludentes dicamus. Quid eſt Spiritusſanctus? Eſt Deus per modum amoris à patre filioque ſpiratus.

Regula ex ſcripturis ſanctis collecta, quæ valde neceſſaria eſt.

Paraclitus (inquit) Spiritusſanctus &c. Quod ſit paraclitus, per experientiam patet, quando conſolatur nos. Primo quantum ad triſtitias de turbationibus huius mundi, iuxta illud 2. Cor. 7. foris pugnæ,

Primo.

intus

intus timores. [Ecce mundi turbatio,] & 2.Cor.1. Qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. [Ecce à ſpiritu conſolatio.] Hanc autem cõſolationem infundit nobis Spiritusſanctus inquantũ eſt amor. Tam feruenter ſiquidem amare nos Deũ eumque pro magno habere, facit, vt propter Deum ipſum contumelias &c. alacriter ſuſtineamus, iuxta illud Actu 5. Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati, & illud Ro.5. Gloriamur in tribulationibus. Secundo, conſolatur nos contra triſtitias de peccatis præteritis, ne deſperemus. Hoc autem facit inquantum dat ſpem veniæ: ſuggerendo nobis illud à Chriſto de peccatoribus pœnitentibus dictum Matth.5. Beati, qui lugent. Dicitur item, ſpiritus, quia mouet corda noſtra ad obediendum Deo iuxta illud Rom.8. Quicũque ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Demque, Sanctus, dicitur, quia conſecrat nos Deo. [Nã omnia Deo conſecrata dicuntur ſancta.] Porro ad hũc Spiritusſãcti effectũ, conſecrationem videlicet, denotandum, legimus 1.Cor.6. An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritusſancti, & non eſtis ueſtri? & Pſal. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Per impetum enim fluminis, tanquam ab exẽplo nobis manifeſto, deſcribitur Spirituſ ſanctus. Vnde & fluuio uiolento aſſimilatur, Iſa. quinquageſimonono. Cum uenerit, quaſi fluuius violentus, quem ſpiritus Domini cogit.

Secundo.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Spiritusſãctus à patre, filioq; tanquam ab vno ſpirationis principio, & unica ſpiratione, æternaliter procedit: uide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis, &cæt. definitum eſſe; in Elucidationibus, pri. par. articulorum numero 195.197. Quod Spiritusſanctus eſt Deus perfectus, conſubſtantialis patri: vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. articulorũ numero 194.202. 226. 221. 216. Quod Spiritusſanctus eſt tertia in Trinitate perſona, vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. articulorum numero 194. Quod oratio Chriſti proficit ad noſtram ſalutem, & ideo ad receptionem Spiritusſancti, &cæt. vide in Elucid. 3. de Sal.q.11.artic.13.4. Quod diſpoſitio noſtra requiritur ad hoc, vt Dei dona gratiæ iuſtificantis ſuſcipiamus, vide ex ſacroſanctis ſcripturis &cæt. in Elucidationibus, 1.2 quæſt.112 artic.2.3. & maxime ad Euchariſtiam digne ſumendam, ne nouum peccatum ex indigna ſumptione incurramus, præparatio noſtra requiritur (contra Lutherum &c.) uide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus, 3. de Sacram. articulorum numero 156.162. & 3. de Sacram. Additiõ. articulorum numero 16. 149. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem Geneſ.49 concl. 2. & Leuit.7. concluſ.4. & cap.2. concluſ.7. & cap.12. concl 2. & Numer.8. conclu. 8. & cap.9. conclu.2.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. XIIII.

POTENTIA eſt appropriatum patris, non autem proprium, item ſapiẽtia eſt appropriatum filij, non autem proprium, item benignitas eſt appropriatũ Spiritusſancti, non autem proprium (cõtra hæreſim Petri Abailardi:) cuius filij natura humana, quamuis ab eo in unione perſonali aſſumpta ſit, non eſt tamen veraciter Deus naturalis & proprius (contra hæreſim cuiuſdam Auguſtini de Roma Archiepiſcopi Nazareni:) Qui filius, ſecundum naturam humanam paſſus, crucifixus, & mortuus eſt, non pro ulla ſua culpa, ſed pro charitate Dei, & proximi (contra hæreticales blaſphemias impijſſimorum Iudæorum, atque Paganorum.)

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM cõcluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euãgeliſta per tex. Ille uos docebit omnia &c. & tex. Quia vado ad patrẽ, q a pater maior me eſt, & tex. Venit princeps mũdi huius & in &c. vſq; ad. Sic facio. Prima itaque pars de illis tribus appropriatis loquens patet ex eo, q Xps & attribuit Spirituiſã

cto ſapiētiam, qua Apoſtolos docuit omnia, & attribuit ſibimet benignitatem, qua Apoſtolis (iure hæreditario, per teſtamentum) reliquit pacem. Neq; benignitati, vt benignitas eſt, ſed ſapientiæ, vt ſapientia eſt, conuenit propriè, & directe illud dictum in tex. Ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis, neque ſapientiæ, vt ſapientia eſt, ſed benignitati, vt benignitas eſt, conuenit proprie, & directe illud, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Fructus nanque amoris eſt pax, ſicut & ſapientiæ opus eſt docere.

Benignitatis fructus eſt pax, quia benignitas eſt bonus amor.

Ex præmiſſis ergo textibus conſtat, quod Chriſtus alternauit appropriata, hoc eſt, quod ſapientiam, quę appropriatū ſuum eſt, aſcripſit Spirituiſancto, & benignitatem, quæ Spiritusſancti appropriatū eſt, aſcripſit ſibimetipſi. Manifeſtum autem eſt, quod hoc non feciſſet: ſi illa duo eſſent propria: quoniam hoc eſſet confundere perſonas diuinas ad inuicem, eo quod propria perſonarum ſolis illis perſonis conueniunt, quarum propria ſunt (vt patet de hoc nomine, Pater, 1 q. 33. ar. 2. & verbum, q. 34. ar. 2. & imago, q. 35. ar. 2. & Spiritusſanctus, q. 36. ar. 1. & amor, q. 37. ar. 1. & donum, q 38. ar. 2.) Chriſtus ergo per hoc, quod alternauit illa appropriata, manifeſtauit, quod illa, & à ſimili omnia alia appropriata (quæ multa ſunt, 1. q. 39. ar. 8. non ſunt propria.

PRO notitia terminorum concluſionis aduerte, quod appropriata ſunt prædicata eſſentialia, quæ attribuūtur perſonis diuinis. Hoc autem fit, vt poſſimus venire in cognitionem perſonarum aliqualiter, ideſt per viam, vel ſimilitudinis, vel diſſimilitudinis. Per viam ſimilitudinis, ſicut quando ea, quæ pertinent ad intellectum (vt ſermo, ſapiētia, doctrina &c.) appropriantur filio: qui procedit per modum intellectus, vt verbum, 1. q. 27. artic. ſecundo. Per viam diſſimilitudinis: ſicut quando potentia appropriatur patri, quia apud nos ſolent patres eſſe propter ſenectutem infirmi, ne tale aliquid ſuſpicemur in Deo. Quid igitur eſt appropriatio? Eſt manifeſtatio diuinarum perſonarum per eſſentialia attributa; vel ratione ſimilitudinis, vel ratione diſſimilitudinis. Hinc ergo patet, quod merito

Appropriatio quid ſit: omnis ignorātia parturiuit hæreſim.

uocata eſt hæreſis poſitio dicens, appropriata eſſe propria: quoniam eſſentialia prædicata eſſe omnibus perſonis communia (ſicut & eſſentia, prima quæſt. 39. articulo ſecundo,) eſt fidei catholicæ dogma. Proinde concluſio dicit, quod potentia eſt appropriatum patris, ſapientia filij, bonitas Spiritusſancti. Vbi ſciendum eſt, quod appropriatio hæc eſt Beati Auguſtini, lib. de doctrina Chriſtiana, & fit ſecundum rationem ſimilitudinis, ſi conſideretur quid eſt in diuinis perſonis, & ſecundum rationem diſſimilitudinis, ſi conſideretur quid eſt in creaturis. Potentia enim habet rationem principij. Vnde habet ſimilitudinem cum proprio patris cęleſtis, quod eſt eſſe principium totius diuinitatis, prima quæſtione trigeſimatertia, articulo primo, deficit autem potentia interdum patri terreno propter ſenectutem. Sapientia vero habet ſimilitudinem cum proprio filij cęleſtis, quod eſt verbum, 1. quæſt. 34. ar. 2. quod nihil eſt aliud, quam conceptus ſapientiæ: deficit autem ſapientia interdum filio terreno propter inexperientiā, temporiſque paucitatem. Bonitas denique, ſeu benignitas, cum ſit obiectum amoris, habet ſimilitudinem cum proprio Spiritusſancti, quod eſt amor, 1. q. 37. ar. 1. deficit autem in ſpiritu terreno, immo videtur repugnantiam habere ad ipſum, ſecundū quod importat violentiam quandam, & impulſionem, iuxta illud Iſai. 26. Spiritus robuſtorum, quaſi turbo impellens parietem, cæterum, ſi de appropriatis plura deſideras, vide prima quæſtione, 39. art. 8.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſti natura humana nō eſt Deus naturalis, & proprius, quamuis ab ipſo in vnione perſonali aſſumpta ſit: demonſtratur ex tex. Vado ad patrem, quia pater maior me eſt. Loquitur. n. hoc in loco Dominus de ſe, vt naturam humanam habente: quoniam expreſſe talis ſenſus ad literam ibi patet. Vado (inquit) ad Patrem: quia pater maior me eſt. Hoc eſt. Pater maior me eſt, ſecundum quod vado ad ipſum. Manife-

ſtiſſimum

Digitized by Google

ſtiſſimum porro eſt, quod Chriſtus, ſecundum naturam diuinam nõ ibat ad patrẽ, cum ſic ſemper eſſet in patre, & pater in ipſo, Ioan. 10. Reſtat igitur, quod ſecundum ſolam naturam humanam, cum finita ſit, ibat ad patrem. Tantoq; magis hoc patet: quãto hic directe loquitur de morte ſua, de qua diſcipuli cõtriſtabãtur. Ac ſi diceret. Mors mea eſt via, qua vado nunc ad patrem, obediendo ei: & qua vadam poſtea ad patrem, aſcendendo ſuper oẽs cœlos. Conſtat verò, quod Chriſtus ſecundum naturam diuinam nõ eſt mortuus, 3. de Sal. q. 46. ar. 12. ſed ſecundum humanam. Ipſemet ergo textus fert ſecum declarationem, quo ſenſu intelligendum ſit, Pater maior me eſt: dum hoc aſſumitur pro ratione itineris ad patrem, dicendo, Vado ad patrem, quia &c. clarè etenim per hoc oſtẽditur, quod pater nõ dicitur eſſe Chriſto maior, niſi ſecundũ illam rationem, qua vadit ad ipſum. Ratio autem, qua vadit ad ipſum, fundatur in habere naturam à patre diſtantem (vt ex terminis patet:) id quod non, niſi de natura humana intelligi poteſt. Vnde maxima cęcitas mentis eſt, non videre tã apertum ſenſum in verbis illis ad inuicem, et per coniunctionem, Quia, colligatis, & (quod peius eſt) fingere videre ibi ſenſum totaliter à textura ipſa alienum, ſ. de natura diuina omnino indiſtante, à patre, omninoque impaſſibili, incrucifigibili, & immortali. Sed cęcorũ dux Arrius quid veri videat, & quid falſi pro vero videre non fingat?

Vado ad &c. Quia &c.

Hæreticorum eſt, et non videre verũ, & à vero falſũ ſibi fingere.

EX ſic declarato (vt oportebat) ſenſu textuali cõſtat, quod falſum eſt, naturam humanam eſſe mutatam in diuinam poſt vnionem incarnationis (contra quoſdã.) Nam ſi in diuinam eſſet mutata: tunc pater non eſſet maior Chriſto, ſecundũ naturam humanam ſumpto; ſicut nec ſecundum diuinam, & ſic nullo modo verificaretur, ſed redderetur falſum, illud tex. Pater maior me eſt. Cum igitur illa eorum poſitio tollat veritatem Euangelij, falſitatemque in ipſum inducat, ab Eccleſia catholica merito pro hæreſi damnata eſt, & poſitionis eiuſdem patroni pro hæreticis. Quapropter & ab eadem Eccleſia pro dogmate fidei catholicæ merito (cum in præſenti tex. Euangelico fundetur) definitum eſt contrarium, ſcilicet, quod natura humana, & natura diuina poſt vnionem in perſona filij Dei remanſerunt impermixtæ, & in ſuis vtriuſq; proprietatibus diſtinctæ, non confuſionem paſſæ, neque vllam diuiſionem, ſeu alterationem.

Neq; coniunctionẽ, neque conuerſionẽ, nec vllam alterationem paſſę ſunt natura &c.

EX qua veritate fidei per Euangeliũ definita ſequitur vlterius, quod diuina natura, dum humana pateretur, & crucifigeretur, & moreretur, non eſt paſſa, neque crucifixa, neque mortua (contra quoſdã hæreticos:) quoniam vnaquæque illarum naturarum in ſuis naturalibus conditionibus inuiolabiliter commune permanſit. *Secundo.*

Vlterius ex tex. Vado ad patrem, quia pater maior me eſt, patet (contra Sabellianos:) quod filius non eſt perſona patris. Quomodo enim filius realiter iret ad patrem aut quomodo pater eſſet maior filio, ſi perſonaliter non diſtinguerẽtur pater, & filius? *Tertio.*

Vlterius quia ad literam exponendus eſt tex. Vado. ſ. per paſſionem, & mortem, ideo patet (contra Patripaſſianos:) quod pater, dum filius patiebatur, & cætera, non eſt paſſus, nec crucifixus, aut mortuus. *Quarto.*

Cæterum, quomodo propter vnionem naturarum in eadem verbi perſona ſint, vel non ſint, communicanda idiomata ad inuicem, vide tertio, de Sal. quæſtione decimaſexta, articulis omnibus, ſpeciatimque articulo quarto, & quinto. *Quinto.*

ET NVNC DIXI Vobis, &c.

QVOD diſcipulis dixerat verbis Dominus, idipſum ſe eis oſtenſurum factis, promittit, & hoc, ut credãt. Nunc (inquit) dixi vobis. Quid dixit nunc illis? Vado ad patrem, quia pater maior me eſt. Prius (inquit) quam fiat. Ergo fiendũ eſt, non quod pater ſit Chriſto maior, quoniam hoc ab inſtanti conceptionis ſuæ factum fuit, & ex tunc ſemper uerum permanſit, ſed fiendũ eſt, & quod ipſe vadat actualiter ad patrẽ, tanquam ad maiorem, & quod diſcipuli actualiter uideant, ipſum euntem ad patrem, tanquam ad maiorem. Niſi enim hoc totum diſcipuli eſſent uiſuri, non eſſet, quod Dominus ſubiungeret in

Christo, et ſine miraculis, tenebantur homines credere.

tex. vt cum factum fuerit, credatis Sic nã que intelligi: vt cum factum, vobis corporaliter videntibus, fuerit, credatis. Ac ſi dixerit eis. Ex his, quæ nunc de me prænuncio, per experientiam poſtea uiſis, venietis in cognitionem firmam, quod meis verbis, quandocunque loquor debetis adhibere certam fidem. Vbi vniuerſaliter, tanquam à ſimili, oſtendit implicite Dominus, quod ſibi ipſi, etiam ſine miraculorum teſtimonio, loquenti deberent homines firmiter credere. (Quanto ergo magis cum atteſtatione ſignorũ?) Et hoc eſt illud, quod in quolibetis D. Thomas dicit, quolib. 2. art. 6. Homo tenetur credere ſecundum hoc, quod adiuuatur à Deo ad credendum. Adiuuatur autem à Deo, aliquis ad credendum, tripliciter. Primo per interiorem uocationem. Secundo per doctrinam, & prædicationem exteriorẽ. Tertio per exteriora miracula. Si autem Chriſtus viſibilia miracula non feciſset, adhuc remanebant alij modi attrahendi homines ad fidẽ, quibus homines acquieſcere tenerentur. Tenebantur enim homines credere authori legis, & prophetarũ. Tenebãtur etiam, interiori vocationi nõ reſiſtere, ſicut Iſaias de ſe dicit, cap. 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autẽ non contradico, retrorſum non abij. Chriſtus poterat oſtendere, ſe eſſe legiſlatorem, non ſolum faciendo viſibilia miracula, ſed etiam per authoritatem ſcripturæ, & per interiorem inſtinctum. Interior inſtinctus, quo Chriſtus poterat ſe manifeſtare ſine miraculis exterioribus, pertinet ad virtutem primæ veritatis, quæ hominem interius illuminat, & docet. Ad illud Ioan. 15. Si opera feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum (ſcilicet infidelitatis) non haberent, dicendum, quod inter illa opera, quæ Chriſtus in hominibus fecit, annumerari debet vocatio interior, qua quoſdam attraxit (ſicut Gregorius dicit in quadam homil. quod Chriſtus per miſericordiam Magdalenam traxit interius, qui eam per manſuetudinem ſuſcepit foris:) annumerari etiam debet eius doctrina, cum ipſe dicat: Si nõ ueniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent. Hæc ibi.

Vt (inquit) cum factum fuerit, credatis. Dixerat Dominus, ſe iturum ad patrem: & hoc redundare in diſcipulorum utilitatem, nunc oſtendit, ac ſi vtrumque complectendo, dicat. Meum ire ad patrem eſt vobis vtile ad fidem. Ratio huius eſt, quia quæ prius, quam fiant, prædicuntur, ipſa, cum facta fuerint, authoritatem fidei ei, qui illa prædixit, conciliant. Non autem dicit tex vt credatis hoc, vel illud, ſed abſolute dicit, credatis, vt intelligamus, quod loquitur de credere vniuerſa, quæ aliàs ẽt dixit eis. Ita quod totus ſẽſus eſt. Dixi vobis, meum ire ad patrem, priuſquam fiat, vt, cum ire meum ad patrem factum fuerit, ſcilicet vobis videntibus, credatis vniuerſa, quæ dixi. Porro ipſum viderunt diſcipuli (vt hic ſupponitur) euntem ad patrem in die aſcenſionis eius in cœlum, vt clare habetur Actu 1. Sed, cum fides ſit de non viſis, 2. 2. q. 1. art. 4. merito inquirit B. Aug ſibi poſtea reſpondens, & ait. Quid eſt hoc, cum magis credere homo debeat antequam fiat, id, quod credendum eſt? Hęc eſt enim laus fidei, ſi, quod creditur, non videtur. Nam & ille, cui dictum eſt, Quia vidiſti credidiſti, aliud vidit, aliud credidit, uidit hominem, credidit Deum. Sed, ſi dicuntur credi, quæ uidentur (ſicut dicit vnuſquiſque oculis ſuis ſe crediſſe) non tamen ipſa eſt, quæ in nobis ædificatur fides, ſed ex rebus, quæ videtur, acquiritur in nobis, vt ea credantur, quę nõ videntur. Illud itaque dicit, cum factum fuerit, quod eum poſt mortem viſuri erãt viuentem, & ad patrem aſcendentẽ, quo viſo fuerãt credituri, quod ipſe eſset Chriſtus filius Dei, quia hoc potuit facere, & prædicere, antequam faceret. Credituri autem hoc non fide noua, ſed aucta, aut certe, cum mortuus eſset, defecta, & cum reſurrexiſset, refecta. Hæc ille, ſuper Ioã.

Ex viſis venimus in cognitionẽ credendorum.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus ſecundũ naturam humanam paſsus, crucifixus, & mortuus eſt, non pro ulla ſua culpa, ſed pro charitate Dei, & proximi, demõſtrat ab Euangeliſta ex tex. Venit princeps mũdi huius, & in me non habet quicquã, ſed vt cognoſcat mundus, quia diligo patrẽ, & ſicut mãdatum dedit mihi pater, ſic facio. Ad literam .n. planam loquitur Dñs

de

Digitized by Google

de paſſione ſua iam imminenti, ad quod ſignificandum dicit in tex. Iam non multa loquar vobiſcum [quoniã, vt ait Beda, iam inſtabat tempus, vt comprehenderetur, & ad mortem duceretur,] & in ſequẽti tex. Surgite, eam⁹ hinc [.ſ. ad illũ locũ, vt inquit B. Aug. vnde fuerat tradendus ad mortem.] Inſtante igitur paſſione ſua dignatus eſt Dominus oſtendere & negatiuam .ſ. quod ex culpa ſua [quippe qui nullam habebat, teſtãtibus omnibus ſcripturis] non patiebatur, & affirmatiuam, ſcilicet quod ex charitate Dei, ac proximi patiebatur. Quantum ergo ad negatiuam dicit; Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Vbi dicit B. Augu. Quis, niſi diabolus? Non autem creaturarum, ſed peccatorum, princeps eſt diabolus. Vnde Apoſtolus cum dixiſſet, Aduerſus rectores mũdi, ſequenti verbo expoſuit, quid dixiſſet, mundi: cũ ſubiungit, tenebrarum harum .i. hominũ impiorum. Et in me non habet quicquam. Quia neque cum peccato Deus venerat, nec eius carnem de peccati propagine virgo pepererat. Et tanquam ei diceretur cur ergo morieris, ſi non habes peccatũ, cui debetur mortis ſupplicium? continuo ſubiungit, ſed, vt cognoſcat mundus, quia diligo patrem. Et ſicut mandatum dedit mihi pater ſic facio, ſurgite, eamus hinc. Diſcumbens enim diſcumbentibus loquebatur. Eamus autem dixit ad illum locũ. vnde fuerat tradendus ad mortẽ, qui nullum habebat meritum mortis, ſed habebat, vt moreretur, mandatum patris. Hæc ille, ſuper Ioan. Ex eo igitur, quod princeps mundi & venit, ſcilicet ad inquirendum diligenter, ſi aliquid de ſuo inueniret in Chriſto, & poſt diligentem inquiſitionem inuenit ſe non habere quicquam de ſuo in ipſo, patet manifeſte, quod nulla culpa erat in Chriſto, & propterea, ꝙ innocenter paſſus eſt Chriſtus. Supponit enim hanc veritatem Chriſtus in iſto tex. Venit princeps mundi huius, quod hic princeps tum ex naturali perſpicacitate intellectus ſui, tum ex inuidia maxima contra ipſum [ſanctiores enim diabolus inuidia maiore inſectatur] per diligentiſſimam inquiſitionem, quam ad hoc fecit, inueniſſet peccatum, etiam minimum & minus minimo, ſi affuiſſet, in Chriſto ipſo. Hinc namque poſtea fit, quod per hoc ſolum tex. In me non habet, ideſt, ſe non habere quicquam cognoſcit concludatur ſecuriſſime, quod in Chriſto culpa nulla fuit. Non tantum enim exponi poteſt tex. In me non habet, ſcilicet re vera, quicquam, ſed etiam ſic, in me quicquam non habet, ſcilicet ſua cauſa, licet diligentiſſima inquiſitione teſtante. Vt ſic magis eluceſcat innocentia Chriſti crucifixi, dũ non ſolum ab ipſa rei veritate, ſed etiam ab inimiciſſimo Chriſti diabolo, quãuis nolente, habet teſtimonium. Ex duplici igitur, per anthonomaſiam maximo, præmiſſo teſtimonio patet, & quod Chriſtus pro nulla ſua culpa eſt quicquam paſſus (quod erat in concluſione probandũ,) & quomodo intelligendus ſit ibi Apoſtolus 2. Cor. 6. Quæ conuentio Chriſti ad Belial? Exponens tu, reſponde. Nulla. Et hoc tum ex ipſius rei veritatis, tum ex ipſius Belial, ideſt diaboli, quamquam nolentis teſtimonio. Vnde hæc validiſſima duo teſtimonia habeo hoc ipſum manifeſtantia? Ex illo Euangelij, ſupra declarato, tex. venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

Innocẽtia Christi & à rei veritate, & à diabolo nolente, teſtimoniũ habet.

QVARE NVNC DIABOLVS vocetur princeps.

PRINCEPS ſicut de latrone excellente, dicimus non ſimpliciter, latro, ſed cum notabili adiectione, bonus vel optimus latro, ita de principe iſto, vt per excellentiam tyrannidis ſuæ intelligatur apponitur articulus in Græco tex. Ille princeps, mun. hu. Articulus namq; Græcus ſemper quiddam notabile, vel in bonum, vel in malum deſignat in eo, cui apponitur. Ex adiectione ergo articuli oportet intelligere, ꝙ non de aliquo homine principe, ſed de illo tam in malitijs quibuſcunque ad quomodocunque expilandum ſuos ſubditos, famoſo principe, ſcilicet diabolo, loquitur Dominus. Nec vocatur princeps hoc in loco ſolum, quia principabatur per idolatriam in mundo, ſed etiam, & ſpecialiter in propoſito, quia veniebat vt princeps, ad præliandum contra Chriſtum, atque (ſi fieri poſset) ad debellandum, ſeu expugnandum ipſum. Cum igitur hic formaliter de prin-

Articuli Græci ſignificatio.

cipe loquatur Dominus oportet nos & intelligere, & exponere, formaliter omnia principis huius ad paſſionem Domini pertinētia. Dicit ergo: Venit princeps &cæt. Quid eſt iuxta intentionem textus diabolum veniſſe vt principem, ad aggrediendum Chriſtum tempore paſſionis eius? Eſt ipſum & animo non uili, ſeu paruo, ſed animo principis, ideſt maxime de victoria confidente, & caterua militum non vulgata, nec mediocri, ſed tali, ac tanta, qualis, ac quanta magnum principem mundi decet, & multitudine magnitudine, varietateque armorum pro bello fœliciter gerendo neceſſariorum alii principis maieſtatem conuenienter ſpectatoribus repræſentante. Venit igitur tunc aduerſus Chriſtum diabolus ſuperbiam maximam vndique, ideſt ex illo triplici capite ſpirans, elato videlicet animo ſibiipſi certiſſimam victoriam promittens, omni totius inferni diabolorum caterua innumerabili vallatus, inſidiarum, armorum, omniſque generis tormentorum excogitatione munitus. Non igitur, ſecundum textualem ſenſum, ad congrediendum aduerſus Dominum uenit diabolus, vt diabolus, ideſt vt criminator tantum; neque ut Satanas, ideſt aduerſarius, tantum, ſed vt in genere tum criminandi, tum aduerſandi, magnus princeps. Maius ergo prælium fuiſſe hoc, quam olim in deſerto Matth. 4. inſinuauit textus, dum ibi tentatorem Chriſti introducit, ut diabolum, & ut Satanam (ſecundum quod patet legenti literam Matth. 4.) hic uero eum introducit vt magnum principem: Venit, inquit, princeps mundi huius. Hoc eſt. Totum ſuum conatum, quantaſquantas habuit appoſuit uires, nihil non in uniuerſo regno ſuo tum mundi huius, tum tartarearum legionum inferius, commouit, concitauit, coaccendendo inflammauit, cōtra Chriſtum. Non mirum igitur, quin etiam prædictæ ueritatis de principe diabolo teſtimonium eſt, quod Beatus Thomas dixerit Chriſtum ſuſtinuiſſe omnis generis paſſiones, eiuſque dolores fuiſſe quorumcunque huius uitæ dolorum maximos, & ratione tum loci, tum temporis, tum aſſociationis latronum, tum crucifixionis, tum &c. inter omnes ignominias mortem eius tenuiſſe primatum, 3. de Sal. quæſtione quadrageſimaſexta, artic. quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, nono, decimo, undecimo, & quæſt. 50. art. 6. Quare non mirum de his talibus, tantiſque in Chriſtum vnitim conflatis tormentis, ac paſſionibus? Quia à principe huius mundi, qui ut princeps agebat, & ut princeps agere permittebatur, uniuerſa eiuſcemodi excogitata, atque punctualiter diligentiſſime contra CHRISTUM actitata fuerunt. [Vt textus inſinuat.]

Quid ſit diabolum fuiſſe præliatum, ut principē.

VENIT (inquit) PRINCEPS M. h. Mirabitur aliquis de taciturnitate Domini: cur ſcilicet hic, dum tractat de paſſionem ſibiipſi procurantibus, taceat de Iudęis; quos tam acerbiſſimos nouerat eſſe ſuos inimicos: & ſolum de principe huius mundi faciat mentionem. Ergo tota culpa (inferet ille) quæ debetur perſecutoribus Chriſti, uidetur ſecundū textum, attribuenda principi huius mundi, & conſequenter nulla Iudæis. Cuius admirationi, & illationi, reſpondendū eſt, quod inimicitia quidem Iudæorum aduerſus Chriſtum ſecundum ſe conſiderata fuit maxima (ut per Euangelia patet,) ſed comparatiue ad inimicitiam diaboli contra eundem cōſiderata, aut nihil, aut certe parua eſt. Sicut enim non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei, ſcilicet diabolo Iob. 41. ita non eſt inimicitia ſuper terram, quæ comparetur ei: maxime cum totus ſecundum totum feratur in malum, quo fertur. [Sicut & de bonis Angelis in bonum. 1. q. 62. art. 6. & q. 65. art. 2. Dominus ergo, qui inimicitiam Iudæorum ſecundum ſeipſam conſiderans adduxit aliquando in medium (ut patet Matth. 16. Multa pati a ſenioribus, & Scribis, & principibus Sacerdotū, & occidi.] nunc comparatiue eam ad illam diaboli conſiderans, ea tacita, diabolicam ſolam adducit in medium. Hunc autem ſenſum præſentis textus vt melius intelligas, dicamus ſub exemplo illud Epheſ. ſexto. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem; ſed aduerſus principes, & poteſtates tenebrarum harum, & cætera. Ecce. Comparatiue luctam carnis ad luctam diaboli conſiderando Apoſtolus quaſi nō uidens illā carnis, eā nobis

Maior ferè incomparabiliter eſt pugna cum diabolo, quam cum alijs inimicis.

bis tantum commemorat, quæ á diabolo eſt. Qui tamen abſolute luctam carnis attendens non dixit (vt ibi) non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed dixit Galat. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnẽ. Quare ergo hanc colluctationem, quaſi nullã, reputauit Eph. 6. Vt per hoc oſtenderet: ꝙ ipſa comparata ad luctam cum diabolo, quaſi nihil eſt. Hæc omnia, pro illa illius admiratione tollenda, dicta ſint. Nunc ad illam, quam ipſe inferebat concluſionem: Ergo tota culpa &c. Reſpondeo. Dicendum, quod illud, quod ab eo concluditur, eſſet verum: niſi etiam Iudæi ipſi in perſecutionem Chriſti voluntarie conſenſiſſent. Nunc igitur, quia diabolo ipſos ad hoc inſtiganti cõſenſerũt, & diabolo in culpam, ac pœnam illa perſecutio [ſicut etiam omnia alia mala, quæ aliquando ſuaſerit, 1. q. 63. ar. 2. Veritates aureæ ſuper legem veterem, Geneſ. 3. concluſ. 17.] computatur, & Iudæis ſimiliter, in vtranque. Ex textu. n. dicente, Venit Princeps mundi, conſtat, quod impetus, furorq; tam multiplex perſecutorum viſibilium Chriſti non fuit humanarum tantum paſſionum i. affectionum malarum, ſed diaboli præcipue pugna fuit, non vt diaboli ſolum, ſed vt principis tanquam in hoc duelli congreſſu ageretur de principatu, & vere ſic erat: iuxta illud Ioan. 12. Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. i. priuabitur ſuo principatu. Quando, & quomodo? Nunc. i. mediante paſſione mea, iam de propinquo imminenſe. Vide ſupra, ibi.

IN ME NON HABET Quicquam.

ECCE formaliter negatiua, quæ ſupra dicebatur eſſe de illis duob: primum, cuius negatiuæ nominatiuus fuit prædictus, ſcilicet princeps mundi huius veniens. Quicquam (inquit) non habet in me. Ad differentiam permiſſę diabolo in Chriſtum poteſtatis dicit in tex. Nõ habet quicquam. Ideo enim non dixit, In me non poteſt quicquam: quia ſciebat, ſe Deum dediſſe diabolo licentiam faciendi contra ſe hominem non ſolum quicq̃, ſed etiam omnia pęnalia quæcunque voluiſſet. Potuit igitur multum diabolus cõtra Chriſtum, quia exercendi furoris ſui in illum obtinuit facultatem ab ipſo, nõ habuit autem quicquam contra Chriſtũ, quia nullũ ius in ipſo habuit. Id. n. quod diabolus habet ius in aliquo, eſt peccatum: iuxta illud 2. Petr. 2. A quo quis ſuperatus eſt, huius ſeruus eſt. Idẽ ergo eſt dicere; In me non habet quicquã, quod eſt dicere; Ego ſum ſine vllo peccato. Et hoc eſt monſtrare radicem primatiam, propter quã diabolus ſuum perdet mundi principatũ. Radix ſiquidem illa fuit: quia auſus eſt ponere manus ſuas in eũ: in quo nullum ius habebat. Sic. n. omnis recta iuſtitia dictat: vt is, qui vſurpat rem alienam, in qua videlicet nullum habet ius, perdat ſuam. Quia igitur Chriſtus, in quem manus inijcere ſatanas præſumpſit, erat pars vniuerſi, cum eſſet homo, ideo iuſtum fuit, quod ſatanas nocendo huic homini contra omnem iuſtitiam, vtpote alieno penitus á iuriſditione ſua, perderet totũ ius illud, quod ſuper alios vniuerſi homines hactenus habuerat. 3. de Sal. q. 48. ar. 4. ad Secundum vide, quomodo iuſtum erat mundũ. i. homines peccatores ſubeſſe poteſtati ſatanę. Rurſum dic. In me non habet quicquam. Hoc eſt. Nihil mei eſt eius [quod & ſatan á veritate coactus aſſerebat dicens Mar. 5. Quid mihi, & tibi IESV fili Dei altiſſimi?] quãuis paſſiones meæ erunt ab eo mihi inflictę. Quinimo non tantum, non ſunt eius pęnalitates meę: ſed etiam contra eum ſunt. Nam ipſę ſunt arma aduerſus diabolum, vt patet ex hoc, quod & redemerunt mundum de manu illius &cęt. 3. de Sal. q. 48. 49. articulis multis, & quotidie ſignum crucis imago etiã &c. Chriſti crucifixi, fugat diabolum.

Quare ſatanas mũdi principatũ perdidit.

Secundo.

HVIC tex. In me non habet quicquam; contrariari videtur illud de Chriſti inimicis, ideoque magis de horum capite diabolo, tertio de Sal. quæſt. octaua, artic. ſeptimo. dictum Pſal. 88. Lætificaſti omnes inimicos eius. Ex eo enim, ꝙ lætificatus eſt diabolus, dum perſequebatur Chriſtum tempore paſſionis, videtur: ꝙ habuerit aliquid in Chriſto, vnde lętaretur. Reſpondetur, & concedendo illud pſalmi intentum, negatur conſequentia;

ſcilicet

Ad Diabolum pertinentia ſunt in duplici differentia.

ſcilicet, quod ex illo dicto ſequatur cōtra Euangelium, quod Diabolus habuerit in Chriſto quicquam. Nam id, quod tanquā proprium eſt Diaboli, eſt mēdacium, iuxta illud Ioan. 8. Cum loquitur mendaciū cium ex proprijs loquitur: mendacium autem eſt omne peccatum, inquantum quodlibet peccatum eſt inordinatio plus & minus diſcedens à ſumma veritate, quę Deus eſt. Et de hoc, ꝙ eſt proprium ei, intelligitur tex. In me nō habet quicquam. Alia autē, quæ ad Diabolum aliquo modo pertinent [puta: quia ſunt ab eo procurata; vt corporales hominum paſſiones, &c.] tanquam non ſint Diaboli cōparatiue ad illa ſibi propria, non comprę henduntur in præmiſſo Euangelij textu. Veruntamen de iſtis non proprijs, cum aduenerint hominibus lætatur Diabolus, licet magis de proprijs, quoniam qualecumque nocumentum Diabolus deſiderat homini ex implacabili odio, ac inuidia, 1. q. 63. art. 2. Licet magis nocumentum animæ, quam corporis. Quia igitur Satanas in Chriſtum coaceruauit ex permiſſione diuina omnes paſſiones corporales, quas ſibi inuidia maxima ſuggerebat; ideo id conſiderans in ſpiritu prophetico Pſalmiſta dixit Deo: Lętificaſti omnes inimicos eius. Quia vero propter tot, tā raſq; paſſiones ad nullam animi à Deo inordinationem Chriſtus homo adduci potuit, id quod fuit contra principale intentum Diaboli: ideo idem pſalmiſta eodem ſpiritu in perſona Chriſti ad patrem dixit, Pſ. 29. Exaltabo te Domine, quoniam non delectaſti inimicos meos ſuper me. Conformiter ergo locutus eſt Pſa. 88. ad illum Euangelij tex. Venit, ſcilicet ad inſligendum mihi plurimas paſſiones corporeas, princeps mundi huius, ad hunc vero tex. In me non habet quicquam, conformiter loquitur Pſal. 29.

DENIQVE aduertendum eſt, quod illud dictum tex. In me ſumitur, pro perſona naturali, non autem pro perſona myſtica, Chriſti. Hoc eſt. Sumitur pro Chriſto in ſe conſiderato, non autem pro fidelibus Chriſti, quorum numerum Chriſtus, tanquam alterum ſe, in ſcripturis quandoque nominat, vt Actu. 9. Saule Saule, cur me perſequeris? Dicit ergo, in me, ideſt ſecundum me ſumpto. Porro, ꝙ huius mundi princeps in eo, vt ſic acce pto, non habuerit quicquam, demonſtratum eſt ſupra. Quod vero illud pro perſona eius myſtica non poſſit verificari, & per conſequens, nec accipi, patet ex ipſo Chriſto per prophetam dicente, Pſal. 21. Longe à ſalute mea verba delictorū meorum. Ideſt: delictorum à fidelibus meis, quos tamquam membra mea, cuius ſum ego caput 3. de Sal. q. 8. art. 1. diligo, commiſſorum. [Quamuis illud, Meorum, poſſit non eſſe adiectiuum limitans ipſum ſubſtantiuum, delictorum, ſed eſſe adiectiuum quaſi pro ſubſtantiuo ſubintellecto poſitum, ideſt pro amicorum. Ac ſi dixiſſet Chriſtus, longe à ſalute mea verba delictorum meorum, ideſt quæ delicta mei commiſerunt. Eo, ſcilicet modo, quos nobis ex amore, vel ſanguine, vel, &c. cōiunctos vocamus abſolute, Meos.] Nam paſſionis Chriſti tempore, antequam ipſe Crucifixus diceret hunc antea prophetatum Pſalmū, ſcilicet Hely, Hely, Lamaz. ideſt (quod Latine apud Dauidē legitur) Deus, Deus, meus, quare me dereliquiſti? Petrus negationis, omnes diſcipuli derelictionis, & multi alij amici eius, abſconditi, ſcilicet Nicodemus, Ioſeph, &c. delictum taciturnitatis fecerunt cū nec verbulum quidem in fauorem iuſtitiæ pro Chriſto dixerit. Patet igitur, quod licet Diabolus de ſuo non habuerit quicquam in illius perſona ſingulari, habuit tamen in eius perſona myſtica.

VT COGNOSCAT Mundus, &c.

DICEBATVR in principio probationis huius tertiæ partis concluſionis, quod Dominus oſtendit & negatiuam, & affirmatiuam, cauſam paſſionis ſuæ. Prima igitur abſoluta: dicendum nunc reſtat de ſecunda ex tex. Sed, vt cognoſcat mundus, quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio Ac ſi apertius dixiſſet. Cauſa vera propter quam ego patiar, crucifigar, & moriar, eſt duplex, ſcilicet dilectio, qua diligo patrem, & obedientia, qua mandatum patris plenarie obſeruo. Potuiſſet ergo Dominus, explicando iſtam duplicē cauſam, non interponere illud, Vt cognoſcat mundus, & bene ſatisfeciſſet dicendo: Sed quia dil. pat. & ſicut man. ded. mih. pa. ſic

Digitized by Google

pa. ſic facio. Quare igitur, cũ p pauciora bene ſatisfacere explicationi cauſę illius potuiſſet: prælegit plura dicere apponẽdo, ſcilicet vt cognoſcat mundus? Certiſſimum etenim eſt, quod non fecit hoc ad oſtentationem, quaſi quod voluerit, ex illa ſua dilectione, & obedientia captare vanam laudem, & gloriam à mundo: ſi illarum vtramq; cognouiſſet. Abſit enim vt ille qui omnem mundi oſtentationem nos vitare docuit, dicens, Matth. 6. Attendite, ne faciatis iuſtitiam veſtram coram hominibus, vt videamini ab eis: & qui Actu. 1. cœpit facere, quæ poſtea docturus erat: Abſit inquam, vt ille [maxime cum Deus ſit: qui bonorum noſtrorũ non eget Pſal. 15.] fecerit vnquam, aut voluerit aliquid ad oſtentationem. Cur ergo appoſuit; Vt cognoſcat mundus, cum nulla huius appoſitionis appareat ratio? Reſp. Id appoſuit Chriſtus non propter ſeipſum (vt dictum eſt:) ſed propter vtilitatem mundi maximam. Quæ enim maior poteſt eſſe vtilitas mundi, quam cognoſcere (ſecundum quod debet;) quod Chriſtus & diligit Deum patrem, & eſt ei pleniſſime obediens? Illa namque cognitio facit, quantum in ſe eſt: quod mundus abſq; vlla hæſitatione credat omnibus, quæ dixit Chriſtus; eique totaliter ſine exceptione vlla, deuotus obediat, ſciens pro certo, quod ſic faciendo placebit Deo patri: vtpote, quod omnia, quæ ſibi dicta fuerint à filio tam illum diligente, ſimulque ei in omnibus, & per omnia obediente, ſint originaliter ab ipſo patre. Quia igitur Dominus noſtram vtilitatem maximam maximè amauit: ideo explicationi illius cauſæ duplicis inſeruit hoc, ſcilicet. Vt cognoſcat mundus. Ex his itaque patet, quòd licet, omittendo hanc particulam, ſatisfeciſſet bene eiuſdem cauſæ explicationi non tamen æque bene. Nam tunc non fuiſſet explicata vtilitas mundo inde prouenieſ (vt declaratum eſt: id quod eidem cauſæ explicatę ornamentum magnum, tacendo, detraxiſſet. Quis verò neſciat, quod bonum eſt pluribus verbis explicare illud, quod paucioribus non ſic æque bene poteſt explicari.

Vtilitas mundi maximaque ſit, & vnde ſit.

Vt cognoſcat (inquit) mundus, &c. Dictio hæc, Vt, ſumitur conſecutiue, non autem finaliter: ſi referatur ad intentionem principis mundi, ideſt Diaboli [cum hoc tamen ſtat, quod ſumatur, finaliter, ſi referatur ad intentionẽ Chriſti. Vt nunc ſupra declaratum eſt.] Pro cuius notitia conſtrui poteſt dupliciter textus. Primo ſic. Venit princeps mundi huius, (ſcilicet vt inueniret de ſuo aliquid in me) & in me non habet quicquam (ideſt caſſã facta eſt ſua hæc intentio) & tunc, quaſi aliquis diceret Chriſto, ad quid ergo venit ille princeps? Ergo ex aduentu principis ipſius nihil factum eſt? Reſpondet Chriſtus ſed vt cognoſcat mundus, &c. Hoc eſt: ad illam tacitam inquiſitionem applicando Princeps mũdi huius venit, vt cognoſcat mundus, quia diligo pat. &c. Ac ſi, colligendo totam ſententiam, aperte dicatur. Ex aduentu quidem ſuo ille non obtinuit finem, quem volebat, ideſt non inuenit in me quicquam ſuum, ſed inde conſecutũ eſt illud, quod nolebat, ideſt quod mundus cognouit, quod diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio.

Primo.

Simile quid ergo accidit in caſu iſto, ei ꝙ accidit in caſu Iob. ſpoliauerat Satanas ipſum Iob omnibus bonis exterioribus, c. 1. intendens finem hunc ſcilicet trahere illũ inde ad impatientiam, & auerſionem à deuota eius ſeruitute Dei: quando Satanæ ipſi ſua illa intentione fruſtrato dixit Dominus cap. 2. Tu commouiſti me aduerſus eum, vt affligerem eum fruſtra. Ergo Deus, qui (etiam ſecundum philoſophũ) nihil vnquam agit fruſtra: afflixit ipſum Iob fruſtra? Non niſi ſecundum intentionem Satanæ. Nam Deus ſecundum intẽtionem propriã afflixit Iob vtiliter [quãdoquidem ex afflictione ipſe Iob profecit in bonum: id quod Deus affligendo intendebat In ſignum enim ſui boni profectus eſt: quod poſt illam afflictionem Deus Satanæ de Iob dixit c. 2. Adhuc retinens innocentiam: id ꝙ ante afflictionem Satanam alloquens de Iob non dixerat, cap. 1. & conſequenter ſecundum Satanæ intentionem, fruſtra. Cum ergo dicitur in tex. vt affligerẽ eum fruſtra: dictio illa. Vt, tenetur non finaliter, ſed conſecutiue, ſi referatur ad intentionem Satanæ. Non enim intendebat hunc finem, ſcilicet fruſtrari ſua peſſima intentione, in tribulatione ipſius Iob: ſed hoc ſcilicet illum inde intento fruſtrari, conſecutum eſt.

Simile pulchrũ pro intelligentia.

Fruſtra, & nõ fruſtra affligi tur aliquis.

eſt. Quomodo conſecutum eſt? Volente Deo: & nolente Satana. Ex malo namque, quod licẽtiatus Satanas intulit ipſi Iob. cap. 1. Deus contra intentionem Satanæ traxit vtilitatem magnam, & bonum profectum ipſius Iob. Magnam, dico: quia Deus, qui (ſecundum BB. Thomam, & Aug.) ex quolibet malo elicit bonum, ſolet in hac ſua mirabili actione gradatim procedere, ideſt ex minori malo elicere minus bonum, & ex maiori maius, & maximo maximum. Adeo quod ſicut præcedens malum eſt (attenta illa omnipotenti bonitate Dei) præſagium futuri boni inde eliciendi: ita quantitas mali præcedentis eſt præſagium quantitatis boni inde mirabiliter à Deo trahendi. Porro, ex hoc ſimili Euangelicus literæ ſupradictæ ſenſus reddetur tibi clarior: ſi ad intẽtionẽ illã principis tenebrarum referas illũ tex. Vt cognoſcat mũdus, &c. Videbis enim manifeſtius non fuiſſe finem à Diabolo volitum, mundi vtilitatem illã, ſed ex prælio ſuo contra Chriſtum aſſumpto conſecutam: & hoc, contra intentionem Diaboli ex illa crimino ſa pugna eliciente Deo.

Deus ſemper vincit i bono malum, ideſt maius bonum elicit ex maiori malo

Præſagiũ bonæ ſpei.

PRÆMISSVS Euangelij ſenſus, vbi dictio, Vt, refertur ad principem [Dicendo, ſcilicet Princeps mundi venit, vt cognoſcat mundus, quia, &c.] & tenetur tantum conſecutiue, videtur fuiſſe de intentione ſanctæ Eccleſiæ, & Beati Auguſtini. Nam Eccleſia (vt patet in Euangelio Miſſæ de Spirituſancto) facit punctuationem ibi; Sicut mandatum dedit mihi, ſic facio. Similiter & Aug. punctuat (vt patet in eius expoſitione ſuper Ioanem.) Vnde, cum taliter punctuando, non appareat verbum ante illud, vt cogn. mũdus, niſi verbum hoc, Venit princeps, ſecundum quam conſtructionem, vt, tenetur ſolum cõſecutiue, cum inquam, ſit ſic; videntur ex ſua punctuatione textus talem ſenſum habuiſſe Eccleſia, & Aug.

SED, VT COGNOSCAT, &c.

Secundo. SECVNDO poteſt conſtrui ſic ille tex. Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio: ſurgite, eamus hinc. Vbi vides, quod relicta priori ſententia, ſcilicet venit princeps mundi huius & in me non habet quicquam; alia ſententia incipit ab illa coniunctione aduerſatiua, Sed, & terminatur per illam periodum, ſurgite, eamus hinc. Ac ſi aperte Dominus dixerit. Quamuis in me non ſit meritum mortis [quandoquidem princeps mundi huius in me non habet quicquam] tamen pro mundi vtilitate, ſcilicet vt cognoſcat, quia dil. pat. & ſicu. man. ded. mi. pa. ſic fac. ſurgite, eamus hinc, ſcilicet ad locum, vbi tradar, capiar, patiar, & inde eductus tandem crucifigar, ac moriar. Porro per hanc ſententiam ita conſtructã Chriſtus, qui nunc dixerat ſicut mandatũ dedit mihi pater, ſic facio, ideſt eo modo quo mihi mandauit, facio, manifeſtat fuiſſe à Deo patre decretum, vt ipſe capiendum ſe exhiberet non in ciuitate, non in domo, ſed in tali loco, quo finaliter ibat, ideſt in horto, in tali tempore, tali modo, &c. Ad hoc enim decretum Patris ſignificandum, & plenarie (quod importat illud, Sic) exequendum, dicit, Surgite, Eamus hinc. Reaſſumatur ergo tota illa ſententia, & per ordinem grammaticalẽ ſic conſtruatur. Sed ſurgite, eamus hinc (ſcilicet ad locum, vbi &c.) vt mundus cognoſcat, & quod diligo patrem, & quod mandatum patris facio eo modo, quo ipſe mihi mandauit. Cęterum adhuc pro ampliori totius texturæ ad hoc propoſitũ audi. Nunquam Chriſtus vllam puſillanimitatem intus habuit, nec extra ſecundũ rei veritatem oſtendit, quoniam peccatũ nullum vnquam habere potuit, cum eſſet confirmatus totaliter in gratia, vtpote perfectiſſimus præ omnibus alijs comprehenſor 3. de Sal. q. 7. art. 9. 10. & q. 15. art. 1. 10. & q. 34. art. 4. & puſillanimitas eſt peccatum 2. 2. q. 133. art. 1. 2. Poſtquam ergo dixerat, Venit, ſcilicet de præſenti, princeps mundi huius, ſcilicet ad aggrediendũ me, vt toto tempore paſſionis meæ prælietur mecum, volens oſtendere, & quod nolebat quaſi puſillanimus ſufferre, qđ princeps ille eſſet primus ad comparendum, actualiter in bello, & quod volebat tanquã vere magnanimus 2. 2. q. 5. 6. 7. prior contra principem illum pugnaturus procedere: ideo mox ſubiunxit, Surgite, eamus hinc, ſcilicet ad locum belli, vt expectemus potius ipſum aduerſarium, quam expe-

Obedientia Chriſti ad patrem propter nos, promptiſſima, & omnino plenaria.

Digitized by Google

expectemur ab illo. Quis non videat hic Chriſtum & fortitudine magna induiú, 2.2.q.123.artic.5.10. & ardore pro nobis prælіandi, vſque ad mortem glorioſam, vehementer inflammatum? Mortem, dico, glorioſam: quia mori pro virtute, congrediendo cum principe mundi nullum habente ius, mori in pugna & tam iuſta ex parte morientis, & tam magna, vtpote cum principe mũdi huius: taliter inquã mori, eſt valde glorioſum. Vnde quia glorioſum, ideo materia eſt magni gaudij. Propterea ad hoc totum ſignificandum præmiſerat Dominus in contex. Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrem: Qua via iuit ad patrem? Via mortis ſuæ. Mortem ergo ſuam prænunciauit fore multum glorioſam, ideoque magni etiam materiam gaudij, per illud ſuum dictum: ſi diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad Patrẽ, ideſt gauderetis, q̃ a multũ glorioſe patior, & morior.

Quomodo Chriſti paſſio, et mors (ipſo id affirmante) multũ glorioſa fuerit.

SECVNDA illa expoſitio tex. Sed vt cognoſcat, &c. eſt originaliter B. Chryſoſtomi: quantum. ſ. ſolummodo ad illud dictum: Surgite, eamus hinc. Nec tamen, quia eſt alia ab illa priori, quæ erat Beati Auguſtini [cui & Eccleſia, tanquam pro aliquo ſuo accidentali intento magis conſonanti, ſubſcribebat] eſt iudicanda non bona: qm̃ & eadẽ ſcripturarum ſanctarũ litera poteſt habere plures ſenſus literales, 1.q.1.ar.10. Et Eccleſia per hoc, quod vnam ſanctorum expoſitionem accipiat pro aliquo ſuo negocio, (dũmodo de fide non ſit) non intendit damnare, neque damnat, aliorum ſanctorũ expoſitiones. Suſpicit.n. & veneratur Eccleſia ſanctos omnes, eorumq; dicta, ac ſcripta: potius ad excuſandum uel pie interpretandum eos in illis (ſi quid forte, vbi non periclitatur fides, erraſſent) parata, quam ad carpendum, mordẽdum, uel accuſandum [ut è contrario faciunt ſcioli, uel inanis gloriæ cupidi, ſibiipſis ex hoc nomen facere uolẽtes.] Venerabilis igitur expoſitio B. Chryſoſtomi ſuper illum tex. ad literam hæc eſt. Hoc, quod dicit: Surgite, eamus hinc, principium eſt alterius ſententiæ. Cõſequens.n. erat, eos formidare, & à tẽpore, & à loco. Etenim nox profunda erat, & in ciuitate erant manifeſte exiſtentes, Et erat conſequens, eos nõ attendere his, quæ dicebantur, ſed ſemper circũuoluere oculos (ſcilicet ad oſtiũ, & imaginari eos, qui aggreſſuri eos erãt. Et maxime audiẽtes. Adhuc modicum uobiſcum ſum: & uenit princeps mundi huius. Quia igitur hæc, & huiuſmodi audiẽtes turbabantur, ut mox capiendi, ducit eos in locũ alium, ut æſtimantes ſe in cautela (.i. loco ſecuro) eſſe, cum ocio de reliquo audiant. Magna enim dogmata erant audituri. Hæc ille, ſuper Ioan.

Sanctorũ dicta quomodo ſemper venerãda ſint, contra quoſdam.

SICVT MANDATVM Dedit &c.

CAVSAM ueram, propter quã Chriſtus ſe paſſurum, moriturumq; affirmat, fuiſſe duplicẽ. ſ. charitatẽ Dei, & charitatẽ ꝓximi; ſupra diximus ex tex. Quia diligo patrẽ, & ſi. man. ded. m. pa. ſic facio. Porro uidendũ eſt nunc pro complemento probationis, & quid tex. intelligi uelit per charitatẽ Dei, & ubi ſit in ipſo textu charitas proximi. Quãtũ ad primũ igitur notificandũ, poſtq̃ præmiſit, Diligo patrẽ, immediate ſubiungit, & ſicut mandatũ dedit mihi pater, ſic facio. Ex quo utiq; ordine per coniũctionẽ, & colligato manifeſtat: ꝙ dilectio. i. charitas ſua ad patrẽ conſiſtit in faciendo plenarie datũ ſibi à patre mandatũ. [Vnde ſub exẽplo ſuo, tanq̃ à ſimili, monſtrat uniuerſaliter, ꝙ charitas ad Deũ tunc in nobis uera eſt, qñ ſeruamus mandata Dei. Quẽ ſenſum Chriſti hic oſtẽſum expreſſit idẽ Euãgeliſta dicens 1. Io. 3. Non diligamus uerbo neq; lingua, ſed opere, & ueritate, & ibid. c. 2. Qui dicit, ſe noſſe Deũ, & mãdata eius nõ cuſtodit: mẽdax eſt. Qui autem ſeruat uerbum eius, uere in hoc charitas Dei perfecta eſt.] Quocirca quantitatẽ charitatis ſuæ ad patrẽ vult cognoſci ex quantitate faciendi mandatum patris: adeo. ſ. ꝙ ſicut ſumme cuſtodit mãdatum patris, ita verè dicatur habere charitatem in ſummo gradu ad illum. Propter hoc.n. connotandũ appoſuit in ipſo tex. Sicut, & ſic. Ac ſi aperte ex tali appoſitione, dixiſſet, Charitas, ſeu dilectio, mea ad patrẽ, tãta eſt, ut nõ poſſit eſſe maior, ideſt non poſſit augeri, tertio de Sal. q. ſeptima, art. duodecimo. id ꝙ innoteſcit ex effectu illo, ꝙ ego facio mandatũ pa-

Sic, ſicut, non ſemp idem ſignificant per ſ. ctionem.

Digitized by Google

tris tam perfectè, vt nihil ſupra. Vnde cōſtat, quod in toto ſcripturarum volumine (quod Biblia dicitur) reperiri non poteſt has dictiones, ſicut, ſic, eundem æqualis correſpondentiæ ſenſum mandantis, & obediētis habere. Inuenies quidem à ſcriptura de multis obedientibus dictum, q; ſicut Deus mandauit, ſic illi fecerunt; ſed tamen multo aliter quoad perfectionem correſpondentiæ præmiſſæ tunc intelligetur, Sicut, & ſic, licet ſecundum literam exteriorem ſint penitus idem cum iſtis de Euangelio dictionibus. Quis enim tanta charitate vnquam dilexit Deum mandantem, Dei mandatum, omnimodamque intentionem ipſius mandantis, mandatique æquali vigilantia, ac diligentia ſeruauit, aut etiam ſeruare potuit, quemadmodum homo Chriſtus Ieſus? Imo dicere, & ſentire; contrarium, blaſphemia grandis eſt. Porrò quod dictum hic eſt de ſicut, & ſic, obedientiam Chriſti deſcribentibus, hocipſum quoque intelligas, neceſſe eſt in omnibus ſimilibus locis de obedientia, dilectione, &c. eiuſdem loquentibus per ſicut, vel ſic. Pro captu fundamentaliter pleniori, qđ alia quæuis creatura nunquam potuerit, poſſit, & poterit, pertingere ad gradum dilectionis, & effectus ſui, id eſt obedientiæ, de Chriſto præmiſſæ æqualem, vide 2. 2. q. 24. art 4 7. 8. Totius enim diſputationis huius fundamentum eſt charitas, ſeu gratia Dei.

Quantum ad ſecundum, ſcilicet vbi iā gatur in textu charitas proximi, dicitur, quod in illo verbo; Mandatum. Ad cuius declarationem facit illud, quo Dominus dixit in cap. 10. Hoc mandatum accepi à patre meo. Nam de quali mandato ibi loquatur, patet per ſuum contex. Animam meā pono pro ouib. meis, &c. Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam: vt iterum ſumam eam. Poteſtatē habeo ponendi eam: & poteſtatem habeo, iterum ſumēdi eam. Ecce contextus: cui immediate annectitur: Hoc mandatū accepi à patre meo. Mādatum ergo illud de quo in præſenti capitulo dicitur, Mandatum dedit mihi pater, eſt mādatum de morte Xp̄i, qua. ſ. ponere debebat animam ſuam pro ouibus ſuis. Mandatum igitur hoc continet maximam charitatem Chriſti ad proximum, id eſt ad nos homines. Niſi enim maxima charitate erga nos ferueret Chriſtus de illo mandato mortis ſuæ non diceret, cap. 12. Scio, quia mandatum eius vita æterna eſt [Vbi oſtendit q; mori pro nobis eſt ſibimetipſi gratiſſimū tanquā ſi tale mori eſſet vita ſumme deſiderabilis:] neque diceret, cap. 15. Maiorem hac dilectionē nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vide. Tanta eſt eius charitas erga nos, vt nō patiatur, eum nos tunc inimicos ſuos vocare inimicos, ſed faciat, vt vocet amicos. Pro amicis, inquit, ſuis. De quibus tamen vere dicit Apoſtolus Rom. 5. Chriſtus pro impijs mortuus eſt. Quid ſunt impij: amici, an inimici? Inimici. Vnde & quaſi hoc ipſum declarando, ſubiungit, ibid. Cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius. Quis horum dixit verum: an qui nos vocauit inimicos Dei, an qui ſuos amicos? Vterque ſi verus illorum ſenſus teneatur. Senſus enim Apoſtoli eſt enunciare de nobis, ſecundū merita noſtra, [& quis neſciat, nos ſic conſideratos fuiſſe Dei inimicos?] ſenſus autē Chriſti eſt enunciare de nobis, ſecundum bonam voluntatem Dei, (& quis neſciat: nos ſic conſideratos fuiſſe ſemper amicos Dei?) Poteſt enim aliquis homo tam benignus, etiam apud nos, reperiri: vt nullinimicorum ſuorum, quos habeat multos ſit inimicus, ſed omnibus beneuolus, & quantum eſt ex ſe, illorum ſingulis amicus. Sic in propoſito. Deus, qui natura benigniſſimus, imo bonitas ipſa eſt, quantū eſt ex parte ſua, nulli eſt inimicus, ſed omnibus amicus: licet ſciat; plurimos eorundem, quantum eſt ex parte ipſorum, eſſe ſibijpſi inimicos. Iccirco igitur Chriſtus, attenta bonitate ſua infinita, nos quos ſciebat eſſe inimicos vocauit amicos dicens; Pro amicis ſuis. Adde, quod ideo nos vocauit amicos, ad denotandum per hoc, quod nos de inimicis volebat facere amicos ſuos. En: quanta vndique .i. ex omni parte, charitas Chriſti erga proximum [vt ſatisfacias ultimæ parti concluſionis.

Secundo.

Quomodo ijdem dicantur vere, & amici, & inimici Dei.

Exemplū, rarum tamen inter homines.

MAN-

MANDATVM HOC ACCEPI à Patre.

QVOMODO Chriſtus acceperit mandatum de morte ſua à patre; ſeu (quod in idem redit) quomodo tale mandatum dederit ei pater: declarat ſanctus Thomas, dicens. Mandatum hoc dedit pater non filio Dei, qui cum ſit verbum, eſt etiam mandatum patris, ſed dedit filio hominis, inquantum animæ eius inſpirauit, neceſſarium eſſe ſaluti humanæ, vt Chriſtus in natura humana moreretur, & ſecundum hoc pater mouit eum ad mortem ſuſcipiendam ex obedientia. Hæc ille ſuper Ioan. Sed, & B. Anſelmus, in lib. meditation. redemption. generis humani, docet hoc ipſum latioribus verbis de Chriſto dicens, cap. 4. Nulla cogente obedientia, ſed potenti diſponente ſapientia, laudabiliter, & miſericorditer ſola libera voluntate ſuſtinuit illa: quæ mala voluntate ſunt illata. Non enim illi homini pater, vt moreretur, cogendo præcepit, ſed ille, quod patri placiturum, & hominibus profuturum, intellexit, hoc ſponte fecit. Non enim ad hoc eum cogere potuit pater, quod ab eo exigere non debuit, nec patri tantus honor placere non potuit, quem tam bona voluntate filius obtulit. Sic itaque patri liberam obedientiam exhibuit: cum hoc, quod patri placiturum ſciuit ſpôte facere voluit. Denique, quoniam pater illi hanc bonam voluntatem dedit, quamuis liberam, nô immerito dicitur, quod eam, velut præceptũ patris, accepit. Hoc itaque modo obediens fuit patri vſque ad mortem: & ſicut mandatum dedit illi pater, ſic fecit, & calicem, quem dedit illi pater bibit. Hæc eſt enim perfecta, & liberrima humanæ naturæ obedientia: cum voluntatem ſuam liberam voluntati Dei ſponte ſubdit, & cum acceptam bonam voluntatem, ſine omni exactione, libertate ſpontanea opere perficit. Sic homo ille redemit omnes alios, cum hoc, quod ſponte dedit Deo, computat pro debito, quod illi debebant. Hæc ibi.

Diſce, qđ ſit obedientia libera, vt & tu &c.

PORRO quam gratum fuerit patri hoc opus Chriſti, ſcilicet quod poſuerit animam ſuam pro nobis (vt continebat illud mandatum) habetur ex illo præmiſſæ propoſitionis contextu ſuperius adducto ex cap. 10. Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meã, vt iterũ ſumam eam. Sic enim, vt citius videatur quod quæritur, ordinanda eſt litera. Quia ego pono animam meam: propterea me diligit pater, vt iterum ſumam eam. Ita quod non eſt ſermo de paterna dilectione ſimpliciter, & abſolute, ſed ſecundum quid ideſt ad hoc, vt iterum ſumam eam. Ac ſi iſtorum verborum ſenſus ſic apertius exprimeretur. Me ponere animam meam pro ouibus, ideſt voluntarie pro illis mori, eſt tam gratum patri meo: vt propterea ex hoc merito, ſcilicet quia pono animam meam, diligat me ad tantum beneficium, ſcilicet vt iterum ſumam eã, ideſt vt reſuſcitem meipſum. Ecce, quantum Deo patri placuerit talis charitas Chriſti erga proximum. [& hoc bene nota ad differentiam patrum carnalium, qui ægreferunt, filios ponere animas ſuas pro ouibus: Imo etiam, illos dedicare abundantius, quam in ſeculo, animas ſuas Deo in monaſterijs Regularium. Contra quos patres clamabunt & illi, qui ſm Pſa. 105. Imolauerunt filios ſuos, & filias ſuas Dæmonijs: & effuderent ſanguinẽ innocentẽ, ſanguinẽ filiorũ ſuorũ, & filiarũ ſuarũ quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaam.] Significanter autem dicitur in præmiſſo tex. Diligit me, vt iterum ſumã eam: ad ſignificandum, ſcilicet, quod non loquitur de ſeipſo, vt eſt verbum Dei pure, ſed, vt eſt Verbum caro factum. Quod vt facilius intelligas: Ecce oppoſitum. In opere creationis verum eſt, quod tam pater, quam filius, quam Spiritusſanctus, ex dilectione creat: & tamen proprie non dicitur hic quod pater diligit ſe, aut filiũ, aut Spiritumſanctum ad hoc, vt creet, vt ſignificetur aliqua vtilitas adueniens Deo in hoc, quod creat. In opere autem reſuſcitationis Chriſti, ex mortuis dicitur proprie, quod pater diligit filium ad hoc, vt iterum ſumat animam: quia Verbum caro factum vtilitatem vitæ corporalis immortalis aſſecutum eſt reſurgendo, iterum ſumendo animam ſuam. Patet ergo ex his, quod illud pronomen, Me, non demonſtrat (vt dicebatur) verbũ Dei pure; ſed Verbum Dei carnẽ factũ. Vnde & ratio meriti

Ad correctionẽ patrum carnalium, ne damnẽtur ab idolatris.

Quomodo ſeipſũ Xps reſuſcitauit, patet i 3. de Sal. q. 53. ar. 4

meriti [quod eſt in tex. Pono animā meā pro ouibus,] ac præmij [quod eſt in tex. Diligit me, vt iterum ſummam eam] quadrat: quandoquidem nec meritum, nec præmium filio ſecundum diuinitatem cōuenire poteſt, ſed filio ſecundum humanitatem.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Propria non ſunt potentia patri, ſapientia filio, bonitas Spirituiſancto, ſed appropriata: vide ex Sacroſanctis Scripturis, Concil. &c. declaratum eſſe, in Elucidationibus pri. part. articulorum numero 209. 225. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterē, Geneſ. 1. concluſ. 6. Quod natura humana Chriſti non eſt perſona verbi, licet ſit in perſona verbi, & per conſequens illa natura non eſt Deus verus, licet ſit in Deo vero: vide ex ſacroſanctis Concilijs, &c. in Elucidat. 3. de Sal. articulorum num. 8. 69. 82. 104. 109. 145. & 3. de Sacramen. Addition. articulorum num. 389. & pri. part. articulorum numero 368. Quod caro Chriſti non fuit conuerſa in diuinitatem (ſicut nec aliquid diuinitatis in humanitatem:) vide ex Sacroſanct. &c. in Elucidat. pri. par. articulorum num. 368. & 3. de Sal. articulo. num. 7. 109. 184. 197. & 3. de Sacra. Addition articulorum nu. 389. Quod Chriſtus nullum habuit vnquam peccatum, id quod virtualiter eſt, eum nō pro vlla ſua culpa fuiſſe paſſum, Crucifixum, mortuum: vide ex Sacroſan. &c. in Elucidat. 3. de Sal. q. 15. art. 1. 2. 10. & q. 34. art. 1. 3. 4. & q. 14. art. 3. Quod Chriſtus eſt Saluator: id quod eſt, eum eſſe incarnatum, &c. mortuum pro nobis, ſeu (quod idem eſt) ex charitate proximi: vide, ex Sacroſanctis, &c in Elucidat. 3. de Sal. articulorum num. 2. 217. 268. 299. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 332. Item in Veritatibus aureis, &c. Leuit. 16. concl. 8. & Numer. 17 concluſ. 1. & Deut. 9. concl. 7. Quod Chriſtus eſt mortuus nō tantum pro pijs, & fidelibus, ſed abſolute pro omnibus hominibus [id quod declarat, quod in concluſione capituli illud vltimum verbum, Proximi, ſumitur vniuerſaliter pro quibuſcunque proximis:] vide ex &c. in Elucidar. 3. de Sal. art. numero 261. Item in Veritatibus aureis, &c. Leuit. 4. concluſ. 6. & cap. 16. concluſ. 8. Quod Chriſtus à charitate Dei, & obedientia Patris, ex qua morti ſe tradidit, numquam excidit [vt aliquibus impijſſimis, indoctiſſimis viſum eſt, ex illo verbo Hely, Hely, Lama.] vide ex, &c. in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum numero 119. 277. Item in Veritatib. aureis, &c. Leuitic. 16. concl. 10.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. XIIII.

ET quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.] Tam mirabile, inæſtimabileque beneficium, quod ſcilicet in omnibus petitionibus in nomine Chriſti factis exaudiamur, eſſe fructū paſſionis eiuſdem, manifeſtat illa coniunctio tex. Et, cōiungitur enim per eam iſta ſententia præcedenti, quæ de paſſione Chriſti loquitur ipſo dicente in tex. Quia ego ad patrem vado. Sæpe etenim dictū eſt, quod hoc ire ad patrem erat per paſſionem, & mortem eius. Idem ergo, vtrāque ſententiam colligendo, eſt dicere, Quia vado ad patrem, quodcunque petieritis faciam, ac ſi aperte diceretur; Talis efficacia exauditionis omnium petitionum veſtrarum procedet ex merito mortis meæ. Ita quod, & obedientia mea ad patrē, & charitas mea ad proximū, quæ maxime reluxerunt in paſſione, & morte mea, erunt principale meritum talis exauditionis, & tam ampliſſima exauditio erit præmiſſæ obedientiæ, & charitatis præmium.

Cæterum dicet quis. Cur nunc dicit, Patrem, & inferius repetendo hanc ſententiam dicit, Me? Rurſus: Quare hoc ipſum de impetratione repetit, cum repetere idem videatur ſuperfluitatis notā habere? Ad primum reſpondetur, quod ideo nunc dicit, Quodcunque petieritis patrem, & infra, ſi quid petieris me: vt per hoc manifeſte pateat, quod non tantum Pater eſt Deus, ſed etiam quod ipſemet eſt Deus, & q ipſi perſonaliter duo

non

Digitized by Google

Deus, & quod ipſi perſonaliter duo non ſunt duo dij, ſed vnus Deus. Pro cuius captu aduerte, ꝙ in principio capituli huius 14. dixerat, Creditis in Deũ, & in me credite [cuius textus expoſitionem ibi uide:] & quod legitur Rom. 10. Quicunque inuocauerit nomen Dñi, ſaluus erit. Quõ ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Qñ igitur hoc in loco ſe inuocandũ, ſicuti & patrẽ, in petitionibus noſtris admonet, oſtendit ſe, ſicuti & patrem, eſſe illum Dñm, de quo Apoſtolus ibid. ex Propheta Iohel 2. dicit, Quicunque inuocauerit nomen Dñi ſaluus erit. Quod uero cum patre nõ duo dij, ſed vnus Deus ſit, demonſtrat per hoc, ꝙ indiuiſa monſtrat eorũ opera eſſe. Nam exauditionem attribuit nunc ſibi dicens, hoc faciam, quã attribuerat patri, dicendo Matth. 18. De oĩre, quancunque petierint, fiet illis à patre meo, tanq̃ per hęc confirmans illud ſuum dictum Ioã. 5. Quæcunque pater fecerit, hæc & filius ſimiliter facit, qm̃ ego & pater vnum ſumus, cap. 10. Ad ſm̃ aũt illorũ quæſtiorum rñdetur, quod repetitio illa non ſit ſine cauſa, ideoque ſuperfluitatis notam non incurrit. Illud ſiquidẽ, Quodcunque petieritis patrẽ in nõie meo, hoc faciam, dictum eſt ad oſtendendum, petitiones noſtras tales eſſe exaudiendas ad effectum ibi præmiſſum .ſ. ad faciendum opera Chriſti, & maiora. [Vbi ex textuũ illorum ordine, & coniunctione, conſtat, quod modus faciendi, illa, quæ Xp̃s faciebat, & maiora, erit per orationes ad Deũ porrectas. Et conſequenter inde ẽt innoteſcit, quod modus iſte fidelium operandi hæc, & maiora, diſtat plurimũ à modo, quo ipſe Chriſtus opera hæc faciebat, quoniã ipſe faciebat imperando, fideles vero ſui facient ſupplicando. Vel explicite .ſ. vel implicite. Vt in illo imperio, Actu 3. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula, & in illo Actu. 9. Enea ſanet te Dñs Ieſus Chriſtus. Surge, & ſterne tibi, & in cęteris omnibus expreſſio nõis Domini tenet locum ſupplicationis, quæ licet quandoque non explicetur in litera, vt Actu. 14. Surge ſup pedes tuos rectus; tamen ſemper tunc explicatur in mente ipſorum fidelium, & in litera ſubintelligitur, 2. 2. q. 178. art. 1. ad primum.] Illud autẽ. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam, dicitur ad oſtendendum, petitiones noſtras eſſe exaudiendas abſolute .i. non ſolũ ad faciendum illa, & maiora, ſed etiam ad omnia, quæ ſaluti noſtræ vtilia ſunt, à Deo impetranda.

Secundo.

Chriſti fideles opera miraculoſa faciũt, ſupplicando ſemper vel intra, vel extra.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. XIIII.

IN nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur pater in filio.) Ne alicui detur occaſio blaſphemandi, id eſt dicendi, quod ampliſſima exauditionis promiſſio a Chriſto facta in tex. Quodcunque petieritis, fallit [nam & murmurant multi, quod orantes Deum non exaudiuntur:] ideo immediate ibi ſubdit; In nomine meo. Vide hic exuberantem bonitatem Dei, dum & exhibet ſe pro nobis exaudiendis mediatorẽ, & proteſtatur, ſe nolle intercedere pro nobis, neque velle exaudire noſtras petitiones, niſi pro quanto ſunt ad veram ſalutem noſtram, & ẽ contra .ſ. quod in cibus re uera ſalutem noſtram concernentibus intercedet pro nobis, exaudietque nos ad plenum. Declaro tria hæc. In nomine (inquit) meo Nomen ſuum quod eſt? Ieſus .i. Saluator Matth. 1. Quid ſecum importat, eſſe Saluatorem? Inter Deum & homines mediatorem eſſe, iuxta illud 1. Tim. 2. Mediator Dei & hominum eſt Chriſtus Ieſus. Quomodo nunc eſt inter illos mediator? Aſſiſtendo vultui Dei, ad interpellandum pro nobis Hebr. 7. 9. Poteſt ne tãtus aduocatus noſter 1. Ioan. 2. aliquando nõ exaudiri? Non. Tum quia ſcriptum eſt, Hebr. 5. Exauditus eſt pro reuerentia ſua. [Quod ſemel factum oſtendit, ſemper fiẽdum, alioquin non dixiſſet pater de Chriſto Matth 3. 17. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, 3. de Sal. quæſt. 21. art 3. 4.] tum quia ipſe, qui vt homo pro nobis interpellat, idem vt Deus ſe exaudit. Quia ergo Saluator, & interceſſor, & exauditor, noſter eſt Chriſtus, ideo per illud uerbum, In nomine meo, complecti merito diximus omnia tria ſuprapoſita. Impoſſibile igitur reſtat qđ promiſſio illa de petitionib. nr̃is exaudiendis, ſm̃ quod in textu facta eſt, non adimpleatur ſemper. [Verũ multi illi mur-

Bonitas Dei exuberans tripliciter oſtẽditur per tex. In nomine meo.

murantes, & quandoque blaſphemantes, vt ſupra aſſimilantur maledicto Caym, qui taliter fecit, vt patet in Veritatibus aureis ſuper totam legē veterem, Geneſ. 4.concluſ.5.]

Dixi, ſecundum ꝙ in textu facta eſt, quia promiſſiones Dei non ſunt menſurādæ ſecundum capita ignorantium, eaſq; ſolum ſuperficialiter attēdentiū, ſed ſm intentionem Dei, quam in ſcriptura promiſſionis expreſſit. Promiſſionē ergo illam non abſolute, ſed cum limitatione, intelligere nos oportet, quia non abſolute dixit, Quodcunque petieritis, ſed cū limitatione, In nomine meo. Nomen, quid importat? Notitiā, famam, gloriam. Hoc eſt, ergo dicere; In noīe meo, quod eſt dicere: Ad honorem, famam, & gloriam meam. Quod totum intelligitur non tm̄ reſpectu intentionis hominis orantis, ſed etiam reſpectu veritatis rei .i. ꝙ non ſolum orans petat, quicquid petierit, pro gloria Chriſti, ſed etiam ꝙ in rei veritate illud, quod petit, ſit expediens tunc pro gloria Chriſti. Poteſt.n. aliquid eſſe pro gloria Chriſti expediēs aliquo tempore, loco, modo &c. quod tamen tunc .i. tempore illo, vel loco, vel modo &c. quo petitur, non erit expediens. Et ideo in nomine Chriſti, ſm rei ueritatem, non peteret: cuius petitioni uel tempus gloriæ eius opportunū, vel locus, vel modus, vel &c. deeſſet. Quod totum eſſe difficile ſatis ad hoc, vt cognoſcatur, manifeſtauit Apoſtolus per hæc verba Rom. 8. Quid oremus, ſicut oportet, neſcimus. Stultiſſimæ ergo ignorantiæ eſt, murmurare de eo, quod quandoque non exaudimur, cum, an in nomine Chriſti reuera petierimus, neſciamus. Adde, ꝙ petere in nomine Saluatoris noſtri, eſt petere id, quod re uera pertinet ad ſalutem noſtram. Et in hoc aliquando, ſæpeque decipimur, arbitrantes aliquid conducere ad noſtram, præſertim aīæ, ſalutem, quod tñ in rei veritate ei aliqualiter eſt, vel tandē erit, noxiū, aut ſaltē non proficuum. Qūo ergo nō ſtultus, q uellet murmurare &c.

Quam difficile ſit cognoſcere, an in noie Chriſti, oremus.

VT (inquit) glorificetur pater in filio. Hoc eſt, iuxta contextum illum. Vos petetis pro gloria mea, ego autē id, quod petieritis, faciā pro gloria patris mei, vt glorificetur pater in gloria filij. Hinc igitur manifeſtat Xp̄s, ꝙ ſua oīa refert in patrē non ſolum quandiu in ſtatu vitæ mortalis erat, (opera.n. ſua &c. faciebat in noīe patris Ioan. 10.] ſed ēt in ſtatu gloriæ. Hanc uero nobis manifeſtationem facit, ut ſic confirmet in nobis fidem, ꝙ una & eadē eſt gloria filij & patris (ſicut & vna natura, & voluntas: Ioan. 5. 10.) & conſequēter ꝙ eadem à nobis exhibenda eſt gloria filio, & patri. Vlterius ad gloriā patris uniuerſa quæ fecit, ordinauit Chriſtus [iuxta illud Ioan. 8. Non quæro gloriā meā, ſed honorifico patrē meum] ad noſtrum exēplum, ut. ſ. quēadmodum ille fecit, & nos faciamus Ioā. 13. hoc eſt, vt & nos oīa noſtra opera &c. noſq; totos ordinemus ad gloriam Dei. Quod quidem Chriſti exēplum Apoſtolus nobis ad memoriā ſumma cum declaratione poſtea reducere voluit, dicens 1 Cor. 10. Siue manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. XIIII.

VERBA, quæ ego loquor, à meipſo non loquor. Pater autem in me &c. vſq; ad, propter opera ipſa credite.] Quatuor his ſententijs demonſtrat Chriſtus premiſſam propoſitionem. ſ. quod ipſe in patre, & pater in ipſo eſt. Primo igit hoc probat à locutione dicens: verba, quę ego loquor, à meipſo non loquor. Intendit.n. dicere, ꝙ indiuiſi ſunt ipſe & pater in loquendo, & per conſequens, ꝙ ipſe in patre, & pater in ipſo, eſt. Porro, cum dicitur in tex. Ego, accipitur, vt Deus, & tex. loquor, intelligitur, organo humanitatis. Alioquin ſi Xp̄s nunc de ſeipſo, quatenus homo eſt, loqueretur, nō poſſet ex his dictis concludi intētum ſuum. ſ. qđ ipſe ſm conſubſtātialitatē eſt in patre, & pater in ipſo Irē. Si nō ſumeretur, loquor. ſ. organo humanitatis, nō ſequeretur in tex. vobis, qm̄ Deū loquentē immediate .i. uoce ſpirituali [Deus.n. & conſequenter ſua ꝓpria vox, eſt ſpiritus Ioā. 4.] nō potuiſſet Apoſtoli aurib. corporalibus audire. Sciēdum eſt igitur, pro textu pręſenti facilius intelligendo, quod ſicut lingua Chriſti mouebatur ab anima ſua ad loquendum de conceptibus ſuæ mētis, ſeu eiuſdē animę, ita ipſius aīa regulabatur ab eius deitate

Primo.

Digitized by Google

tate in omnibus uerbis ab eius ore corporeo prolatis. Et quia deitas eſt ei non à ſe ipſo (cum ſeipſum non generauerit) ſed à patre (iuxta illud Pſal. 2. Ego hodie genui te:) ideo verba, quæ Chriſtus loquebatur, nō loquebatur à ſeipſo, ſed à patre. [Hoc eadem ratione intelligas etiam de factis à Chriſto operibus.] Hinc ergo ſequebatur indubitanter, ꝙ verba Chriſti corporalia non poterant vllo modo deuiare à veritate, & per conſequens, ꝙ dictis eius, etiam per miracula non confirmatis, homines tenebantur firmiter credere (vt ſuperius quoq; ex quolibetis Angelici Doctoris allegabatur.) Secundo idipſum .ſ. ꝙ ipſe in patre, & pater in ipſo ſit, probat ab operatione dicens, pater in me manēs ipſe facit opera. Ecce, ꝙ pater, & filius, ſunt indiuiſi etiam in operando. Pro cuius intelligentia notandum eſt, ꝙ implicite continentur plura, quam explicētur in his duabus propoſitionibus .ſ. hac, & immediate præcedenti. Sic .n. extendendæ ſunt verba, quæ ego loquor vobis, à meipſo non loquor, ſed pater in me manens à ſeipſo, & in meipſo loquitur. Item Opera, quæ ego facio, à meipſo non facio, ſed pater in me manēs ipſe à ſeipſo, & in me ipſo, facit opera. Hæc autem dixi, nō corrigendo textum (quod nimis præſumptuoſum eſſet, à vtroque catholico alienum:) ſed reuerenter exponendo ſenſum in textu Euangelij implicite contentum. Dicit ergo: pater in me manens &c. Hic non accipitur manere per eſſentiam, præſentiā, potentiam. [Sic .n. eſt pater in oībus creaturis, 1. q. 8. art. 3. & Chriſtus, vt Deus, nō eſt creatura, 3. de Sal. q. 16. art. 8.] aut per habitualem gratiam [ſic .n. eſt in animabus iuſtis, 1. 2. q. 110. art. 4. & Chriſtus, vt Deus, non eſt aīa humana, neque habet aīam ſui formam eſſentialem, quia licet ſit Deus, & homo, tñ ipſe, vt Deus, non eſt homo] aut per gratiam vnionis. [Sic .n. ſolus filius eſt vnitus humanitati noſtræ in eadē perſona æterna, 3. de Sal. q. 2. art. 10. 12. & pater, filiuſque nō ſunt vna, ſed duæ perſonæ, 1. q. 31. art. 2.] ſed accipitur ipſū manere ſecundum eſſentiam .i. conſubſtātialitatem. Pater ſiquidem manet in filio, quia pater eſt ſua eſſentia, & cōicat eam filio, non per aliquam ſuam tranſmutationem. Vnde ſequitur, cum patris eſſentia manet in filio, quod pater maneat in illo. [Sicuti, cum filius ſit ſua eſſentia, ſequitur quod ipſe in patre maneat, in quo manet ſua eſſentia, 1. q. 42. ar. 5.] Hinc ſequitur quoque illud ſupradictum ex textu .ſ. ꝙ pater loquitur verba, & facit opera, in filio, hoc eſt, ꝙ eſſentiam diuinam, qua filius, & verba & opera profert, eſt in filio a patre, qui pr̄ eſt ipſamet eſſentia. Ideo igitur pr̄ & verba loquit̄, & opera facit in filio, dum filius loquitur, & operatur.

Secundo.

Manet Deus diuerſimode, 3 diuerſis, Vt &c.

ANNOTATIO QVARTA, Cap. XIIII.

NON creditis, quia ego in patre, & pater in me eſt?] Idipſum .ſ. patrē in ſe, & ſe in patre eſſe Chriſtus probat tertio per hanc propoſitionem, & hoc ab authoritate ſua. Quæ authoritas alijs verbis licet in eundem ſenſum redeant, exprimitur in textu Græco. Dicit .n. B. Hilarius 7. de Trinit. Quia in ſe patrem loqui, & operari, docuerat, perfectæ huius vnitatis fidem ſtatuit, dicēs. Credite mihi, quia ego in patre, & pater in me eſt. [Ne .ſ. per virtutis efficientiam, & non per naturæ, quæ ſecūdum natiuitatem eſt, proprietatē patter in filio & operari crederet, & loqui.] Sic .n. habetur in Græco. Hæc ille. Vbi nota, ꝙ per virtutis efficientiam, ille intelligit modum illum cōem, quo Deus in omni recta loquēte, & operante, loquitur & operatur (de quo uide 1. q. 105. art. 5.) & p naturæ proprietatē, intelligit conſubſtantialitatē. In cuius ſignum certum eſt, ꝙ B. Chryſoſt. poſt eandem Chriſti ſniam dicit: ſi vero non ſufficit hoc, ad oſtendēdū conſubſtantialitatem, ſaltem ab operibus diſcite. Vnde ſubditur: Alioquin propter opera ipſa credite. Hæc ille ſuper Ioā. Ab authoritate igitur propria exigit fidem Chriſtus à diſcipulis, dicēs: credite mihi. Ac ſi dicat. Vos iam tanto tpe etiam per experimentum, probaſtis, ꝙ ego nunquā mentitus ſum: vos audiſtis, ꝙ teſtimoniū meum uerum eſt, ut patet Ioā. 3. 8.] vobis ꝙ mihi, tanꝗ ueridico, credatis, fuit mandatum à patre de cœlis dicente, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Matth. 17. & ideo credite mihi, vtpote tot rationibus apud vos notis fide digniſſimo. Perſpice tu hic,

Tertio.

dem Chriſto cõiuncti. His igitur verbis, Qui credit in me, oſtendit, ꝙ Apoſtoli, cęterique, própria authoritate opera hęc, & maiora, nõ fecerunt, ſed authoritate eius, cui vniebantur. i. Chriſti. Et hoc vniuerſaliter, à ſimili, intellige ét de ijs, qui fecerunt miracula, antequam Chriſtus actualiter veniret in mundum. Helias namque Eliſæus &c. per hoc, ꝙ Xp̄m venturũ credebant, atque ideo ei per fidē coniuncti erant, miracula faciebant, (vt ét habetur ex Hebr. 11. Sācti per fidē vicerunt regna &c.) Et ppea illa nõ fecisſēt, niſi in Xp̄m credidiſſent. Iſte ergo tex. Qui credit in me, reſpicit etiā homines præteritos: licet principaliter ad literā (faciet) loquat̄ de futuris. Et maiora (inquit) horũ faciet. Nõ quidem maiori, nec ęquali, ſed minori, vt pote non ſua virtute faciet maiora. Opera igitur erunt maiora, & virtus facientiũ illa, vt ex facientibus dependens, erit minor. Alioquin, ſi vt à Chriſto in illis eſt, conſideretur, erit æqualis, quia vna, & eadem virtute Chriſtus per ſeipſum, & per diſcipulos miracula operabatur. Veruntm̄ clariorem reddebant Chriſtũ miracula, quę faciebat per diſcipulos, quam illa, quæ per ſeipſum, & hoc non tm̄, quia diſcipulorũ opera erant ſm̄ ſe maiora, ſed etiam quia erant per minores facta. Clarior. n. redditur aliquis apud hoies magiſter ex hoc, ꝙ diſcipuli eius multam, magnamque doctrinam poſſident, & proloquuntur, q̄ ex hoc, ꝙ ipſe eandem poſſidet, & proloquitur. Maiori ſiquidē habet̄ in pretio ille, qui potuit alios facere tales qualis ipſe eſt, q̄ ille, qui ſolum in ſeipſo talis eſt, vel cõſideratur. Ex operum ergo maioritate claritas duplex apparuit. ſ. Apoſtolorum, ſed minor, & Chriſti, ſed maior. Tantoque maior, quãto non ſine Xp̄o in ipſis actualiter cooperãte operati ſũt Apoſtoli miracula, cum tm̄ magiſter ille terrenus pro ſimilitudine adductus non cooperetur actualiter in ſuis diſcipulis, dũ ipſi doctrinā ab eo prius acceptam in populos effundunt. Maiora (inquit) horũ faciet. Patet hoc fuiſſe verificatũ, primo in doctrinæ ſeu prædicationis fructificatione. Nam plures quaſi incõparabiliter fuerunt per Apoſtolorũ prædicationem conuerſi ad fidem, q̄ per prędicationem Chriſti, cum per eos multitudo diuerſarũ nationũ cõuerſa ſit, & ad Xp̄m per ſe docentē paucitas aliquorũ Iudæorum. Secũdo in prædicãdi forma. Etenim omnium linguis prædicabant Apoſtoli Actu 2. & 1. Cor. 14. Omnium lingua loquor: Xp̄s vero vna tm̄ lingua. ſ. Hebræa vſus eſt in prędicando, & hoc, quia ſolum Iudæis cõtter prædicauit, iuxta illud Matth. 15. Nõ ſũ miſſus, niſi ad oues, quæ perierũt domus Iſrael. Tertio verificatum fuit in miraculis. Nam ad vmbram Petri Apoſtoli ſanabantur infirmi Actu. 5. quod maius eſt, q̄ ad tactum fimbriæ veſtimentorũ Chriſti Mar. 6. De Paulo quoque Apoſtolo legit̄ Actu 19. Ita vt ſuper lãnguidos deferrentur à corpore eius ſudaria, & ſemicinctia & recedebant languores, & ſpiritus nequam egrediebãtur: Id quod uidetur maius opus, q̄ ꝙ veſtimentorum actualiter perſonæ adhęrentiũ fimbria tacta curet tangentis infirmitatem Mat. 5.

Simile quotidianum.

Primo.

Secundo.

Tertio.

QVIA (inquit) ad patrem vado. Reddit cauſam, ſeu rõnem, quare credentes in ſeipſum tanta eſſent facturi. Quia ergo Chriſtus ad patrē iuit aſcendendo in cœlum, ideo Apoſtolis collata eſt facultas tã mirabilia operandi. In præſentis textus completam notitiam oportet ſubintelligere illud Hebr. 9. Introiuit in ipſum cœlum, vt appareat vultui Dei pro nobis: & hoc, vt dicitur ibid. cap. 7 Ad interpellandũ pro nobis. Senſus ergo textus eſt. Quia Chriſtus, poſtquam aſcendit ad patrem, orauit eũ ſpecialiter pro Apoſtolis, ideo illi hæc, quæ faciebat ipſe, & maiora fecerunt. Ac ſi, coniungendo contextum ſequentem huic textui, dixiſſet. Maiora horum faciet. Quia vado ad rogandum patrem, vt alium paraclitum det vobis. Solummodo enim poſt aduentum Spiritusſancti copioſum Actu 2. fuerunt operati Apoſtoli illa, quæ prædicta ſunt. Per hũc ergo textum oſtenditur denique, quod ex Chriſti orationis efficaciſſima virtute proceſſit, quod tam magna, tam faciliter, tam cito, tam &c fecerunt Apoſtoli. Hinc eſt, quod illi optime cognoſcentes hoc nõ in ſeipſis de ſuis operibus, ſed in Domino, gloriabantur, non ſibijpſis inde, ſed Domino, dantes gloriam (ut patet in eorum epiſtolis.)

Oratio Xp̄i fuit cauſa tam mirabiliter factorum ab Apoſtolis.

CAPITVLVM QVINTVMDECIMVM.

Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis, &cæt. vſque in finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

CHRISTVS eſt unus Deus cum Patre, qui Eccleſiam ſuam bonos maloſque continentem, conuenientiſſime, licet diuerſimode, cuſtodit, atque conſeruat, cuius uerbum prædicatum multas affert animabus audientium utilitates: cui & adhærere adducit omne uerum bonum tam hic, quam in futuro, & non adhærere cauſat totum oppoſitum.

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM hãc, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Ego ſum vitis vera, &c. vſque ad tex. Quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis. Prima igitur pars, ſcilicet, quod Chriſtus ſit vnus Deus cum patre, oſtenditur ex tex. Pater meus agricola eſt, & palmitem, qui fert fructum, purgabit, ſimulque contex. Iam vos mũdi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. His enim duabus ſententijs patet, & quod purgare palmites fructuoſos eſt officium agricolæ, & quod Chriſtus per ſermonem, quem diſcipulis locutus eſt, eos purganit. Ergo, ſecundum texturam hanc literalem, Chriſtus fecit officium agricolæ circa diſcipulos ſuos, & per hoc probauit, ſe eſſe agricolam, ideoque ſe eſse vnum Deum cum patre, qui agricola prædictus eſt. Vnde hunc ipſum literalem ſenſum aperiẽs B. Thomas inquit. Vos mundi eſtis &c. Cum ſupra dixerit, officium agricolæ eſse, purgare: manifeſte oſtendit, ſe eſſe agricolam dicens, ſermonem ſuum purgatiuum. Et vere ipſe, inquantum Deus, mundator eſt palmitum, & agricola. Hæc ille ſuper Ioan. Beatus quoque Auguſtinus hoc idem prædocuerat dicens. Mundat itaque mundos, id eſt fructuoſos, vt tanto ſint fructuoſiores, quanto ſunt mundiores. Secundum hoc ergo vitis eſt Chriſtus, quod ait, Pater maior me eſt, ſecundum illud autem, quod ait; Ego & pater vnum ſumus, & ipſe agricola eſt. Nec talis, quales ſunt, qui extrinſecus operãdo exhibent miniſterium, ſed talis, vt det etiam intrinſecus incrementum. Vnde continuo ſeipſum etiam mundatorem palmitum oſtendit, dicens: Iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Ecce ipſe mundator eſt palmitum, quod eſt agricolæ, non vitis officium. Hæc ille ſuper Ioan.

Agricola exterior, ut homines apud nos, & iterior, ut Deus.

CÆTERVM dicet quis. Quomodo verificatur de Chriſto ille tex. Ego sũ vitis vera? Loquitur ſiquidem metaphorice (vt pater,) & conſequenter eſt uitis, nõ vera (qualis eſt in campo,) ſed metaphorica, id eſt ſimilitudinaria. Sicut nec pater eſt agricola verus (qualis apud nos) ſed metaphoricus, nec diſcipuli illi, per quos intelliguntur omnes Chriſtiani, ſunt palmites

mites veri (quales in terreſtri uinea) ſed metaphorici. Reſpondetur, & quod de mente Chriſti ibi loquentis, verũ eſt vtrũque. ſ. quod ipſe eſt vitis vera, ſimulque vitis ſimilitudinaria, & quod non eſt talis, qualis in campo apud nos, ſeu in vinea. Quo etiam modo cointelligendum eſt de contextu. ſ. quod pater agricola verus eſt, & metaphoricus, itemque Chriſtiani, nullo excepto, ſunt palmites veri, ſimulque metaphorici, & per conſequens nõ tales, quales agricola, & palmites in campo noſtro. Vnde, ſolida ſtãte plana veritate textus, nihil contra valet, qđ in obiectione afferebatur. Porro ad huius reſponſionis faciliorem captum, ſciẽdum eſt, quod verum diſtinguitur quandoque contra ſimilitudinarium, (vt homo verus ab homine picto:) quandoque autem contra corruptum (vt vinum verum diuiditur ab aceto, quod eſt vinum corruptum.) Hoc ergo verum tex. Ego ſum vitis vera, non ſumitur, vt diſtinguitur contra ſimilitudinariũ quaſi quod Chriſtus non ſit vitis ſimilitudinaria; ſed ſumitur, vt diſtinguitur cõtra corruptum, quaſi dicat, quod Chriſtus eſt vitis non corrupta. Scis, quare eſt non corrupta, ſed vera? Quia non facit labruſcas, ſed vuas. Ad diſtinctionẽ ergo populi Iudæorum, qui dicebatur vitis Dei (iuxta illud Iſai. 5. Vinea Domini exercituum domus Iſrael eſt. Et Pſ. 79. Vineam de Ægypto tranſtuliſti &c.) dicit; Ego ſum vitis vera. Populus enim ille, pro maiori parte erat vitis corrupta, moribus. ſ. vitijſque & erroribus plena (quæ oĩa ſunt labruſcæ:) ſecundum illud Iſai. 5. Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas, & illud Hier. 2. Quomodo conuerſa es in amaritudinẽ vitis alienæ? Ac ſi ergo ad differentiã phariſæorum &c. populos varijs errorũ, morumque, & peruerſarum ſcripturæ ſanctę expoſitionũ, zizanijs, ſub quadam hypocriſis adumbratione ſeducentium, dixiſſet Chriſtus: Ego ſum vitis vera. i. producens vuas. ſ. veram doctrinam, bonos mores, ſynceras ad mentem Dei ſuarum ſcripturarum expoſitiones, nulla per hypocriſim ficta ſanctitate ſeducens populos, ſed aperta veritate in prædicationibus & eorũ uitia deteſtando, & eos ad veras animarum virtutes ex cordiali affectu conuocando, in viam veræ ſalutis adducens.

Verum dicitur multipliciter.

Chriſtus eſt caput verum, ſed myſticum, Eccleſia. (ipſo hic affirmante.)

Denique in idem redit (vt habetur ex D. Tho. hic) hominem Chriſtum Ieſum dicere, Ego ſum vitis vera, & vos palmites, & dicere, Ego ſum caput Eccleſiæ, 3. de Sal. q. 8. art. 1. Eſt ergo caput non corruptum, non ſophiſticatum, non alienum, non modo vllo vitiatum, ſed ex omni parte verũ, quia eſt vitis, ex omni parte vera.

S E C V N D A P A R S
Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus cum patre Eccleſiam ſuam, malos bonoſq; continentem, conuenientiſſime, licet diuerſimode, cuſtodit atque conſeruat, demõſtratur ab Euangeliſta, ex tex. Omnẽ palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. & omnem, qui fert fructũ, purgabit eũ, vt fructum plus afferat. Hi ſiquidem omnes palmites in vnum, ideſt in vnam Chriſti fidem (quod ſignificat tex. In me) congregati Eccleſia Dei ſunt, ad literalem ſenſũ horum verborum (id quod eſſe literalem ſenſum. ſ. quod per palmites intelligãtur homines oſtendit contex. Vos mundi &c. Manete in me &c. ſic nec vos, niſi & c. Vos palmites.) Cõtinet Eccleſia bonos; & malos, quia, ſecundum textum hunc, ex palmitibus afferunt quidam fructum, quidã autem non. Pater verò, vt agricola, Chriſtus etiam, ſecundum quod Deus, vt agricola, ſecundum quod homo, vt vitis. i. vt caput Eccleſiæ, ad cuſtodiam, atque conſeruationem eius continue ſtant ſine vlla intermiſſione (iuxta textus exactam conſiderationem de ſolicitudine circa palmites, & Pſal. 120. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.) Conuenientiſſime autem cuſtodit eam Chriſtus cum patre, atque conſeruat, quia, ſecũdũ textualem ſenſum circa omnes palmites in gubernatione ſe habet, ſecundum q̧ requirunt merita eorum, omnẽ (inquit) palmitem &c. Hoc eſt, Dignos tolli ipſe tollit, & dignos purgari ipſe purgat. Quia uero merita eorum diuerſa ſunt, ideo ſe ſe ad illos, quoad effectum cuſtodiæ, & cõſeruationis, habere diuerſimode dicitur. Proinde tollit palmites malos agricola cõtinue, quoniam Deus ſemper arcet malos à malitia, ideſt & ne tantum noceant ſibijpſis, quantum nocerent, ſi ſibijpſis

dimitterentur.i. ne tantum peccent, quantum peccare poſſent, ſi permitterentur. (Puta, ne cadant in blaſphemiam, in hæreſim, in deſperationem &c. Nullum etenim peccatum eſt, quod faciat vnus homo, quod non faceret alius homo, niſi iuuaretur ab eo, à quo factus eſt homo. Vt dicit B. Aug.) & ne tantum noceant alijs, quantum vellent, de factoque nocerent, niſi cohiberentur, 1. q. 113. art. 4 ad 3. Propterea dicitur in concluſione, ꝙ cuſtodit Eccleſiam. Purgare autem dicitur agricola bonos palmites cõtinue, quoniã Deus ſemper aſſiſtentia ſua illos adiuuat, & vt gratia habita bene vtantur, & vt in ea, bonisque operibus ex ea prouenientibus proficiant, & vt vſque in finẽ viriliter in bono illo profectu perſeuerẽt, nunquã aſpicientes retro, ut fiãt actualiter apti regno Dei .i. poſſeſſores eius Luc. 9. Propterea dicitur in concluſione, quod cõſeruat Eccleſiam. Cuſtodia igitur, ſecundum concluſionem, attenditur penes remotionem malorum, ideſt rerum noxiarum: conſeruatio autem penes collationem bonorum ſcilicet vtilium rerum.

Nullũ eſt peccatum, ꝙ quilibet homo, niſi à Deo ſuſtineretur non faceret.

NE crediderit autem licet Deus dicatur agricola, quod ex præmiſſa circa Eccleſiam cultura, quam dupliciter Deus facit modo declarato, aliqua vtilitas à Deo ſibimetipſi expectetur, aut ſibijpſi inde proueniat: quandoquidem Deus ſibi ſoli abſque vllo reſpectu creaturarum ſufficiẽtiſſimus eſt, ideoque in ſeipſo ſolo beatiſſimus, 1. q. 4. art. 2. & q. 26. art. 1. 4. ac propterea bonorum noſtrorum non indiget, Pſal. 15. & hoc ipſe abſque dubio pleniſſime cognoſcit, 1. q. 14. art. 2. 3. licet, inquam, dicatur agricola, quoniam in textu nõ ſumitur totaliter agricola, ſicut apud nos. Terrenus enim agricola ex cultura vineæ &c. vtilitatem aliquam expectat: immo non coloret vineam &c. niſi inde vtilitatem ſibi ſperaret, quia culturam illam ad vineæ &c. vtilitatem non ordinat principaliter, ſed ad propriã, id (vt diximus) Deo nõ conuenit. Pro huius autem diſtinctiori notitia ſciendum eſt, ꝙ vinitor, inquantum colit, vocatur in textu agricola. Porro, cum colere ſit ſtudium impendere colimus aliquid dupliciter, vel vt id, qđ colimus, melioretur (ſic homo colit agrũ, vineam, & huiuſmodi) vel vt nos ex ipſo, quod colimus, melioremur (ſic homo colit ſapientiam, virtutem, &c.) Deus ergo colit nos, vt nos ex eius opere melioremur, inquantum extirpat mala ſemina de cordibus noſtris, bonaq; ſuperinducit, & (vt dicit B. Aug. aperit cor noſtrũ aratro ſermonis, plantat ſemina præceptorũ, colligit fructũ pietatis. Nos aũt colimus Deũ: vt nos per illũ melioremur, & nõ arãdo, ſed adorãdo, eique humili deuotione ſeruiẽdo, iuxta illud Ioan. 9. Si quis Dei cultor eſt. Ex præmiſſis ergo conſtat, ꝙ Deus agricola eſt non ꝑꝑ ſuam, ſed ꝑꝑ noſtrã vtilitatem. Nec vineæ ab alio plantatæ agricola eſt (ad differentiam multorũ noſtrorum) ſed à ſeipſo, iuxta illud Hier. 2. Ego te plantaui vineam electã, oẽ ſemen verum. Hanc ipſe augmentat, iuxta illud 1. Cor. 3. Deus aũt incremẽtum dedit. Nã ſolus Deus interius augmẽtat, hoc eſt, fructificare facit, quantumcunque homo cooperetur exterius. A terrenis quoque agricolis differre agricolam hũc. ſ. Deũ, ſignificat textus per hoc, ꝙ, licet ibi vitis legatur, nihil tñ culturæ vitis .i. ſtipitis iſtum agricolam facere narratur. Terrenorũ. n. agricolarum ſtudium eſt principaliter de vite .i. ſtipite (vt patet:) qm̃ hanc multis, varijſque fomentis nutriunt, adiuuant, impinguant &c. vt abũdanter bene fructificare poſſit, & hanc curam primariã de vite habent non ſemel, ſed ſingulis annis. Verum de agricola Euangelico dicit textus, ꝙ ſolummodo circa palmites ſtudiũ adhibet, tollendo videlicet tollẽdos, & purgando purgandos. Ratio differentiæ huius eſt, q͞a vitis iſta .i. Xp̃s homo, ex illo inſtãti cõceptionis ſuæ, qñ ſanctificatus eſt, 3. de Sal. q. 34. art. 1. 4. tanta oĩum gratiarũ abũdãtia fuit repletus, 3. de Sal. q. 7. ar. 9. 10. vt gratia eius, & uirtutes, non potuerint amplius augeri, ibid. ar. 12. De palmitibus aũt nõ eſt ſic, cũ ſemper poſſint & in gr̃a proficere, 2. 2. q. 24 ar 9. & à gr̃a deficere, 2. 2. q. 24. ar. 11. & 1. 2. q 109. ar. 9. 10. & q. 114. ar. 8. Hinc fit, ꝙ uitis, de qua hic agitur, non indiguerit agricolæ huius ſtudio ad hoc, ut uel in melius proficeret, uel ne à ſtatu bono deficeret, qm̃ de cõprehenſoribus (qualis erit uitis hæc) non põt dari talis uiciſſitudo. Circa palmites igitur cura tota agricolæ huius reſtat deſcribenda, ſicuti & in textu deſcribitur.

Primo.

Secundo.

Tertio.

OMNEM

Digitized by Google

OMNEM PALMITEM in me, non &c.

CVM agricolæ huius metaphorici eſſe talis circa palmites metaphoricos deſcribitur, qualis eſſe patet in his, vnde metaphora aſſumpta eſt: Et merito, vt hinc indè omnia ſibi inuicem correſpondeant. Quid vides in agricolæ terreni cura circa palmites inſenſatos? Quod ſi quem palmitem in materiali vitæ exiſtentem viderit infructuoſum, tollit eum, ideſt, abſcindit a vite, ne inaniter occupet locum ibi: ſi quem verò fructuoſum in ea viderit, purgat eum, ideſt, adiuuat, vt magis fructificet. Quomodo? A palmite illo, quem in vite relinquit, circumcidit omnes ſuperfluos, quos habet ſurculos. Nam palmes ex hoc, quòd ſurculos habet ſuperfluos, minus fructificat, propter humoris vitalis diffuſionem ad ſurculos illos: & ideò cultores vinearum tunc ad fructificandum magis palmitem, ſeipſos adiuuare dicunt, quando eum a ſuperfluis ſurculis purgant, tollendo, ſcilicet illos ab eo. Sic in propoſito ad metaphoram hanc de agricola cæleſti dicit text. Omnem palmitem in me, &c. Hoc eſt. Si Deus aliquem Chriſtianum viderit infructuoſum, ideſt, nõ facientem opera fidei, quam habet, conformia, tollet eum, ſcilicet a vite, quæ Chriſtus eſt, abſcindet eum, iuſto ſuo iudicio in pœnam peccati eius. Non enim poteſt negare

Primo, ſuam iuſtitiam. 2. Tim. 2. Ecce: quòd, ſecundum hunc textum, fides ſine operibus mortua eſt, Iacob. 2. & ſolummodò aliquid in Chriſto valet fides, quæ per charitatem operatur, Galat. 5. Palmitem

Secundo. non ferentem, &c. Ecce: quòd, ſecundum hunc textum, non fructificare conformiter ad fidem habitam eſt via ad perdendum Chriſtum, i. ad hoc, vt excidamur totaliter a conſortio Chriſti, amittendo, ſ. non tantum gratiam eius, ſed etiam fidẽ. Vnde & Apoſtolus Euangelicorũ ſenſuũ verus optimuſq; expoſitor hocipſum oſtẽdens dicit, 1. Tim. 1. Habens bonã cõſcientiã: quam quidã repellẽtes circa fidẽ naufragauerunt. Porrò conſcientia bona cõſiſtit in fructificare, ſeu operari, conformiter ad Chſi fidẽ habitã. Palmitẽ non &c.

Bona conſcientia eſt viuere cõformiter ad fidem.

Tertio. Ecce: ꝙ ſecundũ text. hũc, & dantur peccata nõ ſolũ cõmiſſionis, ſed ẽt omiſſionis, & peccata iſta omiſſionis poſſunt eſſe mortalia, ac de facto plerunq; ſunt. Nã, in vite, i. in fide Chſi, non ferre fructũ, eſt peccatũ non commiſſionis (vt patet) ſed omiſſionis, & eſt peccatũ mortale plerunque in multis [ẽt ꝙ de illo qñq; non faciãt, vt aiunt, ſibi cõſcientiã]. In ſignũ cuius certiſſimũ, palmes ex eo, ꝙ nõ fert fructũ tollitur (vt patet in textu) ab Agricola de vite. i. abſcindit̃ de conſortio Chſi: id qđ oĩ pęna inferni dãnatorum eſt peius. Nõ ergo ſolũ merentur æternã dãnationẽ illi, qui mala poſitiue faciunt: ſed ẽt ꝙ bona facere negligunt, ſeu ẽt bona negligenter faciũt (horũ. n. vtriq; peccant peccato omiſſionis). Vnde eſt illud Hier. 48. Maledictus, qui facit opus Dei negligenter: & illud Matt. 25. ꝙ ablatũ eſt talentũ, eo dãnato, a ſeruo illo, qui ex eo nõ fructificauit, ſed ipſum abſcondit. & illud Luc. 13. ꝙ Dñs ficũ ſterilẽ præcepit abſcindi. Propter textũ hũc Io. quia. ſ. palmites infructuoſi tolluntur, ne videlicet tali pęna puniamur, dicebat Apoſt. 2. Cor. 6. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis: proponens ſe nobis in exemplũ, 1. Corin. 15. Gratia Dei in me vacua non fuit.

CÆTERVM, ſi Deus viderit aliquẽ palmitẽ fructuoſum (qđ erat altera pars text.) purgabit eũ: vt fructũ plus afferat: En: ꝙ aduerſitates, & pęnę ſeculi huius danť a Deo nobis ꝓ medicina, & re vera ſecũdũ ſe ſunt medicinæ. Purgat. n. Deus palmitẽ, ut fructũ plus afferat: & purgatio illa eſt quęlibet tẽporalis aduerſitas, qñquidẽ per hmõi aduerſa purgatur affectus hominis boni, dũ ſic in Deũ ſuſtollitur, iuxta illud Pſ. 119. Ad Dñm, cũ tribularer, clamaui. Contingit nãq; frequenter, ꝙ hõ bonus. i. a peccato mortali mundus, affectũ ſuũ aliqualiter inordinatẽ habeat inclinatũ ad aliquid boni cõmutabilis: id qđ licet non ſit mortale, impedit aliquo modo affectum illius hoĩs, ne totus, & totaliter feratur in Deum. Virtus enim humani affectus ad diuerſa inclinati minoratur [iuxta id cuiuſdam ſapientis dictum. Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſẽſus], & magis inefficax inde redditur ad bene operandum. Vt igitur fiat ad

Aduerſitates quomodo ſint medicina bonorum.

bene

Digitized by Google

eſt. Quomodo conſecutum eſt? Volente Deo: & nolente Satana. Ex malo namque, quod licẽtiatus Satanas intulit ipſi Iob. cap. 1. Deus contra intentionem Satanæ traxit vtilitatem magnam, & bonum profectum ipſius Iob. Magnam, dico: quia Deus, qui (ſecundum BB. Thomam, & Aug.) ex quolibet malo elicit bonum, ſolet in hac ſua mirabili actione gradatim procedere, ideſt ex minori malo elicere minus bonum, & ex maiori maius, & maximo maximum. Adeo quod ſicut pręcedens malum eſt (attenta illa omnipotenti bonitate Dei) præſagium futuri boni inde eliciendi: ita quantitas mali præcedentis eſt præſagium quantitatis boni inde mirabiliter à Deo trahendi. Porro, ex hoc ſimili Euangelicus literæ ſupradictæ ſenſus reddetur tibi clarior: ſi ad intẽtionẽ illã principis tenebrarum referas illũ tex. Vt cognoſcat mũdus, &c. Videbis enim manifeſtius non fuiſſe finem à Diabolo volitum, mundi vtilitatem illã, ſed ex prælio ſuo contra Chriſtum aſſumpto conſecutam: & hoc, contra intentionem Diaboli ex illa criminoſa pugna eliciente Deo.

Deus ſemper vincit ĩ bono malum, ideſt maius bonum elicit ex maiori malo.

Præſagiũ bonæ ſpei.

PRÆMISSVS Euangelij ſenſus, vbi dictio, Vt, refertur ad principem [Dicendo, ſcilicet Princeps mundi venit, vt cognoſcat mundus, quia, &c.] & tenetur tantum conſecutiue, videtur fuiſſe de intentione ſanctæ Eccleſiæ, & Beati Auguſtini. Nam Eccleſia (vt patet in Euangelio Miſſæ de Spirituſancto) facit punctuationem ibi; Sicut mandatum dedit mihi, ſic facio. Similiter & Aug. punctuat (vt patet in eius expoſitione ſuper Ioanem.) Vnde, cum taliter punctuando, non appareat verbum ante illud, vt cogn. mũdus, niſi verbum hoc, Venit princeps, ſecundum quam conſtructionem, vt, tenetur ſolum cõſecutiue, cum inquam, ſit ſic; videntur ex ſua punctuatione textus talem ſenſum habuiſſe Eccleſia, & Aug.

SED, VT COGNOSCAT, &c.

Secundo. SECVNDO poteſt conſtrui ſic ille tex. Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio: ſurgite, eamus hinc. Vbi vides, quod relicta priori ſententia, ſcilicet venit princeps mundi huius & in me non habet quicquam; alia ſententia incipit ab illa coniunctione aduerſatiua, Sed, & terminatur per illam periodum, ſurgite, eamus hinc. Ac ſi aperte Dominus dixerit. Quamuis in me non ſit meritum mortis [quandoquidem princeps mundi huius in me non habet quicquam] tamen pro mundi vtilitate, ſcilicet vt cognoſcat, quia dil. pat. & ſicu. man. ded. mi. pa. ſic fac. ſurgite, eamus hinc, ſcilicet ad locum, vbi tradar, capiar, patiar, & inde eductus tandem crucifigar, ac moriar. Porro per hanc ſententiam ita conſtructã Chriſtus, qui nunc dixerat ſicut mandatũ dedit mihi pater, ſic facio, ideſt eo modo quo mihi mandauit, facio, manifeſtat fuiſſe à Deo patre decretum, vt ipſe capiendum ſe exhiberet non in ciuitate, non in domo, ſed in tali loco, quo finaliter ibat, ideſt in horto, in tali tempore, tali modo, &c. Ad hoc enim decretum Patris ſignificandum, & plenarie (quod importat illud, Sic) exequendum, dicit, Surgite, Eamus hinc. Reaſſumatur ergo tota illa ſententia, & per ordinem grammaticalẽ ſic conſtruatur. Sed ſurgite, eamus hinc (ſcilicet ad locum; vbi &c.) vt mundus cognoſcat, & quod diligo patrem, & quod mandatum patris facio eo modo, quo ipſe mihi mandauit. Cęterum adhuc pro ampliori totius texturæ ad hoc propoſitũ audi. Nunquam Chriſtus vllam puſillanimitatem intus habuit, nec extra ſecundũ rei veritatem oſtendit, quoniam peccatũ nullum vnquam habere potuit, cum eſſet confirmatus totaliter in gratia, vtpote perfectiſſimus præ omnibus alijs comprehenſor 3. de Sal. q. 7. art. 9. 10. & q. 15. art. 1. 10. & q. 34. art. 4. & puſillanimitas eſt peccatum 2. 2. q. 133. art. 1. 2. Poſtquam ergo dixerat, Venit, ſcilicet de pręſenti, prĩceps mundi huius, ſcilicet ad aggrediẽdũ me, vt toto tempore paſſionis meæ pręlietur mecum, volens oſtendere, & quod nolebat quaſi puſillanimus ſufferre, q̃d princeps ille eſſet primus ad comparendum actualiter in bello, & quod volebat tanquã vere magnanimus 2. 2. q. 5. 6. 7. prior contra principem illum pugnaturus procedere: ideo mox ſubiunxit, Surgite, eamus hinc, ſcilicet ad locum belli, vt expectemus potius ipſum aduerſarium, quam expe-

Obedientia Chriſti ad patrem propter nos, prõptiſſima, & omnino plenaria.

Digitized by Google

expectemur ab illo. Quis non videat hic Chriſtum & fortitudine magna induiú, 2.2.q.123.artic.5.10. & ardore pro nobis prælіandi, vſque ad mortem glorioſam, vehementer inflammatum? Mortem, dico, glorioſam: quia mori pro virtute, congrediendo cum principe mundi nullum habente ius, mori in pugna & tam iuſta ex parte morientis, & tam magna, vtpote cum principe mũdi huius: tamen iniquá mori, eſt valde glorioſum. Vnde quia glorioſum, ideo materia eſt magni gaudij. Propterea ad hoc totum ſignificandum præmiſerat Dominus in contex. Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad patrem: Qua via iuit ad patrem? Via mortis ſuæ. Mortem ergo ſuam prænunciauit fore multum glorioſam, ideoque magni etiam materiam gaudij, per illud ſuum dictum: ſi diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad Patrẽ, ideſt gauderetis, q a multũ glorioſe patior, & morior.

Quomodo Chriſti paſſio, et mors (ipſo id affirmante) multũ glorioſa fuerit.

SECVNDA illa expoſitio tex. Sed vt cognoſcat, &c. eſt originaliter B. Chryſoſtomi: quantum. ſ. ſolummodo ad illud dictum: Surgite, eamus hinc. Nec tamen, quia eſt alia ab illa priori, quæ erat Beati Auguſtini [cui & Eccleſia, tanquam pro aliquo ſuo accidentali intento magis conſonanti, ſubſcribebat] eſt iudicanda non bona: qm̃ & eadẽ ſcripturarum ſanctarũ litera poteſt habere plures ſenſus literales, 1.q.1.ar.10. Et Eccleſia per hoc, quod vnam ſanctorum expoſitionem acceptat pro aliquo ſuo negocio, (dũmodo de fide non ſit) non intendit damnare, neque damnat, aliorum ſanctorũ expoſitiones. Suſpicit.n. & veneratur Eccleſia ſanctos omnes, eorumq; dicta, ac ſcripta: potius ad excuſandum uel pie interpretandum eos in illis (ſi quid forte, vbi non periclitatur fides, erraſſent) parata, quam ad carpendum, mordẽdum, uel accuſandum [ut ẽ contrario faciunt ſcioli, uel inanis gloriæ cupidi, ſibiipſis ex hoc nomen facere uolẽtes.] Venerabilis igitur expoſitio B. Chryſoſtomi ſuper illum tex. ad literam hæc eſt. Hoc, quod dicit: Surgite, eamus hinc, principium eſt alterius ſentẽtiæ. Cõſequens.n. erat, eos formidare, & à tẽpore, & à loco. Etenim nox profunda erat, & in ciuitate erant manifeſte exiſtentes, Et erat conſequens, eos nõ attendere his, quæ dicebantur, ſed ſemper circũuoluere oculos (ſcilicet ad oſtiũ, & imaginari eos, qui aggreſſuri eos erãt. Et maxime audiẽtes. Adhuc modicum uobiſcum ſum: & uenit princeps mundi huius. Quia igitur hæc, & huiuſmodi audiẽtes turbabantur, ut mox capiendi, ducit eos in locũ alium, ut [æſtimantes ſe in cautela (.i. loco ſecuro) eſſe, cum ocio de reliquo audiant. Magna enim dogmata erant audituri. Hæc ille, ſuper Ioan.

Sanctorũ dicta quomodo ſemper venerãda ſint, contra quoſdam.

SICVT MANDATVM Dedit &c.

CAVSAM ueram, propter quã Chriſtus ſe paſſurum, moriturumq; affirmat, fuiſſe duplicẽ. ſ. charitatẽ Dei, & charitatẽ ꝓximi, ſupra diximus ex tex. Quia diligo patrẽ, & ſi. man. ded. m. pa. ſic facio. Porro uidendũ eſt nunc pro complemento probationis, & quid tex. intelligi uelit per charitatẽ Dei, & ubi ſit in ipſo textu charitas proximi. Quãtũ ad primũ igitur notificandũ, poſtq̃ præmiſit, Diligo patrẽ, immediate ſubiungit, & ſicut mandatũ dedit mihi pater, ſic facio. Ex quo utiq; ordine per coniũctionẽ, & colligato manifeſtat: ꝙ dilectio. i. charitas ſua ad patrẽ conſiſtit in faciendo plenarie datũ ſibi à patre mandatũ. [Vnde ſub exẽplo ſuo, tanq̃ à ſimili, monſtrat uniuerſaliter, ꝙ charitas ad Deũ tunc in nobis uera eſt, qñ ſeruamus mandata Dei. Quẽ ſenſum Chriſti hic oſtẽſum expreſſit idẽ Euãgeliſta dicens 1. Io. 3. Non diligamus uerbo neq; lingua, ſed opere, & ueritate, & ibid. c. 2. Qui dicit, ſe noſſe Deũ, & mãdata eius nõ cuſtodit: mẽdax eſt. Qui autem ſeruat uerbum eius, uere in hoc charitas Dei perfecta eſt.] Quocirca quantitatẽ charitatis ſuæ ad patrẽ vult cognoſci ex quantitate faciendi mandatum patris: adeo. ſ. ꝙ ſicut ſumme cuſtodit mãdatum patris, ita verè dicatur habere charitatem in ſummo gradu ad illum. Propter hoc.n. connotandũ appoſuit in ipſo tex. Sicut, & ſic. Ac ſi aperte ex tali appoſitione, dixiſſet, Charitas, ſeu dilectio, mea ad patrẽ, tãta eſt, ut nõ poſſit eſſe maior, ideſt non poſſit augeri, tertio de Sal. q. ſeptima, art. duodecimo. id ꝙ innoteſcit ex effectu iſto, ꝙ ego facio mandatũ pa-

Sic, ſicut, non ſemp idem ſignificant per fectionis gr.

tris

Digitized by Google

tris tam perfectè, vt nihil ſupra. Vnde cõſtat, quod in toto ſcripturarum volumine (quod Biblia dicitur) reperiri non poteſt has dictiones, ſicut, ſic, eundem æqualis correſpondentiæ ſenſum mandantis, & obediẽtis habere. Inuenies quidem à ſcriptura de multis obedientibus dictum, ꝙ ſicut Deus mandauit, ſic illi fecerunt; ſed tamen multo aliter quoad perfectionem correſpondentiæ præmiſſæ tunc intelligẽtur, Sicut, & ſic, licet ſecundum literam exteriorem ſint penitus idem cum iſtis de Euangelio dictionibus. Quis enim tanta charitate vnquam dilexit Deum mandantem, Dei mandatum, omnimodamque intentionem ipſius mandantis, mandatique æquali vigilantia, ac diligentia ſeruauit, aut etiam ſeruare potuit, quemadmodum homo Chriſtus Ieſus? Imo dicere, & ſentire; contrarium, blaſphemia grandis eſt. Porrò quod dictum hic eſt de ſicut, & ſic, obedientiam Chriſti deſcribentibus, hoc ipſum quoque intelligas, neceſſe eſt in omnibus ſimilibus locis de obedientia, dilectione, &c. eiuſdem loquentibus per ſicut, vel ſic. Pro capitu fundamentaliter pleniori, qđ alia quæuis creatura nunquam potuerit, poſſit, & poterit, pertingere ad gradum dilectionis, & effectus ſui, ideſt obedientiæ, de Chriſto pręmiſſæ ęqualem, vide 2. 2. q. 24. art. 4. 7. 8. Totius enim diſputationis huius fundamentum eſt charitas, ſeu gratia Dei.

Secundo. Quantum ad ſecundum, ſcilicet vbi tãgatur in textu charitas proximi, dicitur, quod in illo verbo; Mandatum. Ad cuius declarationem facit illud, quo Dominus dixit in cap. 10. Hoc mandatum accepi à patre meo. Nam de quali mandato ibi loquatur, patet per ſuum contex. Animam meã pono pro ouib. meis, &c. Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam: vt iterum ſumam eam. Poteſtatẽ habeo ponendi eam: & poteſtatem habeo, iterum ſumẽdi eam. Ecce contextus: cui immediate annectitur: Hoc mandatũ accepi à patre meo. Mãdatum ergo illud de quo in præſenti capitulo dicitur, Mandatum dedit mihi pater, eſt mãdatum de morte Xp̄i, qua. ſ. ponere debebat animam ſuam pro ouibus ſuis. Mandatum igitur hoc continet maximam charitatem Chriſti ad proximum, ideſt ad nos homines. Niſi enim maxima charitate erga nos ferueret Chriſtus de illo mandato mortis ſuæ non diceret, cap. 12. Scio, quia mandatum eius vita ęterna eſt [Vbi oſtendit ꝙ mori pro nobis eſt ſibimetipſi gratiſſimũ tanquã ſi tale mori eſſet vita ſumme deſiderabilis:] neque diceret, cap. 15. Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vide. Tanta eſt eius charitas erga nos, vt nõ patiatur, eum nos tunc inimicos ſuos vocare inimicos, ſed faciat, vt vocet amicos. Pro amicis, inquit, ſuis. De quibus tamen vere dicit Apoſtolus Rom. 5. Chriſtus pro impijs mortuus eſt. Quid ſunt impij: amici, an inimici? Inimici. Vnde & quaſi hoc ipſum declarando, ſubiungit, ibid. Cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius. Quis horum dixit verum: an qui nos vocauit inimicos Dei, an qui ſuos amicos? Vterque ſi verus illorum ſenſus teneatur. Senſus enim Apoſtoli eſt enunciare de nobis, ſecundũ merita noſtra, [& quis neſciat, nos ſic conſideratos fuiſſe Dei inimicos?] ſenſus autẽ Chriſti eſt enunciare de nobis, ſecundum bonam voluntatem Dei, (& quis neſciat: nos ſic conſideratos fuiſſe ſemper amicos Dei?) Poteſt enim aliquis homo tam benignus, etiam apud nos, reperiri: vt nulli inimicorum ſuorum, quos habeat multos ſit inimicus, ſed omnibus beneuolus, & quantum eſt ex ſe, illorum ſingulis amicus. Sic in propoſito. Deus, qui natura benigniſſimus, imo bonitas ipſa eſt, quantũ eſt ex parte ſua, nulli eſt inimicus, ſed omnibus amicus: licet ſciat; plurimos eorundem, quantum eſt ex parte ipſorum, eſſe ſibijpſi inimicos. Iccirco igitur Chriſtus, attenta bonitate ſua infinita, nos quos ſciebat eſſe inimicos vocauit amicos dicens; Pro amicis ſuis. Adde, quod ideo nos vocauit amicos, ad denotandum per hoc, quod nos de inimicis volebat facere amicos ſuos. En: quanta vndique .i. ex omni parte, charitas Chriſti erga proximum [vt ſatisfacias ultimæ parti concluſionis.

Quemodo ijdem dicantur vere, & amici, & inimici Dei.

Exempl'ũ, rarum tamen inter homines.

MAN-

MANDATVM HOC ACCEPI à Patre.

QVOMODO Chriſtus acceperit mandatum de morte ſua à patre; ſeu (quod in idem redit) quomodo tale mandatum dederit ei pater: declarat ſanctus Thomas, dicens. Mandatum hoc dedit pater non filio Dei, qui cum ſit verbum, eſt etiam mandatum patris, ſed dedit filio hominis, inquantum animæ eius inſpirauit, neceſſarium eſſe ſaluti humanæ, vt Chriſtus in natura humana moreretur, & ſecundum hoc pater mouit eum ad mortem ſuſcipiendam ex obedientia. Hæc ille ſuper Ioan. Sed, & B. Anſelmus, in lib. meditation. redemption. generis humani, docet hoc ipſum latioribus verbis de Chriſto dicens, cap. 4. Nulla cogente obedientia, ſed potenti diſponente ſapientia, laudabiliter, & miſericorditer ſola libera volũtate ſuſtinuit illa: quæ mala voluntate ſunt illata. Non enim illi homini pater, vt moreretur, cogendo præcepit, ſed ille, quod patri placiturum, & hominibus profuturum, intellexit, hoc ſponte fecit. Non enim ad hoc eum cogere potuit pater, quod ab eo exigere non debuit, nec patri tantus honor placere non potuit, quem tam bona voluntate filius obtulit. Sic itaque patri liberam obedientiam exhibuit: cum hoc, quod patri placiturum ſciuit ſpõte facere voluit. Denique, quoniam pater illi hanc bonam voluntatem dedit, quamuis liberam, nõ immerito dicitur, quod eam, velut præceptũ patris, accepit. Hoc itaque modo obediens fuit patri vſque ad mortem: & ſicut mandatum dedit illi pater, ſic fecit, & calicem, quem dedit illi pater bibit. Hæc eſt enim perfecta, & liberrima humanæ naturæ obedientia: cum voluntatem ſuam liberam voluntati Dei ſponte ſubdit, & cum acceptam bonam voluntatem, ſine omni exactione, libertate ſpontanea opere perficit. Sic homo ille redemit omnes alios, cum hoc, quod ſponte dedit Deo, computat pro debito, quod illi debebant. Hæc ibi.

Diſce, qđ ſit obedientia libera, vt & tu &c.

PORRO quam gratum fuerit patri hoc opus Chriſti, ſcilicet quod poſuerit animam ſuam pro nobis (vt continebat illud mandatum) habetur ex illo præmiſſæ propoſitionis contextu ſuperius adducto ex cap. 10. Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meã, vt iterũ ſumam eam. Sic enim, vt citius videatur quod quæritur, ordinanda eſt litera. Quia ego pono animam meam: propterea me diligit pater, vt iterum ſumam eam. Ita quod non eſt ſermo de paterna dilectione ſimpliciter, & abſolute, ſed ſecundum quid id eſt ad hoc, vt iterum ſumam eam. Ac ſi iſtorum verborum ſenſus ſic apertius exprimeretur. Me ponere animam meam pro ouibus, id eſt voluntarie pro illis mori, eſt iam gratum patri meo: vt propterea ex hoc merito, ſcilicet quia pono animam meam, diligat me ad tantum beneficium, ſcilicet vt iterum ſumam eã; id eſt vt reſuſcitem meipſum. Ecce, quantum Deo patri placuerit talis charitas Chriſti erga proximum. [& hoc bene nota ad differentiam patrum carnalium, qui ægreferunt, filios ponere animas ſuas pro ouibus: Imo etiam, illos dedicare abundantius, quam in ſeculo, animas ſuas Deo in monaſterijs Regularium. Contra quos patres clamabunt & illi, qui ſm Pſa. 105. Immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas Dæmonijs: & effuderunt ſanguinẽ innocentẽ, ſanguinẽ filiorũ ſuorũ, & filiarũ ſuarũ quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaam.] Significanter autem dicitur in præmiſſo tex. Diligit me, vt iterum ſumã eam: ad ſignificandum, ſcilicet, quod non loquitur de ſeipſo, vt eſt verbum Dei pure, ſed, vt eſt Verbum caro factum. Quod vt facilius intelligas: Ecce oppoſitum. In opere creationis verum eſt, quod tam pater, quam filius, quam Spiritusſanctus, ex dilectione creat; & tamen proprie non dicitur hic quod pater diligit ſe, aut filiũ, aut Spiritumſanctum ad hoc, vt creet, nẽ ſignificetur aliqua vtilitas aduenire Deo in hoc, quod creat. In opere autem reſuſcitationis Chriſti ex mortuis dicitur proprie, quod pater diligit filium ad hoc, vt iterum ſumat animam: quia Verbum caro factum vtilitatem vitæ corporalis immortalis aſſecutum eſt reſurgendo, iterum ſumendo animam ſuam. Patet ergo ex his, quod illud pronomen, Me, non demonſtrat (vt dicebatur) Verbũ Dei pure; ſed Verbum Dei carnẽ factũ. Vnde & ratio

Ad correctionẽ patrum carnalium, ne damnẽtur ab idolatris.

Quomodo ſeipſũ Xps reſuſcitauit, patet i 3. de Sal. q. 53. ar. 4

meriti

Digitized by Google

meriti [quod eſt in tex. Pono animā meā pro ouibus,] ac pręmij [quod eſt in tex. Diligit me, vt iterum ſummam eam] quadrat: quandoquidem nec meritum, nec præmium filio ſecundum diuinitatem cōuenire poteſt, ſed filio ſecundum humanitatem.

CONFIRMATIO
Concluſionis III.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Propria non ſunt potentia patri, ſapientia filio, bonitas Spirituiſancto, ſed appropriata: vide ex Sacroſanctis Scripturis, Concil. &c. declaratum eſſe, in Elucidationibus pri. part. articulorum numero 209. 225. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterē, Geneſ. 1. concluſ. 6. Quod natura humana Chriſti non eſt perſona verbi, licet ſit in perſona verbi, & per conſequens illa natura non eſt Deus verus, licet ſit in Deo vero: vide ex ſacroſanctis Concilijs, &c. in Elucidat. 3. de Sal. articulorum num. 8. 69. 82. 104. 109. 145. & 3. de Sacramen. Addition. articulorum num. 389. & pri. part. articulorum numero 368. Quod caro Chriſti non fuit conuerſa in diuinitatem (ſicut nec aliquid diuinitatis in humanitatem:) vide ex Sacroſanct. &c. in Elucidat. pri. par. articulorum num. 368. & 3. de Sal. articulo. num. 7. 109. 184. 197. & 3. de Sacra. Addition articulorum nu. 389. Quod Chriſtus nullum habuit vnquam peccatum, id quod virtualiter eſt, eum nō pro vlla ſua culpa fuiſſe paſſum, Crucifixum, mortuum: vide ex Sacroſan. &c. in Elucidat. 3. de Sal. q. 15. art. 1. 2. 10. & q. 34. art. 1. 3. 4. & q. 14. art. 3. Quod Chriſtus eſt Saluator: id quod eſt, eum eſſe incarnatum, &c. mortuum pro nobis, ſeu (quod idem eſt) ex charitate proximi: vide, ex Sacroſanctis, &c in Elucidat. 3. de Sal. articulorum num. 2. 217. 268. 299. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 332. Item in Veritatibus aureis, &c. Leuit. 16. concl 8. & Numer. 17 concluſ. 1. & Deut. 9. concl. 7. Quod Chriſtus eſt mortuus nō tantum pro pijs, & fidelibus, ſed abſolute pro omnibus hominibus [id quod declarat, quod in concluſione capituli illud vltimum verbum, Proximi, ſumitur vniuerſaliter pro quibuſcunque proximis:] vide ex &c. in Elucidat. 3. de Sal. art. numero 261. Item in Veritatibus aureis, &c. Leuit. 4. concluſ. 6. & cap. 16. concluſ. 8. Quod Chriſtus à charitate Dei, & obedientia Patris, ex qua morti ſe tradidit, numquam excidit [vt aliquibus impijſſimis, indoctiſſimis viſum eſt, ex illo verbo Hely, Hely, Lama.] vide ex, &c. in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum numero 119. 277. Item in Veritatib. aureis, &c. Leuitic. 16. concl. 10.

ANNOTATIO PRIMA,
Cap. XIIII.

ET quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.] Tam mirabile, inæſtimabileque beneficium, quod ſcilicet in omnibus petitionibus in nomine Chriſti factis exaudiamur, eſſe fructū paſſionis eiuſdem, manifeſtat illa coniunctio tex. Et, cōiungitur enim per eam iſta ſententia præcedenti, quæ de paſſione Chriſti loquitur ipſo dicente in tex. Quia ego ad patrem vado. Sæpe etenim dictū eſt, quod hoc ire ad patrem erat per paſſionem, & mortem eius. Idem ergo, vtrāque ſententiam colligendo, eſt dicere, Quia vado ad patrem, quodcunque petieritis faciam, ac ſi aperte diceretur; Talis efficacia exauditionis omnium petitionum veſtrarum procedet ex merito mortis meæ. Ita quod, & obedientia mea ad patrē, & charitas mea ad proximū, quæ maxime reluxerunt in paſſione, & morte mea, erunt principale meritum talis exauditionis, & tam ampliſſima exauditio erit præmiſſæ obedientiæ, & charitatis præmium.

Cæterum dicet quis. Cur nunc dicit, Patrem, & inferius repetendo hanc ſententiam dicit, Me? Rurſus. Quare hoc ipſum de impetratione repetit, cum repetere idem videatur ſuperfluitatis notā habere? Ad primum reſpondetur, quod ideo nunc dicit, Quodcunque petieritis patrem, & infra, ſi quid petieris me: vt per hoc manifeſte pateat, quod non tantum Pater eſt Deus, ſed etiam quod ipſemet eſt Deus, & ꝙ ipſi perſonaliter duo

non

Digitized by Google

Deus, & quod ipſi perſonaliter duo non ſunt duo dij, ſed vnus Deus. Pro cuius captu aduerte, ꝙ in principio capituli huius 14. dixerat, Creditis in Deū, & in me credite [cuius textus expoſitionem ibi uide:] & quod legitur Rom. 10. Quicunque inuocauerit nomen Dñi, ſaluus erit. Quō ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Qñ igitur hoc in loco ſe inuocandū, ſicuti & patrē, in petitionibus noſtris admonet, oſtendit ſe, ſicuti & patrem, eſſe illum Dñm, de quo Apoſtolus ibid. ex Propheta Iohel 2. dicit, Quicunque inuocauerit nomen Dñi ſaluus erit. Quod uero cum patre nō duo dij, ſed vnus Deus ſit, demonſtrat per hoc, ꝙ indiuiſa monſtrat eorū opera eſſe. Nam exauditionem attribuit nunc ſibi dicens, hoc faciam, quā attribuerat patri, dicendo Matth. 18. De oīre, quancunque petierint, fiet illis à patre meo, tanq̄ per hęc confirmans illud ſuum dictum Ioā. 5. Quæcunque pater fecerit, hæc & filius ſimiliter facit, qm̄ ego & pater vnum ſumus, cap. 10. Ad fin aūt illorū quæſitorum tn̄detur, quod repetitio illa non ſit ſine cauſa, ideoque ſuperfluitatis notam non incurrit Illud ſiquidē, Quodcunque petieritis patrē in noīe meo, hoc faciam, dictum eſt ad oſtendendum, petitiones noſtras tales eſſe exaudiendas ad effectum ibi præmiſſum .ſ. ad faciendum opera Chriſti, & maiora. [Vbi ex textuū illorum ordine, & coniunctione, conſtat, quod modus faciendi, illa, quæ X̄ps faciebat, & maiora, erit per orationes ad Deū porrectas. Et conſequenter inde ēt innoteſcit, quod modus iſte fidelium operandi hæc, & maiora, diſtat plurimū à modo, quo ipſe Chriſtus opera hæc faciebat, quoniā ipſe faciebat imperando, fideles vero ſui facient ſupplicando. Vel explicite. ſ. vel implicite. Vt in illo imperio, Actu 3. In nomine Ieſu Chriſti Nazateni ſurge, & ambula, & in illo Actu. 9. Enea ſanet te Dñs Ieſus Chriſtus. Surge, & ſterne tibi, & in cęteris omnibus expreſſio noīs Domini tenet locum ſupplicationis, quæ licet quandoque non explicetur in litera, vt Actu. 14. Surge ſup pedes tuos rectus; tamen ſemper tunc explicatur in mente ipſorum fidelium, & in litera ſubintelligitur, 2. 2. q. 178. art. 1. ad primum.] Illud autē. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam, dicitur ad oſtendendum, petitiones noſtras eſſe exaudiendas abſolute .i. non ſolum ad faciendum illa, & maiora, ſed etiam ad omnia, quæ ſaluti noſtræ vtilia ſunt, à Deo impetranda.

Secundo.

Chriſti fideles opera miraculoſa faciūt, ſupplicando ſemper vel intra, vel extra.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. XIIII.

IN nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur pater in filio.] Ne alicui detur occaſio blaſphemandi, id eſt dicendi, quod amplisſima exauditionis promiſſio a Chriſto facta in tex. Quodcunque petieritis, fallit [nam & murmurant multi, quod orantes Deum non exaudiuntur:] ideo immediate ibi ſubdit; In nomine meo. Vide hic exuberantem bonitatem Dei, dum & exhibet ſe pro nobis exaudiendis mediatorē, & proteſtatur, ſe nolle intercedere pro nobis, neque velle exaudire noſtras petitiones, niſi pro quanto ſunt ad veram ſalutem noſtram, & ē contra. ſ. quod in cībus re uera ſalutem noſtram concernentibus intercedet pro nobis, exaudietque nos ad plenum. Declaro tria hæc. In nomine (inquit) meo Nomen ſuum quod eſt? Ieſus. i. Saluator Matth 1. Quid ſecum importat, eſſe Saluatorem? Inter Deum & homines mediatorem eſſe, iuxta illud 1. Tim. 2. Mediator Dei & hominum eſt Chriſtus Ieſus. Quomodo nunc eſt inter illos mediator? Aſſiſtendo vultui Dei, ad interpellandum pro nobis Hebr. 7. 9. Poteſt ne iſtus aduocatus noſter 1. Ioan. 2. aliquando nō exaudiri? Non. Tum quia ſcriptum eſt, Hebr. 5. Exauditus eſt pro reuerentia ſua. [Quod ſemel factum oſtendit, ſemper fiē dum, alioquin non dixiſſet pater de Chriſto Matth 3. 17. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, 3. de Sal. quæſt. 21. arti 3. 4.] tum quia ipſe, qui vt homo pro nobis interpellat, idem vt Deus ſe exaudit. Quia ergo Saluator, & interceſſor, & exauditor, noſter eſt Chriſtus, ideo per illud uerbum, In nomine meo, complecti merito diximus omnia tria ſuprapoſita. Impoſſibile igitur reſtat qđ promiſſio illa de petitionib. nr̄is exaudiendis, ſm quod in textu facta eſt, non adimpleatur ſemper. [Verū multi illi mur-

Bonitas Dei exuberans tripliciter oſtēditur per tex. In nomine meo.

Kk muran-

murantes, & quandoque blaſphemantes, vt ſupra aſſimilantur maledicto Caym, qui taliter fecit, vt patet in Veritatibus aureis ſuper totam legē veterem, Geneſ. 4. concluſ. 5.]

Dixi, ſecundum ꝙ in textu facta eſt, quia promiſſiones Dei non ſunt menſurādæ ſecundum capita ignorantium, eaſq; ſolum ſuperficialiter attēdentiū, ſed ſm intentionem Dei, quam in ſcriptura promiſſionis expreſſit. Promiſſionē ergo illam non abſolute, ſed cum limitatione, intelligere nos oportet, quia non abſolute dixit, Quodcunque petieritis, ſed cū limitatione, In nomine meo. Nomen, quid importat? Notitiā, famam, gloriam. Hoc eſt, ergo dicere; In noīe meo, quod eſt dicere: Ad honorem, famam, & gloriam meam. Quod totum intelligitur non tm̄ reſpectu intentionis hominis orantis, ſed etiam reſpectu veritatis rei .i. ꝙ non ſolum orans petat, quicquid petierit, pro gloria Chriſti, ſed etiam ꝙ in rei veritate illud, quod petit, ſit expediens tunc pro gloria Chriſti. Poteſt.n. aliquid eſſe pro gloria Chriſti expediēs aliquo tempore, loco, modo &c. quod tamen tunc .i. tempore illo, vel loco, vel modo &c. quo petitur, non erit expediens. Et ideo in nomine Chriſti, ſm rei ueritatem, non peteret: cuius petitioni uel tempus gloriæ eius opportunū, vel locus, vel modus, vel &c. deeſſet. Quod totum eſſe difficile ſatis ad hoc, vt cognoſcatur, manifeſtauit Apoſtolus per hæc verba Rom. 8. Quid oremus, ſicut oportet, neſcimus. Stultiſſimæ ergo ignorantiæ eſt, murmurare de eo, quod quandoque non exaudimur, cum, an in nomine Chriſti re uera petierimus, neſciamus. Adde, ꝙ petere in nomine Saluatoris noſtri, eſt petere id, quod re uera pertinet ad ſalutem noſtram. Et in hoc aliquando, ſæpeque decipimur, arbitrantes aliquid conducere ad noſtram, præſertim aīæ, ſalutem, quod tñ in rei veritate ei aliqualiter eſt, vel tandē erit, noxiū, aut ſaltē non proficuum. Quo ergo nō ſtultus, q̄ uellet murmurare &c.

Quam difficile ſit, cognoſcere, an, in noie Chriſti, oremus.

VT (inquit) glorificetur pater in filio. Hoc eſt, iuxta contextum illum. Vos petetis pro gloria mea, ego autē id, quod petieritis, faciā pro gloria patris mei, vt glorificetur pater in gloria filij. Hinc igitur manifeſtat Xp̄s, ꝙ ſua oīa refert in patrē non ſolum quandiu in ſtatu vitæ mortalis erat, [opera.n. ſua &c. faciebat in noie patris Ioan. 10.] ſed ēt in ſtatu gloriæ. Hanc uero nobis manifeſtationem facit, ut ſic confirmet in nobis fidem, ꝙ una & eadē eſt gloria filij & patris (ſicut & vna natura, & voluntas: Ioan. 5. 10.) & conſequēter ꝙ eadem à nobis exhibenda eſt gloria filio, & patri. Vlterius ad gloriā patris uniuerſa quæ fecit, ordinauit Chriſtus [iuxta illud Ioan. 8. Non quæro gloriā meā, ſed honorifico patrē meum] ad noſtrum exēplum, ut.ſ. quēadmodum ille fecit, & nos faciamus Ioā. 13. hoc eſt, vt & nos oīa noſtra opera &c. noſq; totos ordinemus ad gloriam Dei. Quod quidem Chriſti exēplum Apoſtolus nobis ad memoriā ſumma cum declaratione poſtea reducere voluit, dicens 1 Cor. 10. Siue manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. XIIII.

VERBA, quæ ego loquor, à meipſo non loquor. Pater autem in me &c. vſq; ad, propter opera ipſa credite.] Quatuor his ſententijs demonſtrat Chriſtus præmiſſam propoſitionem.ſ. quod ipſe in patre, & pater in ipſo eſt. Primo igit hoc probat à locutione dicens: verba, quę ego loquor, à meipſo non loquor. Intendit.n. dicere, ꝙ indiuiſi ſunt ipſe & pater in loquendo, & per conſequens, ꝙ ipſe in patre, & pater in ipſo, eſt. Porro, cum dicitur in tex. Ego, accipitur, vt Deus, & tex. loquor, intelligitur, organo humanitatis. Alioquin ſi Xp̄s nunc de ſeipſo, quatenus homo eſt, loqueretur, nō poſſet ex his dictis concludi intētum ſuum.ſ. qđ ipſe ſm conſubſtātialitatē eſt in patre, & pater in ipſo Irē. Si nō ſumeretur, loquor.ſ. organo humanitatis, nō ſequeretur in tex. vobis, qm̄ Deū loquentē immediate .i. uoce ſpirituali [Deus.n. & conſequenter ſua ꝓpria vox, eſt ſpiritus Ioā. 4.] nō potuiſſęt Apoſtoli aurib. corporalibus audire. Sciēdum eſt igitur, pro textu pręſenti facilius intelligendo, quod ſicut lingua Chriſti mouebatur ab anima ſua ad loquendum de conceptibus ſuæ mētis, ſeu euſdē animę, ita ipſius aīa regulabatur ab eius deitate

Primo.

Digitized by Google

tate in omnibus uerbis ab eius ore corporeo prolatis. Et quia deitas eſt ei non à ſe ipſo(cum ſeipſum non generauerit) ſed à patre(iuxta illud Pſal.2.Ego hodie genui te:)ideo verba,quæ Chriſtus loquebatur, nõ loquebatur à ſeipſo, ſed à patre.[Hoc eadem ratione intelligas etiam de factis à Chriſto operibus.] Hinc ergo ſequebatur indubitanter, ꝙ verba Chriſti corporalia non poterant vllo modo deuiare à veritate,& per conſequens,ꝙ dictis eius, etiam per miracula non confirmatis, homines tenebantur firmiter credere(vt ſuperius quoq; ex quolibetis Angelici Doctoris allegabatur.)Secundo idipſum.ſ.ꝙ ipſe in patre, & pater in ipſo ſit, probat ab operatione dicens, pater in me manēs ipſe facit opera. Ecce, ꝙ pater, & filius, ſunt indiuiſi etiam in operando. Pro cuius intelligentia notandum eſt,ꝙ implicite continentur plura, quam explicētur in his duabus propoſitionibus.ſ.hac,& immediate præcedenti. Sic.n. extendendæ ſunt verba,quæ ego loquor vobis,à meipſo non loquor, ſed pater in me manens à ſeipſo,& in meipſo loquitur. Item Opera,quæ ego facio, à meipſo non facio,ſed pater in me manēs ipſe à ſeipſo,& in me ipſo,facit opera. Hæc autem dixi,nõ corrigendo textum(quod nimis pręſumptuoſum eſſet, à viroque catholico alienum:) ſed reuerenter exponendo ſenſum in textu Euangelij implicite contentum. Dicit ergo:pater in me manens &c.Hic non accipitur manere per eſſentiam, præſentiã, potentiam.[Sic.n.eſt pater in oibus creaturis,1.q.8.art.3. & Chriſtus,vt Deus,nõ eſt creatura,3.de Sal.q.16.art.8.] aut per habitualem gratiam [ſic.n.eſt in animabus iuſtis,1.2.q.110.art.4.& Chriſtus, vt Deus, non eſt ai humana, neque habet aĩam ſui formam eſſentialem, quia licet ſit Deus,& homo,tñ ipſe,vt Deus,non eſt homo]aut per gratiam vnionis. [Sic.n.ſolus filius eſt vnitus humanitati noſtræ in eadē perſona æterna,3.de Sal.q.2.art.10. 12.& pater,filiuſque nõ ſunt vna,ſed duę perſonę,1.q.31.art.2.] ſed accipitur ipſũ manere ſecundum eſſentiam.i. conſubſtãtialitatem.Pater ſiquidem manet in filio, quia pater eſt ſua eſſentia, & cõicat eam filio, non per aliquam ſuam tranſmutationem. Vnde ſequitur,cum patris eſſentia manet in filio,quod pater maneat in illo. [Sicut,cum filius ſit ſua eſſentia,ſequitur quod ipſe in patre maneat, in quo manet ſua eſſentia, 1.q.42.ar.5.]Hinc ſequitur quoque illud ſupradictum ex textu .ſ. ꝙ pater loquitur verba,& facit opera, in filio,hoc eſt, ꝙ eſſentiam diuinam,quā filius,& verba & opera profert,eſt in filio a patre, qui pr̃ eſt ipſamet eſſentia. Ideo igitur pr̃ & verba loquit̃,& opera facit in filio,dum filius loquitur,& operatur.

Secundo.

Manet Deus diuerſimode, & diuerſis, Vt &c.

ANNOTATIO QVARTA, Cap. XIIII.

NON creditis, quia ego in patre, & pater in me eſt?]Idipſum .ſ.patrē in ſe,& ſe in patre eſſe Chriſtus probat tertio per hanc propoſitionem,& hoc ab authoritate ſua. Quæ authoritas alijs verbis licet in eundem ſenſum redeant,exprimitur in textu Gręco.Dicit.n.B. Hilarius 7. de Trinit.Quia in ſe patrem loqui,& operari,docuerat, perfectæ huius vnitatis fidem ſtatuit,dicēs.Credite mihi,quia ego in patre,& pater in me eſt. [Ne.ſ. per virtutis efficientiam, & non per naturę,quę ſecũdum natiuitatem eſt, proprietatē pater in filio & operari crederet, & loqui.] Sic.n.habetur in Græco. Hæc ille.Vbi nota,ꝙ per virtutis efficientiam,ille intelligit modum illum cõem,quo Deus in omni recta loquēte,& operante, loquitur & operatur(de quo uide 1.q.105.ar.5.) & ꝑ naturæ proprietatē,intelligit conſubſtantialitatē.In cuius ſignum certum eſt,ꝙ B. Chryſoſt. poſt eandem Chriſti ſnĩam dicit:ſi vero non ſufficit hoc ,ad oſtendēdũ conſubſtantialitatem,ſaltem ab operibus diſcite.Vnde ſubditur: Alioquin propter opera ipſa credite.Hæc ille ſuper Ioã. Ab authoritate igitur propria exigit fidem Chriſtus à diſcipulis,dicēs; credite mihi. Ac ſi dicat. Vos iam tanto tpe etiam per experimentum, probaſtis,ꝙ ego nunquã mentitus ſum:vos audiſtis, ꝙ teſtimoniũ meum uerum eſt(ut patet Ioã.3.8.)vobis ꝙ mihi,tanq̃ ueridico,credatis,fuit mandatum à patre de cœlis dicente, Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui, ipſum audite.Matth. 17. & ideo credite mihi, vtpote tot rationibus apud vos notis fide digniſſimo. Perſpice tu hic,

Tertio.

Digitized by Google

dem Chriſto cõiuncti. His igitur verbis, Qui credit in me, oſtendit, ꝙ Apoſtoli, cęterique, própria authoritate opera hęc, & maiora, nõ fecerunt, ſed authoritate eius, cui vniebantur. i. Chriſti. Et hoc vniuerſaliter, à ſimili, intellige ẽt de iis, qui fecerunt miracula, antequam Chriſtus actualiter veniret in mundum. Helias namque Eliſæus &c. per hoc, ꝙ Xp̃m venturũ credebant, atque ideo ei per fidẽ coniuncti erant, miracula faciebant, (vt ẽt habetur ex Hebr. 11. Sãcti per fidẽ vicerunt regna &c.) Et ꝑpea illa nõ fecisſẽt, niſi in Xp̃m credidiſſent. Ille ergo tex. Qui credit in me, reſpicit etiã homines prӕteritos: licet principaliter ad literã [faciet] loquat̃ de futuris. Et maiora (inquit) horũ faciet. Nõ quidem maiori, nec ęquali, ſed minori, vt pote non ſua virtute faciet maiora. Opera igitur erunt maiora, & virtus facientiũ illa, vt ex facientibus dependens, erit minor. Alioquin, ſi vt à Chriſto in illis eſt, conſideretur, erit æqualis, quia vna, & eadem virtute Chriſtus per ſeipſum, & per diſcipulos miracula operabatur. Veruntñ clariorem reddebant Chriſtũ miracula, quę faciebat per diſcipulos, quam illa, quæ per ſeipſum, & hoc non tm̃, quia diſcipulorũ opera erant ſm̃ ſe maiora, ſed etiam quia erant per minores facta. Clarior. n. redditur aliquis apud hoĩes magiſter ex hoc, ꝙ diſcipuli eius multam, magnamque doctrinam poſſident, & proloquuntur, q̃ ex hoc, ꝙ ipſe eandem poſſidet, & proloquitur. Maiori ſiquidẽ habet̃ in pretio ille; qui potuit alios facere tales qualis ipſe eſt, q̃ ille, qui ſolum in ſeipſo talis eſt, vel cõſideratur. Ex operum ergo maioritate claritas duplex apparuit. ſ. Apoſtolorum, ſed minor, & Chriſti, ſed maior. Tãtoque maior, quãto non ſine Xp̃o in ipſis actualiter cooperãte operati sũt Apoſtoli miracula, cum tñ magiſter ille terrenus pro ſimilitudine adductus non cooperetur actualiter in ſuis diſcipulis, dũ ipſi doctrinã ab eo prius acceptam in populos effundunt. Maiora (inquit) horũ faciet. Patet hoc fuiſſe verificatũ, primo in doctrinæ ſeu prædicationis fructificatione. Nam plures quaſi incõparabiliter fuerunt per Apoſtolorũ prædicationem conuerſi ad fidem, q̃ per pręedicationem Chriſti, cum per eos multitudo diuerſarũ nationũ cõuerſa ſit, & ad Xp̃m per ſe docentẽ paucitas aliquorũ Iudæorum. Secũdo in prædicãdi forma. Etenim omnium linguis prædicabant Apoſtoli Actu 2. & 1. Cor. 14. Omnium lingua loquor: Xp̃s vero vna tm̃ lingua. ſ. Hebræa vſus eſt in prędicando, & hoc, quia ſolum Iudæis cõtter prædicauit iuxta illud Math. 15. Non ſũ miſſus, niſi ad oues, quæ perierũt domus Iſrael. Tertio verificatum fuit in miraculis. Nam ad vmbram Petri Apoſtoli ſanabantur infirmi Actu. 5. quod maius eſt, q̃ ad tactum fimbriæ veſtimentorũ Chriſti Mar. 6. De Paulo quoque Apoſtolo legit̃ Actu 19. Ita vt ſuper languidos deferentur à corpore eius ſudaria, & ſemicinctia & recedebant langoores, & ſpiritus nequam egrediebãtur: Id quod uidetur maius opus, q̃ ꝙ veſtimentorum actualiter perſonæ adhęrentiũ fimbria tacta curet tangentis infirmitatem Mar. 5.

Simile quotidianum.

Primo.

Secundo.

Tertio.

QVIA (inquit) ad patrem vado. Reddit cauſam, ſeu rõnem, quare credentes in ſeipſum tanta eſſent facturi. Quia ergo Chriſtus ad patrẽ iuit aſcendendo in cœlum, ideo Apoſtolis collata eſt facultas tã mirabilia operandi. In præſentis textus completam notitiam oportet ſubintelligere illud Hebr. 9. Introiuit in ipſum cœlum, vt appareat vultui Dei pro nobis: & hoc, vt dicitur ibid. cap. 7 Ad interpellandũ pro nobis. Senſus ergo textus eſt. Quia Chriſtus, poſtquam aſcendit ad patrem, orauit eũ ſpecialiter pro Apoſtolis, ideo illi hæc, quæ faciebat ipſe, & maiora fecerunt. Ac ſi, coniungendo contextum ſequentem huic textui, dixiſſet. Maiora horum faciet. Quia vado ad rogandum patrem, vt alium paraclitum det vobis. Solummodo enim poſt aduentum Spiritusſancti copioſum Actu 2. fuerunt operati Apoſtoli illa, quæ prædicta ſunt. Per hũc ergo textum oſtenditur denique, quod ex Chriſti orationis efficaciſſima virtute proceſſit, quod tam magna, tam faciliter, tam cito, tam &c fecerunt Apoſtoli. Hinc eſt, quod illi optime cognoſcentes hoc nõ in ſeipſis de ſuis operibus, ſed in Domino, gloriabantur, non ſibiipſis inde, ſed Domino, dantes gloriam (ut patet in eorum epiſtolis.)

Oratio Xp̃i fuit cauſa ... biliter factorum ab Apoſtolis.

Digitized by Google

mites veri (quales in terreſtri uinea) ſed metaphorici. Reſpondetur, & quod de mente Chriſti ibi loquentis, verū eſt vtrūque. ſ. quod ipſe eſt vitis vera, ſimulque vitis ſimilitudinaria, & quod non eſt talis, qualis in campo apud nos, ſeu in vinea. Quo etiam modo cointelligendum eſt de contextu. ſ. quod pater agricola verus eſt, & metaphoricus, itemque Chriſtiani, nullo excepto, ſunt palmites veri, ſimulque metaphorici, & per conſequens nō tales, quales agricola, & palmites in campo noſtro. Vnde, ſolida ſtāte plana veritate textus, nihil contra valet, qđ in obiectione afferebatur. Porro ad huius reſponſionis faciliorem captum, ſciēdum eſt, quod verum diſtinguitur quandoque contra ſimilitudinarium, ſ. vt homo verus ab homine picto: quandoque autem contra corruptum (vt vinum verum diuiditur ab aceto, quod eſt vinum corruptum.) Hoc ergo verum tex. Ego ſum vitis vera, non ſumitur, vt diſtinguitur contra ſimilitudinariū quaſi quod Chriſtus non ſit vitis ſimilitudinaria; ſed ſumitur, vt diſtinguitur cōtra corruptum, quaſi dicat, quod Chriſtus eſt vitis non corrupta. Scis, quare eſt non corrupta, ſed vera? Quia non facit labruſcas, ſed vuas. Ad diſtinctionē ergo populi Iudæorum, qui dicebatur vitis Dei (iuxta illud Iſai. 5. Vinea Domini exercituum domus Iſrael eſt. Et Pſ. 79. Vineam de Ægypto tranſtuliſti &c.) dicit; Ego ſum vitis vera. Populus enim ille, pro maiori parte erat vitis corrupta, moribus. ſ. vitijſque & erroribus plena (quæ oīa ſunt labruſcæ) ſecundum illud Iſai. 5. Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas, & illud Hier. 2. Quomodo conuerſa es in amaritudinē vitis alienæ? Ac ſi ergo ad differentiā phariſæorum &c. populos varijs errorū, morūmque, & peruerſarum ſcripturæ ſanctę expoſitionū, zizanijs, ſub quadam hypocriſis adumbratione ſeducentium, dixiſſet Chriſtus: Ego ſum vitis vera. i. producens vuas. ſ. veram doctrinam, bonos mores, ſynceras ad mentem Dei ſuarum ſcripturarum expoſitiones, nulla per hypocriſim ficta ſanctitate ſeducens populos, ſed aperta veritate in prædicationibus & eorū uitia deteſtando, & eos ad veras animarum virtutes ex cordiali affectu conuocando, in viam veræ ſalutis adducens.

Verum dicitur multipliciter.

Chriſtus eſt caput verum, ſed myſticum, Eccleſiæ, (ipſo hic affirmante.)

Denique in idem redit (vt habetur ex D. Tho. hic) hominem Chriſtum Ieſum dicere, Ego ſum vitis vera, & vos palmites, & dicere, Ego ſum caput Eccleſiæ, 3. de Sal. q. 8 art. 1. Eſt ergo caput non corruptum, non ſophiſticatum, non alienum, non modo vllo vitiatum, ſed ex omni parte verū, quia eſt vitis, ex omni parte vera.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus cum patre Eccleſiam ſuam, malos bonoſq; continentem, conuenientiſſime, licet diuerſimode, cuſtodit atque conſeruat, demōſtratur ab Euangeliſta, ex tex. Omnē palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. & omnem, qui fert fructum, purgabit eū, vt fructum plus afferat. Hi ſiquidem omnes palmites in vnum, ideſt in vnam Chriſti fidem (quod ſignificat tex. In me) congregati Eccleſia Dei ſunt, ad literalem ſenſū horum verborum (id quod eſſe literalem ſenſum, ſ. quod per palmites intelligantur homines oſtendit contex. Vos mundi &c. Manete in me &c. ſic nec vos, niſi & c. Vos palmites.) Cōtinet Eccleſia bonos, & malos, quia, ſecundum textum hunc, ex palmitibus afferunt quidam fructum, quidā autem non. Pater verò, vt agricola, Chriſtus etiam, ſecundum quod Deus, vt agricola, ſecundum quod homo, vt vitis. i. vt caput Eccleſiæ, ad cuſtodiam, atque conſeruationem eius continue ſtant ſine vlla intermiſſione (iuxta textus exactam conſiderationem de ſolicitudine circa palmites, & Pſal. 120. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.) Conuenientiſſime autem cuſtodit eam Chriſtus cum patre, atque conſeruat, quia, ſecūdū textualem ſenſum circa omnes palmites in gubernatione ſe habet, ſecundum quod requirunt merita eorum, omnē (inquit) palmitem &c. Hoc eſt. Dignos tolli ipſe tollit, & dignos purgari ipſe purgat. Quia uero merita eorum diuerſa ſunt, ideo ſe ſe ad illos, quo ad effectum cuſtodiæ, & cōſeruationis, habere diuerſimode dicitur. Proinde tollit palmites malos agricolā cōtinue, quoniam Deus ſemper arcet illos à malitia, ideſt & ne tantum noceant ſibijpſis, quantum nocerent, ſi ſibijpſis

dimitterentur, i. ne tantum peccent, quantum peccare poſſent, ſi permitterentur. (Puta, ne cadant in blaſphemiam, in hæreſim, in deſperationem &c. Nullum etenim peccatum eſt, quod faciat vnus homo, quod non faceret alius homo, niſi iuuaretur ab eo, à quo factus eſt homo. Vt dicit B. Aug.) & ne tantum noceant aliis, quantum vellent, de factoque nocerent, niſi cohiberentur, 1. q. 113. art. 4 ad 3. Propterea dicitur in concluſione, ꝙ cuſtodit Eccleſiam. Purgare autem dicitur agricola bonos palmites cõtinue, quoniã Deus ſemper aſſiſtentia ſua illos adiuuat, & vt gratia habita bene vtantur, & vt in ea, bonisque operibus ex ea prouenientibus proficiant, & vt vſque in finẽ viriliter in bono illo profectu perſeuerẽt, nunquã aſpicientes retro, ut fiãt actualiter apti regno Dei, i. poſſeſſores eius Luc. 9. Propterea dicitur in concluſione, quod cõſeruat Eccleſiam. Cuſtodia igitur, ſecundum concluſionem, attenditur penes remotionem malorum, ideſt rerum noxiarum: conſeruatio autem penes collationem bonorum ſcilicet vtilium rerum.

Nullũ eſt peccatum, ꝙ quilibet homo, niſi à Deo ſuſtineretur non faceret.

NE crediderit autem licet Deus dicatur agricola, quod ex præmiſſa circa Eccleſiam cultura, quam dupliciter Deus facit modo declarato, aliqua vtilitas à Deo ſibimetipſi expectetur, aut ſibiipſi inde proueniat: quandoquidem Deus ſibi ſoli abſque vllo reſpectu creaturarum ſufficientiſſimus eſt, ideoque in ſeipſo ſolo beatiſſimus, 1. q. 4. art. 2. & q. 26. art. 1. 4. ac propterea bonorum noſtrorum non indiget, Pſal. 15. & hoc ipſe abſque dubio pleniſſime cognoſcit, 1. q. 14. art. 2. 3. licet, inquam, dicatur agricola, quoniam in textu nõ ſumitur totaliter agricola, ſicut apud nos. Terrenus enim agricola ex cultura vineæ &c. vtilitatem aliquam expectat: imo non coleret vineam &c. niſi inde vtilitatem ſibi ſperaret, quia culturam illam ad vineæ &c. vtilitatem non ordinat principaliter, ſed ad propriã, id (vt diximus) Deo nõ conuenit. Pro huius autem diſtinctiori notitia ſciendum eſt, ꝙ vinitor, inquantum colit, vocatur in textu agricola. Porro, cum colere ſit ſtudium impendere colimus aliquid dupliciter, vel vt id, qd colimus, melioretur (ſic homo colit agrũ, vineam, & huiuſmodi) vel vt nos ex ipſo, quod colimus, melioremur (ſic homo colit ſapientiam, virtutem, &c.) Deus ergo colit nos, vt nos ex eius opere melioremur, inquantum extirpat mala ſemina de cordibus noſtris, bonaq; ſuperinducit, & (vt dicit B. Aug. aperit cor noſtrũ aratro ſermonis, plantat ſemina præceptorũ, colligit fructũ pietatis. Nos aũt colimus Deũ: vt nos per illũ melioremur, & nõ arãdo, ſed adorãdo, eique humili deuotione ſeruiẽdo, iuxta illud Ioan. 9. Si quis Dei cultor eſt. Ex præmiſſis ergo conſtat, ꝙ Deus agricola eſt non ꝑ ſuam, ſed ꝑ noſtrã vtilitatem. Nec vineæ ab alio plantatę agricola eſt (ad differentiam multorũ noſtrorum) ſed à ſeipſo, iuxta illud Hier. 2. Ego te plantaui vineam electã, oẽ ſemen verum. Hanc ipſe augmentat, iuxta illud 1. Cor. 3. Deus aũt incremẽtum dedit. Nã ſolus Deus interius augmẽtat, hoc eſt, fructificare facit, quantuncunque homo cooperetur exterius. A terrenis quoque agricolis differre agricolam hũc. ſ. Deũ, ſignificat textus per hoc, ꝙ, licet ibi vitis legatur, nihil tñ culturæ vitis, i. ſtipitis iſtum agricolam facere narratur. Terrenorũ n. agricolarum ſtudium eſt principaliter de vite, i. ſtipite (vt patet:) qm̃ hanc multis, variiſque fomentis nutriunt, adiuuant, impinguant &c. vt abũdanter bene fructificare poſſit, & hanc curam primariã de vite habent non ſemel, ſed ſingulis annis. Verum de agricola Euangelico dicit textus, ꝙ ſolummodo circa palmites ſtudiũ adhibet, tollendo videlicet tollẽdos, & purgando purgandos. Ratio differentiæ huius eſt, qa vitis iſta i. Xpũs homo, ex illo inſtãti cõceptionis ſuæ, qñ ſanctificatus eſt, 3. de Sal. q. 34. art. 1. 4. tanta oĩum gratiarũ abũdãtia fuit repletus, 3. de Sal. q. 7. ar. 9. 10. vt gratia eius, & uirtutes, non potuerint amplius augeri, ibid. ar. 12. De palmitibus aũt nõ eſt ſic, cũ ſemper poſſint & in gr̃a proficere, 2. 2. q. 24 ar 9. & à gr̃a deficere, 2. 2. q. 24. ar. 11. & 1. 2. q 109. ar. 9. 10. & q. 114. ar. 8. Hinc fit, ꝙ uitis, de qua hic agitur, non indiguerit agricolæ huius ſtudio ad hoc, ut uel in melius proficeret, uel ne à ſtatu bono deficeret, qm̃ de cõprehenſoribus (qualis erit uitis hæc) non põt dari talis uiciſſitudo. Circa palmites igitur cura tota agricolæ huius reſtat deſcribenda, ſicuti & in textu deſcribitur.

Primo. *Secundo.* *Tertio.*

OMNEM

OMNEM PALMITEM in me, non &c.

CVM agricolæ huius metaphorici eſſe talis circa palmites metaphoricos deſcribitur, qualis eſſe patet in his, vnde metaphora aſſumpta eſt: Et merito, vt hinc indè omnia ſibi inuicem correſpondeant. Quid vides in agricolæ terreni cura circa palmites inſenſatos? Quod ſi quem palmitem in materiali vitæ exiſtentem viderit infructuoſum, tollit eum, ideſt, abſcindit a vite, ne inaniter occupet locum ibi: ſi quem verò fructuoſum in ea viderit, purgat eum, ideſt, adiuuat, vt magis fructificet. Quomodo? A palmite illo, quem in vite relinquit, circumcidit omnes ſuperfluos, quos habet ſurculos. Nam palmes ex hoc, quòd ſurculos habet ſuperfluos, minus fructificat, propter humoris vitalis diffuſionem ad ſurculos illos: & ideò cultores vinearum tunc ad fructificandum magis palmitem, ſeipſos adiuuare dicunt, quando eum a ſuperfluis ſurculis purgant, tollendo, ſcilicet illos ab eo. Sic in propoſito ad metaphoram hanc de agricola cæleſti dicit text. Omnem palmitem in me, &c. Hoc eſt. Si Deus aliquem Chriſtianum viderit infructuoſum, ideſt, nõ facientem opera fidei, quam habet, conformia, tollet eum, ſcilicet a vite, quæ Chriſtus eſt, abſcindet eum, iuſto ſuo iudicio in pœnam peccati eius. Non enim poteſt negare

Primo. ſuam iuſtitiam. 2. Tim. 2. Ecce: quòd, ſecundum hunc textum, fides ſine operibus mortua eſt, Iacob. 2. & ſolummodò aliquid in Chriſto valet fides, quæ per charitatem operatur, Galat. 5. Palmitem

Secundo. non ferentem, &c. Ecce: quòd, ſecundum hunc textum, non fructificare conformiter ad fidem habitam eſt via ad perdendum Chriſtum, i. ad hoc, vt excidamur totaliter a conſortio Chriſti, amittendo, ſ. non tantum gratiam eius, ſed etiam fidẽ. Vnde & Apoſtolus Euangelicorũ ſenſuũ verus optimuſq; expoſitor hocipſum oſtẽdens dicit, 1. Tim. 1. Habens bonã cõſcientiã: quam quidã repellẽtes circa fidẽ naufragauerunt. Porrò conſcientia bona cõſiſtit in fructificare, ſeu operari, conformiter ad Chri fidẽ habitã. Palmitẽ non &c.

Bona conſcientia eſt viuere cõformiter ad fidem.

Tertio. Ecce: ꝙ ſecundũ text. hũc, & dantur peccata nõ ſolũ cõmiſſionis, ſed ẽt omiſſionis, & peccata iſta omiſſionis poſſunt eſſe mortalia, ac de facto plerunq; ſunt. Nã, in vite, i. in fide Chri, non ferre fructũ, eſt peccatũ non commiſſionis (vt patet) ſed omiſſionis, & eſt peccatũ mortale plerunque in multis [ẽt ꝙ de illo quñq; non faciãt, vt aiunt, ſibi cõſcientiã]. In ſignũ cuius certiſſimũ, palmes ex eo, ꝙ nõ fert fructũ tollitur (vt patet in textu) ab Agricola de vite. i. abſcindiẽ de conſortio Chri: id qđ oĩ pęna inferni dãnatorum eſt peius. Nõ ergo ſolũ merentur æternã dãnationẽ illi, qui mala poſitiue faciunt: ſed ẽt q bona facere negligunt, ſeu ẽt bona negligenter faciũt (horũ.n. vtriq; peccant peccato omiſſionis). Vnde eſt illud Hier. 48. Maledictus, qui facit opus Dei negligenter: & illud Matt. 25. ꝙ ablatũ eſt talentũ, eo dãnato, a ſeruo illo, qui ex eo nõ fructificauit, ſed ipſum abſcondit. & illud Luc. 13. ꝙ Dñs ficũ ſterilẽ præcepit abſcindi. Propter textũ hũc Io. quia. ſ. palmites infructuoſi tolluntur, ne videlicet tali pęna puniamur, dicebat Apoſt. 2. Cor. 6. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis: proponens ſe nobis in exemplũ, 1. Corin. 15. Gratia Dei in me vacua non fuit.

CÆTERVM, ſi Deus viderit aliquẽ palmitẽ fructuoſum (qđ erat altera pars text.) purgabit eũ: vt fructũ plus afferat: En: ꝙ aduerſitates, & pęnę ſeculi huius dant a Deo nobis ꝓ medicina, & re vera ſecũdũ ſe ſunt medicinæ. Purgat. n. Deus palmitẽ, ut fructũ plus afferat: & purgatio illa eſt quęlibet tẽporalis aduerſitas, qñquidẽ per hmõi aduerſa purgatur affectus hominis boni, dũ ſic in Deũ ſuſtollitur, iuxta illud Pſ. 119. Ad Dñm, cũ tribularer, clamaui. Contingit nãq; frequenter, ꝙ hõ bonus. i. a peccato mortali mundus, affectũ ſuũ aliqualiter inordinatè habeat inclinatũ ad aliquid boni cõmutabilis: id qđ licet non ſit mortale, impedit aliquo modo affectum illius hoĩs, ne totus, & totaliter feratur in Deum. Virtus enim humani affectus ad diuerſa inclinati minoratur [iuxta id cuiuſdam ſapientis dictum. Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſẽſus], & magis inefficax inde redditur ad bene operandum. Vt igitur fiat ad

Aduerſitates quomodo ſint medicina bonorum.

bene

bene operandum efficax, remoueri debet impedimentum: quoniam, remoto illo, affectus ipſe melius regulabitur, à quo bene receterque ſic regulato procedet quędam maior feſtinantia & efficacia ad bene operandum. Hinc eſt, quod agricola iſte ſapientiſſimus, vt palmitem magis fructificare faciat (vt patuit de Iob, cap. 1. 2. & Tobia, cap. 2.) præcidit frequenter huiuſmodi impedimenta immittendo tribulationes, variaſque tentationes, auferendo filios, vxorem, diuitias, amicos &c. quibus homo ille nimis afficitur. [Ad purgandum.n. materialem palmitem adhibetur ferrum:] & hoc totum facit ipſe, vt fortior ad bona opera exequenda, & multiplicanda, homo inde quaſi de nouo excitatus, exurgat. Purgabit (inquit) eum, ſcilicet quantumcunque bonū. Nullus enim in hac vita purus eſt adeo, vt non poſſit magis proficere, & conſequenter non ſit ad hunc finem à Deo per aduerſa purgādus. Quis inter homines puros Beatiſſima Virgine matre purior? Et tamen quantis tribulationibus abundauerit, & inde profecerit, patet ex Euangelijs, &c. Porro, quod hominibus puris ſemper relictus modus ad progrediendū in via Dei vſque ad mortem, patet per illud Apocal. 22. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctificetur adhuc, & illud Pſal. 83. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Syon. Ecce: quod illuc uſque proficiendi in bono, ſecūdū Pſalmum via extenditur, quouſque anima realiter ſeparetur à corpore. Tunc enim, & non prius, videri poteſt Deus deorum in Syon. i. diuina eſſentia in ciuitate ſuperna, ideſt in cœlis. Et merito, vſque ad mortem: alioquin homo deſineret eſſe viator, antequam veniret ad terminum viæ, quod eſt inconueniens.

In via Dei ꝓgredi poteſt homo vſque ad mortem.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET Chriſti verbum prædicatum multas affert animabus audientium vtilitates, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Iam vos mundi eſtis, propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Ecce, quod diſcipulorum animabus ex auditione ſermonis Chriſti vtilitas hæc magna, ſcilicet ſpiritualis munditiæ, allata fuit. Porro quoniam mundicia hæc multas in ſe continet animarū vtilitates, ideo has omnes concluſio attribuit originaliter verbo Dei prædicato. Prima itaque ibi contenta, & hinc originaliter proueniēs, vtilitas eſt purificatio intellectus ab omni errore circa fidem, ita vt ſyncera veritate firmiter his, quæ fidei ſunt, totus adhæreat. Talis autem purificatio dicitur prouenire à verbo Dei, quia per ipſum inſtruimur, quæ nam ſit vera, & quæ falſa doctrina: iuxta quod Apoſtolus his verbis inſinuat, ad Titū, c. 1. Amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelē ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere. Hoc vero totū inde eſt: quia in verbis Dei (Hæc ſunt in libris canonicis: Cōcil. Triden. Seſſ. 4.) nulla falſitas, ſed pura veritas inuenitur, iuxta illud à diuina ſapientia librorum canonicorum authore dictum, Prouerb. 8. Iuſti ſunt omnes ſermones mei. Non eſt in eis prauum quid, neque peruerſum. Recti ſunt intelligentibus, & æqui inuenientibus ſcientiam. Secunda vero ibi. ſ. in mundicia, de qua loquitur textus, contenta, & inde, ſcilicet à verbo originaliter proueniēs, utilitas eſt purificatio uoluntatis à terrenis affectibus, & per conſequens eiuſdem inflammatio ad cęleſtia. Porro talis purificatio, & inflammatio, dicitur prouenire à verbo Dei: quia de ipſo ſcriptū eſt, Hierem. 23. Nunquid non verba mea ſunt ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus, conterendo ſua uirtute duritiem petrini cordis noſtri à terrenis affectibus, qui illud indurabant, purificat, & tanquam ignis, ad ſuperna inflammat. Tertia uerbi diuini utilitas eſt, quod totam Eccleſiam generat, infirmam corroborat, famelicam paſcit, uulneratam ſanat, moribundam corporaliter munit, ipſius, ne deficiat, propagationem & fecundum corpus & ſecundum ſpiritum cauſat. Septem etenim Sacramentis. ſ. Baptiſmo, Confirmatione, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema unctione, Matrimonio, Ordine ſacro, hęc omnia fiunt, ſi adſit ibi per ſingula uerbum Dei: alioquin nihil fit. [Ecce: quā neceſſarium nobis omnibus eſt uerbum Dei,

Valde ſalutiferrimū eſt verbū Dei.

Secundo.

Tertio.

Verbum Dei quid faciat in ſingulis ſacramentis.

Dei, quam uigoroſum, quam ſalutiferũ.] Cum enim ex duobus, ſcilicet rebus, & uerbis, conſtent Sacramenta, 3. de Sacramen. q. 1. ar. 5. 6. res ipſę, remotis uerbis, ſalutarem effectum non cauſant: quoniã materia, cuiuſmodi ſunt illę res, non dat rei materiali eſſe, ſed forma, cuius locum tenent uerba ipſa. Sacramento igitur uerbum Dei, non res, dat, ꝙ ſit ſacramentũ. Proinde ad omnium de ſacramentis prædictorum notitiam facit illud, quod de baptiſmo dixit B. Aug. ſi (ut decet) applicetur proportionaliter ad ſingula. Exponendo itaq; tex. Mundi eſtis propter ſermonem, dicit: Quare non ait; Mundi eſtis propter baptiſmum, quo abluti eſtis: niſi quia & in aqua uerbum mundat? Detrahe uerbum, & quid eſt aqua, niſi aqua? Accedit uerbum ad elementum, & fit ſacramentum. Vnde iſta tanta uirtus aquę, ut corpus tangat, & cor abluat: niſi faciẽte uerbo? Non quia dicitur, ſed quia creditur. Nam in ipſo aliud eſt ſonus tranſiens: aliud uirtus immanens. Hoc uerbũ fidei tantum ualet in Eccleſia Dei: ut per ipſum credentem, offerentem, benedicen tem, tingentem, mundet infantem, quãuis credere non ualentem. Hæc ille, ſuper Ioan.

EX præmiſſis ad alia diſcurrendo, patet, ꝙ & Chriſma ſine uerbo eſt ſolummodo Chriſma, & panis ſine uerbo ſolũ panis, & oleum ſine &c. ſed accedente uerbo & ad Chriſma fit Sacramentum Cõfirmationis, & ad panem, fit Sacramẽtum Euchariſtiæ, & ad actus pęnitentis, fit ſacramentum Pœnitentiæ, & ad oleũ Sanctum, fit Sacramentum Extremæ unctionis, & ad perſonas contrahentes, fit Sacramentum Matrimonij, & ad materiam ab Epiſcopo accedenti porrectã, fit Sacramentum Ordinis ſacri. Sic ergo ſimul patere poteſt, quod uerbum Dei (ut ſupra dicebatur) generat, roborat, paſcit, ſanat, munit, propagat tum corporaliter tum ſpiritualiter, Eccleſiam. Non. n. eſſet Eccleſia Chriſti, niſi talis generaretur à baptiſmo: q̃a à peccato originali, in quo erat quilibet homo, & à quo detinebatur ne de Chriſti eſſet Eccleſia baptiſmus mundat, id ꝙ eſt generare Eccleſiã Chriſto per uirtutem uerborum Chriſti. Item. Non ſatis bene corroboraretur Eccleſia,

Effectus ſingulorũ ſacramentorum.

niſi talis fieret à Confirmatione, ut ex hoc nomine quoque patet. [In cuius ſignum & Apoſtoli, quando per Spiritusſancti ſuſceptionem fuerunt roborati in uirtute, Actu. 2. dicuntur tunc, ueluti Sacramento Confirmationis, inſigniti. 3. de Sacramen. q. 72. ar. 2. ad primum.] Itẽ. Non paſceretur optimo cibo Eccleſia, niſi eſſet Euchariſtia: quæ ideo panis dicitur Angelorum, Pſal. 77. Quia homines eam digne manducantes uitam Angelicam uiuere facit, in cęlis adhuc in corpore poſitos cum Angelis conuerſari, & tandem ad cõſortium Angelorum actualiter peruenire. Item. Non ſanaretur Eccleſia ab actualibus peccatis, quæ animarum uulnera crudelia ſunt: niſi Pœnitentię ſacramento, tanquam efficaci medicina, uteretur. Rurſum. Contra hoſtiles impetus diaboli totis neruis calcaneo uitæ noſtrę inſidiantis non ſatis bene muniretur Eccleſia, niſi Extrema unctione, quæ peccati reliquias abſtergendo magnam in animabus diuinę miſericordię fiduciam excitat [Concil. Trid. Seſſ. 14. cap. ſecundo, de hoc Sacramen.] perungeretur. Rurſus. Quomodo poſſent homines licitè generari, quibus poſt de Eccleſia per baptiſmum factis continua ſucceſſione duraret Eccleſia uſque ad conſumationem ſeculi, Matth. 28. niſi per Matrimonium? Denique. Quomodo ſpiritualiter gubernaretur Eccleſia, ſi deeſſent, qui et adminiſtrarent Sacramenta? Miniſtris enim horum deficientibus, & Eccleſia neceſſario deficeret [ut patet conſiderantı pręmiſſa, ſcilicet, quod ex ſacramentis ſibi adminiſtratis generatur, roboratur, paſcitur, ſanatur, munitur, corporaliter propagatur.] Notum autem cuilibet ſapienti eſt, quod miniſtri myſteriorũ Dei, ideſt ſacramentorum neceſſario deficerent, ſi ſacramentum Ordinis, quo illi miniſtri fiunt, non daretur in Eccleſia. En pulchri effectus ſacramentorum per ſingula ſpeciales: ultra hunc primar ũ, ꝙ ipſorũ quodlibet confert gratiam iuſtificantem. 3. de Sacramen. q. 3. ar. 1. 5. Et Concil. Trid. Seſſ. 7. Can. 8.

Clericatu deficiẽte, Eccleſia deficeret.

QVAR-

Digitized by Google

QVARTA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Adhærere Chriſto bonum omne tã hic, quàm in futuro, adducit, & non adhærere ipſi totum contrarium cauſat, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. ſicut palmes non poteſt ferre fructũ à ſemetipſo &c. vſq; ad tex. Quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. Quid enim eſt, adhærere Chriſto? Eſt, ſecundum metaphoram illam, palmité manere in vite. Vel. Eſt, abſq; metaphora loquendo, nos manere in ipſo, & ipſum, ipſiuſque verba manere in nobis. E contrario igitur. Quid eſt, non adhęrere Chriſto? Eſt, ſecundum metaphoram illã palmitem non manere in vite. Vel. Eſt, abſq; metaphora loquendo, homines non manere in ipſo. Sicut igitur palmes, niſi mãſerit in vite, non poteſt ferre fructũ, ſed areſcit, colligunt eum, in ignem mittunt, & ardet, quorum incommodorum nullũ incurrit, ſi manſerit in vite (vt textus, experientiaq; docet:) ſic homo, ſi non manſerit in Chriſto, non poteſt facere fructũ aliquem Deo pro vita ęterna placentem, ſed areſcit in ſemetipſo, vtpote ſine aqua viua. i ſine Dei gratia exiſtens, & colligent eum Angeli de medio iuſtorum in die iudicij, & mittent in ignem inferni, Matth. 13. & ibi ardebit, igne. ſ. inextinguibili, Matth. 3. quę omnia incommoda effugiet, ſi manſerit in Chriſto. Porro vitatio omnium horum incommodorũ importat omne bonum tum hic, tum in futuro quoniam facere fructum Deo pro vita æterna conſequenda placentem, non areſcere per carentiam illius aquæ viuę (de qua loquitur tanquam de ſe ingemiſcens propheta dicens, Pſal. 101. Aruit cor meum, quia Pſal. 142. Anima mea, ſicut terra, ſine aqua tibi:) non colligi in faſciculos ab Angelis ad comburendum, Matth. 13. non mitti in gehennam ignis ęterni, Matth. 18. neque ibi prę ardoris incendio continuum habere fletum, & ſtridorem dentium, Matth. 13. 22. 25. omnia hæc, nquam reputantur à ſapientib pro omni bono. Carere etenim malis, quoddam bonum eſt (ſecundum philoſophũ:) tantoque per conſequens eſt bonum maius, quando malum, quod vitatur, eſt peius. Adde, quod manere in Chriſto habet vltra prædicta, hoc poſitiuum totius boni implicite contentiuum, ſcilicet ad votum exaudiri à Deo in omnibus petitionibus, ſecundum illam promiſſionem tex. Si manſeritis &c. Quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis. Nonne omnis boni adeptionem, & hic, ſcilicet gratiam Dei, & in futuro, ſcilicet vitam ęternam, homo talis in Chriſto manens poteſt petere, & obtinebit? Vtique, ſecundum illã, quæ omnino infallibilis eſt, promiſſionem Chriſti.

Carere malo eſt bonũ, & opportunum

liter manere, vo: minum.

FACTA ſummarim probatione textuali, examinandi ſunt ipſi textus: id ꝙ ad terminorum prę̨miſſæ probationis meliorem notitiam multum faciet. Dicit ergo. Sicut palmes non poteſt &c. Ratio, quod palmes non manens in materiali vite non poſſit ferre fructũ à ſemetipſo, eſt, quia ex radice vitis humor ad vegetationem palmitum aſcendens non poteſt participari ab illo, nec palmes ipſe poteſt à ſemetipſo habere talem humorem (vt patet ex terminis, quia. ſ. à radice vitis ſeparatus eſt. (Tunc metaphoram applicando, inquit tex. Sic nec vos, niſi in me manſeritis. Quare? Quia, Ego ſum vitis, & vos palmites Hoc eſt (ſequendo rationem metaphoræ præmiſſam) Ego radicẽ totius veſtræ ſalutis in me contineo: cuius radicis humorem participare non poteſtis, niſi in me actualiter manſeritis, ita quod deficiente veſtra manſione in me, ceſſabit ſubito, ſicut & materialis palmitis reſpectu vitis ſuæ, vita veſtra. Manſio ergo in Chriſto eſt ratio fructificationis, & è contra, ideſt non manere in Chriſto eſt ratio non fructificationis, iuxta illud Rom. 6. Quem fructum habuiſtis in illis, ideſt in peccatis? & illud Iob 15. Congregatio hypocritarum ſterilis (peccata enim & hypocriſis faciunt, ꝙ non maneant homines in Chriſto.) Qui (inquit) manet in me &c. Ecce affirmatiua explicans, quod manſio in eo eſt valde efficax Dicit ergo: Qui manet in me, ſcilicet credendo, obediendo, perſeuerando [iuxta illud infra: Si præcepta mea ſeruaretis, manebitis in dilectione mea,] & ego in eo, ſcilicet eum illuminando, adiuuando, perſeuerantiam ei donando, hic, ſcilicet, & non alius fert fructũ multum,

Digitized by Google

Fructus quadruplex manentiũ in Christo, &c.

tum, ſcilicet. Quadruplicem. Primo fructum abſtinendi à peccatis: de quo fructũ prophetatum eſt ab Iſai. 26. Hic eſt omnis fructus, vt auferatur peccatum. Secũdo fructum vacandi operibus ſanctitatis: de quo fructu legitur, Rom. 6. Habetis fructum veſtrum in ſanctificatione. Tertio fructum vacãdi vtilitatibus, ſeu (quod in idem redit) ædificationi proximorum: de quo fructu dicitur, Pſal. 103. De fructu operum tuorum ſatiabitur terra [Quẽ ſanè fructum præcipue habiturum Angelicum, fideliſſimumq; Eccleſiæ catholicæ doctorem ſanctum Thomam ſignificauit Deus: dum eidem huiuſmodi thema pro magiſterio aſſumendo miſit de cælis. Vt habetur in Bulla canonizationis illius a Papa Ioane. 22.] Quarto fructum poſſidendi vitam æternam: de quo fructu habes Ioa. 4. congregat fructum in vitam ęternam. [Hic eſt vltimus, & perfectus, fructus laborum noſtrorum: iuxta illud Sap. 3. Bonorum laborũ glorioſus eſt fructus]. Nec mirum de tam multiplici, & tam ſuauiſſimo fructu: quandoquidem ab illo precioſiſſimo fructu procedit, de quo congratulantes B. virgini quotidie dicimus; Benedictus fructus ventris tui; Luc. 1. Ad quod ſignificandum ſequitur Dominus in tex. Quia [En ratio productionis illorum fructuum] ſine me nihil poteſtis facere. Nihil. ſ. ſiue naturalis virtutis ſit: ſiue ſupernaturalis. i. gratiæ diuinæ. Nam, cum omnes motus naturæ ſint ab ipſo inſtitutore, & gubernatore, naturæ. i. à Deo, 1. q. 44. ar. 1 & q. 103. ar. 5. patet: quod nulla natura per quãcunq; virtutem ſuam poteſt ad aliquid faciendum moueri ſine Chriſto, vt Deo; 1. q. 105. ar. 5. Item. Cum ipſe Chriſtus, etiam vt homo, ſit author gratię; iuxta illud Ioa. 1. Gratia, & veritas per IESVM Chriſtum facta eſt; & gratia ſit principium merendi, 1. 2. q. 114. ar. 4. patet: quod nullũ opus poteſt eſſe meritoriũ ſine Chriſto, etiã homine. Ratio quoq; huius alia eſt: quod omnia merita noſtra fundantur in Chriſti meritis 3. de Sal. q. 19. ar. 4. & q. 48. ar. 1. Nihil igitur boni, quantuncumq; minimi, & cuiuſcunque ordinis: ſ. naturę vel gratię ſit, poteſt homo facere ſine auxilio Chriſti: ſecundum planum, veriſſimumq; ſenſum huius tex. Sine me nihil po. facere. Vbi illud, facere, ſumitur vniuerſaliſſime. i. prout extenditur etiam ad cogitare: ut habetur ex optimo Euangeliorum expoſitore, cum hinc edoctus ait 2. Cor. 3. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis. Ergo Chriſtus illis uerbis, Sine me nihil &c. & de ueritate inſtruxit humiles, & per ueritatem damnauit Pelagianorum ſuperbiam uſq; ad radices ultimas, &c.

Peculiari fructus à Deo collatus B. Thomæ pro ædificatione Eccleſiarum ſanctarum.

Cõtra Pelagianorum ſuperbiam eneruando ipſam, pugnat Chriſtus.

QVIA SINE ME Nihil &c.

VIDEBATVR iuxta literæ planiorem requiſitionem (ut patet cõſiderãti) quod ratio præcedentis ſententiæ debuiſſet reddi ſic: Quia mecũ multa bona poteſtis facere: & tamen Dominus prælegit, eius rationem ſic reddere; Quia ſine me nihil poteſtis facere. Scis; quare ſic, & nõ illo priori modo, fecit Dominus? Quia prçuidit unũ caput ſuperbiolæ. i. latentis ſuperbiæ peſtiferum in Pelagianis futuris: illudq; radicitus euellere uóluit atq; damnare; ſicut & euulſit, atq; damnauit. Quid, ſuam hæreſim alias recitatã uolentes quodamodo uelare, nè Dei gratiæ uiderentur (ut erant) omnino iniurij, dicebãt illi ſuperbi? Nos, dicendo quod uiribus ſolis arbitrij noſtri liberi poſſumus ſaluari, non abijcimus gratiam Dei tanquã omnino inutilem: quia cũ tali poſitione noſtra ſtat ſimul, quod & concedimus, ꝙ cum gratia facilius ſaluabimur. Poſſumus ergo nos ſine illa, quamuis difficilius, ſaluari. Et quid mali, aut contrarium gratiæ Dei, continet hęc noſtra poſitio? Reſpondet Chriſtus illis, quorum ſuperbia tãto magis Dei gratię iniuriatur; quanto minus (ut uides ex dictis ipſorum) ab eis cognoſcitur: ex reſponſione ſua illorum ſupercilium fortiſſime percutit, totumq; deſtruit dicens; Sine me nihil poteſtis facere. Quid eſt, Nihil? Eſt nihil. [Vide & ſupradictum examen de hoc] Quid reſtat poſt Nihil? Reſtat nihil. Quid excludit Nihil? Excludit, Omnia; etiam quantuncumque paruula, ſeu minima. Dicat ergo Dominus contra ſuperbos illos: Sine me; ideſt ſine auxilio gratiæ meæ, nihil po-

Capite nobis vulpes paruulas, &c. Cant. 2.

Ponderandum eſt verbulũ, Nihil.

poteſtis facere. Reſpondent illi ſuperbi. Sine te aliquid, licet difficulter, poſſumus facere. Et quid eſt illud, Aliquid, quod Pelagiani reſpondentes dicũt? Eſt aliquid non paruum, non magnum, ſed maximum, ſcilicet vitare omnia peccata mortalia, ſeruare omnia mandata Dei, acquirere vitam æternam. Ecce, quã differenter & ſibi inuicem è diametro contradictorie, loquuntur Chriſtus, & Pelagiani. Chriſto dicente, Nihil, reſpondiſſent ſaltem, Aliquid, ſed minimum, aut paruum, aut magnum. Quod tamen reſponſum nec Chriſtus admiſiſſet, nec Chriſtiani. Cum igitur reſponderint, Aliquid, non ſolum minimum, & paruum, & magnum, ſed etiam maximum: Quis nomine Chriſtiano vocatus id ſuſtineat? Quis, vel ad ſolum huius auditum, non offendatur? Quis pro zelo Dei ſic ab his Pelagianis pro nihilo æſtimati, vtpote in faciem ei ſummopere reſiſtentibus (vt vidimus in textu) non excandeſcat, non iraſcatur, non eos, vt tales, deteſtetur, nõ clamet perfecto odio aduerſus eos cum propheta, Pſal. 11. Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquã: qui dixerunt, linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt? Ex his ergo manifeſtiſſime concludendum relinquitur, quod dicente Chriſto, Nihil, patet, quod ſine ipſius gratiæ auxilio nec faciliter, nec difficulter, ſed nullo quouis modo, poſſumus aliquid quantumlibet minimum boni facere, vel etiam parumper cogitare.

Pſalmus, & concluſio catholica, cõtra Pelagianos.

RATIO in textu adducta, quare ſine Chriſto nihil poſſimus facere, eſt illa immediate ibi præcedens, ſcilicet. Ego ſum vitis, & vos palmites. Cum autem hæc ratio tanti valeat proportionaliter (vt ſupra diximus:) quãti valet, Ego ſum caput, & vos membra, ideo ad ſenſum illius textus abundantius enodandum, videndum eſt, quomodo Chriſtus dicatur caput noſtrum, quo viſo, patebit ſimul, quomodo nos ſimus membra eius. Pro cuius rei declaratione, non alijs, quam Sancti Thomæ, verbis vtamur, quæ in 3. de Sal. quæſt. 8. ar. 1. ſunt hæc. Sicut tota Eccleſia dicitur vnum corpus myſticum propter ſimilitudinem ad naturale corpus hominis, quod ſecundum diuerſa membra, habet diuerſos actus (vt Apoſtolus docet, Rom. 12.) ita Chriſtus dicitur caput Eccleſiæ, ſecundum ſimilitudinẽ humani capitis. In quo tria poſſumus cõſiderare, ſcilicet ordinem, perfectionem, & virtutem. Ordinem: quia caput eſt prima pars hominis, incipiendo à ſuperiori. Et inde eſt, quod omne principium ſolet vocari caput, ſecundum illud Hierem. ſecundo. Ad omne caput viæ poſuiſti lupanar tibi. Perfectionem autem: quia in capite vigent omnes ſenſus & interiores, & exteriores, cum in cęteris membris ſit ſolus tactus, & inde eſt, quod dicitur Iſa. 9. Senex, & honorabilis, ipſe eſt caput. Virtutem vero: quia virtus & motus cęterorum membrorum & gubernatio eorum in ſuis actibus eſt à capite, propter vim ſenſitiuam, & motiuam ibi dominãtem. Vnde & rector dicitur caput populi, ſecundum illud 1. Reg. 15. Cum eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es. Hæc autem tria competunt Chriſto ſpiritualiter. Primo enim, ſecundum propinquitatem ad Deum, gratia eius eſt altior, & prior, etſi non tempore, quia omnes alij acceperunt gratiam per reſpectum ad gratiam ipſius, ſecundum illud Rom. 8. Quos præſciuit, hos & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis filij ſui, ut ſit primogenitus in multis fratribus. Secundo vero perfectionem habet, quantum ad plenitudinem omniũ gratiarum, ſecundum illud Ioan. 1. Vidimus eum, plenum gratiæ & veritatis. Tertio virtutem habet influendi gratiam in omnia membra Eccleſię, ſecundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Et ſic patet, quod conuenienter dicitur caput Eccleſiæ Chriſtus, ſecundum quod eſt homo. Hæc ibi. Erat quoque vitis, ſecundum quod eſt homo (vt ſupra in textu declaratum eſt.) Argumentis etiam contra hanc veritatem de Chriſto capite, ſeu vite, factis reſpondet ibid. Ad primum, quod ex Beati Auguſtini dicto male intellecto à quibuſdam ſumebatur, dicit. Reſpon. Dare gratiam, aut ſpiritumſanctum conuenit Chriſto, ſecundum quod Deus, authoritatiue, ſed inſtrumentaliter conuenit etiam ei, ſecundum quod homo: Inquantum ſcilicet eius humanitas inſtrumentum fuit diuinitatis

Chriſtus caput Eccleſiæ: propter tria ſpiritualia.

Argu. 1. ſoluitur.

nitatis eius, & ita omnes actiones ipſius, ex virtute diuinitatis, fuerunt nobis ſalutiferæ: vtpote gratiam in nobis creantes, & per meritum, & per efficaciam quandam [De hoc merito vide 3. de Sal. q. 19. art. 4. & de illa efficacia, 3. de ſacram. q. 5. art. 2. 3. 4.] Aug. autem negat Chriſtum ſecundum quòd homo, dare Spiritumſanctum per authoritatem.

Secundo. Ad ſecundum autem quod capitis non eſſe caput, dicit, Reſp. In metaphoricis locutionibus non oportet attẽdere ſimilitudinem quantum ad omnia. Sic enim non eſſet ſimilitudo, ſed rei veritas. Capitis igitur naturalis non eſt caput aliud, quia corpus humanum non eſt pars alterius corporis. Sed corpus ſimilitudinarie dictũ. i. aliqua multitudo ordinata, eſt pars alterius multitudinis (ſicut multitudo domeſtica eſt pars multitudinis ciuilis). Et ideo paterfamilias, qui eſt caput multitudinis domeſticæ, habet ſuper ſe caput rectorem ciuitatis. Et per hunc modum nihil prohibet, caput Chriſti eſſe Deum: cũ tamen ipſe Chriſtus ſit caput Eccleſiæ.

Tertio. Ad tertium deniq;, quod de quadã comparatione cordis & capitis loq̃tur, Reſp. Caput habet manifeſtam eminentiam reſpectu exteriorum membrorum, ſed cor habet quandam influentiam occultam. Et ideo cordi cõparatur ſpiritusſanctus, qui inuiſibiliter Eccleſiam viuificat, & vnit: capiti autem comparatur Chriſtus ſecundum viſibilem naturam, ſecundum quam homo hominibus præfertur [vt patet Epheſ. 1. Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam]. Hęc ille. Ex quibus quid poſſit applicari ad vitem, eiuſdem naturæ cum palmitibus, conſiderabit per ſe prudens lector.

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD hæreticum eſt, negare, quod Græci dicũt, Homouſion. i. patris & filij conſubſtantialitatem ſeu (qđ in idem redit) filium eſſe vnum numero Deum cum patre: vide, ex ſacroſanctis concilijs, ſcripturis &cæ. in Elucidat. primę part. articulorum numero 201. 202. 220. 224. 178. 221. Scias quoque, quòd cõtra hanc hæreſim, quam cum Arrianis dicebat Felicianus diſputat aperte B. Aug. eorumque argumenta efficaciter refellit decem & octo capitibus (vt patet in 6. Tomo operum eiuſdem Aug.) Quòd hæreticum eſt negare, quòd Eccleſia Catholica contineat etiam malos, atque præſcitos. i. æternaliter damnandos: vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. pri. part. articul. nu. 130. 142. & 3. de Sal. articulorum numero 58. Item in veritatibus aureis ſuper legem veterem Gen. 7. concluſ. 1. & Nume. 2. concl. 8. Quod Eccleſiam ſuam Catholicam, Apoſtolicam, & Romanam, gubernat Chriſtus per rectam fidem, Traditiones, Apoſtolorũ &c. vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. articul. nu. 184. & 2. 2. arti. num. 3. 27. 32. 30. Quòd verbũ Dei vt vtilitatem ſolitam afferat animabus, deberab Eccleſia pro verbo Dei a verbis hominum eſſe diiudicatum (nam de tali diiudicatione habet authoritatem: cuius etiam Eccleſiæ eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſcripturarum ſanctarum, Concil. Triden. ſeſſ. 4 decret. 2.) vnde erroneum eſt dicere, q̃ licet mulieribus æquè ac viris, & laicis æquè ac ſacerdotibus, tractare verbum Dei, & quemlibet ſacræ ſcripturæ ſenſum, qui ſibi placuerit, pro ipſo verbo Dei habere, ac defendere; ſatis quoque errantes addunt, quòd verbum Dei tam clarum & apertum eſt, vt nulla indigeat expoſitione [ò magna primogenitorum diaboli. i. hæreticorum libertas, ad decipiendum incautorum animas inuenta]: vide contra omnes hos errores ex ſacroſãctis &c. in Elucid. pri. par. articul. num. 2. 183. 10. 170. & 2. 2. artic. num. 651. 904. 843. & 3. de Sacram. articul. num. 92. Item in veritatibus aureis, &c. Geneſ. 27. conclu. 3. & Leuit. 13. conclu. 1. & Deut. 17. concl. 7. & cap. 25. conclu. 1. Quòd verbum Dei, licet ſecundum ſe ſit fructiferum, non debet aliquis prędicare, ſi ſit à ſuperioribus prohibitus, maxime ſi ſub excommunicationis poena ſibi prohibeatur: vide ex &c. in Elucid. 2. 2. artic. num. 876. & 3. de Sacram. Addit. art. nu. 84. 416. Item in veritatib. aureis &c. Deute. 25. concluſ. 1.

Quòd

Digitized by Google

Quòd hæreticum eſt, dicere: ſaluari quẽlibet poſſe in ſecta ſua, extra Catholicã, & Romanam Eccleſiam [.i. extra obediẽtiam eius in his, quæ docet de fide, & moribus. Docet autem inter cætera fidei dogmata: & quòd adhærere Chriſto cauſat omne bonum tam hic, quàm in futuro, & quòd ei non adhærere adducit omne malum, tam in hoc, quam in altero ſeculo] vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. 1 2. arti. nu. 341. 463. & 2. 2. arti. nu. 51. 122. & 3. de Sacramen. Addit. artic. num. 386. 441. 443. Item in veritatib. aureis &c. Geneſ. 3. concluſ. 17. & c. 7. conclu. 3. & Exod. 12. concluſ. 7. & Leuit. 4. conclu. 5. & cap. 19. concluſ. 5. & cap. 22. conclu. 7. & Num. 2. conclu. 10. & Deut. 12. concl. 4.

CONCLVSIO SECVNDA Cap. XV.

NIHIL fuit in homine boni a Deo præuiſum, propter quod ab ipſo eligeretur ad conſortium et ſuorum fideliũ in hac vita, & ſuorum comprehenſorum in vita æterna: ſed hæc tota electio ab æterno facta fuit ab eo ex mera, puraque bonitate ſua diuina: contradicentibus etiam [quod valde, ad bonitatem hanc Dei cognoſcendam, ad noſtramque gratitudinem in hoc excitandam, ponderandum eſt] peccatis hominum illorũ ab eodẽ æternaliter exactiſſime præuiſis: Quapropter, & auxilium efficax ad fructum afferendum iuxta menſuram illius æternæ ſuæ intentionis, confert in tempore ipſis viatoribus, electis ex pura meraq; ſua miſericordia: Ex qua etiam donat eis, vt conſentiant ſibi eos vocãti, facitque eoſdem voluntarie ſuſcipere auxilium illud efficax: ita vt actiue libero ſuo arbitrio tunc ad ſalutem propriam concurrant; Vnde hoc, ſcilicet ſic concurrere, non habent de SVO, ſed ex dono Dei gratuito.

Ponderationẽ tam nobis fructiferã aufert Pelagiana ſuperbia.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM cõcluſionem, quò ad oẽs eius partes, probat Euãgeliſta per tex. Nõ vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, et poſui vos, vt fructũ afferatis, & fructus veſter maneat. Prima igitur pars. ſ. ꝙ nihil boni fuit in hoĩe a Deo ꝑuiſum ꝑꝑ quod &c. patet ex eo: ꝙ Chriſtus loquẽs electis iam. i. ab æterno ꝑdeſtinatis: [Hi erãt oẽs illi vndecim diſcipuli] dicit; Nõ vos me elegiſtis. Si. n. ꝑꝑ aliquod bonum in eis, ex eis futurũ, quod præuidiſſet, elegiſſet eos: iam ipſe non fuiſſet prior in eligendo illos, ſed ipſi priores in preſcientia tñ æterna, elegiſſent ipſum (vt patet cõſiderãti). Hoc autem totum contrà ſuperbiam Pelagianã explicat ſic fideliſſimus Eccleſię Catholicæ doctor, S. Thomas dicens. Alij dicũt, ꝙ verum eſt, ꝙ merita in actu exiſtentia non ſunt cauſa ꝑdeſtinationis: ſed preexiſtentia in ꝑſcientia Dei, dicentes. Quia Deus ſciuit aliquos bonos futuros, & benè victuros gr̃a: iõ propoſuit, eis gr̃am ſe daturũ. Sed ſi hoc eſſet, ſequeret ꝙ iõ elegit nos, q̃a ꝑſciuit, nos ipſum electuros. Et ſic electio nr̃a eſſet ꝑuia electioni diuinę: qđ eſt contra ſn̄iam Dñi [.ſ. Non vos me elegiſtis]. Hęc ille ſup Ioan. Manſit ergo Dñs hęc dicẽdo in metaphora de vite & palmitibus, q̃ ꝑmiſerat: q̃m non efficiũt palmites vitẽ, ſed vitis efficiõ palmites. Vnde quicũq; diceret (vt ſupbi illi dicebãt) nos, vtpote ex bonis nr̃is præuiſis ꝑdeſtinatos, elegiſſe Dñm, & ꝑ conſequens Dñm priorẽ nõ elegiſſe nos: ille ſic dicẽdo negaret illud Euangelij: Ego ſum vitis, & vos palmites. Duabus ergo ſentẽtijs his. ſ. Ego ſum vitis, voſq; palmites, & Nõ vos me elegiſtis, dãnauit Pelagiũ ꝑuiſum. Sed ego (inq̃t) elegi vos. Hoc eſt. Fuì prior in eligẽdo vos electione tũ æterna. ſ. ꝑdeſtinando, tũ tẽporali, ſ. vocãdo. Ad quid? Ad cõſortiũ (rñdet cõcluſio) & ſuorũ fideliũ in hac vita, & ſuorũ cõprehenſorũ in vita æterna. Vnde hr̃ hæc particula in Euãgelio? Ex tex. Vos Pater. n. ꝙ diſcipuli, q̃b. tũc loquebat̃, erãt de numero ꝑdeſtinatorũ. i. a Chr̃o Deo electorũ ad conſortiũ & ſuorũ fideliũ hic, & ſuorũ cõprehenſorũ illic. Rurſum. Quòd tota hæc electio & ęterna & tẽporalis fuerit a Deo ex ſua pura, meraq; bonitate diuina (vt cõcluſio dixit) cõtradicentib. ẽt peccatis hoĩum illorũ q̃ eligebant̃, exactiſſimè ꝑuiſis: patet ex ꝑmiſſis abũdãter, ſi cõiungat̃ eis expoſitio B. Aug. ſup tex. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, q̃ eſt talis. Hæc eſt ineffabilis gr̃a. Quid. n. eramus, qñ Chr̃m nõdũ elegeramus: niſi ini-

Efficaciſſima ſn̄ia Domini contra Pelagianos.

qui,

Digitized by Google

qui, & perditi? Neq; enim crediderámus in eum; vt eligeret nos. Nam ſi credentes eligit: eligentes elegit. Hic certe vana illorum patet ratio; qui ideò nos dicunt electos ante mundi conſtitutionem: quia præſciuit nos Deus futuros bonos, non ſeipſum nos facturum bonos. Quoniam ſi propterea nos elegiſſet, quia bonos futuros eſſe præſcierat; ſimul etiam præſciſſet, quod eum nos fuiſſemus prius electuri. Non.n. aliter poſſumus eſſe boni: niſi fortè dicendus eſt bonus, qui non eligit bonum. Quid ergo elegit in nobis? Non eſt, vt dicas; ideò electus ſum, quia iam credebam. Si enim credebas in eũ: iam elegeras eum. Nec eſt, vt dicas; antequam crederem, iam bona operabar: ideò electus ſum. Quid enim eſt boni operis ante fidem? Quid ergo dicturi, ſumus, niſi quia mali eramus; & electi ſumus, vt boni per gratiam nos eligentis eſſemus? Et vide: quemadmodum non eligat bonos: ſed, quos elegit, faciat bonos: nã ſequitur. & poſui vos, vt eatis; & fructum afferatis. Hæc ille, ſup. Ioa. Qui & in lib. de prædeſtina. ſanctor dicit. Electi ſunt itaq; ante mundi conſtitutionem prędeſtinatione, in qua Deus ſua futura facta pręſciuit: electi autem de mũdo ea vocatione, qua Deus id, quod prædeſtinauit, impleuit. Quos enim prædeſtinauit; hos & vocauit. Hæc ibi.

Iniquos nos, ab æterno præuiſos, elegit Deus: vt faceret iuſtos.

EX mera, & pura (inquiebat cõcluſio) bonitate diuina procedit tota hæc electio. Probatũ eſt hoc ſupra: Sed tamen adhuc aliam huius audi probationem. Si ex mera bonitate diuina non eſſet tota hæc electio; ſed ideo gratiam ſe daturum alicui propoſuiſſet Deus, quia eum pręuidit bene vſurum gratia tũc ſequeretur, quod in Tyro, & Sydone facere miracula ĩ Capharnaum facta debuiſset; quoniam ipſe affirmauit Tyrios, & Sydonios ex miraculis viſis, ſi ibi facta fuiſsent, fructificaturos. Matth. 11. Luc. 10. & tamen, licet hoc de eis pręuidiſset, Noluit illa miracula facere ibi: quę (quod admirationẽ auget) fecit in Capharnaum, quam non ſic benè vſuram his beneficijs acceptis præcognouerat. Vndè hoc ſuo duplici & quidem prudentiſſimè facto (Cum ab ipſa infinita ſapientia factum ſit) manifeſtauit Dominus: quod illa ſuperborum ſupradictorum poſitio eſt totaliter falſa. Propter quod, abyſſinum diuinę ſapienpientiæ iuſtiſſimumque ſecretum Beatus Aug. illam ſuám opinionem in libr de. 6. queſtionibus paganorum q. 2. ſic explicatam: Tunc voluit Chriſtus hominibus apparere, & apud eos ſuam doctrinam prædicare; quando, & vbi, ſciebat eſse qui in eum fuerant credituri: Hanc, inquam, opinionem attrictus ab Euangelio libens reprobauit, in libr. de perſeuerantia dicens. Nunquid poſsumus dicere; Tyrios, & Sydonios, talibus apud ſe virtutibus factis credere noluiſse; aut credituros non fuiſse, ſi fierent: Cum ipſe Deus atteſtetur: quod acturi eſsent magnę humilitatis pœnitentiam; ſi in eis facta eſsent diuinarum illa ſigna virtutum? Proindè, vt ipſe ſoluens ſubdit, Apoſtolus ait; Non eſt volentis, neq; currentis, ſed Dei miſerentis. Qui his, quos præuidet, ſi apud eos facta eſsent, ſuis miraculis crediturós; quibus voluit, ſubuenit: alijs autem non ſubuenit, de quibus in ſua prędeſtinatione, occulte quidem, ſed tamen iuſte, aliud iudicauit. Itaq; miſericordiam eius in his, qui liberantur; & veritatem in his, qui puniuntur, ſine dubitatione credimus. Hæc ibi. Quibus etiã adde illa, quæ in lib. de correptione & gratia, idem Aug ſic dicit. Auxilium gratiæ quibuſcunq; diuinitus datur, miſericorditer datur: quibus autem non datur, ex iuſtitia non datur; in pęnam præcedentis peccati, ſaltẽ originalis. Hæc ille.

Ex contemplatione ſecreti abyſſini per Euangeliũ narrati Beati Augu. aſtringitur ad ſui retractationem.

EGO ELEGI VOS.

EX ſerioſa ponderatione illorum verborum, Ego Vos: magna conſurgit admiratio, a ſupradictis et ĩã partim dependens. Quid enim eſt, Ego? Deus nullius rerum creatarum egens; tam ſanctus, tam iuſtus, vt ipſa ſanctitas, vt ipſa iuſtitia ſit; cui ſunt odio impius, & impietas eius, Sap. 14. Quid eſt, Vos? Homines; rerum omnium creatarum egentes (vt patet per ſingula) tam malos, tam iniuſtos, vt eorũ malitia dicatur naturalis Sap. 12. a patientiſſimo Iob ſic deſcriptos, ca. 13. Homo natus de muliere, breui viuẽs tẽpore, repletur multis miſerijs; qui, quaſi flos egreditur; & cõteritur; & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.

Digitized by Google

net. Audiſti, Ego, audiſti, Vos; audi nunc admirationem. Et dignum ducis (inquit ibid. Iob admiratus:) ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos? Hoc eſt. Te ſuper huiuſcemodi. i. ſuper hominem tot, & tantis, miſerijs circundatum, intus, & extra, plenũ, aperire oculos: eſt tua magna dignatio. Quare? Quia tu es Deus ſanctus qui odiſti omnes operantes iniquitatem, Pſal. 5. & iſte eſt homo immũdus de immũdo conceptus ſemine (ibi 13.) in iniquitatibus exiſtens, antequã ex vtero natus, Pſal. 50. Tanta igitur eſt iſta Dei dignatio, vt ab illo ſolo comprehendi poſſit: qui & quã magnus ex ſe vndiq; Deus, & quam ſit vilis ex ſe vndique homo, cõprehendere proprie valet. 1. q. 12. ar. 7. Solus ergo Deus tantam ſuam erga nos dignationem, & tantam noſtram de tali dignatione ſine comprehenſione admirationem, comprehendere poteſt. Porro ſi ex eo, quod Deus ſuper hominem aperit oculos ſuos, tanta monſtratur dignatio, tantaque conſurgit admiratio: quantam putas & monſtrari illam, & conſurgere iſtam, ex hoc, quod Deus ad omnia bona ſua eligit hominem contra merita hominis? Quis ergo ſapiens, & cuſtodiet hæc, & intelliget (etſi non comprehendat) miſericordias Domini? Pſal. 106. Quas? Ego elegi vos.

Dignatio Dei contẽplanda, & 9 congruã gratitudinem ſemper agnoſcenda.

MAGNI dubij occaſionem affert illud verbum, Elegi: quia tale eſt. Electio eſt eorum, quę ſunt (vt patet apud nos,) ſed homines non erant ab æterno, quando facta intelligitur prima electio in tex. Ego elegi vos: ergo &c. Item, inter homines nulla tunc, cum non eſſent, erat præminentia: quæ tñ (vt conſtat ex nomine, Electio) requiritur in rebus eligendis: ergo non videtur, quomodo verificari poſſit illud verbum tex. Elegi vos. Reſpondetur faciliter: quod ſermo Euangelicus eſt de electione à Deo facta. & obiectiones vtræque de electione ab hominibus facta tantum ſunt. Et ideo, cum laborent in æquiuoco, non attingunt ſenſum Euangelij: tantum abeſt, vt aliquid contra ipſum concludant. Pro huius reſponſi declaratione ſciendum eſt, quod electio noſtra, ſicut & dilectio electionem ſequens, cauſatur ex bono iam in rebus eligẽdis pręexiſtente. (Ideoq; oportet: vt res à nobis eligendæ & ſint, & aliquam inter ſe inuicem habeant præeminentiam. Vt dicunt obiectiones:) electio autem diuina, ſicut & dilectio electioni tali ſecundum rationem præuia, cauſat bonũ in rebus, quas eligit. Cum enim electio ſit actus voluntatis: oportet, vt ſecundum quod diuerſimode voluntas hominis, & Dei ſe habent ad bona, ſic diuerſus ſit electionis ipſorum modus. Conſtat vero, quod voluntas dei ad bonũ creatum ſe habet, vt cauſa eius, 1. quæſt. 19. artic. 4. & Sap. 11. Quomodo potuiſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes? Quia igitur bonum ad res creatas deriuatur ex voluntate Dei: ideo aliquẽ alteri pręeligere dicitur Deus in quantum ei plus de bono influit, quam alteri, & per conſequens ideo aliquos, licet in ſeipſis nõ eſſent ab æterno prælegit, quia tunc propoſuit illis in tempore ſuo influere plus de bono, quã alijs. (Vt. Elegit nos ante mundi conſtitutionem, Epheſ. 1. Elegit eam Deus, & prælegit eam, Eccleſ. offic. de B. Virgine.) Quia vero voluntas hominis mouetur ad aliquid ex obiecto bono præexiſtente appręhenſo, prima ſecundæ, quæſt. 9. ar. 1. 2. 4. ideo oportet, quod præſupponatur vnum bonũ præminere alteri ad hoc, quod à nobis poſſit fieri electio. Cęterũ dicet quis? Quare ſupra dixiſti, quod dilectio noſtra ſequitur electionem noſtram, & quod dilectio Dei præuia eſt ſecundum rationẽ electioni eius? Quia noſtra voluntas, diligendo, non cauſat bonum in re dilecta, ſed ex bono præexiſtẽte in re aliqua nos incitamur ad diligendũ eam. Hinc eſt, quod nos eligimus aliquem, quem diligamus, id quod eſt (vt de ſe patet) dilectionem in nobis ſequi ad electionem. In Deo autẽ voluntas aliter ſe habet ad res. Nam ipſius voluntas, qua diligendo aliquid, vult bonum ei, eſt cauſa, quod illud bonũ ab eo præ alijs habeatur: id quod eſt (vt de ſe patet) dilectionem in Deo, ſecundum rationem præcedere electionem.

Electio diuina aliter ſe hẽt, quam electio humana.

EX præmiſſis patet, quod electio Dei, qua ad homines, ex ſeipſis indignos prędeſtinari, dicit ſub perſona Apoſtolorum, Ego elegi vos, non poteſt eſſe iniuſta, ſed neceſſario eſt iuſta. Dictum eſt enim, & quod electio diuina, ſicut et dilectio, non cauſatur ex bono creaturę,

ſed

ſed cauſat illud, & quod dilectio diuina præcedit electionem. Nam Deum diligere aliquem dicimus, inquantum vult ei bonum, & conſequenter ipſum diligere aliquem ad vitam æternam, inquantum vult ei bonum hoc, ſcilicet ſalutis æternæ. Dicimus autem Deum eligere aliquem inquantum hoc æternum vult ei præ alijs, ſcilicet reprobatis. Ecce, quod Deus & diligendo & eligendo, cauſat bonum in creatura [nam velle ſuum eſt cauſa rerum. 1.q.19 ar.4.] nihil boni præſupponens in ea, ex ſe ipſa, unde moueatur ad diligendum, uel eligendum eam. His igitur tanquam fundamento ſecundum rei veritatem firmiſſimo, ſtantibus, nõne vides aperte propoſitum, ſcilicet quod impoſſibile ſit, electionem diuinam eſſe iniuſtam, & quod neceſſarium ſit, ipſam eſſe iuſtam? Notiſſimũ ſiquidem eſt, quod Deus, cũ ſit prima veritas 1.q.16.ar.5. & ipſa iuſtitia, in eo ẽt veritas dicta 1.q.21. art.1.2. non poteſt errare, nec aliquo modo falli, aut à iuſtitia declinare, in diligẽdo uel communiter omnia. 1.q.20.ar.1.2. vel ſpecialiter vnum magis, quã aliud. 1.q.20.ar.3. vel ſpecialiſſime meliora magis. 1.q.20.ar.4. An non licet ei, cum diligat eligatque nos pure gratuito, facere quod vult? Matth.20. Ideo contra murmuratores iudiciorum Dei iniquiſſimos valet illud B. Aug. Eliguntur à Deo, qui nõ ſunt, nec tamen errat, qui eligit, & illud patrisfamilias Matth.20. [ſi quis illorum murmuret, ꝙ ipſemet non ſit electus.] Amice, non facio tibi iniuriam, & illud eiuſdẽ ibid. [ſi murmuret, ꝙ alius ſit electus.] An oculus tuus nequam eſt, qa ego bonus ſum? Recolas ſupradicta, pro ampliori talium de huiuſmodi iudicijs murmuratorum cõfutatione, & vide 1.q.23. artic.5. ad tertium.

Radix firmiſſima de iuſtitia Dei in eligendo homines.

Ad obſtruendum os loquentiũ iniqua.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET: Quapropter Deus auxilium efficax ad fructum afferendum, iuxta menſuram ſuæ æternæ intentionis, confert in tẽpore ipſis uiatoribus electis ex pura, meraque diuina miſericordia, probat Euãgeliſta per tex. Et poſui vos, vt eatis, & fructũ afferatis, & fructus veſter maneat. Auxiliũ.n. de quo fit hic ſermo, eſſe efficax ſignificatur ex illo verbo tex. Poſui. Nã poſitio importat firmitatẽ quandã, ſecundũ illud Gen.1. Fecit duo luminaria magna, & poſuit ea in firmamento cœli, & illud Iob 38. Poſui vectẽ, & oſtia, & dixi, vſque huc uenies, & non procedes amplius. Firmitas etenim & in luminarium illorum ordinario curſu, & in maris fluxu atque refluxu, ſaluis oſtiorum terminis ſemper, apparet. Efficax igitur illud auxilium dicitur, quo firmiter abſque dubio acquiritur, ſeu fit, id, quod Deus per tale ſuum auxilium intendit fieri, aut acquiri debere. Impoſſibile.n. omnino eſt, quod intentio beneplaciti Dei, vel in minimo, fruſtretur. Nam, cum ſit omnipotens Deus. 1.q.25.ar.3. neceſſe indubitanter eſt, ꝙ illud omne, ꝙ vult, & modo illo omni, quo fieri uult, impleatur ad unguẽ. 1.q.19.ar.6. quibuſcunque in contrarium non obſtantibus. Ad quod ſignificandum dicitur etiam Sap. undecimo. Multum valere tibi ſoli, Domine, ſupererat ſemper. Et virtuti brachij tui quis reſiſtet? Quoniam, tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarũ, & tanquam gutta roris antelucani, qui deſcendit in terram. Sed & ad idem connotandum legitur Iſai.40. Omnes gẽtes, quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei. Quod autem auxilium tale ad fructum afferendum ſecundum menſurã intentionis Dei æternæ detur in tempore uiatoribus electis ex pura, meraque miſericordia (ut dicit concluſio) patet ex tex. Vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat, ſcilicet ſecundum poſui uos, id eſt diſpoſui de uobis ab æterno. Inquit ergo, vt eatis, ſcilicet de uirtute in uirtutem, quoniam uiatores eſtis, & uiatoris, ut uiator eſt, non eſt ſtare, neque retrocedere, ſed ambulare ad terminum viæ ſemper magis appropinquando. Semper, inquam abſolute, ſi attendamus continuam intentionem viatoris; ſemper autem, quo ad fieri poteſt, ſi attendamus eiuſdem viatoris exteriorem progreſſum, & fructum, inquit, afferatis; ſcilicet ſpiritualẽ. De quo autem ſpirituali fructu intelligatur, aperuit optimus Euangeliorum expoſitor dicens, Galat.5. Fructus ſpiritus

Infallibiliter fit res, & eo modo, quo Deus voluntate beneplaciti ſtatuit.

Officiũ uiatoris, qua tenus viator eſt.

ritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, lõganimitas, mãſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Et fructus, inquit, veſter maneat, ſcilicet & in hac vita vſque ad mortem, ne videlicet perdatur per peccatum mortale, & poſt mortem, vt videlicet congregetur in vitam ęternam, Ioan. 4. ſeu, tanquã triticum, in horreum meum, Matth. 13. Quis autem fructus ſit ille, qui manet, vel nõ, declarat B. Greg. in Homil. dicẽs. Omne, quod ſecundum præſens ſeculum laboramus, vix vſque ad mortem ſufficit. Mors namque interueniens fructum noſtri laboris abſcindit. Quod vero pro æterna vita agitur, etiam poſt mortem ſeruatur, & tunc apparere incipit, cum laborũ carnalium fructus cęperit non videri. Tales ergo fructus operemur, qui maneant, qui cum mors cuncta interimit, ipſi exordiũ à morte ſumant. Hæc ille. Beatus itẽ Auguſtinus, volens oſtendere, quomodo trãſitoria noſtra opera, dicta, & cogitata, faciamus eſſe in ęternum mãſura, ita ꝙ fructus qui ſecundum ſubſtantiam operis tranſit, ſecundum virtutem operãtis maneat: dicit. In omnibus, quibus vtitur trãſitoria neceſſitas, ſuperemineat, quæ permane. Charitas. Hæc ille, in Regula.

Duodecim fructus afferendi ab electis.

CÆTERVM, ſi vniuerſaliter ſolũ pro omnibus electis exponere non velis textus præmiſſos (vt hactenus in gratiam concluſionis factum eſt,) ſed ſpecialiter ad Apoſtolos, quibus præſentialiter loquitur Dominus, vis applicare eorundẽ textum ſenſus: dic. Poſui vos, ſcilicet in Apoſtolatus gradu. Vnde, quaſi hoc directe ſimilibus verbis exponens D. Paulus, dicit 1. Cor. 12. Poſuit Deus in Eccleſia primum quidem Apoſtolos. Vbi per illud verbum, Primum, & præſentis Euangelij textum exponere nos debere docet ſic: Poſui primum vos; & ſimul oſtendit, quod ordinem primarium tenet Apoſtolatus gradus in Eccleſia. Vt eatis (inquit) ſcilicet, ad prædicandum per totũ mundum. Vnde Chriſtus quaſi exponens debere ſic intelligi hanc ſuam de Apoſtolis ab æterno factam diſpoſitionem, poſtea in executione temporali eandem ponendo dixit eis, Mar. decimoſexto. Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturę. Et fructum (inquit) afferatis, ſcilicet duplicem ex prædicatione veſtra, videlicet profectum meriti vobis, & infidelium conuerſionem ad fidem alijs. [Id quod patet uere adimpletum, & legentibus librum Actuum Apoſtolorum, Epiſtolas D. Pauli, aliaſque canonicas cęterorum ac Vitas, quas uocant Legendas, ſingulorum, & experientiam mundi ab idolatria tranſmutati conſiderantibus.] Et fructus (inquit) ueſter maneat, ſcilicet ille duplex. Nam fructus meriti Apoſtolorum manet ſine fine in vita æterna: ubi ſecundum merita charitatis operum ſuorum nunc, & in æternum claritatem uiſionis eſſentiæ diuinæ habẽt, prima quæſt. duodecima, articulo ſexto. Fructus autem conuerſionis infideliũ ad fidem, manet uſque ad finem mundi, congregandus (ſi in fide viua moriatur) in uitam æternam. Porro, ſi quis quæreret, quare poſt metaphoram de uite, & palmitibus antea narratam, ſubiũgit in hoc tex. Elegi uos, & poſui, ut &c. reſpondendum eſt, quod hoc fecit ad tollendum errorem, qui poſſet inde naſci, & cõſequenter ad declarandum ueritatem, ſcilicet, ꝙ metaphora illa non tenet in omnibus, licet teneat in ſupradictis per textum. Potuiſſet enim quis, audito quod Chriſtus eſt uitis, Apoſtolique palmites, credere, ipſum naturaliter & produxiſſe illos, & ad gradũ præcipuum in Eccleſia perduxiſſe, & ad tantum fructum afferendum eoſdem perducturum eſſe. Propterea credulitatem hanc poſſibilem, tanquam erroneam, excludit Chriſtus per illos tex. Elegi uos, & poſui, ut &c. Ac ſi metaphoram illam, in quo non teneat, declarans dicat. Præmiſſa uerba mea ſic intelligantur, Ego ſum uitis, non naturalis, ſed uoluntaria, & ideo non naturaliter, ſed uoluntarie per ſpontaneam electionẽ, producens Apoſtolos, tanquam palmites, nõ naturales, ſed uoluntarios, & ideo non naturaliter, ſed uoluntarie per ſuum liberum actiuumque conſenſum meæ electionis gratiæ datum tanquam mihi cooperatores, per mundum ituros, & fructum nunquam periturum allaturos. Huic ſenſui, ueluti re uera ſano, ſubſcripſit poſtea aperte Apoſtolus Iacobus, dicens capitulo primo. Voluntarie nos genuit uerbo ueritatis. Ex quo dicto, & Euangelio

Fructus prædicationis Apoſtolorũ, & aliorum ſimilium prædicatorum, eſt duplex.

Digitized by Google

lio illo, Elegi vos, habes manifeſte: quod opera Dei ad extra, quibus ſcilicet iuſtificat &c. creaturas, ſunt voluntaria, nõ autem naturalia. Hoc eſt. Quod ad utrumlibet ſe tenent, ideſt, quod potuit Deus velle, & potuit non velle iuſtificare &c. talem creaturam. Vnde patet etiã, quod ex pura gratuitaque bonitate ſua hoc ipſum, ſcilicet iuſtificationis precioſum munus, tali creaturæ donauit. Quid hinc ergo ex textu habes? Quod iuſtus [ſicut & creatus &c.] de hoc non in ſe, ne ſit mendax, & ingratus, ſed in Domino, vt verax ſit, & gratus, debet gloriari, cognitione penetratiua, & veraciſſima dicendo, Saluum me fecit, quoniã voluit me, Pſal. 17.

VT EATIS, ET FRVCTVM &c.

EX præſenti tex. Poſui vos, vt eatis, & fructũ afferatis, & fructus veſter maneat, reprobantur duæ poſitiones: earũq; authores oſtenduntur ignorantia multa laborare, & hæreſim. i. qđ eſt contra ſcripturam ſacram dicere. Ecce. Fuerunt quidam, qui non capientes arcanum prędeſtinationis diuinæ, ſed ex præſumptione ſuipſorum ad tam incomprehenſibile lumen excęcati, dixerunt hominibus. Ad quid prędeſtinatum operari, quę bona ſunt? Hoc etenim non neceſſarium eſt, immo ſuperfluum eſt, de talibus operationibus ipſum ſolicitari. Nam ſi tu prędeſtinatus es, facias quicquid velis, ſaluaberis: quoniam impoſſibile eſt, prædeſtinationem caſſari, ideſt prædeſtinatum non ſaluari. Prędeſtinatio ſiquidem eſt firma determinatio beneplaciti Diuini: qua Deus vult omnino ſaluare aliquem. Nunquid voluntas beneplaciti diuini poteſt non impleri? Abſit. Dicit. n. Deus Iſa. 46. Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. Reſpõdetur ad iſtos ex plana litera huius Euangelij: quod falſum concludunt, licet quædam vera, quę non plenè intelligentes ad malum ſenſum detorquent, intermiſceant. Quid cõcludũt? Qđ nõ eſt neceſſariũ, immo ſuperfluũ, ꝙ prędeſtinatus bona opera faciat. Quid contra iſtam eorum concluſionem aperte dicit litera Euangelij? Poſui vos, ut eatis, & fructum afferatis. En ille, qui de ęterna diſpoſitione, qua homines prędeſtinauit, loquitur, affirmat, hoc fuiſſe ẽt iũc de intentione ſua: ꝙ pdeſtinati irent & fructum afferrent. Patet vero ex terminis, ꝙ fructum afferre præſupponit operari, & non quocunq; modo, ſed bene. Operantur ſiquidem multi iniqua, & vana, ſiue ſuperflua, ex quibus operationibus nõ afferunt fructum, ſed confuſionẽ, iuxta illud Pſal. 24. Confundantur oẽs iniqua agentes, ſupervacue. Quia ẽt additur in tex. Et fructus veſter maneat, ideo illud bene operari, ꝙ hic præſupponitur, eſt operari nõ quocunq; modo bene, ſed ita bene, vt ſit in charitate & perſeueranter. Teſtificatur. n. Apoſtolus 1. Cor. 13. quod multis virtutibus, ſeu donis ceſſantibus, Charitas nunquam excidit. i. ſemper ẽt in æternum manet. Ex his omnibus ergo ſimul collectis conſtat manifeſte ad literam, ꝙ ſic exponendus eſt tex. Poſui vos, ideſt ego ab æterno vos eligens prædeſtinando diſpoſui, ut eatis. ſ. ad operandum bene, necnon in, & ex charitate; Vt, quia bene, fructum afferatis; & quia ex charitate, fructus veſter maneat. Neceſſarium igitur abundanter monſtrauit Chriſtus eſſe prædeſtinatis, vt operentur: quando dixit, ſe ab æterno de eis diſpoſuiſſe, ut irent, ideſt non ceſſarent, ſed proficerẽt, operando non ſolum bonũ, ſed etiam bene, non ſolũ qualitercunque bene, ſed ẽt bene per charitatem. Quicunque ergo ſe putans prædeſtinatum non vult operari bene per charitatem, vel dicit alios prædeſtinatos ad ſic operandum non teneri ex præcepto Dei, q. fuit ſua intentio, cũ prædeſtinabat, iſte directe cõtraponitur æternæ ordinationi Dei expreſſa hic ab ipſo in textu Euangelij, & per conſequẽs hæreſim a Chriſto damnatam dicit, ideoque ſaluari, quamdiu hanc falſiſſimam opinionem tenuerit, non poteſt.

Primo.

Reſpon.

Electi tenentur ex æterna ordinatione Dei facere opera bona, in charitate, perſeuerãter.

QVÆ ſunt illa vera, quæ illi ad lumen prædeſtinationis indiſcrete contemplatum obcęcati intermiſcent, ipſa non plene intelligentes, proptereaq; ad malũ ſenſum detorquentes? Quod impoſſibile eſt, prædeſtinationem caſſari. i. prædeſtinatũ non ſaluari. Itẽ. Qđ prædeſtinatio eſt firma determinatio beneplaciti diuini, qua Deus vult oĩno ſaluare aliquẽ. Itẽ. Qđ nõ pt nõ impleri plenarie diuini bñplaciti volũtas, ſm illã ſententiã Iſai. 46.

Ll 3 Ve-

Veruntamen hęc vera nõ (ut oportet)intelligunt, & propterea ipſis abutuntur, cum ex his falſum illud concludere ſatagunt. Quare uera illa non plene intelligunt,&c.? Quia mutilate illa adducunt, ſicque eadem conſiderant. Quod ſi ipſa plene adducerent,& conſiderarent: nullus eis inde contingeret error, in concludendo,ſed claram,ſynceramq; ueritatem ex ipſis argumentantes concluderent. Ecce. Ad illam propoſitionẽ, Impoſſibile eſt prædeſtinatum nõ ſaluari,addatur(ut oportet:) ſi ſeruauerit prædeſtinationis formam,i.ea, quæ Deus prædeſtinans eũ ſeruare debere diſpoſuit. Item.Ad illam, Prædeſtinatio eſt &c.qua Deus uult omnino ſaluare aliquem addatur (ut oportet:) ſi ſeruauerit pręd eſtinationis formam &c.Itẽ. Ad illam, Non poteſt non adimpleri totaliter beneplaciti diuini uoluntas &c.addatur(ut oportet:) eo modo quo uult. Tunc,his ſtantibus, nõne uides aperte, & quod falſiſſime infertur exinde concluſio illorum prædicta,ſ.ſi prædeſtinatus es,facias quicquid uelis, ſaluaberis,& ꝙ uerißime infertur exinde cõcluſio cõtraria.ſ.ſi prædeſtinatus es,niſi formam prædeſtinationis ſeruaueris, nõ ſaluaberis? Forma autem prædeſtinationis (ut ex textu Euangelico declaratum eſt) dicitur omne illud, quod Deus prædeſtinatum ſeruare debere ab æterno diſpoſuit.ſ.operari bona,bene in charitate, & perſeueranter. Vide ueritates aureas ſup legẽ ueterem,Geneſ.4.concluſ. 6.7.

Mutilatio propoſitionum errores cauſat quos earũ integritas tolit.

SECVNDA poſitio, quæ ex eodẽ tex. Elegi uos,& poſui,ut eatis &c.eſt eorum qui dicunt merita noſtra eſſe cauſam prędeſtinationis, ideſt quia Deus ꝑuidit Petrum bene uſurum gratia ſua, uſque ad conſecutionem ęternę gloriæ, ideo gratiam ei dare cum perſeuerantia finali diſpoſuit ab æterno, id quod eſt dicere,ideo eum prædeſtinauit. Contra hos,ueluti multum ignorantes,dic,ut uideant literam textus ipſorum poſitioni de directo contrariam, & de propria inſcitia erubeſcant. Quid dicit litera? Elegi uos, & poſui, ut eatis &c. Quare non dicit; Elegi uos,quia ituri eratis, & fructum allaturi? Quia dicendo, Vt;damnare uoluit,& damnauit, illam eorum poſitionem, quam confirmaſſet, ſi dixiſſet, Quia. Sic.n. fuiſſet literę ſenſus, ꝙ ideo elegit Deus Apoſtolos, qa præſciuit eos ituros ad fructuoſe operandum, [& ſic Initium noſtræ ſalutis denotaretur eſſe ex nobis. Id ꝙ eſt error hæreticalis Pelagianorum.]Nunc autem per tex. Vt, ſenſus literę eſt, ꝙ ideo Apoſtoli ad fructuoſe operandũ, in charitate & perſeueranter,iuerunt, quia à Deo ad hoc electi ab ęterno fuerunt[& ſic initium ſalutis noſtrę deſignatur eſſe ex Deo. Id quod omnes ſcripturæ & canonicę, & ſanctorum,& catholicorũ doctorum, & ſacrorum Conciliorum,& ſummorum pontificum, & eccleſiaſticarum collectarũ.i.orationum,& uera humilitas omnium Chriſti fidelium tum uiuorum tum poſt mortẽ comprehenſorum, clamãdo uoce magna unanimiter confirmant: cum deteſtatione cõſequenter cõtrarij.]Non ergo Deus elegit Petrum,quia præſciuit, eum bene uſurum gratia ſua, ſed ideo Petrus bene uſurus gratia præuiſus eſt,quia de electis erat.i.quia ad hoc, ut illa bene uteretur fuerat(ut ſupponitur) prædeſtinatus. [Pro ampliori præmiſſarum ſcripturarũ, &c.cognitione, ſuperabundantiq; certitudine, uide fideliſſimum Eccleſię catholicę doctorem S.Thomam.2.q.23.ar.5.& infra in Annot.poſt probationem tertię, partis concluſionis,vſque ad confirmationẽ eius,cõtra hoſtes Eccleſiæ sãctę Dei.]

Secundo.

Vt,Quia, catholicũ ſenſum vel hæreticũ, faciunt, ideo uidendus tex.

Contra illum errorem Pelagianorum ois verus Chriſtianiſſimus clamat.

Nota maximã abũdantia, cõtra Pelagianos illos.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Deus ex pura, meraq; ſua miſericordia donat electis, ut conſentiant ſibi eos uocanti, facitq; eoſdem uolũtarie ſuſcipere illud auxiliũ efficax, i.a ut actiue libero ſuo arbitrio tũc ad ſalutẽ ſuam concurrant: Vnde hoc.ſ.ſic cõcurrere,non habent de SVO, ſed ex dono Dei gratuito: demonſtratur ab Euãgeliſta ex tex. Poſui uos,ut eatis,& fructum afferatis,& fructus ueſter maneat. Iam.n. ſupra probatum eſt,ꝙ non ex meritis noſtris etiam præuiſis, ſed ex pura meraque Dei miſericordia, pendet noſtri electio. Reſtat itaque ſolum probare nunc huius partis reſiduum. Porro manifeſtum cuique recte ſapienti eſt: ꝙ electorum ire,& fructũ afferre ſine fine manſurũ, non fit abſq; uolũtate ipſorũ actiue cõſentiente uocanti Deo ad eundũ,fructuſq; ꝑpetuo duratu-

Digitized by Google

duraturos afferendũ. Quod ẽt denotatur in textu per verbum illud Veſter. Ille ſi quidem fructus ab electis allatus nõ poſſet proprie dici fructus ipſorum, niſi ipſi per volũtatem ſpontaneam laborent fructificandi acceptaſſent. Sic enim acceptãdo, fecerunt illos fructus eſſe ſuos. Alioquin fuiſſent fructus tantum Dei per ipſos electos, tanquam per inſtrumenta paſſiua, quaſi violentata, producti. Violentum enim illud eſt, cuius motionis principium actiuum eſt extra, nil conferente vim paſſo. Si ergo electi ad faciendũ fructus mouerentur tantum ab extra, id eſt à Deo, & conſequenter nihil ad hanc motionem ipſi conferrent, tunc illa motio, fructificatioque violentiam quandam saperent, & propterea ipſis electis, de fructibus huiuſmodi loquendo, non bene diceretur, fructus veſter. Vnde nec laudis nec meriti, aliquid electi haberẽt ex hoc, quod fructus eundo ad laborandum, artuliſſent, quoniam laus, & meritum in voluntate conſiſtunt, id eſt tunc habenda ex aliquo bono iudicantur, quando illud bonum eſt voluntarie factum (ut omnibus patet,) non autem, quando inuoluntarie. Immo ſi bonum ab aliquo inuoluntarie, vel ſaltem voluntate ſua ad id per aſſenſum non concurrente, fit: ille ab omnibus vituperabilis habetur, eo, quod demeritũ .i. culpam inde traxiſſe dicitur, unde meritum trahere poterat, atque debebat.

Per uoluntarium aſſenſũ fructus ſunt noſtri, & inde laudamur, atque meremur.

Quia igitur Chriſtus electis de fructu loquens & dicit, fructus Veſter, & annectẽdo, fructus maneat, ipſos ex tali fructificatione laudem ac meritum reportaſſe connotat, ideo de neceſſitate concludendum ex illo duplici capite relinquitur, quod electi aliquid conferunt motioni diuinæ & fructificationi, id eſt quod Deo eos uocanti, mouenti, & per eos fructificanti, conſentiunt uoluntarie, & cooperantur, non tanquam innanime quoddã, mereque paſſiuum inſtrumentum, ſed tanquã actiue ad ſuam ſalutem concurrens (ut docet Concilium Trident. ſeſſ. 6. Can. 4.) Hoc autem totum eſt uoluntarie ſuſcipere auxilium illud efficax, quod ſibiipſis à Deo offertur (vt intendebat concluſio:) & actiue libero ſuo arbitrio ad ſalutem propriam concurrere.

Quid eſt, hominẽ à Deo uocatum, &c. conferre Deo uocanti, &c.

VOLVNTARIVS vero ad præmiſſam uocationem, motionem, & fructificationem, conſenſus non à nobis quaſi ex nobis, ſed à Deo in nobis, eſſe (id quod erat concluſionis reſiduum) demonſtratur ex tex. Ego poſui vos, vt. Quod ſi à nobis, quaſi ex nobis, ſeu (quod idem eſt) ſi de noſtro, eſſet talis conſenſus, hoc ſignificãdo dixiſſet Chriſtus: Poſuiſtis uos &c. Ego quidem ab æterno vos nondum in vobiſipſis exiſtentes elegi ad hoc, vt eatis &c. ſed poſtea uos iam in tempore ueſtro exiſtentes poſuiſtis voſmetipſos, vt eatis &c. Cæterum, ut, quod eſt verum, veritas ipſa Ioan. 14. manifeſtaret, dixit: & elegi, & poſui, uos, ut &c. Ac ſi apertius dixiſſet. Veſtrum ire, & veſtrum afferre fructum manentem, procedit & ab æterna prædeſtinatione, qua elegi vos, & à tẽporali vocatione, qua per auxilium meũ efficax poſui vos, id eſt firmiter feci vos eſſe tales, ſcilicet idoneos ad ſic eundum, & ad ſic fructificandum. Quid ergo hinc ſecundum literalem ſenſum habes? Illud, quod expoſitor Euangeliorum optimus habuit, & expreſſit Rom. 9. Non uolẽtis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Hoc eſt, in propoſito. Electorum & uelle & ire, & fructificare, non eſt ex ipſis, id eſt ex naturalibus eorum uiribus, ſed ex miſericordia Dei, ſeu (quod idem eſt) ex Deo miſerante. Licet ergo (ut, ex ſuperioribus etiam collectis ſimul concludamus) eorũdem & uelle bono aſsentire ſit ſuũ, & uelle ad bonum faciendum ire ſit ſuũ, & fructum factũ in charitate, perſeueranterque afferre ſit ſuum, & inde mereri augmentum gratiæ, gloriæ, vitamque æternam, ſit ſuum, nihil tamen horum eſt de ſuo (ſecundum Euangelicam hanc, & Apoſtoli, doctrinam,) ſed ex dono Dei eis per ſuam ipſius miſericordiam gratis collato.

MVLTVM autem corroborat ueritatem præmiſſorum ille immediate ſequens tex. Vt, quodcunque petieritis patrẽ in nomine meo, det uobis. Hoc enim eſt, ac ſi ad præcedentia continuando, dicat. Ego elegi, & poſui uos, ad hoc, ut eſſetis digni & petere quodcunque bonum uelletis à patre in nomine meo, & recipere illud ab eo in eodem nomine meo. Patenter ſiquidem ex hoc textu conſtat, qđ omnes homines, etiam electi, tanta infirmitate

Infirmitas noſtra magna deſcribitur, ſed non totaliter.

mitate circundatĩ ſunt, vt non ſolum non poſſint exaudiri à Deo, ſed nec etiam aliquid boni petere ab illo, niſi adiuuentur ab eius miſericordia ſic diſponente.

Id quod & propheta manifeſte prænũciauerat dicẽs, Pſal. 65. Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam, à me. Ecce. Non amouit orationem meam à me; Ergo, qđ nos oremus Deum, eſt à Deo. i. eſt donũ Dei: Non amouit miſericordiam ſuam à me, Ergo, quod nos exaudiamur à Deo. i. ꝙ det nobis poſtulata, eſt ab eodem nobis per miſericordiam donatum. Proinde, ꝙ Deus concedat nobis orare ſeipſum, eſt donum tam magnũ re vera, & à propheta eodẽ pro tali reputatum, vt dicat ibid. Venite, audite omnes, qui timetis Deum, & narrabo, quãta fecit Deus animę meę. [Et quaſi dicatur ei, quæ ſunt illa Quanta? Reſpondet.] Ad ipſum ore meo clamaui. Ecce, ꝙ pro tanto beneficio reputat ſibi donatum à Deo, ꝙ ad ipſum per orationem clamet: vt ad hoc audiendũ, & videndum, tanquã ad grande (vt vere eſt) miraculum, vocet omnes gentes, quæ timent Deũ. Non. n. alij capiũt, verbum iſtud eſſe tantum: quoniam animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt, &cęt. 1. Cor. 2.

Miraculoſum beneficium donat Deus hoĩ quãdo cõcedit ei, vt oret maieſtatem ſuã diuinam.

C O N F I R M A T I O
Concluſionis II.

C O N T R A H O S T E S
Eccleſiæ S. Dei.

QVOD initium boni, & noſtræ ſalutis, nõ eſt ex nobis (aduerſus ſuperbiam Pelagianorũ Deo ingratiſſimam dicendo contrariũ,) proptereaque prædeſtinationis, ſeu ęternę electionis, cauſa non ſunt merita, ſeu bona aliqua hominum à Deo pręuiſa: vide, ex Sacroſanctis Concilijs, ſcripturis &c. declaratum eſſe, in Elucidationibus pri. par. artic. num. 143. Item in veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Leuitic. 20. Concluſ. 7. Quòd hęreſis maximę ſuperbię illa eſt (Pelagianę quidem ſimilis, licet ſit maior) quam euomere præſumpſit Suenckfeldius dicens, ꝙ homo ex ſe habet iuſtitiam, ſapientiã, charitatẽ, virtuteſq; ompes, in ſummo: contra quã vide Elucidationes 1. par. articulorũ, num. 67. 68. & 2. 2. artic. num. 793. & 3. de ſacram. articulorum num. 28 Quod homo non pôt, ſe ad gratiã [multo ergo magis, vel ſaltem à ſimili non pôt, ad hoc, vt prædeſtinetur. Hoc eſt. Quòd ex bonis eius à Deo præuiſis eligatur ad vitã æternã] præparare ex puris naturalib. viribus. (Aduerſus ſupba mẽtem Melãcthonicorũ, quam expreſſerunt, dicendo contrãrium:) vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. articulorum num. 312. 410. 499. 1. 2. art. nu. 582.

C O N C L V S I O T E R T I A,
Cap. XV.

CHRISTVS eſt verus Deus, à quo ſimul & patre, procedit ſpiritusſanctus, ſic tamen, ꝙ pater à nullo, Chriſtus autem à patre, habet, ꝙ ſpiret ſpiritũſanctum: qui ſpiritus per Apoſtolos teſtificatus eſt de Chriſti vera & diuinitate & humanitate, & ſanctitate vitæ, & ſanitate doctrinę, & miraculorum aliorumq; omnium eius operationum irreprehenſibilitate: quo iſta omnia teſtificante de Chriſto, Apoſtoli quoque libere & actiue ad huiuſmodi teſtificationem dandam concurrerunt tum per eorum liberi arbitrij conſenſum, tum per exteriorem ad opus ſpiritusſancti cooperationem.

P R O B A T I O
Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionẽ, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Cum venerit paraclitus, quẽ ego mittam vobis à patre, Spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me: & vos teſtimoniũ perhibebitis. Ex eo n. ꝙ Chriſtus ſe miſſurũ à patre ſpiritumſanctum dicit, patet prima pars. ſ. ꝙ Chriſtus eſt Deus, a quo ſimul & patre procedit ſpiritusſanctus, ſic tamen, quod pater a nullo, Chriſtus vero à patre, habet hoc ſ. quod ſpiret ſpiritum ſanctum. Nullus. n. poteſt mittere ſpiritũ ſanctum, niſi ſit Deus, quoniam miſſio in diuinis importat originẽ. 1. q. 43. ar. 1. 4. & ſpiritusſanctus, cũ ſit Deus, nõ pôt originari niſi a Deo (vt patet ex terminis,) i. ab alia perſona, quæ ſit idẽ numero Deus

vnde

Digitized by Google

vñ Chriſtus per hoc, ꝙ dicit, Ego mittam paraclitũ vobis, intelligitur neceſſario oſtendere, ſe eſſe Deum. Nec mireris, ꝙ dicat in tex. Mittã, licet origo Spiritusſancti à Filio ſit æterna, qm̃ de miſſione tẽporali loquitur nunc, qua. ſ. ab ipſo in igne, & linguis Spiritusſanctus ſuper Apoſtolos mittendus erat in die Pentecoſtes. i quinquageſima poſt reſurrectionẽ ſuã. Act. 2. Porro miſſio tẽporalis pſupponit æternã ita, vt nunq̃ dicatur perſona diuina mitti tẽporaliter, niſi ab illa, à qua mittiť i. originatur, æternaliter, 1. q. 43. ar. 2. 7. Quod aũt ſimul originetur ab vtroque Spiritusſanctus, patet ex iſto tex. Quẽ ego mittã, coniuncto illi textui, c. 14. Quẽ mittet Pater. Ex quibus quoq; textibus cõſtat, ꝙ indiuiſa ſunt opera patris, & filij in oĩbus, vbi non obuiat relationis oppoſitio, 1. q. 36. art. 4. id ꝙ fuit ẽt concluſum in Cõcilio Florẽtino ſub Papa Eugenio IIII. Vñ vltra ꝙ per tex. quẽ ego mittã, patet, Spiritũ ſanctũ originari. i. pcedere a filio (vt dictũ eſt) hr̃ hoc idẽ ex tex. qui à patre pcedit. Ex illa namq; cõcilij regula ex hoc Euãgelio ſumpta. ſ. ꝙ indiuiſa ſunt opera patris & filij in oĩbus, vbi non obſtat relationis oppoſitio, ſequitur manifeſte, ꝙ, ſi Spiritusſanctus pcedit à patre, procedat & à filio, ſeu (qđ idẽ eſt) ꝙ tex. qui à pr̃e pceditincludit, neceſſario & filiũ, ita vt tãtũdẽ fuerit dicere, Qui à patre procedit, ac ſi dictũ fuiſſet, Qui à pr̃e filioque procedit. Cæterũ, quia Chriſtus erat humilis corde Matth. 11. ideo humilitatis virtutẽ in oĩbus de ſeipſo locutionibus, veritate rei tñ ſaltem implicite (vt hic) ſeruata, cuſtodiebat. Ex tali ergo uera ſui cordis humilitate factũ eſt: vt explicite dicẽs, Qui à pr̃e procedit, non niſi implicite dixerit, Qui à me ẽt procedit. Dixi, ꝙ textus iſte includit neceſſario hoc aliud. ſ. & à filio. Nã pr̃ & filius (iuxta cõcilium illud) ſunt vnũ in oĩ operatione, in qua nõ obuiat relationis oppoſitio, & q̃a in hoc, ꝙ eſt Spiritũſanctũ pcedere à pr̃e, nulla admiſceť relationis oppoſitio inter pr̃em & filiũ (vt patet:) ideo ex hoc ipſo, ꝙ Spũſanctus pcedit à pr̃e, concludiť de neceſſitate, ꝙ ẽt procedit à filio, 1. q. 36. ar. 2. ad 1. Deniq; ꝙ pr̃ à nullo, filius à patre, habeat authoritatẽ ſpirãdi, conſtat ex tex. A patre. Sic. n. exponi dẽt: Mittã à pr̃e. i. ꝙ illũ mittã, habeo à pr̃e (ſicut & ꝙ ego ſi, hẽo ab ipſo,) & ita mittã ꝙ pr̃ eũdẽ mittet, ut fõs & caput miſſionis, 1. q. 36. ar. 3. & q. 32. ar. 2. 3.

Regula cõcilij ex Euangelio concludẽs proceſſionem Spiritusſancti, & à filio.

Humilitas Chriſti notanda eſt in ſuis de ſe ſermonibus, ſimul cum veritate.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Qui ſpũs p Apoſtolos teſtificatus eſt de Xp̃i uera &c. vſq; in finẽ concluſionis, demõſtratur ab Euãgeliſta ex tex. Ille teſtim. phib. de me, & vos teſt. perhibebitis. Per hoc. n. qđ dicit, De me, intelligit oĩa, quæ & ſunt in ſe, & facta ſunt à ſe. Patet aũt ꝙ vera & diuinitas & humanitas, ſunt in ipſo Matth. 16. & ſãctitas vitę, eſt in ipſo Ioã. 8. Quis ex uobis arguet me de peccato? & ſanitas doctrinę & miraculorũ, aliorũq; operũ (ut, Patientię, humilitatis, paſſionũ vſq; ad mortem crucis &c.) executio eſt ab ipſo (prout ex Euangelijs cõſtat:) vñ conſequenter ẽt patet, ꝙ tũc Spũſanctus teſtimoniũ plenũ (ut. ſubaudiť in tex.) perhibuit de Xp̃o, qñ oĩa hæc, quæ dicit cõcluſio, nobis p Apoſtolos manifeſtauit. Porro hoc totũ p illos ipsũ ſpiritum feciſſe, patet & in libro Actuũ Apoſtolorũ, & ĩ epiſtolis eorũ, & ĩ uitis ſeu legẽdis (vt vocãt) ipſorũ. Id aũt p Apoſtolos fecit tripliciter. Primo, iſtruẽdo eos, & fiduciã pbendo eis ad teſtificãdũ pmiſſa de Xp̃o, iuxta illud Matth. 10. Nõ eſtis vos q̃ loquimini, ſed ſpũs pr̃is ueſtri, q̃ loquiť in vobis. Scđo, illorũ doctrinã & pdicationes probationibus ſupernaturalib. i. miraculis, cõfirmãdo, iuxta illud Heb. 2. Cõteſtante Deo ſignis, & pdigijs & varijs Spũſsãcti diſtributionibus. Tertio, corda eos audientiũ cõuertẽdo, & emolliendo, iuxta illud Pſ. 103. Emitte ſpiritũ tuũ, & creabuntur, & renouabis faciẽ terrę, & illud Pſ. 147. Emittet verbum ſuũ (. ſ. per Apoſtolos pdicãtes) flauit ſpiritus eius, & fluent aquæ (. ſ. lachrymarũ.) Et uos, inquit, teſtim. perhib. Ecce, ꝙ operatio cauſarũ ſecũdarũ nõ tolliť ex eo, ꝙ prima cauſa operať in eis. Dũ. n. SS. perhibebat Xp̃o p Apoſtolos teſtimon. ipſi Apoſtoli, nõ vt q̃dã inanimata mere paſſiue ad Spũſancti motionẽ ſe habebant; ſed vt animata libera actiue cõcurrebant & ad cõſentiẽdũ Spũiſancto mouenti, & ad cooperãdũ ei teſtim. perhibenti. Teſtimonium ſiquidem & ipſi Apoſtoli tunc perhibebant, id quod non feciſſent, ſi à Spũſancto operãte in eis ablata, uel impedita,

Deus in nobis, & per nos operãdo facit, ꝙ nos ppriã operationem libere exequamur.

dicta, fuiſſet eorum operatio Hoc ergo nõ ſolum ab ipſo, dum operaretur, non eſt factum: ſed eſt ab eodem cauſatum contrarium, ideſt quod ijdem Apoſtoli propriã operatio em exequerentur. Meruerunt enim ſic teſtificando Apoſtoli, meritum autem non ſtat, niſi cum libera voluntate actiue agente, 1.2.q.114.ar.4.& quæſt. 113.art 3. Ille, inquit, teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis, ideſt ille teſtimonium perhibendo faciet, quod vos teſtimonium perhibeatis. Vna igitur & eadem prædicatio teſtificans de Chriſto erat & à Spirituſancto, & ab Apoſtolis, ſed ab illo, vt primo agēte, ab iis autem, vt ſecundis agentibus. Cæterũ, quam pulcherrime ſanctiſſimus, atque diligentiſſimus ſcripturarum ſacrarum dilucidator D. Thomas fuerit in doctrina conformis huic Euangelio, multa quoque, ex quibus ampliorem huius declarationem poſſis habere, adijciens, vide 1.q.105.art.5.& q 8.art.1. & q.83. art. 1. maxime ad tertium, & 1.2.q. 10.artic.4. maxime ad primum, & quæſt.112.art.2.& 113.art.3.

CONFIRMATIO
Concluſionis III.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus eſt verus Deus, vide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis &c. eſſe definitum in Elucidationibus, 3. de Sal. articulorum numero 17 107.135 108.42.113.195 8. Quod Spiritusſanctus à Chriſto, vt Deo, procedit æternaliter, vide ex ſacroſanctis &c. in Elucidationibus, pri. par articulorum numero 195 197. Quod homo non poteſt ex ſe dare Spiritumſanctum, vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 233. & 1.2. articulorũ, numero 596.& 3. de Sacram. art. num. 25. Quod liberum hominis arbitrium eſt potentia actiua, in ſuis operationibus habēs actiuitatem, & ex neceſſitate non mouetur ab &c. æt. vide in Elucidationibus pri. par articulorum numero 408.412.413. Itē in Veritatibus aureis ſuper legem veterē, Geneſ. 1. concl. 4. & Exod. 13. concluſ. 3. & cap. 1. concl. 3. Item in Elucidationibus pri. par. articulorũ numero 352.255.412. 569.& 3. de Sacramē. Addition. articulorum, numero 43.& 1.2. articulorum numero 597.

ANNOTATIO PRIMA,
Cap. XV.

NON vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui &c.] Qui Euangelicã hanc ſententiam ſupra, in concluſionis probationibus pertractatam vidit, ex ipſa vidit & ſimul auxilium efficax ad ſalutem noſtram a Deo nobis gratuito dari, liberumque arbitrium noſtrum actiue ad illud recipiendum concurrere, tum aſſentiendo vocationi, tum cooperando operationi diuinę Licet autem veritas hęc, quę eſt fide, ſimpliciter credita (vt ab antiquiſſimis temporibus continua ſucceſſione credidit Eccleſia) ſufficeret nobis ad ſalutem: tamen, quia & nonnulli veritatē pręmiſſam duplicem (vt veritas ipſa, quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, Eccleſ. 50. magis refulgeat) difficultatibus quibuſdam nouis inuoluere videntur, & ſcriptum eſt 1. Pet. 3. Parati ſemper ad ſatiſfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt fide, & ſpe, ideo ipſorum dubia, ſeu difficultates, quibus maxime innituntur, adducentes ſingillatim, mox per ordinem ad ſingula paruo negocio (ſolutu ſiquidem facilia ſunt) reſpondebimus. Dicunt ergo.

Circa efficaciam auxiliorum diuinæ gratiæ cum inter omnes conueniat, dari neceſſario debere præter auxilium ſufficiens (quo confertur homini vt poſſit cõuerti, & pie operari) auxiliũ efficax (quo eidem homini datur, vt re ipſa conuertatur, pieque operetur) difficultas eſt de quidditate (ut ita loquar) & qualitate, huius efficacis auxilij. Et primo.

Num auxilium hoc efficax ſit nouum auxilium ſupra ſufficiens, ab eoque realiter, tanquam ſcilicet res à re ſeiunctum, an vero cum ipſo ſit idem realiter, & diſcriminetur duntaxat ratione circunſtantiarum, vel alterius cuiuſque extrinſeci, adeo vt idem auxilium abſolute collatũ ſit ſufficiens, & congruis circunſtantijs datum fiat efficax, ac proinde non in rationem *Primo.*

Digitized by Google

tionem entis, ſed beneficij ſolum differãt ab inuicem.

Reſpon. Ad hoc dubium ſic reſpondetur. Auxilium ſufficiens,& efficax ab inuicem ſeiũguntur. [Alioquin omnes, quibus ſolum datur ſufficiens,ſaluarentur.] Seiungũtur autem, vt imperfectum, & perfectum(ut patet:) Non ratione alterius extrinſeci[ſicut fides informis,& formata,2.2.q.4.ar. 4]quod ſit ex parte noſtra,nec ratione ſolius remiſſionis, & intẽſionis in ſubiecto [ſicut charitas minor, & aucta,2 2.q.24. art.5.]eo quod auxilia ipſa non ſunt habitus in anima. Seiunguntur vero,tanquam res à re,ideſt vt actus vnius motionis diuinæ ad excitandam animam noſtram factæ , ab actu alterius motionis diuinæ. [Pro huius captu proportionaliter facit Sanctus Thomas,3.de Sacra.Addition.q. 1.artic.3.

Duo auxilia diuina ſunt duo actus mouentes animam noſtram.

Notatio. Parum,vel certe non multum quæſtio hæc prima à dubitantibus mota referre videtur ad rem tãti momenti,quæ tractanda in ſubſequentibus ab eiſdem proponitur, niſi pro quanto ſub illo colore quidam conatus eorum, quaſi in occulto , tendit ad expiſcandum aliquid boni ex parte hominis (licet re uera nullũ ſit) ad efficatiam illius auxilij aſtruendã concurrens. Quapropter hæc prima quæſtio, reponenda videtur(pro ſua portione) in illo Beati Auguſtini.Contra duas epiſtolas Pelagianorum , libri 3. capitulo 10. Quod eſt in octaua parte operum eius,& prætitulatur . De indebito arguendi modo, ex dubijs falſa concludere volentis. Quocirca & de hoc quæſito tandem faciendum eſt id, quod ibi,ad noſtram doctrinam pro imitatione, factum ab eodẽ Auguſtino de ſimili re videmus ; videlicet: Tenere certum,neglectis incertis . Id quod , in illa re tunc ſibi pro magno dubio obiecta, ipſe in prædicti capituli extremis ſic expreſſit. Quapropter quiſquis vel de anima,vel de quacunque re obſcura,id aſtruit,vnde hoc,quod veriſſimum, fundatiſſimum, notiſſimum eſt, deſtruat: ſiue ſit ille filius, ſiue inimicus,Eccleſiæ, aut corrigendus eſt , aut cauendus . Hæc ibi. Cæterum,de re noſtra loquẽdo, quod veriſſimum , quod fundatiſſimum , quod apud uere ſapientes notiſſimum ſit , nos nihil boni ex nobis habere(cuius,contrarium Pelagiani aſſerebant ,) ex his , quæ pro requiſitione ſolutionis dubiorum ſubſequentium dicentur, patebit abunde.

Aliquid boni nos in nobis, quaſi ex nobis habere, fuit hæreſis Pelagianorum.

Secundo. Dicunt ſecundo dubitantes , ſic. Num auxilium hoc ſit ſua entitate,ac natura,efficax,quatenus,ſcilicet præciſe eſt inſtrumentum diuinę voluntatis volentis hominem conuertere , & antecedat omnino quemcunque pręcognitum hominis conſenſum,aut propenſionem. An potius efficacia ſibi accedat, & compleatur ex eo, quia ſub idoneis circunſtantijs homini immittitur,quando ſcilicet vbi, &c. præcognitus fuerit homo tale auxilium non aſpernaturus,ſi tunc,& tali modo per illud excitetur.

Reſpon. Ad hoc ſecundum dubium ſic reſpondetur. Auxilium efficax eſt ſuapte natura tale,ad conuerſionem hominis efficaciter valens,ſecundum pure gratuitam voluntatem Dei. [Probatur primo ab Epheſ. 1. Deus prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ. Secundo à Pſal.17. Saluum me fecit , quoniã voluit me. Tertio à Matth.11. Ita pater(ſcilicet reuelaſti ea paruulis. Vt pro nunc ſiſtamus tantum in auxilio efficaci:) quoniam ſic placitum fuit ante te.]

Reſpon. Ad aliud,ibid.&c.Nec præcognitio conſenſus hominis,quod ſcilicet nõ ſit aſpernaturus,ſi &c.facit illius auxilij efficaciã nec auget.[Prob. Nam talis conſenſus licet ſit præuiſus futurus in,& ab,homine, non tamen præuiſus eſt in,& ab,homine futurus, ex officina hominis , ſed tantum ex ipſo Deo talem conſenſum gratis homini donante. Prob.hoc & primo. A Cõcilio Arauſicano, contra Pelagianos congregato , quorum erat hęc erroris ſui radix infecta, in peius poſtea pullulãs. Porro uerba ipſius Concilij ſunt iſta, in Canone 22. Nemo habet de ſuo,niſi mendacium,& peccatum. Hæc ibi. Secundo ad Epheſ.1. Nos ſorte vocati ſumus,prædeſtinati ſecundum propoſitum eius. Item. Coloſſ.1. Qui dignos nos fecit,in partem ſortis ſanctorum in lumine . Item Actu. 26. Vt accipiant ſortem inter ſanctos. Tertio à Pſal. 67. Accepiſti dona in hominibus. En,ad literam, quod conſenſus in bonũ, vſus liberi noſtri bonus , acceptio donorum, & non ſolum datio eſt à Deo, intantum,vt ipſe,qui dat dona hoibus Ephe. 4.

Radix infecta erroris Pelagianorum eſt,q Deus præuiderit aliquid boni in homine , vt ex homine.

vere

vere dicatur accipiens eadem dona in hominibus. Quomodo autem poſſint hęc fieri, quod ſcilicet arbitrium hominis libere actiueque accipiat dona, & Deus in ipſo arbitrio eadem dona actiue accipiat, declarat optime illud Concilij Arauſicani dictum Cano. 9. Quoties bona agimus: Deus in nobis, atque nobiſcum, vt operemur, operatur. Hæc ibi. Quæ vere aurea Concilij ſententia facit vnice ad expoſitionem illius dicti præmiſſorum cōfirmatiui Iſai. 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis, Domine: En, ad literam, quod bona opera ſunt noſtra. Ergo nos operati ſumus illa. Cur ergo ibidem dixit Iſaias, quod Deus illa eſt operatus? Reſponde, ſic. Non dicitur abſolute hoc ibi. ne videatur poni, liberum arbitrium noſtrum, tanquam inanime quoddam, idest pure paſſiue in his ſe habere, ſed dicitur cum additione, In nobis (quemadmodum & Concilium Arauſicanum addebat; In nobis, atque nobiſcum. & Pſal. 67. addidit, In hominibus:) vt per talem additionem denotetur, quod nos etiam actiue cōcurrimus ad facienda opera illa (quemadmodum & ad agendum bona, & ad accipiendum dona:) id quod Concilium quoque Trident. docuit ſeſſ. 6. cap. 5. Cano. 4. Et Deus igitur facit actiue in nobis, & nos actiue per illum facimus, quæcunq; bona facimus.

Deus ī nobis & nobiſcum, ut operemur, operatur, quoties bona agim⁹.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. XV.

MENTIO de ſorte in ſcripturis adductis ſuperius facta eſt Epheſ. 1. & Coloſſ. 1. & Actu. 26. Quid intelligit ibi nomine ſortis? Quod nullus hominum, quantum eſt de ſe, habet aliquid iuris, aut alicuius boni, vel meriti, ad hoc, vt eligatur, vt prædeſtinetur, vt vocet, vt dignus fiat partis ſanctorum, vt accipiat locum inter ſanctos. Vnde vnus non habet de ſe plus diſpoſitionis, habilitatis, vel cōgruitatis, aut huiuſmodi cęterarum bonarum qualitatum, quam alius quicunque, ad talia diuina beneficia. Quod ergo iſte eligatur, prædeſtinetur, vocetur, fiat dignus sāctorum in lumine, accipiat locum inter ſanctos, totum hoc eſt ſors reſpectu iſtius, ideſt ſorte contingit iſti. Similiter, quod magis vnus (quicunque ſit ille,) quā quiuis alter, eligatur, pdeſtinetur, vocetur, fiat dignus ſanctorum in lumine, accipiat locum inter ſanctos, totum hoc, reſpectū ipſius electi &c. eſt ſors. Non enim poteſt ex parte illius ratio aſſignari, quare electus ſit &cęt. vel quare magis, altero relicto, ſit electus, prædeſtinatus, vocatus, factus dignus &cęt. cum omnes, & ſinguli, ſint ex eadem maſſa Rom. 9. & natura filij iræ Epheſ. 2. Exemplum huius rei patet ā notioribus quo ad nos. Nam tunc dicitur apud homines aliquid vel reponi, aut vocari, aut eligi, in ſortem, vel etiam aduenire, ſeu contingere, alicui ſorte, quando nullus habet plus alio certitudinis, vel huiuſmodi, in talib. negocijs, ſed reſpectu cuiuſcunque eſt eadem paritas & omnia tunc dicuntur commitri fortunæ, vel ſorti. Veruntamen in propoſito noſtro non committuntur omnia fortunæ, vel ſorti (licet ſit ibi, vt declarauimus, ſors reſpectu noſtri,) ſed omnia prædicta, vt ad æternam electionem pertinentia, reponuntur in manu Dei, qui operatur omnia ſecundū cōſilium voluntatis ſuæ. Epheſ. 1. Conſilium vtique ſemper veriſſimum, & iuſtiſſimum, licet nobis occultiſſimum. Quapropter optime dixit Beatus Auguſtinus ſuper Ioan. 6. Quem trahat, & non trahat; Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli uelle iudicare, ſi non uis errare.

Sortis nomine excludit ſcriptura omne meritū ab electione prædeſtinatorum. vt 1. q. 23. art. 5.

Simile quotidianum, valde notabile.

Nunc igitur, declaratis terminis, redeuntes ad ordinem probationum ſolutioni dubitationis ſecundæ facientium, dicamus quarto idem, ſcilicet quod conſenſus bonus à Deo præcognitus, quicunque ſit ille, non eſt ex officina noſtra, ſed ex dono Dei, probatur per Papæ Cæleſti ni primi Aureas ſententias in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ contra ſuperbiā Pelagianam diffuſe poſitas. Quæ tamen, eodem ſenſu penitus retento, ſic breuiātur. Prima. Niſi gratia Dei iuuemur, inſidias diaboli euitare non poſſumus. Secunda. Non poteſt quiſquam per liberum arbitrium à malo conſurgere, niſi eum gratia Dei erexerit. Tertia Nemo eſt bonus, niſi participatione eius, qui ſolus bonus eſt. Quarta. Per Chriſtū libero bene vtimur arbitrio. Quinta. Omnia ſanctorum merita ſunt dona Dei. Sexta. Omnis ſancta cogita-

Redit ad probatio. continuādas.

Aurea Papa verba, omnem arrogātiam hominis cōculcātia.

Digitized by Google

cogitatio, & oïs motus piæ voluntatis, ex Deo ſunt. Septimo Gratia Dei nō ſolū peccata dimittit, ſed etiam adiuuat, ne cōmittantur: & præſtat, vt lex impleatur, non (ſicut Pelagus ait) facilè quaſi ſine gratia Dei difficilius poſſit impleri. Huic pōtifici per omnia concordat Angelicus doctor, 1.q.23.art.5.& 1.2. circa finem, ſ. in quæſtionibus de gratia.] Ex eo igitur, quòd ille hominis conſenſus eſt ad auxilij diuini efficaciam conſequens, (vt multifarie ſupra probatum eſt) concludendum neceſſario relinquitur: quòd impoſſibile eſt, ipſum conſenſum præuiſum, vtpote efficaciam illam veluti genitricem ſuam pręſupponentem, accedere tanquā cauſaturum ſeu completurum auxilij prędicti efficaciam.

Concluſio ex dictis ad ſecūdū dubium.

Tertio. Dicunt tertiò dubitantes ſic. Num voluntas abſoluta in Deo conferendi huic vel illi efficax hoc auxilium præcedat omnino ſcientiam, qua præcognouerit hominem ſub conditione ei conſenſurum, & a ſimplici nudaque eiuſdem voluntate eiuſmodi auxilij collatio dependeat: An verò pręſupponat notitiam aliquam, qua agnouerit Deus, quòd ſi tale auxilium tali homini in talibus circunſtantijs detur, effectum infallibiliter ſortiretur, vt proinde efficacia eiuſmodi compleatur ex illa congruitate, & præſcientia, adeo vt motio cōgnita præcognita ſit auxiliū efficax.

Reſpon. Ad hoc tertium dubium ſic reſpondetur. Præcognoſcit Deus, hominem ſibi auxilianti eſſe conſenſurū: [Prob. Primo. Nam intellectus præcedit voluntatem, 1. 2. quæſt. 9. ar. 1. Secundò à Rom. 8. Quos præſciuit, hos & prædeſtinauit]: cum hac tamen conditione conſenſurum, ſcilicet ſi auilxū efficax ei prius detur & ad volendum conſentire, & ad actualiter conſentiendum. Prob. Primo. Nam pręděſtinatio, ex qua oritur poſt in tempore datio auxilij efficacis, præſupponit dilectionem, 1. quæ. 23. ar. 4. & de tali dilectione dicit Concilium Arauſicanum, cano. 12. Tales nos amat Deus, quales futuri ſumus, ipſius dono: nō quales ſumus merito noſtro. Hęc ibi. Secundò ab Ephe. 1. Elegit nos, vt eſſemus ſancti, & immaculati, in conſpectu eius. Non dicit: Quia eramus, vel futuri eramus ſancti (id quod eſſet, ponere aliquid boni in nobis concauſans illam electionem: & poſt in tempore concauſans Dei auxilium efficax ab ipſo nobis conferendum): Sed vt dicit, eſſemus ſancti (Per quod ſuperbiam illam retundit). Ecce illa veriſſima expoſitio ad B. Ambroſium, & ſaniſſima intelligentia Sancti Thomæ, de cauſa finali, 1. queſ. 23. arti. 5. ad 1. vtporè fundata in Apoſtolo, & Cōcilijs (ſicut & tota doctrina eius. Vt patet in Elucidation. formalibus ſuper totam eiuſdem theologiæ ſummā) Tertiò ab eodem Conc. Arauſicano, canon 6. Si quis, &c. humilitati, aut obedientiæ, humanæ ſubiungit gratiæ adiutorium, nec, vt obedientes, & humiles, ſimus, donū ipſius gratię eſſe conſentit, reſiſtit Apoſtolo dicenti. Quid habes, quod nō accepiſti? Et gratia Dei ſum id, quod ſum. Hęc ibi. Quartò ab eod. can. 7. Si qs ꝑ naturæ vigorē &c. ſalutari prædicationi (Hęc, in propoſito, eſt illa pręedicatio. i. vocatio, Dei interior) cōſentire poſſe cōfirmat abſq; illuminatione, & inſpiratione ſpiritusſancti, qui dat omnibus SVAVITATEM in conſentiendo, & credendo veritati, hæretico fallitur ſpiritu, non intelligens vocem Dei in Euangelio dicentis, Sine me NIHIL poteſtis facere: & (can. 8.) Nemo poteſt ad me venire, niſi quem pater attraxerit: & (can. eod. 7.) illud Apoſtoli, Nō ſumus idonei cogitare aliqd a nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficiētia nr̄a ex Deo eſt. Quintò a Phil. 2. Deus dat nobis VELLE, & perficere, PRO BONA VOLVNTATE. ſ. ſua. Ac ſi dicat: Non pro noſtra, quæ, ſine eius dono, nulla eſt.]

Obediētia humilitas & (a ſimili) qualibet alia virtus, eſt donū Dei.

Abſq; ſpeciali auxilio Dei nō poſſumus conſentire alicui bono.

ANNOTATIO TERTIA. Cap. XV.

Reſpon. AD illud eiuſdem tertij dubij q̃ſitū; An a ſimplici, nudaq; volūtate &c. dicimus ex ꝑmiſſis: ꝙ a ſimplici nudaq; volūtate Dei collatio auxilij efficacis dependet, inquantū. ſ. nihil boni ꝑſupponit ſibi pręcognitū in nobis, qđ ipſe non faciat. 1. 2. q. 112. art. 2. ad 3. [Proba. Primo. Nā cū ſimus oēs ex eadem maſſa, Roma. 9. vtpote natura filij iræ, Epheſ. 2. aut in omnibus & ſingulis illa bona diſpoſitio affutura præcognoſceretur: aut in nullis. Sed non in omnibus & ſingulis: quia ſic

(vt

(vt obiecta dubitantium inſinuant) omnibus, & ſingulis daretur auxilium illud efficax, & ſic abſolute omnes, & ſinguli ſaluarentur (quod conſtat eſſe falſum.) Ergo reſtat, quod in nullis eſſe illa bona diſpoſitio prçcognoſcitur (id quod eſt omnino verum.) Manifeſtum ergo ex tali rectę rationis diſcurſu relinquitur illud inte̅tum, ſcilicet, quod Deus, pro ſua bona voluntate ſolummodo, auxilium efficax prçſtat. Secundo à Beato Auguſtino in libro de correption. & gratia, ſic dicente. Auxiliũ gratiæ quibuſcunque diuinitus datur, miſericorditer datur, quibus autem non datur, ex iuſtitia non datur, in pœnam præcedentis peccati, ſaltem originalis. Quod Auguſtini contra ſuperbos dictum aureum recitatur, 2. 2. q. 2. ar. 5. ad primum.]

Reſpon. Ad illud in eodem tertio dubio quæſitũ; An efficacia eiuſmodi ex præuiſione tali, ſcilicet, quod aliquis ſit ad Deum vocantem reuerſurus, compleatur, reſpondetur, quod non. [Prob. Primo à Matth. 11. Si in Tyro, & Sydone, factæ eſsẽt virtutes, quæ factę ſunt in vobis: olim pœnitentiam in cilicio & cinere egiſſent. Vbi ad literam patet, quod Chriſtus, vt Deus, ab æterno præuidit illam conditionalem, ſcilicet, ꝙ Tyrij & Sydonij, ſi ibi apud eos factæ fuiſſent illæ virtutes ab ipſo, per pœnitẽtiam magnam ad ipſum conuerſi fuiſsẽt. (Siſte pedem lector, & cum tremore conſidera. Quid? Abyſſum maximam iuſtorũ iudiciorum Dei. Ecce. Mirum certe nimis milliumque mundorum, ſi eſſent, infinitis hominibus naturaliter impenetrabile, omnes quoque quantumuis tenuiſſimas radices peſtiferæ ſuperbiæ euellens, Euãgelicum ſecretum hoc. Vere de hoc per anthonomaſiam intelligi in perſona Dei poteſt illud Iſai. 24. Secretum meum mihi: Secretum meum mihi. Prçuidit Deus ciuitates illas, ſcilicet Tyrum & Sydonẽ ſpecialibus beneficijs ſuis, ſi illis conferrentur, bene victuras, & eis beneficia illa non contulit. Præuidit autem illas alias, ſcilicet Bethſaida, Capharnaum, Corozaim ſpecialibus beneficijs ſuis male victuras, id eſt de illis ingratas fore, & eis beneficia talia dedit. Quid dicet hic præſumptio Pelagiana? obmuteſcet. Aut certe (ſi tandem ſapit) quæ extimabat ſe aliquid eſſe, cogetur confiteri, ſe eſſe nihil, Gal. 6.

Malleus grauiſſim⁹ ſuperborũ Pelagianorum cõterens eorum arrogantiã vſque in finẽ.

& exclamare: O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientię Dei? Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Quis cognouit ſenſum Domini? Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Rom. 11. Abſit ergo, & in æternum ab ſit blaſphemia hæc ab omnibus Chriſti fidelibus dicens: Quia Deus præuidit, hunc bene victurum auxilio diuino, propterea dedit illi auxilium efficax. Quod vero hoc ſit blaſphemium, conſtat ex Apoſtolo. Quid enim eſt hoc Pelagianæ ſuperbiæ dictum, ſi bene vſque ad fundum inſpiciatur, condignoque examine diſcutiatũ, niſi id ab Apoſtolo ibi cũ ſtomacho increpatiue reiectum, ſcilicet: Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?) Secundo idẽ ſuperius negatum probatur à Beati Auguſtini grauiſſima expoſitione ſuper illud Matth. 11. de Tyro, & Sydone. Propter quod & ipſe aliqua, quæ talem colorem boni noſtri ad diuinam vocationem complendam prçcurrentis dixerat in lib. de ſex quæſtionib. paganorum, poſtea reprobauit volens, ac prudẽs, in lib. de perſeuerantia. Nunquid (ait) poſſumus dicere: Tyrios, & Sydonios, talibus apud ſe virtutibus factis, credere noluiſſe? &c. Veruntamen quia hanc Beati Auguſtini firmam ſententiam ſuperius ad verbum recitauimus, ideo, ne replicetur, vide tu ibi, aut ſi mauis in 3. de Sal. quęſt. 1. articu. 5. ad ſecundum.]

Nota, & pro ſemper fuge ſuperbiã ante.

Quarto. DICVNT Quarto ſic dubitantes. Num hoc efficax auxilium ita antecedenter ſe habeat ad hominis voluntatem, ut naturæ & cauſalitatis prioritate, applicet eandem voluntatem ad conuerſionẽ, piamque operationem, efficiatque, vt voluntas ſe applicet, ac libere determinet, & proinde eam ita efficaciter moueat, ut eam prædeterminet, ita tamen, vt eodem durationis inſtanti, ac ſigno, eadem voluntas ſeipſam libere determinet, tanquam ſecundum determinans: An vero ita ipſi uoluntati illabatur, vt eam minime determinet, ſed ipſa ſub ipſo auxilio manens omnino indifferens ſeipſam primo determinet.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIO QVARTA, Cap. XV.

Reſpon.

AD hoc quartum dubium ſic reſpondetur. Efficax auxilium ſe habet antecedenter ad voluntatem, applicās eam ad conuerſionem, piamque operationē. [Prob. Primo à Concilio Valentino dicēte. In electione ſaluandorum, miſericordia Dei præcedit meritum bonum, in reprobatione autem periturorum, meritum malum præcedit iuſtum Dei iudicium. Hæc illud. Videatur totum hoc Conciliū pro quanto propoſitum præſens optime alijs etiam verbis explicat, recitatum verbatim (ſicut & de alijs fit) in Elucidationibus, 1.q.23.art.5. in Append. Secundo à B. Auguſtino in lib. 4. contra Iulianum Pelagianum, cap.8. ſic prętitulato. Quod Dei ſit, auerſa, & aduerſa, corda conuertere. Vide totum, tu illic. Tertio à Concilio Trident. ſic dicente, ſeſſ.6.cap.5. In ſacris literis cum dicitur, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis noſtrę admonemur, cum reſpondemus, Conuerte nos Domine ad te, & cōuertemur, Dei nos gratia pręueniri, cōfitemur. Hęc ibi. Et Canon. 3. Si quis dixerit, ſine præueniente Spiritusſancti inſpiratione, atque eius adiutorio, hominē credere, ſperare, diligere, aut pęnitere poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, anathema ſit. Hæc ibi. Patet autem, quod ſi auxilium efficax non ſe habeat antecedēter ad voluntatem, applicans eam ad conuerſionem, in qua conuerſione procul dubio gratia iuſtificationis confertur, tunc ponitur, quod homo poteſt ſine pręueniēte Dei adiutorio credere, ſperare, diligere, ſicut oportet, vt ſibi gratia iuſtificationis conferatur. Quarto à Rom.5. Cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Hoc eſt, in propoſito (ut & Chriſti morti, tanquam ſuo exemplari, conformis fit vocatio, & virtus vocantis magis appareat, prout de Matthæo, cap.10. & Saulo Actu.9. factum eſt:) cum adhuc peccatores præuideremur, auxiliū ſuum efficax nobis Chriſtus Deus donare diſpoſuit. Huic dicto Eccleſia, tanquā confirmans illud, ſubſcribit in ſecreta collecta, Domic. in paſſion. dicens: Ad te noſtras, etiam rebelles, compelle propitius voluntates. Simile quid ad eiuſdem rei cōfirmationem faciens habetur antea dictum Luc.14. Exi in &c. & compelle intrare. Quinto ab Oſę. 14. Ex me fructus eius inuentus eſt. Item Ezechiel 36. Faciam, vt in pręceptis meis ambuletis, &c. Item 2. Machab. 1. Det uobis Deus cor, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno, & animo volenti. Adaperiat cor veſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis. Sexto ab eccleſia ī plurimis Collectis, quarum quædam adducentur (alijs diligenti & pio lectori, qui per ſeipſum inueniat, dimiſſis. Vt. Dominic. 22. poſt Trin. Quales eſſe præcipis, ipſe nos perfice. Sabbat. 1. quadrageſimæ. Præpara nos feſtiuis officijs. Fer. 3. poſt Domin. 2. Fac nos tuis obedire mandatis. Hoc idem facit millies per, Præſta, Concede, Da, Annue, Fac, &c. Item Sabb. quatuor temporum Septemb. Salutis noſtræ remedia, quæ te aſpirante requirimus, te largiente conſequamur.]

Vide hic ex Can. 3. Concilij Trident. quantū ſibi virium arrogabāt Pelagiani anathematizati.

Reſpon.

Ad illud eiuſdem; An faciat, vt voluntas ſe applicet, ac libere determinet &c. in eodem ſigno &c. vt ſecundum determinans, reſpondetur, quod ſic. [Prob. Primo ex ijſdem rationibus proxime dictis, ſi bene huic propoſito applicatæ fuerint, maxime ex Ezech. 26. Faciam, ut &c. & 2. Machab. 1. Det vobis Deus &c. Secūdo à Sancto Thoma, 1.q.105.art.5. ibi enim ex hoc, quod Deum in omni operante operari dicit, oſtenditur intentum etiam quo ad, In eodem ſigno, ſi ad voluntatis illam ſui determinationem recte fiat (ut oportet) applicatio doctrinæ articuli prę miſſi. Tertio ab eodem Sancto Doctore, 1.2.q.113.art.3. dicente. In eo, qui habet vſum liberi arbitrij non fit motio à Deo ad iuſtitiam, abſque motu liberi arbitrij, ſed ita infundit donum gratiæ iuſtificantis, quod etiam ſimul cum hoc mouet liberum arbitrium ad acceptandum donū gratiæ. Item 1.2.q.112. art.2. ad tertium. Oportet, quod agens infinitæ uirtutis, ſecundum conditionem rei cauſandæ, in ipſa re cauſet diſpoſitionem. Et ibid. ad ſecundum. Quandoque ſtatim perfecte mouet hominem ad bonum, & ſubito homo gratiam accipit, ſecundum illud Ioan.6. Omnis, qui audit à patre, & didicit, venit

En, liberū arbitrium non de ſolo titulo, ſed actiue concurrēs &c. cōtra Luther.

ad

ad me. Hęc Sancti Doctoris dicta, ſi applicentur (vt decet) ad auxilium efficax homini datum, concludunt illud bene, quod probandum aſſumebatur. Quid intell git B. Thomas per illud, ſubitò? ſimul ideſt in eodem inſtanti, ſeu (quod dicunt moderni) in eodem ſigno. Veruntamen dubitantes ſciant, quod non magnopere facit ad rem, eſſe hoc, de quo loquuntur, vel non eſſe, ſemper in eodem ſigno: ſufficit enim ad neceſſitatem, quod de ſubſtātia rei, ideſt de voluntatis, vt ſecundi determinantis, determinatione, conſtet, pro ut abunde probatum eſt. Vnde difficultatem magis, quam oportet, facientes de tali ſigno, videntur connumerandi proportionaliter in notation. dubij primi. Vide tu illic.

Reſpon. AD illud eiuſdem, An ipſa voluntas ſub ipſo auxilio manens omnino indifferens, ſeipſam primo determinet? reſpondetur (execrando tantam ſuperbiam) quod non. [Probatur hæc negatiua. Primo ab authoritate Concilij Arauſicani, Cano. 15. Nemo habet quicquam boni, niſi illud ei datum fuerit deſuper. Secundo à Philip. 1. Deus, qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu. Item cap. 2. Deus eſt, qui operatur in nobis & velle, & perficere. Tertio à ſupradictis maxime ab Ezech. 16. & 2. Machab. 1. & ab Eccleſia in Collectis illis. Quarto ab Angelico, & fideliſſimo Eccleſiæ catholicæ Doctore Sācto Thoma, 1. 2. q. 112. art. 2. Si loquamur de gratia, ſecundum quod ſignificat auxilium Dei mouentis ad bonum, nulla præparatio requiritur ex parte hominis, quaſi prępueniens diuinum auxilium. Sed potius quæcunque præparatio in homine eſſe poteſt, eſt ex auxilio Dei mouentis animam ad bonum. Et ſecundum hoc, ipſe bonus motus liberi arbitrij; quo quis præparatur ad donum gratiæ ſuſcipiendum, eſt actus liberi arbitrij moti à Deo. Et quantum ad hoc, dicitur homo ſe præparare, ſecundum illud Prouerb. 16. Hominis eſt præparare animum. Et eſt principaliter à Deo mouente liberum arbitrium, & ſecundum hoc dicitur, à Deo voluntas hominis præparari, & à Domino greſſus hominis dirigi. Hæc ibi. Quinto à ratione. Nam implicat contradictionem (vt patet ex terminis bene vſque ad fundum inſpectis, & intellectis) dicere, quod auxilium ſit efficax, & quod relinquat voluntatem indifferentem, & (quod magis abſurdum eſt,) quod ipſa voluntas ſub illo auxilio indifferenter manens determinet primo ſeipſam ad bonum.]

Nihil boni, ſine auxilio Dei præuenien te, eſt in actibus liberi arbitrij noſtri.

Notatio. Aduertat, qui legit, quod harum reſponſionum oppoſitæ in dubijs illis propoſitiones Pelagiano errori plus æquo quidem, ſed tamen quaſi in occulto, arridere videntur, & de facto (ſi, vt ſonant, accipiantur) arrident, inquantum aliquid boni ponunt primo fieri ab homine. [Hoc eſt illa voluntatis determinatio ſuipſius ad bonum,] & non primo fieri à Deo in homine illo. Nec mirum, quoniam reſponſiones ſunt virtualiter ex Sācti Thomæ doctrina acceptæ, cuius ſapientiam (Papa Innocentio atteſtante) quicunque impugnauit, fuit ſemper de veritate ſuſpectus. Cæterum, ſi de ipſius magnitudine iuxta ſummorum Pontificum &c. iudicium plura vis, recurre ad Elucidationes primæ partis Theologiæ eiuſdem. Ibi ſiquidem in fromiſpicio De altitudine doctrinę Thomiſticæ, &c. ſi videris totum ad proloquij illic antepoſiti probationes pertinens, erit tibi abundanter ſatisfactum.

ANNOTATIO QVINTA Cap. XV.

DICVNT quinto ſic dubitantes. An efficax hoc auxilium præuenientis gratiæ antecedat actum voluntatis nedum liberum, ſed etiam vitalem: An uero eadem ſit prorſus motio operantis gratiæ, qua Deus mouet voluntatem & illuminat intellectum, cum eorundem intellectus & volūtatis primis actibus, adeo vt detur ſignum, in quo facultates illæ à Deo, gratia operante, primo excitatæ mere paſſiue ſe habeant, atque ideo in illo priori liberæ non ſint, an vero libere recipiant, vel ſi libertas tunc ab illis negetur, aliquid tamen actiuitatis in ipſo intellectu & voluntate ineſſe intelligatur. *Quinto.*

Ad hoc quintum dubium ſic reſpondetur. Efficax illud auxilium antecedit actū liberum voluntatis, ita quod ſunt ibi duo actus, ſcilicet motio diuina, & actus hominis *Reſpon.*

Digitized by Google

minis (ut patet, & in ſuperioribus ex D. Thom.1.2.q 112.art. 2. & quæſt. 113.art. 3.dictum eſt:) ſi conſiderentur tamen præciſe ſecundum relationem ad diuerſa agentia, ſcilicet ad Deum, & hominis voluntatem. Alioquin, ſi ſecundum ſe abſolute cōſideretur actus humanus, ſcilicet aſſentire in bonum, tunc hoc liberum aſſentire eſt vna & eadem actio procedens ſimul à duobus agentibus ordinis diuerſi, ſcilicet à Deo, vt primo mouente, & à libero arbitrio, vt mouente ſecundo. [Prob ex optima doctrina Sancti Thomę, 1. quæſt. 105 art. 5. Quia intelligēdum ita eſt, Deū operari in rebus, quod tamen ipſæ res habeant propriam operationem. Falſum.n. eſt illud, quod aliqui ex hoc, quod Deus operatur in omni operante intulerunt, uidelicet, quod nulla uirtus creata aliquid in rebus operatur, ſed ſolus Deus immediate omnia agat (puta, quod ignis non calefaciat, ſed Deus in igne, & ſimiliter de omnibus alijs.) Nam quod hoc ſit falſum: conſtat ex duplici capite. Primo quidem, quia ſic ſubtraheretur ordo cauſæ, & cauſati, à rebus creatis, quod dicit impotentiam creantis. Ex virtute enim agētis eſt, quod ſuo effectui det virtutem agēdi. Secundo autem, quia virtutes operatiuæ, quæ in rebus inueniuntur, eſſent fruſtra rebus datę, ſi per eas nihil operarentur. Quinimo omnes etiam res creatæ uiderētur quodammodo eſſe fruſtra, ſi propria operatione deſtituerentur, cum omnes res ſint propter ſuam operationem. Sicut enim materia eſt propter formam, ita forma, quæ eſt actus primus, eſt propter ſuam operationē, quæ eſt actus ſecundus, & ſic operatio eſt finis rei creatæ. Remanet ergo clarum, quod, licet Deus operetur in omni operante, per hoc non tollit, quin res ipſæ habeant propriam operationem Sicut igitur calefactio eſt propria ignis operatio, & hæc vna, eademque ſimul eſt à Deo, vt primo mouente, operante in igne, & ab ipſo igne propriam virtutem à Deo acceptam immediate exercente, ita aſſentire illud eſt propria actio liberi arbitrij auxilio illo diuino ſuffulti, & hæc vna, eademque ſimul eſt à Deo ſic per auxilium ſuum operante in hominis libera voluntate, & ab ipſa voluntate propriam illam actionem non de ſuo, ſed de munere Dei, acceptam immediate producēte.] Ad illud, an mere paſſiue ſe habeāt iſtæ facultates .i. intellectus & voluntas, cum à Deo primo excitantur. Reſpon. quod non, quaſi ipſę non poſſint acceptare, vel reijcere illam Dei motionem, ſeu potius inuitationē. [Prob. Primo à Concilio Trident. ſeſs.6.cap.5. dicente. Iuſtificationis exordium in adultis à Dei per Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumendum eſſe. Hoc eſt, ab eius vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis, vocantur, vt, qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem atque adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem eidem gratiæ libere aſſentiendo, & cooperando, diſponātur. Ita vt, tangente Deo cor hominis per Spiritus ſancti illuminationem, neque homo ipſe nihil omnino agat inſpirationem illam recipiens, (quippe qui illam & abijcere poteſt:) neque tamē, ſine gratia Dei, mouere ſe ad iuſtificationem coram illo, libera volūtate ſua poſſit. Hęc ibi. Et ead. Cano. 4. Si quis dixerit: liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, nihil cooperari, aſſentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac pręparet, neque poſſe diſſentire, ſi velit, ſed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque paſſiue ſe habere, Anathema ſit. Hæc ibidem. Secundo à ratione. Nam dicere, facultates liberi arbitrij ſe habere in tali re mere paſſiue, eſt implicite ponere, quod hominis liberum arbitrium eſt aut res de ſolo titulo, aut titulus ſine re. (Hoc autem eſt damnatum à Concilio Trid. ſic dicente, ſeſs.6. Cano 5. Si quis liberum hominis arbitrium dixerit, rem eſſe de ſolo titulo, immo titulum ſine re, Anathema ſit. Hæc ibidem.) Qui enim ponit illud in huiuſmodi re ſe habere mere paſſiue, tollit libertatem (vt ex terminis patet à libero arbitrio, id quod eſt deſtruere illud, & conſequenter ignorare propriam uocem. Tertio ab Angelico Doctore, prima quęſtione octuageſimatertia, articulo primo. Deus eſt prima cauſa mouens, & naturales cauſas, & uoluntarias. Et ſicut naturalibus cauſis, mouendo eas, non aufert, quin actus earum ſint naturales, ita, mo-

Aſſentire in bonum eſt actio vna procedēs à duobus, 1. q. 105. ar. 5. ad ſecundam.

Liberi arbitrij actio hac monſtrat, quod ipſū nō eſt de ſolo titulo contra Luth.

Reſpon.

Mere paſſiue ſe habere liberū arbitrium &c. eſt ipſum eſſe rem de ſolo titulo, vel titulū ſine re.

Digitized by Google

uendo cauſas voluntarias, non aufert, quin actiones earum ſint voluntariæ, ſed potius hoc in eis facit. Operatur enim in vnoquoque, ſecundum eius proprietatem. Hæc ibi. Pro quarum vltimo dicto declarando valet 1. queſt. 105. art. 4. & 1. 2. q. 10. art. 4.]

Motio rerũ à Deo conſeruat naturam eorum.

Reſpon.

AD illud, an auxilium Dei antecedat omnem actum voluntatis (.ſ. in bonum.) Reſpõ. quod ſic, (quocunque interim nomine, apud ſacros theologos antiquos in uſitato actus ille voluntatis nomineiur:) & quod contrarium dicere abſit in æternum. [Prob. Prima reſponſionis pars. ſ. ꝙ ſic, & quidẽ ab authoritate Eccleſię. Primo nanque illa in hymno Angelorum, quod eſt feſtum S. Michaelis, Deo dicit: Paradiſo redde tuo nos ſola clementia. Secundo eadẽ in ſequentia pro mortuis, Dies iræ dies illa &c. eidem dicit: Qui ſaluandos ſaluas gratis. Tertio in collecta Breuiar. 4. Dominic. poſt Epiphan. Deo ſupplicat. Vt quæ in ſola ſpe gratiæ cœleſtis innititur, tua ſemper protectione muniatur. Quarto eandem primam clauſulã repetit ĩ collecta Miſſal. Sabbathi poſt 2. Domin. Quadrageſimę pro ſecũda clauſula dicens. Cęleſti etiã protectione muniatur. Porro nulli fideliũ dubitatio vel minima eſt, eandem ſanctam Eccleſiam docere, ꝙ nec paradiſus reddetur alicui adultorum ſine proprijs meritis, nec aliquis ipſorum ſaluatus, aut ſaluandus eſt ſine ipſius meritis, nec ſpes vera, quæ. ſ. cęleſti, continuaque protectione eſt digna muniri, innititur Deo ſine meritis ſaltem in voto habitis, 2. 2. q. 17. art. 1. ad ſecũdũ. Cur ergo Eccleſia illam ſanam doctrinã tribuẽs, dicit: Sola clemẽtia, & ſaluas gratis, & ſola ſpe gratiæ &c. vt ſupra? Vt ſuã ſanam doctrinam illam, quomodo ſane intelligatur, declaret, ne quis in ſenſu doctrinæ ipſius occultiſſima quadam ſuperbia erraret, arrogando videlicet ſibi, vt ſibi ex ſe, aliquid quantuncunque minimũ boni, & conſequenter ne cum Lucifero, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, Iob 41. damnaretur. Ac ſi ergo in omnibus præmiſſis dixerit apertius Eccleſia. Meritis proprijs hominẽ ſaluari, ſtat ſimul cum, Deum reddere illũ paradiſo ſola clementia, ſtat cũ ſaluari gratis, ſtat cũ inniti in ſola ſpe cęleſtis gratiæ. Quare?

Mirabilis conſenſus dictorũ eccleſiæ apparenter, ſed non uere, diſſonantium.

Quia merita ipſa, de quibus doctrinã illam trado, ſunt dona Dei tum in meritorum inceptione, tum in eorundẽ progreſſione, ac perfectione operantis, & cõſeruantis illa in hoĩe, non pp aliquid quantuncunque minimum boni pręexiſtentis, ſiue præuiſi, in ipſo hoĩe, ſed pp meram bonitatem diuinæ voluntatis. Vnde ſaluari meritis proprijs non ex nobis, ſed ex Deo habitis, eſt idem, quod ſaluari ſola Dei clementia, & gratis. (De hoc, ꝙ merita noſtra ſint dona Dei, docet illud Concilij Triden. ſeſſ. 6. c. 16. Tanta eſt Dei erga omnes hoĩes bonitas, vt eorũ uelit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona. Hæc ibi. Et Can. 32.) Patet igitur ex oĩbus ſupradictis, ꝙ Eccleſia ſancta mater, & magiſtra omnium fideliũ, probauit publice, & optime, primam partem illius reſponſionis .ſ. ꝙ auxilium Dei ſemper antecedit quẽcunq; bonũ motũ, & actũ nr̃æ volũtatis.

ANNOTATIO SEXTA, Cap. XV.

PORRO ſecunda pars eiuſdem vltimæ reſponſionis. ſ. ꝙ dicere contrariũ abſit in æternũ, probatur. Et primo. Quia contrarium ſ. qđ auxilium Dei non antecedat ſemper oẽm bonũ motum, & actũ, quocunque vocatũ, voluntatis noſtræ, eſt contra epiſtolã Papæ Cęleſtini primi, cuius decreta recitata ſunt in Reſpon. ad ſecundũ dubiũ, & contra ſcripturas, concilia, Eccleſiã, ſicut recitatur ibid. Secũdo: Quia cõtrariũ illud ducit ad inconueniẽtia maxima. Primũ eſt, ꝙ per illud fit magna iniuria Deo auxiliãti (vltra qđ illi de auxilio dato non reddunt gratię debitę.) Tunc n. hoĩes poſſent dicere Deo, ſi tu auxiliatus es nobis, hoc fuit ex bona diſpoſitione noſtra à te in nobis pręuiſa. De noſtro igitur originaliter fuit, qđ tu miſertus es nobis. Vñ, qđ nos ſaluati ſumus à te, nõ tibi primo, ſed primo nobis, gratias agere debemus, &c. Quis fideliũ Xp̃i, à quo ſãcta deſideria, recta cõſilia, & iuſta ſũt opera, & bona cũcta procedunt (ut teſtatur Eccleſia in collectis) ſufferat, vel ad auditũ, illas horribiles blaſphemias? Nũquid in cęlis ẽt maledicta ſuperbia, ingratitudinis mater, reperiẽ, cõtra illud Pſ. 100. Nõ habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuper-

Reſpon.

Primum.

Nota execranda ſuperbiã, ingratitudini deteſtabili iunctam.

Digitized by Google

Secundū. ſuperbia? Secūdū inconueniens eſt, q d̄ ꝑ illud contrarium humilitas verax eliminatur, & arrogantia mendax introducit. Vbi.n.tunc.i.illo cōtrario dato, erit illud Pſal.43. Non in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me? Vbi erit & illud Pſ.88. Gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum? Vbi & illud Pſ.146. Non in fortitudine equi voluntatē habebit, neque in tibijs viri beneplacitū erit ei? & illud ibid. Beneplacitū eſt Dn̄o ſuper timentes eū, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius? & illud vbi erit Pſal.32.59. Fallax equus ad ſalutem? &. vana ſalus hominis? Et illud Amos 6. Lętamini in nihili, qui dicitis, nunquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? & illud Eccleſiæ in Collecta Domi. Sexageſimę: ex nulla noſtra actione confidimus? Quid.n.eſt, eccleſiā catholicā dicere, ex nulla noſtra actione confidimus, niſi illā aperte dānare confidentiā vanā Pelagianorū, quæ in cōtraria illa poſitione depicta eſt? Taceo alia innumera, quę in ſcripturis ad veraciter confitendum humilitatē, noſtramque multiplicem ex omni parte miſeriam, inueniuntur, quæ tamen per ſeipſum lector diligens inueſtigabit.

Pelagianorum arrogantia ſignatur in nihili.

Rurſum. Tunc.i. eodem cōtrario dato, vbi erit iuſtiſſima condemnatio arrogantiæ Phariſæi ſuperbi à Dn̄o deſcripti atq; damnati? Luc.18. Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cęteri hoīes, raptores, iniuſti, adulteri, ieiunio bis in Sabbatho, decimas do oīum, quæ poſſideo. Ecce mirum. Gratias iſte de beneficijs tum ad cauenda mala, tum ad facienda bona, diuinitus receptis agit Deo, & tñ ille ipſe in hac oratione ſuperbus iudicatur, ob talēque ſuperbiam à iuſto iudice damnatur. Ergo reddere gratias Deo de eius beneficijs, eſt ſuperbia? Non: ſed, cum ſit gratitudo, 2.2 q.106. art 1. humilitatem dicit. Sicut.n. ſuperbia eſt mater ingratitudinis, ita humilitas eſt mater gratitudinis. Nōne Phariſæus iſte erat gratus, dum actum gratitudinis faciebat.i. dum gratias agebat? Vtique. Ergo tunc erat humilis? Vtique, quo ad actū illum gratitudinis exteriorē, ſed non quo ad animū interiorem (quē Deus magis penſat,) qui erat, ſicuti, & ſemꝑ eſt, tanq̄ forma actus exterioris eius, & quorūcunq; aliorū. In aīo ſiquidem Phariſæi huius latebat ſuperbia quædā ſubtilis, ſed nō mortalis, in cuius ſignū mortificabāt ab ipſa totis ille actus gratitudinis exterior. Hoc eſt Gratiarum illę actiones, ſecundum ſeipſas præciſe conſideratę, cum eſſent actus virtutis gratitudinis, 2.2.q.107.ar.2. imo et religionis, 2.2. q.106. artic.1. erant Deo gratæ.i. ei placebant, ſed tñ eædem conſideratæ, ſecūdum quod ab aīo ſuperbia infecto procedebāt erant Deo ingratę.i. ei diſplicebant. Vnde & Phariſęus ille non propter gratiarum actiones nude ſumptas, ſed propter illas veſtimento ſuperbiæ indutas, fuit iuſte ab illo, cuius eſſentia eſt iuſtitia, 1.q.21.art.1. condemnatus. Cæterū, quæ tandem erat illa eius ſuperbia, ſub illa gratitudinis ſpecie latens? Hęc. Videlicet, q ipſe & in ſe confidebat (ut illius Euangelij cōtextus inſinuaverat) & aſpernabatur inter cæteros etiam Deum, dicens. Tu mihi Deus, dediſti auxiliū & non eſſendi ſicut cæteri homines, & ieiunandi bis in Sabba ho, ac decimas dādi, proptereaq; gratias tibi ago, ueruntamen tu in his auxiliatus es mihi, quia id ego originaliter merui, ſeu (quod tn idem redit) quia me præuideras bene vſurum auxilio tuo iſto per liberum arbitrium meum. En aſpernatio illa Dei, inquantum.ſ. extenuabat (ut ex dictis nunc patet) beneficia eius, quę aſpernatio erat, tanq̄ Luciferū, quod in occulto nobis, ſed non Chriſto latebat venenum, quo tota maſſa orationis Phariſæi corrupta ſic eſt, vt de ea verificari poſſit illud Pſ.108. Oratio eius fiat in peccatū. & illud B. Aug. (in Regula) ſuperbia bonis operibus inſidiatur, vt pereant.

Subtiliſſima, & Pelagiana ſpiſſima ſuperbia Phariſæi.

Tertium. TERTIVM incōueniens eſt, quod tunc.i. dato illo contrario ſupra dicto, tolleretur ſaluberrimum, & uerax ueritatis ipſius monitum Luc.17. Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus. Nam ſi de noſtro appoſuiſſemus, vel tantillum quid bonæ diſpoſitionis, præuiſæ à Deo, auxilium ad præcepta ſeruanda nobis propter id collaturo, non inutiles vtique fuiſſemus, ſed valde utiles, vtpote in fundamento noſtræ ſalutis primum lapidem, etſi paruulum, ponentes. Item, Eccleſia tunc, poſt tot bona opera à ſe per auxilium Dei fa-

cta, falſo (in officio mortuorum) diceret: Nihil dignum in conſpectu tuo egi. Quo vtique dicto monitum illud Euãgelicum ſe obſeruare demonſtrat.

ANNOTATIO SEPTIMA, Cap. X V.

Quartũ.

QVARTVM inconueniens eſt, ꝙ tunc.i.contrario illo admiſſo, redderentur falſa ſcripturarum, & ſanctorũ dicta fere infinita. Vt.Non.n.qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt 2. Cor.10. Item illud Ioan.15. Nõ vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Niſi.n.auxilium Dei ꝓceſſiſſet omnem actum bonum liberi arbitrij noſtri præuiſum, tunc ipſe non elegiſſet nos prior, ſed nos prius in illa, neſcio qua (niſi paruulæ peſtis Luciferi) radice, elegiſſemus eum. En temeritatem Deo nimis odibilem, & ſpiritu blaſphemiæ tumidam. Contra quam & propheta, bono zelo iratus, clamabat Pſ.11. Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguã magniloquam. Qui dixerũt, linguam noſtrã magnificabimus, labia noſtra à nobis ſũt. Et Apoſtolus eandẽ redarguit 1. Cor. 4. Quid habes, quod nõ accepiſti? Ergo bonus actus liberi arbitrij præuiſus nõ à nobis eſt, ſed acceptus à Deo. Itẽ falſum redderetur illud, quod oĩbus & ſingulis. [Cũ ſimus omnes de eadẽ ꝗ maſſa] conuenit, Deuteron.9. Ne dicas in corde tuo, propter iuſtitiam meam introduxit me Dñs, vt terram hanc poſſiderem &c. Neque.n. propter iuſtitias tuas, & æquitatẽ cordis tui ingredieris, vt poſſideas terrã &c. Scito ergo, ꝙ non propter iuſtitias tuas Dñs tuus dederit tibi terram hanc, cũ duriſſimę ceruicis ſis. Memẽto, & non obliuiſcaris, quõ ad iracundiam prouocaueris Dominũ Deum tuum in ſolitudine, & ex eo die, quo egreſſus es ex Ægypto vſque ad locum illũ ſemper aduerſus Dñm contendiſti. Ecce. Multa mala vtique ab æterno præuiſa, & nulla bona, enumerantur Iudæorũ quibus auxilium ſuũ magnum, & multiplex, largitus eſt Deus. Ergo, ſm ſcripturam expreſſam, patet, ꝙ auxiliũ Dei datur nobis cõtra merita noſtra plurima, tm̃ abeſt, vt nobis in ſpe poſtea detur ex aliquo quãtũuis minimo bono ſm præuiſionẽ auxiliũ illud antecedente. Datꝰ quidẽ vita æterna, augmentumque gratię, & gloriæ ex meritis Concil. Trident. ſeſſ. 6. Can 32. ſicque.i. ex meritis, hæc oĩa danda præuiſum fuit ab æterno, ſed auxilium ad conuerſionẽ peccatoris efficax, qđ illis meritis (ut patet) præſupponiꝰ, nullis meritis præexiſtentibus datur Concil. Trid. ſeſſ.6. c. 5. ſed plerunque contra plurima noſtra demerita .i. peccata, ideoque non tm̃ ex quocunque pura miſericordia, ſed ex maxime pura miſericordia Dei. Magis .n. admodum commendandus eſt de miſericordia, & beneficus iudicandus ille, qui etiam ingratis dona largitur, q̃ qui ſolũ gratis.i. dona per gratitudinis uirtutẽ cognoſcituris, ut & rationis naturalis recto diſcurſu patet, & Veritatibus aureis ſup legem veterem Deute. 32. concl.4. Ex præmiſſis ergo literis Moſaicis ſic (ut oportuit) expoſitis, ſupra modũ iuuatur S. Doctoris determinatio, facta 1. quæſtione 23. articu. 5.

Superbiã Pelagianã præuiſam Spiritus ſanctus damnat ꝑ os Moyſis, ſub perſonis Iudæorum.

SANCTORVM quoque (vt dicebaꝰ) dicta innumerabilia redderentur falſa, ſi contrariũ illud concederetur. Clarũ .n. eſt, ꝙ dicta illorũ, q̃ & factis proprijs aſſociantes comprobauerunt, nos ad uerã noſtræ nihileitatis cognitionem profundiſſimã, & ad totalẽ de nobis diffidentiã, in Deumq; ſolũ confidentiã, vniformiter oĩa cohortantur (ut patet abunde in SS. Bernardi, Vincẽtij, Anſelmi, Hieronymi, Aug. Gregorij &c. libris, ſpeciatim vero in eiuſdem S. Vincentij ordinis prędicatorum tractu uitæ ſpiritualis, capite decimo quinto,) quibus omnibus è diametro contraponitur illa ſuperbiæ Pelagianæ radix. Quintum vero inconueniens, quod ex illo contrario dato ſequeretur, eſt damnatio æterna. Ad huius enim damnationis ingreſſum lata paratur via per contrarium illud (ut ex omnibus huculque adductis conſtat:) quæ tamen quaſi in occulto latet, ut via ſecreta. Nam ſuperbia quanto magis in abſcõdito latet, tãto magis nocet: quia quanto minus cognoſcitur, tanto ualidius graſſatur, & præualet. Quod autem ſit facilis uia ad infernum inferiorem, ſufficiat nunc (quoniam res eſt notoria) per unum medium probare, quod eſt

Omnium ſanctorum humilitas dicta, ſcripta, & uitæ, dãnans ſuperbiam Pelagianam.

Quintum.

Superbia lat. ſuperbia minus cognita, nocet magis.

fundatum

fundatum in Iob, vbi Deus ei de diabolo, ſub nomine Leuiathan, loquens dicit, cap. 41. Ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. Ergo ipſe, quaſi iure proprio, ſibi vendicabit, quod ſuperbi omnes, vtpote filij ſui.i. regimini ſuo ſubiecti, congregentur in domum hęreditatis ſuę.ſ.in infernum. Impoſſibile igitur ex præmiſſis relinquitur, quod tenens Pelagianam, vel aliam ſimilem, quæ ſuperbiā contineat, poſitionem ſaluetur, & neceſſe eſt, vt damnetur, niſi ab illa tumeſcente, ideoque Chriſto contraria, mente reſipiſcat, humilitatis viam ſanctam amplectendo.

ANNOTATIO OCTAVA, Cap. XV.

Sextum. SEXTVM inconueniens, quod tunc, idest dato illo contrario.ſ. ꝙ ex præcognitione alicuius boni, vel minimi in nobis, vt ex nobis, præexiſtēns detur à Deo nobis auxilium efficax (id quod eſt tandē reſoluendo.ſ.in primum principium, dicere, quod detur, nos ex tali præcognitione prædeſtinatos fuiſſe ad tale auxilium, & conſequenter ad gratiam, gloriamque habendam) ſequitur ꝙ prædeſtinatio noſtra non ſit conformis prædeſtinationi Chriſti, tanquam exemplatum ſuo exemplari, quod eſt contra & Rom. 8. Conformes fieri imaginis filij ſui, & Epheſ. 1. Prędeſtinauit nos in adoptionem filiorū per Ieſum Chriſtum in ipſum.ſ. tanquā exēplar, & 3. de Sal. q. 24. ar. 3. Vnde blaſphemia omnino intolerabilis naſcetur ſ. qđ nos fuerimus maioris authoritatis apud Deum, quam Chriſtus, vtpote habentes aliquid de noſtro in prędeſtinatione quale Chriſtus non habuit. Nā ipſe fuit prædeſtinatus ſine vllis ſuis meritis. 3. de Sal. q. 24 ar. 3. cum Elucid. & nos, ſecundum poſitionem non conformitatis prædictę fuiſſemus ex noſtris meritis, ſaltem in radice paruula, præuiſis à Deo prædeſtinati. Hoc autem, præter alia abſurdiſſima, quid eſt, niſi maledictio illa.ſ.ponere caput in caudam, & caudam in caput? Deuteron. 28.

Prædeſtinatio Chriſti eſt exēplar prædeſtinationis noſtrę.

Septimū. Septimum inconueniens eſt, ꝙ illius poſitionis ſuperbia occultiſſima, veluti germen eſt Luciferinæ ſuperbiæ grādis: quæ ipſum è cęlo in infernum exturbauit. Nam ſuperbia Luciferi fuit, ꝙ ipſe voluit eſſe Deus Iſai. 14. Ero ſimilis altiſſimo, & ipſum voluiſſe eſſe Deum, interpretantur ſancti vno modo ſic. 1. q. 63. ar. 3. quod beatitudinē illam ſupernaturalē, quæ datur ex gratia, voluit habere per virtutem ſui liberi arbitrij; non ex auxilio diuino præueniente. Huic etenim, tāquam filia paruula matri magnæ aſſimilatur (quaquauerſum interim res iſta, ne ſuperbia ibi latens appareat, circumuoluatur) hoc dictum.ſ.quod ex præuiſa aliqua virtute liberi arbitrij, tanquā de ſuo, exiſtente, detur homini auxilium effi. ax ad gratiam & gloriam conſequendam. Radix ſiquidē Luciferinæ ſuperbiæ hoc dictum eſt cum gratiam præuenientem neget, ſeu auferat: quamuis poſtea admittat ſubſequentem, quam Lucifer, veluti non ſibi neceſſariam, etiam repudiabat. Audiuimus autem ab Apoſtolo, Rom. 11. Si radix ſancta, & rami. Ex quo ſecūdum B. Hieronymum docentem, ex ſimilibus locis argumentari nos poſſe ad oppoſitum, dicimus ad quæſtionem in dubio illo propoſitam, ſi radix infecta, & rami. Sed procul dubio (ſecundum prædeclarata hucuſque) radix illa eſt infecta: ergo & rami erunt infecti. Ergo ne auxilium gratiæ, & gratia, & gloria, quæ ponuntur ad illam radicem ſubſequi, erunt infecta? Abſit. Non enim hæc ſunt illius rami. Veruntamē infecta erunt in hoc ſēſu.i.non facta, hoc eſt, non dabuntur habenti in mente ſua radicem illam: (Nec de hac ueritate ullo modo eſt dubitandū dicente Iacobo Apoſtolo, cap. 4. Deus ſuperbis reſiſtit.) Ergo ne opera de genere bonorum, quę talem radicem habentes faciunt, erunt infecta? Non erunt infecta, idest non facta, ſed erunt infecta.i. maculata, & conſequenter ad vitā æternam nihil valentia, propter radicem ipſam: iuxta illud, primo Cor. quinto. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Vnde à Deo computabūtur opera illorum) quamdiu durauerit illa radix in eis) cum oratione, ieiunio gratiarum actione, decimarum ſolutione, Phariſæi Luc. decimooctauo, de quo, cū tot bonis operibus eius auditis, expectaretur ſentētia iudicis in bonum, data eſt in malum, ibid. Qui ſe exaltat, humiliabitur. Cęterum

Arrogantia Pelagiana orſū habuit in cęlu, ſed inde mox eſt detrubata p S. Michaelē &c.

Superbiola.i.occultiſſima ſuperbia, phariſæi damnauit eū, cum actis ſuis, licet ſuperficialiter bonis.

rum, quomodo iſte Phariſæus re uera ſe
exaltauerit, licet ſub quodam bonitatis
prætextu velatus, declaratum eſt ſupra
in Reſpon. ad quintum dubium incon-
uen. ſecundo. Denique ex Luciferi exem
plo in quo radicaliter Pelagianus error
latebat (vt probatum eſt) oportet in caſu
præſenti concludere ſic Si è cœlis ſuper-
bia dæmonum à ſanctis Angelis excluſa
totaliter eſt in æternum, quomodo è ter-
ris ad cœlos poterit vnquam talis ſuper-
bia hominum eleuari.

Sexto. DICVNT ſexto loco dubitantes.
Eſt denique difficultas. Num voluntas
eiuſmodi auxilio mota poſſit illi diſſenti
re, ita nimirum, vt ſimul poſſint hæ duæ
formæ, vel actus, componi (quod ſenſus
compoſiti nomine explicatur) efficacia il
lius motionis, & diſſenſus voluntatis: An
vero id fieri nullo modo poſſit, ſed infal
libiliter, ac neceſſitate conſequentię, &
ſuppoſitionis, voluntas auxilio illo exci-
tata conſentiat.

ANNOTATIO NONA,
Cap. XV.

Reſpon. AD hoc ſextum dubium ſic reſponde
tur. Auxilio efficaci dato (quo ſcilicet
volūtate ſui beneplaciti Deus vult, quod
homo iſte ad iuſtitiam conuertatur) uolū
tas hominis iſtius certiſſime per liberum
ſui arbitrij conſenſum ad iuſtitiam illam,
quam intendit Deus, conuertetur. [Prob.
Quare, certiſſime? Quia impoſſibile om-
mno eſt, voluntatem beneplaciti diuini
non impleri, 1.q. 19.art. 6. Secundo quia
B.Aug. in lib. de prædeſtination. ſanctor.
dicit, quod per talia beneficia Dei certiſ-
ſime liberantur, quicunque liberantur, 1.
2.q.112 art. 3. Quare per ſui arbitrij con-
ſenſum liberum? Quia eſt omnino impoſ
ſibile, voluntatem diuini beneplaciti nō
impleri, non tm̄ quo ad res fiendas, ſed ēt
quo ad modum rerum fiendarum, 1.q.19.
ar.8. Deus aūt vult hominem non coacti
tie, ſed conſenſu eius libero uenire ad iu-
ſtitiam. (Qm̄quidem Dei non eſt deſtrue
re, ſed conſeruare, rerū naturam, vt dicit
B.Dionyſ. c. 4. de diuin. nominib. Qđ eius
dictū, tanquā ſcripturæ expoſitionū, eſt
mutuatum a Sap. 8. Sapiētia diſponit oīa
ſuauiter.) Nō pōt ergo fieri, ꝙ tali auxi-
lio ſuffultus non conſentiat actiue, & libe
re vocationi diuinæ, cū liberi arbitrij na
tura talis ſit, vt actiue & libere operetur.
Quod qui negaret, ignoraret propriā vo
cem, qm̄ hoc nomen, liberū arbitriū, ſo- *Confutatur Lutherus de liberi arbitrij ſolo titulo &c. ꝑ S. Thomā.*
nat aperte illud. ſ. actiuā libertatē. Patet
igitur ex his, ꝙ per tā efficacis auxilij po
ſitionē non ſolū non minuit quicq̄, vel
minimū de uera humani arbitrij liberta-
te, ſed potius inde (ut ēt dr̄. 1.q.83.ar.1. ad
tertium) libertas ipſa ponitur, ſtatuitur,
& tota vere conſeruatur (contra Lutherū
qui ob hanc iuſtificationis ſanā, ſed ipſi
abſconditā, intelligentiam, dixit, liberta-
tem noſtram eſſe rē de ſolo titulo, aut ti-
tulū ſine re: Qui & ideo catholicos liber
tatem huiuſmodi veram, ſicuti eſt, aſſeuē
rantes irridet, magis ipſe ridendus, cum
ſuam per hoc tā craſſam ignorantiam, ex
malitia grandi ſuę voluntatis cauſatam,
manifeſtet ēt nolēs.) De prædicta noſtræ
libertatis conſeruatione uera, videatur B.
Thomas optime (pro more ſuo) docens, 1.
q.19. art.8. & q.22. art.4. & q.23. art.6. &
1.2.q.10. art.4.] Ad illud autem, an volun *Reſpon.*
tas poſſit taliter vocanti, & excitanti, diſ
ſentire, rn̄detur, ꝙ ſuppoſitione illa be-
neplaciti diuini facta non poteſt, ſed tn̄
abſolute poteſt. (Id quod eſt, dicere cum
Concilio Trid. ſeſſ. 6 Can. 4. Poteſt diſſē
tire, ſi velit.) At nunq̄ volet. [Prob. à San
cto Doctore, 1.2.q.10.ar.4. Ibi. n. ad argu
mentum tertium, (quod erat, &c. Sequit̄
impoſſibile, ſi ponatur, ꝙ voluntas nō ve
lit hoc, ad quod Deus eā mouet, quia ſe-
cūdum hoc operatio Dei eſſet inefficax.
Non ergo eſt poſſibile, voluntatem non
velle hoc, ad quod Deus eā mouet. Ergo
neceſſe eſt, eā hoc velle) rn̄dens ſic verba
tim dicit. Ad tertiū dicendum, ꝙ, ſi Deus
mouet voluntatem ad aliquid, impoſſibi
le eſt huic poſitioni, ꝙ voluntas ad illud *Aliud eſt, voluntatē infallibiliter moueri ad id, ꝙ vult De', aliud eſt, ipſam ex neceſſitate moueri ad illud.*
non moueat; Non tn̄ eſt impoſſibile ſim-
pliciter. Vn̄ non ſequit̄, ꝙ voluntas à Deo
ex neceſſitate moueat̄. Hæc ibi. Vbi ēt vi
deas totū articulū. Ex his quoque patet,
quid rn̄dendū ſit ad illā huius ſexti dubij
particulā ſ. an poſſint hi duo actus, vide
licet efficacia diuinæ motionis, & diſſen
ſus voluntatis ſimul cōponi. Patet. n. qđ
nō, dicēte ſancto ibi: impoſſibile eſt huic
poſitioni, qđ uolūtas ad illud nō mouea
tur. Ideo impoſſibile eſt, hāc poſitionē. ſ.
Deum

Digitized by Google

Deum velle, voluntatē moueri ad aliqd, ſtare ſimul cum hoc alio dicto.ſ. ꝙ volūtas ad illud non moueatur.i.tali motioni nō conſentiat. Iuuat quoque hic videre, 1.q.105.art.4. & 1.2.q 9.art.3.4. maxime ad ſecundum,& tertium.] Ad illud,an infallibiliter &c. voluntas illo auxilio excitata conſentiat,rńdetur, & ꝙ procul dubio verum eſt hoc, & ꝙ talis infallibilitas dicit re vera maiorem libertatē in voluntate hominis ſic Deo conſentientis, q̃ ſi infallibilitas illa tūc in libero arbitrio noſtro non poneretur.[Prob. Nam prima particula .ſ. ꝙ proculdubio verū ſit hoc, patet ex præmiſſis nunc. Secūda vero particula.ſ.ꝙ talis infallibilitas dicat re uera libertatem maiorem in volunt.homin.ſic Deo conſen.quam ſi infallibil il.tun.in libero arb.no. non poneret,eſt fundamētaliter Sancti Doctoris.Nam ipſe dicit, 1.q. 62.art.8 ad tertium. Liberum arbitrium ſic ſe habet ad eligendum ea,quæ ſunt ad finem, ſicut ſe habet intellectus ad cōcluſiones. Manifeſtū eſt autem,ꝙ ad virtutē intellectus pertinet, vt in diuerſas cōcluſiones procedere poſſit ſm principia data. Sed,quod in aliquam concluſionē procedat,prętermittendo ordinē principiorum,hoc eſt ex defectu ipſius. Vnde ꝙ liberum arbitrium diuerſa eligere poſſit, ſeruato ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem libertatis eius. Sed,ꝙ eligat aliquid,diuertēdo ab ordine finis (quod eſt peccare:)hoc pertinet ad defectum libertatis . Vnde maior libertas arbitrij eſt in Angelis, qui peccare non poſſunt, quam in nobis, qui peccare poſſumus. Hæc ibi.

Reſpon.

Maior noſtra libertas eſt infallibiliter obedire Deo, q̃ poſſe reſiſtere mandatis eius.

EX his vere aureis Angelici Doctoris verbis patet, ꝙ hoc.ſ. voluntatem viatorum ſic efficaciter à Deo vocatorum infallibiliter non diſſentire , ſed infallibiliter conſentire non minuit,ſed auget,re uera libertatem voluntatis ipſius,& conſequēter inde patet, ꝙ tales homines ex infallibilitate tali ſunt re uera magis liberi,q̃ ſi nō infallibiliter cōſentirēt.(Nunquid nō hinc ſimulq; ex allegatis,1.q. 62.art 8.ad tertiū,tibi nūc aperte cōſtat, ꝙ Lutherus de quo ſupra fiebat mētio,mouebat̄ ignorantiſſime ad irridendū catholicos? Vnde .n. ex catholica poſitione declarata .ſ. ꝙ hoīes nō pñt ex ſuppoſitione efficacis vocationis facta peccare,quod eſt.i.diſſentire,debebat recte argumētando dicere,ꝙ catholici,ſic dicendo, confirmabant liberum arbitriū,inde totis viribus contendebat,ꝙ ipſi illud.i.illius libertatē, ſic dicēdo,tollebant,& de ſolo titulo ipſum.i.ipſius libertatē, relinquebant. Sed ignorantia quid ſapit? Tacuiſſet ſaltem præ uerecūdia, ſi ſalis minimum quid habuiſſet.)

Lutherū ſē ſum reprobum,ideſt ignorātia plenū, uide hic.

ANNOTATIO DECIMA, Cap. XV.

EX eadem aurea,quam prædiximus, diui Thomæ doctrina conſtat quoq; aliud valde faciens ad propoſitum . Hoc autem eſt,ꝙ tales hoīes ex tali fęliciſſima infallibilitate participant ſm quid conditionem vnam cōprehēſorum, quæ eſt,nō poſſe peccare. Dico,ſm quid,quia cōprehenſores peccare non pñt ſimpliciter.i. nullo modo,& tpe,ſed hi taliter à deo tracti non poſſunt ſaluo libero arbitrio, peccare tunc,quod eſt diſſentire,licet abſolute , alio modo & tēpore peccare poſſint.

Nec de tanta viatorum taliū fęlicitate tunc participata mirandum , quaſi de re impoſſibili,aut minus congruenti eſt,qm̄ ordo diuinus(S. Dionyſio teſte) ſic ſe habet vniuerſaliter in rebus à Deo ſapientiſſime inſtitutis,ꝙ ſupremum infimi attingit infimum ſupremi. Nā talis ordo in talibus ſic à Deo tractis tunc ſeruatur, qm̄ mēs eorum libera adhuc viatrix.(Hæc eſt ſupremum infimi) efficitur modo declarato particeps præmiſſæ conditionis beatorum.(Quæ eſt infimum ſupremi.) Nec obſtat,ſi dicatur,ꝙ eſt viatrix. Licet.n.viator,vt viator, habeat iſtā ſuo libero arbitrio annexam miſeriam .ſ. poſſe reſiſtere Deo,tñ viator,vt cōditione quadā , tanq̃ aliquali veſtigio , beatitudinis gaudens, non habet pro tunc miſeriā illā ſuæ libertati annexam.[Intellige ſēmp hæc (ne erres) cū illa declaratione Doctoris Angelici præmiſſa ex 1.2.q.10.art.4. ad argu.tertium. Vide ſup.] Porro doctrinā hanc tradidit virtualiter S. Thomas , tanquam in quodam ſimili,dum 1.q.62.art.8.ad argumentū primum (quod erat. Beatitudo nō tollit naturam,ſed de ratione naturę creatę eſt,ꝙ poſſit deficere,ergo Angelus beatus poteſt peccare)reſpondetur ſic. Bonū creatum in ſe conſideratum deficere po-

Miſeria liberi arbitrij magna eſt poſſe peccare qua caret beatorum libertas.

 teſt,

teſt, ſed ex coniunctione perfecta ad bonum increatum, qualis eſt cōiunctio beatitudinis, adipiſcitur, quod peccare non poſſit. Hæc ibid.

Vocatorū à Deo duplex eſt genus.

NOTANDVM denique eſt, quod illi, qui vocantur, ſed non illo efficaci tractu, ſeu vocatione (id quod eſt priuilegiū illorum paucorum, de quibus dicitur Matth. 20. Pauci vero electi) debent reponi inter vocatos communiter. Ex conſequenti ergo liberum eorum arbitrium illa tam grandi participatione libertatis beatorum, quæ ſupra declarata eſt, non gaudet, & propterea non infallibiliter conſentit, cum poſſit diſſentire vocanti, ſecundum Concilium Trident. ſeſs. 6. c. 5. legem communem vocatorum optime (vt ſemper, & vbique) ſtatuens, atque declarans.

QVIA in præmiſſis dubiorum ſolutionibus de Concilijs localibus, id eſt prouincialibus, puta Arauſicano, & Valentino, facta fuit mentio, ideo non vtile ſolū modo, ſed neceſſarium, mihi viſum eſt, oſtendere hic ex Concilijs generalibus, quantę ſint authoritatis in illis deciſionibus concilia huiuſmodi, & conſequenter quanto vinculo in conſcientia aſtringantur omnes Chriſti fideles ad credendum eiſdem. Ad talis ergo rei declarationem firmam Concilium Nicænum ſecundum (quod Gręci vocant ſeptimam ſynodum generalem) actione 3. poſt lectionem, & acceptationem ſex ſynodorum generaliū quibus orthodoxa fides concorditer ſtabilita eſt, dicit. Locales autem ſynodos non auertimus, ſed magis amamus, amplectimur, & recipimus, earum etiam diuinitus inſpiratas canonicas conſtitutiones, correctiones, & vtiles earum legiſlationes, ſumma obſeruatione colimus. Hęc ibi. Item Cano. 1. A ſanctis Apoſtolis prius editos canones, & à ſanctis vniuerſalibus & localibus, ſynodis amplectentes, anathematizamus eos, qui ab ipſis anathematizati fuere, deponimus, qui depoſiti fuere, nihilque his adijcimus, nō inexplebiles (vt auari) exiſtentes, ſed his, quæ ab illis conſtituta ſunt, contenti ſumus. Hæc ibi. Item, ſynodus octaua generalis ſic dicit Cano. 1. Regulas, quæ Eccleſiæ ſanctæ catholicæ & Apoſtolicæ tam à ſanctis Apoſtolis, quam ab orthodoxorum vniuerſalibus, necnon & localibus Concilijs traditæ ſunt ſeruare ac cuſtodire profitemur, quibus & propriam vitā, & mores, & omnem ſacerdotij cathalogum, regamus. Sed & omnes, qui Chriſtiano cenſentur vocabulo damnationibus, & iuſtificationibus, quę per illas prolatæ ſunt canonice, ſubijci decernimus. Tenere quippe traditiones, quas accepimus ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam ſanctorum, qui ante fuerunt; Paulus aperte admonet. Hæc ibi. Porro concilia ipſa generalia à ſummis Pontificibus fuere confirmata, ſecundum morem antiquum (prout habetur in Concilio Lateranenſi, ſub Leone X. ſeſſ. 11. quod pro quanto ſufficit recitatur verbatim in Elucidationibus, 3. de Sacramē. Addition. q. 54. aliàs 23. art. 3. append.) & ex conſequenti de neceſſitate cointelligitur, quod concilia etiam localia ab ijſdem ſummis Pontificibus confirmata ſint, ſecundum quod de ipſis localibus in illis conciliorum generalium actis continebatur. Proinde totum hoc robur tanto magis de Cōcilis Arauſicano, & Valentino, verificari debet, verificandumque ab omnibus intelligi, quanto iſta duo localia iam præceſſerant, & conſequenter de illis ſpecialiter memoriam quandam particularem (maxime cum localia ipſa de fide tractaſſent, & contra hæreticos, id quod pręcipue placebat concilijs illis generalibus, vt prædictos eorum canones legenti patet) habere poterant, quando de localibus ſic ſtatuerunt (ut ſupra,) & de facto habuiſſe probabiliter putādum eſt. Arauſicanum ſiquidem concilium fuit circa annos 447. Valentinum autem Hiſpanię circa 499. (Quamuis Valentinum Gallię, circa 371.) ſynodus uero generalis ſeptima fuit, circa annos 781. Octaua autem, circa 871.

Concilia prouincialia sūt ab vniuerſalibus cōfirmata, & à Pontificibus maximis.

CAPI-

CAPITVLVM SEXTVMDECIMVM.

HÆC locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini: Abſque ſynagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo, &c. vſque in finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

SPIRITVS SANCTVS eſt verus Deus; coæqualis filio: qui ſpiritus & mundo per reprehenſionem, & Apoſtolis per inſtructionem, & nomini Chriſti per clarificationem, attulit vtilitates maximas; ex quibus etiam ſe eſſe verum Deum comprobauit omnibus.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionẽ, quo ad omnes partes eius, probat Euangeliſta per text. Expedit vobis, ut ego vadam, ſi enim abiero mittã eum ad vos, & tex. Arguet mundum &c. Docebit vos omnem veritatem &c. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet; & annunciabit vobis. Prima itaque pars. ſ. quod ſpirituſſanctus ſit verus Deus coęqualis filio, patet ex eo, qđ filius Dei ad conſolationem diſcipulorum loqui intendens dicit, expedit vobis vt vadam, quia ſi abiero, ſpiritumſanctum mittã vobis. Hæc etenim verba ponderans B. Chryſoſtomus dicit. Quid autem hic dicunt, qui non conuenientem de ſpirituſancto habent opinionem? Nunquid expedit, dominatorem abire, & ſeruum accedere? Hęc ille ſuper Ioan. Quę contra Macedonium iam à Concilio Conſtantinopolitano primo prædamnatum, eo qđ ſpiritumſanctum eſſe Deum negaret, protulit: ipſum ex his Chriſti verbis de tali perfidia conuincens. Ac ſi apertius contra illũ dixiſſet. Si ſpirituſſanctus eſſet creatura, & miniſter Patris & Filij, non autẽ Deus verus (vt tu dicis) tunc aduentus ſpirituſſancti non eſſet ſufficiens conſolatio de receſſu Chriſti: ſicut non eſſet ſufficiens conſolatio de receſſu regis, ſi daretur vnus de miniſtris loco eius. Sic ergo non expediret diſcipulis, quod loco Chriſti, ſecundum uiſibilem formam, abeuntis mitteretur pro ipſorum ſubleuanda mæſtitia ſpirituſſanctus, id quod eſt contra Chriſti verbum expreſſum. Nam per hoc, quod ad conſolandum de ſuo receſſu mętos diſcipulos, dicit, Expedit, vt mittam vobis paraclitum, monſtrare intendit, ſicut & monſtrat, quod pro conſolatione illorum ſufficientem prouiſionẽ facere volebat, & faciebat. Si ergo paraclitus venturus nõ eſſet Chriſto, qui tunc loquebatur, ęqualis, ſequeretur, ꝙ nec intentioni Chriſti fuiſſet ſatisfactum, nec diſcipulis ſufficienter ab ipſo prouiſum: quorum utrunque, tanquam blaſphemũ, pias aures Chriſtianorum offendit. Concludendum igitur ex præmiſſis reſtat, ꝙ ideo Chriſtus diſcipulos per ſpiritus promiſſionem ſufficienter (vt intendebat) cõſolatur, quia ſpirituſſanctus eſt ipſi æqualis. Vtriuſque ergo coæqualitas ex huiuſmodi promiſſione, tanquam ab effectu, nobis manifeſtatur, & talis promiſſionis nouiter factæ ipſa coequalitas æterna cauſa exiſtit. Promiſſio itaque de directo prius demonſtrat, ſpiritumſanctum eſſe ęqualem filio, & ſtatim, ex conſequenti, quia. ſ. filius eſt Deus uerus, cõmonſtrat, ipſum ſpiritum eſſe verum Deum.

Macedonium hereticum dānat Chriſtus, cuius dānationi poſtea ſubſcribit Cõcilium Cõſtātinop. 1.

SED

SED dices. Si æquales sũt filius & ſpiritusſanctus: quomodo expedit, quod filius recedat, vt ſpiritusſanctus adueniat? Hoc modo: quia filius, ſecundum ꝙ viſibiliter amabatur à diſcipulis, erat receſſurus, & ſecundum hoc erat minor ſpiritusſancto. Vnde patet, quod expediebat diſcipulis amittere minus, vt acciperent maius. i. amittere corporalem præſentiã Chriſti, vt acciperent abundantem (qualis fuit in Pentecoſte, Act. 2.) maiorũ gratiarum præſentiam ſpiritusſancti, immo & ſimul filij, vt Dei. Nam licet filius, vt homo, recederet à diſcipulis per mortẽ, nunquam amplius ab ipſis videndus mortalis (vt hic intelligitur:) tamen idem filius, vt Deus, in corda ſuorum diſcipulorum cum maiori gratiarum, ſpiritualium que conſolationum abundantia venturus erat in die prędicta cum ſpiritusſancto. Quod totum ipſe filius explicare tũc intendebat pro illorum cõſolatione, quã do eiſdem dixit, cap. 14. Vado, & venio ad vos. Hoc eſt, ſecundum ꝙ homo, vado. i. recedo à vobis, & ego idem, ſecundũ quod Deus, venio ad vos. i. nouo modo per gratiam ampliorem in vobis apparebo. Qui ergo viſibiliter abibat: idem inuiſibiliter & in eis tunc remanebat, & ad eos poſt per copioſiorem effectũ venturus erat.

Inſtabit quis adhuc dicens. Nonne poterat Chriſtus ad maiorem diſcipulorũ conſolationem & remanere cum illis viſibiliter, ſaltem poſt reſurrectionem (vt interim admittamus veritatem hanc. ſ. ꝙ volebat mori;) & dare eiſdem etiam ſpiritumſanctum in tam copioſa largitate, in quanta dedit poſtea die quinquageſimo? Etenim omnia ei, cum ſit Deus, poſſibilia erant. Quare igitur dicit & expedit vobis, vt ego vadam, & ſi non abiero, paraclitus non veniet ad uos? Reſpon. Poterat quidem abſolute Chriſtus facere vtrunque illorum, quæ prima interrogatio quærit, ſed, vt illa faceret, non conueniebat. Ideo ad hoc ſignificandũ inquit tex. Expedit, non autem, Neceſſariũ eſt. Conueniens enim erat, vt poſt reſurrectionem auferret quadrageſimo die viſibilem formam ſuam ab oculis diſcipulorum, & inferret eam ad dexteram patris 3. de Sal. q. 58. ar 3. ad interpellandũ pro eis, vt acciperent ſpiritumſanctum. Et ſic Chriſtus, vt homo, miſit paraclitũ. i. orando impetrauit, ut paraclitus mitteretur eis: qui tamen, ut Deus authoritatiue miſit eum, & ab æterno, & temporaliter (vt ſupra declaratum eſt.) Rurſum. Per hoc, quod dicit; Si non abiero, paraclitus non veniet ad vos, denotat ad literam, quod prærequiritur diſpoſitio ad receptionem ſpiritusſãcti, ita quod quãuis Deus, quantum eſt de ſe uelit, & abſolutè poſſit, dare Spiritumſanctum hominibus, nunquã tamen dabit eum illis, niſi fuerint congruenter præparati, 1. 2. q. 112. artic. 2. & Concil Trident. ſeſſ. 6 cap. 5. 6. [Hoc autem de prępatationis neceſſitate ex Euangelio dictum nota pro ſemper contra hęreticos, eorumque inanem fiduciam, ab eodem Concilio ibid. cap. 9. improbatã.] Nam ideo dixit, ſi non abiero, paraclitus non veniet ad vos, vt denotaret, eas eſſe ad receptionem parakliti imparatos, quã diu ab eis corporaliter non recederet. Ergo Chriſti præſentia corporalis erat tunc impeditiua profectus ſpiritualis diſcipulorum? Vbi eſt ergo illud, quod ipſe de ſua etiam corporali præſentia dixit eis Luc. 10. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis? Ideo circa textus illius intelligentiam ſanam operoſius inſiſtendum eſt.

Diſpoſitionem requiri ad gratiam ſpiritusſãcti recipiẽdã docet Chriſtus.

SI NON ABIERO, PARAC. non veniet ad &c.

MIRVM valde, vixque credibile (quamuis verum ſit) inſinuatur per huic textum, videlicet quod fructuoſum & vtile eſſet diſcipulis carere magiſtro viſibiliter. Poteſt ne pręſentia tanti magiſtri eſſe infructuoſa, & inutilis? Abſit, quantum eſt ex parte magiſtri. Et ideo ad tollendum errorem omnem, qui circa huius textus intelligentiam occurrere poſſet, non fuit prædictum abſolute ibid. Expedit, vt ego vadam, ſed additum eſt, vobis. Quaſi ex hoc præcedenti contextu dicatur. De ſubtractione corporalis præſentię Chriſti, quo ad vtilitatem iudicandũ in tota hac ſequenti textura non eſt ſecũdum conſiderationem ipſius præſentiæ in ſe, ſed ſecundum conſiderationem ipſius præſentiæ reſpectu diſcipulorum. Vnde, cũ in tex. Si nõ abiero, paraclitus

non

Digitized by Google

non veniet ad vos, & ſi abiero, mittam eum ad vos, denotatur & quod pręſentia Chriſti eſt inutilis, infructuoſa, immo nociua, & quod ſuæ præſentiæ remotio eſt vtilis, fructuoſa, multumque proficua; hoc totum intelligitur non abſolute, ſed relatiue ad diſcipulos. Sicut enim iſtæ duæ ſententię, Si non abiero & cęt. &, Si abiero &c. ſequuntur illam, expedit &c. ita verbum hoc, vobis, poſitū in illa ſententia, expedit, debet ſubintelligi in ſenſu iſtarum duarum, ſi non abiero, & ſi abiero. Dicit ergo præfixus in frontiſpicio textus, Si non abiero, paraclitus non ueniet ad vos, &c. id eſt, ſi præſentia mea corporalis non tollatur à vobis, erit inutilis, infructuoſa, & nociua, vobis: ſi autem ipſa tollatur, erit utilis, fructuoſa, vobis. Cum hac tamen uera, textualique expoſitione ſtat ſimul, quod præſentia Chriſti corporea, ſecundum ſe abſolute conſiderata, ſemper fuerit promotiua, & nū quā impeditiua, profectus ſpiritualis quorumcunque hominum, ſemper fuerit talis, vt beati oculi eſſent, & nunquam talis, vt infœlices eſsent oculi, qui eum viderent. Ex defectu ergo hominum, non autem ex defectu pręſentię Chriſti erat, quod de pręſentia eius non iuuarentur, vel etiam dānificarentur. Quomodo? Audi (ſtādo pro nunc ſolum in propoſito illorum diſcipulorum.) Ad humanitatem Chriſti, quem tam ſanctiſſimum, tam dulciſſimum, tam in tota eius conuerſatione gratioſiſſimū, perfectiſſimum, totumque deſiderabilē, quotidie experiebantur ſic erant affecti, immo per affectionis magnitudinem totaliter affixi, diſcipuli, vt, quaſi præ illo amore ſancto inebriati, nil vltra requirerent, ſed illa ſua ſorte beata contenti ad ſuperiora, quæ diuinitatis erant, aut uix, aut nullatenus, eleuarentur. Vnde illinc, ſcilicet ex tanta dilectione ad hominem Chriſtum, trahebant occaſione accepta indiſpoſitionem hanc, ſcilicet, quod tanquam minus ad inuiſibilia eleuati non erant capaces plenitudinis Spiritusſancti. Et ita, non per ſe, ſed per accidens modo declarato, præſentia corporalis Chriſti erat impeditiua maioris boni diſcipulorum ſuorum. Illos quidem amare Chriſtum, quo ad humanitatem, erat bonum, ſed eoſdem ex hoc aut non, aut vix, aut minus, quam oportebat, eleuari ad ipſius diuinitatis amorem, erat malum, & hoc malum propter defectum illorum naſcebatur occaſionaliter ex primo illo bono, inquantum ſcilicet illi non ordinabant actualiter illum amorem humanitatis ad magis amandum diuinitatem, tanquam in dulcedine illius humanitatis ſuſpenſi, & maiorum obliuionem inde accipientes. Vis, ad hæc facilius capienda, exemplum? Ecce Beatus Apoſtolus Petrus in monte, viſa Chriſti humanitatis glorioſa transfiguratione, raptus extra ſeipſum, præ magnitudineque, & dulcedine uiſionis dilectiſſimi magiſtri inebriatus, quaſi omnium aliarum rerum oblitus, clamat: Domine bonū eſt nos hic eſse, faciamus hic tria tabernacula. Et tamen erat neſciens, quid diceret Luc. 9. Tuum ſit, prudens lector applicare.

An præſentem Chriſtum corporaliter habere, vel nō habere fuerit bonū.

Modus, quo impediebantur à meliori bono per præſentiā magiſtri.

Pulchrū exemplū & captu ſupradictorum.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Spiritusſanctus & mūdo per reprehenſionē, & Apoſtolis, per inſtructionē, nomini Chriſti per clarificationem, attulit vtilitates maximas, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Ille arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio &c. & tex. Docebit uos omnem ueritatem, &c. Ille me clarificabit. Reprehendēdo enim mundū de peccato attulit ei hanc maximam utilitatem; ut ſcilicet cognoſceret peccatū propriū eſse peccatum, & ut poſt cognitionem deteſtaretur illud, & ut poſt deteſtationem, quæ aliàs contritio dicitur, de facto relinqueret illud, cum propoſito firmo nunq̄ reuertendi ad ipſum. Reprehendēdo autem mundum de iuſtitia, quam ipſe non habebat, attulit ei hanc maximam utilitatem, ut. ſ. cognoſceret iuſtitiam ab eo auditam eſse quid bonum, rationiq; rectæ conſonum, & conſequenter ut ex cognitione tali ad iuſtitiæ amorem accenſus eam amplecteretur. Reprehendendo uero mundum de iudicio, quod neſciebat, attulit ei maximam hanc utilitatem ut ſcilicet in iudicij diuini cognitionem ueniret, & conſequenter ut poſt eius cognitionem ad profundam eiuſdem conſiderationē exurgeret, & ſic per ipſam tre-

mendi

Conſideratur (ut oportet) iudicium Dei eſt utiliſſimum.

mendi iudicij conſiderationem ab illa iuſtitia, quam amplexatus fuerat, nunquã recederet, ſed ſemper in ea perſeueraret. (Iudicij ſiquidem futuri, quo Deus hominum ſingulorum uitam diſtricte examinando iudicabit, obliuio per non continuam, intimamq; cõſiderationem cauſat contrarium, ſcilicet non perſeuerantiam in incepta iuſtitia, ſed receſſum ab ea, recidiuumque in peccatum: iuxta illud Eccl. 27. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua.) Quantum igitur ad hanc primam præmiſſæ concluſionis particulam,

Primum.

ideſt quantum ad has reprehenſiones, dicit tex. Ille arguet (ſcilicet per veſtrũ miniſterium) mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. Peccatum hoc in loco ſumitur pro illo, quod continet omnia alia peccata, ideſt quo remanente in anima nullum aliud peccatum poteſt remitti, & hoc eſt infidelitas, ideſt non credere in Chriſtum. Non ergo ex hoc, quod Dominus exprimit ſolum peccatum infidelitatis dicendo, Non crediderunt in me, inferri debet, eum non intellexiſſe hic, quod Spiritusſanctus eſſet mũdum reprehenſurus etiam de quibuſcunque alijs peccatis. In principali ſi quidẽ cointelligi implicite dicta fuiſſe cætera debent, maxime cum infidelitas omnia alia modo dicto contineat. Mentionem autem ſpecialem fecit Dominus de peccato incredulitatis, vt hinc denotaretur, quod ſicut fides eſt fundamentum totius boni ſpiritualis, ita infidelitas eſt fundamentum totius ruinæ ſpiritualis, & quod mundus non reputabat hoc ſcilicet non credere in Ieſum, eſſe peccatum, immo reputabat, quod credere in illum eſſet quoddam vaniſſimum, & ſuperſtitioſiſſimum, & arte magica plenum, atque ideo morte violenta dignum, iuxta illud huius cap. Venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur, obſequium ſe præſtare Deo: Verum Spiritusſanctus per os Apoſtolorum arguit mũdum de tali peccato, ideſt (vt hic intelligitur) arguendo conuicit mundum de illa eius peruerſa opinione, in tantum, vt fecerit ipſum confiteri, quod talis incredulitas erat peccatum. In cuius ſignum euidens eſt, quod

Quare mũdus arbitrabat, ſe Deo ſeruire perſequendo uſque ad mortem Chriſtianos.

mundus, ideſt homines mundani, ad agnitionem ſuijpſorum à Spirituſancto factam per Apoſtolos pœnitentiam habebant de hoc, quod non crediderant in Ieſum, & per baptiſmum in nomine eius ſuſceptum profitebantur, & ſe illius peccati deſertores, & illius contrarij, ideſt fidei in eum, confeſſores Actu 2. 3. 4. Hoc eodẽ modo exponendi ſunt etiam collaterales textus, vt ſicut diximus, Arguet mundum de peccato, ideſt arguẽdo conuincet mũdum faciens confiteri, hoc uere eſſe peccatum, quod antea non putabant: ita & dicamus, Arguet mundum de iuſtitia, ideſt arguendo conuincet mundum faciẽs confiteri, hoc à Spirituſancto per Apoſtolos loquente auditum eſſe veram iuſtitiã, quod antea non putabant, & dicamus, Arguet mundum de iudicio, ideſt arguẽdo conuincet mundum faciens confiteri, hoc à Spirituſancto per Apoſtolos loquẽte auditum eſſe verum iudicium, quod antea non putabant.

RVRSVS de iuſtitia (inquit:) quia ad patrem vado, & iam nõ videbitis me. Ac ſi aperte dicatur. Sicut dixi, quod peccatum erat, non credere in me, ita nunc dico, quod iuſtitia eſt, me ire ad patrem taliter, vt iam non videatis me. Quod autem hoc ſcilicet Chriſtum ire ſic ad patrem, ſit iuſtitia, quam videlicet mundus non nouerat: patet ex ſequentibus. Putauerat mundus, ideſt Iudæi, alijque mundialiter viuentes (de quibus poteſt veraciter intelligi illud 1. Corin. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt, ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere:) quod Chriſtus eſſet & malefactor, & Deo contrarius, & mendax, & homo diabolicus, &c. (vt ſparſim patet in Euangelijs) quæ omnia ſingillatim iniuſtitiam ſonant, ideoque ſimul Chriſtum eſſe non ſolum iniuſtum, ſed etiam iniuſtiſſimum, dicunt. Proptereaque mundus ille putabat, quod Chriſtus non propter obedientiam ad patrem, & noſtram ſalutem (vt ſępe dicebat) ſed propter ſcęlera ſua, multaſque iniuſtitias, paſſus eſſet, crucifixus, & tã ignominioſe mortuus, quaſi à Deo totaliter derelictus, ac in fine deſperatus, atque ad infernum merito damnatus. Quam mundi opinionem de ſe peſſimã Chriſtus actualiter uidens in Cruce, dixit:

xit:

Digitized by Google

ait Matth. 27. Hely, Hely, Lam. l. Deus meus, vt quid permiſiſti mundum putare, qđ tu omnino dereliqueris me? Hęc, tam indigniſſima, de Chriſto erat opinio mundi: quæ in tantum malignitatis gradum creuęrat, vt non amplius opinio, qualis à primo initio videbatur eſſet, ſed in iudicium omnino conuerſa vocaretur, proprie loquendo, firmiſſimum iudiciũ. Contra igitur hoc tã peruerſum mundi iudicium inquit: Arguet mundum de iuſtitia, quia ego ad patrem vado, & iam non videbitis me. Hoc eſt. Mea iuſtitia à ſpiritufancto arguente mundum illum probabitur efficaciſſime per hoc, quod ego per mortem, poſt reſurgendo, aſcendendoq; in cœlum, vado taliter ad Patrem, ꝙ me amplius non videbitis eo modo viuentẽ, quo nunc, ſcilicet mortalem, ſed (ſubintellige tu) immortalitatis gloria, qua congruenter compareąm coram patre, veſtitum. Ac ſi, tanquam verba ſua apertius declarans, etiam dixerit Chriſtus. Patet omnibus ratione, vel tenuiter, vtentibus, quod Deus odit peccatum, & conſequenter peccatores, & quod ideo non vult dare peccatoribus præmium apud ſe in cœlo, ſed potius à ſeipſo illos iuſte reiectos punire in inferno. Ab oppoſitis ergo etiã patet: quod ſignum certiſſimum bonitatis alicuius, ideſt, quod aliquis ſit bonus ſeu iuſtus, eſt, quãdo præmiũ dat ei Deus apud ſemetipſum, eleuando ſcilicet eum in cœlum, & gloriam immortalitatis illi donando. Hoc igitur, tanquam firmiſſimo, notiſſimoque veritatis principio, ſtãte, non poterit mundus, non iudicare, me eſſe bonum, ſeu iuſtum, ſi audiens per vos à ſpiritufancto crediderit, quod ego vado, immo quod tempore prædicationis veſtræ iam iui ad patrem, ab ipſo gloria immortalitatis in ęternum donatus. Quod ſi vobis prædicantibus crediderit, quod ego ſuper omnes creaturas vado ad patrem, ideſt præ omnibus creaturis maiorem gloriam recipio à patre (ſic n. intelligitur hic textus:) tunc non ſolum me fuiſſe iuſtum, ſed quaſi ipſam iuſtitiã, rationabiliter iudicabit. Propter quod & ab illa peruerſa opinione prius de me habita totaliter motatus tenebit firmiſſime nullatenus dubitans, quod ego fuerim paſſus, crucifixus, & mortuus, nõ pro ſceleribus, & peccatis meis, (quę nulla ſunt,) ſed pro ſatisfaciendo patri ſecundum exigentiam offenſarum ei factarum a genere humano, quemadmodum mihi pater ipſe iniunxerat.

Ex prẹmiſſis ergo, ſecundum veritatẽ Euangelicam patet, quod ad oſtendendũ mundo iuſtitiã Chriſti. i. ꝙ Chriſtus fuerit anthonomatice iuſtus (ſic. n. vocant eũ ſcripturæ Hierem. 23. Suſcitabo Dauid germen iuſtum, & Iſai. 51. Prope eſt iuſtus meus, & Actu. 7. Occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iuſti) argumentum efficaciſſimũ fuit abitio eius ad Patrem, id quod fuit ſuà à mortuis glorioſa reſurrectio, & tandem ad cœlos mirabilis aſcenſio. Et ideo Apoſtoli, per quos ſpiritusſanctus arguebat mundum de iuſtitia Chriſti, ideſt conuincendo mundũ demonſtrabat Chriſtum fuiſſe per excellentiam iuſtum, incumbebant præcipuè in hoc prẹdicando: (vt patet Actu. 2. 3. 4. 13. 17.) & quod Chriſtus ex mortuis ad vitam immortalem, virtute Dei, reſurrexerit, & quod in cœlum, ad Patris dexteram ſeſſurus, aſcenderit, & quod inde miſerit Spiritumſanctum [quę tria continentur in illo verbo tex. Ad patrem vado.] Conſequenter autem oſtendere per hoc volebant, quod mũdus, relicta iniuſtitia propria, debebat amplecti iuſtitiam, quã Chriſtus & verbo, & exemplo, docuit.

Cur circa tria principaliter fuerit Apoſtolorũ prædicatio.

DE IVDICIO AVTEM;
Quia Princeps &c.

IVDICIVM abſolute dictũ in ſcripturis ſumi ſolet ꝓ principali iudicio, reſpectu cuius omne aliud iudicium pro nihilo reputatur, & hoc principale eſt iudicium Dei generale, ꝙ ſic deſcribitur, Sophon. 1. Iuxta eſt dies Dñi magnus, iuxta eſt, & velox nimis. Vox diei Dñi amara tribulabit ibi fortis. Dies irę dies illa, dies tribulationis, & anguſtię, dies calamitatis, & miſeriæ; dies tenebrarũ, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, dies tubæ, & clangoris. De quo etiam iudicio habetur Matth. 25. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, &c. Exponatur ergo tex. De iudicio autem. ſ. generali à Deo fiendi, in quo tribulabit fortis. i. princeps huius mũdi. ſ. diabolus, qui ſm ſuperbiſſimã reputationẽ ſuam eſt anthonomatice fortis.

Deſcriptio iudicij diuini à Sophonia, & Matthęo.

fortis.i.quorumcũq; fortiũ fortiſſimus. Licet.n. ille princeps ſit iam, ſecundum rei veritatem, iudicatus.i.iure condemnatus (vt dicitur in textu): tamen, quia hoc non eſt omnibus manifeſtũ, iudicabitur tunc. i.vniuerſis patenter oſtendetur, quod iure & condemnatus fuerat tempore mortis Chriſti, & de nouo tunc cõdemnatur. Ac ſi, ad incutiendum mundo timorem de iudicio generali, dicatur per illationẽ implicitè contentam in textu illo. Si princeps huius mundi, cui videbatur ob principatus magnitudinem parcendum, eſt condemnatus: multo magis alij, qui ex operibus proprijs digni ſunt condemnari, cum non ſint principes tanti, cõdemnabuntur. Rurſum, exponi etiam poteſt de idolatria textus ille: & ſic. Princeps huius mundi. i. diabolus, qui tanquam princeps mundi i. vt Dominus, immò vt Deus, habebatur à mundo, & pro tali venerabatur, colebatur, & adorabatur: Talis, inquam, princeps iam iudicatus eſt. i. iure deiectus eſt à principatu illo ſuo. Cętera ad hũc locum facientia, ne repetantur, vide ſupra, cap. 12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras, &c. Iudicatus autem eſt iam. i. tempore mortis Chriſti ab eo iniuſtiſſime occiſi, fuit data ſententia contra principem ipſum de amiſſo principatu mundi: licet executio ſententiæ talis fuerit reſeruata Apoſtolis; vt. ſ. ipſi, cum ſibi ſimilibus per virtutem ſpiritusſancti deſtruerent actualiter idolatriam in mundo (ſicuti & fecerunt: vt patet legentibus vitas illorum). & hoc eſt iudicium de quo dicitur in tex. Arguet mũdum de iudicio.

RVRSVS, Exponi quoq; poteſt textus vniuerſaliter de viribus diaboli ad ſeducendum homines per mortem Chriſti debilitatis. Vt dicamus. Princeps huius mundi. ſ. diabolus, qui ad ſui imitationẽ, ſuggerendo trahebat faciliter homines, tanquam principes ſubditos ſuos; ipſe iã iudicatus eſt. i. per fidem, & gratiam, quã nobis ſua paſſione Chriſtus meruit, excluſus eſt à cordibus hominum: ita vt iam nõ tentet tam validè, ſicut faciebat antea. Proinde hunc ſenſum textus pręſentis idẽ Euãgeliſta Ioannes expreſſit de Chriſto ſub quadam veluti figura dicens in Apocalyp. 20. Vidi Angelum deſcendentẽ de cęlo habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. Et apprehendit draconem, ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus, & ſatanas; & ligauit eum per annos mille, & miſit eum in abyſſum; & clauſit; & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat amplius gentes; donec conſummentur mille anni. Per hoc igitur tam in pręſenti Euangelio, quam in Apocalypſi dictum oſtendit ſcriptura, & quod excuſari maxime nunc non poſſunt homines, ſi vincuntur à diabolo; & quod reſiſtere ei poſſunt, qui volunt adhærere Chriſto crucifixo. De hoc ergo iudicio Spiritusſanctus arguet mundum (vt ait textus) quia. ſ. à diabolo ſini ſe vinci, nolendo ei reſiſtere; cum tamen virtute crucis Chriſti, poſſit faciliter.

PORRO, Quod, & quomodo, per paſſionem Domini debilitatę ſint vires principis mundi huius (vt ſenſus literę Euangelij dicit) declarat optimè Diuus Thomas his verbis, 3. de Sal. q. 48. ar. 2. Circa poteſtatem, quam diabolus in homines exercebat ante Chriſti paſſionem, tria ſunt conſideranda. Primum quidem eſt ex parte hominis; qui ſuo peccato meruit, vt in poteſtatem diaboli traderetur; per cuius tentationem fuerat ſuperatus. Aliud autem eſt ex parte Dei, quem homo peccando offenderat: qui per ſuã iuſtitiã hominem reliquerat poteſtati diaboli. Tertium eſt ex parte ipſius diaboli: qui ſua nequiſſima voluntate hominem à conſecutione ſalutis impediebat. Quantũm ergo ad primum, homo eſt à poteſtate diaboli liberatus per paſſionem Chriſti; inquantum paſſio Chriſti eſt cauſa remiſſionis peccatorum. Quantum autem ad ſecundum, paſſio Chriſti nos à poteſtate diaboli liberauit: inquantum nos Deo recõciliauit. Quãtum verò ad tertiũ, paſſio Chriſti nos à diabolo liberauit: inquantũ in paſſione Chriſti diabolus exceſſit modum poteſtatis ſibi à Deo traditę, machinando in Chriſti mortem, qui non habebat mortis meritum: cum eſſet abſq; peccato. Vnde Aug. dicit 13. de Trin. Iuſtitia Chriſti victus eſt diabolus: quia, cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen, vtiq; iuſtum eſt, vt debitores, quos tenebat, liberi dimittantur, credentes in eum, quem ſine vllo debito occidit.

Per crucẽ Domini debilitatus eſt diabolus.

Hæc

Digitized by Google

Hæc ibi. Vbi & reſpondens ad ſecundum argumentum dicit. Poteſt quidem etiam nunc diabolus, Deo permittente, homines tentare quantum ad animam, & vexare quantum ad corpus: ſed tamē pręparatum eſt homini remedium ex paſſione Chriſti: quo ſe poteſt tueri contra hoſtis impugnationes, ne deducatur in interitū mortis ęternæ. Et quicunque ante paſſionem Chriſti diabolo reſiſtebant, p fidem paſſionis Chriſti hoc facere poterant, licet paſſione Chriſti nondum peracta. Quantum autem ad aliquid, nullus poterat diaboli manus euadere, vt ſcilicet non deſcenderet in infernum: à quo, poſt paſſionem Chriſti, ſe poſſunt homines eius virtute tueri. Ad tertium dicendum, quod Deus permittit diabolo, poſſe decipere homines in certis perſonis, tēporibus, & locis, ſecundum occultam rationem iudiciorum ſuorum. Semper tamen per paſſionem Chriſti eſt paratum hominibus remedium ſe tuendi cōtra nequitias dæmonum, etiam tempore Antichriſti. Sed ſi aliqui hoc remedio vti negligant, nihil deperit efficaciæ paſſionis Chriſti. Hæc ibi. Fecit autem ſpecialiter mentionem de tempore Antichriſti: quia tunc, Deo permittente, diabolus maiores diuerſorum generum excitabit impugnationes cōtra homines, iuxta illud, Apocalyp. 20. Poſt hoc (.ſ. mille annorū tempus) oportet diabolum ſolui, modico tempore. Quæ quidem ſolutio erit illa Dei permiſſio, qua diabolus maximā poteſtatem ſuam exercebit in hominum nocumentum: iuxta illud. 2. Theſſal. 2. Cuius (ſcilicet Antichriſti) aduentus erit ſecundum operationem Satanæ in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis, & iuxta illud totum fere capitulum, Matth. 24. maxime illam omnium malorum veluti concluſionem ibi poſitam .ſ. Erit tūc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, vſque modo, neque fiet: ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poſſet, et á electi. Veruntamen à tanta diaboli poteſtate paſſionis Chriſti virtute liberabuntur, quicunque liberabuntur (vt ex ſupradictis à Sancto Thoma conſtat:) puta electi, de quibus, prout electi ſunt, fieri non poteſt (Euangelio teſte) vt in errorem inducantur prima quæſt. vigeſima tertia, artic. ſexto.

Nemo, et antiquorū, potuit vnquā reſiſtere diabolo, niſi per fidem paſſionis Chriſti.

Salui Satanā tempore Antichriſti, Apocal. 20. quō intelligatur.

DOCEBIT VOS, &c.

QVANTVM ad ſecundam eiuſdē ſecundæ partis concluſionis particulam .i. quantum ad vtilitatem à ſpiritu ſancto allatā Apoſtolis, dicit tex. Cū venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Vbi nota, ꝙ ſpiritusſanctus vocatur Spiritus veritatis & quia (vt ſupra dictum eſt) procedit à filio, qui eſt veritas, Ioan. 14. Et vt fiat differentia eius à ſpiritu nequam, ſeu malo. 1. Reg. 16. 18. qui eſt ſpiritus non ueritatis, ſed mendacij, iuxta illud tertio Regum, Ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Hoc quoque nomen veritatis, ſumitur pure, ideſt pro veritate non quandoque ſic, & quandoque non, ſed pro veritate ſemper ſine vlla falſitate admixta. Nec mirum: quia ſic textus exponitur; Spiritus veritatis, ſcilicet primæ. Impoſſibile autem eſſe conſtat: veritatem primam poſſe compati, ſeu admittere, in ſe, vel in dictis ſuis, vllam falſitatem, aut falſitatis commixtionem. 2. 2. q. 1. art. 1. Quod enim eſt primum in vnoquoque genere, eſt maximum, & ſummū illius generis, & conſequenter nihil habens, nec habere potens, de cōtrario, (vt ignis, cum ſit primum in genere calidorum, eſt maxime & ſumme calidum, nihil frigiditatis in ſe potens habere.) Spiritus ergo ueritatis primę non tantū nihil, uel minimum falſitatis habet in dictis ſuis, ſed nec vllo modo poteſt habere: quinimo eſt maxime, ſummeque uerax in eis, propter quod & dicta ipſius non ſolū vera, ſed etiam maxime, ſummeque uera ſunt, meritoque uocantur. Hinc eſt, quod quia tota ſcriptura ſancta eſt ab ipſo ueritatis ſpiritu, tanquam primo authore condita, dicitur à Domino, Ioan. 10. Non poteſt ſolui ſcriptura. Docebit (inquit) uos omnem ueritatem. Secundum contextum præcedentem expectandum eſſe uidebatur, quod ſubiungeret Dominus, docebit uos illa multa, & tamen ſubiungit, quod audiſtis. Quomodo dicit ille contextus? Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed nō poteſtis portare modo

Secundū.

Quid intelligatur per Spiritum veritatis, & inde ſequatur.

do

do. Cui ſtatim ſubnectitur tex. Cum autem uenerit ille Spiritus ueritatis, docebit vos omnem veritatem. Si Dominus multa ſe habere ad dicendum diſcipulis dicebat, & ea pro fragilitate ipſorum ad portandum, id eſt ad intelligendum tacebat, illa ſpiritui veritatis poſtmodum eis dicenda reſeruans (vt in textu fatetur:) cur ſecundum currentem ſonum verborum non facit correſpondentiam dicens, docebit vos illa multa, quę adhuc haberem vobis dicere, ſed pro multa, ponit. Omnem veritatem? Ad ſignificandum, quod illa ſua multa ſunt omnis veritas, id eſt puriſſima ueritas. Et quę erant illa multa? Illa, quæ per Apoſtolos iſtos Spiritusſanctus poſtea docuit, tum ad fidem, tum ad bonos mores, pertinentia. Nam Chriſtus ipſe regulam vniuerſalem de ſuis dictis, atque dicendis tradere intendens, licet tunc de quodã particulari loqueretur, dixit Ioã. 5. Hęc dico, vt ſalui ſitis. Quæcunque igitur Chriſtus dixit, immo & à ſimili quæcunque fecit, diceteque, ac facere propoſuit, omnia hæc ordinauit ad noſtram ſalutem. Exponatur ergo tex. Multa habeo vobis dicere, ſcilicet, vt ſalui ſitis. Ex quo etiam patet, quod illud, omnem veritatẽ, debet intelligi ſolum de veritate pertinẽte ad noſtram ſalutẽ æternam, & hæc eſt articuli duodecim fidei catholicæ, aliaq; per miniſterium Apoſtolorum dicta, & ſcripta, & etiam vetus ſcriptura tota, cum eius vero ſenſu quadruplici, 1. q. 1. art. 10. Conſequens ergo eſt ex præmiſſis, quod articuli fidei ſunt non tantum veri, ſed ẽt maxime, ſummeque, & ex omni parte ueri, ita vt & ipſis non poſſit ſubeſſe falſum 2. 2. q. 1. artic. 3. & nihil eiſdem verius eſſe poſſit. Item. Licet illud, omnem veritatẽ, directe intelligatur ſolum de veritate fidei, morum, ac ideo ſanctarum ſcripturarum, tamen quaſi ex obliquo, & indirecte intelligi etiam poteſt de omni alia ueritate, puta philoſophica rationali, reali, mathematica &c. inquantum. ſ. quicquid in alijs quibuſcunque ſcientijs ſacræ fidei, theologiæq; aduerſatur, totũ dãnatur vt falſum (vt patet 1. q. 1. ar. 6 ad ſecundũ, & in Concilio Lateranẽſi ſub Leone X. ſeſſ. 8. df. Cũ verum vero minime cõtradicat, oẽm aſſertionem veritati illuminatæ fidei contrariã definimus oino eſſe falſam, & vt aliter dogmatizare non liceat, diſtrictius inhibemus. Oẽſque huiuſmodi erroneis aſſertionibus inhærentes, tanq̃ hæreticos, vitandos & puniendos fore decernimus. Hæc ibi.) Cũ igitur oẽs aliæ ſcientię, in vna ſcia diuina. ſ. theologia. [Per hanc intellige nunc oẽs libros canonicos. Concil. Trid. ſeſs. 4.] tanq̃ in ſui ipſarũ iudicatorio, 1. q. 1. ar. 6. ad 2. contineãtur, & theologiam totam. Chriſto nunc promittente, docuerit Apoſtolos SS. relinquitur manifeſte concludendum, q̀ tex. Docebit vos oẽm veritatẽ, poteſt abſolute ad quarũcunq; ſcientiarũ veritates extẽdi, ſeruata tñ diuerſitate pręmiſſã. ſ. de directo, & indirecto. Ex dictis ergo ſuper hunc textum potes quoq; melius intelligere illud c. 14. Spiritusſanctus docebit vos oĩa, & ſuggeret vobis oĩa, quęcũq; dixero vobis.

Regula uniuerſalis.

Chriſtus omnia ſua & verba, & opera, ordinauit ad noſtrã ſalutem.

Apoſtoli & Spiritũ ueritatis, ſecundũ promiſſionem Chriſti intellexerũt totam ſacram ſcripturã cum uero illius ſenſu quadruplici, 1. q. 1. ar. 10.

Denique ex hoc tex. Oẽm veritatẽ, põderandum docuit Chriſtus, quanti momẽti ſint, & in quanta reuerentia pretioque habendę traditiones Apoſtolorũ, quas eccleſiæ catholicę, ad quã edocendã verbo, & exẽplo [iuxta illud Matth. 5. Vos eſt ſal terræ, Vos eſtis lux mundi] mittebantur, tradiderunt ſiue per epiſtolã, ſiue per ſermonem 2. Theſſ. 2. A ſpiritu ſiquidem veritatis profectæ neceſſario intelliguntur traditiones ipſę, cũ talis ſpiritus docuerit eos oẽm veritatẽ, nec ſolum per modum tranſeuntis ipſos eã docuerit, ſed per modũ permanentis. Scriptum eſt. n. ad hoc ſignificandũ Ioan. 14. Vt ſpiritus veritatis, quẽ mundus nõ põt accipere, maneat vobiſcũ in æternũ. Maximæ igitur dignitatis, vltra purã veritatem, ſunt traditiones Apoſtolorũ, vtpote à Spirituſancto emanatæ, & à Chriſto, qui ſpiritum illum eis miſit, & originaliter pręnunciatę, & ſimiliter præceptæ, & formaliter approbatæ. Cęterũ, quia mũdus illũ ſpiritũ veritatis (vt dixit Chriſtus) non põt accipere, non mirũ, q̀ illi, qui ex parte mundi ſunt, qui. ſ. maligni ſunt, q̃nquidẽ mundus totus in maligno poſitus eſt 1. Ioã. 5. de illis Apoſtolorũ traditionibus nõ curãt, & (q̀ peius eſt) illas & irridẽt, & alijs irridẽdas ſuadẽt. At cõtra illi, q de Apoſtolica eccleſia ſunt, qui. ſ. ſpiritũ veritatis acceperũt, traditiones illas maximi faciũt. [De qua re videas dicta ſup Matth. 15] & merito q̃dẽ. Nã hmôi Apoſtolorũ acta, ſeu ab eis ordinata

Quanta ſint traditiones Apoſtolorũ.

Digitized by Google

ordinata teſtimonium habent a tota ſumma trinitate: ita vt de huiuſmodi verifica tum poſſimus dicere illud 1. Ioan. 5. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo (.i. in Eccleſia) Pater, verbũ, & Spiritusſanctus. Quòd enim hoc verum ſit, patet ex text. Non enim loquetur a ſemetipſo, ſed quęcunque audiet, loquetur.

QVARE non loquetur a ſemetipſo? Quia eſſentiã, quę & locutio talis, & oĩa, realiter eſt, nõ habet a ſemetipſo. A quibus, q̃ loquatur, audiet? Ab illis, a quibus eſſentiã habet.i. a Patre & Filio. Locutio igitur Spiritusſancti interna, qua Apoſtolorum mentes illuminando, oẽm eis veritatem manifeſtabit ad Eccleſiæ ſibijpſis creditæ vtilitatem (Inter quam veritatem comprehenduntur etiam illorum traditiones. Nõ enim omnia ſcripſerunt. Quis enim fuiſſet finis talium librorũ?) non tantum a Spiritusſancto, ſed etiã a Patre ſimul & filio eſt, ſecundum huius tex. Euangelij ſenſum veriſſimũ. Nec mireris, q̃ dicatur in tex. Audiet, cũ Spiritusſanctus, ſicut ab alijs duabus perſonis proceſſit ab æterno, ita iam ab æterno omnia ab eis audierit. Nam æternitas includit omne tempus. 1. quæſt. 10. artic. 1. 2. Ideò Spiritusſanctus, qui ab æterno audit, poteſt dici audire in præſenti, in præterito, & in futuro. Verumtamen dicitur etiam audire in futuro (vt in textu) propter hoc: quia illa, quorum notitiã habet, aut tradit, ſunt nobis futura. Dicit ergo tex. Quęcunque audiet, loquetur: quia nõ ſolum vos docebit præterita, atque æterna, ſed etiam futura. Vnde Chriſtus, quaſi exponendo cur de ſpiritu dixerit, Audiet, ſubiungit: Quæ ventura ſunt, annunciabit vobis. Denique notabis: q̃ ſicut Spiritumſanctum mitti ad Apoſtolos eſt, Spiritumſanctum fieri nouo modo eſſendi in eis: ita Spiritũſanctũ audire a mittente, eſt Spiritumſanctũ fieri nouo modo ſecundũ offĩ loquendi in Apoſtolis. Non dico, ſecundũ actualẽ locutionẽ (de qua ſubdit, loquetur), ſed ſecundũ officiũ loquendi. Hoc eſt. Mittitur Spiritusſanctus Apoſtolis, vt ſit in illis, audit autẽ, ut locuturus inſit. Reminiſcere, q̃ fecerit in eis die Pentecoſtes (quẽ principaliter prænunciatum fuiſſe hic intelligimus) q̃.ſ. loquebantur, prout Spiritusſanctus dabat eloqui illis: & facillime pci-

Spiritusſanctus fuit in Apoſtolis ſecũdũ officium loquendi.

pies, quę nunc dicuntur, quòd ſcilicet fuit in Apoſtolis, ſecundum officiũ loquendi.

ILLE ME CLARIFIficabit, quia &c.

QVANTVM ad tertiam eiuſdem ſecundæ partis concluſionis particulam. i. quantum ad vtilitatem a Spiritusſancto allatam nomini Chriſti (Vt interim ſumamus largo modo vtilitatem: quia non affertur propriè vtilitas nomini, & multò minus Chriſto: ſed proprie vtilitas affertur nobis de nomine Chriſti nobis manifeſtato. Clarificatio igitur nomini Chriſti allata non niſi largè & impropriè nominis vtilitas hic dicit:) dicit text. Ille me clarificabit. Hoc eſt. Notitiam mei nominis claram faciet. Et hoc tripliciter. Primò fiduciam dando Apoſtolis publice & intrepide prædicandi, nomen Chriſti eſſe ſuper omne nomẽ, idest Chriſtum eſſe verum Deum: & conſequenter ab omnibus creaturis ſumme venerandum, & ſuprema adoratione, quæ latria dicitur, adorandum, & illi ſoli, ſeruando omnia eius mandata, ſeruiendum; ita quòd illi propter ſe, & nulli alij propter ſe, ſed propter illum, ſicut & ſolum Deum propter ſe, nullumque alium propter ſe, ſed tantum propter Deum, amare oportet. Secundò ille clarificauit Chriſtum, opera miraculoſa per Apoſtolos in nomine Chriſti, & ad confirmationem præmiſſæ de Chriſto prædicationis faciendo, & propterea ad ſenſum etiam exteriorem hominum, quantum fas eſt, oſtendendo veram doctrinam hanc ſupernaturalem, ſcilicet quòd Chriſtus eſt ille Deus, qui fecit cœlum & terram. Hoc enim patenter oſtendebatur per id: quòd ad Chriſtum nominis ſolam inuocationem cælum & terra, etiam præter ordinarium curſum naturæ ſuæ (cum miracula ſint præter ordinem rebus inditum, 1. q. 105. ar. 6.) tanquam factorem ſuũ recognoſcentia coram omnium oculis immutabantur, eique ſtatim ad nutum obediebant, 1. quæſtio. 105. articulo primo, & ſecundo. Tertiò Spiritusſanctus clarificauit Chriſtum per hoc, quòd illo-

Tertia.

Soli Deo ſeruies, Deute. 6. quo intelligendum ſit.

Nn rum

Digitized by Google

rum mentes, qui prædicationem prædictam miraculaque Apoſtolorum audiebant, & videbant, illuminabat efficaciter, vt his auditis & viſis firmiter crederent. Alioquin, ſi defuiſſet hoc tertium, ſcilicet illuminatio interior ſpirituſſancti, non fuiſſet ab eo ſufficienter (quod tamen intendit Dominus in textu) clarificatũ nomen Chriſti. Nam tũc, quibuſcunque prædicationibus, & quantiſcunque miraculis, datis nullus recepiſſet doctrinam illam auditam, & viſam. Verum.n. ſemper fuit, eſt & erit illud Ioan. 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi traxerit eũ pater meus [Intellige, quo ad hanc tractionem, etiam filiũ, & ſpiritumſanctũ: quñ opera Dei ad extra ſunt indiuiſa i. totę Trinitati communia:] & illud ad idem ibid. Erũt omnes docibiles Dei. Pro quo ad propoſitũ intelligendo vide tu expoſitionem illic poſitã. Porro præſentẽ tex. Ille me clarificabit, exponens B. Auguſt. omnia fere, quæ dicta ſunt, & breuiter, & virtualiter inſinuauit dicens. Ille me clarificabit. Quia.ſ. effundendo in cordibus credentium charitatem, ſpiritualeſque faciẽdo declarauit eis, qualiter patri filius eſſet æqualis: quem ſecundum carnem prius tantummodo nouerant, & hominem, ſicut homines cogitabãt. Vel certe, quia per ipſam charitatem fiducia repleti, & timore depulſo, annunciauerunt hominibus Chriſtũ ac ſic ſi fama eius diffuſa eſt in toto orbe terrarum. Quod.n. facturi erant in Spirituſancto, hoc eundẽ ſpiritum dixit eſſe facturum. Hęc ille. Audiſti clarificationem: audi nunc rationẽ clarificationis.

Niſi Dominus ædif. cuſtod. in vanum lab. Pſal. 126. quomodo intelligendum ſit.

QVIA de meo accipiet. Ratio igitur clarificationis, ideſt quare ſpiritus ille clarificabit modo dicto filium, eſt: quia filius eſt principium ſpirituſſancti. Nam omne, quod eſt ab alio, manifeſtat id, à quo eſt: ſicut & filius, quia eſt à patre, manifeſtat patrem, iuxta illud Ioan. 17. Ego te clarificaui ſuper terram. i. (vt ibid. exponit) manifeſtaui nomen tuum hominibus. Proprium ergo eſt ſpiritui ſancto clarificare filium, quia eſt à filio: vnde & hac ratione dictus eſt ſæpe ſpiritus veritatis. De meo, inquit, accipiet. Meum hic accipitur non poſſeſſiue (eo, ſcilicet modo, quo domus eſt mea,) ſed eſſentialiter, eo ſcilicet modo, quo anima eſt mea quo natura eſt mea. Nam dicere ſolemus animam meam, naturam meam, eſſentiã meam. De meo igitur, ait, accipiet, hoc eſt, de eſſentia mea, quæ & ſapiẽtia mea, & ſcientia mea eſt, qua per vos loquendo me clarificabit, ideſt clarum, ſeu glorioſum eſſe manifeſtabit. Præpoſitio autem De, non importat hic participationem, quaſi quod ſpirituſſanctus aliquam partem eſſentiæ accipiat à filio (impoſſibile enim eſt hoc, cum eſſentia diuina ſit omnino ſimplex, & indiuiſibilis, prima quæſt. tertia, artic. ſeptimo,) ſed importat conſubſtantialitatem, connotando ordinem originis, prima quæſt. 42. artic. 3. ac ſi dicatur, accipiet totam meam ſubſtantiam ſibi à me ſpirando communicatam. Sic ergo & pater poteſt de ſpirituſancto dicere, De meo accipiet: quia totam patris ſubſtantiam accipit ſibi à patre ſpirando communicatã. Simili quoque modo pater de filio poteſt dicere, de meo accipit: quia filius totam patris ſubſtantiam accipit ſibi à patre generando communicatam. Quia vero ſubſtantia. i. eſsentia (ſic.n. ſemper ſumitur hic) eſt in diuinis realiter idem, quod perſona. 1. q. 39 artic. 1. ideo ſicut ſpirituſsanctus dicitur in tex. eſse de ſubſtantia filij, ita poteſt dici eſse de filio, quemadmodum & dicimus ex hoc tex. edocti, q̃ de ſubſtãtia patris eſt filius genitus, & ſpirituſsanctus ſpiratus, ac ideo de patre ille genitus, iſteq; ſpiratus. Ex hoc igitur tex. De meo accipiet, habetur & quod perſonæ diuinæ procedunt non de nihilo, ſed de aliquo, ideſt de natura diuina. 1. q. 41. art. 3. [vbi etiam multa pro textu facientia potes videre circa illam præpoſitionẽ, De,] & quod in diuinis eſt ordo originis. 1. q. 42. ar. 3. & quod omnes illę perſonę ſunt conſubſtantiales. 1. q. 39. artic. 2. ac ideo coęquales ſecundum magnitudinem, potentiam, & quod quælibet illarum eſt in alia. 1. q. 42. ar. 4. 5. 6. Quod ſi illud verbũ tex. Accipiet, conſideres, vt ſequitur: habebis etiam inde, quod omnes perſonæ ſunt coæternę. 1. q. 42. ar. 2. Accipere enim non accipitur hic, vt in creaturis, ita ſcilicet, quod accipiens fuerit aliquãdo non habens id, quod accipit: Veluti, ſi materia formam hanc, vel ſubiectũ accipiat

Quid hic dicit, & Meum, & De.

tale

Plurima, & mirabilia, veriſſimaque de S. Trinitate, ex tex. ad literã.

tale accidens. Aliquando enim materia fuit ſine tali forma, & ſubiectum ſine huiuſmodi accidente. Non ſic autem in diuinis eſt: quoniam accipiens ab alio eſſentiam accepit ab æterno, & ſemper vſque in æternum accipit illam. Ita quod nunquam fuit, eſt, vel erit, aliquod cuiuſuis durationis inſtans: in quo filius non accipiat eſſentiam à patre per generationem, & ſpiritusſanctus ab vtroque per ſpirationem. Nam tales actus notionales, ſcilicet generare, generari, ſpirare, ſpirari, sũt naturales, atq; ideo neceſſarij æterni, & omnino innumerabiles. 1.q.41.ar.2. & q.42.artic.2. & q.9.art.1.2. Adeo quod filius ſemper & generatur, & generabitur; & tamen ab æterno fuit perfectiſſime totus generatus; ſpiritusſanctus quoque ſimiliter & ſpiratur ſemper, ſemper que in æternũ ſpirabitur, & tamen fuit ab æterno perfectiſſime totus ſpiratus. Quomodo poſſunt hæc fieri, & intelligi? Audiſti iam: quia ſcilicet ſemper ſine vlla intermiſſione ab æterno, vſque in æternũ accipiens eſſentiam ab alio accipit immutabiliter illam ab ipſo. 1.q.27.ar.1.2.3.4.

PORRO, quamuis dici poſſit, quod hac præmiſſa ratione Chriſtus de ſpiritu ſancto dicat in tex. Accipiet, ſciens, quod acceperit ab æterno: tamen alia magis, in propoſito ſuæ locutionis, ſpeciali ratione motus futuri temporis verbo vſus eſt. In propoſito, inquam, quia hic tractatur de ſpirituſancto, quo ad officium nunciandi, ſeu (quod in idem redit) quo ad officium nuncij, vt conſtare poteſt ex illo ſupradicto verbo tex. Mittam, & illo, Annunciabit. Dicit ergo in futuro, Accipiet: propter rationem hanc, ſcilicet propter officium temporale connotatum. Acceptio enim ipſa, idest productio ſpiritusſancti à filio, licet ſecundũ ſe ſit æterna, quoniam temporali futuro officio iungitur, ideo tempore futuro ſignificatur.

Breuis recollectio ſenſus textualis.

Nam ſenſus literæ planus, ille eſt. Ideo ille ſpiritus, quem ego mittam, clarificabit me: quia ipſe, vt nuncius (licet mihi æqualis) accipiet de meo ſapere de meo ſenſu, de mea prudentia, de mea ſapientia. Et per hoc dictum intelligi quoque datur differentia huius diuini nuncij ab humanis nuncijs: qui mittuntur quidem, & audiunt illa, quæ mittens dicit, ſed non accipiunt ſapientiam, & prudentiã, aliaſque bonas conditiones, mittentis: iuxta illud vulgatiſſimum prouerbium; Poteſt dari officium, ſed non ſenſus.

OMNIA QVÆ HABET Pater &c.

IN hoc tex. Omnia quæcunq; hab. Pat. mea ſunt, Chriſtus probat, quod ſpiritusſanctus accipit de ſuo (quod eſt probare illum magnum fidei articulum, ſcilicet quod ſpiritusſanctus procedit à filio) & hoc, propter conſubſtantialitatem patris & filij, quæ in prædicti textus litera explicatur. Indiuiſio enim inter patrẽ & filium, quantum ad omnia, non quantum ad aliqua tantum, quæ habet pater, apertiſſimis verbis manifeſtatur ibi: vt patet legenti. Vbi vigilanter perſpice, ſignificari duo, ſcilicet res, quas pater habet, & patrem habentem. Hæc autem ibi ſic ad literam diſtincte ſignificantur, vt intelligamus patrem condiſtingui ab omnibus quæ habet: ita quod ſub hoc, omnia quæ habet, non comprehenditur illud, ſcilicet pater, non comprehenditur paternitas, non comprehenditur eſſe patrem. Vnde ſic abſque vlla exceptione verificatur propoſitio hęc: omnia, quæ habet pater, mea ſunt. Quid hinc, hic tamen virtualiter incluſum habes? Quod in omnibus communicant pater, & filius, ſeruato tamen diſtincto modo vtriuſque. Sicut enim eos in omnibus communicare non tollit diſtinctionem perſonarum, idest non facit, quod pater & filius non diſtinguantur inter ſe ij ſo: ita non tollit modum diſtinctum, quo vterque eadem omnia habet, idest non facit, quod pater modo patris, & filius modo filij, non habeant omnia illa vtrique communia. Quia ergo modus conueniens patri eſt non eſſe ab alio, & modus conueniens filio eſt eſſe ab alio, ideo dicimus, & quod omnia habere patrem modo patris eſt, ipſum habere omnia, nõ ab alio, & quod omnia habere filium modo filij eſt, ipſum habere omnia, ſed ab alio. Nihil ergo (ſecundum hunc Euangelij tex.) habet pater, quo careat filius, & nihil habet filius, quo careat pater: aliter tamẽ, &

Oia ſunt cõmunia toti, Trinitati excepto pſonalib. cũ modo originis.

aliter.i.ita vt pater nõ modo filij, ſed mo
do patris, &.filius non modo patris, ſed
modo filij. Alioquin ſi illa omnia eſſent
in patre, modo filij.i.ab alio, & eſſent in
filio, modo patris.i. non ab alio, tunc con
funderentur perſonę .i. pater eſſet filius,
& filius eſſet pater (quod eſt hęreſis Sa-
belliana.) Neceſſarium igitur eſt omnino
ꝙ in illa omniũ rerum communione mo
dus perſonæ vtriq; diſtinctim conueniẽs
ſeruetur. Porro propoſitionem hanc tex-
tualem de Spirituſancto etiam cointelli-
gas, ſic in perſona eius dicendo, omnia,
quęcunq; habent pater, & filius, mea ſũt.
Memento quoque ſeruare modum Spiri
tuiſancto conuenientem: ne ſequatur hæ
reſis illa.i. confuſio perſonarum. Vt. Oĩa
patris habet Spirituſſanctus, non tamen
modo patris.i. non ab alio, ſed modo ſuo
.i. ab alio per ſpiratiuam proceſſionem,
item oĩa filij habet Spirituſſanctus, non
tamen modo filij.i. ab alio per generatio
nem, ſed modo ſuo.i. per ſpirationem. Ex
textu igitur iſto, cum præmiſſa inde deſũ
pta ſint habes, quod omnes diuinę per-
ſonæ ſic ſe habent, ꝙ in omnibus, & in ea
rum ſingulis eſt eadem numero eſsentia,
ęternitas, bonitas, immutabilitas, virtus,
& quicquid aliud eſt eſsentiale, 1.q.39.ar.
1.7.8. modo tamen diſtincto, ſicut & per
ſonę ſunt diſtinctæ. Adeo ꝙ eadem nume
ro eſsentia, quę eſt in patre, licet ſit in fi-
lio non tamen eſt in filio, vt in patre, & fi
lij bonitas, licet ſit in Spirituſancto, non
tamen eſt in illo, vt in filio, & ſic de alijs.
Dicat ergo filius in tex. Oĩa, quæ habet
pater mea ſunt. Nõ tamen, vt ea habet pa
ter, ita mea ſunt. Ad ſimilem normam, di
cat Spirituſsanctus: oĩa, quæ habet pater,
& filius mea ſunt. Non tamen, vt ea ha-
bet p. & f. mea ſunt. Dicat & pater, om-
nia, quæ habet filius & Spirituſsanctus,
mea ſunt. Non tñ, vt ea habent illi, mea
ſunt. Ecce ſecundum textum Euangelicũ
vnitas in omnibus eſsentialibus, ſimulq;
diſtinctio in omnibus perſonalibus. Ergo
ſecundum eundem textum, tantus eſt pa-
ter, quanta eſt tota Trinitas, tantus eſt fi-
lius, quanta eſt tota Trinitas, tantus eſt
Spirituſsanctus, quanta eſt tota Trinitas.
Quare? Quia omnes tres ſunt vnius eſsen
tię. 1. quæſt. 39 art. 1.

Tanta eſt vna perſonarũ, quãta omnes tres ſimul

Propterea (inquit) dixi, quia de meo ac
cipiet. Hoc eſt. Concluſio iſta.ſ. de meo ac
cipiet, inferri neceſsario debet ex imme-
diate dicta propoſitione.ſ. omnia, quę ha
bet pater, mea ſunt. Ex neceſſitate enim
(quod cuique, vel tenuiter, recta ratione
vtenti patet) oportet, ꝙ ſi oĩa, quæ habet
pater, ſunt filij, Spirituſsanctus procedat
à filio, ſi procedit à patre, & è conuerſo.i.
ꝙ non procedat à patre, ſi non procedit à
filio. Quod ſi detur iã contrarium, mox ſe
quitur de neceſſitate deſtructio Euãgelij
.i. ꝙ non omnia, quę habet pater, ſunt etiã
filij. Quomodo? ſic. Pater habet hoc, quod
eſt principium ſpiratiuum Spirituſsancti,
ſi ergo filius non habeat hoc idem.ſ. ꝙ ſit
& ipſe ſpiratiuum principium eiuſdẽ ſpi
ritus, patet vtique, ꝙ tunc filius nõ habet
omnia, quæ pater habet. Quod, cũ ſit hæ
reſis manifeſtiſſima, vtpote negans veri
tatem literæ Euangelicæ, ſequitur indubi
tanter, ꝙ dicere Spiritũſanctum non pro
cedere a filio, ſit hæreſis aperta. Nec huic
Euangelicæ veritati obſtat, ſi dicatur, fi-
lius non habet virtutem generatiuam, &
tamẽ cum hoc ſtat, ꝙ habeat omnia, quę
habet pater, q̃m aliud eſt loqui hic de vir
tute generatiua reſpectu filij, & aliud eſt
loqui de virtute ſpiratiua reſpectu eiuſ-
dem. Nã generatiua (ſicut & generare, &
eſse patrem) dicit oppoſitionem relatiuã
ad filium, cum filij ſit generari, & non eſ-
ſe patrem, ſpiratiua aũt virtus nullam op
poſitionem relatiuã patris ad filium con-
notat (vt in Theologicis patet,) cũ ſpira-
re abſtrahat a generare, & generari. Por-
ro in ſupradicti textus expoſitionem di-
ctum fuit, quod per hoc nomen, omnia,
non comprehenditur pater, neque pater-
nitas, neque eſse patrem, hoc eſt, non cõ-
prehenduntur illa, quęcunque ſint, quæ
patris ad filium, vel filij ad patrem, rela-
tiuam oppoſitionem important. Id quod
& Didymus annotauerat dicens, om-
nia, quæ habet pater, mea ſunt. Quaſi
dicat. Licet à patre procedat ſpiritus ve-
ritatis: tamen quia omnia, quæ habet pa
ter mea ſunt, & ipſe patris ſpiritus meus
eſt, & de meo accipiet. Caue autem, ne
cum iſta dicuntur, putes, rem eſse ali-
quam poſseſſionem, quæ à patre ha-
beatur ac à filio, verum quæ habet pa-
ter iuxta ſubſtantiam, ideſt æternitatem
immutabilitatem, bonitatem, hæc eadẽ

Spiritumſanctum non procedere à filio, eſt hæreſis manifeſta.

habet

habet & filius. Procul hinc abſint dialecticorum tendiculæ. Dicunt enim: Ergo & pater eſt filius. Si autem dixiſſet, omnia, quæ habet Deus, mea ſunt, haberent occaſionem impietates conſurgendi. Cum vero dixerit; Omnia, quæ habet pater, mea ſunt, patris nomine ſe filium declarauit; paternitatem, qui filius eſt, non vſurpauit. Quamuis & ipſe multorum ſanctorum per adoptionis gratiam ſit pater. Hęc ille magnus doctor. Ac ſi apertius dixerit: quod filius dicens, omnia, quæ habet pater, ſaluat diſtinctionem patris, & filij, dans intelligere, quod omnia, quæcunque habet pater, ſua ſunt, præter id, in quo diſtinguitur pater à filio.

Oia communia patri, & filio, præter id, in quo relatiua oppoſitione diſtinguuntur.

CÆTERVM, ſi plura vis ex eodem Doctore Didymo, ad præſens Euangelij capitulum de proceſſione Spiritusſancti à filio facienda: vide Decretum, de conſecr. diſtinct. 5. capit. Saluator. In quo loco, cap. De ſpiritu dicit: videbis etiam Concilium Epheſinum primum. (Hoc de quatuor Concilijs principalib. vnum eſt Decret. diſtiction. 15. capit. Sicut ſancti Euangelij.) ad Neſtorij impietatem condemnandam probare expreſſe, per hoc Euangelij capitulum, quod ſpiritusſanctus procedit à filio ſimiliter, ſicut ex Deo patre. Denique ex hoc tex. Omnia, quæ habet pater mea ſunt, habes vniuerſalem regulam illam, quam poſtea expreſſit, & veritatis catholicę propugnator Angelicus. 1. quæſt. 36. artic. quarto, & Concilium Florentinum ſeſſ. multis, quæ regula eſt, quod pater & filius ſunt vnum in omnibus, vbi non obſtat oppoſitio relatiua inter patrem & filium. Conſequenter igitur hanc quoque ſecundam regulam vniuerſaliorem ex eodem textu habes, ſcilicet diuina Trinitate omnia ſunt vnum, vbi diſtinctio per oppoſitionem relatiuam patris, & filij, & ſpiritusſancti, non interuenerit. Ex quarum regularum prima, ideoque ex Euangelio, conſtat, quod pater & filius, non ſunt duo principia, ſed vnum principium, ſpiritusſancti, prima quæſt. 36. artic. 4. item quod illi ſunt vnum in virtute ſpiratiua, & propterea non duabus ſpirationibus, ſed vnica ſpiratione ſpirant illum, 1. q. 36. artic. 2. 3. item quod illi non ſunt duo ſpiratores (& hoc, propter vnicam ſpirationem,) licet ſint duo ſpirantes (& hoc, propter pluralitatem perſonarum) 1. quæſt. 36 art. 4. ad ſeptimum. Ex earundem vero regularum ſecunda, ideoq; ex Euangelio, conſtat, quod quamuis omnes perſonæ diuinæ cōcurrant ad creandum. 1. q. 45. art. 6. tamen non plures creatores dicuntur, ſed vnus tantum creator, ibid. & quæſt. 36. art. 4. ad ſeptimū. Item quod quamuis omnes perſonæ concurrant ad iuſtificandum nos, ad protegendum, ad adiuuandum, ad &c. tamen non plures iuſtificatores, protectores, adiutores &c. dicuntur, ſed vnus tantum adiutor, protector, iuſtificator &c. (vt patet in ſcripturis, & in collectis, idest orationibus Eccleſiæ.)

Regulæ duæ vtiliſſimę.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Spiritusſanctus ex maximis vtilitatibus allatis tum ex parte mundi tum ex parte Apoſtolorū, tum ex parte Chriſti comprobauit, ſe eſſe verū Deum, demonſtratur, ſeu potius declaratur probata virtualiter ex dictis in ſuperioribus. Patet enim omnibus recta ratione diſcurrentibus: quod tantarum rerum, quę ibi ſupra per Euangelium dictę ſunt, nullus de ſe, idest authoritate propria (vt ſemper de ſpiritusancto illas res narratas facturo textus Euangelicus exponi, ac intelligi, debet) poteſt eſſe factor, niſi Deus verus. Et ideo non Apoſtolis, licet per eos illa omnia eſſent fienda, ſed ſpirituſancto, qui per Apoſtolos erat illa facturus, aſcribuntur in præmiſſis textibus vniuerſa. Non enim dicitur, Vos arguetis mundum de peccato, de iuſtitia, & de iudicio, nec dicitur, Vos edocti à ſpiritu veritatis loquemini omnem veritatem, neque dicitur, vos me clarificabitis: ſed dicit tex. Ille arguet mundum &c. Docebit, & loquetur, omnem veritatem; Ille me clarificabit. Et vt incipiamus à primo. Quis corda tam meticuloſa (qualia erant corda Apoſtolorum) poteſt in inſtanti in tantam fortitudinis audaciam conuertere, vt mundū, dicēdo ei modo increpatiuo veritatem, q̄ odium parit, non timeant? Ille ſolus vtique, de

quo ſcriptum eſt Eccl. 11. Facile eſt in oculis Domini ſubito honeſtare pauperem. Et hic eſt Deus. Quis principē Apoſtolorum, qui præ nimia timiditate veritatem quæ Chriſtus eſt, coram vna ancillula negauit, Ioan. 18. facere potuit, vt idem eandem aperte fateri coram Imperatore Romano, ipſum etiam de peccato infidelitatis eius arguendo, non erubeſceret? Quis hos Apoſtolos, qui nemine eos inſequente pauidi fugerunt, Matth. 26. qui propter metum Iudæorum clauſis ianuis abſconſi manebant in domo, Ioan. 20. in viros tam fortes mutare potuit, vt ante reges mundi, & præſides ſtarent imperterriti, ita vt nec vincula, nec verbera, nec mortes violentas, nec ullum mortis genus pertimeſcerent? Certe ſpiritus ille ſapientiæ, de quo ſcriptum eſt Sap. 10. Intrauit in animā ſerui Dei, & ſtetit contra Reges horrendos, in portentis, & ſignis, & hic eſt Deus. Quis tam indoctos, tam illiteratos, tam rudes, piſcatores facere confeſtim omnis veritatis ſapientia plenos, totius orbis terrarū eloquentiſſimos, irreprehenſibileſq; magiſtros? Solus utique Spiritus veritatis, de quo ſcriptum eſt Sap. 10. Aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit diſertas. Et hic eſt Deus. Quis totum mundum, tantis erroribus plenum, à tam pauciſſimis hominibus, in tam breui tempore, ad vnum Crucifixum adducere potuit? Is certe ſolus, de quo ſcriptum eſt, primo Machab. tertio. Facile eſt, concludi multos in manu paucorum: quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt. Et hic eſt Deus. Cæterum alia multa, quæ ad hoc propoſitū faciunt, vide ſuper Matth. decimo. Mitto vos, ſicut oues in medio luporum. Et alibi. Quæ per teipſum applicare recte curabis ad loci huius intentum, quod eſt: Spirituſſanctus per Apoſtolos faciens illa mira, quæ fecerunt, eſt verus Deus.

Notanda demōſtratio Dei ab effectibus ad ſe ſum notiſſimis.

CONFIRMATIO
Concluſionis I.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Spirituſſāctus eſt verus Deus (contra hæreſim Macedoniorum) vide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis &c. definitū eſſe, in Elucidationibus prima parte articulorum numero 202. 216. 221. Quod hæreticum eſt dicere, ſpiritumſanctum non procedere à filio, & etiam hæreticum eſt dicere hoc nō haberi in ſcripturis: vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucid. pri. par. artic. nu. 195. Qđ hæreticū eſt dicere, ſpiritumſanctū procedere, non tamen æternaliter, a filio, & hæreticum quoq; eſt dicere, ipſum à patre, & filio, tanquam à duobus principijs ſpiratiuis, & non tanquam ab vno principio ſpiratiuo, vnicaq; ſpiratione procedere: vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. artic. nu. 197. Quod hæreticū eſt dicere; ſpiritumſanctum non eſſe tertiam in Trinitate perſonam: vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. pri. par. artic. nu. 194. Quod hæreticum eſt dicere; Apoſtolos fuiſſe ſtolidos, cum nolentes abiurare Chriſtum corā hominibus, permiſerint ſe occidi. (Hoc facit ad confirmationem concluſionis, pro quanto ipſa introducit Apoſtolos a ſpiritusancto actos arguiſſe mundum de peccato, &c clarificaſſeq; p̄dicationibus ſuis Chriſtum, vſq; ad mortem: ita quod non tantum vitis ſuis, ſed & ſuis mortibus clarificauerunt ipſum Chriſtum, iuxta illud de vno illorum pro omnibus dictum, Ioan. 21. Hoc autem dixit, ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum. Porro, clarificare Deum nō ſtoliditas, ſed ſumma ſapientia eſt:) vide ex ſacroſanctis &c. in Elucid. 2. 2. art. nu. 96. & 3. de ſacramen. Addition. articulorū nu. 33. 415. Itē in veritatibus aureis ſuper totam legem veterem Geneſ. 44. concl. 1. & Exod. 2. concluſ. 4.

CONCLVSIO SECVNDA,
Cap. XVI.

DONA maxima, & precioſa, Dei ex amore erga nos totaliter gratuito nobis ea donantis, ſunt fides, & charitas, in Chriſtum, quod ipſe, vt Deus, ſit & pa-

tua

tri cõſubſtantialis, & ab eo perſonaliter diſtinctus: item quòd fuerit propter nos incarnatus, paſſus, crucifixus, mortuus; quòdq; ad vitam glorioſam reſurrexerit, aſcenderit ad cęlos, ibi ſeſſurus ad dexteram patris, & poſtea venturus ad eleuandum bonos in vitã ęternã, ab oppoſitiſq; detrudẽdum malos in mortem æternam.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionẽ, quò ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per text. Ipſe pater amat vos, &c. vſque ad, & vado ad patrem, & per text. In illo die me non interrogabitis quicquam. Prima igitur pars, ſ. fides, & charitas, in Chriſtum ſunt maxima, & precioſa dona Dei ex amore erga nos totaliter gratuito nobis eas donantis, demonſtratur ex eo: quòd amor noſter erga Chriſtum, & fides, ſunt ſignum, quòd Deus pater amat nos Dicit enim Chriſtus hocipſum nos docere intendens: Ipſe pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis. Nã textus iſte non intelligitur per cauſam (contra Pelagianos, ponentes initium boni eſſe ex nobis), ſed per effectum: hoc eſt ſecũdum Logicos, iſta textualis demonſtratio non eſt demonſtratio a priori, ſed a poſteriori. Abſit enim, quòd Chriſtũ dicamus voluiſſe hic præponere amorem diſcipulorum amori Dei patris: qui antea dixerat eis cap. 15. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, ſignificans vtique per hoc, quòd amor Dei erga nos pręuenit noſtrũ, non autem è conuerſo. Id quod hic idem Euangeliſta noſter aperuit etiam clarè alibi dicens, 1. Ioã. 4. Non quaſi nos dilexerimus eum, ſed qm̃ ipſe prior dilexit nos. Voluit igitur abſq; dubio Chriſtus per illum tex. Pater amat vos, quia &c. oſtendere diſcipulis, ad abſolutionem ipſorum [His enim conſolandis in toto ferè præſenti ſermone, a capit. 14. vſque ad cap. 17. intendebat: vt patet legenti,] ꝙ ipſi amabantur a Deo patre (id quod eos maximè deſideraſſe, cõſtat ex c. 14.) & hocipſum, vt magis conſolationem reciperẽt, oſtẽdere illis voluit ab effectu eiuſdem certitudinaliter, quo ad fieri poterat, cognito, i. ab eorundem diſpoſitione bona erga ſeipſum. Dixit ergo; Pater amat vos, quia &c. Hoc eſt, apertius explicando. Signum euidens, quòd pater vos diligit, eſt illud, ſcilicet quòd vos diligitis me, & creditis mihi. Quia verò talis amor veſter, & credulitas erga me, eſt vobiſmetipſis certa: ideò & certum vobis debet eſſe, ꝙ pater meus amat vos. Ex hac igitur Chriſti ſententia relinquitur manifeſtè ad literam eſſe concludendum id, quod occultè ibi continetur, ſcilicet quòd amor Dei, quo videlicet amat nos, eſt cauſa vera amoris noſtri, quo videlicet amamus eũ. Quid ſi dicas, ex textu non hoc, ſed illud, haberi, ſcilicet quòd amor patris cauſat amorem diſcipulorum non erga patrẽ, ſed erga Chriſtum: reſpondetur negando, hoc non haberi etiam ex iſto tex. Primò, quia & Chriſtus, non ſolùm pater, eſt Deus: vnde in idem redit manifeſte, quòd amor patris cauſet amorem noſtrũ erga Chriſtum, & quòd cauſet amorem erga Deum, ideſt erga ſe, & filium, & Spiritum ſanctum. Secundò, quia Sanctus Tho. qui poſtquam ſuper verba tex. Vos me amaſtis, & credidiſtis, quia a Deo exiui, dixerat [Hocipſum, quòd nos Deum diligimus, eſt ſignũ, quòd ipſe amat nos. Quod enim poſſumus eum amare eſt ex dono Dei, Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritumſanctũ, qui datus eſt nobis. Fides, etiam eſt nobis ex amore Dei. Donum enim Dei eſt, Epheſ. 2. Donum autem non datur, niſi ex amore dantis] ſanctus ille, inquam, quaſi præuidens pręedictam inſtantiam, reſponſionemque ad eam ſubiungens dicit. Credere, & amare Chriſtum, inquantum a Deo exiuit, eſt ſatis euidens ſignum amoris Dei: Quia propter quod vnumquodque, & illud magis, Qui ergo amat Chriſtum, quia a Deo exiuit, amor eius præcipuè retorquetur in Deum patrem. Non autem ſi amat eum, inquantum homo. Hæc ille, ſuper Ioann.

Optimum ſignũ, quòd à Deo amet aliquè eſt, quando ille amat, ſpeciali amore Deũ.

PORRO ex B. Aug. dictis & expoſitio præmiſſa confirmatur, & conſequenter prima pars illa concluſionis comprobatur, ipſe enim examinans illum text. Quia vos me amaſtis, dicit. Sed nunquid ideo amat ille, quia nos amamus? An potius quia ille amat, iõ nos amamus? Hoc ĩ epiſtola ſua dicit. Nos diligamus, quia ipſe prior dilexit nos Amat ergo nos pa-

Has autem vera dicta SS. Aug. et Thom. faciũt ad inanẽ ſuperbiã Pelagianorũ radicitus euellẽdã.

ter quia nos amamus filium, cum à patre, & filio accipimus, vt & patrem amemus, & filium. Amat ipſe, quod fecit. Sed non in nobis faceret, quod amaret: niſi antequam id faceret, nos amaret. Hæc ille, ſuper Io. Quod aũt non præueniatur amor Dei à nobis, ſed potius noſter ab amore ipſius: declarat Angelicus Doctor his verbis. 1. q. 20. ar. 2. Cum amare, nihil aliud ſit, quam velle bonum alicui: manifeſtũ eſt, ꝙ Deus omnia, quæ ſunt, amat Non tamen eo modo, ſicut nos. Quia enim voluntas noſtra non eſt cauſa bonitatis rerum, ſed ab ea mouetur, ſicut ab obiecto: amor noſter, quo bonum alicui volumus, non eſt cauſa bonitatis ipſius, ſed è conuerſo bonitas eius, vel vera, vel æſtimata, prouocat amorem, quo ei volumus & bonum cõſeruari, quod habet, & addi, quod non hẽt, & ad hoc operamur. Sed amor Dei eſt infundens, & creans, bonitatẽ in rebus. Oſtenſum eſt. n. ſupra. q. 19. art. 4. quod voluntas Dei eſt rerum omniũ cauſa. Hæc ibi. Denique ſciendum eſt, quod illud verbum Euangelici tex. Amat, non ſumitur hic pro amore communiſſimo, quo Deus vult bonum naturæ omnibus, ſed pro quodam priuilegiato amore, quo vult iuſtis ſummum bonum, ideſt ſeipſum. Nam ſi de primo intelligeretur textus: tunc nihil dixiſſet Chriſtus, quod poſt ſei conſolationem pro tunc diſcipulorũ triſtitiæ cordialis tollendæ neceſſariam afferre, quoniam Deus tali amore bruta ẽt omnia, & inanimata, atque inſenſata, amat; iuxta illud Sap. 11. Diligis omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti. Nunc vero de priuilegiato amore, quo filios ſibi dilectos per gratiam adoptatos amat Deus pater, loquendo, ſpecialem Chriſtus, vt intendebat conſolationẽ ad eorum animos leuandos accõmodam ſatis affert. Nihil enim magis ad conſolandum animum prudentum valde afflictũ valet, quã reddere illos certos de re tam alias incerta, ſcilicet de hoc, quod ſunt de numero electorum à Deo per gratiã hic, & per gloriam in futuro ſeculo, amatorum. Quod ſanè totum in iſto verbo conſolatorio, Pater amat vos, comprehendit Chriſtus. [De incertitudine gratiæ, & prędeſtinationis. i. ꝙ ſimus in gratia, & finaliter prædeſtinati: vide 1. 2. q. 112. ar. 5. &

Quãtum bonum di catex. Pater amat vos: & ad conſolandum valeat.

Concil. Triden. ſeſſ. 6. cap. 9. 12. 13. & Canon. 13. 14. 15. 16. Contra ſuperbam vero Pelagianorum mentem, contra quam militauit etiam, vt viſum eſt, prima hæc pars concluſionis, vide ſupra. ſcilicet Ioan. 15. in omnibus Annotationibus poſt concluſionis tertiæ probationes poſitis. Ex illis quoque multum iuuaberis ad præſentis textus intelligentiam ampliorem.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus, vt Deus, eſt & Deo Patri conſubſtantialis, & ab eo perſonaliter diſtinctus, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Exiui à Patre. Nã, ſecundum B. Hilarium. 7. de Trinitate. A Deo patre exiſſe eſt ex ipſo natum eſſe, ſeu (quod idem eſt) in ſubſtantiam natiuitatis exiſſe. In mundum, inquit, illum veniſſe, & à patre exiſſe, non eſt ſignificationis eiuſdem, cum aliud ſit, à Deo in ſubſtantiam natiuitatis exiſſe; aliud, à patre in hunc mundum ad conſummanda ſalutis noſtræ ſacramenta veniſſe. Cum autem exire à Deo ſit ex natiuitate ſubſiſtere: quid aliud, quam Deus, eſſe poſſet? Hęc ibi. Vbi vides, quod ex vero ſenſu verbi huius, Exire, qui eſt; Ex natiuitate ſubſiſtere, infert B. Hilarius, quod Chriſtus, cum à Deo patre exierit, non poteſt eſſe aliud, quam Deus, hoc eſt patri conſubſtantialis. Nam Deus non niſi vnius, & impartibilis, ſubſtantiæ eſt. 1. q. 3. ar. 7. & q. 39. ar. 1. 2. Rurſus aduertas ſuper tex. Exiui, quod omne, quod exit ab aliquo, fuit prius in eo. Veruntamen aliquid eſt in aliquo multipliciter. Vno modo, ſicut contentum in continente. Alio modo, ſicut pars in toto. Tertio modo, ſicut accidens in ſubiecto. Quarto modo, ſicut effectus in ſua cauſa. Sed primis duobus modis exit aliquid idem numero exiſtẽs cum eo, à quo exit: puta idem numero vinum de dolio, & eadem pars à toto, ſcilicet aquæ pars ab aqua. Sed alijs duobus modis non exit idem numero, quandoquidem (vt patet) accidens non poteſt eſſe idem numero cum ſubiecto ſuo, nec effectus, cum cauſa. Hæc autem

Exit Chriſtus à patre i. naſcitur natura Deus de patre.

autem quatuor non ſunt dicenda de Deo, quia ipſe eſt ſumme ſimplex, nec in eo eſt accidens, prima quæſt. 3. art. 6. 7. nec eſt in loco, niſi metaphorice, 1. quæſt. 8. art. 2. 4. nec eſt in eo aliqua ſubſtantiæ diuerſitas, ſecundum aliquam perfectionem, ſeu virtutem. Non poteſt ergo dici, quod filius ſit in Deo patre ſicut contentum in loco continente, vel ſicut pars in toto, vel ſicut accidens in ſubiecto, vel ſicut effectus in cauſa, 1. quæſt. 33. art. 1. ad primũ. Eſt autem filius in eo per vnitatem eſſentiæ, iuxta illud Ioan. 8. Ego & pater vnũ ſumus, 1. quæſt. 39. art. 2. & quæſt. 42. ar. 5. Tota enim eſſentia patris eſt tota eſſentia filij, & tota eſſentia filij eſt tota eſſentia patris. Ideo non exit filius à patre eo modo, quo prædicta. Nam quod exit à toto, vt pars, eſt diſtinctum ab illo per eſſẽtiam, quoniam pars exiens à toto fit ens actu, quæ in eo erat ens in potentia. Similiter illud, quod à continente exit, diſtinguitur loco ab eo. Filius autem à patre non exit localiter, cum omnia impleat ſecundum illud Hierem. 23. cęlum, & terrã, ego impleo, nec ab ipſo exit diuiſibiliter: quia pater eſt omnino indiuiſibilis. Sed quomodo à patre exit? Per diſtinctionem perſonalem. Sic ergo per tex. Exiui à patre, probatum eſt vtrunque ſupradictum in concluſione. Nam in exitu, inquantum præſupponit inhęrentiam, deſignatur eſſentiæ vnitas, ideoque quod patri filius ſit conſubſtantialis, in exitu autem inquãtum inſinuat proceſſum quendam, deſignatur exeuntis diſtinctio ab eo, à quo exit, ideoque quod filius ſit perſonaliter à patre diſtinctus. Vnde & in hoc cap. ad denotandum, quod iſte exitus non eſt ſeparatio à patre, dicit filius non ſum ſolus ſed mecum eſt pater.

Exitus duo imperat.

ALIVD etiam, quod inter proceſſiones prædictas, & proceſſionem filij, differentiam dicit, aduertendum eſt. Nam in rebus illis corporalibus, res, quę exiuit ab aliquo, iam amplius non eſt in eo, cũ per ſeparationem eſſentiæ, vel loci, exeat ab illo. In exitu vero filij non eſt ſic. Etenim quia exitus iſte non eſt corporalis, ſed pure ſpiritualis, vtpote ſumme intellectualis ideo ſic ab ęterno filius exiuit à patre, quod tamen ab ęterno in eo remanſit. Sic igitur filius quando eſt in patre, exit à patre, & quando exit ab eo, tunc manet in eo, ita vt ſemper exeat à patre, & ſemper ſit in eo. Vnde ad hoc mirabile vixque capibile à nobis, qui corporalibus communiter ſumus eſſentia, deſignandum in Euangelio dicitur vtrunque videlicet in præſenti tex. Exiui à patre, & capite decimo, & decimoquarto. Ego in patre, & pater in me eſt. Euangelicus ergo hic vterque textus ſimul coniunctus manifeſtat nobis, quod filij exitus ille non eſt corporalis, ſed ſpiritualis, ideſt intellectualis. Id enim, quod exit ab intellectu, puta quod ab eo producitur, ſiue per conceptionem, ſiue per quamcunque ſpiritualem intellectionem, non tranſit ad extra, ſed manet intra. Vnde & Philoſophi hoc docentes dixerunt, quod actionũ alia eſt tranſiens in exteriorem materiam (iſta eſt actio corporalis:) & alia eſt immanens, ideſt remanens in agente (iſta eſt actio intellectualis.) Id enim, quod procedit ad intra proceſſu intelligibili nõ eſt diuerſum ab eo, à quo procedit (ſicut accidit in proceſſionibus ab extra:) immo quanto perfectius procedit, tanto magis eſt vnum cum eo, à quo procedit. Manifeſtum eſt enim in nobis, quod quanto magis aliquid intelligitur, tanto magis intima intelligenti eſt ipſa intellectualis conceptio, & magis vnum. Nam intellectus ſecundum hoc, quod actu intelligit, ſecundum hoc fit magis vnum cum re intellecta. Quia igitur diuinum patris intelligere eſt in ſummo perfectionis, neceſſarium omnino eſt, quod verbum ab eo intelligibiliter conceptum, ideſt filius, prima quæſtione trigeſimaquarta, articulo primo, & ſecundo, ſit perfectiſſime abſque vlla diuerſitate vnum cũ patre, à quo procedit. Vnde ad hoc docendum Chriſtus, qui dixit in tex. Exiui à patre: dixit quoque capite decimo. Ego & pater vnum ſumus. Cæterum iuuabit videre prima quæſtione vigeſimaſeptima, articulo primo, ſecundo, item quæſtione quadrageſimaſecunda, articulo ſecundo, ad primum.

Magna differẽtia inter corporalẽ, & ſpiritualẽ exitum.

Ratio fundamentalis ad intelligendum de Chriſto à ſe dicta Ioan. 10. 14. 16.

TER-

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus fuit propter nos incarnatus, paſſus, crucifixus, mortuus, ad vitam glorioſam reſurrexit, aſcendit ad cœlos, ibi ſeſſurus ad dexteram patris, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Veni in mundum, iterum relinquo mundũ, & vado ad patrem. Filium enim Dei veniſſe in mundum, cum ſemper ſecundũ diuinitatem fuiſſet in mundo, intelligi oportet ſecundum carnis aſſumptionẽ, inquantum, ſ. ille, qui prius erat tãtũ Deus, aſſumpta poſtmodum carne factus eſt homo. Vnde hoc ipſum docens Euangeliſta idem de filio Dei inquit, cap. 1. In mũdo erat, & (infrà) Verbum caro factum. Ecce: ꝙ Verbum antequã veniret in mũdũ per hoc, ꝙ caro factum eſt, erat in mundo. Venit quoq; in mundum. i. in communem mundi conuerſationem (abſq; pecto tamen: Vt docet Apoſtolus frequẽter) .i. ad conuictum mundi communẽ. Non enim ſolitariam vitam, cum toti mundo pro exemplari etiã ſenſibili datus eſſet, Chriſtus duxit: ſed communem. Ita nãq; in mundo, aſſumpta iam carne, conuerſatus eſt, vt omnes poſſent eum videre & audire, & pro ſua cuiuſq; portione imitari, omnibuſq; factus eſt omnia (quod Apoſtolus ab ipſo didicit poſtea 1. Cor. 9) vt omnes lucrifaceret, vniuerſiſque ad ſeipſum corporaliter etiam grauatis pateret acceſſus, quibus & coram toto mundo ne de miraculorum eius ſyncera veritate dubitaret, iuxta ſuam piiſſimam benignitatem ac ſapientiam ſubueniret. Communem enim eſſe eum decuit in conuerſatione, qui non ad aliquos tantum, ſed ad omnes ſaluandos venerat, vt & ex modo conuerſationis eius (velint nolint) addiſcere cogerentur etiam proteruientes inimici, quod ipſe non eſt acceptor perſonarum, ſed quicunque in omni gente timet Deũ, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi: Coloſſ. 3. & Actu. 10. [De conuerſatione Chriſti, pro intelligentia textus huius ampliori, vide 3. de Sal. quæſt. 40. articu. 1. 2. &c.] Patet ergo ex tex. Veni in mundum, illa concluſionis particula, ſcilicet, quod pro nobis incarnatus eſt. Sed & hinc patet alia, ſcilicet, quod paſſus. Nam Chriſtum, carne aſſumpta, fuiſſe in mundo, & ipſum fuiſſe paſſum, conuertuntur, quandoquidẽ tota eius vita ſuper terram fuit continua paſſio [ut vel hinc addiſcerent omnes, quod tota ſuorum, id eſt Chriſtianorum vita perpetua pœnitentia eſſe debet. Concil. Tridenr. ſeſſ. 14. Doctr. de Sacram. extr. vnction.] Natus enim in ſtabulo, tempore magni frigoris, poſitus in præſepio &c. Luc 2. paruulus adhuc in Ægyptum pp Herodis perſecutionem delatus Matth. 2. toto vitæ ſuę tẽpore pauper exiſtens, parentibuſque voluntarie ſubditus Luc. 2. Diſcurrens ad prædicandum &c. ſemper à Scribis & Phariſæis tum quo ad doctrinam, tum quo ad miracula, paſſus iniurias, & vſque ad mortem varij generis aduerſa ſuſtinens (vt de his omnibus per Euangelia paſſim videre eſt.) Iterum inquit, relinquo mundum. En aliæ duę cõcluſionis particulæ, ſcilicet crucifixus, mortuus, per hunc textum probatæ. Patet ſiquidem Chriſtum, ſecundum humanitatem mortalem, tunc reliquiſſe mundum, quando ipſe, ſecundum illam deſijt eſſe in mundo, & hoc fuit, quando in cruce mortuus eſt. Nota in tex. Iterum, quod ſcilicet refert aliud iter non autem aliam relictionem. Non vult enim Chriſtus dicere, quod prius ſemel reliquerit mundum, & nunc iterum relinquat eum, ſed vult dicere, quod vnum iter fecit prius, & nunc iterum, id eſt aliud iter, faciet. Primũ iter dixit ibi, Exiui à patre, & veni in mundũ ſecundum iter hic, Relinquo mundum, & vado ad patrem. Quæ duo itinera (vt patet) differunt quo ad vtrunque terminum, quoniã in primo itinere terminus, à quo incipit, eſt pater, & terminus, ad quem ſiſtit, eſt mundus, in ſecundo autem terminus à quo, eſt mũdus, & terminus, ad quẽ eſt pater. Ex quorum facta declaratione patet, quod tex. Veni in mundum, complectitur non ſolum aſſumptionem carnis, ſed etiam conuerſationem eius in mũdo vſque ad mortem (prout ſupra fuit expoſitum,) quoniam Chriſtus, vt vere ſapiens, non incœpit ſecundum iter diuerſum .i. inchoans è conuerſo, niſi completo itinere primo. Et quia ſecundum iter incœpit (vt dictum eſt) in morte crucis, ideo illucuſque excluſiue durauit primũ iter. Relinquo, inquit, mundum. Nota differentiam locutionis huius à primi itineris

Tota vita Xpi fuit paſſio, ad normã cuius & chriſtianorum vita eſſe debet.

Duo itinera Chriſti quæ text' diuerſimode ſignificans inſinuat quadam alia ſecreta.

ris locutione. Licet enim tunc dixerit, Exiui à patre, non tamen dixit, Reliqui patrem, nunc autē dicit, Relinquo mundum, per quod etiam innuit implicite, quod exit à mundo. Quid ſibi vult hæc differētia, ſcilicet, quod ita exijt à patre, vt non reliquerit patrem, & quod ita exijt è mundo, vt etiam reliquerit mundum? Quod exitus à patre non fuit corporalis, ideoque nec localis, ſed intellectualis, exitus autem de mundo erat corporalis, & localis. Hinc igitur ad literam habes, quod filius Dei veniendo in mundum, patrem à quo exiuit, non reliquit, hoc eſt, quod aſſumendo humanitatem noſtram non dimiſit, ſed retinuit, diuinitatem ſuam æternaliter ſibi à patre communicatam. Verum idem & exeundo de mundo imitatiue, id eſt per mortem reliquit conuerſationem, qualem in mundo prius habuerat, & exeundo de mundo conſummatiue, id eſt per aſcenſionem, reliquit mundum hunc etiam quantum ad locum. Quia tamen ille, qui dicit, Relinquo mundum, non tantum homo (ſecundum quod & cōuerſationem, & locum, relinquebat) ſed etiam Deus eſt, ideo ita intelligitur modis illis reliquiſſe mundum, quod tamen non reliquerit eum per ſubtractionē nec ſuæ prouidentiæ, qua ſimul cum patre, & ſpiritu ſancto ſemper gubernat illum, nec gratiæ ſuæ, qua ſemper cum eiſdem adeſt ſuis fidelibus, iuxta illud ipſius corporaliter mundum conſummatiue relinquentis Matth. 28. Ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi. Porro particula illa, propter nos patet ex eo, quod implicite hic ſubintelligitur id, quod alibi ſæpius in Euangelio dictum eſt, ita vt exponatur tex. Veni in mundum, ſcilicet vt ſaluem mundum Ioan. 3. vt vitam habeant, & abundantius habeant Ioan. 10. vt vocem peccatores ad pœnitentiam Luc. 5. vt quæram, & ſaluum faciam, quod perierat Luc. 19.

VLTIMÆ partis eiuſdem particulę, ſcilicet reſurrexit ad vitam glorioſam, aſcendit ad cœlos, ibi ſeſſurus ad dexteram patris, demonſtrantur ab Euangeliſta ex tex. Vado ad patrem. Nā poſt mortem ſuam Chriſtus iuit ad patrem dupliciter. Primo ſuum corpus configurando patri in immortalitate, & glorificatione iuxta illud Rom. 6. Quod autem viuit, viuit Deo, & hoc fuit, quando tertia die reſurrexit à mortuis, ſecundo eleuando illud in cœlum, vbi gloria Dei præcipue apparet, iuxta illud Matth. 6. Pater noſter qui es in cœlis, & hoc tunc verificatum eſt, quando quadrageſimo die ad cœleſtia regna ſeipſum eleuauit Actu. 1. Quod reſurgendo, iuerit ad patrem, patet ex illo Matth. 26. Illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei. Hoc ſiquidem non intelligitur de bibere in cœleſti patria, quoniam ibi vinum materiale uitis materialis (de quo tamen hic intelligitur) non inuenitur, ſed omnia huiuſmodi ſpiritualiter, ſi in ſcripturis legantur, intelligi debent. Vnde oportet, quod ille tex. illud bibam in regno patris mei, intelligatur de bibitione illa, qua poſt reſurrectionem, bibit cum diſcipulis ſuis, iuxta illud Actu. 10. Nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo, poſtquam reſurrexit à mortuis. Tunc enim illud materiale vinū bibit nouum, id eſt de illo materiali vino, bibit nouo modo, id eſt non per neceſſitatem, ſed per ſolam poteſtatem, cum diſcipulis illis. Ex eo igitur, quod tunc in reſurrectionis ſtatu bibens dicit ſe bibere in regno patris ſui, conſtat aperte, quod eius ire ad patrem eſt à mortuis reſurgere, vt exponatur tex. Vado ad patrem, id eſt à mortuis reſurgam. Quod vero aſcendendo in cœlum, iuerit ad patrem, totaliter mutans ſecundum humanitatem locum de terris ad cœlos, non eſt alicui dubium, ſed patenter apud omnes intelligitur tex. Vado ad patrem, ſcilicet aſcendē do in cęlum. [Iuuat, pro ampliori huius textus dupliciter expoſiti notitia videre ea, quæ fideliſſimus Eccleſiæ catholicæ Doctor Sanctus Thomas tradit copioſe, tum de Chriſti reſurrectione, 3. de Sal. q. 53. 54. 55. articulis multis, tum de eius aſcenſione, 3 de Sal q. 57. artic. 1. 2. 3. 4. 5.] Denique illa partis eiuſdem concluſionis particula, ſcilicet ibi ſeſſurus ad dexterā patris, probatur ab Euangeliſta ex eodē textu, inquantum implicite continet id, quod alius coeuangeliſta explicauit. Vt dicamus Vado ad patrem, ſcilicet ibi ad dexteram eius ſeſſurus. Vnde habetur expreſſe iſta hic ſubintellecta gloſſa? Ex Mar. 16. Aſſumptus eſt in cęlum, & ſedet

à dextris

Regula Euangeliſtarū vniuerſalis, & vtiliſſima.

à dextris Dei. Porro pro vniuerſali regula fuit ſæpe annotatum, quod Euangeliſtæ ſe inuicem exponunt, vtpote ſupplendo ab alio tacita, vel etiam intelligendo ab alio expreſſa. Ac ſi, ſub exemplo dicamus. Manus manum lauat.[De ſeſſione iſta Chriſti, vide 3 de Sal.q. 58. art. 1.2. 3.4.] Poſtremo omnium, ſi vis ex B. Aug. confirmationem pro multis hic & ſuperius in expoſitione textuum præmiſſis, ecce verba eius. Exijt à patre, quia de patre eſt; In mundum venit, quia mundo ſuum corpus oſtendit. Mundum reliquit, corporali diſceſſione, perrexit ad patrem, hominis aſcenſione, nec mundum deſeruit præſentiæ gubernatione. Quia ſic in mundū venit exiens à patre, vt non deſereret patrem. Hæc ille ſuper Ioan.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus poſt venturus eſt ad eleuandum bonos in vitam æternam, ab oppoſitiſque argumentādo, ad detrudendum malos in mortem æternam, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. In illo die me nō interrogabitis quicquam. Nam ex immediate præcedenti cōtex. Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis, patet, quod loquitur Dominus de vita æterna diſcipulis danda initiatiue primo, & poſtea conſummatiue, vnde ēt per conſequens patet, quod ille tex. In il. di. me non int. quic. intelligendus eſt de illa beata vita duplici modo illo, ſed principalius modo vltimo, ideſt conſummatiuo, in quo ſenſu idem textus accipitur in hac quarta parte concluſionis. Porro, ꝙ ille præcedens contextus intelligatur ad literam modis prædictis, de ſe patet, quoniam Dominus diſcipulis triſtitiam habētibus de paſſione ſuiipſius dicens, Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, promittit viſionem poſt reſurrectionem tertia die futuram, de qua viſione cordiale gaudium magnum conceperunt, iuxta illud Ioan. 20. Gauiſi ſunt diſcipuli, viſo Domino.[Hæc eſt illa vita æterna, quam nunc diximus initiatiuam:] dicens uero mox, Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis, loquitur de gaudio poſt ſucceſſuro in patria cœleſti.[Quod eſt vita illa æterna, quam nunc vocauimus conſummatiuā.] Non enim melius intelligi poteſt, quam de illo patriæ cœleſtis gaudio, quoniam tunc abſolute veriſſimum eſt, quod gaudium eorum nemo tollet ab eis; ſiue loquamur de gaudio obiectiue .i. de Chriſto, qui erat gaudij diſcipulorum cauſa, ſeu(quod idem eſt)obiectum, ſiue loquamur de gaudio formaliter, ideſt de interiori lætitia, quādoquidem nec Chriſtus tolletur nunquam à beatis comprehenſoribus, nec ipſorum interior lętitia aut p peccatum aut per aliquam aliam aduerſitatem minuetur, iuxta illud Iſai.35. Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. At contra de diſcipulis iſtis etiam poſt Domini reſurrectionem factum fuiſſe legimus. Nā & eorum gaudium obiectiue ablatum fuit ab eis, quando Chriſtus ipſis videntibus eſt eleuatus in cęlum Actu.1. & eorum gaudium formaliter eſt vel per peccatum veniale (iuxta id cum alijs ſimilibus Galat. 2. Reprehenſibilis erat,)vel per varias tribulationes (vt patet paſſim tum in lib. Actuum, tum in epiſtolis Apoſtolorum)aliquo modo interruptum ac diminutum. Propterea conformiter ad illum præcedentem contextum intelligendus eſſe videtur cōſequens hic tex. Illo die, me non interrogabitis quicquam, vt videlicet dicamus ſententiam hanc de ſtatu in patria cęleſti eſſe à Chriſto prolatam. Id quod & Beatus Auguſtinus ſibi rationabiliter placere dixit in hæc verba Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, poſteaquam reſurrexit & interrogatum legimus, & rogatum. Nā interrogatus eſt à diſcipulis aſcēſurus in cęlum, quando reſtitueret regnum Iſrael. Rogatus eſt à Stephano, cum eſset in cęlo, vt ſpiritum eius ſuſciperet. Et quis audeat dicere, rogandum non eſse immortalem: rogari debuiſse mortalem? Puta ergo, quod dicit, In illa die me non interrogabitis quicquam non ad illud tempus referendum eſse, quo reſurrexit, ſed ad illud, quando videbimus eum, ſicuti eſt. Quæ viſio non temporalis vitæ eſt, ſed ęternę. Vbi iam nihil rogemus, nihil interrogemus, quia nihil deſiderandum remanebit, nihil quęrendum latebit. Hæc ille, ſuper

Cōtra Vigilantiū, viuos tam rogātes dicētē nota illud Quis audeat &c.

Digitized by Google

ſuper Ioan. Pro quorum vltimis nota, quod tunc pleniſſime verificabitur illud, quod & ideo expoſitionis præſentis textus huius Euangelici eſt confirmatiuum Hier. 31. Non docebit vltra vir proximum ſuũ & vir fratrem ſuum, dicens, cognoſce Dominum, omnes enim cognoſcent me à minimo eorum vſque ad maximum, ait Dominus.

CVM igitur pateat, illum textum intelligi debere de ſtatu Sanctorum in vita æterna, & talis ſtatus collatio ſecũ portet iudicium vniuerſale, ad quod tenendum venturus eſt Chriſtus realiter à ſede patris deſcendens ſecundum formam hominis Matth. 25. & 3. de Sacram. Addition. q. 90. art. 1. 2. ideo iure dictũ fuit in principio, quod per illum textum Illo die me non interrogabitis quicquam probabatur illa pars quarta, ſcilicet Chriſtus poſt venturus eſt ad eleuandum bonos in vitam æternam. Non enim eleuabit, niſi dignos eleuari, & hoc, ſcilicet an ſint digni, cognoſcetur per diſcuſſionem meritorum, niſi alias eorum dignitas nota fuerit, 3. de Sacram. Addition. q. 89. art. &c. id quod teſtũ importat iudicium vniuerſale. Dicamus igitur conformando verba concluſionis ad verba textus, Ad eleuandum bonos in vitam æternam, id eſt in illum æternitatis tam clariſſimum diem, vt non ſit opus interrogare quicquam de cognoſcendis in diuina eſſentia. Quid autẽ eſt hæc tam clariſſima dies, niſi diuina eſſentia clare, & immediate, ab omnibus, & ſingulis, comprehenſoribus viſa, ſecundum illud 1. Cor. 13. Videbimus tunc facie ad faciem? & quid eſt hoc, niſi (vt verbis concluſio explicauit) æterna vita, ſecundum illud Ioan. 17. Hęc eſt autem vita ęterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum? Hic ergo tex. Illo die me non interrogabitis quicquam ipſum recte penetrantibus oſtendit, quod homines poſſunt videre diuinam eſſentiam, & quod beati vident eam non per ſimilitudinem, ſed immediate, & clare. Ex textu igitur illo confirmatam habes doctrinam B. Thom. ę, 1. queſt. 12. art. 1. 2. 3. 5. 8. Vltima vero eiuſdem partis quartæ particula, ſcilicet ab oppoſitis arguendo, ad detrudendũ malos in mortem æternam, patet cum ſui ſubintellecta probatione ex terminis per contrarium ſenſum recte argumentando applicatis.

Eſſentiam diuinã & clare, & immediate, videri ab oibus beatis docet Euangelium.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD nec fidem, nec charitatem, in Deum poſſumus habere, niſi Deus ea nobis donauerit, id quod eſt cõtra hæreſim Pelagianorũ, qui abſq; auxilio gratię Dei volebant nos poſſe ſaluari, nos poſſe præparari ad gratiam, immo etiam habere fidem charitatem, & cętera ad ſalutem neceſſaria, & tandem vitam æternam, & conſequenter, quod ea ſunt precioſa, maximaque dona Dei, vide ex ſacroſanctis ſcripturis, cõcilijs &c. determinatum in Elucid. pri. par. articulorum numero 58. 139. 410. 499. 312. & 1. 2. articulorum numero 27. 580. 581. 582. & 584. 612. & 2. 2 articulorum numero 670. 674. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem Leuitic. 18. conclu. 1. & Numer. 34. concl. 2. & Deuter. 6. & concluſion. 4. Quod Chriſtus, vt Deus, eſt cõſubſtantialis patri [contra hęreſim Arrianorum, qui ipſum patre minorem dicebant;] vide ex ſacroſanctis, &c. determinatum eſſe in Elucid. pri. par. articulorũ numero 220. 216. 201. 202. Quod eſt diſtinctus perſonaliter à patre [contra hæreſim Sabellianorum:] vide ex Sacramẽtis &c in Elucid. pri. par. articulorum numero 176. 173. 167. 174. Quod Chriſtus propter hominem liberandum eſt incarnatus, vide &c. in Elucid. 3. de Sal. articulorum, num. 2. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 332. Quod fuit verus homo. i. quod aſſumpſit in perſona ſua æterna corpus paſſibile, & animam rationalẽ ipſum corpus vere, & per ſe, & eſſentialiter, informantem, ideoque eiuſdem naturæ nobiſcum, vide ex &c. in Elucid. 3. de Sal. articulorũ nu. 7. 33. 36. 86. 1. 94. 95. 96. 35. Item in Veritatibus aureis & cæt. Deuteronom. 9. conc. 7. Quod vere paſſus crucifixus, mortuus, vide ex &c. in Elucidario 3. de Sal. articulorum num. 33. 25 1. 193. 94. 95. 96. 246. Item in Veritatib. aureis

reis &c. Leuit. 4. concluſ. 6. & cap. 16. concl. 8. & Numer. 17. concl. 1. & Deut. 9. cõcluſ. 7. Quod ad vitam glorioſam reſurrexit, in cœlum aſcendit, ſedens ibi ad dexteram patris, vide ex &c. in Elucid. 3. de Sal. articulorum numero 294. 295. 297. 310. 312. 314. Item ibidem 298. 301. 311. Item 3. de Sacram. Addition. articulorũ num. 388. Quod iudicaturus eſt viuos & mortuos bonis vitam ęternam in pręmiũ dando malis autem mortem æternam in ſupplicium, vide ex &c. in Elucidat. 3. de Sacram Additio. articulorum num. 384. 385. 296. 440. 443. 61. 441. Item in Veritatibus aureis &cæt. Geneſ. 3. concluſ. 16. & cap. 17. concl. 1. & Deuter. 8. concluſ. 5. & cap. 15. concl. 4.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. XVI.

QVÆ in toto Euangelio locutus eſt Chriſtus, ad vnum hunc finem ordinantur omnia, ſecundum tamen magis, & minus, vt pacem Deo ipſi per veram viuamque fidem, quæ per charitatem operatur, coniungamur, coniunctique eidem maneamus ſemper, non obſtantibus quibuſcunque aduerſitatibus ab inimicis ſpiritualibus contra nos ſuſcitatis, & ſuſcitãdis, ſpem ſemper firmiſſimam de obtinenda in omnibus victoria collocantes & reponentes in ipſo omnipotente principe noſtro, qui eſt inuictiſſimus, immo & victorioſiſſimus, dux belli, ideſt in Chriſto.

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM hanc, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis, & tex. In mundo pręſſurã habebitis; ſed confidite; Ego vici mundum. Pars itaque prima. ſ. quæ in toto Euangelio locutus eſt Chriſtus &cę. vſque ad maneamus ſemper, patet ex eo, quod Dominus ipſe hoc fatetur. Quid eſt enim dicere in tex. Hęc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis, niſi dicere, omnia dicta mea, & præcipue in ſermone illo à cœna facto tendunt ad hoc vnũ ſcilicet vt mihi firmiter, & immobiliter adhæreatis? Hoc etenim. ſ. adhærere Chriſto firmiter, & immobiliter, eſt habere pacem in illo, id quod per veram viuamque fidem, quę videlicet per charitatem operatur Galat. 5. fit. Nam fides tali charitate aſſociata radices immobiles figit in Chriſtum, vtpote ipſum ſolum reſpiciẽs, ita quod nihil aliud, niſi propter ipſum, & ſic (vt patet ex terminis) in illo pacem habet quicunque fidelis tali charitate veſtitus eſt. Charitas enim, de ſui natura, nunquam excidit 1. Cor. 13. ipſique attribuitur quædam fundatiſſima (vt ita dicã) radicatio, ſecũdum illud Epheſ. 3. In charitate radicati, & fundati. Hinc Apoſtolus quaſi declarare volens, quid ſit, pacẽ in Chriſto habere, vnde & expoſitio prædicta confirmatur, dixit ad quoſdam, quibus talem pacem deſiderabat 1. Cor. 15. Stabiles, eſtote & immobiles, abũdantes in omni opere Domini ſemper. Item Coloſſ. 1. In fide fundati, ſtabiles, & immobiles à ſpe Euangelij. Habere ergo pacem in Chriſto, includit ſecundum Apoſtolũ, fidem, ſpem, charitatem opera Domini facientem, & in his omnibus ſtabilitatem fundatam, radicatamque immobilitatẽ. Itaque ex ipſo Apoſtolo exponamus ſic tex. Vt in me pacem habeatis, ideſt vt in me fidem, ſpem, charitatemque operantem, ſtabiles, radicati, fundati, & immobiles, in his exiſtentes, habeatis.

Quot, quãta, & qualiter, contineat, habere pacẽ ĩ Christo.

EX præmiſſa Apoſtoli expoſitione, conſtare faciliter conſideranti poteſt, quod pax (vt dicit Sanctus Thomas ſuper Ioa. 14.) nihil aliud eſt, quam tranquillitas ordinis. Tunc enim, inquit, dicuntur aliqua pacem habere, quando eorum ordo imperturbatus manet. In nobis autem ordinari debent tria. ſ. intellectus, voluntas, & appetitus ſenſitiuus, vt, videlicet intellectus dirigatur ſecundum Deum, & voluntas ſecundum intellectum appetitus vero ſenſitiuus ſecundum intellectum ipſum & voluntatem, ne. ſ. intellectus errore aliquo obſcuretur, & voluntas à tendẽdo libere in Deum retardetur, & appetitus ſenſitiuus inordinatis paſſionibus moueatur. Porro tria hæc bene ordinantur per fidem, ſpem, & charitatem operantẽ, ideoque in tribus his virtutibus conſiſtere illam pacem merito dictum eſt. Fides

enim,

enim, cum ſit in intellectu, ipſum ab omni errore liberat. 2. 2. quæſt. 4. art. 2. & q. 7. art. 2. ſpes autem, & charitas, cum ſint in voluntate, ipſam ad tendendum libere in Deum adiuuant, 2. 2. quæſt. 18. art. 1. & quæſt. 24. artic. 1. item quæſt. 17. art. 2. & q. 27. art. 3. cum quæſt. 44. art. 4. 5. operatio vero bona tenet appetitum ſenſitiuum, qui ad operandum concurrit, 1. quæſt. 80. art. 1. 2. cum quæſt 81. art. 1. 2. ne paſſionibus inordinatis commoueatur, imo etiã fides ſpes, & charitas idipſum faciunt circa appetitum ſenſitiuum, cum talis appetitus obediat rationi, 1. q. 81. art 3. Quia vero ad habere pacem cum Chriſto, ſequitur, tanquam effectus ad cauſam habere pacẽ cum ſemetipſo, & cum proximo (nam homo & ſemetipſum, & proximũ, diligit propter Deum 2. 2. q. 44. art. 2. 7.) ideo in tex. Vt in me pacem habeatis, continentur implicite alia duo, vt exponatur ſic, Pacem habeatis in me. ſ. & in pertinẽtibus ad me, hoc eſt, in ſingulis veſtrum & quo ad ſemetipſum, & quo ad proximum. Duo enim hęc ſpecialiter pertinẽt ad Chriſtum iuxta illud 1. Ioan. 4. Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum diligat & fratrem ſuum. Vt ergo tota expoſitio illius textus explicite aperiatur, dicamus ex B. Auguſt. quid ſit vera pax, quę hic intenditur, diffiniente in lib. de verbis Domini. Pax eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis amoris vinculum; Conſortium charitatis. Hæc ibid. In quibus explicatur pax illa triplex. ſ. ad ſeipſum, ad proximum, ad Deum. Nam primis tribus ſententijs deſcribit pacem hominis in ſeipſo, quarta autem pacem cum proximo, quinta vero pacem cum Deo. Nam ſerenitas mentis, ad intellectum, qui nullo erroris nubilo debet offuſcari, refertur, tranquillitas autem animi ad partem ſenſitiuam, quæ à moleſtatione ſenſualium paſſionum quieſcere debet, ſimplicitas vero cordis ad voluntatem, quæ debet in Deum obiectum ſuum totaliter ferri, (nam, quia ſicut cor mouet alia corporis membra, ita voluntas mouet alias animæ potentias, 1. 2. q. 9. art. 1. & 1. q. 82. art. 4. ideo nomine cordis voluntas intelligitur:) item, amoris vinculum refertur ad proximum, cui per affectum debemus colligari, iuxta illud

Diffinitio vera pacis & triplex eſt, declaratur.

Rom. 12. cum omnibus hominibus pacẽ habentes, conſortium denique charitatis, refertur ad Deum, qui & eſſentialiter charitas eſt 1. Ioan. 4. & actor communicationis, ſuper quam amicitia anthonomatice .i. charitas fundatur, 2. 2. q. 23. art. 1. & primum propriumque charitatis obiectum, 2. 2. q. 25. artic. 1. & q. 26. art. 2. & quæſt. 27. artic. 3.

LICET dicatur in tex. Hæc, quaſi deſignando illa tantum particularia verba, quę tunc dicebantur, tamen huic non difformis, immo conformis, eſt concluſio capituli dicens, omnia. Primo quia hoc habetur a B. Aug. ſub diſtinctione dicente. Hęc locut. ſu. vob. Non recentiora paulo ante ab eo dicta, ſed omnia, debemus accipere, ſiue quæcunque illis locutus eſt ex quo eos cœpit habere diſcipulos, ſiue ex quo poſt cœnam exorſus eſt hunc mirabilem, prolixumque ſermonem. Hæc ille ſuper Ioan. Cui concordat S. Thomas ſuper eodem textu dicens. Hæc. ſ. omnia, quæ dixi vobis in ſermone, vel omnia, quæ in toto Euãgelio locutus ſum uobis. Hęc ille. Secundo quia dato, quod per illud verbum. Hæc intelligeret ſolum directe de dictis in illo ſermone, ſtat bene cũ hoc, quod ex obliquo. i. a ſimili, cointelligat etiam de omnibus abſolute aliàs dictis. Nam ſibijpſi ſemper ſimilis, & nunquam diſſimilis, fuit Chriſtus in loquendo, de quo & ideo legimus Iſai. 48. Ego Dominus docens te vtilia. Et quid magis eſt nobis vtile, quam in ipſo habere pacem, nunc (vt textus intendit) imperfecte habitam & poſt in patria cœlorum perfecte habendam? Imperfecte, inquam, quia in præſenti ſeculo nec ad nos, nec ad proximum, nec ad Deum, poſſumus abſque vlla perturbatione habere pacẽ. Perfecte, inquam, quia in cœlis, cum ſine vllo hoſte regnent ſancti, nec à ſeipſis, nec à proximo, nec à Deo, poſſunt unquam diſſentire, ſed de illis plene verificabitur illud Iſai. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in requie opulenta, & illud Iſai. 66. Ecce ego declinabo ſuper eam (.i. Hieruſalem cœleſtem,) quaſi fluuium pacis. Cæterum ad ſaluandam, pro tua omnium verborum Chriſti portione, differentiam, quibus vbique loquẽs ſemper tendit ad hoc vnũ,

De imperfecta, & perfecta, pace exponendus eſt textus.

vt

Digitized by Google

vt ſcilicet habeamus pacem in ipſo, ſignanter cõcluſionis illius pars prima addidit, ſecundum tamen magis, & minus. Nam verba Chriſti quędam propius, quędam non ſic prope, omnia tamen ſingulaque, tendunt ad hunc finem, ſcilicet vt pacem in ipſo habeamus.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Non obſtantibus quibuſcunque aduerſitatibus ab inimicis ſpiritualibus contra nos ſuſcitatis, & ſuſcitandis [vt ſcilicet maneamus ſemper in Chriſto:] demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. In mũdo preſſuram habebitis, ſed confidite. Quid enim ſignificat ad literã, quod præmiſſo tex. In me pacem habeatis, mox ſubiungitur tex. In mundo præſſuram habebitis, ſed confidite. ſ. in me: niſi, In me pacem habeatis, etiam quod à mundo præſſuram habituri ſitis. i. confidenter, etiam inter in mundo habendas præſſuras poſiti, perſeueretis in habendo pacem in me? Connexio enim duarum illarum ſententiarum immediata inſinuat bene texturam ipſam perſpicientibus illud, quod dictum eſt. Audiſti aliquando Chriſtum de quibuſdam dicentem Luc. 8. Hi radices non habent, quia ad tẽpus credunt, & in tempore tentationis recedunt? Talibus ſibijpſi non placitis voluit hic diſſimiles facere Dominus diſcipulos ſuos; vt in eis ſibi complaceret. Ac ſi eiſdem dixiſſet nunc apertius. In me pacem habeatis firmiter in ea radicati, ne ſitis de illis, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Tunc vero taliter eritis radicati, ſi non obſtante multiplici præſſura à mundo contra vos ſuſcitanda, nequaquam à mea pace diſceſſeritis, ſed fortiter in me confidentes vſq; ad finem in ipſa perſiſteritis.

Pacē mundi ſimul ſtare cum pace Chriſti impoſſibile eſt.

Ex ordine iſtorum textuum, quo ſcilicet ad habere pacem in me, ſequitur habere preſſuram in mundo, manifeſtat Chriſtus, quod pax ſua eſt diuerſa à pace mundi, & hoc in tantum, vt habentes pacem ſecum, non ſolum non habeant pacem cum mundo, ſed è contrario præſſuram, id eſt impugnationem, habeat ab illo. Vnde hinc edoctus Apoſtolus, quaſi exponendo ſenſum ordinis horum textuum, dicebat 2. Tim. 3. Omnes, qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur. Maxime autem & ſpeciatim de his diſcipulis verificandum erat hoc. In mũdo preſſuram habebitis, quoniam veritatem, quæ odium parit, dicturi erant mundo, iuncta redargutione de peccato, de iuſtitia, & de iudicio, ſicut dominus ſupra de ipſis, poſt aduentum Spiritusſancti, præmiſerat. Nomine igitur preſſuræ in textu dictæ comprehendere vult Dominus omnes afflictiones, perturbationes, oppreſſiones perſecutiones, & (vt ſemel dicam) omnia aduerſa. Nec dicit textus, à mundo, ſed dicit, In mundo: ne crederes, quod ſolum mundus contra habentes pacem in Chriſto preſſuram ſuſcitabit, & vt crederes, quod ipſi ſolum in mundo exiſtentes patientur illam preſſuram. Ac ſi inferendum nobis relinquatur ex textu. Vis non habere preſſuram? Exi de mundo, Quoaduſque enim fueris in mundo, preſſuram habebis. Id quod & B. Chryſoſtomus annotauit dicens. Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis. i. vt non abijciatis me à mente veſtra. Non enim nunc ſolum, quando comprehendar, fient vobis aduerſa, ſed donec eritis in mundo preſſuram habebitis. i. tribulationem. Et hoc eſt, quod ſubdit, In mũdo preſſuram habebitis. Hæc ille ſuper Ioan. Sicut autem ſecundum textum habentes in Chriſto pacem non habebunt preſſuram in mundo poſtquam per mortem corporis exierint de mundo: ita, ſecũdum intimiorem ſenſum eiuſdem textus, ipſi adhuc in corpore viuentes non ſentient preſſuram (licet eam exterius habeant) poſtquam per quandam mortificationem ſenſitiuæ partis, & altam ex vera humilitate eleuationem mentis, exierint de mundo. Non ſentient, inquam, preſſuram inquantum à preſſura, ſecundum nomen eius, non deprimẽtur, ſed potius ipſi depriment preſſuram, pro nihilo. ſ. ipſam æſtimando minime timentes, immo in illa pro meritorum occaſione gloriantes Rom. 5 & 2. Cor. 11. 12. & c. vtpote in hac peregrinatione ſolo corpore conſtituti, cogitatione autem, & auiditate, in cęleſti patria conuerſantes. Cæterum, quia textus non dicens, à mundo voluit, nos

non

Digitized by Google

non credere (vt dicebatur,) quod ſolum mundus pacificos in Chriſto perſequatur, qui ſunt alij præter mundum, qui talibus in mundo preſſuram ſuſcitant? Caro & diabolus: iuxta illud Eccleſiæ (in ſequentia omnium ſanctorum) Mundus, caro, dæmonia, diuerſa mouent prælia. Ideo iſta ſecunda pars concluſionis tria hæc comprehendere uolens dixit: Inimicis ſpiritualibus. [De tentatione ſeu impugnatione, quę eſt preſſura illa, diaboli, mundi, & carnis, vide prima quęſt. 114 articulo primo, ſecundo, tertio, quarto, quinto, & prima, ſecundæ, quæſtione octuageſima, articulo primo, ſecundo, tertio, quarto.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET ſerui Dei Preſſuram in mundo habentes, firmiſſimam ſpem de obtinenda in omnibus victoria collocare ſemper, & reponere debent in principe noſtro omnipotente, qui & inuictiſſimus, & victorioſiſſimus eſt dux belli idest in Chriſto, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex ſed Confidite, Ego vici mundum. Quid enim ibi dum ſermo fit ad mundi, preſſuram habituros, ſibi vult illa coniunctio aduerſatiua Sed? Ne, in preſſura poſiti, deſperetis. Quin potius confidite, inquit, ideſt ultra non deſperationem, addatis ſpem. In quo? In me: qui uici mundum. Ergo ſpes, quam addetis, ſit ſpes de uictoria in omnibus preſſuris habenda, non quidem uiribus ueſtris, ſed adiutorio meo. Alioquin ſi diſcipuli illi uictoriam eſſent proprijs uiribus, ut ſuis, habituri, dixiſſet Dominus: Confidite, quia vincetis mundum. Verum ut & veritas ſeruaretur, & hæreſis Pelagij pręuiſa condemnaretur, dicere voluit: Confidite, quia ego vici mundum. Sed quare non dicit (quod uidebatur magis accommodari ad propoſitum:) Ego uincam in uobis mundum? Primo, quia futura in ſeipſis, iam ſunt præterita apud Deum: iuxta illud Pſal. 89. Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præterijt. Vnde licet

Pelagius cōfidebat in ſeipſo, vt alter phariſæ. Luc. 18.

diſcipuli eſſent in futurum contra preſſuras mundanas à Chriſto uſque ad victorias incluſiue iuuandi: tamen hoc adiutorium apud eius æternos oculos erat iam factum. Itaque ratione hac attenta, non erat Chriſtus mundum in diſcipulis uicturus, quaſi in eis eum iam non uiciſſet: quapropter & merito nunc ad eos, in quibus erat ſecundum tempus noſtrum victurus mundum, dicebat; Ego uici ſcilicet in uobis. Secundò, quia futura, ut ſic, habere apud nos videntur quandam indeterminatam pendentiam ideſt non eſſe totaliter certa: cuius oppoſitum manifeſte dicunt prę̨terita, ut ſic, ideſt ut præterita. Ideo ratione manifeſtationis apud homines certitudinis promiſſę diſcipulis uictorię contra mundum, Dominus loqui in prę̨terito de re futura prę̨elegit dicens; Ego uici: quamuis etiam certitudinis inuiolabilis ſecundum ſe fuiſſet illa promiſſio de re futura, ſi in modo temporis futuri fieret dicendo; Ego uincam: & hoc, quia ille, qui ipſam rem futuram promittebat, eſt ueritas, Ioan. 14. [His porrò duabus præmiſſis rationibus per prophetas &c. Deus in ueteri teſtamento de rebus etiam poſt longiſſimum quandoque tempus futuris, loquitur frequenter in modo temporis prę̨teriti.] Tertio, quia Chriſtus, ut caput omnium fidelium tertio de Sal. quęſt. octaua, art. 1. loquitur hic: & in capite non ſolum omnes ſenſus actualiter, ſed etiam omnia membra uirtualiter continentur. Quando igitur ille, ut caput, uicit mundum, tunc ipſe idem pro omnibus, & in omnibus membris ſuis myſticis uſque ad conſummationem ſeculi futuris uicit mundum. Et hoc eſt quod ſubtiliter, breui erque docuit Beatus Auguſtinus dicens: Non uiciſset ille mundum, ſi membra eius vinceret mundus. Hæc ipſe ſuper Ioan. Cum ergo dicit Confidite, Ego vici mũdum, idem eſt, ac ſi ad certam ſpem eleuando diſcipulos, diceret: Confidite, quia mundus, quantamcunque preſſurã uobis intulerit, non uincet uos. Vnde & B. Chryſoſtomus ait: Confidite. i. reſurgite mente Magiſtro. n. ſuperante inimicos, non oportet diſcipulos anxiari. Hęc ille ſuper Ioan.

Ratione et cognitionis diuinæ & certitudinis humanæ futura ſignificatur in præterito.

TETIGIT ergo Dominus cauſam

Digitized by Google

principalem uictoriæ diſcipulorum cum
dixit. Ego uici mundũ, ac ſi oſtendiſſet,
ꝙ uictoria ſua eſt uictoria illorum,& ui-
ctoria illorum eſt uictoria ſuijpſius. Por-
ro hoc eſſe de intentione huius tex. Ego
uici mundum,cognoſcetur manifeſtius,ſi
reminiſcamur dictorũ Iudith.13. & Deu
ter.2.3. Illa.n. ibi dicit: Reuocauit me Do
minus nobis gaudentem in uictoria ſua.
Moyſes uero ibi ait: Tradidit regem Seon
nobis Dominus Deus noſter, item,tradi-
dit Dñs in manibus noſtris etiam Og re-
gem. Multoties quoque alibi in ſcripturis
bonæ actiones hoĩum Deo, tanquã actio
nes eius aſcribuntur, ut Dñs pugnauit cõ
tra &c. Dominus uicit in tali prælio &c.
& tamẽ Ioſue,Gedeon,Dauid &c.mani-
bus proprijs pugnarunt, atque uicerunt.
(Vide 1.q.105.art.5.) Ecce,ꝙ Iudith ex-
preſſiſſime,& aliæ ſcripturæ in ſenſu uir-
tualiter dicunt,ꝙ uictoria à nobis habita
eſt uictoria Dei. Gaudentem,inquit,in ui
ctoria ſua. Certe Iudith amputauerat ca-
put Holofernis, & propter hoc uictoria,
hęc poterat dici uictoria ipſius Iudith.
Quare ergo non ipſi, ſed Deo aſcribitur
ab eadem dicente. In uictoria ſua? Quia
principali agẽti, ſi propijſſime loquamur
debent attribui actiones magis,quam in-
ſtrumento, quamuis actiue ad actionẽ il-
lam ſecũdario concurrenti (ut homo;) ma
xime ſi fiat locutio de principali agente,
qui eſt Deus. Ratio eſt, quia licet per libe
rum ſuum arbitrium homo tunc acti-
ue concurrat,tamen talis concurſus eſt ei
à Deo,ex dono .ſ. Dei efficaciter mouẽtis
hominẽ ad ſic aſſentiendum,& concurrẽ

Quare actiones hominum bonæ attribuantur magis proprie Deo, quam hominibus.

dum, id quod nõ poſſunt facere alij prin
cipales agentes reſpectu ſecundariorum
uolũtariorum (non.n. Rex agit intus hoc
ipſum in libero arbitrio ſui miniſtri ali-
quid ſibi commiſſum uoluntarie exequẽ-
tis.) Tota igitur actio hominis inſtrumen
taliter agentis merito attribuẽda eſt Deo
agenti,quamuis non totaliter,quaſi uide-
licet homo non concurrat libere,& acti-
ue ad operationem illam. Nam ſicut litte
ra à Socrate per manum ſuam ſcripta at-
tribuitur uerius Socrati, quam inſtrumen
to illi .ſ. manui (ut patet ex cõi loquela.
Solemus.n.dicere,tãquam quoddam ma-
gis proprium enunciando. Socrates litte-
ras has ſcripſit,) ita bonę hominum actio
nes Deo uerius magiſque proprie, quã ho
minibus, qui eius in illis agendis inſtru-
menta ſunt, attribuuntur. Agit ſiquidem
per homines hos uel illos Deus opera bo
na, tanquam per inſtrumenta ſua, perin-
de ac Socrates per manum ſuam ſcribit,
Cum ergo per Iudith, ueluti ſuum inſtru
mentum Deus uicerit Holofernem decol
lando ipſum, merito ipſa Iudith, tãquam
uerius magiſque proprie loquens, dicit in
illo cap 13. Dñs interfecit in manu mea
hoſtem populi ſui. Ipſe caput omnium in
credulorum incidit in hac nocte in manu
mea. Gaudentem in uictoria ſua. Itẽ uni-
uerſi ibid. Dñs per te ad nihilum redegit
inimicos noſtros. Et c.16. Dñs omnipotẽs
nocuit eum, & tradidit eum in manu fœ
minæ,& confudit eum. Sic igitur, quãuis
(ut dicit B. Aug. ſup Ioã.) diſcipuli Chri-
ſti uicerint mundum, nõ niſi in Chriſto,
tñ de tali uictoria magis proprie loquit̃
Chriſtus dicens, Ego uici .ſ. per uos,& in
uobis, mundum, utens præterito pro futu
ro propter rationes ſupradictas. Sed &
magis ꝓpria magiſq; ueridica locutione
dixerat ſupra, eod. Ille arguet mundũ de
peccato &c. Ille me clarificabit, quamuis
diſcipuli illi, ut ſecundarij ſub illo agẽtes
hæc oĩa uoluntarie,& re ipſa fecerint,ſed
minus proprie, minuſque uere. Cæterum
aduertas,ꝙ ſemper de bonis tm̃ actioni-
bus ſupra factus eſt talis ſermo, qm̃ de ma-
lis uelle intelligere præmiſſa .ſ. qđ Deus
ſit agens, etſi non principalis operum ma-
lorum blaſphemia ſumma eſt. Contra
quam iuſtiſſime inſurgens Concilium
Triden. ſeſſ.6. Cano 6. dicit. Si quis dixe-
rit, mala opera ita ut bona Deum opera-
ri, non permiſſiue ſolum, ſed etiam pro-
prie, & per ſe (adeo ut ſit proprium eius
opus non minus proditio Iudæ, quam uo
catio Pauli,) anathema ſit. Hæc ibi. Rur-
ſum. Contra eandem hæreſim blaſphe-
miæ ſummæ plenam uide Elucidationes
pri. par. articulorum numero 123. 259.
515. & prima ſecundæ articulorum nu-
mero 428. & 3. de Sacramen. Addition.
articulorum numero 198. Item Veritates
aureas ſuper totam legem ueterem Ge-
neſ.3. concluſ. 6. & Exod. 6. concluſ.3.
per totum.

CON-

CONFIDITE, EGO VICI Mundum.

EXPONITVR breuiter ſic tex. confidite,ego vici mundum.i.confidite non in vobis,ſed in me. Quod.n.exponi debeat,confidite in me,patet ex literæ plano ſenſu. Quod vero exponendus ſit,Confidite nõ in vobis, conſtat ex eiuſdem literæ ſenſu implicito. Subintelligitur etenim(ut ratio recta dictat)in illo nomine,In me,illud omne,quod contraponitur confidentiæ in Chriſto,ſeu quod aliqualiter impedit eam, & hoc, procul dubio eſt, Confidere in vobis. Hanc namq; veritatem omnes ſcripturæ tum veteris, tum noui teſtamenti docent. Et quoniam hoc nimis longum eſſet per omnes ſcripturas oſtendere, ſufficiat nunc ex paucis, vnde ſtudioſo lectori via ad alia per ſe inueniẽda aperiatur,idipſum indicare. Propter quid Phariſæus,de quo Luc.18.condemnatur? Quia in ſeipſo, confidebat (ut præmittitur ibidem.) Vnde ab oppoſitis, Publicanus iuſtificatur: quia nõ in ſeipſo confidebat(ut patet ex tunſione pectoris, & non eleuatione oculorum, præ uerecundia, ad cœlum, & ſuo ſtare à longe:) ſed in Deo (ut patet ex oratione.Deus propitius &cæ.) Ecce, quod confidentia ſui fuit contraria bonæ confidentiæ in Deo: ſicut è diuerſo diffidentia ſui, fuit prœmia confidentię in illo. Item Prouerb. duodecimo. Qui confidit in cogitationibus ſuis, impie agit. Impietatem autem contraponi Deo, & conſequenter confidentiæ in ipſo, manifeſtum eſt: unde & idem patet eſſe dicendum de confidentia in ſe, uel (quod pro eodem ibi ſumitur) in cogitationibus ſuis. Item Prouerb. 28. Qui confidit in corde ſuo ſtultus eſt. Stultitia uero, cum dicat immerſionem ſenſus in terrenis,ſecunda,ſecundæ quæſt.46.art.2.eſt peccatum, & per conſequens opponitur confidentiæ in Deo: immo, quæ ex luxuria naſcitur, ſtultitia continet odium Dei, & deſperationem futuri ſeculi, utpote, faſtidiens Deum, & dona eius,ſecunda, ſecundæ, quæſt. 46. art. 3. Item Hieremi. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine, & benedictus uir, qui confidit in Domino. Ecce contrapoſitio ad inuicem manifeſta ad literam. Nonne qui confidit in ſeipſo,confidit in homine? Vtique. Nam & ipſe eſt homo. Immo & magis ſibi nociuus,quam alij homines (ut patet ex B.Chryſoſtomo dicente: Nemo læditur,niſi à ſemetipſo:) unde ſequitur clare concludendum, quod maledictus magis eſt homo ex hoc, ꝙ confidit in ſeipſo, q̃ ex hoc,quod confidit in homine alio. Itẽ Prouerb.3.Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. Vide ex ordine iſtarum duarum ſententiarum,ꝙ ideo prohibemur inniti prudentię noſtræ,quia hoc.ſ.inniti ſic.i confidere i ſemetipſo, impedit quaſi deſtruere uolens,illud primum.ſ. habere fiduciã in Dño ex toto corde noſtro.i. confidere totaliter in Deo. Ratio denique fundamẽtalis horum.ſ. ꝙ confidentiæ iſtæ duæ ſe inuicem oppugnent,ſeu(quod in idem redit)ſibi inuicem cõtraponantur,eſt, quia confidentia hominis in ſeipſo naſcitur ex ſuperbia utpote ex eo, ꝙ homo innititur prudentiæ ſuæ, & eſt ſapiens apud ſemet ipſum,contra monitum Prouerb.3. ideoque ſuperbiam continet,ſolumq; ſuperborum eſt confidere in ſemetipſis. Superbis aũt Deus reſiſtit Iacob. 4. Nec unq̃ ſuperbi placuerunt ei Iudith.9. Confidentia autem in Deo quæ ſecum trahit diffidentiam in ſeipſo [vnde & quanto perſectior fuerit hæc ſancta confidentia,tanto maiorem generabit, fortiuſque trahet ſecum illam bonam diffidentiam] naſcitur ex humilitatis virtute: cum ſit ei propriũ ſe totam ſubijcere Deo.i. facere, ꝙ homo ſe totum,ſibi ipſi diffiſus,ſubijciat Deo,in ipſo tantum confiſus 2.2.q.161.art.2.

Prius eſt homini,cõfidere in ſeipſo,q̃ in h.le. autor & quare.

PORRO qualis debeat eſſe bona hæc diffidentia, ſanctaque confidẽtia,docet B.Vincentius ordinis Prædicatorum, in ſuo utiliſſimo tractatu uitæ ſpiritualis, dicens c.15 Oportet,ꝙ diffidas de teipſo totaliter,& de oĩbus bonis tuis,& de tota uita tua: Et conuertas te totũ, & reclines, ſuper brachia Ieſu Xpi crucifixi paupertimi,& improperati,& (ſm mũdũ improperantẽ) uiliſſimi, deſpecti,& mortui pp te. Vſquequo tu ſis mortuus in oĩbus ſentimentis tuis humanis, & Ieſus Xps crucifixus uiuat in corde tuo,& in aĩa tua,& totus transformatus, & transfiguratus cordialiter ſit in te. Vt nunq̃ uideas, nec ſentias,

Diffidentia, & confidentia, optima.

tias,

Digitized by Google

tias; nec audias, niſi ipſum ſolū ſtantē in cruce propter te mortuum, & ſuſpenſum, (ad exemplum B virginis Mariæ.) mortuus mundo, & viuens in fide, & ꝙ in illa fide viuat tota anima tua, vſque &c. Hæc ibi. In quibus vult nos perſeuerare uſque in finem. Ex præmiſſis ergo abunde patet ꝙ exponendus eſt (ut in principio diceba tur) ſic ille tex. Confidite; Ego vici mundum. i. confidite in me, non in uobis.

NOTISSIMVM per totum Euangelium nobis eſt, & tunc per omnem experientiam uitæ Chriſti diſcipulis erat, hoc. ſ. ꝙ ipſe uicit mundum, & ideo nec verbulum quidem ad huius rei, ꝙ uidelicet uiciſſet mundum, declarationē attulit Chriſtus, ſed hoc, tanꝗ primum ueritatis apertiſſimę & principium (de qua re habes quoq; pro exemplo Philoſophum in libris ſuis) relinquit eis, nobiſque conſequenter, firmiſſime tenendum. Ex Euāgelio igitur, tanquam in præſenti litera implicite ſubintellecto uidēdum dimiſit nobis, ꝙ, & quomodo declarandus ſit hic tex. Ego uici mundum. Quid ergo habet mundus, ut poſſit manifeſtum fieri, quod à Chriſto totaliter (ut in textu ſubintelligitur) eſt uictus? Tria concupiſcibilia, quibus ueluti armis proprijs, homines impūgnat, habet iuxta illud 1. Ioan. 2. Omne, quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum. & ſuperbia uitæ. Vnde ſic exponendus (explicando, quod implicite continet) relinquitur tex. Ego uici mundum. i. concupiſcentiam carnis, & cōcupiſcentiam oculorū, & ſuperbiam uitæ. Concupiſcentiam quidem carnis per auſteritatem, concupiſcētiam uero oculorum per paupertatem, ſuperbiam autem uitæ per humilitatem, uicit Chriſtus, id quod paſſim patet legentibus, & intelligentibus Euangelia. Quotieſcunque enim de auſteritate uitę Chriſti loquūtur (puta de eius aut ieiunio Math. 4. Mar. 1. Luc. 4. aut pernoctatione in oratione Dei Luc. 6. aut fatigatione ex itinere Ioan. 4. ex circumeundo per ciuitates & caſtella ad prædicandum Math. 4. Mar. 5. Luc. 4. & alibi, aut de ſimilibus auſteritatem uitę corporalis concernentibus:) tunc te de hoc, quod Chriſtus uicerit concupiſcentiam carnis, multipliciter probando certificāt. Ipſum autem in ſan-

Primo.

cta, puriſſimaque uirginitate, qua carnis cōcupiſcentia uincitur, floruiſſe maximo in gradu oſtendunt Euangeliſtæ etiā per hoc, ꝙ eum à ſuis inimicis, qui diligentiſſime totam eius uitam ad carpendum obſeruabant, fuiſſe nūquam, uel in minimo taxatum teſtantur, dū omnia ſingillatim, quæ ad eius famam denigrādam obijciebant ei, narrantes fideliter, nullum prorſus uerbum faciunt de hoc, ꝙ Phariſæorum inſidioſæ machinationes contra puritatem virginitatis Chriſti aliquid euomere, ſeu fingere, attentauerint. Quod vtique apud quemcunque rectę rationis dictamine utentem efficaciſſimum argumētum de ſumma Chriſti pudicitia, & uirginitate eſt, quando. ſ. infamatores Chriſti uiderit inter omnia ad infamandum cum falſo compoſita tacuiſſe illud, quod maxime infamatoriū eius fuiſſet, ſi dixiſſent: Quis enim neſciat, ꝙ carnis uitia, quæcūque ſint illa, & uirginitatis puritatem offendūt, & maiorem, ꝗ cætera, hominis infamiam, etiam ad ſolum auditum generant? Sciebant ergo Phariſæi hoc. Certe miraculum miraculorum uidetur, ꝙ qui tot, & tanta ad infamationem Chriſti, cōfinxerūt, atque dixerūt, ipſi, quod infamatorium magis erat, tacuerint, uel ſaltem nō confinxerint. Quare igitur nunquā de Chriſto tale quid dixerunt, cum tñ altās ad id unū. ſ. ad eius infamationē, attenderent unice, totoque uerſutiarum ſuarū conamine (ut patet in Euāgelio) ſluderent? Quia circa puritatē uirginitatis, totiuſq; pudicitiæ Chriſti tanta fuit mundicia uitæ, & cuſtodia eius, ut tā callidi inimici, uel mutire contra eā confunderētur, & erubeſcerēt. Scrutati quidē procul dubio ſunt circa id hoſtes illi, ſi quid inuenirent huiuſmodi, uel ſaltem apparenter fingere poſſent (ut ex eorū malitia aduerſus Xp̄m inueterata conſtat,) ueruntamē defecerūt ſcrutātes ſcrutinio Pſ. 63. Hoc eſt unū, de quo & alibi ab eodē Propheta p̄nūciatū fuerat, cū dixit Pſ. 9 Quęrēt peccatū illi⁹, & nō inuenietur. Quærēt. ſ. a Iudęis phariſaicis, peccatū. ſ. aliqđ pudicitię offenſiuū illius, ſ. Xp̄i, & non inuenietur. Quare nō inuenietur? Quia vita Xp̄i in hac re obſtruxit os volētiū loq iniqua pſ 62. Qđ ergo Xp̄s pfectiſſime uicerit cōcupiſcētia carnis, p̄barūt efficaciſſimę S. Euāg modo ſuprad.

De puriſſima virginitate Xp̄i teſtimoniū ab inimicis.

VICI

VICI MVNDVM.

Secundo. QVOTIESCVNQVE autem Euangelia de paupertate Chriſti loquuntur (puta de eius aut habitatione ad illam animalium inſtabiliori Luc. 9. Matth. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet: aut denariorũ penuria Matth. 17. Aperto ore piſcis inuenies ſtaterem, illum ſumens da eis pro me, & te, aut de eſurie, & carentia cibi Mat. 11. Eſuriit, vidit ficum, venit, ſi quid forte inueniret in ea, nihil inuenit, præter folia, aut de aliis ſimilibus paupertatem concernentibus:) tunc te de hoc, quod Chriſtus vicerit concupiſcentiam oculorum multipliciter probando certificant.

Tertio. Denique Euangelia quotieſcũque de humilitate Chriſti tractant (puta cum aut fugit in montem, ſciens, quod volebant eum facere regem Ioan. 6. declinando honores, aut repellit Satanam proferentem ei gloriam mundi Matth. 4. & etiam fratres .i. conſobrinos ſuos ad mundi gloriã aucupandam hortantes eum dicendo, ſi hæc facis, manifeſta teipſum mundo Ioã. 7. aut infirmos à ſeipſo curatos non ducit ſecum ad oſtentationem, vt feciſſent inanis gloriæ cupidi, ſed ad domum eorum &c. eos mittit, vel abſolute dimittit Matth. 8. 9. &c. Mar. 1. 2. 3. &c. Luc. 4. 5. 8. &c. Ioan. 4. 9. 11. &c. aut ad crucis ignominioſa multa vſque ad mortem voluntarie vadit, id quod eſt humilitas humilitatum, omnibuſque intellectibus incomprehenſibilis, quod videlicet filius Dei, ſciẽs propriam ſuam infinitam dignitatem Ioan. 13. ſe ſcilicet eſſe verum Deum, &c. ad tot tantaſque paſſiones vituperiis plenas vndique, & omnis generis &c. ſemetipſum volens humiliauerit Matth. 26. 27. Mar. 14. 15. Luc. 22. 23. Ioan. 18. 19. aut de aliis ſimilibus humilitatem redolentibus:) tunc te de hoc, quod Chriſtus vicerit ſuperbiã vitæ multipliciter probando certificant. Vici (inquit) mundum. Nomine mundi hic intelligitur etiam diabolus, vtpote qui vtatur mundo .i. hominibus mundanis tanquam ſuis viſibilibus miniſtris (ſicut hoc modo vſus eſt Eua ad trahẽdum Adam in peccatũ Geneſ. 3.) ad impugnandũ variis modis ſeruos Dei, 1. q. 114. art. 2. Porro Chriſtus vicit diabolum (vt ipſe teſtatur Luc. 11. & in præſenti loco per regulam de mutuo Euangeliſtarum ad inuicẽ obſequio ſubintelligitur) iiſdem armis, quibus & mundum præcipue vero humilitate, vt quę ad diabolum totaliter deuincendum directiſſime (cum ipſe ſuperbiſſimus ſit) faciat. Tunc ergo maxime vicit illum, quando maxime humiliauit ſemetipſum, id quod incœpit quidem ab inſtanti ſuæ conceptionis, cũ factus eſt homo Philip. 2. ſed in paſſione, cruce, & morte ſua ſuperabundantius ſecundum rei veritatẽ apparuit. Mors ergo Chriſti fuit ſua perfectiſſima victoria, qua de diabolo totaliter triumphauit, quoniam mors Chriſti totius veræ humilitatis pleniſſima ex omni parte fuit (vt de ſe) cuique per ſcripturas Iſa. 53. &c. eam contemplanti patet 3. de Sal. q. 46. art. &c.) Victoriæ vero tantæ effectus fuit, ꝙ ab eo abſtulit ſpolia, & arma, in quibus confidebat Luc. 11. Vnde ſtatim, poſtquam mortuus eſt, deſcendit ad inferos (ut patet in ſymbolo fidei) tanquã re uera totius belli facti inter ſe & diabolum mundi principem victorioſiſſimus, & ad expoliandum inimicum in ſedibus propriis educendo SS. Patres de limbo in lucem diuinæ uiſionis, & ad ligãdum eũ in profundo abyſſi, Apocal. 20.

Quo diabolus vincitur, diſce à Xpo, vt & tu per eũ vincas diabolũ.

VICI (inquit) mundum .i. totum, vnã videlicet eius partem per miſericordiam ad me trahẽdo (iuxta illud Ioan. 12. Ego, ſi exaltatus fuero à terra, oĩa trahã ad me ipſum,) & partem eius alterã per iuſtitiã condemnando (vt patet in cruce, dum nõ tãtum latro vnus ſaluatur, ſed & alter dãnatur Luc. 23.) Exponitur aũt illud, vici .ſ. ab initio mundi. Nam ex tunc incepit apparere effectus victoriæ Chriſti .i. conuerſio hominum, quæ quidem eſſe nõ potuit, niſi per fidem in Chriſtum venturum, & pro nobis vſque ad mortem paſſurum, iuxta illud Rom. 3. Quẽ propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. Sic enim Chriſtus eſt mediator Dei, & hominum 1 Tim. 2. & non eſt in aliquo alio ſalus, nec aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, Actu. 4. & eſt Saluator oĩum hominũ, 1. Tim. 4. & ſic tũ uerificatur illud Apoca. 13. Agnus occiſus eſt ab origine mũdi .i. tunc etiam fuit effectus occiſio-

 nis

nis agni, dum per fidem & illum occidẽdum firmiter credebant, & ei cordis deuotione ſubſequenter incorporabantur. Nonne hinc tibi conſtat aperte, ꝙ Chriſtus mundum, quo ad partem illam conuerſam, vincebat totum, cum nobiliſſimę partis humanæ & intellectum per fidem, & voluntatem per charitatem, in ſuijpſius obſequium ſuauiſſime captiuaret? Vicit & mundum, quo ad aliam partem nõ conuerſam (puta Pharaonem, Iabin, Syſarã &c.) per ſuos tũc fideles magnalia vincendo illum facientes, id quod abundantiſſime patet per totũ cap. 11. ad Hebręos videndo quoque loca teſtamenti veteris ibi citata. ſ. de Noè, Abraham &c. in Geneſ. de Iepthè, Gedeon &c. in libro Iudicum, de Dauid &c. in lib. Reg. &c. Porro, quod omnis hęc victoria contra mundi partem Deo rebellem facta per illos fideles ſit aſcribenda Chriſto, ideſt quod tũc Chriſtus vinceret mundum docet Eccleſia per hoc, quod illius epiſtolæ Paulinę capitulum ſic in ſollemnijs Miſſarum terminat, & hi omnes teſtimonio fidei probati inuenti ſunt, In Chriſto Ieſu Domino noſtro. Sed & in omnibus ſuis vincentibus mundum, ipſe vincit illum. Nec .n. aliter poſſent vnquam vincere mundum cum ex parte mundi ſtet diabolus (vt ſupra dictum eſt) cui non comparatur vlla poteſtas ſuper terram Iob 41. niſi Chriſtus in eis pugnaret, & vinceret mundũ. Nam hoc ipſum teſtificatur illud verbũ tex. Ego. Docent ſiquidem grammatici, quod eleganter tacentur. ſ. Ego, & Tu, tãquam notorie ſubintellecta in eorum verbis expreſſis (puta, audio, amas,) niſi quãdo volumus per ipſorum pronominum expreſſionem connotare dignitatẽ loquẽtis, vel diſcretionem eius ab alijs. Dignitatem, vt Cic. de epiſtol. familiarib. Ego omni officio &c. Diſcretionẽ, vt Verg. eglog. 1. Tytire, tu patulæ &c. nos patriam &c. nunc, vocando ancillas ad arcem Prou. 9. dicimus, ꝙ in hoc tex. Ego, dicit diſcretionem eius ab alijs in re illa, de qua fit ſermo. i. in vincere mundum. Hoc eſt, expreſſio illius, ego, ſignificat, ꝙ ſolus Chriſtus, (tanquam ab omnibus alijs in hoc diſcretus) vicit mundum, ita ꝙ nullus vnquam vicit, vincit, vincet, aut vincere potuit, poteſt, vel poterit, mundum, niſi per Chriſtum. i. adiutorio Chriſti in eo pugnantis & vincentis mundum. Vis vnum ad rem ſimile, pro faciliori captu? Ecce illud Ioã. 3. Nemo aſcendit in cœlum, niſi filius hominis, qui eſt in cœlo. Hæc etenim excluſiua ſententia tanti valet, quanti, Ego, cũ importat illam diſcretionẽ: ac ſi ibi dixiſſet Dominus: ego ſolus aſcendo in cœlũ. Quomodo ergo nemo aſcendit &c. i. ſolus ipſe in cœlum aſcendit? Quia Chriſtus ſolus, & nullus alius, virtute propria aſcendere poteſt in cœlum, & quicunque illuc vnquam aſcendit, aut aſcendet id faciet per Chriſtum. i. adiutorio Chriſti, nõ quidem facientis, vt ille propria illius virtute aſcendat. [Hoc enim eſt impoſſibile, vt habetur ex 1. q. 104. art. 1. ad ſecũdũ cũ art. 2. ad ſecundum,] ſed illum virtute ſua diuina eleuantis in cœlum, ſeu (quod idẽ eſt) facientis, vt ille ſua. i. Chriſti virtute illuc aſcẽdat. Sic igitur ad propoſitũ tex. Ego vici mũdum, hoc ſimile applica per te. Ex eiuſdem tamen ſimilis declaratione addes ad ſupradicta, ꝙ Chriſtus adiuuando nos ad vincendum mundum non facit, vt noſtra virtute vincamus (ſicut homo aliquis adiutus, vel voce, vel factis ab alijs poteſt ſuijpſius virtute vincere aduerſarium, quoniam hoc eſt impoſſibile, ſed facit, vt nos ſua virtute vincamus. Et hoc eſt, vnico verbo dicere, Chriſtus vincit in nobis mundum, ideſt quoſcunque inimicos noſtros. Ex præmiſſis omnibus tandem probata ad minutum plene remanet illa tertia, quæ erat vltima pars concluſionis.

Non, niſi per agnũ occiſũ ab origine mundi, potuit quiſquã vincere mundum.

Regula grammaticalis de Ego, & Tu.

Solus Xp̃s & vincit mundũ, & aſcẽdit in cœlũ, vere. et pulchre exponitur.

Contra ſuperbiã Pelagianorũ & aliorũ omnium.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD [cum ipſe venerit ad quærendum etiam verbo ſuo, ideſt Euangelio, & ad ſaluandum, quod perierat Luc. decimonono, & impoſſibile ſit ſaluari ſine fide Hebr. vndecimo, quæ per charitatem operatur Galat. 5.] Chriſtus ordinauit omnia, quæ locutus eſt, ad plantandum in hominibus fidem viuam, & conſequenter ad damnandum pro hæreſi opinionem quorundam

dam

dam, qui dixerunt, ſaluari poſſe quemlibet in ſua ſecta extra fidem catholicam, quæ eſt in Eccleſia Romana, ideſt quod animæ infidelium ſaluabuntur [ita quod oſtendere hanc opinionem eſſe falſam, & hæreticam, eſt aliqualiter confirmare concluſionis capituli partem primam. ſ. quod ad fidem veram (quæ in ſola Eccleſia catholica Romana, ideſt Romanæ, tanquam ſuo capiti, connexa eſt) & charitatem plantandam in cordibus hominum ordinatur tota doctrina Chriſti:] vide illam eſſe hæreſim, demõſtrari ex Cõcilijs, ſcripturis &c. in Elucidationibus 1. 2. articulorum numero 341. 463. & 1. 2. articulorum numero 51. 122. & 3. de Sacramen. Addition. articulorum numero 443. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem Geneſ. 3. concluſ. 17. & cap. 7. concluſ. 3. item Exod. 12. concluſ. 7. & Leuit. 4. concluſ. 5. & cap. 19. concluſ. 5. & cap. 22. concluſ. 7. item Numer. 2. concluſ. 10. & Deuter. 12. concluſ. 4. Quod hæreſis eſt; dicere, fideles, quantumlibet peccatis inuoluantur in illiſque perſeuerent, eſſe gratos Chriſto; atque ſaluandos [damnatio enim huius dicti eſt aliqualiter cõfirmatio illius concluſionis capituli, vt recte diſcurrentibus patere poteſt. Contra primos illos hęreticos eſt, quod Chriſtus veram fidem docuit; contra ſecundos eſt, quod docuit veram charitatem,] vide ex ſcripturis, concilijs &c. declaratum eſſe, in Elucidatio. pri. par. articulorum numero 437. & 1. 2. articulorum numero 600. & 3. de Sacram. Addition. articulorum numero 56. 442. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 17. concluſ. 5. & Exod. 5. concluſ. 4. 5. & Leuit. 15. concluſ. 4. & cap. 11. concluſ. 7. & cap. 4. concluſ. 6. item Num. 14. concluſ. 9 & Deuteron. 7. concluſ. 1. & cap. 19 concluſ. 5. Quod non in nobis vllo pacto, vt in nobis, ſed in ſolo Deo auxiliante, fidendum eſt [contra Pelagianos gratiæ Dei nimis iniurios, proprioque libero arbitrio pluſquam ſatis, ignorantiſſime fauentes. Et pro confirmatione partis vltimæ, quæ tertia ponebatur, concluſionis capituli:] vide ex ſacroſanctis ſcripturis, concilijs &cęt. in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 58. 139. 410. 499. & 1. 2. articulorum numero 580. 581. 582. 484. 27. 612. & 2. 2 articulorum numero 670. 676. Item in Veritatibus aureis &c. Leuit. 18. concluſ. 1. & Numer. 34. concluſ. 2. & Deuter. 6. concluſ. 4. Porro contra eoſdem Pelagianos, & conſequenter ab oppoſitis, pro confirmanda illa tertia parte concluſionis, habes plurima ex ſanctis Concilijs, ſcripturis &c. catholice dicta ſuperius in Ioan. 15. Annotationibus multis, poſt tertiæ concluſionis illius probationes, & confirmationem. Vide ibi. omnino.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. XVI.

AMEN, amen dico vobis, ſi quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.] Solus hic Euangeliſta duplicat dictionem hanc, Amen, quæ iuramentum quoddam Domini eſt, quia ſolus hic altiora dicit, quam alij Euangeliſtæ, vtpote qui ſolus ſuper Domini in cœna pectus recumbendo Ioan. 13. myſteria ſublimiora ſancti Euangelij de ipſo ſacri Dominici pectoris fonte hauſit, & deuotius bibit. Hinc Beatus Auguſtinus in prologo ſuper Euangelium ſecundum Ioan. ait. Ioannes maxime diuinitatem Chriſti, & Trinitatis myſterium, commendare curauit. Tres ſiquidem alij Euangeliſtæ dicta & facta Domini temporalia, quæ ad informandos mores uitæ pręſentis maxime ualent, copioſius proſecuti, circa actiuam uitam ſunt verſati, in qua laboratur, vt cor mundetur ad videndum Deum. Ioannes vero pauca Domini facta dicit, uerba vero Domini, quę Trinitatis vnitatem, & vitæ æternæ fœlicitatem, inſinuant, diligentius conſcribit. Et ſic in contemplatiua vita virtute commendanda intentionem ſuam, & prædicationem, tenuit, in qua contemplatiua vacatur, ut Deus uideatur. Hæc ibidem. Vbi uides, quod Euangeliſtæ omnes intendunt parare nobis viam ad videndum Deum, ſed beatiſſimus Ioãnẽs, & per altiorem, & per proximiorem modum hoc ipſum exequitur. Porro illud uerbum tex. Amen, ęſt nomen Hebræum, quo frequenter CHRISTVS vſus eſt. Vnde ob ipſius CHRISTI reuerentiam nullus translator ſiue Græcorum,

Quid intendant ſinguli Euangeliſtarum.

ſiue Latinorum, mutando idioma, tráſferre hoc voluit. Vnde 3. Aug. ait. Amen nec Græcus interpres, nec Latinus, auſus eſt interpretari: vt honorem haberet velamento ſecreti, non ut eſſet ligatum, ſed ne vileſceret nudatum. Hæc ille ſuper Ioa. Quãdoq; autem, Amen, ſignificat idem, quod verum, quandoque idem, quod vere, quãdoque idem, quod fiat. Vnde vbi nos habemus in Pſal. 40. 71. fiat, fiat: in Hebræo habetur, Amen, amen. Quia vero Euangeliſta hic altiora, ideoque occultiora, ſcribit, quam alij (vt diximus) conuenienter ingeminat, Amen: quoniam occulta magis, a cognitioneque hominum ſemota indigẽt maiori aſſertione: & (vt ita loquar) iuramento. Nam hoc nomine Amen, Dominus pro quodam iuramento vtebatur, ad firmandam ſententiam ſuam: iuxta illud Hebr. 6. volens Deus, oſtẽdere immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuramẽtum, vt per duas res immobiles, fortiſſimum habeamus ſolatium ad tenendam ſpem. Res enim imobilis prima eſt ipſemet Chriſtus, quandoquidem impoſſibile eſt mẽtiri Deum, ut dicit Apoſtolus ibid. cum ſit veritas, Ioan. 14. altera autem res immobilis eſt iuramentum, cum adeo firmum ſit, vt omnis controuerſia per illud confirmationem accipiat: vt dicitur ibid.

Quid eſt, & quid ſignificat, Amen: & quare ingeminat illud Euãgeliſta.

Dicendo igitur nunc Dominus Amen, amen, per tres res immobiles firmitatem ſuæ ſententiæ præſentis oſtendit: quarum rerum immobilium prima eſt ipſe, qui loquitur, ſecunda eſt primum iuramentum idest primum amen, tertia eſt ſecundum iuramẽtũ .i. ſecundum amen. Iuramento igitur, non propter defectum dicti ſui, vtitur Chriſtus: ſed propter nos ſcilicet ad hoc, vt exinde cognoſcamus infallibilitatem diuinæ diſpoſitionis de re aliqua (puta de exauditione petitionum noſtrarum: vt h. c. Vel de &c.) 2. 2. q. 89. ar. 10. vnde etiam patet: quod vtitur iuramẽto, non tanquam per ſe appetendo, ſed tãquam neceſſario ad ſubueniẽdum noſtræ cognitionis paruitati, ſeu infirmitati (veluti medicina medicus vtitur ad ægrotũ:) quamuis iuramẽtum ſit actus latriæ idest virtutis religionis, & quid honorabiliſſimum 2. 2. q. 89. ar. 4. 5. ſubintelligũtur quoque in hoc, & ſimili quocunque iuramento Chriſti tres iuramenti comites illi, tanquam obſeruati: de quibus dicitur Hier. 4. Iurabis in veritate in iudicio, & iuſtitia. Pro cuius captu faciliori, ſciendũ eſt: quod iuramentum nõ eſt bonum: niſi ei, qui bene vtitur iuramento. Ad bonum vero vſum iuramenti duo requiruntur. Primũ eſt ex parte iurantis: quod ſcilicet nõ leuiter, ſed ex cauſa neceſſaria, & cũ magna cautela, quis iuret. Hoc denotat Hieremias per illud; Iudicio ſcilicet diſcretionis. Secũdũ eſt ex parte rei, quæ per iuramẽtũ cõfirmatur, vt. ſ. neque ſit falſa neq; ſit illicita. Et quantum ad hoc Hieremias dicit; In veritate, & iuſtitia. Ac ſi apertius dicat: quod ad ſecundum illud requiritur veritas, per quã aliquis cõfirmet id, quod eſt verum, requiritur & iuſtitia, per quam confirmet, quod eſt licitum 2. 2. q. 89 ar. 3.

Quare Dominus & in veteri et in nouo teſtamento iurat.

Comites iuramẽti ad hoc, vt ſit licitũ.

ANNOTATIO SECVNDA Cap. XVI.

SI quid petieritis patrẽ in nom. m. dabit vobis.] Ponuntur in hoc textu ſeptem conditiones bonæ orationis. Prima tangitur per tex. Si quid: et eſt hæc ſcilicet quod bona ſpiritualia petantur: non autem tẽporalia, niſi in ordine ad ſpiritualia. Nã ſolum ſpiritualia ſunt quid idest aliquid, maxime apud perfectum Chriſtianum: quem, & cuius affectum, Chriſtus intẽdit nunc formare. Hanc ueritatem Sanctus Bernardus, in epiſtola de perfectione vitæ ſpiritualis, docuit dicens. Si plene uis aſſequi quod intendis, duo ſunt tibi neceſſaria. Primũ eſt: ut ſubtrahas te ab omnibus tranſitorijs: vt nihil de eis cures, ac ſi non eſſent. Hæc ibi. [Taceo, quod ibi proſequitur. Secundum eſt: ut ita des te Deo, vt nihil dicas, vel facias, niſi quod credideris firmiter ſibi placere.] Quod ſancti illius dictũ ex ſcripturis ſumptũ fuit: puta ex 1 Cor. 7. Qui vtuntur hoc mũdo, tãquam non utantur: præterit. n. figura huius mundi: & ex 2. Cor. 4. Non cõtemplãtibus nobis, quæ videntur, ſed quę non videntur: quæ. n. uidentur, tẽporalia ſunt, quę autẽ non uidentur, æterna. In Chriſtianorũ ſiquidẽ perfectorũ perſona loquitur ibi Apoſtolus. Nec dictis ſuper illũ textũ Euangelicũ obſtat, quod etiã imperfecti Chriſtiani debent petere a Deo, (Dominicam enim orationem omnes dicunt:)

Prima.

Digitized by Google

cunt:) quoniā ſub forma nobiliori cōmunia etiam illis, qui talem formam non hābent, traduntur à Chriſto. Nā Eccleſia, in qua vtique loquitur Chriſtus, 2. Cor. 13. ſymbolum fidei ab omnibus Chriſtianis de uoluntate eius dicēdum tradit vniuerſaliter ſingulis ipſorum ſub forma nobiliſſima ideſt ſub forma charitatis, ēt quod ſciat, non omnes habere charitatem. Et quare hoc? ut ipſa Eccleſia exprimat bonum ſuum deſiderium, quod ſcilicet vellet, omnes dicturos ſymbolum fidei eſſe in charitate, vel ſaltem eos optare, quādo talem ſymboli formam uident, & relinquere peccata & eſſe in charitate. Quæ eſt illa in ſymbolo forma charitatis? Credo in Deum &c. Licet enim hoc ſcilicet credo Deo, & credo Deum, non portent ſecum charitatem: tamen hoc aliud ſcilicet credo in Deū, ratione motus ad finem per illam præpoſitionem, In, ſignificati, charitatem ſecum portat. 2. 2. q. 2. ar. 2. ſic ad propoſitum noſtri text. Si quid, dicendum eſt: quod Dominus ſub forma petitionis perfectorum loquitur de oratione vniuerſaliter omnibus etiam imperfectis communi, vt per hoc exprimat nobis ſuū deſiderium de ſalute noſtra, ſcilicet quod vellet, nos omnes eſſe perfectos, vel ſaltē optare perfectionem. Id quod in propoſito eſt: æſtimare temporalia omnia pro nihilo, niſi inquantum ordinantur ad ſpiritualia, & hoc eſt, æſtimare, ſola ſpiritualia eſſe aliquid, ideoq; hæc ſola cōpræhēdi à tex. Si quid. Adde, quod[tacendo interim de illo recto affectu perfectorum Chriſtianorum] temporalia, quāuis in ſe ſint aliquid, tamen in comparatione ad ſpiritualia, ſunt nihil: iuxta illud Sap. 7. Diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius. Et hoc etiā modo accipitur in text. quid. Vnde. b. Auguſtinus hoc ipſum nobis inſinuās dicit. Hoc, quod ait: Si quid, non quodlibet intelligitur; ſed aliquid quod non in beatæ uitę comparatione ſit nihil. Vſque modo, non petiſtis quicquā: quoniam in comparatione rei, quam petere debuiſtis, pro nihilo habendum eſt, quod petiſtis. Vt igitur in nomine eius non petant nihil, ſed gaudium plenum: ſubdit. Petite, & accipietis, ut gaudiū veſtrum ſit plenum. Quicquid ergo petitur, quod pertinet ad hoc gaudiū conſequendum: hoc eſt in nomine Chriſti petendū. Quicquid aūt aliud petitur, nihil petitur: non quia nulla res eſt, ſed quia in tātę rei comparatione, quicquid aliud cōcupiſcitur, nihil eſt. Hæc ille, ſuper Ioa. Ex quib. & maxime ex priori ſupradicta textus expoſitione, habetur: quod petitionē de rebus tēporalibus. ſ. panē noſtrū quotidianum da nobis hodie, Luc. 11. voluit intelligere, & intelligi, Dominus de tēporalibus ſolum, prout ordinantur ad ſpiritualia ideſt prout per ipſa, tanquam organa quædam, iuuamur in tempore vitæ præſentis ad ſpiritualia acquirenda, promouēda aut cōſeruāda, in nobis, uel in alijs.

Quare ſingulis mādetur, dicere, credo i Deū, licet non omnes illi ſint in charitate.

Dupliciter intelligitur, illud de tex. Quid.

Secunda conditio bonæ orationis tangitur per tex. Petieritis: & eſt hæc. ſ. quod fiat cū plurīū concordia. Ideo. n. ad hoc ſignificā lū dicitur à Domino in plurali, Petieritis, non aūt in ſingulari, Petieris: quemadmodum & ad idē ſignificandum fuerat ab eodē dictū, Matth. 6. Pater noſter, Panē noſtrū, Dimitte nobis, Nē nos inducas, Libera nos, non aūt, Pater mi, neq; Panem meū, neq; &c. Porro, quod oratio fiat cū concordia pluriū, pōt intelligi duobus modis: uno. ſ. de neceſſitate; alio aūt de bene eſſe. Modus de neceſſitate intentus hic ab Euangeliſta, qui ſit, explicatur a ſuo coeuangeliſta Marco, dum ait cap. 11. Cū ſtabitis ad orādū, dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem, vt & Pater veſter, qui in cęlis eſt, dimittat uobis peccata veſtra. Quid. n. eſt hoc, niſi ad propoſitū noſtrū annuēdo, dicere: Cū petieritis patrē, ut det aliquid uobis, petatis cū ueſtrorū aduerſariorū cōcordia. i. dimitiēdo tūc ex corde omnes iniurias, &c. illis, qui uos aliquo modo offenderūt? Niſi. n. ſic, tēpore veſtrarū petitionū, feceritis: pater ueſter cęleſtis nihil dabit uobis ideſt nō exaudiet petitiones factas a uobis in nomine meo. [Siſte pedē, lector: & vide nō eſſe mirū, quod multi in ſuis petitionibus à Deo iuſtiſſimo, qui præmiſſam in Mar. 11. legem omnibus orantibus poſuit, non exaudiantur. Hac etenim regula nobis manifeſtatur, quod hoc nō prouenit ex defectu promiſſionis diuinæ factæ in præſenti tex. ſi quid petieritis &c. ſed ex defectu orantis ex. eo. ſcilicet quod non obſeruat ſenſum promittentis cōtentum in promiſſione, hic quidem implicite, in

Secunda.

Cauſa quare multorū orationes non exaudiuntur.

coeuan-

Digitized by Google

coeuangeliſta vero explicite poſitum. Taceant ergo, qui nõ exaudiuntur, a murmurando contra Dei infinitiſſimam bonitatem, ne fiant ſocij ipſius Cayn in totali damnatione, ſicut faciunt ſeſe eiuſdẽ ſocios in tali iniuſtiſſima murmuratione. De qua re vide Veritates aureas ſuper legem veterem, Geneſ.4.concluſ.5.6.13 16. Si igitur exaudiri volunt à Deo in orationibus: emendent ſeipſos ſecundum regulam in Marco pręſcriptam.] Modus ergo iſte primus intelligendi illud, Petieritis, ideſt concordiam plurium ibi importatam, eſt omnino neceſſarius. Secundus autem modus de quo nunc dicetur, eſt ad bene eſſe (vt ſupra dictum eſt.) Concordia enim plurium in orando, ideſt ꝙ plures conueniant in loco vno ad Deum orandum (vt fit à Religioſis, puta ordinis Prædicatorum, Minorum, &c.) non eſt de neceſſitate orationis, vt orationis, ſed ad bene eſſe, ideſt ad hoc, vt & feruẽtius fiat, & facilius à Deo exaudiatur. Nam, cęteris paribus, valet plus, Deoque magis placet, oratio plurium facta voto vnanimi in vno communi loco etiam corporaliter exiſtentium, (vt colligitur ex Apoſtolorum inſtituto; mox poſt plenitudinem ſpirituſſancti: Actu.2.3.4.5. quã oratio priuata, ideſt facta ſingulariter ab vno, puta in camera ſua. Hocipſum habetur etiam ex Matth.18. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper, &c. vſque ad, ſum in medio eorum: & ex Actu.12. Oratio fiebat ab Eccleſia ad Deum pro eo. [Vbi ſubſequenter legis mirabilem effectum orationis huius communis, ideſt mirandam ſatis. B. Petri liberationem. Verum, ne vi ſua, valore, atque effectibus, euacuetur; oportet: vt oratio iſta communis ſit non tantum nominetenus oratio, ideſt ei connumerata, de qua & ex Iſaia dicitur, Matth.15. Populus hic labijs me honorat cor autem eorum longe eſt a me, & legitur in Pſal.108. Oratio eius fiat in peccatum. Sed, vt ſit connumerata ei, cuius exẽplar eſt in Pſal.70. Exultabunt labia mea cum catauero tibi, & anima mea, q̃ redemiſti: item in Pſal.83. Cor meum, & caro mea, exultauerunt in Deum viuum: item in Pſal.150. Laudate Deum, ſecundum multitudiuem magnitudinis eius: & omnis ſpiritus laudet Dominum, ideſt totus ſpiritus veſter ſit intentus ad laudandum Dominum, ſeu (quod idem eſt) ſit abſorptus in laudibus Domini tempore orationis.] Cæterum de oratione communi, ſecundum bonam formam tantum intelligitur modus ille ſecundus, & conſequenter tex. Petieritis.

Valor orationis cõmunis, vt ſic, ideſt ut talis oratio eſt.

Forma orationis communis una uitanda omnino & altera omnino amplexanda.

ANNOTATIO TERTIA.
Cap. XVI.

SI petieritis patrem in, &c.] Tertia cõditio bonæ orationis tangitur, quoq; per eundem tex. Petieritis: & eſt hæc, ſcilicet quod fiat cum perſeuerantia. Ad hoc enim ſignificando dicitur petieritis; quaſi in præterito iam totaliter perfecto: non autem dicitur, ſi petetis, vel ſi petatis: quaſi in futuro aut quodam adhuc pendente. Perſeuerantiam autem hic intellige non ſecundum quid, ideſt illam, quæ eſt vſq; ad tempus etiam longum, ſolummodo, ne ſimus, (quod abſit) de illis, de quibus dictum eſt Pſal.77. conuerſi ſunt in die belli, ſcilicet antequam finiretur bellum, ſed perſeuerãtiam ſimpliciter .i. vſque in finẽ incluſiue, vt ſimus (quod Deus faxit) cõnumerati merito ei ſtrenuiſſimo militi, qui dicit, Pſal. 17. Perſequar inimicos meos (ſcilicet ſpirituales. Quod pręcipuè fit per ſanctam orationem: vt patet in Moyſe orante contra Amalech. Exod. 17.) & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant. Exponatur ergo ſic tex. Si petieritis, ſcilicet perſeuerando vſque in finem, Matth. 10. 24. & Luc. 11. 18. Propter hunc ergo perſeuerantiæ defectum multos non exaudiri: ne mireris, iuuabit pro iſta textuali orationis conditione amplius intelligẽda, & diligentius practicanda, videre Moyſen, quomodo cum perſeuerantia orauerit ad obtinendũ victoriam contra Amalech: quam vtique, etiam quod feruentiſſima (vt patet) eſſet ſua oratio, non obtinuiſſet, ſi in oratione non perſeueraſſet. Vide igitur Veritates aureas ſuper totam legem veterem. Exod.17.concl.3.4.

Tertio.

QVARTA bonæ orationis conditio tangitur in tex. Patrem: & eſt hæc, ſcilicet, quod fiat cum affectu filiali. Bonum quidem orare Deum, vt Dominum, vel etiam vt iudicem, ideſt ex timore ſeruili, quo-

Quarto.

Timor ſeruilis multa bona operatur.

quoniam timor ſeruilis nõ eſt malus, ſed bonus (contra ignorantiſſimam quorundam opinionem:) in cuius ſignum eſt à nobis à Deo requiſitus, Malach. 1. Si Dominus ego ſum: vbi eſt timor meus? Relatiua enim ſunt, Dominus, & ſeruus: vnde ideoque timor ſeruilis, vtpote ſeruis conueniens, non eſt Domino contrarius, ſed ipſi charus, vt qui timor ſit etiam multorum bonorum cauſa, ſcilicet pęnitentiæ virtutis, &c. 3. de Sacram. q. 85. art. 5. & Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. 14. & Canon. 8. item ſeſſ. 14. cap. 4. & Can. 5. Item de timore ſeruili multa videas, in 2. 2. q. 7. art. 1. & q. 19. art. 2. 4. 6. 7. Veruntamen orare Deum ex amore filiali, qui ſemper ſecum in viatoribus trahit hunc effectum ſuum, ſcilicet timorem reuerentialem, qui & offendere Deum, & ei, tanquam omnium excellentiſſimo à ſe cum deuota admiratione contemplato, æquiparari etiam à longe timet, 2. 2. q. 19. ar. 2. 8. 9. 10. 11. Ex amore, inquam, tali orare Deum eſt multo melius, & Deo, vt qui charitas ſit. 1. Ioan. 4. acceptius. Quare dicendo in tex. Patrem, ſignificat: quod ex amore filiali debemus orare Deum. Quia nomen hoc, ſcilicet pater, portat ſecum talem amorẽ. Nam ex beneficijs magnis, quę pater dat filio, naſcitur, quod filius amore magno debet amare patrem. Quę, & quanta, dat pater beneficia filio? Reſpondet philoſophus: quod ſunt hæc, ſcilicet. Ecce nutrimentum, & diſciplina: quæ tanta ſunt, vt (ſecundum eundem) patri à filio non poſſit reddi æquiualens.

Deus eſt pater noſter, ratione à patribus datorum filijs, maior incomparabiliter.

Porrò tria hæc beneficia multo magis, & incomparabiliter excellentius, dat nobis Deus, quam patres terreni filijs ſuis: & conſequenter in hoc tex. Patrem, connotatur, tanquam effectus, amor filialis maior, quam ſit aliorum filiorum erga ſuos terrenos patres. Quod verò incomparabiliter magis, excellentiuſque hæc præmiſſa nobis à Deo dentur: patet per ſingula. Nam eſſe, quod dant nobis terreni patres, eſt cauſatum principaliter à Deo: ita quod patres, nec dant, nec dare poſſunt, illud eſſe filijs ſine cooperatione Dei, tanquam agentis principalis facientis non tantum eſſe filiorum, ſed etiã hoc aliud, ſcilicet quod patres concurrant ad illud eſſe cauſandum. Adde: quod in filijs eſt quoddam eſſe, ſcilicet animarum intellectiuarum, quod à ſolo Deo cauſatur. Ipſe enim ſolus creat animam intellectiuam, quam nec patres, nec tota rerũ creatarum natura ſimul, creare, ſeu producere poſſunt: cum creare, ideſt facere aliquid ex nihilo, ſolius Dei ſit 1. q. 45. ar. 5. & anima intellectiua non fit ex traduce 1. q. 118. art. 2. Modicum comparatiue igitur, ideſt eſſe corporale, vegetatiuum, & ſenſitiuum, poſſunt cauſare patres in filijs, nec hoc poſſunt ſine Deo (vt dictum eſt. Rurſus Patres illius eſſe, quod producere poſſunt, non ſunt cauſa, niſi in fieri (vt patet terminos intelligentibus) Deus autem quorumlibet eſſe eſt cauſa etiam in conſeruari. 1. q. 104. art. 1. Nutrimentũ item filio non dat, quantum ad id paruũ comparatiue, quod dat, pater terrenus ſine Deo principaliter dante, & nutrimentum ipſum, & hoc aliud, ſcilicet, quod terrenus pater concurrat ad illud nobis dãdum. Dixi, Paruum comparatiue eſse nutrimentum. quod dat quia nec dat, nec dare poteſt, niſi aliquid extrinſece paratum ad hoc, vt ex ipſo nutriamur. Vt Solumodo panem, vinum, aliaque cibaria, pater ille poteſt offerre filijs ad manducandum atque bibendum: ſicut, & mater mamillarum lac ad ſugendum: præterea nihil. Neque enim dentes, quibus manducent, neque vires, quibus valeant actum manducationis facere, dat pater, neque facit deglutire, neque in ſtomacho remanere, neque ibi, aut etiam alibi (puta in iecore, &c.) concoqui, concoctumque ad partes corporis nutriendas iuxta vniuſcuiuſque proportionatam menſurã transferri, neque conuerti in ſanguinem partim, & partim in alios humores, aliaque corporibus nutriendis accommodanda, nec oportet aliquod horum probare, quoniã omnia ad ſenſum notiſſima ſunt, Deus vero ſingula prædictorũ nutriendo nos, facit, & optime facit. Hinc patet, quod nihil ferè ad nutriendũ filios conferunt patres, quoniam parata cibaria, ſcilicet panis, vinum, lac, &c. nunquam filijs nutrimentum actualiter dabunt, niſi per guttur deglutiantur, in ſtomacho recepta remaneant, ibi concoquantur, &c. Diſciplinam tandem dat filio terrenus pater tantummodo extrinſecus adhibẽdo magiſtrum,

Solus Deus ſcientiam docet hominem. Pſal. 93.

giſtrum, ſeu alium quocunque nomine vocatum, vt filium doceat, id quod & ipſe pater, ſi alias nouit grammaticam logicam, &c. poteſt per ſeipſum filio edocendo præſtare 1. q. 117. art. 1. Quod autem filius ex doctrina magiſtri, vel alterius ſimilis, percipiat aliquid etiam modicum, vel modico minus, ideſt (vt ſic loquar) modiciſſimum: non poteſt facere pater, neque ſimul omnes patres. Solus etenim Deus, & intellectum dedit filijs illis (vt dictum eſt,) & intelligendi vim, actumque dare poteſt. Vnde patet, quod etiam hic, ideſt in diſciplina filijs danda paruũ quid faciat pater, ſicut, & in dando eſſe, nutrimentoque parum faciebat: Si ergo filius propter triplex illud beneficium comparatiue (vt ſupra) paruum ſibi datum à terreno patre, debet tantum patri ipſi, vt ei nunquam poſſit reddere æquiualens: quid nobis dicendum ex magnitudine eorundem beneficiorum à Deo facta reſtabit, niſi, quod incomparabiliter magis & obligati ſumus patri cœleſti (ſtãdo ſolum in ipſorum trium beneficiorum conſideratione) & impotentes ſumus ad reddendum illi æquiualens? Amor ergo noſter filialis erga Deum, quo ſcilicet tenemur amare, & conſequenter revereri, ipſum, qui amor in tex. Patrem, tangebatur, accipiendus eſt anthonomatice, ideſt plus, quam quicunque alius amor filiorũ erga parentes ſuos. Quando igitur per tex. Patrem, inuitamur (vt ſupra declaratum eſt) ad rogandum Deum ex filiali amore: intelligendum eſt hoc de filiali amore ſeu (quod idem eſt) affectu ſummo, in genere creaturarum.

ANNOTATIO QVARTA, Cap. XVI.

Quid eſt, amorẽ generare fiduciam in cor, etc.

PATREM, &c.] Ad filialem affectũ qui (vt dicebatur) importatur per hoc nomen, Pater, ſequitur fiducia affectui illi proportionata. Quanto enim maior, vel minor, fuerit amor erga aliquẽ tanto maiorem, vel minorem fiduciam generat in corde rogantis de obtinẽdis ſuis petitionibus ab illo. Amor namque cum amantem faciat rem amatam reſpicere, tanquam ſeipſum, facit & amantem ſic promittere ſibi de re amata, ſicut de ſeipſo: id quod eſt amorem, iuxta commenſurationem ſui, generare in animo amantis fiduciam de re amata, ideſt quod obtinebit ſuas petitiones ab illa. Cum ergo dixerit Chriſtus per tex. Patrem, quod debemus orare Deum ex amore filiali maximo: cointelligitur ſubſequenter dixiſſe, quod debemus orare illum cum maxima fiducia. Quemadmodum igitur amor filialis ille in nobis generabatur ex tribus illis beneficijs, ideſt ex ipſorum beneficiorum ſerioſa conſideratione: ita generatur fiducia ex eiſdem, maxime ſi coniungatur conſideratio hæc de præteritis ad cõſiderationem habendam de futuris, quoniam, ſic procedendo, maxime erigitur fiducia bonæ ſpei in Deum. Vt ſi dicat aliquis de ſe. Mihi non roganti, imo per progreſſum in peccatis recuſanti, beneficia magna fecit Deus (ſcilicet creationẽ, redemptionem, vocationem ad talem, vel talem, bonum ſtatum, &c. dando mihi eſſe, nutrimentum, diſciplinam, &c. liberãdo me à tot infortunijs, miſerijs, &c. quibus ſubiacere multos video. Quoties etiam ab inferno damnatorum, à ſubitanea, & improuiſa morte liberauit me? Quanta bona mihi dedit, quanta mala à me abſtulit, &c.? Eya ergo, ſi Deus non rogatus à me, ſed multipliciter exaſperatus, tãta bñficia ex ſola ſua inexcogitabili bonitate cõtulit mihi indigniſſimo, quid credis facturum illum in me beneficiando, ſi ego ad ipſum in ſola eius miſericordia confiſus recurrero, & ipſius paternã erga me pietatem ſic, & ſic, humiliter implorauero? Vtiq; q maiora dedit non rogatus, multo magis dabit minora rogatus. Has, & ſimiles, bonas de Deo cogitationes, bonaſque ad ſperandum in ipſum affectiones voluit excitare in nobis Chriſtus per hoc, quod ipſe cohortans nos ad orationem, promittenſque infallibilem exauditionem (vt patet in textu) vſus eſt nomine patris, nominare volens eum, cui petitiones noſtras oblaturi ſumus. Nõ enim ſine magna cauſa noſtram ſalutem concernente, cum poſſet dicere, Si quid petieritis Deum, præelegit dicere: Si quid petieritis patrem. Vnde non debet exponi tantum ſic, tex. Patrem, ſcilicet meũ ſed ſecundum intentionem Chriſti eſt etiam exponendus, Patrem, ſcilicet veſtrum.

Practica ad bonam ſpem excitandã, erigendam, & conſeruandam.

ſtrum. In præſenti ſiquidem textu, vbi ad ſubleuationem noſtrę fiduciæ (quæ ſpes bona in Deum eſt) ſpecialiter intendit, ſubintelligi voluit Chriſtus id, quod aliàs expreſſit, ſcilicet quod Pater ſuus eſt & pater noſter, iuxta illud Ioan. 20. Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum. Quoniam autem pater, & filius ſunt relatiua, ideo per hoc, quod explicat patrem, cointendit implicite, ad memoriam rogātis reuocare, quod debet eſſe filius Dei per imitationem, vt facilius exaudiatur. Vnde, ſi talis non eſt ſaltem in voto, mirari non debet, ſed inde cognitam laudare iuſtitiam Dei, ſi non exaudiatur.

ANNOTATIO QVINTA, Cap. XVI.

IN nomine meo.] Quinta bonæ orationis conditio tangitur per tex. In nomine meo: & eſt hęc, quod ſcilicet fiat innitendo meritis Chriſti, & conſequenter nō meritis noſtris. In nomine meo, inquit non in nomine veſtro. (Vide ſuperius, cōtra Pelagianam ſuperbiam, dicta immediate ante Annotationem primam capituli huius, circa finem ſ. Confirmationis cōcluſionis tertiæ, incipiendo ibi. Quod non in nobis vllo pacto, vt in nobis, ſed in ſolo Deo, &c. adhuc ēt magis ſuperius vide ibi, Confidite, Ego vici Mundum, Exponitur breuiter ſic tex. Confidite, egò vici mundum, ideſt confidite non in vobis, ſed in me. Vide ibi omnia ad longum quoniam inde multum iuuaberis ad intellectum huius tex. In nomine meo, ideſt innitendo meritis meis, non autem veſtris. Item alio modo exponitur tex. In nomine meo, ſ. mihi, ſecundum humanitatem proprio, quo ego communiter ab omnibus vocor. Nomen proprium Chriſti quod eſt? Ieſus; quod interpretatur Saluator, Matth. 1. In nomine ergo illius petere, eſt petere illa, q̄ ad ſalutē noſtram reuera pertinent. Dico, Reuera: qm̄ plerumque nobis aliqua videntur pertinere ad ſalutem noſtrā, ideoque illam petimus & tñ non exaudimur. Scis quare? Quia habere nos ipſa non expedit ſaluti nſæ: id ꝙ eſt reſpondere; Quia tunc vere non petimus in nomine X̄pi, licet nobis videamur petere in nomine ſuo. Quod ſi dicas, Ego ad literam petitiones meas tales terminos ſic. ſ. Per X̄pm Dn̄m noſtrum: reſpondetur, & ꝙ adhuc non probas, te petere illa in nomine eius, & ꝙ iſta replica, q̄ feciſti, procedit ex ignorantia, qua nō intelligis ſenſum textus huius. Hoc .n. ꝙ ibi dr̄, In nomine meo, non reſpicit literarum vel ſyllabarū nominis illius expreſſionē ſiue vocaliter, ſiue mētaliter, factā, ſed reſpicit ſignificatum eiuſdē nominis. Qd̄ eſt illius ſignificatū? Iam audiſti ex Matt. 1 ꝙ. ſ. eſt ſaluare à peccatis. i. ſalutē ſpiritualē dare. Petere igitur in noīe eius, eſt, qn̄ petitur illud, ꝙ ſm rei veritatē prodeſt ſaluti ſpirituali petentis. Hinc fit etiā ꝙ, qn̄ non eſt in ſalutem ſpiritualē illud petitum, Deus, & miſericorditer agit nō exaudiendo rogantē, & agit ſm nomen ſuum, ideſt ſm ꝙ requirit nomen illud ſalutare Ieſus; hoc eſt ſecundū ꝙ decet Saluatorem. Quid decet Saluatorē? Nōne ſi videt periclitātē, ſaluare illum? Quid eſt, tūc ſaluare illū? Nōne ex periculo extrahere, & in tuto loco ponere? Vtiq. Sic ergo tunc facit Deus, erga talē rogantē, vt conſeruet digniſſimā proprietatem nominis ꝓprij. Videt hunc in deſiderio eius, ꝙ oratione exprimit, periclitari. i. deſiderare ſaluti ſuæ ſpirituali periculoſa, licet ei ex ignorantia hoc non appareat, ſed totū contrariū. Quid facit? Extrahit eum ex periculo illo, & in tuto loco ponit. i. eum nō exaudit ſm quod petit, ſed ſm ꝙ eius ſpirituali ſaluti expedit. Et hoc (vt patet cōſideranti) eſt X̄pm tūc facere, ꝙ ille, qui non petebat formaliter in nomine ſuo, petat materialiter in noīe ſuo, i. petita accipiat in nomine ſuo: hoc eſt (vt diximus) ſecundum ꝙ expedit ſaluti animę eius. Ex p̄dictis ergo breuiter concludendū relinquitur & ꝙ petere in noīe ſuo, eſt petere in nomine Saluatoris, & ꝙ petere in nomine Saluatoris eſt petere ea, quæ decet Saluatore concedere, & ꝙ petere ea, quæ decet Saluatorē concedere, eſt petere, ea, quę ſecundū rei veritatem noſtræ ſpirituali ſaluti proficiunt. Ergo à primo ad vltimum, petere in nomine ſuo eſt petere ſaluti noſtræ ſecundum rei veritatem opportuna. Bonus ergo Saluator noſter eſt Deus, quando nos talia petentes exaudit & bonus quoque tunc eſt, quando nos diuerſa petentes non exaudit. Bonum ergo nobis ſemper eſt orare, quia ſemper inde nobis bonum reſultat. Siue enim exaudiamur

Quā bene fiat nobiſcū quādo indigna nomine Xp̄i petentes, non exaudimur ad literam.

Bonū nobis ſemper ex oratione procedit, quia ſemp ibi Deus nobis eſt bonus.

mur

mur ad votum in oratione literaliter expreſſum, hoc nobis bonum eſt, quia tunc à Deo conceduntur nobis ea, quę ſalutem noſtram concernunt, ſiue autem ad votũ illud non exaudiamur hoc nobis bonum eſt, quia tunc à Deo negantur nobis ea, quæ ſalutis noſtræ offenſiua ſunt. [Vide aliquid ſimile in veritatibus aureis ſuper totam legem veterum, Exod. quatto, concluſ. 3.]

His expeditis, ſecundum illam expoſitionem tex. In nomine meo, ſcilicet mihi ſecundum humanitatem proprio, remanet dicendum illud, quod ſecum fert expoſitio prima eiuſdem tex. In nomine meo, ideſt in virtute meritorum meorum ſeu (quod in idem redit) innitendo meritis meis. Porrò licet multa hic dicenda eſſent, iuxta ſẽſum textus literalem, vtpote in ipſo textu implicite contenta (cum Saluatoris noſtri virtutes, & conſequenter merita, ſint fere ſine numero:) tamen ad pauciora, quæ principaliora videntur, nos propter breuitatem reſtringẽtes ex his innumeris dicemus ſolummodo tria. Dicit ergo tex. In nomine meo, ideſt in virtute meriti humilitatis meæ. Humilitatis, inquam: & profundiſſimæ ſupra captum naturalem cuiuſcunque creati, et Angelici, intellectus, & incipientis ab inſtanti conceptionis in vtero originali matris meæ, durantiſque vſque in æternum. Adeo vt ex hoc textu ſic (vt oportuit) interpretato, concludendum ſit: quod ſemper abſque vllo defectu, & termino durat valor meritorum humilitatis Chriſti, & conſequenter quod orationes, ſi ab hominibus infinitis fierent in æternum, poſſunt fieri ſemper cum firmiſſima ſpe adiutorij meritorum humilitatis eius (quantum eſt ex parte Chriſti) Dico, ſi fierent &c. Quantum eſt ex parte Chriſti: tum quia de facto non fient ab illis, qui morientes in peccato mortali nomen Chriſti oderunt, [Quomodo enim orarent vnquam in nomine Chriſti, qui nec Chriſtum, nec humilitatem eius, nominari audire pacifice poſſunt?] tum quia iam incapaces adiutorij meritorum ipſius per voluntariam in peccatis obſtinationem inflexibilem ſe fecerunt. Ad quid ergo valebit valor iſte, ſi tot, qui innumerabiles ſunt hominibus non valebũt? Electis

Valoris humilitatis Chriſti quantitas, et ipſius quantitatis effectus uniuerſalis.

hominibus valebit in æternum, tum quia propter humilitatis Chriſti merita ad vitam æternam exaltati fuerunt, tum quia de tanto humilitatis eius theſauro, vt pote videntes in illo, & ſe abundantiſſime redemptos, & largiſſimam Saluatoris noſtri miſericordiam, gaudebunt gaudio magno valde, inęſtimabilique, & ſine vlla ſui remiſſione in ſempiternum duraturo. Valebit quoque damnatorum hominum reſpectu, ad obſtruendum, ſcilicet ipſorum os loquentium iniqua, inquantum videlicet infinitam meritorum humilitatis Chriſti magnitudinem aperte videntes ad ſeipſos ſaluandos ſemper fuiſſe ſufficientiſſimam cognoſcent ſe vel nolentes, ſed à rei veritate coacti, & quod ſunt inexcuſabiles, ſi ſaluati non ſunt, & quod ſua ex proprio defectu damnatio procedit, ac iuſta eſt. Cogentur enim ex ipſa veritare per intellectum ſuum inſpecta fateri, quod quantum eſt ex parte Chriſti, eſſent ſaluati, niſi ipſi reſiſtendo, & ſalutem perdidiſſent, & damnationem ſuis malis voluntatibus, atque operibus, comparaſſent.

ANNOTATIO SEXTA, Cap. XVI.

RVRSVM Exponendus eſt tex. In nomine meo, ideſt in virtute meriti obedientiæ meæ. Obedientiæ, inquam & profundiſſimæ ſupra cap. nacu. cre. eti. Ang. intel. & incipientis ab inſtanti conceptionis in ventre virginali matris meę, durantiſque vſque in æternum. Adeo vt ex hoc textu ſic (vt oportuit) interpretato, concludendum ſit: quod ſemper abſque vllo defectu, & termino durat valor meritorum obedientiæ Chriſti, & conſequenter quod orationes, ſi ab hominibus infinitis fierẽt in æternum, poſſunt fieri ſemper cum firmiſſima ſpe adiutorij meritorum obedientiæ eius (quantum eſt ex parte Chriſti.) Dico; Si fierent, & Quãtum eſt ex parte Chriſti: tum quia de facto non, &c. vt ſupra omnia vſque in finẽ mutato ſolum nomine humilitatis in nomen obedientiæ.

Valoris obedientię Xpi quantitas, & ipſius quãtitatis effectus vniuerſalis.

Denique. Exponendus eſt tex. In nomine meo, ideſt in virtute meriti paſſionis meę. Paſſionis, inquam: & acerbiſſimæ

Digitized by Google

Valoris paſſionis Xpi quantitas, & ipſius quantitatis effectus vniuerſalis.

mæ ſupra captum naturalem cuiuſcunq; creati, etiam Angelici intellectus, & ſecundum proportionem quandam, incipientis ab inſtanti conceptionis in venire virginali matris meę, durantiſque quo ad valorem ſuum, vſque in æternum. Adeo vt ex hoc textu ſic (vt oportuit) interpretato, concludendum ſit: quod ſemper abſque vllo defectu, & termino, durat valor meritorum paſſionis Chriſti, & conſequenter quod orationes, ſi ab hominibus infinitis fierent in æternum, poſſunt fieri ſemper cum firmiſſima ſpe adiutorij meritorum paſſionis eius (quãtum eſt ex parte Chriſti.) Dico; Si fierent, &, Quantum eſt ex parte Chriſti: tum quia de facto nõ &c. vt ſuprà per omnia uſque in finẽ; mutato ſolum nomine humilitatis in nomen paſſionis.

ET de humilitate, & de obedientia, & de paſſione, Chriſti dicebantur tria. Primo, quod unaquęque iſtarum erat ſupra captum naturalem &c. Secũdo, quod inceperat ab inſtanti &c. Tertio, quod durabit in æternum, quoad ualorem. [Nota: quod in his, alijſque omnibus ſubintelligitur ſemper, quando ſcripturæ loquũtur de illis, charitas, tanquam omniũ uirtutum maxima, & forma, 2. 2. q. 23. art. 6. 8. & ſine qua nulla eſt proprie uera uirtus, ibid. ar. 7. totiuſque meriti radix, inquantum gratia iuſtificans principium merendi eſt, mediante charitate principaliter. 1. 2. q. 114. ar. 4.] Quantum igitur ad illarum trium primam ſcilicet humilitatem Chriſti, quod ſit ſupra omnis creati intellectus captum naturalem, patet ex eo: quod termini iſtius humiliationis ſunt adeo extremi, & a ſe inuicem differentes, atque diſtantes, ut nulli creato intellectui naturaliter ſolum in ratiocinando progredienti uideretur poſſibile, quod termini illi coniungerẽtur ad inuicem, & maxime tanta coniunctione, qua in toto uniuerſo creato nulla ſit maior, ſed ipſa ſit creatarum quarumlibet unionum maxima, 3. de Sal. q. 2. art. 9. Qui ſunt talis humiliationis termini? Deus, homo. Diſtant hi duo ab inuicem, ac differunt, intantum, ut vulgatiſſimum illud de his ſumme uerificetur. ſ finiti ad infinitum nulla eſt proportio. Nã ſi de proportione naturali loquaris, Deus de ſe eſt, ita ut hoc nomen, Qui

Incipiunt tria humilitatis Chriſti inſignia.

eſt, ſit ei proprium, 1. q. 13. art. 11. homo de ſe non eſt, cum ſit de nihilo, 1. q. 45. ar. 1. 4. & ſecundum ſe ad nihilum tendat, 1. q. 104. ar. 1. Deus eſt ſecundum ſe omnipotens, 1. q. 25. art. 3. homo ſecundum ſe eſt nihilipotens, cum ſecundum ſe ſit de nihilo, & uadens ad nihilum. Deus eſt infinitus, æternus, inuiſibilis, omnium perfectionum pleniſſimus, nulli miſerię ſubiectus, 1. q. 4. ar. 1. 2. & q. 7. ar. 1. & q. 3. art. 1. homo autem eſt finitus, temporalis, mortalis, uiſibilis, nullam ſecundum ſe perfectionem habens, multis miſerijs repletus; Iob cap. 13. Quod ſi de proportione morali loquaris: Deus fidelis abſque ulla iniquitate eſt, iuſtus, & rectus, Deuter. 32. Pſal. 91. Homo eſt iniquus, antequam natus, quandoquidem in iniquitatibus conceptus eſt, Pſal. 50. Erauit ab utero Pſal. 57. mẽdax Pſ. 115. Et uniuerſa uanitas Pſ. 38. Deus ab homine oſtenſus, & multipliciter quidẽ, tãtaq; aſſiduitate à tot annorũ millib cõtinuata, ut ad talẽ diuturnitatem hominum ſignificandã dixerit Pſal. 72. Firmamentum in plaga eorum [Plaga anthonomatice ſunt peccata. Et hæc Deum offendunt, vtpote contra eius voluntatem exiſtentia] & Pſ. 89. Quę pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Quia videlicet omnes eorum dies defecerunt in vanitate, Pſal. 77. Quis ergo intellectus concipere naturaliter potuiſſet unquam, q Deus ab homine tam diſtans veluti oblitus omnium iniuriarũ ſibi ab illo factarum ad pacem ab eo quærendã prior exurgeret, ad eum oſculandum à ſummo cælo inclinaretur, eiuſque humanitatem ab omni peccato immunem ſibimet in perſona ſuæ diuinitatis uniret? Nullus certe. Hæc enim erat illa Dei noſtri pietas; de qua, poſt multam tanti myſterij pręuiſi contemplationem, dixit Propheta Pſal. 118. Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine. Ac ſi apertius hoc myſterium altiſſimum ſpiritu prophetico videns, dixerit. Miſericordiam tuam hãc magnam, Domine, vix à longe intueri poſſum, tantum abeſt, ut eam capere poſſim: quoniam non qualitercunque ad me, in me, erga me, prope me, vel circa me, ſed ſuper me, venit. Quaſi, ab exemplo capitis concludere hoc uolens, dicat. Sicut illud, quod ſuper caput meum eſt, non

Quid eſt, miſericordiam Dei eſſe ſuper nos.

poſ-

poſſum plene oculis corporalibus uidere: ſic quia tua hæc miſericordia, ſuper me eſt, ideſt ſuperat intellectus mei captum, ideo eam, toto conatu meo naturali facto, non poſſum plene cõprehẽdere.

QVOD vero illa Chriſti humilitas, incæperit ab inſtanti conceptionis ſuæ (ut ſupra dicebatur) patet ex Apoſtolo dicente Philip. 2. Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. Hoc eſt: tunc ſua exinanitio cępit primum, quando formam ſerui accepit. Hoc autem, ſcilicet illum primo accipere formam ſerui, fuit inſtans illud, quo factus eſt homo in utero virginali. Porro tanta in rei veritate, & apud Apoſtolum fuit illa humiliatio, qua Deus verus ſuper omnia exiſtens Deo patri coæqualis, deſcendit ad nos, ideſt factus eſt homo eiuſdem ſpeciei (id quod expreſſit ille per tex. In ſimilitudinem hominũ,) cuius & nos ſumus: ut ipſam eius humilitatem uocarit Apoſtolus exinanitionem, quo utiq; nomine nihil infimius dici poteſt. Nec ſuſpiceris, quando tunc incepiſſe humilitatem eius audis, quod paulatim proceſſerit, tanquam incipiendo progrediens, ad fieri hominem in ſacratiſſimo uentre B. virginis: quoniam erroneum in fide contineret hæc tua ſuſpicio. Nam in illo primo inſtãti factum eſt totum hoc perfecte, utpote à Deo omnipotente (qui in ſuis actionibus moram tẽporis nulla neceſſitate expectat) procedens. Quod totum? Corpus ex puriſſimis, uirgineiſque ſanguinibus formatũ, ſenſibus omnibus tum internis, tum externis, organizatum; Anima eius creata ſimul & infuſa, uſum liberi arbitrij, actũq; intellectus, ac uoluntatis habens & naturalem, & ſupernaturalem (utpote diuinã eſſentiam clare uidens, illaque fruens:) corpori illi & animę filius Dei non poſt, ſed omnino ſimul, perſonaliter unitus. In cuius ſignum certiſſimum dicimus cum ſanctis Apoſtolis in ſymbolo fidei: Qui ſcilicet filius Dei unicus, conceptus eſt de Spirituſancto ex Maria virgine Ecce: quod tunc, quando corpus ex B. virgine concipiebatur, tunc uerum erat, quod filius Dei concipiebatur: quod utique non eſſet uerum, niſi corpus illud iam unitum in perſona filij Dei fuiſſet. Hac enim ratione filius Dei tunc dicitur conceptus, quia corpus, cui perſonaliter unitus erat, conceptum fuit: non autem quia diuinitas à B. virgine fuerit tunc, quaſi ab ea dependens, concepta. Sic nanque ſequeretur hæreſis illa ſcilicet quod Chriſtus initiũ eſſendi ſumpſiſſet à matre, ideſt quod ipſe, nec ſecundum diuinitatem, fuiſſet, antequam à matre conciperetur: id quod non ſequitur, ſi intelligatur illud: Qui cõceptus eſt, ſecundum ſenſum catholicum (vt expoſuimus.)

ANNOTATIO SEPTIMA, Cap. XVI.

Donantis Dei, in ſuis donis conditio liberaliſſima.

QVOD autẽ illa Chriſti humilitas duratura ſit in æternum (vt ſuprà dicebatur) patet ex eodem Apoſtolo dicente Rom. 11. Sine pęnitentia ſunt dona Dei. Hoc eſt, Dona, quę Deus donat alicui creaturę, nunquam reuocat quantum eſt in ſeipſo. Vel clarius. Quod ſemel Deo donare nobis placuit, nunquam diſplicere poteſt. Vt, ſi ſecundum doctrinã Concilij Triden. ſeſ. 6. cap. 11. exemplificando, dicamus. Deus ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis prius deſeratur. Hęc ibi. Vel ſecundum doctrinã Sancti Thomę præmiſſam Apoſtoli ſententiam exponentis 3. de Sal. q. 50. ar. 2. Illud, quod per gratiam Dei conceditur, nunquam abſq; culpa reuocatur. Porrò, gratia unionis, qua. ſ. diuinitas unita eſt humanitati noſtrę in perſona, eſt donum Dei: & quidem multo maius, quã gratia habitualis iuſtificans, quæ & alio nomine uocatur gratia adoptionis. Nam gratia illa ordinatur ad unionem perſonalẽ, propter quod & natura humana vere dicitur (contra Neſtorium) filio Dei unita ſubſtantialiter: gratia autem iſta ordinatur ad quandam unionem affectualem, propter quod & homo tunc dicitur vniri Deo accidentaliter i. per operationem (hęc non eſt ſubſtantia, ſed accidens) intellectus, & voluntatis. Cum ergo gratia vnionis, qua filius Dei humiliauit, immo exinaniuit ſemetipſum formã ſerui accipiens, ſit donũ Dei: oportet ſm̃ Apoſtolicã illã ſententiã dicere, ꝙ nunquã ſine culpa reuocabitur. Culpã vero eſſe aliqñ in Chriſto, ſm̃ ꝙ homo, impoſſibile eſt, cũ non ſolũ peccatũ nõ poſſit i eo eſſe, ſed nec fomes peccati,

ideſt

Digitized by Google

ideſt cum non ſolum actu, ſed nec potentia, peccator eſſe poſſit 3. de Sal. q. 15. ar. 1. 2. ergo, quod illa unionis gratia aliquãdo diſſoluatur, eſt omnino impoſſibile, ergo durabit neceſſario in æternum illa Chriſti humilitas. Id quod & B. Auguſtinus, licet ſub alijs verbis, docuit de tali re dicẽs: Quod ſemel aſſũpſit, nũquã dimiſit. Hinc ſcilicet ex prædicta humilitate, tanquam omnium aliarum humilitatum mirabili fundamento, proceſſit: quod Chriſtus in ſuis omnibus dictis, factis, & cogitatis, fuit ſemper humilis anthonomatice ideſt præ omnibus creaturis humillimus. Vnde ad huius rei, pro noſtra inſtructione, demonſtrationem ipſe dicebat, Matth. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde ideſt mitiſſimus, & humillimus. Exinde procedebat, quod ille ipſe ad lauandum pedes diſcipulorum, & etiam ſui proditoris, ſeſe mira humilitate inclinauit, Ioan. 13. quod toties, inæſtimalibus iniurijs, à ſcribis & phariſæis ad iram, malamque voluntatem, prouocatus nunquam in aliquid iræ, ſuperbię, aut aliàs malæ uoluntatis, ſignum uel minimum prorupit (ut paſſim per Euangelia patet:) immò ſemper tanquam uerè mitiſſimus & humillimus corde bona pro malis reddidit, puta per doctrinam eis ſi voluiſsènt, ſaluberrimam &c. Quid? Etiã miniſtro ſe capiente ad mortem reſtituit auriculam, Luc. 22. inter Pilatum, & Herodem, ſuijpſius illuſores, amicitiã fecit, Luc. 23. pro ſuis crucifixoribus, ut non perirent, orauit, Luc. 23. latroni dextro cor de blaſpemijs contra ſe irrogatis pęnitẽs donauit, & paradiſum promiſit, ibid. Nec uerbum quidem malum, aut indignationis ſignum, in toto ſuæ paſſionis decurſu ad aliquem totupliciter ſui offenſiuum dixit, aut demonſtrauit (ut patet Matth. 26. 27. Mar. 14. 15. Luc. 22. 23. Ioan. 18. 19.) Nunquid non humilitatem magnã oſtendit, poſt reſurrectionem ſuam piſcatores alioſque diſcipulos, fratres ſuos uocãdo? Ioan. 20 cum eiſdem amice comedendo? Ioan. 21. Luc. 24. eos ſæpius uiſitando, & pro ſuis cooperatoribus ad cõuerſionem mũdi uniuerſi mittendo? Mar 16. Matth. 28. Nonne & illud ex ſupradicta humilitate procedet, quod etiam in forma regaliſſimi iudicis actualiter exiſtens non dedignabitur coram toto mundo pauperes, infirmos, ac debiles, uocare fratres ſuos? In Matth. 25. quomodo legis? Quandiu feciſtis uni de his fratribus meis minimis mihi feciſtis. Humilitas hæc miranda Chriſti poſt reſurrectionem apparet magis miranda, ex oppoſitis. i. ex hoc, quod multi homines in alto gradu poſiti faciunt contrarium. Ecce: quod humilitatis illius primæ quæ exinanitio in ſcripturis uocabatur, effectus, nedum humilitas illa (ut probauimus) durat in ęternum.

ANNOTATIO OCTAVA.

Cap. XVI.

IN NOMINE, &c, Hoc eſt (ut ſecundo exponebatur ſuperius) in virtute meriti obedientiæ meæ. Hanc obedientiam quæ fuit ſemper non ſolum quantũ ad rem ſed etiã quo ad modum obediẽdi à Chriſto adimpleta, fuiſſe ſupra captũ naturalẽ cuiuſcũque ẽt Angelici intellectus (ut dicebatur) patet: ſi cõſideretur & ꝙ humilitas eſt fundamẽtũ obediẽtiæ, & quicquid de humilitate Chriſti magna reſpectu intellectus creati ſupradictũ eſt. *Tria obedientia Chriſti inſignia incipiunt.* Adde: ꝙ cõſideratio quę attẽditur ex parte plurimarũ perſonarũ, ad quarũ nutũ Chriſtus obedire dignatus eſt mirũ ĩ modũ eleuat obediẽtiã illius ſupra captũ intellectus creati .ſ. humani, & Angelici. [Taceo interim pleniſſimã ipſius obeditionẽ erga ſuã legitimã virginẽ matrẽ, & putatiuũ patrem Luc. 3. de qua dr̃, Luc. 2. Erat ſubditus illis.] Quis. n. naturaliter capiat: ꝙ Deus verus & homo tã perfectus, tã excelſus, tã præclatus, Põtio Pilato uolũtarie obediat, ẽt in his, quæ maximã ſui ignominiã, preſſurã, mortẽq; turpiſſimã, cõcernũt? Hãc inexcogitabilẽ, licet tñ ſe veriſſimã, Xp̃i obediẽtiã tetigerunt Apoſtoli in ſymbolo fidei catholicæ, qñ de ipſo dixerũt: Paſſus ſub Pontio Pilato. Nõ enim per hoc ſuũ dictũ voluerũt tãtũmodo ad ueritatẽ hyſtoriæ de paſſione Dñi probãdã, deſignare tẽpus, locũ, & iudicẽ quo, in quo, & ſub quo, paſſus eſt Dñs: ſed ẽt voluerũt cõſignificare altiſſimã virtutẽ obedientiæ, ad quã naturaliter attingẽdã non extenditur intellectus, ꝙ ſcilicet filius vnicus Dei, quo nullus maior, voluerit prompto, libentique animo obedire iniuſtiſſimo illius loci, & temporis, præſidi, quo in terminando iudicium illud *Quare dicatur in regula fidei; Paſſus ſub Põtio Pilato.*

nullus iniquior. Sub illo autem nomine Pilati, quo ad obedientiam prædictam, cointelliguntur etiam eiuſdem coadiutores, ſcilicet conſiliarij, Barones, centuriones, milites miniſtri, & cætera ita vt expreſſo quod Chriſtus tunc obediuit Pilato, intelligatur implicite ibi dictum quod obedierit miniſtris, &c. qui multo inferiores erant Pilato. Quomodo miniſtris illis obediuit? Voluntarie, libenter, prompte, & perſeueranter, nulla, quantũ ex ſeipſo eſt, coactione aſtrictius. Dicentibus enim militibus Chriſto Domino, veſtimenta tua depone, deponebat: Extende manus, brachia, vt flagellandus ligeris ad columnam extendebat: Sine, ut veſtiamus te purpura; Accipe arundinem pro regali ſceptro: Inclina caput, vt coronemus te tanquam regem, &c. Sinebat, Accipiebat, Inclinabat &c. Aſſume crucem tuam, & illam porta ſuper humeros in montem Caluariæ: Cito exue te omnib. veſtimentis, vt nudus crucifigaris: Extendas te totum ſuper crucem: Da manus, Da pedes, clauis cruci affigendos, &c. Aſſumebat, Portabat, Etenim citò exuebat, Extendebat, Dabat &c. &c. &c. Et quid plura? Non tantum vſque ad mortem crucis voluit obedire Pilato: ſed etiã poſt mortem. Non niſi enim ad iuſſum, ſeu licentiam, eius voluit, corpus ſuum de cruce deponi, atque ſepeliri. Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23. Ioan. 19. Cæterum quamuis ad intelligendam tantam Chriſti obedientiam non pertingant vires intellectus humani (vt diximus,) tamen per fidem nõ dubiam, ſed in totius rei veritate certiſſimam, vtpote per eandem, qua credimus Euangelio talem obedientiam narranti, intellectu illuſtrato, tenemus, & ſcimus, nullatenus dubitantes, quod tam mirabilis, ſupra naturalem captum re vera fuit obedientia eius.

Pluſquam mirabilis obediẽtia Xpi, ratione vilium perſonarum, &c.

Quod autem illa Chriſti obedientia inceperit ab inſtanti conceptionis ſuæ (vt ſupra dicebatur) patet ex eo, ꝙ quando anima eius ſãctiſſima creata fuit, eſt mox repleta & Dei gratia, & omnibus virtutibus 3. de Sal. q. 34. ar. 1. hoc autem fuit in inſtanti conceptionis ſui corporis. Porrò, obedientia eſt virtus, imo omnium aliarũ virtutum moralium maxima 2. 2. q. 104. art. 3. Ex tunc ergo Chriſtus habuit obedientiam præmiſſa omnia ſuperius continentem inquantũ Deus ipſe infudit ſuę animæ inclinationem obediẽdi perfecte, & Deo patri, & parentibus, & Pilato, & miniſtris &c. quam inclinationem anima ipſa libentiſſime ex amore ad obedientię virtutem, & acceptauit, & in ea ſibijpſi ſummopere complacuit.

Quod vero eadem eiuſdem obediẽtia durauerit ſemp, & duratura, quo ad valorẽ, ſit in ęternum, patet ex illa B. Bernardi aurea ſententia, Chriſtus reliquit potius vitam, quam obediẽtiam. Etenim ex obedientia mortuus eſt 3. de Sal. q. 47. art. 2. Imo etiam ex obedientia ſepultus, & eo modo, quo ſepultus eſt ſ. glorioſo, ex obedientiaque deſcendit victor ad inferos; Reſurrexit quoque die tertia ex obedientia, aſcendit item ad cœlos ex eadem, ex qua etiam ſedet ad dexteram patris, ven turuſque eſt ex obedientia ad iudicandũ viuos, & mortuos, necnon in ſempiternũ regnaturus ex eadem. Quomodo deſcendit ad inferos, &c ex obedientia? Quia, vt adimpleret legem veterem, & prophetas [iuxta illud Matth. 5. Non veni legẽ ſoluere, ſed adimplere] deſcendit ad illos, & Reſurrexit inde, & aſcendit in cœlum, & ſedet a dextris Dei, & inde ad iudicandum omnes venturus eſt, atque taliter oĩbus dominaturus, vt regni eius pleniſſimi nullus ſit finis. Vt adimpleret, inquã, ſcripturas, omnia iſta fecit (vt dictũ eſt:) quoniam de omnibus illis, ac ſingulis, iam antiquitus per legem, & prophetas, prænunciatum fuerat de Chriſto.

Notabilis valde diuturnitas obedientiæ Xpi, &c.

Rurſus quod eius obediẽtia, quantum ad valorem, duratura ſit in æternum, conſtat ex Apoſtolo dicente, Rom. 5. Sicut ꝑ inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per vnius obeditionem iuſti conſtituentur multi. Ideſt omnes, qui conſtituentur iuſti, qui vtrique erunt multi. Hi vero omnes, ſi de ſimpliciter prædeſtinatis loquamur, perdurabunt iuſti perfectiſſime, pro cuiuſq; meritis, in æternum, quorum tamen merita ſunt dona Dei propter obeditionem Chriſti illis facta. Ergo valor obedientię Chriſti durabit quoque in cœlis ſine fine in omnibus, & ſingulis, comprehenſoribus. Id quod etiam ab eodem Apoſtolo confirmatum fuit ſic, Hebr. 10. Vna oblatione

tione

Digitized by Google

tione [Ergo, vna obeuientia, ideſt inter alias obedientias maxima. Nam in paſſione, & morte crucis, quæ fuit illa oblatio, patenter maxime reluxit obedientia] cõſummauit in ſempiternum ſanctificatos.

ANNOTATIO NONA, Cap. XVI.

IN nomine meo.] Id eſt (vt tertio exponebatur ſuperius) in virtute meriti paſſionis meæ. Porrò, Domini paſſionem fuiſſe ſupra naturalem captum cuiuſcunbue intellectus tum humani, tum Angelici (vt ſupra dicebatur) patet primo ex terminorum ipſorum debita conſideratione. Qui ſunt illi termini? Deus ſuper omnia eleuatus, & homo ſuper omnes innocentes innocentiſſimus [Iſte eſt vnus terminus:] item paſſio omnium paſſionum acerbiſſima omnium vilitatum viliſſima, & omnium contra quoſcunque nocentes crudelium tormentorum crudeliſſima [Iſte eſt alius terminus.] Ad cuius paſſionis in Deum, & hominem tam acerbe, tam viliter, tã crudeliter, inflictæ per ſingula illa tria ponderoſam conſiderationem ſummopere iuuat, videre pientiſſimum Chriſti crucifixi contemplatorem ſanctum Bernardum, in ſermone de paſſione Domini, qui incipit, Ieſum Nazarenum à Iudęis innocenter condemnatum, à gentibus crucifixum, Chriſtiani diuinis honorent obſequijs: & finit, Vnias cor credentium tibi, vt vnum ſint, vnum ſapiant, vnum vnanimiter requirant, & apprehendant, & videant, & benedicant, te Deum deorum in Syon. Sit indiuiduæ Trinitati gloria, gratiarum actio, honor, & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen. Ad illa tria circa paſſionem Domini põderoſe, ſingillatimque conſideranda iuuat etiam plurimum videre 3. de Sal. q. 46. art. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 12 & q. 47. ar. &c. Iuuat quoque multum ad idem videre Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Exod. 12. concl. 1. & Leuit. 16. concl. 8. 10. & Numer. 6. concl. 7. 9. Secundo idẽ patet ex ſcripturis. Tantam enim paſſionem Domini eſſe ſupra naturalem captũ noſtri intellectus aperte mõſtrauit Iſaias per hoc, ꝙ tractare incipiens de illius paſſione in c. 53. iſta grauiſſima, & ſi admiratione plena vèrba præmittit. Quis credidit auditui noſtro? Ac ſi dicat. Tam ab initio ſeculorum inaudita, tam apud omnes nationes inſolita, ideoque tam mirabilia ſunt quę nunc dicturus ſum, vt ſuperent omnino captum humanum: cuius rei ſignum euidens eſt, quod nullus audiens me talia loquentem, ſi naturali ſolum ratione ſua vtatur credet. Certum etenim adeo hoc mihi eſt: vt ego de futuro enuncians in præterito loquar, dicens; Credidit, pro credet. Paſſio ſiquidem Domini, q̃ illud Iſaię totũ capitulũ deſcribit, nõ erat ſuo tempore actualiter facta, ſed fiẽda: & conſequenter Iſaias de futuro loquebatur, qđ per Apoſtolos erat poſtea in toto mundo prædicandum, & ex conſequenti poſuit, Credidit, pro credet, non ratione tẽporis, ſed ratione certitudinis. Quod autem Apoſtolis tantam rem, ſcilicet paſſionem illius, de quo idem propheta dicit ibid. Generationem eius quis ennarabit? prædicantibus aliqui crediderint, non eſt contra illum tex. Quis credidit auditui noſtro? quoniam ipſa credulitas proceſſit ex diuina reuelatione miſericorditer captiuante in ſuum obſequium eorum intellectum ſupra naturalem captum ipſius Id quod Iſaias immediate connotauit dicens ibid. Et brachium Domini cui reuelatum eſt? Quaſi dicat: Paucis, reſpectu non credentium. Brachium dicit, hoc eſt fortitudo Domini, quæ maxima in paſſione fuit: iuxta etiam illud, Abach. 3. Ibi abſcõdita eſt fortitudo eius. Idem eſt ergo ibi dicere, Brachium Domini, quod eſt dicere, Paſſio Domini fortitudine plena. Lege tu per teipſum illud de paſſione Chriſti totum capitulum Iſaiæ: & videbis quantum ſuperent naturalem captum.

Tria paſſionis Chriſti iſignia incipiunt.

Quod vero illa Domini benedicta paſſio incæperit ab inſtanti ſuæ conceptionis (vt ſupra dicebatur) patet ex eo, qđ in ipſo inſtãti anima ſua fuit repleta ſciẽtia infuſa, 3. de Sal. q. 9. art. 3. qua omnia creata nouit, ibid. q. 11. ar. 1. & conſequẽter ſuam futurã paſsionẽ, & crucifixionẽ; & cum in eodem inſtanti habuerit vſum liberi arbitrij 3. de Sal. q. 34. ar. 2. & fuerit paſſibilis, ex apprehenſioneq; ſenſualitati contrariorum triſtabilis 3. de Sal. q. 15. art. 4. 5. 6. 7. acceptauit libenter ipſam

paſſionem ſecundum voluntatem rationis, & vehementer angi, & dolere, contriſtarique cœpit, ſecundum voluntatem per modum naturæ, & ſenſualitatis, conſideratam 3. de Sal. q. 18. art. 2. 3. 5. Nec his obſtat, quod in illo eodem inſtanti fuerit ſimul plene comprehenſor, ibid. q. 15. art. 10. & q. 34. art. 4. quoniam illa plena fruitio beatitudinis non tollebat dolorem, triſtitiamque ſenſualitatis, quod patet à fortiori, ex eo, ſcilicet quod dum actualiter eſſet crucifixus, dolores illos maximos; multoque maiores illis in præmiſſo conceptionis inſtanti habitis nõ abſtulit nec mitigauit beatitudo maxima, quam anima eius de viſione eſſentiæ diuinæ actualiter habebat [ad quod ſignificãdum tũc dixit: Hely, Hely, Lamazabatani Matth. 27.] ſicut è conuerſo, tanti dolores non impediebant ſummum eius gaudium de fruitione Dei habitum 3. de Sal. q. 46. art. 6. 7. 8. ſtat ergo ſimul à ſimili quod dum eſſet in vtero B. Virginis vehementer triſtis, ac mæſtus erat, reſpectu tamen diuerſorum obiectorum, quæ apprehendebat. Ex his itaque omnibus quid habes? Quod Chriſtus pro nobis prius incæpit voluntarie pati, quam naſceretur: quoniam ab illo primo inſtanti conceptionis vſque ad natiuitatem ex vtero fluxerunt nouem menſes (vt conſtat ex diſtantia ſollemnitatum per Eccleſiam inſtitutarum, ſcilicet Annunciationis 25. Martij, & Natalis, 25. Decembris. Porrò ſapientia illa diuina, que venerat ſecundum carnem paſſura ad deletionem noſtrorũ peccatorum, ſapienter elegit paſſionis ſuæ inchoationẽ tunc exiſtere, quando nos omnes in peccatis eſſe incipimus, vt plagarum noſtrarum miſerijs ſaluberrimum remedium in eodem temporis articulo correſpõderet. Quando autem in peccatis eſſe incipiamus nos, manifeſtauit propheta, dum in perſona omnium dolens dicebat Pſalmo 50. Ecce, in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.

Deniq; quod illa ſuperbenedicta paſſio, quo ad ſuum valorem, duret in æternum (vt ſupra dicebatur) patet ex illo ꝓphetico dicto Pſal. 109. Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Sacerdotium enim Chriſti maximè apparuit in paſſione eius. Nam tunc obtulit ſemetipſum ſacrificium Deo, & pro delēdis peccatis noſtris, & vt dona tum gratiæ in præſenti, tum gloriæ in futuro, nobis afferret: ad ſacerdotis autem officiũ pertinent iſta duo, ſcilicet offerre ſacrificia pro peccatis, & dona, Deo, iuxta illud Hebr. 5. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis. Licet ergo oblatio ſacrificij Chriſti, qua ſe in cruce Deo patri obtulit, tranſierit: tamen ipſius ſacrificij conſummatio, nec tranſijt, nec tranſibit vnquam, iuxta illud Hebr. 10. Vna oblatione conſummauit in æternum ſanctificatos. Conſummatio ſiquidem hæc conſiſtit in hoc: quod illi pro quibus ſacrificium offertur, finem ſacrificij conſequentur. Porrò finis ſacrificij, quod Chriſtus obtulit, fuerunt bona non temporalia, ſed æterna, quoniã per eius mortem hæc adipiſcimur. Vnde, ad hoc ſignificandũ, dicebat Apoſtolus Hebr. 9. quod Chriſtus eſt exiſtens pontifex futurorum bonorum. Ratione huius igitur Sacerdotium eius dicitur eſſe æternum. Valor etiam, ſeu (quod idem eſt) virtus illius hoſtiæ ſemel oblatæ permanet in æternum: inquantum infinitos mundos ſibi inuicem in æternum ſuccedentes, ſi eſſent, ad ſeipſum accedentes poteſt per paſſionem ſuam Chriſtus iuſtificare. Nã eius paſſio, ratione diuinitatis, quæ humanitati patienti vniebatur (licet ipſa non pateretur, 3. de Sal. q. 46. art. 12.) non poteſt eſſe virtutis finitæ, ſed neceſſario eſt virtutis infinitæ, nunquam ſcilicet exhauribilis in ſempiternum. [De ſacerdotio Chriſti prædicta, & multa alia, vide 3. de Sal. quæſt. 22. art. primo, ſecundo, tertio, quarto, quinto, ſexto. De hoc quod ſemper hic præſupponebatur, ſcilicet ꝙ Deus magis diligat hoſtiam ſibi à filio in paſſione oblatam, quam odio habeat offenſam, ideſt peccata totius humani generis, vide tertio de Sal. quæſt. quadrageſima octaua, artic. 2. Paſsio igitur Chriſti quantum eſt de ſe, ſemper in æternum plus poteſt ad ſaluandum, quam infinita peccata ad damnandum.]

Virtus paſſionis Xpi eſt æterna infinita, nunquam exhauribilis, maior admodum quam totius mundi peccata omnia.

AN-

ANNOTATIO DECIMA, Cap. XVI.

DABIT vobis.] Sexta bonæ orationis conditio tangitur per tex. Dabit & eſt hæc, ſcilicet quod fiat cum longanimitate ſpei. Hoc eſt: quod ſi ſtatim nõ accipiat quis illud, quod orando petit, non debet animo decidere, & ab oratione deſiſtere. Dabit (inquit,) ſcilicet tempore ſecundum rei veritatem congruo, non ſẽper ſecundum æſtimationem petentis. Æſtimat enim plerumque petens, quod tale tempus ſit congruum ad hoc, quod dentur ſibi petita, & tamen non erit: id quod annotauit Apoſtolus his verbis, Rom. 8. Quid oremus, ſicut oportet, neſcimus. Deus autem, cuius eſt omnia diſponere in numero, pondere, & mẽſura, Sap. 10. nouit tempus opportunum ad dandũ rem poſtulatam: & tunc, abſque dubio dabit. Habemus igitur ex iſto tex. Dabit: quod quando Deus non dat orãtibus nobis petita tempore, quo vellemus, vel arbitramur eſſe bonum, tunc & recordari debemus illius dicti ab eo, Iſai. 55. Sicut exaltantur cęli à terra, ſic exaltatæ ſunt vię meę à vijs veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris, & ex recordatione hac erigi in longanimitatem ſpei. i. in ſpem bonam, ꝙ Deus tempore opportuno ſibi, non nobis neſcientibus bene viſo, dabit ſimulque in perſeuerantiam orationis feruentiori ſpiritu fiendæ. Spiritu, inquam, feruentiori, ſic per fidelem conſiderationem in flammas excitato. Quis me ad rogandum ſe non ſemel tantum, ſed pluries, inuitauit? Deus. Quis in ore meo, & corde, verba iſta, quibus rogarem ipſum, poſuit? Deus. Nonne Deus mihi dixit, Matth. 5. Sic orabitis. Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, &c. in qua oratione quicquid, quocunque tpe ab ipſo petiturus eſſem, me docuit? Etenim omnes, quibuſcunque verbis fiant orationes, Deo placitę, nobiſque vtiles, in ipſa Dominica oratione, ſapientia diuina breuiter, & ſufficienter cõcluſit. Vt vero ad alia ſpecialia orationũ verba deſcendas: dic. Quis compoſuit Pſ. Beati immaculati in via, &c. alioſq; pſalmos? Deus. Quis Collectas. Miſſas, & reliqua, quib. Deum rogamus, adinuenit, ordinauit, & nobis pro orationibus fiendis, gratuito. i. non rogatus, ſed ex pura ſua bonitate motus, dedit, atq; conſtituit: De recta et deſideria, quæ apud ipſum magnam orandi vim habent, quis nobis infundit? Deus. Si ergo Deus me ad ſe rogandũ inuitat, ſi mihi cor ad ſe rogandũ accendit, ſi verba mihi tũ interiora, tũ exteriora, quibus ſeipſum rogem, dictat, quomodo poterit vnquã fieri, vel à Diabolico et intellectu verè concipi, ꝙ Deus, quantũ eſt ex parte ſua, nolit mihi poſtulata concedere? Fidelis etenim Deus eſt abſq; vlla iniquitate iuſtus, & rectus, Deut. 32. quib. proprietatib. vtique (vt patet ẽ diametro contraponitur inuitare, & inuitatũ veniẽtẽ nolle acceptare: Cor, verbaque orandi ſubminiſtrare, & poſtea taliter (vt ſubminiſtratum eſt) orantẽ nolle exaudire. Neceſſario igitur, abſque vlla dubitatione, concludendũ ex præmiſſis eſt, ꝙ Deus ſic oranti dare vult: & ſi dare vult, vtiq; (vt dicit hic tex.) dabit. Tota ergo de nõ exaudiri dubietas ex parte hominis orãtis pẽdet: id ꝙ Iacobus Apoſtolus apertiſſime, ad falſam cuiuſuis et Diaboli imaginationem retundendam, docuit dicens, c. 4. Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis. Ac ſi ab oppoſitis, ſimul intulerit. Si bene peteretis, vtique quod petitis, acciperetis. Quid eſt illud, male, & iſtud, bene? Male, eſt orantem dum orat non ſeruare oẽs debitas cõditiones orationis. Bene eſt: orantem, dum orat, ſeruare oẽs debitas cõditiones orationis. Vnde & Dñs antequã diceret, Dabit: dixit in Euãgelico tex. Si qd petieritis patrẽ in nomine meo, hoc eſt, orãdo ſeruaueritis oẽs has bonas orationis conditiones (quib. & vltima. ſ. Vobis, iungenda eſt:) tunc dabit. Quid ergo tandem ex eodem textus? Si orando non ſeruaueritis illas: ipſe tunc, quantum ex merito orationis pendet non dabit.

Efficaciſſima demõſtratio, ꝙ nunquam ex Deo, & ſemper ex nobis eſt, ſi nõ exaudimur ad ſaluté.

Septima bonæ orationis conditio tangitur per tex. Vobis: & eſt hęc. ſ. ꝙ fiat pro ſe. Non. n. vtcunque (qđ notat. B. Aug.) dictum eſt, Dabit: ſed, Dabit vobis. Per qđ verbum Dñs inſinuat, quaſi in occulto, ꝙ qñ ſeruatis ẽt omnib. prædictis conditionib. oramus pro alijs, non ſemper exaudimur. Ratio eſt: qa qñque nr̃a ꝑ ipſis orationi cõtrariãtur eorũ demerita. Qđ quidem his verbis docetur Hier. 7. Tu ergo noli orare ꝑ populo hoc, quia non exau-

Digitized by Google

diam te. Nonne vides: quid iſti faciunt?
Filij colligunt ligna, & patres ſuccēdunt
ignem, & mulieres conſpergunt adipem,
vt faciant placentas reginę cœli, & libēt
dijs alienis. Rurſum ad idē, cap. 15. Si ſte
terint Moyſes, & Samuel coram me, non
eſt anima mea ad populum iſtum. Quis
enim (Hieruſalem) ibit ad rogandum ꝓ
pace tua? Tu reliquiſti me, dicit Domin⁹,
retrorſum abijſti. Rurſum ad idem docen
dum facit hoc ſcilicet, quod Ezechiel, poſt
quam plurima Iſraelis peccata enumera-
uit ſubiungit, cap. 14. Si fuerint tres viri
iſti Noè, Daniel, & Iob, in medio eius, ip
ſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas, di-
cit Dominus exercituum, & non libera-
bunt filios neque filias. Ecce quod in his
tribus authoritatibus ſemper pro cauſa
non exauditionis adducuntur demerita
populorum. Quoties ergo putas, nos eſſe
impedimento propter peccata noſtra ſan
ctorum orationibus, quos ore inuocamus
nè exaudiantur? Aut etiam, ne ipſi orent
pro nobis? Quod ergo non iuuemur? ſu-
mus in cauſa.

> *Quare ſancti etiā ſi orauerint prō aliquibus hic viuis non exaudiuntur.*

Præmiſſa denique epilogando, dici-
mus ſuper, & ex, tex. Si q̄d petieritis, &c.
ideſt ſi orando petieritis bene aliquid à
Deo, ipſe exaudiet vos. Exemplum oran-
tis bene, vt ei conformemur, ſit Eccleſia
catholica: quæ ideo ſemper exauditur, iux
ta illud Matth. 18. Si duo ex vobis conſen-
ſerint, &c. de omni re, &c. fiet illis à Patre
meo. Vide ergo. Illa (vt patet in pſalmis,
hymnis, Miſſis, Pater noſter, &c. alijſque
officijs) petit aliquid .i. æterna, & ſpiri-
tualia, nec petit temporalia, niſi in ordi-
ne ad illa. Item petit (vt inibi patet) per-
ſeueranter .i. die, nocte, meridie, &c. Item
cum concordia multorum, & amicorum
in vnum locum concurrentium ad collau
dandum Deum (vt patet in Choris, in
templis, &c.) & inimicorum, cum petat a
Deo pacem dari omnibus, illis, non exclu
ſis, imo etiam expreſſe incluſis (vt patet
in ſuis orationib, præcipue, Veneris ſan-
cti, poſt Euangelium de paſſione Chriſti
ſecundum Ioan.) Nec huic veritati obſtat
quod orat contra paganos, hæreticos,
& ſimiles: tum quia hoc facit cū dilectio-
ne hominum, & odio vitiorum, tum quia
ad imitationem prophetarū, Dauid, Hie-
remiæ, &c. orationes tales ab ea intelligū
tur eſſe contra regnum peccati, ut ſcilicet
ipſo malo regno ſublato, illi conueniant
nobiſcum in vnam bonam pacem. Item
ipſa Eccleſia petit ex filiali affectu, reuerē
tialique timore, id quod patet per hoc, q̄
dicit ſępius, Pater noſter, &c. Omnipotēs
ſempiterne Deus, &c. atque ſimilia. Item
petit cum pietate, quoniam ea, quę rete-
ra pertinent ad ſalutem poſtulat (vt in
eius officijs p̄miſſis patet,) id q̄ eſt petere
pie, ideſt in nomine Saluatoris, ſecūdum
vnam expoſitionem. Petit quoque in no-
mine Chriſti ſecundum aliam expoſitio-
nem, ideſt innitendo non proprijs, ſed
Chriſti meritis, quod patet millies in Col
lectis, quas dirigit Deo patri. Nam termi-
nando illas dicit: Per Dominum noſtrū
Ieſum, &c. vel per Chriſtum Dominum
noſtrum .i. per merita, & humilitatis, &
obedientiæ, & paſſionis, Chriſti Domini
noſtri, filij tui, qui, &c. Item petit cum lō
ganimitate ſpei, quod patet ex eo, quod
non deſiſtit à continuatione quotidiana
orationum, etiam ſi quandoque ſtatim ad
votum non exaudiatur, ſed videatur (vt
Chananæa, Matth. 12.) repelli. Nam tunc
magis ad preces feruentius accenditur
(vt illa): tantum abeſt, vt decidat à ſpe, &
remittatur in precibus. Item petit pro ſe,
dicendo, In manus tuas Domine commē
do ſpiritum meum &c. Quamuis etiam ꝓ
nobis filijs ſuis, tanquam pia mater com-
munis omnium oret.

> *Mater ſācta Eccleſia eſt nobis pro bona regula fructuoſe orandi.*

> *Quanta ſignificet illud, ſcilicet. Per Chriſtum Dominū noſtrum.*

Pro vltimo tamen ſigillo pleniſſimæ
intelligentiæ textus, ſi quid petieritis pa-
trem, &c. nota diligentiſſime, quod hic
(ſicut, & alibi) ſemper ſubintelligitur cō
ditio illa quam ſemel pro ſemper expreſ-
ſit Dominus, voluitque per hoc ſubintel-
ligi vbicunque tractat de orationibus ex
audiendis, q̄ conditionē ſic explicat, Io.
15. Si māſeritis in me & verba mea in vo
bis māſerint, quodcūq; volueritis, pete-
tis, fiet vobis. Cui cōditioni, ſenſum eius
aperiendo concordat noſter Euangeliſta
dicens 1. Ioan. 3. Si cor noſtrū non repre
henderit nos, fiduciam habemus ad Deū
& quicq̄d petierimus, accipiemus ab eo.
Ex tali conditione tu ad oppoſitum ar-
gumentare, & videbis, malam conſcien-
tiam multorum eſſe cauſam non exaudi-
tionis orationum ſtante veritate textus.

CAPI-

Digitized by Google

CAPITVLVM DECIMVMSEPTIMVM.

Hæc locutus eſt IESVS. Et ſubleuatis oculis in cœlum dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum: vt filius tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: vt omne, quod dediſti ei, det eis vitam æternam, &c. vſque in finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

In Chriſto nihil fuit non fructuoſum, ad dandum nobis vitam æternam; quæ (ſi de patria loquamur) conſiſtit principaliter in fruitiua viſione claræ eſſentiæ diuinæ, & minus principaliter in fruitiua uiſione humanitatis Chriſti Saluatoris noſtri: conſiſtit autem (ſi loquamur de uia) in cognitione per fidem uiuam, & quod Deus eſt Deus, & quod filius Dei factus eſt homo.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes probat Euangeliſta per tex. Dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt omne, q dediſti ei, det eis vitam æternam, & tex. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deũ, & quæ miſiſti Ieſum Chriſtum. Prima itaque pars, ſcilicet in Chriſto nihil fuit non fructuoſum, ad dandum nobis vitam æternam, patet ad literam illam manifeſtam: Vt omne quod dediſti ei, det eis vitam ęternam. Quid dedit pater filio, ſecundum humanam naturam? Nam hoc verbum, Ei, denotat ipſum filium, ſecundum q homo eſt. Hoc ſiquidem patet ex contextu: Subleuatis oculis in cęlũ dixit pater &c. Talis.n.modus ẽt exterior quo cęrimoniã hanc, ſ. ſubleuationẽ oculorũ in cęlum, declarat: q Xp̃s ad patrẽ orandum ſe præparauit, & conſequenter qđ illud, Pater venit hora, clarifica, &c. eſt oratio actualis facta ab ipſo ad patrẽ. Clariſſimum autem eſt: quod Chriſto, vt Deo, non conuenit, neque conuenire poteſt, orare, (cum non habeat ſuperiorem) ſed tãtũ Chriſto, vt homini. Loquitur ergo Dominus in tota præſenti oratione, non vt Deus, ſed vt homo. Quid igitur dedit pater ipſi filio, ſecundum humanã naturam? Multa dona, ſcilicet corpus, animam, gratiam tum gratificantem, tum gratis datam, ſapientiam infuſam, & cætera, & omnes donationes, quarum natura quæcunque creata poteſt eſſe capax, & non ad menſuram, Ioan. 3. Sed in ſummo. Quare autem omnia dona hęc dedit filio? Reſpondet filius ipſe. Vt omne quod tu pater dediſti ei, det eis vitã ęternam. Hoc eſt. Ad hunc finem, vt ſcilicet omne donum à te mihi datum det, ideſt fructuoſum ſit ad dandum eis, ideſt omnibus hominib. (hos deſignauerat per tex. omnis carnis) vitam æternam. Et vere ſic fuit adimpletum. Nam Chriſtus (vt patet Euangelia diligenter perſpicienti) & corpus, & animam, & gratias omnes, & ſcientiam, & potentiam, & virtutum exẽpla, & reliqua humanitatis ſuæ, ordinauit executiue ad dandum nobis vitam æternam, ideſt ad hoc, vt ab ipſo miſericorditer per tales ſui corporis labores, gratioſas prædicationes, ingentia miracula, humilitatis, obedientiæ, cæterarumque virtutum opera, & tandem per ſuam crucifixionem, mortẽ, reſurrectionẽ, &c. nos viuificati, iuſtificati, & vſque in finem

Præparat ſe Xp̃s ad faciendã orationẽ, ad exemplũ Chriſtianorũ, vt ſeipſos præparẽt, &c. Ne tẽtent Deũ Eccl. 18.

etiam adimti, promeremur, atque capeſceremus uitam æternam.

Nonne ad hoc idem ordinabatur etiã oratio, quam ipſe nunc facit? Vtique: Patet enim ibi, quod ad patrem dicit, ſe tunc nõ ſolum pro Apoſtolis orare, ſed & pro his omnibus, qui per eos crediture eſſent. Summæ ſiquidẽ charitatis ſaluatoris noſtri erga filios ſuos non ſat fuit docuiſſe Apoſtolos per Euãgelium uiua uoce prolatum, & docere nos per idem Euangelium manibus ſuis myſticis ſcilicet Mattheo, Marco, Luca, Ioanne tunc ſcribendum & nunc ſcriptum. Sed etiam quos doctrina illa uere diuina inſtruxerat, inſtructuruſque erat, voluit orationum ſuffragio adiuuare. Adiuuare, inquam: & orando pro nobis, & nos oratione ſua docendo, quomodo in neceſſitatibus noſtris ad orationem curramus. Niſi enim & pro exemplo orandi nobis ſeipſum dare voluiſſet nunc: oraſſet ſilentio, uoçe exteriori ſuppreſſa. Conſtat ergo, quod non ſolum uerbum Chriſti, ſed & facta eius noſtra inſtructio eſt: necnon, contra hæreticos orationem vocalem debere a Chriſtianis fieri negantes, armatura infrãgibilis. Cum igitur Dominus per omnia hęc, atq; præmiſſa omnes homines ad uitam ęternam adiuuando induceret: patet, quomodo verificatur, & intelligi debeat ille tex. Vt omne, quod dediſti ei, det eis uitam æternam.

NEC obſtat præmiſſæ veritati, quaſi quod tunc ineſſicax fuiſſet illa Chriſti inductio, dicere; quod non omni carni (ut vocabulo textus utamur) ideſt non omnibus hominibus, datur uita æterna, quocunque modo ipſa accipiatur: quoniam multos inde excludi, eſt manifeſtum. Si enim de æterna uita inchoata ideſt quæ per fidem & charitatem hic habetur, loquamur, uidemus paganos, hæreticos, Iudæos, Schiſmaticos, in totum (quandoquidem nec fidem habent) maloſque Chriſtianos in partem (charitate enim priuantur) non habere uitam æternam. Si autẽ de uita æterna conſummata ideſt quæ per facialem Dei viſionem habetur, loquamur: conſtat omnes prædictos infideles, maloſque fideles, ſi ſic deceſſerint, uita illa priuatos in æternum damnari. Ne igitur ineſſicax appareat operatio Chriſti ſupradicta: non eſt exponendus modo quo exponebatur, tex. Vt omne, quod dediſti ei, det eis uitam æternam. Reſpondendo formaliter obiectioni huic, negatur conſequentia in tot illis verbis incluſa, ſcilicet. Non omnes homines habent æternam vitam, ſiue inchoatiue, ſiue conſummatiue, de ipſa loquamur: ergo aut inductio illa omnis carnis à Chriſto eſt ineſſicax, aut textus ille exponendus non eſt eo modo, quo expoſitus eſt. Ratio negationis una eſt: quia uerbum illud, tex. omnis carnis, non ſumitur (ut putat obijciens) pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſingulorum hominum. Sic enim ſumendo textum, adimpletur ſemper illa Chriſti uoluntas, & inductio, 1. quæſt. 19. art. 6. Nam ex omni genere ideſt collectione hominum (puta Italorum, Hiſpanorum, Frãcorum, Barbarorum, &c.) aliqui, licet non ſinguli, ſaluantur, iuxta illud, Apocal. 7. Vidi turbam ſtantẽ ante thronum ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis; id quod ſcilicet ex generibus ſingulorum, licet non ex ſingulis generum, ſe eſſe in cęlum eleuatam) ipſa etiam turba confitetur dicens ibid. capit. quinto, Redemiſti nos Domine Deus in ſanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum. Altera eiuſdem negationis conſequentiæ prædicti obijcientis ratio eſt: quia, ſi demus ſumi tex. omnis carnis, pro ſingulis generum (vt vult obijciens,) tũc debet gloſſari ſic tex. Det, ſcilicet quantum eſt ex parte filij tui. Vnde B. Chryſoſtomus hanc gloſſam, ſeu expoſitionem docens inquit. Dicit, Dediſti ei poteſtatem omnis carnis: ut oſtendat, quod non ad Iudæos ſolos ſua prædicatio, ſed ad totum orbem terrarum extenditur. Sed quid eſt, quod dicit, Omnis carnis? Non enim utique omnes crediderunt. Et quidem, quantum ex eo eſt, omnes crediderunt. Si uerò non attendebant his, quæ dicebantur: non eius, qui dicebat, eſt criminatio, ſed eorum, qui nõ ſuſceperunt. Hæc ille, ſuper Ioan. Ex quibus patet: quod etiam ſinguli generum, ſi quantum eſt ex parte Dei, ſolummodo attendamus, conſequerentur uitam æternam tum inchoatiue, tum conſummatiue. Quod ergo ſinguli illi nec inchoatiue,

Plurimos vita æterna q̃uo priuari intelligatur: nota.

Prædicari Euãgeliũ toto mũdo eſt probatio: Pater dedit Chriſto poteſtatẽ omnis carnis.

nec conſummatiue, eam conſequātur, eſt ex parte ipſorum. Vt ita concludamus, ſecundum Doctorem illum, ex Euangelico textu. Chriſtus dat, quantum ex ſeipſo eſt, ſingulis hominum, quoruncunque generum vitam æternam vtrouis modorum illorum ſumptam: ſed ipſi ſinguli, ex uitio ſuijpſorum, illam non recipiunt.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, vita æterna ſi de Patria loquamur) conſiſtit principaliter in viſione clara, & fruitiua eſſentiæ diuinæ, & minus principaliter in fruitiua viſione humanitatis Chriſti, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Hæc eſt uita æterna, ut cognoſcant te ſolum uerum Deum, & quem miſiſti &c. [Ecce: quod hic ad planam literam ſaluator noſter ſe vocat Chriſtum ideſt Meſſiam, Hebræis in lege à Deo promiſſum. Quod & fecit apertiſſime, quando à Pontifice interrogatus, Mar. 14. Tu es Chriſtus filius Dei benedicti? Reſpondit, Ego ſum.] Nam ſecundum vnam ſanctorum expoſitionem, interpretatur ſic verbum illud, Cognoſcant ſcilicet clara, & faciali cognitione. Eo videlicet modo, quo Apoſtolus dicit 1. Cor. 13. Tunc videbimus facie ad faciem: Tunc cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. Quo etiam modo ſcriptum eſt 1. Ioan. 3. Videbimus eum ſicuti eſt. Quæ ſanctorum expoſitio colligi poteſt ex ſequenti contex. Vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi. Illam ſcilicet patri coæqualem, de qua præmiſerat in contex. Clarifica me tu Pater apud teme tipſum, claritate quam habui apud te priuſquam mundus fieret. Hæc enim procul dubio eſt eſſentia diuina à Patre communicata filio ab æterno: de qua & ad Iudæos dixerat Ioan. 10. Quod dedit mihi pater, maius eſt omnibus (ratione ſcilicet cuius) Ego & pater unum ſumus: Egoque in patre, & pater in me eſt. Vita igitur ęterna patrię (dicebat concluſio) conſiſtit in faciali uiſione diuinæ eſſentiæ. Et fruitiua, inquit. Hæc particula naſcitur ex prima: & conſequenter, dum textus dicit explicite primam. ſ. Cognoſcant, dicit ſimul implicite ſecundam ſ. fruantur. Porro ꝙ ex cognitione illa de neceſſitate naſcatur fruitio pater conſiderantibus: ꝙ cognitio illa eſt cognitio omnis boni. i. boni, ꝙ ex quacūq; parte cognoſcatur, cognoſcitur eſſe bonum (ſicur re vera eſt.) Impoſſibile ſiquidem eſt: ꝙ uoluntas nō amet bonū, quatenus bonum eſt, & conſequenter neceſſe eſt, ꝙ in illo, tanquam ſibi ex omni parte conuenienti utpote ſuo pleno obiecto delectetur, ac totaliter ſatiata quieſcat. Et quid eſt hoc; niſi ipſam uoluntatē frui illo bono? 1. 2. q. 11. ar. 1. &c. Expreſſit uero tantum tex. Cognoſcant, quia intendebat aſſignare illud, quod principale eſt in beatitudine, ſeu (ꝙ idē eſt) in quo principaliter conſiſtit uita æterna. Conſentaneū etenim rationi eſt: ꝙ de re aliqua loquētes aſſignent ex profeſſo id, ꝙ eſt principale in illa re, tum quia unūquodq; uidetur eſſe illud, ꝙ principale eſt in eo (ut dicit philoſophus lib de ani.) tum quia in principali continentur alia, tanquā cōſequentia, ſeu ex illo naſcētia. Cōſtat aūt ſm̄ rectā rationē ēt philoſophię, diſcurrētibus, ꝙ principale in beatitudine eſt cognitio intellectiua, qua videtur Deus: qm̄ intellectus operatio pręcedit neceſſario fruitionē voluntatis, utpotè offerēs ei ſuū obiectū, quod amet, & quo fruetur. Vnde operatio uolūtatis d̄ neceſſitate eſt quoddā cōſequens in beatitudine, ideoq; non pōt eſſe eſſentia beatitudinis. i. illud, in quo tāquā in principali, cōſiſtit eſſētialiter beatitudo. 1. 2. q. 3. ar. 4. 8. Alioquin, ſi principale in beatitudine eſſet fruitio ad uolūtatē ſpectās, Dominus uolēs à principali, in quo eſſentia uitę ęternę manet, deſcribere beatitudinem, dixiſset: Hęc eſt uita ęterna, ut fruantur te ſolo uero Deo, & quem miſiſti, IESV Chriſto.

Principale, in quo cōſiſtit eſſentia beatitudinis, eſt cognitio clara de Deo ſm̄ Euāgelium.

Hæc eſt (inquit) vita ęterna. i. operatio viuētis circa aliquid æternū. Pro huius captu, ſciēdū eſt: ꝙ illa proprie dicūtur uiuere, quę ſeipſa mouēt ad operādū. Vnde quęcūq; nō à ſeipſis ſed tm̄ ab alijs mouētur, nō dicūtur uiuētia, ſed mortua. Hic eſt, ꝙ oēs operationes, ad quas operans mouet ſe, dicuntur opera uitę, ſicut uelle, intelligere, ſentire, augeri (ut in plantis) nutriri. Dicitur autem aliquid uiuere dupliciter, aut ſcilicet quia opera uitę habet in potentia (ſicut dormiens dicitur uiuere uita ſenſitiua, quia habet poteſtatē mouendi ſeipſum: licet non moueatur actu.

Vnde

Digitized by Google

Vnde & ſomnus dicitur dimidium uitæ:) aut quia opera uitæ habet in actu (ſicut vigilans, qui actualiter exercet opera uitæ,) & talis dicitur perfecte uiuere. Porro inter opera uitæ opus intelligentiæ, quod eſt intelligere, eſt altius, & ideo operatio intellectus maxime eſt vita. Sicut autem idem eſt, ſenſus in actu, & ſenſibile in actu: ita idem eſt, intelligens in actu, & res intellecta in actu (ut Philoſophus docet libro de anima.) Cum ergo intelligentia ſit uita nobiliſſima, & intelligere ſit uiuere nobiliſſimum, ſequitur, quod intelligere rem æternam ſit nobiliſſime viuere vita æterna. Deus autem eſt res æterna, 1. quæſt. 10. art. 2. 3. & nobiliſſimus, vtpote omnes habens perfectiones 1. quæſt. 4 art. 2. ergo intelligere, ſeu (ut verbis textus vtar) cognoſcere Deum, eſt uita æterna, & nobiliſſima. Nobiliſſima, inquam, non tantum ex parte operis, ſecundum ſe (ut diximus,) quia. ſ. opus intelligentiæ inter omnia alia opera eſt altius, ſed etiam ex parte obiecti, quod intelligitur, ſcilicet Dei. Ideo Euangelij ſenſus eſt quod uita æterna conſiſtit in nobiliſſimo opere noſtro, id eſt in intelligere reſpectu nobiliſſimi obiecti non in potentia, ſed in actu exercito: & hoc eſt dicere in litera tex. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum.

Quid ſit vita æterna ſecūdū Euangelicum textū aperitur expreſſe.

DICEBAT concluſio, vitam æternam conſiſtere minus principaliter tamen in viſione humanitatis Chriſti. Probatur autem ex illo reſiduo tex. Et quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Nam illa coniunctio, &, coniungit (ut patet) cognitionem de Chriſto, cognitioni de Deo, in habere vitam æternam, quod tamen intelligi non poteſt, niſi ſecundum gradus inæquales, vt fiat correſpondentia humanitatis Chriſti ad diuinitatem. Sicut enim diuinitas eſt multo, immo in infinitum, maior humanitate Chriſti, ita etiam oportet dicere, quod minus principaliter (quod eſt in infinitum minus) conſiſtit vita æterna in cognitione humanitatis Chriſti, q̃ diuinitatis eius. Hic ſiquidem tex. Quem miſiſti Ieſū Xp̄m exponi debet (ſi de duobus obiectis beatitudinis loquamur, ut hic) non de perſona diuina Chriſti ſecundum diuinitatem, cum ſic ſit idem numero beatitudinis obiectum cum Deo patre & (quod ſemper ſubintelligitur) Spiritu ſancto, ſed de perſona illa Chriſti ſecundum humanitatem, quoniam ſic non eſt idem numero, ſed aliud beatitudinis obiectum à Patre, & Spiritu ſancto. Adde ēt quod in nomine miſſionis, quæ tangitur per tex. Miſiſti, intelligitur incarnatio filij Dei, 3. quæſt 43. artic. 1. 2. & per conſequens ipſe filius, ſecundum humanitatē. Datur ergo ad literam intelligi, quod uitam æternam habebunt ſancti etiam in cognitione, & gaudioſa fruitione glorioſę humanitatis Chriſti. Itaque totus Chriſtus erit beatitudo ſanctorum, vt Deus quidem, tanquam beatitudinis obiectū ſimpliciter ſummum, vt homo autem, tāquam obiectum ſecundum quid ſummū. Ac ſi conſequenter dicat illatiue textus Euangelicus vnicuique noſtrum: Sis ergo ſemper & totus Chriſti, ſicut Chriſtus eſt totus tuus in æternum.

Totus Xp̄s eſt uita æterna ſanctorum.

TE SOLVM VERVM Deum.

ARRIVS Hęreſiarcha peſſimus ignorantiam ſuam, quam de intelligentia huius textus uere habebat, pro magna ſcientia, tanquam cæcus (ut erat) æſtimans, ſuiſque Arrianis uenditans, ex hoc textu male intellecto inferebat ſic: Pater ſolus teſtante filio hic eum alloquente, eſt uerus Deus, ergo filius non eſt Deus verus. Cui Arrio addas & Macedonium hæreticum ex eodem antecedente male intellecto inferentem: Ergo Spiritusſanctus non eſt Deus uerus. Ad has portas inferi, ideoque nimium tenebroſas, reſpōdemus non ex capite noſtro (quippe qui nihil ſim,) ſed ex ipſiſſimo textu Euangelij, quem & ſacra Cōcilia principalia, ſcilicet Nicęnum primum, primumque Cōſtantinopolitanum, ex ſuis actis conformiter ita expoſuerunt, vt inde confirmatio magna reſultet eorum, quæ per Euangelium dicemus. Formaliter igitur reſpōdendo ad vtrunque illorum Antichriſtorum (quandoquidem ex eodem antecedēte errorem proprium eliciunt,) negatur conſequentia. Ratio negationis eſt, quia antecedens, quod eſt textus Euangelij p illam excluſiuam, ſolus, nō excludit alias perſonas à cōſortio prædicati eſſentialis, idest

Dictio excluſiua termino ꝑſonali addita non excludit alias perſonas à &c.

Digitized by Google

ideſt ab hoc, quod illæ ſint Deus verus, & huiuſmodi, 1.q.31.art.4.& de eſſentialibus, q.39.art.3. &c. Porro, quod illa dictio excluſiua tex. Cœlum non excludat alias diuinas perſonas à conſortio illius prędicati patet, vel cęcutientibus per illud Math.11. Nemo nouit filium, niſi pater, neque patrem quis nouit, niſi filius. Hoc eſt (ut noſtri textus uerbis utamur:) ſolus pater nouit filium, & ſolus filius no uit patrem. Heus cęce, quem malitia hęreticalis excęcauit: Ex hoc Math. 11. quid dices conformiter ad tuas inſanas ſuperiores conſequentias? Solus pater (dices) nouit filium: ergo filius non nouit ſemetipſum? Item, Solus filius nouit patrem: ergo pater non nouit ſemetipſum? O inſenſati nimium. Quis non rideat illas illationes, & tam ſubtilium illationum factores Terentianos dicterio non ergo vocet, Ridiculum caput? Notiſſimum ergo vniuerſis ratione vel tenuiſſima vtentibus relinquitur ex apertis Euangelij literis, quod dictio excluſiua addita vni perſonæ diuinæ non excludit alias quin ſint etiam ipſę tales, ſi de prædicatis eſſentialibus agitur (vt eſſe verum Deum, eſſe cognitoré, t. noſſe, &c.) Dico de eſſentialibus, quia ſi ageretur de prædicatis perſonalibus ſeu (quod idem eſt) notionalibus, excluderet alias perſonas diuinas. Vt ſolus pater generat, 1.quæſt.41.art.&c. Hoc ipſum de dictione excluſiua cognouerunt ex ſcripturis ſacra illa Cócilia, de quibus ſupra meminimus, prout ex ſuorum actorum definitionibus conſtat, & conſequenter inde nobis prædictæ expoſitionis textualis cõfirmationem optimam ſubminiſtrarunt. Quæ fuerunt ipſorum acta definitiua? Damnatio hæreſis Arrianæ à Cócilio Niceno generali primo 318. Patrum [inter hos fuerunt multi Sancti, atque doctiſſimi viri: vt Nicolaus Mireæ ciuitatis, & Athanaſius Alexandriæ Ægypti ciuitatis Epiſcopi &c.] & firma poſt debitum ſcripturarum diuinarum examen conſtitutio, quod filius Dei eſt conſubſtantialis Patri (quod illi Græce dixerunt Homouſion,) ideoque non adoptiuus filius, ſed natura verus Deus. Iuxta illud 1. Ioan.5. Simus in vero filio eius, hic eſt uerus Deus. Item à generali Concilio Conſtantinopolitano primo 150. Patrum fuit condénata hæreſis Macedoniana, & firmatum ſtatutum ex ſcripturis diuinis certiſſime habitum, quod Spiritusſanctus eſt verus Deus, iuxta illud, de omnibus tribus dictum 1. Ioan.5. Pater, Verbum, & Spiritusſanctus, hi tres vnum ſunt. Viderant utiq; prius hi SS. Conciliorum Patres Euangelicum hunc tex. Ioan. 17. filij dicentis ad patrem, Te ſolum verum Deum, & hunc non obſtare ſanxerunt veritatibus illis à ſe determinatis. ſ. quod & Filius, & Spiritusſanctus, ſunt verus Deus. Quare hũc textũ huic catholico duplici decreto non obſtare (contra ignorantiam prædictorũ hæreticorum) iudicauerunt? Quia ex Matth. 11. Nemo nouit &c. viderunt, & optime quidem, quod dictio excluſiua ſolus, vel alia æquipollens, nô excludit alias perſonas diuinas à conſortio prædicati eſſentialis de vna perſona expreſſi, & quod dicere contrarium huius, eſt extrema demẽtia (vt ſupra monſtrauimus.) Porro Concilia quatuor principalia, quorum præmiſſa duo ſunt prima, tantæ authoritatis apud Magnum Gregorium Papam ſimul & Doctorem ſanctiſſimum fuerunt, vt ea veluti quatuor Euangelia, acceptet, ac veneretur, vt patet in Decretorum libro diſtinct. 15. cap. Sicut Sancti Euangelij 4. libros.

Quatuor concilia principalia ſunt B. Greg qua tuor Euãgelia.

QVID ergo excludit illa dictio excluſiua ibi; Te ſolum Deum verum? creaturas, & humanitatem Chriſti præſertim vero Deos gentium. Ac ſi dicat. Hæc non eſt vita æterna, vt cognoſcát aliquas creaturas, quia nulla creatura, neque humana Chriſti natura (quæ creata eſt) neque vllus gentilium Deus (vt Iuppiter, Mercurius, Bel, &c. qui ſunt creaturæ) eſt verus Deus. Vnde Chriſtus per hunc textum ſic (vt oportet) intellectum, damnat velut in fide erroneas, opiniones, & illorum, qui poſuerunt beatitudinem eſſentialiter cõſiſtere aut in cognitione, vel Angelorũ, vel ſpeculatiuarum ſcientiarum, vel humanitatis Chriſti, aut in adeptione alicuius rei creatæ (puta, pecuniæ, voluptatis, honoris, famę &c.) & illorum, qui colentes idola, dicebant ea eſſe ueros Deos, & cuiuſdam Auguſtini de Roma Epiſcopi Nazareni, qui dixit, quod humana natura in Chriſto eſt uere Chriſtus, ac perſona verbi, immo etiam quod eadem eſt Deus

Dãnãtur ex textu multę hæreſes, & de beatitudine, & de Chriſto.

Digitized by Google

Deus naturalis, & proprius. Ex tali ergo textu opiniones tales condemnante confirmatur conſequenter doctrina fideliſſimi Eccleſiæ catholicæ Doctoris Sancti Thomæ 1.2.q 2.art. 1. 2.3.4 5 6.7.8.& q. 3.art.6.7. confirmantur etiam dicta Elucidationum pri.par.articulorum numero 368.& 3.de Sal.art.numero 8.104.145.& 3.de Sacram.Addition.articulorum num. 389. contra prædictum Auguſtinum de Roma. Quid ergo eſt breuiter, dicere in tex.Te ſolum? Id quod B.Auguſt.hinc virtualiter edoctus.in lib.5.Cōfeſſ.Deum ipſum alloquens ſic expoſuit. Infœlix homo, qui ſcit omnia illa.ſ. creaturas:te autem neſcit. Beatus autem, qui te ſcit, etiā ſi illa neſcit. Qui uero & te,& illa nouit, non propter iſta beatior eſt, ſed propter te ſolum beatus.Hæc ibi.

CIRCA EVNDEM Textum.

TE (inquit) ſolum verum Deum. Qđ per hanc textus excluſiuam, ſolum, non excludatur filius (ut diximus) declarat quoque B.Aug. ſed alia via incedens, & dicit.Ordo verborum eſt, vt te, & quē miſiſti Ieſum Chriſtum,cognoſcant(.ſ.eſſe)ſolum verum Deum. Conſequenter autem & Spiritusſanctus intelligitur, quia ſpiritus eſt patris, & filij,tanquam charitas conſubſtantialis amborum. Hæc ille ſuper Ioan. Id quod B. Hilarius antea in 9.de Trinit.dixerat ſic.An forte,quod ait te ſolum,communionem atque unitatem ſuam à Deo ſeparat? Separat ſane, ſi non ad id, quod ait, Te ſolum verum Deum, continuo ſubieciſſet, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.Per id enim Eccleſiæ fides Chriſtum verum Deum cōfeſſa eſt, quod ſolum verum Deum confeſſa patrem ſit. Non enim vnigenito Deo naturæ demutationem naturalis natiuitas intulit. Hæc ibi.Ex his ergo vtriſque magnis Doctoribus conſtat, quod talis modus loquēdi in hoc textu Euāgelico eſt ſecundum illum modum loquendi, quo Eccleſia in proſecutione hymni Angelorum Luc.2. cātat, Tu ſolus altiſſimus Ieſu Chriſte, cum ſancto ſpiritu, in gloria Dei patris. Hic etenim pronuntianti ſeorſum primā clauſulam uſ(ſicut & ibi in Euangelio)quod dictio, ſolus, excludat alias perſonas diuinas ab altiſſimo eſſe,cum tamen ,ſi uideat ſubſequentia.ſ.cum ſancto Spiritu in gloria Dei patris,cognoſcat manifeſte,quod non excludit illas, ſed tantum creaturas. Quomodo enim poteſt ab aliquo viro docto intelligi,quod excludat illas diuinas, cum ex ſubſequentibus,ſi ad nominatiuū reducantur,pateat totum contrarium,videlicet, Tu es, & ſanctus ſpiritus eſt, & Deus pater eſt, altiſſimus? & tamen vnus tantum Deus altiſſimus. Cum enim perſonæ realiter ſint idem numero,quod eſſentia,1.q.39.art.1.patet, quod non ſunt ibi tres altitudines. Sic in propoſito textus præſentis Euangelij. Patris perſona eſt Deus,filij perſona eſt Deus, Spiritusſancti perſona eſt Deus, & tamen vnus tantum Deus:Nam cum perſonę ſint realiter idem numero, quod eſſentia, eſſet hæreſis dicere,illos tres eſſe tres Deos(ut habetur ex Symbolo B.Athanaſij.) Ratio eſt, quia ibi non ſunt tres Deitates, ſed Deitas,quæ eſt in patre,qua dicitur Deus, eſt illa numero eadem Deitas, quæ eſt in filio,qua dicitur Deus. Similiter & deitas, quæ eſt in filio,eſt eadem numero deitas, quę eſt in Spiritusſancto,item deitas,quæ eſt in Spiritusſancto,qua dicitur Deus,eſt numero eadem deitas, quę eſt in utriſq;. Non ergo poteſt eſſe, immo nec ab ullo terminos intelligente fingi, quod ibi ſint duo,uel tres dij,quoniam implicant contradictionem duo hæc.ſ. quod ſit ibi una tantum deitas, & quod ſint ibi duo, uel tres dij. Cur enim aliquis dicitur Deus? Quia habet deitatem. [Sicut & aliquis dicitur homo, qui habet humanitatem.] Vbi ergo una tantum numero deitas, ibi vnus tantum numero Deus, & vbi duo dij, ibi neceſſario ſunt duæ deitates, & vbi tres dij ibi de neceſsitate ſunt tres deitates. Impoſsibile ſiquidem omnino eſt, quod multiplicentur numeraliter dij, nō multiplicatis numeraliter deitatibus,qm̄ nemo poteſt eſſe Deus, niſi habeat deitatem. [Sicut & impoſsibile eſſet omnino, quod multiplicarentur homines ſecundū numerum remanente humanitate non multiplicata ſecundum numerum, quia nullus poteſt eſſe,immo nec fingi,homo, niſi habeat humanitatem. Vnde quia numeraliter humanitates multiplicantur, ideo

Regula vniuerſalis ꝑ patre,& filio noiatis, cointelligitur ſēper Spiritusſanct°.

Cur impoſſibile ſit Patrem: Deum, Filiū Dēū & Spiritū ſanctū Deum, tres eſſe vel Deos, Deū.

Digitized by Google

ideo videmus, homines multiplicari numeraliter. Plato.n.& Socrates ſunt numeraliter duo homines, quoniã humanitas, quę eſt in Platone, non eſt numero eadẽ, quæ eſt in Socrate.] Deitatem autem, quæ eſt eſſentia diuina in ſingulos eadẽ numeraliter exiſtẽs, eſſe tãtũmodo unã rẽ ſimpliciſſimã, patet 1.q.3.art.7.& q.39.ar.2.

Per hunc tex, Te ſolum Deum verum, excluditur quorundam error: & Chriſtus (ſecundum B. Auguſtinum in 6. ſeu 3. de Trinit.) dixit hoc intẽdens excludere errorem illum. Quidam enim fuerunt, qui dicebant: quod propoſitio hæc, Pater eſt Deus, & filius eſt Deus, & Spirituſſanctus eſt Deus, eſt falſa: licet hæc alia .ſ. pater, & filius, & Spirituſſanctus, ſunt vnus Deus, ſit uera. Ratio autem, quam iſti adducebant, erat hæc: quia (ut ab Apoſtolo dicitur) Chriſtus eſt Dei virtus, & Dei ſapientia. Ex hoc ergo dicebant. Manifeſtũ eſt: quod nullus poteſt eſſe Deus, niſi habeat virtutem, & ſapientiam diuinã. Cũ igitur iidem vellent, quod pater eſſet ſapientia, quæ eſt filius, addebant ulterius dicentes, quod pater ſolus .i. ſine filio conſideratus, non eſt Deus, ſimiliter & Spirituſſanctus ſine eodem filio conſideratus non eſt Deus, item & filius ſine ipſis conſideratus non eſt Deus. Nam filius non tãtum eſt virtus, & ſapiẽtia, ſed Dei virtus, & Dei ſapientia: & conſequenter filius, ſine Deo patre & Spirituſancto conſideratus, non eſt Deus. Contra iſtos ergo errantes cõcludit B. Auguſtinus, dicẽs ibid. Nunc ergo ex Domini teſtimonio, & patrem ſolum verum Deum dicimus, & filium ſolum uerum Deum: & Spiritumſanctũ ſolũ uerum Deum, & ſimul patrem, & filium, & Spiritumſanctum .i. ſimul totam Trinitatem, nõ tres veros Deos, ſed vnũ verũ Deum. Hęc ille. Pro horũ clariori captu recurre ad immediate ſuperiora.

Pater ſolus eſt verus Deus, & filius ſolus eſt verus &c et tota trinitas eſt vnus verus Deus.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET, vita æterna conſiſtit (ſi loquamur de uia) in cognitione per fidem viuam, & ꝙ Deus eſt Deus, & ꝙ filius Dei factus eſt homo, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Hęc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolũ verum Deũ, & quem miſiſti I.C. Nam, ſecundum alteram ſanctorum expoſitionem, interpretatur ſic verbum illud, Cognoſcant .ſ. per fidem uiuam .i. charitate formatam. Eo vſdelicet modo, quo Apoſtolus de uiatorib. dicit, 1. Cor. 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: & Nunc cognoſco ex parte. Per fidem viuã, dixi: quia licet nec fides de neceſſitate ſit uiua (reperitur.n.& ſępius quidem fides informis.2.2.q.4.art.4.) nec in textu fiat expreſsa mentio de fide uiua, tamen per regulam vniuerſalem, quam aliàs diximus, ſit in illo textu implicita de tali fide mentio. Quę eſt regula illa? Quod ſcripturę ſanctę ſibi inuicem ſubminiſtrant ſenſum verum & completum, verborum multorum. Vnde id quod alicubi dictum eſt explicite, nõ repetitur plerumque in ſimili materia, ſi alibi tractanda occurrerit, ſed oportet illud ſemper tanquam pro implicite ſubintellecto haberi in loco illo ſcripturarum ſiue ante ſiue poſt ſcripturam, in quod illud explicitè ſemel dictum non ponitur expreſse. Ratio autem regulæ huius eſt: quia Spiritusſanctus, qui eſt omniũ partium totius ſcripturę canonicę author, (Concil. Trident. ſeſſ. 4.) nunquam ſui obliuiſcitur, ſed ſemper ſibi ipſi totaliter cõſtat .i. in dictis ſuis, vbicunque fuerint, eſt ſemper conformis omnino. Patet autem neceſſariam conformitatem hanc intelligi non poſſe, niſi per mutuum illud ſcripturarum coadiutorium, quod nunc ſuprà explicauimus. Regulam igitur hanc veriſſimam ſequuti diximus: quod in pręſenti tex. Cognoſcant, ſubintelligitur per fidem uiuã. Nam hoc habetur ex alio loco ſcripturarum explicite. Quando enim Chriſtus in hoc eodem ſermone, cap. 14. tractauit de vita ęterna ad quam peruenturos ſuos diſcipulos promittebat dicens, quod in ipſa manſiones multæ ſunt, monſtrauit etiam eiſdem uiam, qua ambulare debebant, ut ad eam peruenirent; per hoc utique ſignificans, quod ad finem etiam à ſe promiſſum non poteſt perueniri, niſi per debita media ad finem .i. per fidem viuam, idest ex charitate operantem, quæ .ſ. per charitatem ſeruat mandata, Matth. 19. Id ꝙ ipſemet declarat præmittendo ibid. Ioan. 14. Credite in Deum, & in me credite: antequam dicat, ſe venturum & aſſumpturũ

Secunda.

Regula de mutuo ſcripturarũ ſibi inuicem adiutorio.

Quando Deus promittit aliquibus vitam æternã, cõintelligit ſẽper ꝙ ipſi anteà vadãt per uiã ei correſpondẽtẽ .i. ſeruẽt mãdata. Ex eo. Ioan. 14.

eos

eos ad ſeipſum, vt vbi ille eſt, & ipſi ſint, idest vt habeant in patria vitam æternã. Eſse enim cum Chriſto Philippẽ. 1. quod hic dicebatur, vbi ego ſum, & vos ſitis, eſt uita æterna. Chriſtus igitur ex hoc, quod in Ioan. 14. ante adeptionem vitæ æternæ conſummatæ præmittit fidem uiuam his verbis, Creditis in Deum, & in me credite (nam credere in Deũ, fidem uiuam importat, 2. 2. quæſtione 2. articulo 2.) dat intelligere, quod vbicunque de via, qua itur ad uitam æternam conſummatã, quæritur, reſpondendum eſt, quod talis uia eſt fides viua. Conſequenter ergo inde dat etiam intelligere, quod vbicunq; de tali via ſub quibuslibet verbis tractatur, & expreſſa mentio de fide viua non fit, ibi ſemper de tali fide mentio implicite fieri ſubintelligitur. Conſequenter ergo ex eodem loco Ioan. 14. dat etiam intelligere, quod in propoſito iſto Ioan. 17. illud, Cognoſcant, debet cum expoſitione hac. ſ. per fidem uiuam, accipi, quãdo pro cognitione uię, quę eſt uita æterna inchoatiue, interpretatur. Sic enim credere in Deum, & habere imperfecte uitam ęternam, conuertuntur inter ſe, id quod Dominus docuit his uerbis Ioan. 6. Qui credit in me, habet uitam ęternam. Non dixit, Habebit, quia non omnes in Chriſtum credentes habebunt illam patriæ uitam, ex defectu perſeuerantiæ uſque in finem Matth. 10. 24. ſed dicit, Habet ad denotandum, quod talis credulitas hominem adhuc in carne mortali viuentem eleuat ſupra viuere naturaliter humanum dando ei uitam æternam inchoatiue, ſeu (quod idem eſt) faciendo, eum uiuere ſupernaturaliter. ſ. æterna uita per quaudã ſapidam inchoationem.

ALTERA partis huius particula. ſ. & quod Deus eſt Deus, & quod filius Dei factus eſt homo, probatur ab Euangeliſta ex tex. Te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum [ſequendo. ſ. illã ſecundam Doctorum expoſitionem.] Per fidem etenim cognoſcere hoc, quod dicite, idest (ut exponit Beatus Aug. ſupra adductus) patrem ſolum eſſe verum Deum, & filium ſolum eſſe uerum Deum, & ſpiritumſanctum ſolum eſſe verum Deum, & ſimul patrem, filium, ſpiritumſanctũ, ideſt ſimul ipſam Trinitatem eſſe nõ tres veros Deos, ſed vnum verum Deum, cognoſcere, inquam, hoc eſt cognoſcere, ꝙ Deus eſt Deus. Quid eſt ergo ſecundum ipſum Auguſtinum cognoſcere, ꝙ Deus eſt Deus? Eſt cognoſcere, quod Deus eſt trinus, & vnus, item quod ipſe ſolus eſt adoratione, quæ Deum verum decet, adorandus. Ex his igitur patet, eſſe de mente Chriſti in iſto textu, quod ad uiatorem, ſi vult vitam æternam inchoatiue habere, requiritur neceſſario, quod credat prædicta, ideſt quod habeat taliter explicitam fidem de ſumma Dei Trinitate. Ex præſenti ergo textu confirmatur optime doctrina vere Angelica Sancti Thomę, qua determinat, 2. 2. q. 2. artic. 8. quod credere explicite Trinitatem eſt de neceſſitate ſalutis. Nam de neceſſitate ſalutis eſt habere vitam æternam inchoatiue in hoc mũdo: & taliter habere vitam æternam eſt credere. i. cognoſcere Deũ (vt dictũ eſt) ꝑ fidem. Porro, quod credere Trinitatẽ ſit ad ſalutem neceſſarium inſinuat etiã eccleſia, ſicque determinationem Angelici Doctoris præmiſſam confirmat, per hoc, ꝙ in primis ſalutis noſtræ foribus. i. in baptizando homines Trinitatem diuinam explicitam. ſ. In nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti, palam aperta voce pronũciat. Ac ſi facto ſuo tali proteſtetur, & dicat omnibus, & ſingulis viam ſalutis arripere volentibus (ſicut iſte illa arripit quẽ ego baptizo) eſt neceſſarium explicite credere hoc, quod nunc profero, myſterium Trinitatis.

Credere explicite Trinitatẽ diuinã eſt de neceſſitate ſalutis.

Rurſus. Per fidem cognoſcere hoc, ꝙ dicit tex. Quem miſiſti Ieſum Chriſtum, ideſt, quod filius à patre æternaliter genitus inceperit eſſe in mundo per carnem in vnitate perſonę aſſumptam (vt exponitur ſententialiter, 1. q. 43. art. 1. corp.) eſt cognoſcere, quod filius Dei factus eſt homo. Illa nanque perſona diuina mittere aliam dicitur, quę eſt principium vel generatiuum, vel ſpiratiuum illius, & iſta dicitur miſſa ab ipſa, quæ eſt tale principium eius. Ad illum uero locum dicitur & illa mittere, & iſta mitti, vbi nouo modo apparet. Quia igitur filius eſt à patre, tanquam à ſuo principio generatiuo, propterea filius dicitur mitti à patre, & quia nouo modo. i. per naturam humanam aſſumptam pro noſtra ſalute in paſſione ſa-

cri-

Digitized by Google

crificandam apparuit in mundo nobis, ideo dicitur miſsus in mūdum, & ad nos ſaluandos (id quod hic implicite ſubauditur, ex Ioan. 3.) exponitur enim ſic tex. Quem miſiſti .ſ. in mundum, & ut ſaluetur mundus per ipſum. Cum ergo Chriſtus in præſenti loco ſignificet, quod cognoſcere per fidem, ſe eſse miſsum à patre, eſt ad habendum vitam æternam neceſsarium, conſtat illum per hoc ſuum dictum confirmare id, quod poſtea doctorum Sanctum Thomam prçuidebat .ſ. ꝙ credere myſterium incarnationis, explicite eſt de neceſſitate ſalutis, 2.2. q. 2. art. 7. Quam eiuſdem ſancti doctrinam Eccleſia etiam facto ſuo confirmare ſe palam oſtendit, dum myſteria ad incarnationē Chriſti pertinentia ſollemniter celebranda ab omnibus inſtituit, videlicet, Natalem Domini, Paſſionem eius (ſeptimana ſancta,) Reſurrectionem, Aſceſionē &c. Ac ſi aperte dicat. Ideo uniuerſis myſteria hæc propono, vt per hoc & omnes ſciant, ſe teneri de neceſſitate ſalutis credere explicite illa, & eorum omnium ſaluti ſucurram, ne .ſ. ignorent ea.

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus, vt hominem liberaret, eſt incarnatus (contra hæreſim P. Abailardi,) & quod eſt mundi Saluator (contra hæreſim Theod. Bizantini,) uide ex ſacroſanctis ſcripturis Concilijs &c. eſse definitum in Elucidationibus, 3. de Sal articulorum numero 2.247.268. & 3. de Sacramen. Additio. articulorum num. 332. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem Leuitic. 16. concl. 8. Conſtat enim, quod ex eo, quod incarnatus fuit propter noſtram ſalutem, ſequitur, quod nihil in Chriſto non fructuoſum extitit ad conducendum nos in vitam æternam. Ideo nanque ad nos per incarnationem viſibilis venit, vt ex omnibus bonis actibus in eo nobiſcū conuerſante viſis incitaremur ad uitam illam conſequendam. Ex quo vlterius ſequi conſtat, quod quicquid ipſe ſiue in uerbo, ſiue in opere fecit, totum ordinauit ad finem illū, pro quo uenerat. [Hoc enim eſt proprietas prudentum .ſ. ad finē primum dirigere omnia alia,] id quod eſt, nihil in eo fuiſse non fructuoſum nobis .i. ad utilitatem noſtram. Et quę maior vtilitas noſtra, quam dirigi per viam ſalutis, cuius terminus vltimus ſit uita æterna? Quod homo poteſt ex gratia Dei videre diuinam eſsētiam, & quod in hoc vita æterna ſimpliciter conſiſtit (contra quoſdam hæreticos:) uide ex ſacroſanctis Concilijs, ſcripturis &c. in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 55.59. 318. & 1.2.q.3.art.8. & articulorum num. 36. item 3. de Sacram. Addition. articulorum numero 64.396.403.430. Quod beatitudo ſecundum quid .i. imperfecta reſpectu eſsentię Dei uiſæ, conſiſtit in uiſione humanitatis Chriſti glorioſę, & hoc à fortiori. Vide in Elucid. 1.2.q.3. artic. 7. A fortiori inquam, quia ſi taliter ſumpta beatitudo conſiſtit in cognitione Angelorum (quod ibi probatur,) multo vtiq; magis in Chriſti humanitatis glorioſæ cognitione conſiſtet, quandoquidem humanitas illa ſuperat dignitatem glorioſam Angelorum (ut patet ex coniunctione perſonali ad diuinam naturam, ratione enim huius humanitati illi debetur maior gloria:) & magis ſane ſuperat eam, quam gloria B. Virginis, cuius tamen ratione canit Eccleſia: Exaltata es ſancta Dei genitrix ſuper choros Angelorum ad cœleſtia regna. Quod uita æterna imperfecta in prę ſenti uia loquendo, conſiſtit in habere fidem præcipue ſi ſit viua .i. per charitatem formata, uide in Elucid. pri. par. q. 12. ar. 13. Si enim beatitudo hominis conſiſtit in cognitione Dei (ut dictum eſt) ita ut etiam qui magis eum cognoſcit ſit magis beatus, 1.q.12. art. 6. vtique in illa re conſiſtet beatitudo magis, quæ facit magis cognoſcere Deum in præſenti uita. Hęc autem eſt fides, qua nos cognoſcimus Deum magis, quam per rationem ſolum naturalem, ut demonſtratur ibi .ſ. 1. quæſt. 12. art. 13. & 2.2.q.2.art.4. & quęſt. 7. art. 2. & quęſt. 9. art. 1.2. & q. 45. art. 1.2.6. Quicunque ergo uiatorum habet maiorem fidem 2.2.q.5.art.4. habet etiam magis quātum eſt ex fide, præſertim ſi per charitatē ſit formata, 2.2.q.4.ar.3. uitam æternā.

Quod

Digitized by Google

Quod ea, quę nobis uidenda in patria, proponũtur ſunt credenda in via, & hęc ſunt duo. ſ. Deus, vt Deus, & Deus, vt homo, id quod eſt credere, quod Deus eſt, Deus, & quod Dei filius factus eſt homo, vide in Elucid. 2. 2. q. 1. art. 1. 8.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. XVII.

QVOTQVOT ſaluantur, ſiue ſalute in via. i. habendo fidem aut formatam, aut informem, ſiue ſalute in patria. i. habendo claram viſionem eſſentiæ diuinæ, & glorioſæ humanitatis Chriſti, omnes hi ſaluantur propter Chriſti orationem, & paſſionem, quicunque verò dãnantur ſiue damnatione in via. i. non habendo fidem, vel formatam, vel informẽ, ſiue damnatione poſt viam completam. i. non habendo claram viſionem eſſentiæ diuinæ nec glorioſę humanitatis Chriſti, hi omnes damnantur ex ſuo ipſorũ uitio.

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM hanc, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Pater ſancte ſerua eos &c. vt ſint vnum, ſicut & nos &c. & tex. Nõ pro eis rogo tantum, ſed pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, ut omnes vnum ſint, vt credat mundus &c. & tex. Pater, quos dediſti mihi volo, ut vbi ſum ego, & illi ſint & c. & per tex. Et pro eis ego ſanctifico meipſum in veritate, & per tex. Nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis, vt impleatur ſcriptura. Pars itaque prima. ſ. quotquot ſaluantur ſiue &c. ſaluantur propter orationẽ Chriſti, & paſſionem, probatur ex eo, quod Chriſtus pro eis hic & orat, & paſſurum ſe dicit, vt & fidem habeant cum charitate (quod ſpectat ad uiam,) & claritatem ſuiipſius tum diuinam, tum humanam videant (quod ſpectat ad patriam.) Pater autem, quod & Chriſti oratio nunquã fuit caſſa, ſed ſemper exaudita, ſecundum illud Ioan. 11. Ego ſciebam pater quia ſemper me audis, & Chriſti paſſio nunquam fuit vacua, ſed ſemper fructuoſa, ſecundũ illud à fortiori intellectum Iſai. 55. Verbum meum non reuertetur ad me vacuũ, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud. A fortiori, inquam, intellectum, quia ſi verbũ à Deo per prædicatores. ſ. vel alios ſuos miniſtros, prolatum non eſt unquam vacuum, ſed ſemper iuxta intentionem Dei ipſum proferentis fructiferum, multo vtiq; magis id, quod eſt maius exteriori ſeu vocali verbo Dei. i. paſſio Chriſti uerbi Deo patri conſubſtantialis, non erit unquam uacua, ſed ſemper ſecundum intentionẽ ſuam ſimpliciter uolitam, 1. q. 19. artic. 6. fructuoſa. Porro, aſſumptũ illud. ſ. quod Chriſtus pro omnibus ſaluandis ſiue in uia, ſiue in patria, hic & oret, & ſe paſſurum dicat, patet conſideranti præmiſſos textus Euangelij. Orat enim dicens. Pater ſancte, ſerua eos, ut ſint unum, ſicut & nos. Ecce, quod petit pro eis ſalutem uiæ. i. fidem, & charitatem. Pater (inquit) ſancte. Vocat eum ſanctum, ut ex hoc poſſimus cognoſcere, quod ab ipſo patre ſancto per eſſentiam intendit pro illis petere participatam ſanctitatem (ſecundum illud Leuitay. Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum.) Sanctitas uero participata eſt puritas, ſeu mundicia cordis. Puritas uero talis conſiſtit in abſtractione cordis à rebus infra nos exiſtentibus, & in coniũctione cordis ad res quæ ſupra nos ſunt. Experientia enim docente, ſcimus, quod aliquid, puta aurum, dicitur purum, quãdo non eſt mixtum aliqua re uiliori ſeipſo, puta ſtanno, & argento, quãuis miſceatur aliqua re digniori ſeipſo, puta precioſiori gemma. Porro infra dignitatem noſtram ſunt omnia temporalia, errores, & peccata, ſupra dignitatem uero noſtram ut ordinamur ad obiectum beatitudinis, eſt ſolus Deus. Vnde per fidem, & charitatem, inquantum nos abſtrahunt à rebus inferioribus coniungendo nos Deo, puritas cordis acquiritur, & conſeruatur. Purificatur enim cor per fidem, iuxta illud Actu. 15. Fide purificans corda eorum in quantum. ſ. per ueritatem fidei mundatur intellectus ab erroribus, & per charitatẽ, quæ eſt forma fidei, mundatur uoluntas a uitijs. Cum igitur Chriſtus ſanctitatem à patre diſcipulis ſuis etiam uſque ad conſummationem ſeculi futuris petat, ſequitur manifeſte, quod petit eis fidem charitate

Oratio Chriſti, & paſſio nunquã fineſtitio fruſtrantur, quin illã ad plenum conſequantur.

Primo.

ritate formatam. Patet quoque hoc ipſum ex textu, & præcedenti contextu. Quid dicit hic textus? Serua eos. Quid dicit præcedens contextus? Crediderunt, quia tu me miſiſti. Conſtat namque, quod conſeruare aliquid præſupponit habere illud, quoniam id proprie conſeruare deſideramus, quod habitum perdere non uellemus. Ita quod in aliqua re aliquos proprie conſeruari dicimus, quando rem illam, quam habebant, non perdunt, ſed in habendo eam perſeuerant. Conſeruatio igitur reſpicit aliquid prius habitum, ſi proprie loquamur.

Cum ergo CHRISTVS oret, vt diſcipuli conſeruentur, dicendo in tex. Serua eos (non explicando in quo patrem ſeruare eos velit,) clarum nobis ex hoc fit, quod ſubintelligi aliquod præmiſſum, in quo conſeruari illos à patre deſiderat, præſupponitur. Hoc autem præmiſſum, ut diximus, eſt fides de qua prædictum fuerat in contex. Crediderunt, quia tu me miſiſti. Sic itaque exponendus eſt præſens tex. Serua eos, ſilicet in fide, quam de re, & me, iam habent. Petita autem pro diſcipulis fide, ſeu potius perſeuerantiam in fide per hunc textum, nûc pro eiſdem & charitatem, & talem in charitate perſeuerantiam, quæ ad introductionem in gloriam æternæ beatitudinis actualiter pertingat petit his verbis textualibus, vt ſint vnum, ſicut & nos.

AD HVIUS NVNC præmiſſi faciliorem captum ſcias primo, quod hoc pronomen, nos, demonſtrat patrem, ut pater eſt, & Chriſtum, vt homo eſt. Quod ſecundum planam texturam literæ patet, quæ Chriſtum orate ad patrem in capituli principio pro toto capitulo introduxit dicens; Subleuatis oculis in cœlum dixit, Pater clarifica filium tuum. Perſona ſiquidem ſic loquens non eſt filius Trinitatis, ſed ſolum patris, & non orat, vt Deus, ſed ſolum ut homo. Sicut autem perſona orans eſt DEVS, non tamen eſt orans, ut DEVS: ita pater, qui oratur eſt DEVS, non tamen, quando ad ipſum à filio orante dicitur, Sicut & nos vnum ſumus, accipitur ut DEVS, ſed vt pater. Non enim filius, vt homo, intendit dicere, ſicut unum ſumus nos, ſcilicet DEVS, & ego filius hominis, quia DEVS, & filius hominis non poſſunt vocari, nos. Nam pronomen nos, ſignificat hic plures perſonas: filius autem hominis, & DEVS, non ſunt duę perſonæ, ſed una tantum perſona, cum tamen filius hominis, & pater ſint duæ perſonæ realiter diſtinctæ, ideoque demonſtratæ per pronomen illud, nos.

Quid demōſtretur per illud, nos. ſ. tu, et ego.

Ad illius præmiſſi captum ſcias ſecundo, quod ſignanter dicit tex. Sicut, non autem dicit, Quantum. Non enim Dominus petit, neque petere intendit impoſſibilia à patre (cuius oppoſitum eſſet contra prudentiam petentis:) ſed ſolum poſſibilia. Conſtat autem, quod impoſſibile eſt eſſe tantam unitatem creaturarum inter ſe inuicem, ſiue inter ſe & DEVM, quanta eſt unitas inter CHRISTVM filium hominis & patrem. Poſſibile uero eſſe, nemo in ſcripturis expertus dubitat, quod ſecundum quandam imitationem inadæquatam [qualem importat illud, Sicut] poſſit unitas creaturarum aſſimilari unitati filij hominis ad patrem. Ad eiuſdem præmiſſi captum ſcias tertio, quod ſtante declaratione ſupradicta, ſcilicet, quod CHRISTVS ſumitur hic ſolum ut homo, illud de tex. Vnum, non importat unitatem naturæ, aut perſonæ, ſed unitatem charitatis, donorumque ſpiritualium, & glorioſæ beatitudinis. Manifeſtum etenim eſt, quod filius DEI, ut homo, non eſt unum cum patre in natura (cum filij DEI, ut homo, natura ſit humana, & natura patris ſit diuina,) neque eſt unum in perſona (cum utriuſque perſonæ diuinæ realiter diſtinguantur:) ſed eſt cum ipſo patre unum indiſſolubili uinculo, & charitatis mutuę, & beatitudinis glorioſæ. Ex charitate uero illa procedit, quod & pater dat dona ſpiritualia CHRISTO, ut homini, & CHRISTVS homo bene utitur illis donis receptis: In beatitudine autem illa ſunt unum, quia pater eſt obiectum beatitudinis (pręter hoc, quod eſt ſimpliciter ſumme beatus, prima quæſtione vigeſimaſexta, articulo primo, quarto.) Et CHRISTVS homo eſt intrans in haudium contem-

Quo Xps vt homo ſit vnū cū patre.

plati illius obiecti, cum ſit diuinæ eſſentiæ comprehenſor præ cęteris omnibus participibus ſuis. Ex pręnotatis igitur omnibus patet, quod Chriſtus per hoc dictum in tex. Vt ſint vnum, ſicut & nos, petit pro diſcipulis hunc vnitatis modũ, non quidem per adæquationem, ſed per quandam imitatiuam ſimilitudinem, habendum, vt ſcilicet & in ipſis ſit firmum vinculum mutuæ dilectionis relatæ in Deum, & ipſi à Deo habeant dona ſpiritualia, hiſque bene vſque in finem utantur donec veniant ad actualem vnitatem cum Deo ipſo in æterna & glorioſa beatitudine, qua, ſcilicet videant Deum deorum in Syon.

PRO EIS SANCTIFICO meipſum.

Secundo. DICEBATVR: quod Chriſtus non tantum orauit (vt explanatum eſt,) ſed etiam ſe dixit eſſe paſſurum, pro nobis, & hoc eſt illud in tex. Ego pro eis ſanctifico meipſum. Sed dicet quis. Quare in oratione Dominus interſerit paſſionem ſuam, tanquam tranſiens de genere in genus? Quia paſſio ſua ad genus idem pertinet. Ipſa nanque paſſio eſt quędam non verborum (ipſe enim ſępius in paſſione tacebat Matth. 26.27.) ſed factorum, oratio, propterea que omnibus vocalibus orationibus & maior, & Deo patri acceptior, & nobis vtilior, & Chriſto ſecũdũ ſeipſam laborioſior. Vnde in oratione pñtis capituli non fit à Domino tranſitus de genere in genus (qui tranſitus contrariari videtur prudentiæ,) ſed de gradu minori ad gradum maiorem aſcenditur in eodem genere [id quod magna prudentia eſt.] Dicit ergo Dominus, pro, Ego ſanctifico meipſum, ideſt pro eis ego ĩ paſſione vſque ad mortem ſacrifico meipſum. Sic enim intelligendum eſſe hoc docuit Beatus Chryſoſtomus dicens. Pro eis ſanctifico meipſum .i. offero meipſum tibi hoſtiam. Hoſtiæ.n. omnes ſanctæ dicuntur, & quæcunque Deo dicantur. Quia uero

Sanctificare ſeipſum quid ſit. antiquitus in figura ſanctificatio erat, vt puta in oue, nunc autem eſt in ipſa ueritate, ideo ſubdit, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Quia & eos tibi facio oblationem. Quod propterea dicit, quia ipſe, qui offertur, eſt caput eorum, aut quia & ipſi immolantur. Exhibete enim (ait Apoſtolus) membra ueſtra hoſtiam viuentem, ſanctam. Hæc ille ſuper Ioan. Quam textus expoſitionem prius inſinuauerat Apoſtolus his verbis Hebr. 13. Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Ac ſi correſpondendo textui huius Euangelij, velut per expoſitionem dixerit. Ego pro eis ſanctifico meipſum, ideſt ad paſſionem extra portam me tibi patri offero, vt eos per meum ſanguinem in veritate (non in figura, vt olim) effuſum ſanctificem. Conſequenter ergo ex illo verbo tex. Ego, excluditur hæreſis Priſcillianiſtarum, qui & Patripaſſiani ideo vocantur, quia hæretice dicebant, patrem fuiſſe paſſum, dũ filius paſſus eſt. Vnam ſiquidem vtriuſq; perſonam eſſe dicebant, neſcientes diſtinguere inter ſubſtantiam. i. eſſentiam, in qua ſunt vnum, & ſubſiſtentiam, ideſt perſonam, in qua ſunt duo (vt inquit Euſebius Cæſarienſis, in Hiſtor. Eccleſiaſt. libro 10. cap. 29.) Damnat enim hanc hęreſim filius, dum loquens non ſibi, ſed patri, dicit: Ego. ſ. non tu, ſanctifico &c. contra quam hær. & uidere iuuabit damnatione, in Elucidationibus pri. par. articulorũ nu. 165. 176. 202. Rurſus, per illud verbum tex. Sanctifico. ſ. ſemel pro ſemper (ut patet ex optimo Euãgeliorum expoſitorem Apoſtolo Hebr. 9. 10. damnat hæreſim Origeniſtarum, qui dixerunt: Chriſtum in futuris ſeculis fore crucifigendum ſępius. Quos & uide in hoc dãnatos ex ſcripturis, & Concilijs in Elucidati. 3. de Sal. articulorum num. 246. 299. Item per uerbum illud tex. Pro eis. ſ. hominibus [ut ex contextu patet. Vbi non, niſi homines, continentur] damnatur hæreſis eorundem Origeniſtarum dicentiũ, quod pro dęmonibus etiam paſſus & crucifixus, eſt Chriſtus, qui & ideo, diabolũ cęleſti ſalute aliquando ſaluandũ dicũt. Contra quos & uide Elucidationes, 3. de Sal. articulorum numero 246. 299 & pri. par. articulorum num. 330. & 1. 2. art. numero 463. & 2. 2. art. numero 91. item 3. de Sacrament. Addition. articu. numero 403. 430.

Hæreſes multa condemnãtur ex textu.

RVRSVM. Ex uerbo illo tex. Pro eis, bene intellecto, habes, quod excluditur

tur

Digitized by Google

tur hæreſis Boquinorum, qui dixerunt: Chriſtum non eſſe pro omnibus, aut pro omnium peccatis delendis, paſſum, crucifixum, & mortuum, ſed tantum pro fidelibus, ac pijs. Viderũt hi Boquini forte præſentem tex. Pro eis, & examinantes per literam huius capituli, qui nam dicãtur illi, inuenerunt, & ſequentem contex. Non pro eis rogo tantum, ſed pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, & præcedentem contex. Non pro mundo rogo. His omnibus inuentis, poſtea ſic argumentabantur: Chriſtus eſt paſſus pro his, pro quibus rogauit, & non pro his, pro quibus non rogauit (ut pater,) ſed non rogauit pro mundo. i. pro his, qui non erãt credituri per verbum eorum in ſeipſum (ſic enim hoc exponendum docet textus ex oppoſito ſtans:) ergo non fuit paſſus, p eis, qui non erant credituri &c. ergo non pro omnibus, ſed pro fidelibus tantũ, ac pijs, mortuus eſt. Cæterum vt diximus de Patripaſſianis, quod error illorum proceſſit ex neſcientia diſtinguendi inter ſubſtãtiam, & ſubſiſtentiam, ita dicimus nũc de Boquinis, quod ſuus error procedit ex neſcientia diſtinguendi inter pati, rogareq; pro aliquibus ſufficienter tãtum, & pati, rogareque pro aliquibus non tantum ſufficienter, ſed etiam efficaciter. Dominus enim rogauit, paſſuſque eſt pro omnibus ſufficienter, quoniam & oratio, & paſſio eius eſt ſufficiens ad ſaluandum omnes, non autem rogauit, aut paſſus eſt pro omnibus, ſed tantum pro electis, efficaciter. Quæ quidem inefficacia attẽditur ex parte hominum illorum, qui per peccata propria reſiſtunt orationi, & paſſioni Chriſti, ne ad ſeipſos perueniat efficacia eius .i. ne actualiter ſaluentur per eam [iuxta illud Actu. 7. Vos ſemper Spirituiſancto reſtitiſtis, & illud Iob 21. Qui dixerunt Deo, recede à nobis, ſcientiam uiarum tuarum nolumus:] non autem attenditur ex parte orationis & paſſionis Chriſti. Nam quantum eſt ex parte eius, efficacia non deeſt ad ſaluandum quoſcunque, id quod ex Beato Chryſoſtomo uerbatim etiam adducto didicimus, ſupra illũ tex. Omnis carnis dediſti ei poteſtatẽ, ut det eis uitam æternam. [Vide tu ibi.] Adeſt huic bono ſenſui & Doctor Angelicus, dicens. Pro eis rogo, non pro mundo. i. mundi dilectoribus. Sed contra videtur, quod pro omnibus rogauerit 1. Ioan. 2. Aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis non ſolum noſtris, ſed etiam totius mundi, & 1. Tim. 2. Qui vult omnes homines ſaluos fieri. Reſpon. dicendum, quod Chriſtus, quantum eſt de ſe, pro omnibus orauit, quia oratio ſua, quãtum eſt de ſe, eſt efficax, vt valeat toti mũdo Sed tamen non in omnibus ſortitur effectum (niſi in ſanctis, & electis Dei:) & hoc propter impedimentum mundanorum. Hæc Sanctus Thomas ſuper Ioan.

Ignorãtia diſtinguendi, beneq; intelligendi ſcripturas, eſt cauſa hæreſũ.

A D Boquinos ergo reſpondẽdum ex pręmiſſis formaliter eſt, quod tex. Non pro mundo rogo, nõ poteſt uniuerſaliter intelligi (ſicut ipſi ad ſolam illam ſuperficiem literæ aſpicientes intelligunt) quaſi quod nullo modo roget pro ipſo mundo, ſed debet de neceſſitate intelligi ſpecialiter. i. quod in aliquo ſpeciali ſenſu non rogat pro illo. De neceſſitate, inquam, quia ex contextu aſtringimur ad ſic intelligẽdum. Quid dicit ſuus contextus? Sed pro his rogo, quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Hinc enim patet, quod illa oratio Chriſti eſt intelligenda tantum fieri pro electis ſecundum ęternam prædeſtinationẽ, quia inquit, tui ſunt. ſ. per electionem à te factam ab ęterno. Alioquin nihil diceret ad differentiam mũdanorum ſi exponeretur illud, tui ſunt. ſ. per creationem, & gubernationem, quoniam mũdani quoque ſui ſunt, hoc modo, cum à Deo & creati ſint, & gubernentur. Ex iſto igitur cõtextu, tanquam ex oppoſitis, reſtat neceſſario, quod ſit exponendus ſic ille tex. Non pro mundo rogo, quia. ſ. tuus non eſt, per æternam prædeſtinationẽ. Et hoc eſt, textum hunc (vt diximus) non poſſe intelligi vniuerſaliter, ſed ſpecialiter. Vel ex præmiſſorum Doctorum uerbis (quod magis proximum intelligentiæ eſt.) Textũ hunc non poſſe interpretari per verbum, ſufficiẽter, & quantum eſt ex parte Chriſti efficaciter, ſed per verbum, efficaciter abſolute. i. quantum eſt ex parte & Chriſti, & hominum. Quia enim illa oratio erat ſufficiens, ſimulq; quantum eſt ex parte Chriſti orantis, efficax ad ſaluandum mundũ .i. amatores mundi, ideo non poteſt ſic interpretari tex. Non pro mundo rogo,

Tota hæc oratio xpi quõ fieri intelligatur.

 ſcilicet

ſcilicet ſufficiẽter, & quantum eſt ex me, efficaciter. Quia vero homines mundani ſufficientiæ, & efficaciæ illi, orationis Chriſti non erant ſeipſos conformaturi, ſed potius reſiſtentiam adhibituri, & conſequenter ex ipſorum vitio fructum illũ orationis illius non conſecuturi (quod totum præuidebat Chriſtus:) ideo interpretari ſic debet tex. Non pro mundo rogo, ſcilicet efficacia abſoluta, ideſt trahente infallibiliter ſecum effectum actualem ſalutis hominum. Vnico igitur verbo & clariori, exponatur totus tex. Ego pro eis rogo, non pro mundo, ideſt oratio hæc mea habebit actualiter effectum in eis, non autem in mundo.

Quid eſt, Ego pro eis rogo, nõ p mundo.

A D E O S D E M Boquinos.

SIC igitur deſtructo (ut per textus patuit) illo Boquinorum argumento, ſecundum quod ignorantiam ipſorum continebat, reſpondendum nunc eſt ad illam eorum primo intentam hęreſim, ſimili modo ex pręmiſſis deſtruendo eam, vnde & dicendum. Chriſtus pro omnibus tum fidelibus, tum infidelibus, tum pijs, tum impijs, paſſus, crucifixus, ac mortuus eſt, & ſufficienter, & quantum ex parte ſua eſt, efficaciter. Quod autem aliqui homines propria libertate abutentes, impediendo ſibijpſis bonum illud, faciant, quod talis efficatia ad ſe in ſalutem actualem non perueniat, hoc non tollit, nec tollere poteſt, à paſſione Chriſti illam vniuerſalem, & ſufficientiam, & efficaciam, ideſt non facit, nec facere poteſt, quod paſſio illa Chriſti non ſit pro omnibus illis & ſufficiens, & efficax ex ſeipſa ad ſaluandum omnes ipſorum & ſingulos: & per conſequens non poteſt facere, quod uera ſit & non ſit hęreſis propoſitio hæc ſcilicet Chriſtus non eſt mortuus pro omnibus. Ratio autem, quod illud non tollat &cæt. quod non faciat &cæ. eſt, quia iudicium de vnaquaque re debet dari ſecundum ea, quæ ſunt per ſe, non autem ſecundum ea, quæ ſunt per accidens (ut docet Philoſophus in lib. Poſter.) Vnde fit, quod ea, quæ per ſe alicui rei conueniunt, non poſſint tolli ab his, quæ ſunt per accidens, hoc eſt, quod ab his, quæ ſunt per accidens, non poteſt fieri, quin illi rei per ſe conueniant. Stat ergo ſemper firma hęc veritas, quod Chriſtus pro uniuerſis, ſinguliſque (ob hoc ſignificandum dicit Propheta Pſal. 30. Redemiſti me domine) hominibus eſt paſſus & ſufficienter, & quantum eſt de ſe efficaciter, licet accidat poſtea ex parte hominum defectus participandi tantum paſſionis eius theſaurum. Hocipſum docuit Apoſtolus, dum illam propoſitionem protulit uniuerſaliter 1. Tim. 2. Qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus. Quia tamẽ inter illos omnes videbat etiam multos ex ſeipſis à redemptionis talis ſalute defecturos, ideo poſtea de tali redẽptione loquens, idipſum his verbis ſubtiliter annotauit 1. Tim. 4. Qui eſt Saluator omnium hominum, maxime autem fideliũ. Vides ne, tu Boquine, quod Apoſtolus propter differentiam illam ex parte hominum attentam quam ſupra explicuimus, & ipſe tangit per illud maxime autẽ, non iudicauit eſſe bonum dicere (ut tu facis,) quod Chriſtus ſit per mortem ſaluator ſolummodo fidelium & piorum: ſed ipſam particularem cum excluſiua deteſtãs protulit uniuerſalem hanc; Saluator omniũ hominum? Ab hæreſi ergo excuſari non poſſunt Boquini profetendo illam particularem cum excluſiua, quamuis differentia prædicta inter omnes redemptos inueniatur. Cęterum adhuc damnationem hæreſis iſtorum uide ex ſacroſanctis &c. in Veritatibus aureis ſuper totam legem ueterem Leuitic. quarto, conclu. 6. & cap. 16. concluſi. 8.

Quõ Xps pro oĩbus paſſus ſit & mortuus.

Per id, qđ eſt p accidẽs nõ falſificatur id quod eſt p ſe.

PRÆMISSA diſtinctione, ſcilicet ſufficienter, & efficaciter, vtendum eſt etia in tex. Pro eis rogo, qui credituri ſunt per verbum eorum in me. Aliqui enim eorum, qui per Apoſtolos credunt in Chriſtum, perſeuerant uſque in finem, intrantes actualiter in vitã æternam: Aliqui autem non. De primis, nulli dubium eſt, uerificari, quod Chriſti oratio & ſufficienter, & abſolute efficaciter, extenditur ad ipſos, quoniam aliter neque poſſent credere, neque poſſent perſeuerare, & multo minus in uitam æternam poſſent intrare. Nullus enim (ut inquit Beatus Thomas ſuper Ioan.) ſaluatur, niſi per interceſſionem CHRISTI. De ſecun-

dis

Nemo, & antiquorũ ſaluatur, niſi per interceſſionẽ Chriſti, in quẽ p fidẽ aſpiciebãt Hebr. 11.

dis vero illorum dicendum eſt, quod ad ipſos, inquantum credunt vel tanto, vel longiori, tempore oratio Chriſti extenditur & ſufficienter, & abſolute efficaciter, pro quanto autem à charitate, vel etiam à fide deficiunt, non extenditur ad illos, niſi ſufficienter, & quantum eſt ex parte Chriſti efficaciter. Vnde pro hac vltima parte iſti aſſimilantur illis, de quibus Dominus dixit, non pro mundo rogo. De illis primis verificatur quoque tex. Quia tui ſunt, quoniam illi prædeſtinati ab æterno fuerunt, de ſecundis vero textus ille non verificatur ſimpliciter: quoniam non niſi ſecundum quid .i. ſecundum præſentem iuſtitiam, electi ſunt, 1.q.24.art.2. ad 3. & ar.3. in corp.

PROSECVTIO
Probationis primæ partis Concluſionis.

ASSVMPTVM illud, in principio probationis concluſionis poſitum, ſcilicet Chriſtus pro omnibus ſaluādis ſiue in via, ſiue in patria, orauit, probatum eſt quoad illud, In via (etſi de patria quoque aliquid tactum fuerit:) nunc probandum reſtat ex profeſſo quoad illud, In patria. Demonſtratur ergo particula hæc ab Euāgeliſta ex tex. Pater, quos dediſti mihi volo, vt vbi ſum ego, & illi ut mecum, vt videant claritatem meā, quam dediſti mihi ante mundi conſtitutionem. Claritas enim iſta, quā pater dedit filio ab æterno (quod faciendo denominationem à notioribus nobis .ſ. à mundo dicitur hic; Ante mundi conſtitutionem) eſt eſſentia diuina. Dum igitur Chriſtus petit diſcipulis uiſionem claritatis illius, petit illis viſionē eſſentiæ diuinæ, id quod eſt (ut aliàs dictum fuit) principale obiectum beatitudinis. Sub principali autem hoc etiam ſecundarium, quod eſt viſio ſuę humanitatis glorioſæ cointelligit implicite, ex eo, quod aliàs illud explicite docuit dicens Ioan. decimo. Ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. Hoc eſt ſecundum Beatum Auguſtinum. Ingredietur ad contemplandum deitatem, egredietur ad contuendam Chriſti humanitatem, & ibi principaliter, hic autem minus principaliter, paſcua beatitudinis inueniet. Sufficit enim (& hoc pro regula ſit) explicare ſemel in ſcripturis aliquid ad hoc, vt inde mutuatum ſubintelligatur ſemper alibi, quandocunque de tali re ſermo fit in ſcripturis, ad quod regulæ propoſitum ordinarium non incongrue uidetur poſſe applicari illud Iob 33. Semel loquitur Deus, & ſecundo idipſum non repetit.

Regula, aliàs dicta de ſufficit &c. quoad intelligentiã plenã ſcripturarum.

TEXTVM iſtum intelligendum eſſe de illo duplici præmio in patria, docuerunt etiam Sācti Auguſtinus, & Chryſoſtomus. Hic quidem ſic. Poſtquam dixerat, quia multi credent per eos, & multa gloria potientur: loquitur de reliquo de coronis eis repoſitis, dicēs. Pater, quos dediſti mihi, volo, vt &c. Ille autem .ſ. Aug. ſic. Ipſi ſunt, quos à patre accepit, quos & ipſe de mūdo elegit. Sicut enim ait in huius orationis exordio. Dedit ei poteſtatē omnis carnis .i. omnis hominis, vt det eis vitam æternam. Vbi oſtendit, poteſtatem ſe omnis hominis accepiſſe, vt liberaret, quos uoluerit, & damnaret, quos voluerit. Quapropter omnibus membris ſuis p omiſit hoc præmium, ut ubi eſt ipſe, & nos cum illo ſimus. Propterea non ſatis ei fuit, dicere; Volo, ut ubi ego ſum, & ipſi ſint: ſed addidit, Mecum. Eſſe enim cum illo magnum bonum eſt. Nam & miſeri poſſunt eſſe, ubi eſt ille (quoniam nemo inuenit, ubi non ſit:) ſed beati ſoli ſunt cum illo. Et de uiſibili, quamuis longe diſſimili, qualecunque ſumamus exemplum. Sicut cęcus, etiam ſi ibi ſit, ubi lux eſt, non eſt tamen ipſe cum luce, ſed abſens eſt à præſente: ita non ſolum infidelis, ſed etiam fidelis etſi eſſe nunquam poſſit, ubi non ſit CHRISTVS, non eſt tamen ipſe cum CHRISTO per ſpeciem. Nam fidelem, non eſt dubitandum, eſſe cum CHRISTO per fidem, ſed hic de ſpecie illa dicebat, in qua uidebimus eum, ſicuti eſt. Vnde adiunxit, ut uideant claritatem meam &cętera. Vt uideant, dixit: non, ut credant. Fidei merces eſt iſta: non fides. Hæc Auguſtinus Adde, quod Chryſoſtomus examinando ait. Non autem dixit, vt participent gloriam meam, ſed, ut uideant, hoc occulte inſinuās, quo-

Eſſe cum Xpo eſt oẽ bonũ, & ĩ via, & in patria, licet magis in patria.

Digitized by Google

niam omnis requies ibi eſt, filium Dei videre. Dedit autem ei pater claritatem, quando eum genuit. Hæc Chryſoſtomus. Porro hunc tex. Quos dediſti mihi, examinans Eccleſiæ catholicæ fideliſſimus Doctor Sanctus Thomas doctrinam uere Angelicam, qua & Auguſtini dictum ſupra[.ſ. vt liberaret, quos voluerit, & damnaret, quos voluerit] in bono ſenſu intelligas, tradit dicens. Sciẽdum eſt, quod illud dicitur dari alicui, quod volũtati eius ſubmittitur, vt.ſ. faciat de eo, quod vult. Voluntas autem Chriſti duplex eſt.ſ. miſericordiæ, & iuſtitiæ. Sed voluntas miſericordię quidem primo, & per ſe eſt ipſius. Quia miſerationes eius ſuper omnia opera eius Pſal. & 1. Tim. 2. Vult, omnes homines ſaluos fieri. Sed voluntas iuſtitiæ punientis eſt eius non primo, ſed præſuppoſito peccato. Deus enim non delectatur in perditione hominum Sap. 1. Ezechiel 18. Nolo mortem peccatoris. Hoc verum eſt, ſecundum ſe, ſed tamen ex conſequenti vult eam propter peccatum. Sũt ergo omnes homines dati filio (ſupra. Dediſti ei poteſtatem omnis carnis, id eſt omnis hominis,) ut ſcilicet faciat ſuam voluntatem de eis, vel miſericordiæ ad ſaluandum, vel iuſtitiæ ad puniendum. Ipſe enim eſt, qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum, & mortuorum Actu. 10. Sed illi ſunt ei ſimpliciter dati, qui ad hoc ſibi dati ſunt, vt de eis faciat voluntatem miſericordiæ ad ſaluandum. Vnde de his dicit, Quos dediſti mihi, in tua ſcilicet prædeſtinatione ab ęterno Iſai. 8. & Hebr. 2. Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus. Hæc ille ſuper Ioan.

Chriſtus ĩ oib. adimplet voluntatẽ ſuã, vel miſericordia, vel iuſtitia.

TEXTVM EVNDEM Supra dictum, ſcilicet, ut uideant claritatem meam, & de humanitate CHRISTI (ut expoſueramus) poſſe interpretari docuerunt Sancti Thomas & Auguſtinus. Hic quidem ſic. Quantum attinet ad naturam, in qua factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem, eo modo dicere potuit; Vbi ego ſum: vt iam ſe ibi eſſe diceret, vbi mox erat futurus. In cœlo ergo nos futuros eſſe promiſit. Illo enim forma ſerui leuata eſt, quam ſumpſit ex uirgine, & ad dexteram patris collocata. Cum ergo uiderimus claritatem, quam dedit pater filio, etiam ſi eam dici hoc loco intelligamus non quam pater æquali filio gignens eum dedit, ſed quam facto homini filio dedit poſt mortem Crucis, tunc fiet iudicium, tunc tolletur impius, ne uideat claritatem Domini. Hęc Diuus Auguſtinus ſuper Ioan. Ille autem ſcilicet Diuus Thomas, ſic. Dicit ergo; volo, vt non ſolum mecum ſint, ſed vt videant ſcilicet uiſione beatificante, claritatem meam. Quod poteſt intelligi de claritate eius, ſecundum humanitatem, qua illuſtratus eſt in Reſurrectione Philippen. 3. Conformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Vel de claritate eius ſecundum diuinitatem. Eſt enim ſplendor gloriæ, & figura paternæ ſubſtantiæ Hebr. 1. & vtranque claritatem ſancti exiſtentes in gloria uidebunt. Nam de prima dicitur Iſai. trigeſimotertio. Regem in decore ſuo uidebunt. De ſecunda. Pſal. In lumine tuo ſcilicet gratię, uidebimus lumen ſcilicet glorię. Huius autem claritatis origo eſt à patre. Vnde dicit: Quam dediſti mihi. Gloriam corporis dedit ei in reſurrectione. Sed, quia hoc factum erat in diuina ordinatione, licet eſſet futurum in re, ideo dicit, Dediſti. Sed claritatem diuinam ei dedit ab æterno, quia filius eſt à patre ab æterno, ſicut ſplendor à luce. Hęc ille ſuper Ioan.

DVBIVM TEX. QVIA Dilexiſti, &c.

ADVERSVS prædicta, ſcilicet, quod claritas illa de qua dicitur in tex. Videant claritatem meam ſit eſſentia diuina filio communicata à patre per generationem æternam, inſurgit magna difficultas ex illo ſequenti tex. Quia dilexiſti me. Clarum eſt enim ex ſcripturis, Concilijs, & ſacris Doctoribus (ut aliàs oſtenſum fuit) quod filius Dei non eſt creatura, 3. de Sal. queſtione decimaſexta, articulo octauo, & conſequenter quod generatur à patre per naturam, non per uoluntatem, prima quæſtione quadrageſimaprima, articulo ſecundo. His tanquam principijs ueriſſimis ſtatibus, difficultas, ſeu dubium, formatur ſic. Illud, Quia, quod ponitur in textu,

Digitized by Google

tu, reddit rationem huius, ſcilicet, quod pater dederit claritatem filio, ac ſi apertius ex textura illa tota dicamus. Quare pater dedit filio claritatem? Quia pater dilexit filium. Ecce, quod ratio dandi ei claritatem eſt dilectio paterna. Tunc vltra. Si dilectio patris ad filium fuit ratio dandi claritatem filio, ergo uoluntas, cuius eſt diligere, fuit principium generandi filium, ideſt communicandi filio claritatem illam per generationem. Ergo filius eſt generatus uoluntate [id quod eſt hęreſis Arriana] Ergo filius eſt creatura [quod eſt eorundem Arrianorum dogma,] quoniam ea, quorum uoluntas eſt principium, ſunt creata, dicente Beato Hilario, in libro de Synodis. Omnibus creaturis ſubſtantiam attulit Dei uoluntas. Ergo illud uerbum claritatem meam, non poteſt exponi pro diuina eſſentia. Reſponſio ad hoc dubium facilis eſt, ſi duo prenotata fuerint. Primum eſt, quod illud, Quia, poteſt reddere rationem duobus modis, ſcilicet à priori, & à poſteriori, hoc eſt, reddere rationem per cauſam, & per ſignum. Per cauſam, ut ibi Ioan. vigeſimo. Quia uidiſti me, Thoma, credidiſti. Hoc eſt. Viſio, qua me uidiſti, fuit cauſa huius, ſcilicet, quod credidiſti. Per ſignum, ut ibi Ioan. decimoſexto. Pater amat uos, quia uos me amaſtis. Hoc eſt. Amor, quo uos amaſtis me, eſt ſignum huius, ſcilicet, quod pater amat uos. [Abſit enim uel ſomniare, quod nos priores amemus Deum: antequam ipſe amet nos. Hoc enim eſt hæreſis Pelagianorum, qui initium boni ponunt eſſe ex noſtro libero arbitrio.] Item ut ibi Pſal. quadrageſimoquarto. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus oleo lætitiæ, ideſt quia dilexiſti iuſtitiam &cæt. Deus unxit &cæt. Hoc eſt. Dilectio, qua dilexiſti iuſtitiam, & odium, quo odiſti iniquitatem, ſunt ſignum huius rei ſcilicet quod Deus unxit te oleo lætitię, ideſt qđ dedit tibi gratiam ſuam. [Pelagianorum enim eſt interpretari, quod ſalutis noſtræ initium ſit à nobis, ideſt in propoſito dicere, quod nos priores diligamus iuſtitiam, & odio habeamus iniquitatem, antequam Deus det nobis gratiam.] Ad idem ideſt ſtat pro ſigno illud, quod ab Eccleſia in feſto Sancti Michaelis Archangeli canitur, Glorioſus apparuiſti in conſpectu Domini, propterea decorem induit te Dominus. Exponitur enim, ut ſupra. Alioquin ſi in his authoritatibus illud, Quia, uel proprerea, redderet rationem per cauſam, diceretur ſic. Quia pater amat uos, ideo uos me amaſtis. Quia Deus unxit te oleo lętitiæ, ideo dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. Quia decorem induit te Dominus: ideo glorioſus apparuiſti in conſpectu Domini.

Duæ hæreſes Arrij damnatæ, 3. de Sal. q.16. ar. 7. & 1. q. 41. art. 1.

Reſpon. Primo.

Quia dicit quandoq; cauſam, quādoq; ſignū. Exemplificatur. Vide tu.

Secundum illorum prænotandorum eſt, quod uoluntas (Hæc importatur per illum tex. Dilexiſti me) ſe poteſt habere ad aliquid uel concomitatiue, uel principiatiue. Concomitatiue: ut, Ego ſum homo mea uoluntate; pater eſt Deus ſua uoluntate, ideſt uolo, me eſſe hominem, pater vult, ſe eſſe Deum. Principatiue: ut, Artifex operatur uoluntate, Deus, quæcunque uoluit, fecit, ideſt uoluntas artificis eſt principium operis, uoluntas Dei eſt principium omnium rerum factarum, ſcilicet creaturarum.

Secundo.

Voluntas ut cōcomitās, ut principium.

PRÆMISSIS ERGO duobus annotatis, reſpondendum eſt dubio illi, atque dicendum. Voluntate, ſi ſumatur uoluntas principiatiue, pater non dedit diuinam eſſentiam filio, ideſt uoluntate non genuit eum. Nam cum uoluntas, ut uoluntas, non ſit determinata ad unum, ea, quorum uoluntas eſt principium poſſunt ſic, uel aliter eſſe, id quod à perſona qualibet diuina alienum penitus eſt, cum in Dei eſſe non ſit, nec eſſe poſſit, eſt, & non, ſed eſt in illo tantum ſit. Propter hanc enim totalem ſuam immutabilitatem ſignificandam dixit Deus Exod. tertio. Ego ſum, qui ſum, & Iacobus Apoſtolus de Deo inquit capite primo. Apud quem non eſt tranſmigratio, nec uiciſſitudinis obumbratio, quarum ſcripturarum diligens ſcrutator, & expoſitor Sanctus Thomas pro ampliori cognitione uidendus eſt, prima quæſtione nona, articulo primo, & quæſtione decimarertia, articulo undecimo. Vnde in libro de Synodis ad hunc ſenſum dicitur: Si quis uoluntate Dei, tanquam unum aliquid de creaturis, filium factum dicat, anathema ſit. Vbi à Synodis ipſis inſinuatur (ut patet hæc

Pater & uoluntate genuit, & non uoluntate, ſed natura genuit filium.

verba conſiderantis:) quod ſolum creaturarum eſt, voluntate Dei, tanquam principio, produci. Hinc eſt, quod produci per voluntatem taliter ſumptam, & produci per naturam, non poſſūt ſtare ſimul quandoquidem voluntas (vt dictum eſt:) ad unum non eſt determinata, natura vero ad unum determinata eſt. Quapropter impoſſibile eſt (contra quoſdam hæreticos) creaturam produci à Deo per naturam: cum de ſe creatura ipſa non ſit ſolummodo determinata ad unum, ſcilicet ad eſſe, ſed poſſit eſſe & non eſse. Cæterum voluntate, ſi voluntas ſumatur concomitatiue, pater genuit filium ideſt per generationem dedit diuinam eſsentiam ſeu (vt textus dicit) claritatem æternam filio. Non enim pater genuit per naturam filium, ita vt voluntas generandi ei non adeſset (contra hæreticos: qui à generatione filij remouebant etiam concomitantiam voluntatis paternæ:) id quod cōtra eoſdem his verbis explicatur, in lib. de ſynod. Non enim nolente patre, vel coactus pater, vel naturali neceſſitate inductus, genuit filium. Naturali, inquit ſynodus, neceſſitate: modo ſcilicet illo, quo nos multa naturali neceſſitate contra voluntatem patimur, vt mortem, ſenectutē, famem, ſitim, &c. Vide ſanctum Thomā, 1.q.41.ar.2. Produci ergo per uoluntatē concomitātem, & produci per naturam, ſtant ſimul.

RESPONSIONIS Continuatio.

EX illis de voluntate dictis, conſequēter etiam patet, quid dicendum ſit ad illud, quod objiciebatur ex tex. Quia dilexiſti me. Reſpondendum enim exinde relinquitur: quod illud, Quia, nō reddit rationem per cauſam, quaſi quod dilectio fuerit cauſa, ſeu principium, generationis filij: ſed reddit rationem per ſignum concomitantiæ, quaſi dixiſſet Chriſtus, quod complacuit patri hoc ſcilicet quod per naturam ipſemet generaret filium. Nec te moueat contra hanc, ex ſynodis etiam præmiſſis, veritatem illud Coloſſ. 1. Tranſtulit nos in regnum filij dilectionis ſuę: quoniam per hoc non vult dicere Apoſtolus, quod dilectio ſit principium generationis filij, ſed vult dicere, quod filius eſt ſuperabundanter à patre dilectus. Ac ſi dixiſset, In regnum filij ſuperabundanter à ſe dilecti. Modo enim illo ibi loquitur, quo ſcripturæ aliquem dicūt eſſe filiū mortis, 1. Reg. 20. & 2. Reg. 12. uel filiū perditionis, 2. Theſſ. 2. ad denotandum, nō quod mors vel perditio ſit principium generationis hominum illorum (ridiculum enim eſset, ſic exponere ſcripturas has:) ſed ad denotandum, quod illi homines ſuperabundanter digni ſunt morte, & quod ideo morte ſuperabundanti punientur. Sic in propoſito. Chriſtum eſse digniſſimum ſumma dilectione patris, patremque illum ſumme diligere, ſignificauit Apoſtolus per hoc: quod eum vocauit filium dilectionis paternæ. Nouimus nos ex illo Matth. 16. Tu es Chriſtus filius Dei viui, nouerat & Apoſtolus ex Euangelio ſibi diuinitus immediate dato, Galat. 1. vtpote Matthæo conformi, quod Chriſtus eſt Dei filius naturalis, ideſt à Deo patre ex natura ſua genitus: & ideo non potuit, ſenſum in verbis illis habere, quod dilectio fuiſset principium generationis filij, cum iam ex Euangelio ſuo, cui contradicere non poterat, certificatus eſset, quod natura fuit principium talis generationis. Quomodo ex illo Matth. textu, cui Apoſtolus conſentit, habetur, quod Chriſtus eſt Dei filius naturalis? [Habito enim hoc habebitur ex eod tex. quod non eſt filius adoptiuus: & per conſequens neceſsarium, quod natura, non autem dilectio (Nec voluntas. In qua eſt dilectio) eſt talis generationis principium.] Reſpond. Hoc habetur ex illo verbo, Viui. Significanter enim, loquendo de filiatione Chriſti, ex reuelatione diuina dixit B. Petrus, Viui: potiuſquam omnipotentis, & benedicti. Nam ſi dixiſset, Tu es Chriſtus filius Dei omnipotentis, aut benedicti, ſignificatum fuiſset, quod filiatio eius eſset adoptiua, ex omnipotentia aut ex benedictione Dei facta. Nunc autem dicendo, Filius Dei viui, ſignificauit formaliter ideſt ex vi vocabuli, Viui, quod Dei filius naturalis eſt, vtpote ex Deo quatenus viuente, ſeu (quod idem eſt) inquantum viuit, procedens. Opus enim naturaliſſimum eſt omnibus viuis, ſecūdum quod viua ſunt, gene-

Chriſtus quia eſt ſumme dilectus à patre Matth. 3. 17. dicitur filius dilectionis.

Digitized by Google

generate alia, qualia ipſa ſunt: vt philoſophorum ſchola docet, & 1.q.37.ar.2.

CONSTAT ERGO Ex prædictis, quod ille tex. Vt videant claritatem meam, intelligitur de claritate diuinæ eſſentiæ filij: non obſtantibus ijs dubijs, quæ obiecta fuerunt, cum optime ſoluta ſint. Conſequenter ergo ex illo textu reſtat manifeſtum: quod beati in cęlo videbunt diuinam eſſentiam (contra hereſim quorundam Armenorum) & non tantum quandam eſſentiæ ipſius claritatem (contra eoſdem.) Iſtarum hæreſum damnationem vide etiam in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 55. & 1. 2. art. nu. 16. 24. & 3. de Sacram. Addition. art num. 396.

Hereſes duę cōdem nantur.

Hactenus reſponſum eſt, & expoſitum illud tex. Quia dilexiſti me, iuxta quod illud ibi præcedens, ſcilicet claritatem meam interpretabatur à ſanctis doctoribus pro diuina eſſentia, & Chriſto, ſecūdum quod eſt Deus. Quoniam autem idē tex. Claritatem meam, poterat de mente ſanctorum exponi quoque de claritate ipſius ſecundum humanitatem, & de Chriſto ſecundum quod eſt homo: ideo contex. Quia dilexiſti me, debet etiā conformiter interpretari. Si igitur clauſula hæc, reddens præcedentis rationem, referatur ad Chriſtum hominem, ſic illud, Quia, denotat cauſam. Sicut enim dilectio, æternaque prędeſtinatio Dei, eſt cauſa, quod habemus claritatē gratiæ in præſenti, & glorię in futuro, iuxta illud Eph. 1. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in claritate: ita etiā illa dilectio, æternaque prædeſtinatio. 1.q. 23.ar.4. eſt cauſa claritatis Chriſti, ſecundum quod eſt homo, iuxta illud Rom. 1. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in uirtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis. 3. de Sal.q.24.ar.1.2.3.4. Exponatur itaque textus totus quantum ad ſenſum, in perſona Chriſti hominis: Et ſic. Dico, ꝙ tu pater dediſti mihi claritatem hanc. ſ. vt humanitas mea vniretur meæ perſonæ diuinę, reliquumque claritatis inde conſequentis (puta, q. ſm humanitatem ſim plenus gratia habituali. 3. de Sal. q.7. art. &c. gratia capitali, q.8 ar 1. &c. ſciētia beata, indita & acquiſita, q. 9.10.11.12. ar. &c.)

Omniū bonorū noſtrorū cauſa eſt dilectio qua à Deo diligimur.

Et dationis talis cauſa eſt hæc. ſ. quia dilexiſti me, & hoc ante mundi conſtitutionem. Adeò quod effectus ille totus, beneficia humanæ naturæ Chriſti collata continens, eſt temporalis. i. in tempore (& quidem vltimæ ætatis) factus, & cauſa ſua eſt æterna. Ex textu igitur iſto habemus, quod cauſa æterna poteſt non producere effectum ab æterno, quando non per naturam, ſed per voluntatem, ſeu (quod idē eſt) quando non naturaliter, ſed mere voluntarie, producit illum. Quia enim per conceptum intellectus pręſuppoſitum voluntas agit, & cauſa æterna poteſt concipere bonum eſſe differre effectum producendum: ideò effectus non niſi in tempore per illum conceptum determinato, producetur in actu, licet eius cauſa fuerit æterna, non quidem ſecundum actualitatē productionis effectus, ſed ſecundū actualitatem exiſtentiæ ſuæ. Effectus igitur nō mox ſequitur ad exiſtentiam cauſæ: ſed ad præconceptam uoluntatis agendi determinationem.

Quō ſtat, ꝙ cauſa ſit æterna, & ſuus effectus ſit tēporalis.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Quicunque damnâtur ſiue damnatione in uia. i. nō habēdo fidem uel informem uel formatam, ſiue damnatione poſt uiam completam ideſt non habendo claram uiſionem eſſentiæ diuinæ, nec humanitatis Chriſti glorioſę, hi omnes damnantur ex ſuo ipſorum vicio: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis, vt impleatur ſcriptura. Nam ſcriptura hæc, quæ eſt Pſal. 108. aſſignat multiplex vitium huius filij perditionis ideſt Iudæ traditoris: vt patet legenti. Os (inquit) peccatoris, & os doloſi, ſuper me apertum eſt &c. Vbi os Iudæ ſcriptura in perſona Chriſti loquens uocat os peccatoris anthonomarice dicti, utpote ducis hominum maxime peccatorum ſcilicet eorum, qui comprehenderunt Chriſtū, Actu. 1. & os doloſi anthonomatice ſumpti, vtpote ſub amicitiarum ſpecie, oſculo videlicet, ac uerbo ſubmiſſionis, ſalutemque ſignificante [Aue, Rabbi] tradentis eum in manus inimicorum

eius

eius principalium, crudelitate ipſa magis crudelium. De nimia ergo peccandi animoſitate, doloſitateque, notat ſcriptura illa Iudam: ſed & de omnium maxima ingratitudine, cum de illo, multiſq; alijs ab ipſo ad tantum ſcelus conductis (id quod propterea illud crimen Iudæ mirum in modum exaggerabat) ſubdit. Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi: & poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea [Chriſti dilectionem erga Iudam quis, videns Euangelia, faciliter ennarrabit? Ex hac dilectione occaſionaliter ſibi Iudas peccatũ ingratitudinis adauxit: & propter hoc ẽt connotandum adducitur a propheta in tex. Pro dilectione mea.] Sed & de multa immiſericordia, deteſtandaque nimium crudelitate, taxat Iudam eadem ſcriptura ſubdens. Non eſt recordatus facere miſericordiam, & perſecutus eſt hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare. Non eſt recordatus (inquit) facere miſericordiam, quod eſt peius, quam non facere miſericordiam: quoniam illud à uoluntate faciendi miſericordiam hominem tàm alienum oſtẽdit, vt nec illius faciendæ vllam memoriam habeat.

Quãtum peccatum ſit, non recordari facere id q Deus præcipit.

Ex ſcriptura igitur illius pſalmi prædicta vitia, aliaque multa, quæ ibi à lectore perſpicaci videnda conſulto relinquuntur (cum non ſit inſtituti noſtri, hic exponere Pſalmos) de Iuda verificari, cõſtat ad literam. Nec tantum vitia, ſed etiã multiplices pęnę, ibi de Iuda leguntur. Proinde habetur ex dicto B. Petri, Actu. 1. Epiſcopatum eius accipiat alter: quod Pſalmus ille, ſecundum ſenſum literalem, loquitur de Iuda. In ſenſu enim literali allegationes ſcripturatum adducebãt Apoſtoli (ut efficaciter probatur ab Elucidationibus pri. par. q. 1. ar. 10.) Relinquitur ergo ex narratis Iudæ uitijs in Pſalmo illo, quod quando dicit Euangelij tex. Perijt filius perditionis, ut ſcriptura impleatur, vult dicere, ut vitia eius narrata in ſcriptura exigebant, & hoc eſt: adduxiſſe cauſam, quare perierit, ideſt probaſſe, q Iudas ipſe ex ſuo uitio damnatus fuerit, & damnatione in uia & dãnatione poſt uiam completam.

Nam illud verbum tex. Perijt, ſumitur pro utraque perditione: prout habetur ex alijs textibus Euangeliorũ expreſſis, qui hic implicite ſubintelliguntur) ſecundum Regulam de mutuo iuuamine ſcripturarum ſępius dictam.) Ex illo enim capituli 13. dicto tex. Cum accepiſſet bucellam, exiuit continuo, habemus, quod Iudas perijt totaliter damnatione uiæ ideſt quod tunc perdidit fidem etiam informem. Perierat quidem anteà partim, ideſt fidem formatam perdiderat, iuxta illũ tex. Cũ diabolus iam miſiſſet in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Scariothis: ſed non totaliter, quia vſque ad exitum illum poſt bucellam excluſiue, durabat, quamuis debiliter, in eo fides informis. At quia ibidẽ dicit tex. Poſt bucellam introiuit in eum Satanas, ipſam quoque informem perdidiſſe intelligimus. Nã ille tex. Po. buc. introi. in e. Sat. exponitur ſic à ſanctis doctoribus, quod ex tunc Satanas eum plenè poſſedit. Manifeſtum eſt autem, quod diabolus non poſſidet plene hominem, quandiu homo habet aliquid contrarium diabolicæ poſſeſſioni. Et hoc taliter diabolo contrarium, quod uidelicet intellectum hominis à poſſeſſione ſatanicæ eximit, eſt fides informis.

Diabolus infidelem totaliter, fidelem verò aliàs peccatore non totaliter, poſſidet.

Quod autem Iudas damnatione poſt uiam completam perierit, patet ex textu, Matth. 27. Tũc Iudas abiens laqueo ſe ſuſpendit: & ex textu, Actu. 1. Iudas ſuſpẽſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia uiſcera eius. Itẽ, vt abiret in locum ſuum, ideſt, quem ſuis uitiorum meritis fecerat ſibi debitum, & ex tex. Pſal. 108. Cum iudicatur, exeat condemnatus: Fiat cõtra Dominum ſemper; Peccatũ eius non deleatur; Diſpereat de terra ſcilicet uiuentium, Pſal. 26. memoria eius. His enim ſacrarum ſcripturarum verbis aperte declaratur, quod Iudas deſperatus ſeipſum occidit, quod tũ corporea, tum ſpirituali pęna multiplici punitus eſt, & ideo à fortiori, ideſt multo magis eiſdem uerbis declaratur, quod uiſione clara tum eſſentiæ diuinæ, tum Chriſti humanitatis glorioſæ, in æternum priuatus eſt. Patet ergo ex ſcripturis, quod ſuo uitio Iudas damnatione utraque perijt. Et hoc eſt, ipſum perijſſe, ut ſcriptura, quę eius tùm uitia, tum pęnas uitijs illis debitas, narrat, impleretur. Ergo ſcriptura fuit cauſa perditionis Iudæ? Abſit, licet ad perditionem eius cõſecutum fuerit

rit

rit[& ſic illud, vt, ſtat conſecutiue,] quod ſcriptura illa impleretur. Nihilominus uerum eſt (vt ſupra tactum eſt:) quod vitia narrata in præmiſſa ſcriptura fuerunt efficiens cauſa, & pęnę in eadem narratæ fuerunt finalis cauſa ſuæ perditionis. Ab iſto igitur particulari exemplo, tanquam à duce omnium ſimilium, ideſt omnium malorum, reſtat efficaciter probatum de quibuſcunque damnatis, atque damnandis illud, quod dicebat ſecunda pars conclusionis. Quia enim de ſimilibus idem eſt iudicium: ideo ab vno ad omnia ſimilia probatio valet.

EX EIS NEMO PERIIT, Niſi, &c.

DVBIVM grande ex textu hoc, & ſuperiori contextu, naſcitur, quod eſt tale. Supra enim ad patrem loquens Dominus dixit, Quos dediſti mihi, quia tui ſunt, ſcilicet per æternam prædeſtinationem (vt ibi de neceſſitate ſic expoſitũ fuit:) nunc autem de eiſdem Apoſtolis loquens patri dicit. Ex eis perijt ſolum filius perditionis. Quomodo poſſunt hęc dicta ſtare ſimul in veritate? Nam ex cap. 10. habetur ad literam, quod prædeſtinatio eſt infallibilis, ideſt quod infallibiliter ſaluabitur in æternum, quicunque eſt prędeſtinatus [quod & inde edoctus, Eccleſiæ catholicæ fideliſſimus doctor, dixit 1. q. 23. art. 6.] id ꝙ non poſſe ſtare cũ hoc, quod aliquis ex eis pereat, manifeſtum eſt. Porrò, quod in cap. 10. Illud ſit, patet ex ipſo tex. Oues meæ non peribunt in ęternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. Si igitur nemo rapiet aliquẽ prædeſtinatorum de manu Chriſti: quomodo fieri potuit, quod ex eis Apoſtolis, qui prædeſtinati erant, Iudam ſua peruerſa voluntas efficaciter raperet de manu Chriſti, faciendo ſcilicet ipſum Iudam perire? Reſpondetur breuiter ad radicẽ dubij, vnde tota difficultas pendet, quod illa naſcitur ex ignorantia intelligendi illos textus, & in ipſa fundatur. Bene ergo intelligantur textus illi: & mox ſolutum erit totum dubium. Pro huius itaque rei capitu ſciendum eſt: quod circa Apoſtolos duo poſſumus conſiderare. Primũ, quod erant Apoſtoli, ideſt dignitatẽ gradus, & officij Apoſtolatus habentes: ſecũdum, quod erant ab æterno ad vitam ęternam actualiter conſequen iam prædeſtinati. Quorum primum omnibus illis duodecim conueniebat; iuxta illud Luc. 6. Elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit; Simonem, quem cognominauit Petrum, &c. Iudam Scarioth, qui fuit proditor [En gradus Apoſtolicus:] & iuxta illud Matth. 10. Conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Hos duodecim miſit præcipiens, & dicens: Euntes prędicate dicentes, quia appropinquauit regnum cęlorum. Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mũdate, dæmones eijcite, gratis accepiſtis, gratis date, &c. [En officiũ Apoſtolicũ.] Secundũ aũt illorũ non omnibus, ſed ſolum Apoſtolis vndecim conueniebat: iuxta illud Io. 6. Nõne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus Diabolus eſt? Dicebat autem de Iuda Simonis Scariothis, hic enim erat traditurus eum, cum eſſet vnus ex duodecim. Sic ergo ſtantib. his, dicimus ꝙ exponendus eſt ille ſuperior tex. Quos dediſti mihi, ſcilicet ſecundum prædeſtinationem diuinã quod ſignificatur per contex. Quia tui ſunt:) ſimulque ſecundum honorem gradus, & officij Apoſtolatus: inferior verò tex. Ex eis, vt conſideratis, ſecundum honorem gradus: & officij, Apoſtolatus tãntum, nemo perijt, niſi filius perditionis. Non ergo in textu inferiori eſt totus ille ſenſus, qui totus erat in contextu ſuperiori (cuius oppoſitum credebat obijciens: quare, & dubium illud afferebat:) ſed ſolummodo pars illius ſenſus, & illa quidẽ, ſecundum quam poteſt aliquis perire. Niſi enim gradus, & officium Apoſtolatus ſecum poſſent compati perditionem alicuius habentis talem gradum, & officium, non dixiſſet Dominus, Ioan. 6. qđ ex electis à ſeipſo ad Apoſtolatum vnus erat Diabolus.

Reſpon.

Dua re, in Apoſtolis ſunt attendenda pro vero ſenſu ſcripturarum habẽdo.

Etiam gradus, & officium Apoſtolat' poſſunt ab æternaliter damnando haberi.

Ex præmiſſis ergo conſtat: dubium illud naſci ex ignorantia obijcientis, & in ipſa fundari. Taliter enim dubitare, erubuiſſet, imo, & non potuiſſet obijciens ſi ſciuiſſet primum tex. Quos dediſti mihi, intelligi debere de datione dupliciter facta,

cta ſcilicet, & per prædeſtinationem, & per Apoſtolatum: præſentem verò tex. Ex eis nemo perijt, niſi filius perditionis, de datione tantum ſimplici, ſcilicet per Apoſtolarum: & hoc, quo ad illum ſolum qui perijt. Ac ſi apertius dixiſſet Dominus patri. Tu dediſti mihi Apoſtolos duodecim numero, & vndecim p̄deſtinationis dono [En planus ſenſus tex. prioris:] & nemo ex eis, qui erant duodecim numero, perijt; niſi filius perditionis, qui ſcilicet non erat de illis vndecim [En planus ſenſus textus poſterioris.] Vides ne modo, quod his textibus ſic vera intelligentia penetratis, nullus poſſet (vt ſupra) obijcere, vel, ſi ſic obijceret, poſſet nō erubeſcere? Cæterum dicet quis. Quare filius perditionis perijt? Quia erat filius perditionis. [Similem modum reſpondēdi vnde diſcere potes hunc, habes Ioan. 10. Mercenarius autem fugit, &c. Hoc eſt. Quare mercenarius fugit? Quia eſt mercenarius.] Quid eſt, eſſe filium perditionis? Eſt, eſſe & paſſiua perditione dignū & actiua perditione plenum. Hoc eſt. Eſſe dignum, vt ab alio acerbiſſime puniatur: & eſſe rebus perditionem promerentibus, ideſt vicijs, plenum. Ergo, per hoc, quod homo æternaliter damnandus vocatur à Chriſto filius perditionis, declaratur ab ipſo, & quod homo ex ſe abſolute habet perditionem, non autem à Deo, & quod Deus non perderet, ideſt non damnaret hominem, niſi ad ſic exercendam iuſtitiam punitiuam prouocaretur ab homine. Filius (inquit) perditionis. Ab iſto Iuda, tanquam à ſimili, habes vniuerſalem hanc, ſcilicet, quod omnes damnati in inferno, atque damnandi, vocati debent filij perditionis: & ex conſequenti habes, quod nullus illorum poteſt iuſte lamentari de Deo puniente, ſed tantum de ſeipſo, qui talem punitionem manibus ac pedibus, ideſt multum voluntarie, contra ſe procurauit: iuxta illud Sap. 1. Deus mortem non fecit, impij autem manibus, & verbis, accerſierunt illam.

Quam faciliſima enodatio textuũ nodos preſe ferentium

TEX. EGO CVSTODIVI, &c.

QVOS (inquit) Dediſti Mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis ſcilicet à me cuſtoditis perijt, niſi filius perditionis Ergo, & Iudas (ſecundum literam hanc) cuſtodiebatur à Chriſto: & à ſimili, quilibet reprobati cuſtodiuntur ab ipſo: qm̄ abſque vlla exceptione, dicit vniuerſaliter, Quos dediſti mihi, cuſtodiui. Ex textu igitur iſto diſcimus docente Chriſto, q̄d Deus cuſtodit, & prædeſtinatos, & reprobatos. Quia tamen in textu dicitur ꝙ & nemo, ſcilicet prædeſtinatorū, perijt, & filius perditionis, qui ſcilicet repræſentat omnes reprobatos, perijt: ideo ex iſto effectu diuerſo in hominibus à Deo cuſtoditis viſo cogimur dicere, ꝙ cuſtodia illa ſup prædeſtinatos eſt efficax .i. de facto ſeu actualiter conducens eos in vitā æternam, & cuſtodia ſuper reprobatos eſt tātum ſufficiens, ſed nō efficax, ideſt poteſt ſufficienter conducere ipſos in vitam ęternam, ſed in eam actualiter eos non conducit. Porrò cuſtodia illa nomine alio vocatur auxilium, iuxta illud Pſa. 120. Auxilium meum a Domino, &c. Dominus cuſtodit te, &c. Ecce, quod Dominum cuſtodientem vocauit Dominum auxiliantem, & per conſequens eius cuſtodiam nominauit auxilium. Cum igitur cuſtodia ſit duplex (vt dictum eſt:) reſtat neceſſario dicendum, quod auxilium diuinum eſt duplex, ſcilicet ſufficiens, & efficax. Sicut autem habemus ex textu, quod auxilium aliud eſt efficax, ideſt ꝙ actualiter ſortitur effectum, & aliud eſt ſolummodo ſufficiens, ideſt quod potentialiter non autem actualiter, ſortitur effectum, ita etiam habemus ex textu illud, ſcilicet vnde procedat defectus ille, videlicet ꝙ tali auxilio ſufficienter adiutus non perueniat actualiter ad vitam æternam. Reprobatum enim Iudam, & conſequenter quemlibet alium ſimilem, dum textus vocat filium perditionis, vocatione tali demonſtrat, quod defectus ille procedit ab ipſo homine, tanquam ex propria officina actiones perditione dignas, ideſt peccata faciente. Per hoc ergo ſimul coostendit hic textus, quod talis defectus non eſt à Deo ſufficienter tantum auxiliante, iuxta etiam illud Oſe. 13. Perditio tua ex te Iſrael eſt, in me autem tantummodo auxilium tuum. Hoc etiam cap. 18. confirmatur his verbis tex. Vt impleretur ſermo, quem dixit; Quia, quos dediſti mihi, non perdidi ex eis queinquam. Vbi dixit

Auxilium efficax & ſufficiens tantū, habetur ex hoc Euangelij tex.

hunc

Chriſtũ multipliciter cuſtodiſſe Iudã in bonuũ: patet ex Euangelio.

hunc ſermonem Chriſtus? In præſenti loco cap. 17 Q̃uo ergo non perdidit ex eis quemquam ſi ex eis perijt filius perditionis Quia nõ ex defectu cuſtodiæ Chriſti patet nanque Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 12. 13. ꝙ Chriſtus eum multiplici verbo, & facto, ad veram pęnitentiam de crimine præconcepto reuocare curauit,] ſed ex propria animi obſtinata prauitate Iudas perijt. Et hoc voluit ſignificare ad literã Dominus, cum ait; Non perdidit quemque. Illud. n. proprie perdit quis: ꝙ propria culpa perdit (vt patet.) In ſignũ huius eſt, ꝙ qñ abſque vlla ſua culpa aliquid perdit quis, nos compatimur ei, tanquam ſi ex compaſſione illa demonſtraremus, ꝙ ipſe de talis rei perditione excuſandus eſt tanquam qui nullo modo fuerit perditionis rei cauſa: ſed qñ ex aliqua culpa ſua illud perdit, nullam erga illum cõpaſſionẽ de tali perditione cõcipimus, immò potius contra eum ex ira quadã iuſte accendimur, ſignificãtes facto ipſo, ꝙ ille fuit cauſa perditionis illius. Ab exemplo igitur iſto quotidiano expone ſic vtrumque tex. Filius perditionis perijt, veruntamen ego non perdidi eũ, ſed ille perdidit ſemetipſum. Perijt. n. pp peccatum: Deus aũt nec directe, nec indirecte, põt eſſe cauſa peccati. 1. 2. q 79. ar. 1. Deniq; ꝙ perditio Iudæ à Chriſto per auxilium ſufficiens cuſtoditi non redundet in negligentiam Chriſti cuſtodis (quæ nulla eſt:) vide, à fortiori, in 1. q. 113. ad tertium. A fortiori, inquam, quia ſi de Angelis cuſtodibus hominũ verificatur hoc. ſ. ꝙ perditio cuſtoditorum non infert negligẽtiã ipſorũ cuſtodũ (vt ibi dicitur:) multò magis vtiq; hoc idẽ verificari debet de Chriſto, cũ Chriſtus, ẽt vt homo, maior ſit in virtute, quã Angeli. 3, de Sal. q. 7. art. &c. q. 8. ar. 4. De auxilijs tum ſufficientibus, tũ efficacibus, uide plurima, & quidẽ ad euadendũ errores Pelagianorũ ualde neceſſaria, Ioan. 15. poſt tertię concluſionis probationes, in Annotationibus omnibus.

Prædeſtinationem ſemper in bonã partẽ ſumi, probatur.

Filius (inquit) perditionis. Caute legenda eſt ſuper hũc textũ quędã gloſſa interlinearis, quę dicit, filius perditionis. i. prædeſtinatus perditioni. Non. n. ſolet accipi prædeſtinatio in malũ: ſed ſemper in bonũ. Nã prædeſtinatio habet duplicẽ effectũ. ſ. gratię, & glorię, & ad vtrũq; Deus ordinat, ac vtriuſq; eſt cauſa: id ꝙ de reprobatione nõ eſt ſentiẽdũ. In reprobatione. n. duo ſunt. ſ. culpa, & pęna: & ad vnum eorũ ſolummodo. ſ. ad pęnam culpæ debitam ordinat, nec primo, & per ſe, ſed ex ſuppoſitione (vt ſuprà de iuſtitia punitiua dictũ eſt. Vindicatio ẽt præſupponit peccatũ, 2. 2. q. 108. ar. 1.) qm̃ Deus non ordinat hominẽ ad peccandũ, licet peccare eũ permittat, & ex peccatis eius bona eliciat, 1. q. 22. ar. 2. Differentiã præmiſſam prædeſtinationis à reprobatione vide. 1. q. 23. ar. 3. Gloſſam igitur illã interlinearẽ intellige vſam fuiſse nomine prædeſtinationis improprie & cõiter pro pręſciẽtia, & præordinatione. Ac ſi dixiſſet (ꝙ eſt proprie dictũ:) filius pditionis. i. ad perpetuã perditionẽ præſcitus, & ex iuſtitia pordinatus. Tãto magis aũt noie pędeſtinationis in malum nullus vti debet: quãto Cõciliũ Valẽtinũ verbis his hoc ipſum prohibitũ inſinuauit dicẽs. Fatemur prædeſtinationẽ electorũ ad uitã, & præſciẽtiã impiorũ ad mortẽ &c. In malis uero ipſorũ malitiã Deũ præſciſſe, quia ex ipſis eſt: nõ prædeſtinaſſe, quia ex illo nõ eſt. Pęnam ſanè malum meritum eorũ ſequentem, Deum, qui omnia proſpicit præſciſse, & pdeſtinaſse: quia iuſtus eſt &c. Verũ aliquos ad malũ prædeſtinatos eſſe diuina poteſtate, uidelicet, ut quaſi aliud eſſe nõ poſſint: nõ ſolũ non credimus, ſed ẽt, ſi ſunt qui tm̃ mali credere velint, cum omni deteſtatione (ſicut Arauſica Synodus) illis anathema dicimus. Hæc Conciliũ Valentinũ. Cuius & multa de prædeſtinatione, ac reprobatione ſcitu digniſſima, ac neceſſaria, vide ad uerbũ recitata, ĩ Elucidationib. pri. par. q. 23. ar. 5. appẽ.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus eſt intentator malorum, Iacobi 1. hoc eſt, non tentat, neq; ordinat, homines ad malũ. i. ad peccatũ, ſed vnuſquiſq; a ppria cõcupiſcẽtia tẽtatur abſtractus et illectus, Iacobi 1. hoc eſt, ex propria culpa quiſq; ruinã patitur (vt de Iuda traditore patuit:) vide, cõtra Caluiniſtas oppoſitũ pluſq̃ horrẽdiſſime euo-

Digitized by Google

euomentes eſſe ex ſacroſanctis ſcripturis, Concilijs,&c. definitum,in Elucidationibus pri. par.articulorum num. 123. 259. 515.& r. 2.articulorum num. 428 Item Veritates aureas ſuper tota m legem veterem,Geneſ.3.concl.6.& Exod.6.concluſ. 3.per totum. Quod quicunque ſaluantur non ſine Dei gratias (contra ſuperbiam Pelagianam) ſed per gratiam Dei,& cõſequenter per meritum orationis, & paſſionis Chriſti,ſaluantur:vide ex ſacroſanctis,&c.in Elucidationibus pri. par.artilorum num.58.139.410.499.& 1.2.artic. num.27.580.581.584.612.& 2.2. art. nu. 670.676. Item in Veritatib. aureis ſuper legem ueterẽ.Leuit.18.concl.1. & Nume. 34.concluſ.2.& Deuter.6.conclu.4.Quod ſaluatio in patria conſiſtit in viſione diuinæ eſſentiæ : vide ex ſacroſanctis, &c. in Elucidationibus pri. part. articulorum numero 55.& r. 2. articulorum num. 16. 24.& 3. de Sacram. Addition. articulorũ num.396. Quod fides eſt eorum, quæ videnda ſunt in patria (& per hoc, eſt quædam ſaluatio in via:vt de ſe patet:) vide, ex,&c. in Elucidationibus 2.2.q.1.art.8. Quod fides informis, multoque magis formata,donum Dei eſt : vide ex , &c. in Elucidationib. 2.2.q 6.art.1.2.& q.4.art. 4.& q.23.art.8.cum q.24.art.2. Non ergo ex nobis ſaluamur in via , ſed ex merito orationis , & paſsionis Chriſti (vt dixit concluſio :) cuius intuitu nobis , vt eius membris confert dona ſua 3. de Sal. q. 8. artic.1.& q.19.art.4.& q.21.art.3. quæſt. 48.artic.1.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. XVI.

DEVS veteris teſtamenti eſt idem Deus qui noui, & ille Deus eſt pater Domini noſtri Saluatoris: & idem iuſte,ideſt propter peccata eorum , reprobat,quoſcunque reprobat.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem , quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Pater iuſte mundus te non cognouit. Prima igitur pars, ſ. ꝙ Deus veteris teſti ſit idem , qui noui , patet ex hoc : quod Chriſtus vnum illum, quem rogat,vocat ſanctum,& iuſtum, ſupra enim dixit, Pater ſancte: nunc dicit, Pater iuſte. Ad cuius probationis euidentiam clariorem ſciendum eſt , quod hæreſis quorundam fuit,ponentium alium eſſe Deum iuſtum, & alium eſſe Deum bonum.Per Deum iuſtum , ſic dicentes , intelligebant Deum teſtamenti veteris : eo quod tunc peccata populorum mox ſeuera iuſtitia puniebat (vt patet legentibus libros illos.) Propter quod & à propheta bis vocatus eſt Pſ. 93.Deus vltionũ Dñs Deus vltionũ. Per Deũ aũt bonum ijdem intelligebãt Deum noui teſti, eo quod nõ ſic cito,nec tam ſeuere, nunc punit populorum peccata, quamuis ſint multo maiora,quam antiquorum,& deteriora ſupplicia,quam illorum,mereantur, iuxta illud Hebr.10. Irritam quis faciens legem Moyſi ſine vlla miſeratione,duobus vel tribus teſtibus moritur : Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia , qui filiũ Dei conculcauerit , & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit,in quo ſanctificatus eſt & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Hanc igitur illorum hęreſim præuiſam damnat Chriſtus , dum eundem Deum quem vocauerat ſanctum,vocat iuſtũ.

Magis peccant, maraiſque puniri mere tur Chriſtiani quã antiqui, eodem genere peccati.

PORRO Secunda pars concluſionis,ſcilicet ꝙ ille Deus ſit pater Saluatoris noſtri,pater ex eo,ꝙ ipſe ſaluator vocat eum patrem,nec tantũ ſemel, ſed pluries , in tota oratione hac ; & hinc habes ad literã planã:ꝙ quãdocunq; Saluator noſter Deum uocat patrẽ ſuum (quod frequentiſſime facit: vt Matthæ.11.26. Mar. 14. Luc.10.22.23. Ioan.3.5.6.8.10.11.12. 13.14.15.16) intelligit de Deo tum veteris, tum noui teſtamenti . Hinc quoq; ad literã habes, ꝙ ĩ oĩbus illis locis loquitur de patre naturali, nõ de adoptiuo:qm̃ in præſenti cap.17.de naturali im̃ loquitur, id quod patet per illũ tex. Claritate,quã habui apud te , priuſquã mundus fieret, & tex. Claritatẽ meã,quã dediſti mihi ante mundi conſtitutionem. Hæc.n.claritas non fuit gratia Dei habitualis,q̃ aliàs vocatur gratia, ſeu ſpiritus,adoptionis filiorũ,Rom.8. cũ nondũ aĩa humana Chriſti eſſet ante mundi conſtitutionẽ,in qua talis gratia reciperetur, ergo illa claritas fuit eſſentia diuina filio Deo à patre per ęternam generationem cõicata,q̃ claritatem

In Euãgelio ſæpiſſime habetur ad literam,quod Chriſtus Deus eſt filius patris per naturam,non per adoptionem.

tem vocauerat Chriſtus Ioan. 10. Quod mihi pater, eſt maius omnibus. Hæreſim igitur illā frequentiſſime damnauit Chriſtus, quæ dicit: quod ipſe non eſt naturalis, ſed adoptiuus filius patris.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Deus iuſte ideſt propter peccata eorum reprobat, quoſcūque reprobat, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Mundus te non cognouit. Si enim textum hunc coniungas (vt debes) præcedenti contex. Non pro mūdo rogo: videbis apertam illius tertię partis probationem. Ecce, ab oratione ſua, ſine qua non poteſt eſſe ſalus, excluſit Dominus mundum, dicens: Non rogo pro mundo: & huius excluſionis rationem nunc reddit dicens, Mundus te non cognouit. Ac ſi illi diceretur (vt præuidebat dicendum à curioſis.) Quare excludis ab oratione tua, & per conſequens reprobas à patria cęleſti, mundum? Et ipſe reſponderet. Quia mundus Deum non cognouit. Iuſtum autem eſt, ut qui non cognoſcit, cognoſcere. ſ. nolens (vt in hoc textu Euāgelico intelligitur,) non cognoſcatur: iuxta illud 1. Cor. 14. Ignorans ignorabitur, & illud Luc. 13. Neſcio uos, diſcedite à me omnes operarij iniquitatis i. quia fuiſtis, eſtiſque operarij iniquitatis, ideo neſcio uos. Quod autem hoc iuſtum ſit, docet etiam hic verbum illud tex. Pater iuſte. Quare tractaturus Dominus de reprobatione mundi, ideſt hominum rebus mundialibus per amorem etiam finaliter inhærentium, præponit in tex. Pater iuſte: vt ex eo, quod Pater, cognoſcas, quod Deus non reprobat, quaſi ex natura ſua benigniſſima (vt qui ſit pater) volens reprobare: & vt ex eo, quod iuſtus, agnoſcas, quod Deus reprobat aſtrictus à nobis ad ſeruandam ſuam iuſtitiam punitiuam. Nunquam enim punit nos, niſi ex ſuppoſitione peccatorum noſtrorum (vt alias dictum eſt.) Id quod confirmat Concilium Valentinum, ſpeciatim loquēs de reprobatione mundanorum, ideſt finaliter damnandorum. Ponit nanque differentiam inter merita prędeſtinatorum, & merita reprobatorum, dicens: quod prædeſtinantur homines ex miſericordia Dei nullis præcedentibus eorum meritis, ſed non niſi ex meritis pręcedentibus (ſcilicet in viſione Dei) reprobantur per iuſtitiam meritorum illorum malorum ideſt peccatorum punitiuam. [Vide Concilium illud verbatim recitatum ad longum, in Elucidationibus pri. par. q. 23. ar. 5. & vide etiā fideliſſimum Eccleſiæ Catholicæ doctorē Sanctum Thomam, 1. 2. q. 79. ar. 3. & 2. 2. q. 2. ar. 5. ad primum.] Mundus (inquit) te non cognouit, cognitione ſcilicet obſeruātiæ mādatorum tuorum. Vnde Dominus, quaſi exponens ſuipſius dicta ſimilia ad quoſdam de mundo exiſtentes, qui tñ ſpeculatiua cognitione cognoſcebāt Deum, iuxta illud Pſ. 75. Notus in Iudęa Deus, dixit Ioan. 8. Quē vos dicitis, quia Deus veſter eſt, non cognouiſtis eum. Quare? Reſpondit ipſe, Ioan. 7. Quia nemo ex vobis facit legem. Ac ſi dixerit ergo in præſenti tex. Mundus te non cognouit. i. non facit legem tuam. Quem textum & ab oppoſitis declarat, ſic eſſe intelligendū, ſubdens; Ego autem te cognoui. Nam cognitionem hanc ſuam declarauerat eſſe obſeruationem mandatorum Dei patris, dicens Ioan. 8. Scio eum, & ſermonem eius ſeruo. Id eſt. Meum ſeruare eius ſermonē, eſt vera probatio rei huius, ſcilicet quod ſcio eum.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD hęreticum eſt dicere (quod Cerdoniani dixerunt;) Deum alterum eſſe iuſtum, alterum eſſe bonum: vide, ex Sacroſanctis Concilijs, ſcripturis &c. definitum eſſe, in Elucidationibus pri. par. articulorum numero, 204. Quod hęreticum eſt dicere (quod Gnoſtici, &c. dixerunt;) Deos eſſe duos, vnum eorum condidiſſe vetus teſtamentum, alterum vero nouum: vide, ex Sacroſanctis &c. in Elucidationibus pri par. articulorum num. 53. 131. 204. 234. & 2. 2. art. num. 120. Quòd hæreticum eſt dicere (quod Manichæi dixerunt;) Deum bonū ſolum eſſe patrem Chriſti, non autē Deū

iuſtum,

Digitized by Google

iuſtum, qui à prophetis prænunciatus eſt: vide ex Sacroſanctis &c. in Elucidationis pri. par. art. num. 204. & 1. 2. art. num. 520. Quod hæreticum eſt dicere (quod quidã dixerunt) malum non obeſſe præſcitis. i. reprobis (intantum. n. obeſt eis, vt reprobi non eſſent, ſi eorum mala opera in viſione non præceſſiſſent): vide ex Sacroſanctis concilijs &c. in Elucidationibus pri. par. articulorum n. 143. 144. 146. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Geneſ. 4. concl. 6. 7. & Num. 14. concluſ. 10.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. XVII.

ROGO: vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te vt & ipſi in nobis vnum ſint; vt credat mundus, quia tu me miſiſti]. Rogare eſt Chriſti, vt homo eſt, nõ vt Deus: & propterea in hac oratione debent iuxta planam texturam conſiderari ea, quæ dicuntur; ſecundum quod conueniunt oranti, vt orans eſt. i. vt conueniunt filio Dei ſecundum quod eſt homo, non ſecundum quod eſt Deus. Loquitur ergo, vt homo, cum dicit de omnibus credituris per verbum Apoſtolorũ (. i. per verbum prædicationis Euangelij ipſius Chriſti Apoſtolis cõmiſsũ. Matth. 28. Euntes docete omnes gentes, ſeruare omnia quęcunq; mandaui vobis: & Mar. 16. Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ) rogo: vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me & ego in te. Vndè patet ignorãtia Arrij dũ ex hoc textu vult habere, quod filius Dei non eſt vnum ſecundum naturam cũ patre; ſed tantum ſecundum cognitionem, & affectionem amoris. Ait enim. Rogat Chriſtus patrem: vt nos ſimus vnum in ipſis, ſicut ipſe in patre eſt, & pater in ipſo [Ecce textus clarus]: at nos non poſſumus eſſe vnum ſecundum naturam cum ipſis (vt patet in tota theologia); ſed tantum ſecundum cognitionẽ, ſimulq; amoris affectionem: ergo Chriſtus non eſt vnum patri in natura, ſed in amore, eo. ſ. modo, quo amans dicitur eſſe in amato, & amatum in amante. Reſpõdetur: quod ignorantia, non quidem falſitatis præmiſſarum iſtarum, ſed intelligentiæ tuę circa textum hunc, in quo velut radice fundat argumentum, decepit eũ dum vult, Chriſtum de ſeipſo abſolute conſiderato dicere hic: quod pater & ipſe ſunt in ſe inuicem ſolummodo per amorem. Ideo contra ipſum Arrium non oportet ſolicitari de noua reſponſione: cum ſufficiat textus ad planum literæ ſenſum intellectus: vt ſupra nunc explanauimus. Licet. n. filius Dei dicat, Sicut tu pater in me, & ego in te: tamen quia orat ſecundum quod homo, hoc ſuum dictum iuxta orationis formam intelligendum eſt de ipſo, ſecundũ quod homo eſt. Voluit igitur dicere, Sicut tu pater in me filio hominis es per amorem, & ego in te ſum per amoris correſpondentiam, hoc eſt, ſicut nos ſumus in nobis inuicem per mutui amoris vinculum: tu pater in me homine, ſicut amatus in amante, ſicut veneratus, adoratuſq; in venerante, ac adorante, ſicut ſuperior in obſequentiſſimo filio &c. & ego homo in te, ſicut dilectus ſuper vniuerſa creata, ſicut ille, in quo bene præ alijs omnibus ſibi complacet &c. Porrò, norunt omnes, docente hoc eodem Euãgeliſta, in epiſtolis ſuis, i. Io. 4. quod qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo; Charitas autem eſt amor, 2. 2. q. 23. ar. 1. Amor autẽ (vt dicit B. Dionyſius, de diuin. nomin. cap. 4.) eſt vis vnitiua. Vis verò vnitiua mutuam dicit inhæſionem, qua videlicet amãs eſt in amato, & amatum eſt in amãte: tum quo ad vim apprehenſiuam. tum quò ad uim appetitiuam. Quò ad apprehenſiuam quidem amatum eſt in amãte, inquantum immoratur in apprehenſione amantis: amans verò eſt in amato inquantum amans non eſt contentus ſuperficiali apprehenſione amati, ſed ad interiora, quantum poteſt, ingreditur, hoc eſt nititur ſingula, quę ad amatum pertinent intrinſecus diſquirere. Quo ad uim autẽ appetitiuam amatum eſt in amante, inquantum eſt in eius affectu per quandam complacentiã, vt amans vel delectetur in ipſo amato, aut in bonis illius præſentis, uel in abſentia tẽdat per deſideriũ in ipſum amatũ, aut in bona quæ vult amato propter cõplacentiã præmiſsã interius radicatã: amãs vero eſt in amato, vel inquãtũ non requieſcit in quacũq; extrinſeca aut ſuperficiali fruitione amati, ſed quæ-

Argumẽtum Arrianorũ.

Vnio, quã facit charitas hic, & in patria: proportionaliter tamẽ ad vtrũq; ſtatum.

rit

Digitized by Google

tit perfecte habere amatum quaſi ad intima illius perueniens [Quod intelligitur de amore concupiſcentiæ 1. 2 q. 26. artic. 4.] vel (ſi loquamur de amore amicitiæ) inquantum reputat bona & mala amici ſicut ſua, voluntatemque amici ſicut ſuam: quaſi idem factus amico, prima 2. quæſt. 28. art. 2.

ANNOTATIO SECVNDA. Cap. XVII.

Applicatio ſupra dictorum ad expoſitionē textualem.

EX his premiſſis, quoniam & Chriſtus homo erat in charitate, ſeu in gratia Dei charitatis primo productiua. 3. de Sal. q. 7. ar. 1. item 1. 2. q. 110. art. 4. & omnes ſaluandi finaliter erunt in charitate, iuxta illud Ioan. 13. In hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei eritis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem: Ex illis præmiſſis, inquam, conſtare abundantius poteſt: quomodo de mutua per charitatis amorem inhæſione intelligendus ſit ille tex. Sicut tu pater in me, & ego in te, vt et ipſi in nobis vnum ſint. Hoc eſt ergo, ac ſi aperte diceretur. Sicut tu pater inhærens mihi per amorem, & ego inhęreo tibi per amorem: & hoc, inquantum in inuicem ſumus tanquam amans in amato, & amatum in amante, tum quo ad vim apprehēſiuam, tum quo ad uim appetitiuam (remotis omnibus imperfectionibus:) ita & ipſi non quidem per æquiparantiam ſed per quandam ſimilitudinem. Sint nobis vniti per amorem viciſſitudinarium ideſt tanquam amantes in nobis amatis, & tanquam amati in nobis amantibus, quo ad vtranque vim, ſcilicet cognitiuam, & appetitiuam. Hanc autem felicisſimam vnionem Chriſtus pro credituris in ſeipſum petebat à patre, non ſolum pro præſentis vitæ ſtatu, ſed etiam pro ſtatu patriæ: id quod ſignificat illud in tex. Sicut, Ita. Non enim per iſtas duas dictiones denotatur tantum ſimilitudo modi noſtræ vnionis ad modum vnionis patris cum filio (prout ſuprà eſt declaratum:) ſed etiā denotatur conformitas diuturnitatis noſtræ vnionis ad diuturnitatem vnionis illorum (vt patet penetranti terminos illos.) Ac ſi dixiſset Chriſtus. Vnionem crediturorum in me, quam ſimilem noſtræ poſtulo, vellem etiam: vt eſset coæua noſtræ in futurum, ideſt quod ſicut illa noſtri amoris mutua inhæſio durabit in æternum, ita ipſorum ad nos per amorem mutuum inhæſio duret in æternum.

Rurſum ſi ponamus, quod Chriſtus quamuis oret vt homo, loquatur de ſeipſo, vt Deo, in præſenti tex. Sicut tu pater in me, &c. tunc interpretandum eſt illud, Sicut tu in me, & ego in te, ſcilicet per vnionem eiuſdem numero naturæ. Stante autem hac expoſitione, reſpondendum eſt ad argumentum Arrij ſuprà dictum: & quod illa petitio Chriſti verificabitur in credituris in eum, & quod ipſe Arrius adhuc nihil concludit contra nos, ideſt quod per hoc non habet ex præſenti textu (vt volebat,) filium non eſſe eiuſdem naturæ cum patre. Verificabitur inquam iuxta ſenſum præmiſſum, ſcilicet quod crediturí in eum erunt vnum per amorem cum patre & filio, non autem iuxta inſanum ſenſum Almarici dicentis. Deus ideo dicitur finis omnium: quia omnia reuerſura ſunt in ipſum, vt in Deo immutabiliter quieſcant, & vt unum indiuiduum, atque incommutabile, in eo permanebunt. Item Deus eſt eſsentia & eſse omnium creaturarum. Et, ſicut alterius naturæ non eſt Abraham, & alterius Iſaac, ſed vnius, atque eiuſdem: ſic omnia eſse vnum & omnia eſse Deum. Item, Beati, & contemplatiui mens perdit ſuum eſse in proprio genere: & redit in illud eſse ideale, quod habuit in mente diuina. [Vndè patet: quod iſte Almaricus, cuius doctrinam Concilium Lateranenſe maximum vocat inſanam, concederet hanc hæreſim, ſcilicet quod credituri in Chriſtum erunt vnum in natura cum patre & filio.] Contra quas inſanias, & hæreſes, vide condemnationem ex ſacroſanctis &c. In Elucidationibus pri. par. articulorum numero vigeſimoprimo, 114. 237. 501. & prima ſecundæ, articulorum numero decimooctauo, & tertio, de Sacramen. Addition. articulorum numero 398. Quod autem adhuc nihil concludat Arrius contra nos (vt dicebatur:) patet ex Concilio generali maximo (ſic vocatur coiter Concilium Lateranenſi,

Multę hæreſes recitantur, et cōdemnātur.

nenſi, ſub Innocentio tertio] hæc verba dicente. Cum veritas pro fidelibus ſuis ad patrem orat; Volo, inquiens, vt ipſi ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus: hoc nomen, vnum, pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio Charitatis in gratia, pro perſonis vero diuinis, vt attendatur identitatis in natura vnitas. Quemadmodum veritas alibi ait; Eſtote &c. perfecti perfectione gratiæ, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt, perfectione naturæ; vtrique videlicet ſuo modo. Quia inter creatorem, & creaturam, non poteſt tanta ſimilitudo notari, quin inter eos maior ſit diſſimilitudo notanda. Hæc illud Concilium: & recitantur, Extrà, de ſumma Trinit. & fid. Cathol. Ex his igitur ad argumentum Arrianum illud eſt dicendum formaliter, quod maior non eſt intelligenda (vt ipſe Arrius intelligebat) de paritate vnionum illarum, ſed de earum proportione (vt Concilium intellexit, & nobis declarauit.) Hoc eſt: quod in maiori illa, Sicut, Ita, non ſtant pro, tantum, quantum, ſed ſtant pro, ſimili, iuxta modum vtriq; ſuum. Hinc patet ignorantia Arrij. Ex priori ſiquidem reſponſione conſtat, quod errabat in transeundo a Chriſto, ſecundum quod homo eſt, loquente de vnione ſua ad patrem, ad Chriſtum abſolute loquentem (vt ſuprà ibi reſpondendo declaratum fuit.) Ex poſteriori autem reſponſione conſtat: quod etiam loquendo de Chriſto abſolute (vt ipſe volebat) non modicum errauit circa illam textus comparationem factam de vnionibus illis, & connotatam per dictiones illas, Sicut ita.

Arrij duplex ignorantia in textu iſto intelligendo.

ANNOTATIO TERTIA. Cap. XVII.

TV pater in me, & ego in te.] Quamuis iuxta Cõcilium præmiſſum poſſit bene ſic exponi tex. Tu es in me ſcilicet per identitatem naturæ, & ego ſum in te ſcilicet per eiuſdem naturæ numeralis identitatem, tamen, quia Arrius contendit adhuc, illum textum non poſſe intelligi, niſi de eſſendi vnitate per amorẽ (nõ enim vult admittere illarum perſonarum vnitatem per naturam:) ideo ad alium Euangelij textum, qui de neceſſitate ad literam intelligatur de earundem vnitate per naturam, eſt recurrendum, & vt ſuſtẽtetur Concilium, quod ſcilicet hic textus poteſt intelligi de perſonarum illarum vnitate per naturam, & vt ignorantia Arriana pertinax conuincatur, quod ſcilicet hæreticum eſt negare talem naturæ vnionem eſſe in his perſonis. Suprà igitur loquẽs Chriſtus de ſeipſo, vt Deo, vtpote oues ſuas ab æterno prædeſtinante, dicit capite decimo. Pater meus quod dedit mihi maius eſt omnibus, Ego & pater vnum ſumus. En: quod vnitatem ſuam cum patre probat ex eo: quod dedit ei pater Non enim dicit, Ego, & pater ſumus vnum, eo quod diligo patrem, & ipſe viciſſim diligit me (licet hoc de dilectione eorum mutua verum ſit:) ſed ad altiorem intellectum nos excitans dixit. Nos duo ſumus vnum, ratione illius maximæ rei, quam pater dedit mihi. Et quid eſt illud omnibus alijs rebus quantuncunque magnis maius? Hoc aliud eſſe non poteſt, niſi diuina eſſentia (vt facile patet per, & ſuprà, totum mundum diſcurrenti.) Hanc pater dedit filio, cum ab æterno eum ſibi ipſi per omnia æqualem generauit. Neq; enim per omnia eſſe poſſet æqualis patri, vt habetur Philip. 2. niſi eſſet ei conſubſtantialis: neque conſubſtantialis ei eſſet, ſi pater eum generando totam eſſentiam ſuam ei non communicaſſet. Nam genuit eum non quidem ex nihilo, quia ſic eſſet creatura, ſed ex aliquo id eſt de ſeipſo, 1. q. 41. ar. 3. ideoque de neceſſitate illud aliquid eſt diuina eſſentia: Ergo, qui generatur filius Dei, eſt Deus. Cætera vide ſuprà cap. 10.

Illud omnibus maius à patre datũ filio eſſentia diuina neceſſario eſt.

Vt (inquit) omnes vnum ſint. Petierat Dominus diſcipulis ſuis omnibus à patre conſeruationem, in illo tex. Serua eos in nomine tuo, ſimulque bonitatem, in illo tex. Sãctifica eos in veritate: & ideo nũc petit eiſdem ab eodem, vt vnum ſint. Nã (vt Platonici dicunt) quælibet res habet vnitatem ab illo, à quo habet bonitatem. Bonum ſiquidem eſt rei conſeruatiuum: & nulla res conſeruatur niſi per hoc, quod eſt vna. Hæc vero vnitas à Chriſto Eccleſiæ ſuorum fidelium expoſita nunc, apparere tunc maximè veraciter incæpit, quando, Multitudinis credentium erat cor vnũ

& anima una, nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat aliquid, ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia (vt dicitur Actu. 4.) Viuere ergo in communi (quod fit in religionibus ordinis Prędicatorum, Minorum &c. regulatis) eſt effectus huius orationis Chriſti: & vnitas in fide Catholica quam omnibus fidelibus ſub perſona Corinthiorum deſiderabat Apoſtolus, dicens 1. Cor. 1. Idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia: vnitas, inquam, hæc omnium fidelium eſt effectus orationis Chriſti. Vnde quicunque impugnat vel fidem Catholicam aut per ſchiſma, aut per hæreſim, aut per vim armorum, aut &c. vel vitam in communi ordinatam: ille contraponitur ipſo facto orationi Chriſti. Et quia oratio Chriſti ſemper fuit exaudita, 3. de Sal. quæſt. 21. artic. quarto, iuxta illud Ioan. 11. Semper me audis, ideo tales impugnatores non præualebunt finaliter, etſi ad horam proficere aliquo modo videantur: ſed ipſis tandem ſcilicet tempore opportuno à Deo orationis huius exauditore præfixo, deficientibus, Eccleſia ſancta in fide Catholica indeſinenter perſeuerabit, vitaque communis regularium impugnata orationis Chriſti merito adiuta. 3. de Sal. quæſt. 21. artic. 3. & quæſt. 19. artic. 4. non expugnabitur. Porrò talis rei ſimilitudinem antiquam pulchram vide in Veritatibus aureis ſuper legem veterem, Geneſ. 8. concluſ. 1.

Vita communis, & fides Chriſtianorũ, eſt effectus orationis Chriſti.

Qui contraponantur orationi Chriſti.

VNVM SINT (inquit) ſicut tu pater in me, & ego in te. Illud, Sicut, ex vi ſua ſtat pro exemplo; & ex vi ſimul connexorum ſtat pro cauſa. Ac ſi per illud aperte dicatur. Veſtrum eſſe vnum inter uos conformetur ſecundum modulum ſuum huic exemplari ſcilicet vnitati qua pater eſt in filio, & filius in patre: item veſtrum eſſe vnum inter uos cauſetur ab vnitate illa patris in filio, & filij in patre, ſeu (quod in idem redit) cauſetur à perſonis illis ſic, ſemper ab æterno, & vſque in ęternum inter ſe vnitis. Ex textu ergo præſenti habetur: quod fidelium vnitas, & conſequenter bonitas, & conſeruatio (quandoquidem bonum, & conſeruatiuum rei ſequuntur ad vnitatem, vt ſupra dictum eſt, ſunt effectus & procedentes à ſummé vna Trinitate (nam expreſſo patre & filio, cointelligitur ſemper nexus amborum ſcilicet Spiritusſanctus,) & aliqualiter modo ſuo repræſentantes illam diuinam vnitatem. Sint (inquit) vnum, ſicut tu &c. Hoc eſt, ſint vnum in bono, & ad bonum faciendum, vniti. Ex quo textu ſic explicato, tanquam ab oppoſitis connotatur, quod aliqui ſunt vnum in malo, & ad malum vniti. Vnde Chriſtus ſicut illam bonam vnitatem amat, & vt habeatur, & conſeruetur, petit: ita illam malam odit, & ut non habeatur, & habita deſtruatur, orare ſimul cointelligitur: ad hoc videlicet, ut, quam cito fieri poſſit, adimpleatur illud Matth. 15. Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus, eradicabitur.

Vnitas noſtra à prima unitate procedit, & illam repræſentat.

Regula vniuerſalis de Spiritusſãcto.

ANNOTATIO QVARTA.
Cap. XVII.

VT credat mũdus, quia tu me miſiſti.] Hoc, vt, eſt illud, ad quod ordinantur alia præmiſſa, vt ſcilicet in tex. ut omnes vnũ ſint &c. & in tex. vt & ipſi in nobis &c. ac ſi per taliter ordinatam texturam dixiſſet Dominus: Vnitatis bonæ & perfectæ, qua fideles credent in te, & in me, finis erit hic, quod ſcilicet mundus credet &c. ideſt conuertetur ad veram fidem de Trinitatis, & Incarnationis myſterio. Quaſi quod Dominus, ad inducendum facilius, & abundantius Patrem ad benefaciendum diſcipulis, adduxerit fructum magnum, qui ex beneficijs eis collatis reſultaturus eſſet: & dixerit. Perfice etiam eos, qui per verbum eorum credituri ſunt in me, ut omnes ſint perfecte unũ, ad hoc, vt mundus credat &c. Simile quid factũ à Dauid, quod forte figura fuit iſtiuſmodi orationis faciendæ a filio ſecundum carnem ipſius Dauid, habetur: cum dicit in Pſ. 50. Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſcerib. meis; Ne proijcias me à facie tua, & Spiritumſanctum tuum ne auferas a me; Redde mihi lętitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Ecce: quod propheta ad facilius inclinandum Deũ, ut ſibiipſi tanta beneficia cõferat,

pmittit, ſe doctorũ iniquos vias eius, & impios à ſeipſo inſtructos eſſe ad Deũ cõuertẽdos. Quaſi dixerit. Finis, & fructus, beneficiorum tuorum per me procuratus erit valde magnus, quoniam ego docebo &c. Et ideo cũ magna impetrãdi fiducia rogo dicens; Cor mundum crea in me Deus &c. Secundum igitur hoc figurale exemplar orat hoc in loco Dominus dicens: Fac eos unum in fide per charitatem operante, vt ad hunc etiam finalem fructum conuerſionis totius mundi per eos perueniat.

Per hunc tex. vt credat mundus, colligatum præmiſſo contextui (vt ſupra) oſtẽdit quoq; Dominus hoc aliud: ꝙ ſ. exempla magis mouent, quam verba, immò etiam quã miracula. Iuſſerat Dominus diſcipulis, vt verbis, & ſignis, prædicarent Euangelium: verbis quidem, Marci 16. Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ: ſignis. i. miraculis, ibi. Signa autẽ &c. ſequentibus ſignis: itẽ Matth. 10. Euntes, infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mũdate, dæmones eijcite: & nunquam expreſſe affirmarat (quod ibi legatur.) mundum ad veram fidem, uiſis illis prædicationib. & ſignis, venturum. Nunc aũt, qñ vnitatem cordiũ eis, orando patrem, commendat: ſimul ẽt expreſſe fatetur, per modum tamen orandi (vt patet;) mundum, viſa tali diſcipulorum in bono, & ad bonum vnione, crediturum, ꝙ filium ſuum pater miſerit. i. ad veram fidem de ſumma Trinitate, & benedicta Verbi Dei incarnatione, vẽturũ. Omnia hæc, cum tali expreſſionis differẽtia, manifeſte legentibus textus prædictos, & multo magis ſenſus eorũ veros penetrantib. patent. Quid eſt ergo, ꝙ verborũ, & miraculorum prædicationi fructũ cõuerſionis mundi Chriſtus explicite nõ annectit, quem tamen ſanctæ vitæ eorundem prædicatorum, quæ in illo eſſe vnũ conſiſtit, ad literam expreſſe connectit? Hoc eſt neceſſario illud tam ſuprà dictũ: quod videlicet ſancta vita plus proficit in cordibus hominum conuertendis, quàm verbalis ẽt à miraculis aſſociata prædicatio. Magis ergo nomen prædicationis, ſm textum hunc meretur ſancta vita quã verba miraculoſa. i. mirabilibus ſignis cõiunctà: cum illa vita rem prædicationis, quæ eſt fructus cõuerſionis animarum, magis obtineat, quã iſta verba mirãda. Secundũ igitur hũc textũ, Ordo pdicatorũ magis vt ſanctitatẽ vitæ, quã doctrinã verborũ, habeat; curare debet; quãdoquidẽ prædicationis fini ſeruit magis illa vita, quã verba iſta. Qñ igitur ad animarũ cõſeruationẽ B. pater Dominicus ordinẽ ſuũ ſpecialiter inſtituit, ideoq; eũ ẽt nominari ordinẽ prædicatorũ voluit: ipſe pater (ſi per ſillamus in ſenſu à textib. pmiſſis ſubminiſtrato) p talẽ ſuã inſtitutionẽ, & volũtatẽ, intẽdebat, ꝙ filij ſui, vt noĩe Prædicatorum ſimpliciter digni eſsent, ad ſanctitatem vitæ habendam magis, quam ad doctrinalia verba, ex ſua ipſorum profeſſione aſtringerentur.

Porro, quod vita ſancta præualeat in prædicando, iuxta prędictam Chriſti texturam, cõfirmatur ex B. Chryſoſtomo: qui huiuſmodi Euangeliorũ locis ad fundum per intimã cõſiderationẽ penetratis, eorundem quaſi de induſtria expoſitionem ſummariam nobis afferẽs, in ſermone de cruce; ſic dicit: Superba Roma, & fortes Gentiliũ animi, magis noſtræ legis ſanctitate, Patrumq; noſtrorum exẽplis, quam miraculorũ magnitudine, ad Chriſti iugũ adducti ſunt. Hæc ille. Stat ergo fixũ hoc tex. Vt credat mũdus, intẽtũ. ſ. ꝙ fructus vnitati Chriſtianorum in Deo patre, & Chriſto IESV, eſt propagatio fidei ad vniuerſum mũdum. In ſignum huius per experientiã eſt: ꝙ homines vidẽtes in primitiua Eccleſia vnitatẽ Apoſtolorũ cæterorumq; fideliũ, ab hoc textu expreſſã, facile conuertebantur, vt patet Actu. 2. 4. 5. &c. Vidẽs. n. mũdus, Chriſtianos eſſe vnũ fide, ſpe, charitate, ſtudio, doctrina, moribus &c, ſecundum Deum & Chriſtum (id quod recta ratio ipſi mundo dictabat) mouebatur, ſicut & nunc ad ſimilem præmiſſę viſionem moueretur, ad credendum, quod Saluator noſter, cuius iſti ſic vniti erant diſcipuli, eſset verè Chriſtus. i. Meſſias in lege à Deo promiſsus, &c. Ab oppoſitis quoq; experientia teſtatur, verum eſſe, ꝙ hic dicit textus. Nã ex quo Chriſtiani aut parũ, aut nihil, ſunt vnũ in Domino: non propagatur, nõ extenditur fides catholica, ſed continue diminuitur, hoc eſt, non ſequitur fructus, vt mundus credat in Chriſtum, quin potius

Plus valet ſancta vita prædicatorũ ad conuertendum homines, quam verba & miracula.

Ordinis pdicatorũ fratres ad ſanctã vitam habẽdã magis tenentur, quã alij.

Digitized by Google

tius ipſe mundus, ex viſa mala vita multorum Chriſtianorum, ſcandalizatur, & a conuerſione ad Chriſtum, quam forte conceperat, retrahit pedem, &c.

ANNOTATIO QVINTA, Cap. XVII.

EGO, cum eſſem cum eis, ſeruabam eos in nomine tuo.] Ex hoc textu male intellecto dixerunt aliqui errantes, quod Chriſtus iſta verba dixit patri ad ſignificandum, ſe poſt diſceſſum corporalem à diſcipulis non poſſe, vel ſaltem difficulter poſſe ſeruare eos à malo, & conſeruare in bono. Ideoque (vt aiunt) per huiuſmodi ſuum dictum intendebat curam omnem de diſcipulis, quam ipſe quaſi ſolus circa illos vſque ad horam illam habuerat, dimittebat patri, ac ſi & non poſſet eos tàm bene ſeruare in abſentia corporali, ſicut in præſentia, & cuſtodia patris eſſet diuiſa à cuſtodia filij, & una adueniens ſuccederet alteri præcedenti. Propterea ad remouendum hoc infidelitatis præuiſum ſcandalum ſolicitus fuit Dominus, ideoque ſubiunxit id, vnde poſset præmiſsorum verborum haberi vera intelligentia: quod tamen illi neſcij, tanquam ad pauca reſpicientes, non conſiderando in ſuum illum errorem incurrerunt circa fidem naufragantes. Subiungitur enim in tex. Et hæc loquor in mundo. Ac ſi apertius diceret. Corporali præſentia nunc per modicum tempus ego exiſtens in mundo, loquor iſta, non propter defectum virtutis meæ ad cuſtodiendum etiam in abſentia diſcipulos, ſed ad oſtendendum veritatem naturæ, quam in mundo accepi, ideſt naturæ humanæ, compatientis eis. Vel etiam: Hæc loquor propter conſolationē diſcipulorū vt ſaltem conſolentur in hoc, quod eos recommendo tibi patri quem Maiorem credunt (vt patet ex verbis Philippi, Ioan. 14 Oſtende nobis patrem; & ſufficit,) & gaudeant ſe eſse io protectione patris. Rurſus: ad reſpondendum eiſdem errantibus faciunt directe verba SS. Chryſoſtomi, & Auguſtini. Ille enim ſic ait. Vt homo loquitur, ſubdens. Cum eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo, hoc eſt, per tuum adiutorium. Humane enim loquitur, & ad eorum mētem æſtimantium, quod maiorem quandam haberent vtilitatem ab eius præſentia. Hæc Chryſoſtomus ſuper Ioan. Iſte autē ſic inquit. In nomine patris ſeruabat diſcipulos ſuos filius homo, cum eis humana præſentia conſtitutus: ſed & pater in nomine filij ſeruabat eos, quos in nomine filij petentes exaudiebat. Neque hoc tàm carnaliter debemus accipere, velut viciſſim nos ſeruent, pater, & filius. Simul enim nos cuſtodiunt & pater, & filius, & Spiritusſanctus: ſed ſcriptura nos non leuat, niſi deſcendat ad nos. Intelligamus ergo, cum Dominus ita loquitur: perſonas eum diſtinguere, non ſeparare naturam. Quando ergo ſeruabat diſcipulos ſuos filius præſentia corporali, non expectabat pater ad cuſtodiendum ſuccedere filio diſcedenti: ſed eos ambo ſeruabant potentia ſpirituali. Et quando eis abſtulit filius preſentiam corporalem, retinuit cū patre cuſtodiam ſpiritualem. Quia cum pater eos filio cuſtodiendos dedit, non dedit ſine ipſo qui dedit: ſed dedit homini filio, non ſine Deo, eodem ipſo filio. Hæc Auguſtinus ſuper Ioan. Quibus in extremis additum, puta id, quod nūc præ dixerat: quod ſcilicet filius Deus, & pater, non ſeparantur natura. Quapropter cum dedit homini filio, non ſine eodem filio Deo, pater, quod etiam non ſine ipſo Deo patre eoſdem cūſtodiendos dedit: ſecundum expreſsam mentem ipſius Auguſtini.)

Error quorundā recitatur: et poſtea fugatur abūde.

Modis noſtris vtitur ſcriptura in loquendo: vt ſurſum leuet nos.

Viſis præmiſſis textib. pater ſerua eos, &, Ego ſeruabam eos, ſimulque viſa expoſitione illorū Doctorū: dubitabit quis, & dicet. Si pater ſeruabat ſemper, filio ſeruante, diſcipulos ipſos: ad quid nūc filius corporaliter diſceſsurus ei dicit, Serua eos? Videtur enim hoc ſuperfluitatē quādam continere: dicere videlicet ei, qui eſt omnino immutabilis, prima quæſt. 9. artic. 1. & continue illos ſeruauit, Serua eos. Reſpondetur, quod nulla ſuperfluitas hic interuenit: ſed, non plenus intellectus obijcientis circa tex. Serua eos. Admiſſis nanque (vt debemus) illorum ſanctorum fundatiſſimis expoſitionibus circa textus illos, dicimus adhuc pro ſolutione noui huius obiecti, quod

talis literæ ſenſus eſt; Serua eos ideſt per ſeuera in ſeruando eos. Qui ſenſus non tantum verus, ſed etiam iuxta apertum contextum planus eſt. Quid dicit contextus? Cum eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo: nunc autem ad te venio (ſcilicet deſerens eos corporali præſentia.) Hoc eſt enim totam texturam coaſſumendo, dicere. Ego, corporali præſentia, ſeruabam eos, dum tu ſpirituali potentia [quod ſignificat tex. In nomine tuo] ſeruabas eoſdem. Nunc autem, quamuis ego veniens ad te deſtinam ſeruare corporali præſentia illos, noli tu (quæſo) deſinere eos ſeruare ſpirituali potentia. Et per hoc reſpondet Chriſtus tacitæ, quam poſſibilem præuidebat, ſuſpicioni. Potuiſſet enim aliquis ex hoc, quod pater filio corporaliter ſeruante diſcipulos ſeruabat, inferendo ſuſpicari, quod ſimiliter deſerente filio corporaliter eos, pater etiam deſerturus eſſet eoſdem. Ideo filius præoccupando excludit ſuſpicionem huiuſmodi, dum corporaliter relicturus diſcipulos dicit patri, Serua eos, ideſt ne relinquas tu ſpiritualiter eos, me corporaliter abſente, quos nunquam reliquiſti, me corporaliter præſente.

CAPITVLVM DECIMVMOCTAVVM.

Hæc cum dixiſſet IESVS, Egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans Torrentem Cedron: vbi erat hortus. In quem introiuit ipſe, & diſcipuli eius. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia &c. vſque in fin. capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

CHRISTVS Dominus noſter voluntariè paſſus eſt; non quidem propter impotentiam, ſed propter obedientiam patris, & noſtram ſalutem, tum corporalem, tum ſpiritualem.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem quo ad omnes eius partes probat Euangeliſta per tex. Egreſsus eſt cum diſc. ſu. trans Torrẽtem Cedron &c. vſque ad tex. Quos dediſti mihi non perdidi ex eis quemquam, & tex. Mori pro populo. Prima itaque pars ſcilicet quod voluntarie paſsus ſit, patet primo ex hoc, quod Dominus ipſe introiuit in hortum, quem locum ſciebat Iudas traditor ex cõſuetudine frequentari talibus diebus, & tali hora à Domino. Id quod exprimit tex. In quem introiuit, ſciebat, & Iudas locum, quia frequenter conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Quem textum exponẽs B. Chryſoſtomus ait. De nocte vadit, flumen pertranſit, & properat ad locum proditori cognitum: auferens his qui inſidiantur, laborem, & oſtendens diſcipulis, quoniam volens ad mortem venit. Multoties autem ibi cum diſcipulis ſingulariter [ideſt ſine turbis] conuenerat, de neceſsarijs loquens, & quæ non erat fas alios audire. Facit autem hoc in montibus, & in hortis maxime purum à tumultibus inquirens ſemper locum: nè mens impediatur ab auditione. Ideo autem Iudas illuc venit: quoniam Dominus multotiens extrà pernoctabat. Iuiſſet autem ad domũ: ſi putaſset eũ ibi inuenire dormiẽtem.

Quare in locis ſolitaris docet Chriſtus.

tē. Hæc ille ſuper Ioan. Quem textum & doctor ille Theophilus examinās inquit: Nouerat etiam Iudas, Dominum, feſto tē pore, conſueuiſſe ſemper docere diſcipulos aliquid ſublime. Erat autem ſolitus docere huiuſmodi myſtica, in talibus locis. & quoniam tūc dies erat ſollemnis, arbitratus eſt illum eſſe illic, & docere diſcipulos, quæ ad celebritatem ſpectabant.i Hęc ille. Sed & B. Aug cognitionem loci à Domino datam Iudæ oſtendens dicit. Ibi ergo Lupus ouina pelle contectus, & inter oues alto patrisfamilias conſilio tolleratus, didicit: vbi ad tempus exiguū diſpergeret gregem, inſidiis appetendo paſtorem. Hęc ille ſuper Ioa. Voluntariā ergo paſſionem Chriſti, & quidem voluntariam ualde, textus ille ſignificat ex eo: quod Chriſtus ſciens omnia, quæ uentura erāt ſuper eū.i. quod tunc tradēdus & capiendus erat, poſuit ſe in loco apto captioni, & traditioni: Quare locus ille erat aptus captioni? Quia erat hortus (ut inquit ſanctus Thomas) concluſus. Erat forte, ſicut pomerium, Daniel. 13. habens oſtium, quo clauderetur: & circumquaque quadam muri maceria clauſus, ne intus exiſtens poſſet manus ſe inuadentiū effugere. Quare erat aptus traditioni? Quia & erat à ciuitate, ideoque à turbis, remotus tēpore in uilla Getſemani trans torrētē Cedron, traditor autē intendebat, ac quærebat opportunitatē hanc.ſ. ut traderet illū ſine turbis, Luc. 22. & erat traditori notus, ratione uidelicet ſoliię conſuetudinis (ut dictum eſt). Rurſus, illa pars.ſ. φ uoluntariè paſſus ſit, patet ſecundo ex hoc: quod Chriſtus ut dicit tex. Sciens omnia, quæ uentura erat ſuper eū, proceſſit. Quò? obuiā inimicis ſuis ſeipsū auidiſſime quærentibus ad mortē. Porrò φ hanc proceſſionē fecerit ex uoluntaria intentione patiendi, annotauit Euāgeliſta per illū proceſsioni tali antepoſitū tex. Sciēs om. quæ uen. er. ſup. eū. Ac ſi dixiſſet. Nō ex ignorantia ſubiipſi imminentiū paſſionū ab aduenientibus fuit φ proceſsit eis obuiā (ut quandoq; accidit in hominibus neſcientibus quibus occurrāt): ſed ex certa notitia, quod ſic procedendo offerebat ſe crudeliſsimis paſsionibus, fuit, quod ita proceſsit. Vnde patet neceſſario ad literam: quod Chriſtus, ſicut & pater eius,

In diebus feſtiuis quid facere debeāt plati &c. erga diſcipulos &c. ſuos.

Secundo.

Quod obuiat inimicis ſuis Chriſtus, vt per hoc nos multa doceat.

uoluit ſuam paſsionem (ut dicitur 3. de Sal. q. 47. ar. 6. ad 3.) licet actionem Iudeorum iniquā Noluerit (ut ibid. habetur: & nunc ex tex. Vt ergo dixit eis, Ego ſum abierunt retrorſum, & cecider. in terrā; patet) Nam apertiſsimū ſignū præmiſſæ ueritatis.ſ. Dominus noluit iniquam Iudæorum actionē, eſt, quod ipſos uolentes tunc exequi ſuam actionem iniquā, Chriſtus fecit cadere retrorſum in terrā: ipſo facto uidelicet manifeſtans, quod nolebat, immo & uehementer deteſtabatur illam Iudęorum actionē iniquam; qua ad afflictiones uarias uſq; ad mortem quærebant IESVM Nazarenum.

PROSECVTIO EIVSDEM Probationis.

RVRSVS, eadem pars.ſ. quod uoluntariè paſſus ſit, patet tertio ex tex. Quem quæritis? &c. Ego ſum. Vt ergo dixit eis, ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo eos interrogauit. Hinc enim patet: quod & illis ſeipſum non cognoſcentibus manifeſtauit dicendo, Quem quæritis, Ego ſum &, ijſdem in terra, inſtar mortuorū, iacentibus poterat facillime ſeipſum abſentare, ſeu euadere. Quod tñ noluiſſe ipſum facere, demōſtrat tex Iterum ergo eos interrogauit. Ac ſi apertè dicatur ibi. Dum ſic iacerent, uelut ſtupidi in terra, quod retrorſum ceciderant: Chriſtus nō aufugit (non enim ad hunc finē illos proſtrauerat) ſed firmus perſtitit in eodē loco; in cuius certū ſignum iteratā eis, poſt quam è terra ipſo permittēte ſurrexerāt, fecit interrogationem. Ex quibus textibus clariſsimum dupliciter, abſq; ullo dubio reſtat, quod Dominus multum uoluntarie paſſus eſt. Quod totum, ut manifeſtius magis abundè fiat, audi B. Chryſo. dicentē. Multotiens aliàs miſerunt comprehendere eum, & non ualuerunt. Vnde manifeſtum eſt, quod tunc ſponte ſeipſum dedit. Propter quod ſubditur. IESVS autem ſciens omnia quæ uentura erant ſuper eum, proceſsit, & dixit ad eos: Quem quæritis? In medio enim eorum exiſtens excæcauit eorum oculos. Quoniam enim non tenebræ cauſa erant

Christus dominat: in medio inimicorum ſuorum. pſal. 109.

indicauit Euangeliſta dicens: quoniam habuerunt lampades. Si vero lampades non eſſent: à voce ſaltem debeant eum agnoſcere. Si verò & illi ignorabant, qualiter Iudas ignorauit, qui cum eo fuerat continue? & ideo ſubdit: ſtabat autem & Iudas cum ipſis. Fecit autem hoc IESVS oſtendens, quoniam non ſolum eum comprehendere non poſſent, ſed nec videre in medio exiſtentem, niſi ipſe concederet. Hæc ille, ſuper Ioa. Ecce: quot nodis poterat euadere, ſi uoluiſſet: cum ab eis, etiam dum erat præſens, non poſſet videri vel diſcerni, nec etiā (quod mirabilius eſt) à Iuda ſuo per longum tēpus familiari. [Primum hoc miraculum in paſſione ſua à Chriſto demonſtratum multa alia miracula conſequi, vdebis: ſicut oportet) totum paſſionis decurſum legendo ponderaueris. Nam mirabilibus omnia plena ſunt, hoc faciente Domino, ad finem hunc: vt hinc abunde poſſet à cunctis agnoſci: quod qui patitur non tantum homo infimus, ſed & Deus omnipotens, eſt.] Non ergo Chriſtus per illud, Quem quæritis, interrogauit eos ex ignorantia (vt patet ex tex. Sciens, omnia, quæ ventura erant ſuper eum:) ſed ex deſiderio per hoc demonſtrandi, quod ardentiori voluntate ferebatur ipſe ad patiendum, quam illi inimici ſui ad paſſiones ei inferendum.

Per totam paſſionem ſuā Christus factis probat: quod eſt Deus, homo.

Quarto.

ITEM, pars eadem concluſionis patet quarto ex tex. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. Per hæc enim verba, Sinite hos abire, ſubindicatur: quod ſeipſum ſponte obtulit eis non ſinendum abire: ſed capiendum, ligandum, varijſque ac indicibilibus modis affligendum, & tandem morte turpiſsima in cruce occidendum. Ac ſi, illis ex priori in terram caſu (qui fuit quædam Dei vocatio ad pœnitentiam) non conuerſis, ſed in maligna contra Chriſtum voluntate firmiter obſtinatis, apertè reſpondens dixiſſet. Si ergo me ad peſsime tractandum vſque ad ignominiſsimam mortem quæritis: faciatis, quod intenditis, ita tamen, vt hos diſcipulos meos non tangatis, ſed liberos ſinatis abire. Ex quo textu conſtat: quod Dominus voluit ſuā paſsionem: licet Noluerit, ſed ſolūmodo permiſerit, iniquā iudæorū actionem. 3. de Sal q. 47. ar. 6. ad 3. & 1. q. 19. ar. 9. Per hoc verò; quod addidit, Sinite hos abire, ſubindicat: & quod ipſi intendebant capere diſcipulos [Ad quid enim non volentibus, diſcipulos comprehendere opus fuiſſet dicere: Sinite hos abire?] & quod illi diſcipuli nōdum erant idonei ad ſubeundum martyrium i. mortē pro Chriſto (iuxta ad Petrū ideoque cæteris condiſcipulis, dictum, Ioa. 13. Non potes me modo ſequi: ſequeris autem poſtea;] & quod ipſe tamen, compatiens eis vſq; ad vltimam horam ad eos declinationis conſeruantiam, quā habebat intus, demonſtrabat exterius [iuxta illud Ioa. 13. Cum dilixiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos]

Christus per hoc, quod proſtrauit inimicos in terrā, vocauit eos ad pænitētiam.

Confirmantur præmiſſa omnia ex SS. Doctoribus, Chryſoſt. & Auguſt. Quorū ille inquit. Demum, ne quis dicat, quoniā ipſe Iudæos ad hoc induxit, vt eum occiderent, ſeipſum in manibus eorum tradens: manifeſtè oſtendit eis omnia, quæ ſufficiebant eos reuocare. Sed quia permanebant in malitia, & nullam habebāt excuſationem: tunc ſeipſum in manibus eorum tradidit. Vndè ſequitur: Iterū ergo interrogauit eos. Quem quęritis? Illi autem dixerunt: IESVM Nazarenum. Reſpondit: dixi vobis, quia ego ſum. Si ergo me quęritis, ſinite hos abire. Quaſi dicat. Si me quæritis: nihil vobis ad hos commune eſt: Ecce, meipſum trado. Vſque ad vltimā horam ad ſuos dilectionis conſeruantiam demonſtrans. Hęc Chryſoſ. ſuper Ioa. Alter autem dicit. Audierāt primo, Ego ſum, ſed eum nō comprehenderant. Quia hoc Noluit: qui potuit, quicquid voluit. Verum ſi nunquam ſe ab eis permitteret apprehendi, non quidem illi facerent, propter quod venerant: ſed nec ipſe faceret, propter quod venerat. Proinde, quia tenere volentibus, ſed non valentibus oſtendit poteſtatem ſuam, iā tenebunt eū, vt faciat de neſcientibus voluntaē ſuam. Vnde ſubditur: ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire. Inimicis iubet, & hoc faciunt, quod iubet: ſinunt. ſ. nunc eos abire, quos nō vult perire. Hæc Aug. ſup Io. [Ecce alia duo miracula: proſtratio. ſ. tot, tantorumq; inimicorū ſolo verbo, Ego ſum, & iuſſio oīpotenter eoſdem cōſtringens, ne diſcipulis quicq̃ mali corporalis facerent, Sinite hos abire. Quorū prius

Xρm non induxiſſe iudæos ad ſui ipſius occiſionē, monſtrat caſus eorū in terrā a Chriſto factus.

Miracula duo extendūt, Chriſtum eſſe Deum. 3. de Sal q. 43. ar. 4.

Digitized by Google

prius miraculum examinans B. Aug. ait. Vbi nunc militum cohors? vbi terror, & munimen armorũ? Vna vox turbã odijs ferocẽ, armiſq; terribilem, ſine telo vllo percuſſit, repulit, ſtrauit. Deus enim latebat in carne. Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc facit? Hæc ille. Poſterius vero illorũ miraculorũ põderãs B. Chry. dicit Euangeliſta oſtendens, ꝙ hoc (ſi ſinere hos abire) non fuit eorum propoſiti, ſed virtus eius, qui comprehenſus fuerat, ſubiungit: Vt impleretur ſermo, quẽ dixit, quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam.]

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus paſſus eſt nõ quidem ꝑꝑ impotentiam, ſed ꝑꝑ patris obedientiam, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Calicẽ, quẽ dedit mihi pater, non uis, ut bibam illum? Quaſi dicat. Tu debes uelle, ut bibam illum, & ſi nõ ut calicem tamen, ut illum. i. ut à patre mihi datum. Vnde ad ſenſum literalẽ patet, ꝙ aduerſitates, quæ hic per calicem deſignatur, debemus uelle, non quidem ut aduerſitates ſecundum ſe præciſe ſunt, ſed ut nobis datæ ſunt à Deo. Aduerſa quippe omnia à Deo ſunt, excepto peccato. Verum nõ ſolum cõmuni ratione hac, ſed etiam ſpeciali, datum ſibi à patre calicẽ fuiſſe dicit Chriſtus. Qua ratione ſpeciali? Voluntate patris in ſcripturis prophetatum expreſsa. In cuius ſignum euidens eſt illud, quod pro ratione adducit Petro, de conuertendo gladiũ in uaginã dicens Matth. 26. Quomodo ergo implebuntur ſcripturę? Quia ſic oportet fieri. Ex quo loco exponendus taliter eſt hic tex. Calicem, quem in ſcripturarum prænunciatione, quã ad unguẽ impleri oportet, dedit mihi pater. Ac ſi, quaſi Petrũ cõſolans, à feruoreq; illius zeli boni, vt tradi ſceret, mitigans dicat. Illa oĩa, q̃ ab iſtis hoſtibus meis contra me fiũt & fiẽt (excepto peccato) nõ ſunt ipſorum uirtutis, ſed paternę conceſſionis: quã paternã uoluntatem oportet adimpleri ſic. i. & quantũ ad res fiendas (puta mei capturam, quam uides, mei ligationem, irriſionem, flagellationem, ſpineam coronationem, crucifixionem, acerbiſſimã mortẽ:) & quantum ad modos fiẽdi (puta, ſubſannãdo, perſtrependo, cachinnando, ſaltãdo, blaſphemãdo, clauos præ alijs acutiſſimos eligendo &c.) E doctus a textu hoc. [Sic oportet fieri, dixit ſanctus Eccleſię Doctor, 1. q. 19. art. 6. Voluntatẽ diuinam, quoad omnia, omneſq; modo uolitos, neceſse infallibiliter eſse adimpleri ſemper.] Præmiſsũ calicẽ fuiſse à pře datũ filio, & ſic. i. quoad oĩa (ꝙ eſt vſque ad fundũ bibitũ teſtificatus poſtea eſt ipſe Petrꝰ Spũſancto repletus dicẽs Actu 3. Deus, q̃ pnũciauit p os oium ꝓpheta rũ, pati Xp̃m ſuũ, impleuit, ſic. Sed & alij fideles idipsũ teſtificãtes dixerunt Actu. 4. Dñe qui feciſti cęlũ, & terrã, mare, & oĩa &c. Cõuenerũt uere in ciuitate iſta aduerſus ſanctũ puerũ tuũ Ieſum, quẽ unxiſti, Herodes, & Põtius Pilatus, cũ gẽtibus, & populis Iſrael, facere, quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerunt fieri. Petrus ergo, & ſui declaratum nobis reliquerunt, & ꝙ iſte calix, de quo loquitur Chriſtus, eſt paſſio tota ipſius, & quõ dedit calicem illum pater filio. Dicit itaque filius in hoc tex. Calicẽ, quem dedit mihi pater non vis, vt bibam illum? Sicuti. [ego volo. Ac ſi apertius Petro dixerit. Tu debes conformare voluntatem tuã in hac re volũtati patris mei, ſicut ego in eadem re conformo meam voluntati eiuſdem. Ex quo ad literam patet, ꝙ Chriſtus dicit, ſe ſubire paſſionem ſuam ꝑꝑ hoc, quòd vult obedire patri.

Quid ſit calix, & quõ illum pater dedit Xpo.

QVEM (inquit) Dedit mihi pater. Quid intelligit per illud, Mihi? Meæ perſonæ ſecundum humanitatẽ. Nam Chriſti perſonæ ſecundum diuinitatem conſideratæ non dedit calicem bibendũ pater, qm̃ paſſio Chriſti non eſt eius diuinitati attribuenda, ſed ſolum humanitati, iuxta illud 2. Cor. 13. Crucifixus eſt ex infirmitate, & illud Cyrilli, in epiſt. Synodali Si quis non confitetur, Dei Verbum paſſum carne, & crucifixũ carne, anathema ſit. Hæc ibi. Vbi ſumitur illud carne, [. ſola. Ac ſi apertius a Synodo dicatur, ꝙ paſſio Chriſti ad perſonam naturæ diuinæ ptinet ratione carnis. i. humanitatis, paſſibilis aſſumptę, non aũt rõne naturæ diuinæ. 3. de Sal. q. 46. art. 12. Quid vero in tex. intelligit Chriſtus p illud, Pater? Illũ, q me ab æterno genuit. Secũdũ. n. ſen

ſum

ſum hunc nominat ſemper patrem ſuum Chriſtus in Euangelio, ſecundum quem & pater ipſe dixit ad eum Pſal. 2. Filius meus es tu, ego hodie genui te. i. non creaui, non feci, ſed genui. Vnde & B. Athanaſius in ſymbolo ſuo, quaſi hunc Pſalmum exponens, dicit: Filius à patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus. Stantibus his duobus terminis, mihi, & pater, ſic vere (vt oportuit) expoſitis, patet, quod per illa duo verba docuit Chriſtus breuiter, & ſubtiliter, quod perſona ſuæ humanitatis non eſt facta, neque creata, ſed ab æterno genita, 1. quæſt. 27. art. 2. & q. 41. art. 3. & 3. de Sal. quæſt. 16. art. 12. Hoc eſt. Quod perſona humanæ naturæ eſt Deus à patre æternaliter genitus. Neque enim pater ex ſeipſo generauit humanitatem filij (cum filius ſit homo ſine patre, ſicut & eſt Deus ſine matre,) vt perſona eius humana .i. ex principijs humanitatis procedens, poſſet dicere, Calicem dedit mihi pater meus naturalis. Reſtat igitur, vt hoc dixerit perſona humanitatis eius diuina, quæ ſecundum humanitatem erat calicem vſque ad fundũ bibitura.

Pater dedit xpo calicem bibẽdum vſq; ad fundũ.

ALIA ſecundæ partis particula .ſ. non propter impotentiam, demonſtrata ſupponitur ex tex. Quem quæritis? Ego ſum. Vt ergo dixit eis, Ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Patet enim ex his textibus, quod Chriſti potentia maxima fuit, & in hoc, quod excæcauit oculos aduerſariorum, ne eum agnoſcerent, auditumque eorundem occluſit, [quod vt intelligas, vide ſupra, in primæ partis probatione,] ita vt fuerit neceſſe, Chriſtum præuenire eos manifeſtando ſeipſum ſic; Quem quæritis? Ego ſum, & in hoc, quod ſolo verbo tantam eorum multitudinem proſtrauit, ſecundum tex. Vt ergo dixit eis, Ego ſum, abier. retror. & cecid. in terram. Ac ſi ex vtriuſque textus ſenſu ad propoſitum probationis particulæ præmiſſę dicatur. Factis duobus .ſ. ſui manifeſtatione ad cæcos, & mira caſus confuſione ad obſtinatos, declarauit Chriſtus, quod paſſioni ſe offerebat, & paſſus eſt, non propter vllam ſuam impotentiam.

RESPONSIO
Tacita.

CONCLVSIO textualis, poſtquàm Chriſtum voluntarie paſſum dixerat, addidit, quod non propter impotentiam, vt ex hoc addito, & per conſequẽs ex Euangelio, oſtenderetur differentia voluntariæ paſſionis Chriſti à uoluntaria paſſione aliorum. Licet enim alij boni viri paſſiones voluntarie ſufferant, tamen ipſi fere omnes, & ſemper, habẽt impotentiam ad repellendum eas, & propter talem impotentiam ad voluntarie ſufferendum eas ſe præparant, facientes (vt dicunt) de neceſſitate virtutem. Quod quidem opus bonum, & magnæ prudentię, fortitudiniſque acceptæ Deo eſt, ſed non tam bonum, nec tantam prudentiam ac fortitudinem continens, nec tam acceptum Deo, ſicuti eſſet bonum illud, qđ tali impotentia careret, ad eamque carẽtiam operans reſpiceret, puta dicendo, quamuis non mihi deſit facultas effugiẽdi paſſiones has, vel illas, tamen nolo vti iſta facultate, ſed volo pati eas pro bono virtutis, ſeu pro Chriſto. Sic enim multo magis illud opus voluntarium abſque dubio iudicaretur, quoniam cum patiens poſſet in contrarium .i. poſſet non pati, nec tamen vellet vti hac ſua potentia, cõſtaret hinc, quod talis ex omni parte uoluntarius eſſet ad patiendum, ſeu ex omni parte paſſioni volũtarie deditus. Quis vero neſciat, quod bonum quanto magis eſt voluntarium, tanto magis & laudabilius, & gratius Deo eſt? 1. 2. quæſtio. 20. art 4. & q. 73. art. 6. Vt ergo taliter diſpoſitam in paſſionum tolerantia fuiſse voluntatem Chriſti, atque ideo laudabiliſſimum, Deoque gratiſſimum, reddentem totum opus ſuę ſacratiſsimę paſsionis, concluſio textualis breuiter oſtenderet, ipſa, poſtquam Chriſtum uoluntarie paſſum fuiſse dixit, addidit, non propter impotentiam. Ac ſi dixiſset apertius. Illud voluntarie, quod de Chriſto paſſo dixi, eſt non quocunque modo, ſed ſupremo, intelligẽdum, ita quod dicatur Chriſtus eſt paſſus uoluntarie, non qualitercũque ſed totaliter. Non ſolum enim uolũtarie acceptauit omnia hęc, ſcilicet, quòd & cape-

Facere de neceſſitate virtutem eſt res magna prudẽtia, & Deo grata.

caperetur,& ligaretur, & illuderetur, & verberaretur,& conſpueretur, & per crucem occideretur &c. ſed etiam voluntarie deſtitit ab hoc, quod talia omnia, ne contra ſeipſum fierent,impediret. Poterat nanque,& facillime quidem(ut ex eo, quod vnico verbo tantam turbarum multitudinem ſtrauit, patet) ſingula quæque paſſionum ſuarum ſuſpendere, ne ſuper ſe venirent,& tamen noluit,nō dico omnia,ſed nec vlla illarum quantumcunque minima vel magna, aut maxima,impedire, ne fierent in ſuiipſius contumeliam, &c. Id quod nullus martyrum &c. taliter potuit reſpectu tormentorum ſibiipſis inflictorum. Propterea tam voluntarie nullus eorum paſſus eſt, ſed nec potuit tam voluntarie pati,ſicuti Chriſtus. Quapropter nec vlla paſſio martyrum, aut &cæ. fuit,vel eſſe potuit, etiam ex hac parte (ſcilicet volūtatis. Vt declaratum eſt) tam bona moraliter, tam fortiter tolerata, tā laudabilis, tam meritoria, tam Deo grata: ſicuti paſſio Chriſti. Hęc autem omnia præmiſſa in concluſione textuali, & per conſequens in Euangelio, vnde deſumpta eſt, continentur implicite, dum videlicet de Chriſto explicat duo uerba hæc,ſcilicet voluntarie, non propter impotentiam.

Nulla paſſio etiam ſolū uolūtate attenta Deo ſic accepta fuit, ut p.c.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus paſſus eſt propter noſtram ſalutem,tum corporalem,tum ſpiritualem, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Vnum hominem mori pro populo,& tex. Quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam. Prior ſiquidem particula, ſcilicet paſſus eſt propter noſtram ſalutem patet ex eo, quod Cayphæ verbum propheticum fuerat, ideoque verum,quo dicebat Ioan. 11. Expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Perituri ergo eramus, niſi vnus homo Chriſtus eſſet mortuus pro nobis. Pro ſalute igitur noſtra, ne ſcilicet periremus, paſſus eſt Chriſtus, iuxta Spiritusſancti teſtimonium loquentis tunc per os Cayphæ (ut inde habetur.) Et hęc eſt ratio, quare de tali conſilio ſuo facit nunc mentionem tex. Erat autem Cayphas, qui conſilium dederat Iudęis, quia expedit, vnum hominem mori pro populo. Quod etiam ideo commemorauit Euangeliſta, vt remoueret ſcandalum de cordibus fideliū, oſtendendo etiam per aduerſariorū prophetias, quod non propter peccata propria(in toto enim inimicorum Chriſti illo Concilio Ioan. 11. vbi eſt hæc prophetia, non fit mentio de vllo eius peccato, immo de operibus commendatione dignis. ſ. Hic homo multa ſigna facit) ſed propter ſalutem populi,ut.ſ.non tota gēs pereat, captus eſt Chriſtus,& mortuus. Teſtimonium autem hoc adduxit Euangeliſta,ut & mundum conuinceret de innocentia Chriſti, eiuſque charitate erga nos, & naturæ ueritatis uirtutem magnā eſſe declararet. Aduerſarij ſiquidem teſtimonium eſt ad homines conuincendos efficacius, tantoque magis, quanto aduerſarius atrocior eſt(qualis erat Cayphas:) & tantæ uirtutis eſt veritatis natura, ut etiam aduerſarius ueritatem ipſam tandem tacere non poſſit. Id quod patet ad literam ex textu.

Alia ipſius tertiæ partis particula,ſcilicet tum corporalem,tum ſpiritualem,demonſtratur ex eo, quod Dominus inquit ad patrem; Quos dediſti mihi,non perdidi ex eis quemquam Ioan. 17. Hoc eſt, Nec quantum ad corpus, nec quantū ad animam perdidi aliquem ex diſcipulis: & conſequenter ſaluaui eos quo ad vtrūque. Porro nomine diſcipulorum intelliguntur hic & alij credituri in Chriſtum (ſi de efficaciter ſaluandis loquamur,) & omnes etiam mali,ſiue fideles,ſiue infideles (ſi de ſufficienter tantum ſaluandis.) Item illud uerbum tex. Quemquam tenetur ſimpliciter, ſicut & ſimpliciter profertur. Non enim determinatur ad aliquid ſignatum (puta dicendo; Quemquā quo ad animam,uel quo ad corpus,) ſed indeterminate dicitur, Quemquam(comprehendendo.ſ. animam cuiuſque,& corpus.) Quid eſt,non perdere aliquem? Eſt, non perdere illum,ſecundum ullam partem eius. Quid eſt, non perdere aliquem ſecundum quid? Eſt,non perdere illum ſecundum aliquam partem eius, licet quo ad aliam perdatur. Vnde perdere aliquē ſecundum quid,poteſt ſtare cum non perdere

Perdere, & non perdere aliquem, vel ſimpliciter vel ſecundum quid, quō intelligatur.

dere illum ſecundum quid, quoniā perditum quoad corpus poteſt eſſe non perditum quoad animam, & perditum quo ad animam, poteſt eſſe nō perditum quo ad corpus. Veruntamen non perdere aliquem ſimpliciter non poteſt ſtare cum perdere illum aliquo modo .i. ſecundum vllam eius partem: ſicut & perdere aliquem ſimpliciter non poteſt ſtare cū nō perdere illum, quo ad aliquam partem eius. Dicit ergo tex. Non perdidi ex eis quemquam ſimpliciter .i. nec quātum ad corpus, nec quantum ad animam. Vbi nota, quod loquitur per figuram, quæ minus dicendo ſignificat plus. [Hæc eſt contraria figuræ illi, quam uocant hyperbole: q̄ plus dicendo ſignificat minus] i. dicēdo, non perdidi ſignificat, Saluaui. Chriſtus ergo hoc in textu confitetur, ſe ſaluaſſe vnumque que, & quoad animā, & quoad corpus. Id quod intellige tu, ſaluaſſe ſ. quantum eſt de ſe. ſ. ex parte ipſius Xp̄i. [Vide huius, & illius tex. Non pro mundo rogo, declarationes ſupra Ioan. 17. ut facilius, & plenius intelligas ea, quæ hic prædicta ſunt.] Authoritas illa, non perdidi ex eis quemquam, & ex ſupra Ioan. 17. & ex Ioan. 18. ſuis contextibus habet explicite ſenſum illum duplicem integrū ſ. de anima, & corpore, quem nos implicite contineri in illo verbo, Quemquam, declarauimus. Ibi enim legenti contex. Serua eos, vt ſint vnum, ſicut & nos pater, quod ſenſus ibidem ſequentis tex. Nō perdidi ex eis quemquā eſt de anima: ac ſi dixiſſet, non perdidi quemquam, ideſt ſeruaui eos, quoad animam, vt eſſent unum, ſicut & nos. Hic uero legenti contex. Cohors, & miniſtri comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum, patet, q̄ ſenſus hoc in loco p̄cedentis tex. Non perdidi ex eis quemquam eſt de corpore, ac ſi diceret, Non perdidi quemquam .i. non permiſi, ut à cohorte, & miniſtris corporaliter comprehenderentur, & ligarentur. Euangeliſta ergo adducens nunc illam authoritatem in ſenſu de corpore non trahit ipſam extra ſenſum propriū, ſed aperit nobis, q̄d illa authoritas, quam putabamus forſan ex illo contextu Ioan. 17. intelligi non poſſe, niſi de animæ ſalute, poteſt intelligi etiam de ſalute corporis, & maxime cum ſalus corporis concernit ſalutem animæ (ut in propoſito.) Nā perditio animarum ſuarum fuiſſet ſubſecuta, ſi diſcipuli corporaliter fuiſſent cōprehenſi, quod à fortiori patet ex eo, q̄ timore nimio uſque ad ſcandalū in Chriſtum pertingente agitati fugerūt (de quo prædixerat Dominus Matth. 26. Omnes vos ſcandalum patiemini in me.) Adde, quod negatio Petri teſtatur, quid alij diſcipuli fecisſēt, ſi ab illis armatis turbis comprehēſi fuiſſent. Quia igitur iſta corporalis comprehenſio ad animarum perditionem terminata fuiſſet, ideo Euangeliſta dicit, & ſatis correſpondenter, quod ad hoc, vt impleretur ſermo de ſalute animæ dictus Ioan. 17. iuſſit nunc Dominus, vt nullus diſcipulorum comprehenderetur dicendo, Sinite hos abire.

Duplex literalis ſenſus p̄cedentis tex. Nō p̄didi &c.

CONFIRMATIO
Concluſionis I.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus pro omnium noſtrum ſalute ſimpliciter, ideſt & animæ, & corporis, ſumpta incarnatus, & conſequenter omnia myſteria ſuę ſanctiſſimæ humanitatis executus eſt hoc eſt, & paſſus, & crucifixus, & mortuus eſt &c. vide ex ſacroſanctis ſcripturis Concilijs &c. definitum eſſe in Elucidario. 3. de Sal. art. num. 2. 247. 268. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 332. Item in Veritatibus aureis ſuper legem veterem Leuitic. 4. cōcl. 6. & cap. 16. concl. 8. Quod & uere, non putatiue, fuit factus homo, paſſus, mortuus, aliqua humanitatis ſacra myſteria executus, uide &c. in Elucid. 3. de Sal. articulorum num. 1. 33. 94. 95. 96. 251. Item in Veritatibus aureis ſuper &c. Deuteronom. 9. concluſ. 7. & Geneſ. 17. concluſ. 6. Quod Chriſtus nullum penitus habuit peccatum, ideoq; impoſſibile eſſe, quod fuerit paſſus pro peccato ullo proprio, ſed pro nobis à peccato &c. liberandis, uide in Elucidation. 3. de Sal. quæſt. 15. art. 1. 2. & quæſt. 46. art. 3. 4. Quod uoluntarie paſſus eſt, quæcūque paſſus eſt, cū fuerit alius modus poſſibilis liberationis humanę, 3. de Sal. q. 46. artic. 2. Quod Chriſtus ex obedientia

patris

Digitized by Google

patris ad patiendum, omnia, motus eſt: uide in Elucid. 3. de Sal. q. 47. ar. 2. 3.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. XVIII.

ILLE, qui iam conſecutus eſt gratiã, non poteſt operari bonum, & uitare peccatum, abſq; alio auxilio gratiæ, & ſi talis non reſiſtit efficaciter tentationi in principio, aduerſus eum augetur tentatio, & ipſe, vtpotè debilior a ſemetipſo factus, cadit ſemper in peius, niſi iuuetur auxilio ſpeciali a Domino.

PROBATIO Concluſionis.

ISTAM concluſionem, quò ad omnes eius partes, probat Euãgeliſta per tex. Dixit Petro ancilla oſtiaria &c. vſq; ad calefaciebant ſe, erat autem cũ eis Petrus ſtans, & calefaciẽs ſe: & per tex. Dixerũt ergo ei: Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? vſque ad: Iterum ergo negauit Petrus, & ſtatim Gallus cantauit. Prima igitur pars, ſcilicet conſecutus gratiam nec operari bonum, nec uitare peccatum, poteſt ſine nouo auxilio gratiæ, patet ex hoc, ꝙ Petrus iam per gratiam habitualem iuſtificatus (iuxta illud Ioann. 13. Vos mundi eſtis) ad debiliſſimum motiuum tentationis, ſubito & ab operando bonum deſtitit, & cecidit in peccatum. ſi. n. homo per gratiam ſolam. i. ſine alio auxilio diuino ſufficiens eſſet ad operandũ bonũ, & ad uitandũ peccatum, certe non uideretur credendum, ꝙ ille uir, qui paulò ante & erat (Chriſto atteſtante) per charitatem mundus, & ſacramento corporis, ac ſanguinis Chri digne refectus, & ad ꝑmonitionẽ illius tẽtationis a Chro factã paratus potius mori, ꝗ illũ negare, ad tã ꝑ puſillanimitatẽ, reiecta ipſa virilitate, deueniſſet, ut ſic c to, ſic turpiter, ad unius ſ. ancillulæ uocẽ, vt ꝗ oſtiaria eſſet, negaſſet Chrm. Ex hoc ergo tã notabili principis Apoſtolorũ caſu manifeſte conſtat, ꝙ magna eſt dĩa inter grãm iuſtificantẽ, & vſum ipſius, & ꝙ non ſumus ex nobis, ẽt iuſtificatis, ſufficientes ad uſum grãe quã habemus in aĩa infuſam a Deo, & conſequenter ꝙ ad bñ utendũ grã egemus cõ-

Gratia, & uſus gratiæ, differunt multum.

tinuo Dei auxilio nouo, & per conſequẽs quòd ille, qui iam cõſecutus eſt gratiam, nec operari bonũ, nec uitare peccatum, ꝑt abſq; alio auxilio gratuito (ꝗ erat pars concluſionis probãda.) Quia. n. Petrus tali auxilio caruit tunc (Deus enim, iuſto ſuo iudicio, reliquit tunc illum ſibiipſi habenti gratiam iuſtificantẽ), ideò cecidit, & perdidit grãm ipsã. Sic ceciderat Moyſes, & Aaron, Nu. 20. & Dauid 2. Reg. 11.

PRO intelligentia terminorum illorum, Gratiam, Alio auxilio gratiæ, qui in prima parte cõcluſionis ponuntur, aduertendũ eſt, quòd Dei gratia duobus modis ſumi põt. Primò, prout dicit quoddã habituale donũ a Deo in aĩam infuſum: Secũdò, prout eſt quædam motio diuina ad rectè uiuendum iuxta grãm habitã. Porrò iſta motio dicitur ẽt gratiæ auxilium, quia gratuito fit, quoniam, cum Deus nulli ſit, nec eſſe poſſit debitor. 1. q. 21. arti. 4. ad tertium, oportet dicere, quòd ex gratioſa bonitate ſua dependet, quòd nobis etiam iuſtificatis, auxilietur. Reſtat igitur, quòd non tm̃ gratia. i. illud habituale donum (quo. ſ. anima peccatrix ſanatur, & ſanata eleuatur ad operandum opera meritoria uitæ æternæ, quæ proportionem naturæ excedunt) eſt gratia, ſed ẽt illud auxilium eſt quodammodo gratia, id eſt gratuito datum. Quando igitur cõcluſio dicit, hoĩem conſecutũ grãm indigere alio auxilio gratiæ ad bene operandum, & uitandum peccatum, non intelligitur, quòd indigeat alio dono habituali infuſo (ſic enim procederetur in infinitum: quia pari ratione homo illud habituale domum nouiter conſecutus indigeret alio diuino auxilio ad operandũ &c. & ſic poſtea eadem rõne alio, & alio, & alio &c.) ſed quòd indigeat alio auxilio gratis aduenientẽ. i. indigeat, ut a Deo moueaẽ ad agendũ ſecundũ illam grãm habitualem. Vis modo huius rei ſcire quare? Audi quare. Quia impoſſibile eſt eĩnò, ꝙ aliqua res creata quẽcumq; actum faciat, niſi in uirtute motionis diuinæ. Nã & philoſophia docet, ꝙ ſecunda cauſa nõ poteſt moueri ſine prima, quapropter & prima magis influit in ſecundæ effectum, ꝗ ipſa ſecunda. Nec obſtat ueritati illius primæ partis concluſionis, quòd gratia habitualis datur nobis ad hoc, ut poſſimus

Diffinitio gratiæ habitualis, ſeu iuſtificantis.

Digitized by Google

poſſimus bonum facere, & vitare peccatum. Licet enim hoc verum ſit, non tamē datur nobis gratia, vt poſſimus aliquid illotum facere, ſiue auxilio diuino ſuperueniente, ſed vt illa duo poſſimus, accedēte nouo auxilio. i. illa motione diuina. Regula enim firmiſſima eſt apud oēs recte ſapientes, ꝙ quælibet creatura indiget, vt à Deo conſeruetur in bono, ſeu (quod idem eſt) in dono, quod ab eo acc pit, ita quod illa non poteſt ſeipſam in tali bono conſ:ruare, & (quod plus eſt) non pōt à Deo conferri creaturæ, vt ſeipſam conſeruet ſine ipſo Deo, 1. q. 104. art. 1. ad ſecundum, & art. 2. ad ſecundum. Ideo ex hoc, quod poſt acceptam habitualem gratiā homo adhuc indiget nouo auxilio Dei ad agendum, non poteſt concludi, quod gratia illa habitualis ſit vel in vanū data, vel imperfecta. Nam & in ſtatu gloriæ, vbi gratia eſt omnino perfecta, plena, atque cōſummata, homo quilibet, & Angelus, beatus indiget auxilio diuino. Nec de hoc alicui dubium eſt, quoniam actione diuina ceſſante, nō poſſent beati in beatitudine conſeruari, 1. 2. q. 109. art. 9.

Regula ueriſſima cōtra omnes ſuperbientes, & ſpeciatim Pelagianos.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, ſi homo in gratia conſtitutus non reſiſtit efficaciter tentacioni in principio, aduerſus eum augetur tentacio, & ipſe, vtpote debilior à ſemetipſo factus, cadit ſemper in peius, demōſtratur ab Euangeliſta ex tex. Dicit ille: Non ſum, &c. Dixerunt ergo ei &c. Negauit ille, & dixit: Non ſum. Dicit ei vnus &c. auriculam. Nonne ego vidi te in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus. Vide ſingula circa tentationes Prima tentacio ab vna tantum ancillula fit. [Dixit Petro ancilla oſtiaria,] & ſimplicibus verbis. [Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius?] & quia Petrus nō reſtitit, dicēdo; Sum, ſed tentacioni ſuccubuit dicendo, Non ſum, ideo ſecunda tentacio fuit maior, vtpote facta à pluribus. [Dixerūt ergo ei.] Quia etiā Petrus huic ſecundæ tentacioni ceſſit augmentata eſt tentacio tertia, vtpote facta & à cognato eius, cui Petrus abſcidit auriculam, & verbis cum probatione oculata iunctis. [Dicit ei cognatus &cæ. Nonne ego te vidi in horto cum illo?] Vide & ſingula circa negationes. Primam negationem deſcribit Euangeliſta fuiſſe ſimplicem. [Dicit ille. Non ſum:] Secundam explicite narrat ſimplicem, ſed implicite iuratam. Licet enim de negatione ſecunda dicat; Negauit ille & dixit; Non ſum, tamen, per regulam de muuo ad inuicem ſeruitio ſcripturarum aliàs datam, ſubintelligit illud, quod explicite dixit coeuangeliſta Matth 26. Iterum negauit cum iuramento, ac ſi dicat noſter tex. Non ſum, per Deum. Tertiam denique negationem ſimpliciter. i. nullo addito, narrat dicens. Iterū ergo negauit Petrus, ſed implicite ſubintelligens illud Matth. 26. Tunc cœpit deteſtari, & iurare, quia non nouiſſet hominem, ac ſi dicat noſter tex. Negauit Petrus, cum iuramento deteſtatiuo (puta: Per Deum, Moriar, ſi noui illum.) Quod autem (vt in cōcluſione ſupponebatur) ex negatione Petri augeatur tentacio [quaſi ſumens uires à defectu Petri, ita. ſ. quod Petrus negando, ſibiipſi robur auferat, & corroboret inimicum] patet ſubtiliter conſideranti illorum textuum colligationem. Illud. n. ſignificat coniunctio illatiua, Ergo, poſita in ſecunda tentacione, ideoque ſubintellecta in tertia mox ſubſequente. Introducens namque ſecundam tentationem Euangeliſta inquit; dixerunt ergo ei, nūquid &c quaſi ſuæ ſcripturæ teſtimoniū dicens, ex prima negatione Petri infero maioritatem tentacionum ſequentium. Per hoc autē do etiam intelligere, quod negatio prima minoritatem Petri cauſauit. i. ꝙ ipſum debilitauit, & ꝙ hæc ſua debilitas fuit tentationibus ſubſequentibus maioritas. Sic igitur in propoſito uerificatum eſt modo ſic illud philoſophicum dictum, corruptio unius, eſt generatio alterius. Hac ergo de cauſa, quaſi totum hoc innuens, dixit ſecundę partis concluſionis particula ſecunda: & ipſe, vtpote debilior à ſemetipſo factus, cadit ſemper in peius. Quod quidem nunc ſupra probatum eſt.

Regula de condeuoto rio ſcripturarum.

Peccando & robur i res tollimus, & illas inimico damus, i. nos facimus debiles, & inimicū fortem.

DIXIT

DIXIT ERGO ANCILLA Oſtiaria, &c.

TENTACIONVM, & negationum præmiſſarum textus examinaturis occurrit primo ex ordine tex. Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria. Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Coniunctio, &, inſinuat, quod ancilla hæc ſciebat, illum alium iam ingreſſum eſſe diſcipulum Chriſti. Vnde dum eius diſcipulum tui coniungit alterum, dicens, &: uidetur dare Petro occaſionem minuendi timorem. Quaſi per hoc ſubindicet, quod ſicut illi alteri diſcipulo nihil mali fiebat, etiam quod cognoſceretur eſſe diſcipulus Chriſti (ut ipſe Petrus ab effectu iſto, ſcilicet quod ſecurus & intrauerat cum Chriſto in atrium Pontificis, & de ſeipſo introducendo præceperat,) ita & ipſi Petro, licet ſe eiuſdem diſcipulum confiteretur, & maxime quaſi in ſecreto ad ipſam ſolam ancillam nihil mali ex hoc immineret. Accedit, quod eadem ancilla nõ dixit, ſeductoris, aut malefactoris iſtius, ſed dixit, Hominis iſtius, per quod uerbum, ſeu modum loquendi, videbatur ex quadam compaſſione loqui, quę omnia erant occaſio data Petro abijciendi, uel ſaltem minuendi, timoris. Ex perſona ẽt interrogante, vt quæ non de militibus armatis, neque de maioribus, ſed de minimis ancillis eſſet, afferebatur eadem occaſio Petro circa diminutionem, vel abiectionem timoris. Et tamen omnibus his, tum per coniunctionem, tum per modũ loquendi, tum per conditionem perſonę bonis occaſionibus ſibijpſi tunc oblatis, Petrus Dominum ſuum, & in præſentia quidem ipſius, negando reſpondit: Non ſum. Sed quid mirum (inquit Beatus Auguſtinus:) ſi Deus uera prędixit, homo autem falſa præſumpſit? Sane (ſequitur idẽ) in iſta, q̃ iam cœpta eſt, negatione Petri debemus aduertere, non ſolum ab eo negari Chriſtum, qui dicit, eum non eſſe Chriſtum, ſed etiam ab illo, qui negat, ſe eſſe Chriſtianum. Dominus enim non ait Petro: Diſcipulum meum te eſſe negabis, ſed, Me negabis. Negauit ergo ipſum, cum ſe negauit eſſe eius diſcipulum.

Negare ſe eſſe Chriſtianũ eſt negare Chriſtum.

Quid autem aliud iſto modo, quam ſe negauit Chriſtianum? Quam multi poſtea, etiam pueri, & puellę, potuerunt mortem pro Chriſti confeſſione contemnere, & regnum cœlorum fortiter introire, quod tunc iſte non potuit, qui claues ipſius regni accepit? Ecce, vnde dictum eſt, Sinite hos abire, q̃a, quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam. Vtiq; enim Petrus, ſi negato Chriſto hinc iret: quid aliud, quam periret? Hęc ille, ſuper Ioan. Veruntamen quidam zelo quodam (ut ſibijpſis uidetur) bono, ſed re uera nõ ſecundum ſcientiam ducti Petro quandã inanem gratiam appropriantes dixerũt, quod ipſe dixit, Non ſum, motus non timore mortis, ſed amore erga Chriſtum. Hoc eſt: Petrus non timore negauit, ſed amore, vtpote uolens ſemper eſſe cum Chriſto, & ſequi cõtinue. Nouerat enim aut ſaltem timebat, quod ſi diceret, Sum, ideſt ſi fateretur ſe eſſe de Chriſti diſcipulis, nõ fuiſſet introductus, vel poſt fuiſſet mox foras exclus*, & ſic fuiſſet à Chriſto ſeparatus. Hæc dicunt illi. Sed contra ſcientiam Domini, quamuis forte neſciẽtes, loquuntur, & ideo eorum poſitio nõ poteſt eſſe uera. Nam Dominus ſupra cap. 13. Petro dicenti, Animam meam pro te ponam, reſpondit: Animam tuam pro me pones? Amen, Amen, dico tibi, non cãtabit gallus, donec ter me neges. Quibus Domini uerbis aperte monſtratur, quod Petrus non ideo dixit, Non ſum, quia noluerit à Chriſto ſeparari, ſed quia, contra promiſſum ſuum mutatus, noluit pro Chriſto animam ponere. Amor ergo, ſecundum textum hunc, erga Chriſtum in Petro defecit, tantum abeſt, ut ex amore iſto, quem fingunt, eundem negauerit.

Quare Chriſtus dixerat: Sinite hos abire.

Vnde & Beatus Auguſtinus contra ſimiles inuectus, ait. Non accuſemus Chriſtum, cum defendimus Petrum. Agnouit plane peccatum ſuum infirmitas Petri, & quantum mali, Chriſtum negando, cõmiſerit, plorando monſtrauit. Neque nos cum ita dicimus, primum Apoſtolorum accuſare delectat, ſed hunc intuendo, admoneri nos oportet, ne homo quiſquam de humanis uiribus fidat. Hęc ille ſuper Ioan. 3.

STABANT autem ſerui &c. Erat autem cum eis Petrus ſtans, & calefaciẽs

ſe.

ſe. Verbis illis, Non ſum, Petrus negationem factam confirmat nunc, quaſi ex obliquo. Cum miniſtris enim ſtat ad igné, quaſi vt hinc videretur magis non eſſe Chriſti diſcipulus. Nam ad hunc finem, vt non videretur eſſe ex eius diſcipulis, poſuit ſe Petrus inter miniſtros, & ſeruos, ſtantes ad prunas. Iam intus (inquit Beatus Gregorius) à charitatis calore Petrus torpuerat, & ad amorem pręſentis uitæ, quaſi ad perſecutorum prunas, infirmitate æſtuante, ſe calefaciebat. Hęc ille 2. Moral. Proinde, ex tanto malo Petri, quantum bonum traxerit ille, de quo Beatus Auguſt. in Enchirid. dicit. Deus, cum ſit ſumme bonus, nullo modo fineret aliquid mali eſſe in operibus ſuis, niſi eſſet adeo omnipotens, & bonus, vt benefaceret etiam de malo. [Quibus vtique verbis oſtendit, firmiter eſſe à fidelibus credendum, quod ad infinitam Dei bonitatem pertinet, vt eſſe permittat mala, & ex eis eliciat bona:] quantum, inquam, bonum traxerit ille ex tanto Petri malo, manifeſtat Beatus Chryſoſtomus dicens. Iccirco diuinæ prouidentię ſecretum permiſit, vt primus ille laberetur Petrus, quo erga peccantes duriorem ſententiam proprij caſus intuitu têperaret. Petrus enim orbis terrarum Doctor, & magiſter peccauit, & ueniam impetrauit, vt hæc indulgentię norma, & regula, iudicantibus præberetur. Iccirco enim arbitror, Angelis non commiſſam ſacerdotij poteſtatê, ne, cum ipſi minime peccarent, in peccatoribus ſine miſericordia vindicarent. Homo paſſibilis ſupra homines ordinatur: vt, dum ipſe in alijs ſuas recolit paſſiones, mitem apud eos ſe præbeat & benignum. Hæc ille, in ſermone de Petro, & Elia. Quod & idem Chryſoſtomus ſuper Ioan. 13. confirmat dicens. Manifeſtum eſt: quoniam & caſum Petri Dominus côceſſit. Nam poterat quidem & à principio reuocare, ſed, quia permanebat in uehementia, ipſe quidem non impulit in negationem, ſed dimiſit deſertum, vt diſcat propriam imbecillitatem: & vt hęc talia poſt non patiatur, cum orbis terrarum diſpenſationem ſuſceperit, ſed reminiſcens eorum, quæ paſſus eſt, cognoſcat ſeipſum. Hæc ibi.

Primo moraliter ſignificant amorê pręſentis vitę.

Quare Petrū Deus cadere permiſerit, ſibique, & non Angelis eccleſiā viſibiliter cômiſerit.

DIXERVNT ERGO EI Nunquid, &c.

SECVNDAM hanc negationem Petri ancilla alia à prima interrogante factam fuiſſe coeuangeliſta Matthæus ſic deſcripſit cap. 26. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi, & hic erat cum Ieſu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento. Quomodo igitur ſimul ſtant hæc verba pręſentis tex. Dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Reſpon. Optime ſtant ſimul vtriuſque Euangeliſtæ dicta, ita ut etiam vnus illorum declaret uiciſſim alium. Nec vllo modo dubitâdum eſt hic (ſicut nec vſquâ alibi) de pura veritate aliorum Euangeliſtarum in omnibus quæ ſcripſerunt ante Ioannem. Omnem enim huiuſmodi, quę occurrere alicui poſſet dubitationem, ſufficienter tollens de medio Beatus Auguſtinus dicit. Legerat ſiquidem Ioannes Euangelia trium Euangeliſtarum, & approbauerat fidem eorum, & ueritatem: in quibus deeſſe uidit aliqua geſtarum rerum hiſtoriæ. Hæc ergo, quaſi dimiſſa ab illis, ſcribit Ioannes. Hæc ille, in prologo ſuper Euangelium ſecundum Ioannem. Non ergo vnquam arguuntur alij de falſitate (Abſit) per ea, quæ poſtea de nouo ſcripſit Ioannes, ſed ab hoc ſupplentur ea, quę illi dimiſerunt. Nunc ad propoſitum apparêtis, licet non veræ diſcordantiæ illius, ex præmiſſis dicimus, quod ſecunda negatio facta eſt, à Petro diſponente ſe ad exeundum de domo, vbi ſteterat cum miniſtris calefaciêdo ſe. Timuit enim diu ſtare inter illos, ne palam cognoſceretur pro Chriſti diſcipulo, & ideo verſus ianuam, qua exitus erat è domo illa, incœpit ſe ad ambulandum timidus diſponere. Dum autem, etiam per quendâ motû exteriorê diſpoſitus eſſet ad recedendû inde, & ad ingrediendum per ianuam, tûc illa alia ancilla coram alijs conſiſtentibus ad ignem, è quorum medio iam Petrus diſcedere incipiebat, dixit id, quod habetur Matth. 26. illi vero alij velut ab ancilla ad aliquid nouum excitati dixerunt Petro id, quod hic habetur Ioâ. 18. Et ſic ad illam ſecundam interrogationê

ex

ex dictis tum ancillæ, tunc illorum aliorum, conflatam Petrus negauit ſecundo. Ita ergo exponendus eſt Matthæi tex. Exeunte autem illo ianuam ideſt illo ſe ad exitum per ianuam diſponente. Quia vero taliter diſpoſitus non longe adhuc receſſerat ab ijs, cum quibus ſteterat ad ignem, ideo ita exponitur Ioannis tex. Dixerunt ſcilicet ſtantes & calefacientes ſe, ei ſcilicet iam ab eis aliquantulum ad ianuam diſcedenti. Nec eſt nouum in ſcripturis hoc, quod aliquid fieri dicatur, quando parum ab executione fiendi remotum eſt, ſeu (quod in idem redit) quando diſponitur, aut in proxima diſpoſitione eſt, vt fiat iuxta illam vulgatiſſimam ſententiam; Parum pro nihilo reputatur.

Regula. Parū pro nihilo reputatur, quō ſeruetur in ſcripturis.

Propterea enim dicitur Geneſ. 27. Benedicēs ergo illi ait. Tu es filius meus Eſau? Et poſt, multis alijs interpoſitis, quaſi ad benedictionem dandam diſponentibus, incipit Iſaac actualiter benedicere ipſi Iacob dicens: Det tibi de rore cęli &c. Vnde ſic neceſſario exponitur ille tex. Benedicens ergo ideſt volens benedicere, ſeu diſponens ſe ad benedicendum. Ex præmiſſis igitur reſtat manifeſtum: quod nec quo ad locum, nec quo ad perſonas interrogantes, diſſentiunt duo illi Euāgeliſtę: ſi recte in verbis ſuis intelligantur.

CIRCA tamen hanc de negationibus Petri, aliorumque interrogationibus materiam ſciendum eſt: quod Euangeliſtarum intentio principalis (vt dicit ſanctus Thomas ſuper Ioan.) erat ad exprimendum trinam Petri negationē, & ideo ad cōmemorandum veritatem eius, quod dixerat Dominus Petro: non autem ad explicandum omnes perſonas interrogātes eum, aut ſingula interrogationum vel negationum loca. Vnde in hoc, quod Petrus ter negauerit Dominum omnes etiā verbaliter conueniunt: de perſonis autē interrogantibus, & locis illis non ſic verbalem concordiam ſeruant, licet in ſenſu ad plenum conſiderato (vt, pro exemplo cæterorum omnium, nunc de Matthæo & Ioanne ſuprà patuit) ſibi inuicem ſemper conſentiant, & à veritate rerum narratarum nunquam diſcedant. Pro cuius veritatis meliori captu aduerte; quod & multæ perſonæ in locis illis erant, & loca ſecūdum diuerſas ad aliquid relationes poterant vario modo nominari. Cum igitur (vt eſt conditio curioſorum) interrogatione Petro facta, auditaque multi circunſtantes concurrerent ad rumorem ex diuerſis locis ſecundum relationes varias ſumptis, rationi naturali conſentaneum eſt: quod multi eorum hinc, & inde, vel illinc aduenientes, conſimilia verba Petro dicerent, improperando ei magiſtrum ipſius. Et ideo nulla falſitate cōmixta, vnus Euangeliſtarum vnam perſonam interrogantem ſiue accuſantem, vnumque interrogationis ſeu accuſationis locum, exprimit, alius autem aliam, vel alias perſonas aliumque locum, vel eundem alio modo deſcriptum explicat.

Fūdamētū concordādi verbalis differentias.

PRÆMISSORVM Applicatio.

SEcundum hoc ergo, deſcendentes ad particularia, dicimus: ꝙ ſinguli horū puram veritatem narrauerūt .ſ. Matthęus 26. dicens, ꝙ negatio ſecūda fuit ad vocē ancillæ, & Lucas 22. ꝙ fuit ad vocē hominis, & Ioannes 18 ꝙ fuit ad uocē pluriū. Item, Matthæus 26. dicens, ꝙ negatio tertia fuit ad vocem illorum, qui aſſabant, & Ioannes 18. ꝙ fuit ad vocem cognati illius, cui Petrus abſcidit auriculam. Nulla ergo, niſi apud ſtultos, cum ad pauca reſpiciant, & ideo decipiātur, eſt inter quoſuis Euangeliſtas realis in huiuſmodi narrationibus differentia veritatis.

De ſecunda, & tertia negatione veritas vna ſub verborū varietate.

SINGVLAS denique negationes Petri, cum accuſationibus, ſeu interrogationibus, coaſſumendo, quantum apparet ex Euangelijs, dicendum ſic eſt. Prima negatio facta eſt ad vocem ancillæ oſtiariæ, Petro domum intrante. Secunda autem negatio facta eſt in domo, Petro inde exire volente. Nam (vt ſuprà tetigimus) poſt primam negationem Petrus timuit diu ſtare inter illos ſeruos, ac miniſtros, nè pro diſcipulo Chriſti agnoſceretur, propter quod exire voluit inde extra domum, & tunc, dum parabat egreſſum, alia ancilla eum timidum videns accuſauit illum publice quod fuiſſet cum IESV NAZARENO. Vnde ſimul illi, qui ad ignem ſtabant, concurrerūt, & ſimilia verba Petrū interrogātes dicebāt. Ideo ſuprà dictū eſt, ꝙ de ſecūda

Prima.

Secunda.

Sſ nega-

Digitized by Google

negatione vterque .ſ. Matthæus ancillam nominans, & Ioannes miniſtros concomitantes exprimens, verum dicit. Rurſus, ꝙ de eadem negatione conueniunt: dũ Matthęus dicit, quod Petro exeunte ianuam facta eſt, ideſt Petro ad exitum propter timorem ſupradictum ſe diſpouẽte, & Ioãnes dicit, quod prope ignem, vbi Petrus ſe calefecerat, negatio illa facta eſt, quia cum meticuloſus pedetentim recederet Petrus, adhuc erat partim in domo, nec ab igne multum longe abierat. Vel aliter, quod magis approbat B. Auguſtinus dicens. Hoc loco (ſcilicet Ioannes 18.) inuenimus non ante ianuam, ſed ad focũ ſtante ſecundo negaſſe Petrum. Quod fieri, non poſſet, niſi iam rediiſſet poſtea, quã foras exierat (vt Matthæus dicit.) Neque enim iam exierat, & foris vidit eum altera ancilla, ſed cum exiret, eum uidit .i. ſurgere, & exire, animaduertit eum, & dixit his, qui erant ibi, ideſt qui ſimul erant ad ignem intus in atrio, & hic erat cum Ieſu Nazareno. Ille autem, qui foras exibat, hoc audito rediens iurauit illis contranitentibus, quia non noui hominem. Hęc ille libro de conſenſu Euãgeliſtarum. Vbi propter illud verbum, contranitentibus, intelligimus (vt etiam idem ibid. ſubſequenter explicat;) id, quod Ioannes ait, dixerunt, nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Petro redeunti, & ſtãti, fuiſſe dictum.

Tertia. Tertia demum negatio facta eſt in domo Cayphæ, poſt interuallum quaſi horæ vnius Luc. 22. multis concurrentibus & Petrum accuſantibus: inter quos tamen vnus erat principalis, quem ſine nomine Lucas, cap. 22. & cum nomine, ideſt deſcriptione, ſcilicet, quod cognatus erat eius, cui Petrus abſcidit auriculam, Ioan. 5. in præſenti cap. introduxerunt, tacendo de aliis.

EX præmiſſis in textu Euangelico habitis habes ad literam, quod ille, qui dixit: Sinite hos abire, eſt omnipotens in ſermone ſuo, & propterea Deus. Ecce, Petrus per magnam partem noctis ſtat in domo principalium inimicorum Chriſti, & conſequenter diſcipulorum eius, eorum videlicet, qui ad mortem odio habent, & quantum eſt de ſe, ideſt de voluntate ſua, perſequuntur propter illum etiam iſtos. Stat Petrus non ſolum in eorum domo, ſed etiam inter ſeruos & miniſtros ipſorum ad ignem, qui paulo ante cœperant magiſtrum in horto, & conſequenter, nondum feruore furoris maligni totaliter quieto ſitiebant quoque diſcipulos eius male tractare. Cognoſcitur Petrus à cognato eius, cui auriculam abſciderat, qui propterea vindictam cognati ſui ſpecialem de Petro ſumere cupiebat. Vnde eſt ergo, quod tanti inimici in domo propria habentes Petrum & inermem, & pauidum, & cognitum, non offendunt eum, ſaltem per iniectionem manuum, vel per aliquam percuſſionem, vel violentam detentionem, &cęt. Inde proculdubio eſt hæc tam miranda res, quod præceptum illud, Sinite hos abire, ligauit eis manus, abſtulit eis uires, ne vel capillum capitis Petri poſſent offendere. Habebant quidem animum propter prædicta ad offenſionem manualem Petri ſufficienter paratum, ſed talis ſufficientia ad exeundum in actum exteriorem, vigore præcepti illius Dominici detenta, non ſufficiebat. Neque enim ad negationes Petri quieſcebant, neque ab eiuſdem iuramento, & deteſtatione, quem & uiſus, & loquela, & pauor, inſtanter de mendacio in omnibus his maniſeſtius accuſabant. Hinc fiebat, quod propter eius negationem, iuramentum, & deteſtationem, inardeſcebant magis cordibus in eum, tanquam in dicentem inuerecunde, & manifeſte, improbabilia. Solus ergo CHRISTVS omnipotenti ſuo illo pręcepto eos, etiam actualiter, & nolentes, & in contrarium ire volentes, conſtringebat efficaciter, ut à Petro uel in pilis offendendo manibus abſtinerent. Cæterum quis dicat. Nonne multum, magiſque ipſum offenderunt, dum ſuis accuſationibus ad peccatum trinę negationis traxerunt? Vtique. Sed hoc nullam præcepti illius Dominici inſufficientiam infert, immo conteſtatur amplius, CHRISTVM eſſe Deum. Illud quidem ſinite hos abire, oſtendit, ipſum eſſe Deũ omnipotentem (vt dictum eſt:) iſtud autem ſcilicet Petrum ad interrogata negaſſe, cooſtendit, eundem eſſe Deum omniſcientem. Dixerat enim Petro contrarium magna cum uehementia affirmanti

Nota miraculum valde magnũ, quod monſtrat Chriſtum eſſe Deũ.

Digitized by Google

Oipotens, & oiſciēs, mōſtratur Chriſtus.

ti Dominus Mar. decimoquarto. Ter me es negaturus, id quod nunc probauit euentus. Sicut ergo ab illo effectu, ſcilicet alligationis manuum inimicarum Petro, cognoſcis Chriſti omnipotentiam, ita ab hoc effectu Petri antedicto, ſcilicet negationis, agnoſce eiuſdem omniſcientiam. Proinde, quod Petri negatio ad omniſcientiam Chriſti concludendam faciat, inſinuant uerba Beati Auguſtini dicentis. Ecce completa eſt medici prædictio, ægroti conuicta præſumptio. Non enim factum eſt, quod ille dixerat; Animam meam pro te ponam, ſed factũ eſt, quod ille prædixerat, Ter me negabis. Hæc Auguſtinus ſuper Ioan. Denique de negationum Petri permiſſione diuina audi aliam ab illa quę ſupra dicta fuerat, ab eodem Chryſoſtomo dicente. Euangeliſtæ concorditer negationem Petri ſcripſerunt; non diſcipulum accuſantes, ſed nos erudire uolentes, quantum malum ſit, Deo totum non concedere, ſed in ſemetipſo confidere. Hæc ille, ſuper Ioan. Ex quibus patet, quod ille feruor amoris, quo Petrus dixerat, Animam meam pro te ponam, non diſplicuit Chriſto, nec meruit caſum, ſed illa in ſemetipſo Petri confidentia, quæ ſub tali promiſſione inſidiatrix latebat.

Quare Deus permiſerit caſum Petri.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Cadit ſemper in peius [hoc iam probatum eſt,] niſi iuuetur auxilio ſpeciali à Domino. [Hoc reſtat probandum,] demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Et ſtatim Gallus cantauit. In horum nanque verborum expreſſione contineri implicite (ſecũdum regulam ordinariam) uoluit Euangeliſta totum, id quod ſuus coeuangeliſta Lucas dixerat expreſſe, cap. 22. & conuerſus Dominus reſpexit Petrum, & recordatus eſt Petrus verbi Domini, ſicut dixerat, quia priuſquam Gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras Petrus fleuit amare. Euangeliſta enim noſter illud, quod viderit, ab aliquo alio ſufficienter exprimi, ſolet tangere parum, cętera huic annexa per hoc ſubintelligenda connotans. Pro cuius rei exemplo (alia ſtudioſo lectori relinquendo) ſufficiat pro nunc id, quod habetur in ſubſequenti contex. Miſit eum Annas ligatum ad Caypham Pontificem. Et poſt quid ibi factum circa Chriſtum totaliter omiſſo, ſed ſolum negationibus Petri inſertis, ſubdit in tex. Adducũt ergo Ieſum à Caypha in pretorium. Quare omnino tacet illa, quæ contra Dominum, mendaciter eum accuſando, inſidioſe examinãdo, irriſorie &c. tractando facta in domo Cayphæ fuerunt? Quia viderat, alios Euangeliſtas ipſa ſufficiēter enarraſſe. Ideo eorum repetitionem penitus euitauit, ſolummodo contentus, paruulam mentionem, pro remittendo lectore ad alios, facere de domo Cayphæ. Sicut ergo ꝑ hoc paruum quid expreſſum dedit intelligere lectoribus, ꝙ cętera omnia aduerſus Chriſtum in faciem facta narrabat implicite, ita per illud parum expreſſum in tex ſtatim Gallus cantauit, connotaſſe eundem rationabiliter intelligimus, ꝙ implicite narrata à ſeipſo ſubintelligi voluit, quæcunque à ſuis coeuangeliſtis ad cantationem Galli appoſita explicite fuerunt. Exponatur ergo ſic tex. Et ſtatim .i. uix finita Petri hac trina negatione [id qđ ita explicatur Luc. 22. continuo, adhuc illo loquente] Gallus cantauit .ſ. ſecunda vice, quo videlicet tanquã ſigno à Dño prędicto Matth. 26. & nunc actualiter dato, excitatus Petrus, Dño ipſum reſpiciente, recordatus eſt verbi eius ſicut dixerat. Priuſquam Gallus cantet, ter me negabis ad cuius recordationem egreſſus foras Petrus fleuit amare. Hæc ſunt implicita expoſitio textus, ex Luca 22. explicita.

Conſuetudo huius Euangeliſtæ.

Pauci multa docet textus Euangeliſta.

Differentia ergo magna, ſm̃ mentẽ Euangeliſtæ, fuit inter Galli cantũ, & Chriſti reſpicientiam, reſpectu præmiſſæ excitationis Petri. Nam cantus ille fuit tãtum pro ſigno, nõ aũt pro cauſa efficiente, excitandi Petrum, ꝙ patet ex eo, ꝙ ad primum Galli cantũ iam fere per horã tranſactum Mar. 14. ſimul cum Luc. 22. Petrus à dormitione in peccato non fuit excitatus. Tunc ſiquidẽ, ſi cantus ille fuiſſet cauſa effectiua motionis Petri, eſſet mox utique ſecuta eiuſdẽ excitatio, quoniam (ut philoſophus ſæpe, experientiaq; teſtant) poſita cauſa, ponitur effectus. Vnde ẽt ex conſequenti patet, ꝙ illa bona excitatio Petri non fuit effectus productus à Galli

Digitized by Google

cantu, ſed ſolum tanquã ſignatũ quoddã
ab ipſo veluti à ſigno, importatus. Nam
cantus ille non tantũ pro ſigno præcedẽ
tis negationis rememoratiuo (vt inſinuat
ex Matth. 26. Antequam Gallus cãtet, ter
me negabis,) ſed et pro ſigno futuræ con
uerſionis pgnoſtico, à Chriſto Domino,
aſſignatus fuerat Luc. 22. Ibi enim Chri-
ſtus in illo ad Petrum tex. Tu aliquando
conuerſus, non ſolum explicite ſignificat
eius à negatione cõuerſionem, ſed etiam
implicite conſignificat ipſius conuerſio-
nis horæ determinationem. Nã per illud
verbum, aliquando, intelligit in ſenſu ſuo
quod tunc actualiter conuerteretur, quã-
do ſecundo cantaret Gallus; cæterum re-
ſpicientia illa qua Dominus reſpexit Pe-
trum, fuit cauſa effectiua illius conuerſio
nis, ſeu (quod idem eſt) cauſauit conuerſio
nem ipſius. Tunc enim ad iuſtificationem
Dominus vocauit Petrum, contritioneq;
peccati, de qua dicit tex. Fleuit amare, ip
ſum donauit, gratiaque ſua decoratum iu
ſtificauit. Quod totum ſignificat reſpiciẽ-
tia illa Domini. Non enim exponẽdus eſt
tex. Reſpexit. ſ. oculis corporeis, ſed oculis
miſericordiæ ſuæ. Sic nanque docent SS.
Chryſoſt. & Aug. Ille enim dicit. Admira
re curam magiſtri, quia cum vinctus eſſet
multa vtebatur prouiſione erga diſcipu-
lum, quem motu erigẽs ad lachrymas pro
uocauit. Sequitur. n. Et conuerſus Domi-
nus reſpexit Petrũ. Quod quo accipiẽdũ
ſit (inquit Aug. lib. de conſen. Euãgeliſta.)
diligentius conſiderandum eſt. Dicit. n.
Matthæus: Petrus ſedebat foris in atrio.
Quod nõ diceret, niſi illa cum Dño intus
agerẽtur. Similiter & Marcus in eo, quod
dicit, cum eſſet Petrus in atrio deorſum,
oſtendit, non ſolũ in inferioribus, ſed et
in ſuperioribus, geſta, quæ dixerat. Quo
ergo reſpexit Dñs Petrum facie corpora-
li? Quapropter mihi videt, illa reſpectio
diuinitus facta. Et ſicut dictum eſt, reſpi-
ce, & exaudi me, & conuertere Dñe, & li-
bera animam meam, ita dictum arbitror,
Cõuerſus Dominus reſpexit Petrum. Ex
his igitur ſanctorũ Doctorum verbis cõ-
ſtat, q illa reſpicientia fuit quædam iuſti
ficatio Petri. Modo dicit Conciliũ Tridẽ.
ſeſſ. 6 c. 7. Iuſtificationis cauſa efficiẽs eſt
miſericors Deus, qui gratuito abluit, & ſã
ctificat: ſignans, & vngẽs ſpũ pmiſſionis

Plus curat Xp̃s de Petro, etiã in peccatis actualiter poſitio, quã de propriis paſſionib.

ſãcto, q eſt pignus hrẽditatis nræ. Hæc ibi.

Patet ergo ex præmiſſis, q in illo tex. Gallus cãtauit (ſi plene, vt oportet, exponatur, importatur auxiliũ Dñi ſpeciale erga Petrum. Speciale, inquam, cum effectu actualiter ſubſecuto in Petro. Quod quidẽ auxilium ideo ſolet vocari efficax: ad differentiam inefficacis. i. illius auxilij, ad quod licet ſit ad ſalutem hominis, cui datur, ſufficiens, non ſequitur effectus ſalutis, & hoc proculdubio ex defectu ſolius hominis prędicti. Reſtat itaque ad literã probatum id, quod tertia pars concluſionis dicebat. Conſequenter ergo & patet: q Petrus cecidiſſet adhuc in peius ſemper i. q vltra illas negationes, quas in Euangelio habemus, addidiſſet alias, & tãdem in peccatis obſtinatus, vtpote de illis præ cæcitate mentis, duriciaq; voluntatis, nullam pœnitentiam feciſſet, ſicq; moriens in æternum damnatus eſſet: niſi auxilio ſpeciali atque efficaci fuiſſet adiutus à Domino.

Ruina Petri quanta fuiſſet, niſi auxilio ſpeciali efficaciter adiutus eſſet à Domino.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD hæreticũ eſt dicere, q homo gratiam ſemel receptam nõ poteſt amittere (erroneũ enim eſt hoc, ſic dicentiũ, fundamẽtum. ſ. q iuſtificatus. i. ĩ gratia cõſtitutus poſſit nõ peccare mortaliter, quo ſolo peccato amittit gr̃a, 2. 2. q. 24. art. 11.) id qd̃ eſt dicere, iuſtificatum poſſe abſque alio auxilio gratuito vitare peccatũ, vel facere bonũ, vide ex ſacroſ. Cõcilijs, ſcripturis &c. in Elucid. pri par. art. nu. 139. 410. & 1. 2. art. nu. 356. 619. Itẽ in Veritatib. aureis ſup legẽ veterẽ Num. 13. cõcl. 4. Nec obſtat, ſi dicat, q homo eſt & debet credere, q ſit gratus Deo, quãtũ libet in peccatis viuat, qm hoc et eſt hæreticũ, vt patet ex ſacroſ. &c. in Elucid. 1. 2. art. nu. 600. & pri. par. art. nu. 437. & 3. de Sacra. Addit. art. nu. 56. Itẽ in Veritatib. aureis &c. Geneſ. 17. concl. 5. & Leuit. 11. cõcl. 7. & c. 15. cõcl. 4. & Deuter. 29. cõcl. 5. & Exod. 5. cõcl. 4. 5. & Num. 14. cõcl. 9. Quod tentacio, niſi flat reſiſtentia debita in principio, augetur, & tentatus, tanq̃ ex hoc debilior factus, cadit de malo ĩ pe

ius,

ius,ſeu (vt ait Beatus Gregorius ſuper Ezechiel. Et redit in idem) quod peccatũ, quod mox per pœnitentiam non diluitur, ſuo pondere trahit ad aliud, ſeu(& redit in idem) quod tentacio contra hominem proficit, quantum fides ipſius hominis deficit, vide ex ſacroſanctis ſcripturis &c. declaratum in Elucidationibus, 1. 2. quæſt. 109. art. 8. & in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 3. concluſ. 4. [De tentatore, & tentacionibus, uide Elucidationes primæ partis articulorum numero 562. &cæt.] Quod homo gratia diuina, & auxilio deſtitutus non poteſt implere mandata Dei (contra hęreſim Pelagij) ſed ſemper in peius cadit iuxta illud de talibus dictum Pſal. 35. Expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare: vide &c. in Elucidationibus pri. par. articulorum numero 58. 139 410. 499. & 1. 2. articulorum numero 27. 580. 581. 584. 612. & 2. 2. art. numero 676. 676. Item in Veritatibus aureis &c. Leuit. conclu. 1. & Numer. 34. concluſ. 2. & Deuter. 6. concl. 4. Quod non omnia peccata ſunt paria, vide &c. in Elucidationibus 1. 2. articulorum numero 389. 464. & 2. 2. art. numero 108. 794. & 3. de Sacram. Addition. articulorum numero 400. Item in Veritatibus aureis &c. Exod. 9. concluſ. 6. & Leuit. 4. concluſ. 1. & Numer. 15. concluſ. 5. [De auxilijs efficacibus, ideoque & ſpecialibus, multa vtilia, quinimo neceſſaria vide Ioa. 15. in omnibus annotationibus poſt concluſionem tertiam.] Quod occaſiones peccandi fugere debemus ex mandato diuino, alioquin (ut Petrus) peccata ipſa incurremus, uide Veritates aureas &cętera. Geneſ. tertio. concluſione 23. 15.

Doctrina de auxilijs diuinis neceſſaria.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. XVIII.

EVANGELIVM nihil falſi, aut ſuſpecti continet, ſed quoad omnes, & ſingulas partes ſuas eſt tantę veritatis, vt nec ab inimicis poſſit rationabiliter de falſitate aliqua taxari, licet ab ipſis ex inſano quodam mentis eorum furore non acceptetur, ſed ex prauæ diſpoſitionis ignorantia uel in totum, uel in partem aut reijciatur aut male interpretatur.

PROBATIO Concluſionis.

PRAESENTEM concluſionem, quoad omnes eius partes, probat Euãgeliſta per tex. Ego palam locutus &cæt. vſque ad tex. ſi autem bene, quid me cędis? Prima itaque pars, ſcilicet nihil falſi, aut ſuſpecti continet, patet ex eo, quod Chriſtus ſemper mundo locutus eſt palam, & in occulto nihil. Clarum enim eſt etiam per multas experientias, quod doctrina alicuius redditur tunc de falſitate ſuſpecta, quando non in aperto, ſed in occulto (quod ſolet dici, In conuenticulis) docetur, iuxta illud Ioan. 3. Qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Quo contra magnum ueritatis doctrinæ argumentum eſt, quando in locis publicis prædicatur, iuxta illud ibidem. Qui facit ueritatem uenit ad lucem, ut manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta. Per id ergo, quod Dominus interroganti Annæ de doctrina ſua, ideſt de qualitate doctrinæ ſuæ, ſcilicet an uera uel falſa ſit, reſpondit, Ego palam, in ſinagoga, in templo, coram omnibus Iudæis, locutus ſemper ſum, nihilq; in occulto, monſtrauit toti mundo, etiam ſola experientia (quæ eſt rerum magiſtra in iudicando vtenti.) quod Euangelium totum. [Hæc eſt doctrina CHRISTI,] & uerum eſt, & de nulla falſitate ſuſpectum. Duo ſiquidem dixit, ſcilicet affirmatiuam tex. Ego palam locutus ſum, Ego ſemper docui in ſinagoga, & negatiuam tex. In occulto locutus ſum nihil. Vnde per affirmatiuam, Euangelium eſſe uerum probauit, & per negatiuam, illud neque falſum eſſe neque de falſitate ſuſpectum. Nam, ſecundum illud allegatum ex Ioan. tertio, ſicut uenire ad lucem eſt indicium ueritatis, ita non uenire ad lucem eſt ſignum falſitatis.

Signum veritatis, & falſitatis doctrinæ.

DE CONSEQVENTIA ERGO illa, ſcilicet Euangelium eſt ſemper palam à CHRISTO prędicatum, nihilque de eo eſt ab ipſo in occulto datum, ergo eſt uerum, omni ſuſpicione falſi carens, de illa, inquam,

Digitized by Google

Conſequẽtia manifeſta oib. nunc, ſed antecedẽs poſt examen.

conſequentia, quam textus Euangelij ſupradictus; ſecundum ſenſum literalem planum edocebat, nulla penitus eſt ambiguitas, quandoquidem & apud homines ſolis experientijs vtentes manifeſta eſt. Sed circa illius conſequentiæ antecedens tota verſatur apud aliquos dubitatio. Quomodo (inquiunt) verum eſt illud antecedens in textu ſic expreſſum; Ego palam locutus ſum mundo; Ego ſemper docui in Sinagoga, & in Templo, & in occulto locutus ſum nihil, cum multa docuerit Chriſtus non in Templo, non in Sinagoga, non palam, ſed in occulto (ut ex Euangelijs conſtat?). Dicitur enim Mar. 4. Seorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia. Item. De longo ſermone illo Domini in monte, dicitur Matth. 5. Videns turbas aſcendit in montem, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & docebat eos. Sermonem ergo hunc, ſicut & illum in cœnaculo &cæ. factum Ioan. 13. 14. 15. 16. non fecit palam, non in Sinagoga, nõ in Templo, ſed in occulto. Rurſum. Dicitur diſcipulis à Chriſto Ioan. decimoſexto. Venit hora, cum iam non in prouerbijs loquar uobis, ſed palam de patre meo annunciabo uobis. Si ergo nec diſcipulis ſemper palam loquebatur (alioquin non promitteret, quaſi quoddam nouum, ſe poſtea palam locuturũ eis,) quomodo uerum eſt hoc de tex. Ego palam locutus ſum mundo? Reſpondetur ad hæc, & ſimilia, quod nihil concludunt contra veritatem antecedentis illius in tex. Ego palam locutus ſum &c. & quod nihil concludant, oſtenditur ſic per ordinem. Illa anthoritas, Mar. quarto, ſeipſam declarat, quod nihil contra præmiſſa ualeat. Nam illud, Diſſerebat omnia; intelligitur tantum ſic, omnia, ſcilicet, quæ iam publice docuerat turbas in parabolis. Vnde hoc declarans ibi ait contex. Multis parabolis loquebatur verbum turbis, & ſine parabola non loquebatur eis: Seorſum autem diſcipulis ſuis diſſer. omnia. Hæc ergo prius docuerat in publico. Item. De ſermonibus uero illis reſpondemus, quod non fiebant à Chriſto in occulto, ſed palam: tum quia quod dicitur duodecim hominibus ſimul non dicitur in occulto (ut patet ex terminis) tum quia intentio Chriſti ſermocinantis erat, ut hęc ipſa, quę illis ſic loquebatur, diuulgarentur ab eiſdem ad populum. Vnde hoc ſignificans ſemel pro ſemper ipſis dixit Matth. 10. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Rurſus. In authoritate illa Ioan. 16. Palam, ſumitur aliter, quam ſumatur hic Ioan. 18. & ideo nihil per illam contra nos concluditur. Quomodo ſumitur palam Ioan. 16. Prout diſtinguitur contra obſcuritatem [nam cõtraponitur ei, quod dicit contextus: In prouerbijs locutus ſũ. Palam ergo, ibi ſtat pro, non loquar in prouerbijs, id eſt obſcure.] Quomodo autem ſumitur hic Ioan. 18. Prout diſtinguitur contra loqui in occulto [palam igitur, ſecundum contextum, hic ſtat pro, publice.

Palam, dupliciter ſumitur.

PRÆDICTORVM Confirmatio, &c.

CONFIRMANTVR, ampliuſque declarantur, præmiſſæ reſponſiones ex SS. Auguſtino, & Chryſoſtomo. Ille enim examinando tex. Ego palam locutus ſum mundo, & in occulto locutus ſum nihil, dicit. Non prætereunda naſcitur hic quęſtio. Si enim ipſis diſcipulis non loquebatur palam, ſed horam promittebat, quando palam fuerat locuturus, quomodo palam locutus eſt mundo? Deinde ipſis diſcipulis ſuis multo manifeſtius loquebatur, quando cum eis erat remotus à turbis. Tunc enim & parabolas aperiebat, quas clauſas proferebat ad alios. Sed intelligendum eſt, ita eum dixiſſe, palam locutus ſum mnndo, ac ſi dixiſſet: Multi me audierunt. Et rurſus, non erat palam, quia non intelligebant. Et, quod ſeorſum diſcipulis loquebatur, non in occulto utique loquebatur. Quis nanque in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur? Præſertim, ſi hoc loquitur paucis, quod per eos uelit innoteſcere multis? Hæc Auguſtinus ſuper Ioan. Iſte autem examinans illud, in occulto, dicit. Vel locutus eſt quidem in occulto, ſed non (ut hi æſtimabant) trepidans, & ſeditionem faciens, ſed vbi multorum auditione ſuperiora erant, quæ dicebantur. Hæc

Chry-

Nihil in occulto locutum eſt, ſ. ſecundum, æſtimabant Iudæi.

Chryſoſtomus ſuper Ioan. vbi illud ſuperiora, intellige, ideſt non prætendentia trepidationem, aut ſeditionem, tanquam ſcilicet ſuperiora trepidationi, & ſeditioni, ideſt libera ab vtriſque. Patet igitur ex omnibus prædictis reſponſionibus, quod illud antecedens textuale, ſcilicet: Ego palam locutus ſum & cæ. ſtat firmũ, vt ſupra declarabatur, & quod ideo firmiter probata reſtat illa prima pars concluſionis.

CÆTERVM inſtabit adhuc ille obijciens, & dicet. Ex præmiſſis ſatisfactum eſt, quo ad palam, & quoad, non in occulto, ſed non, quoad, in ſinagoga ſemper docere, & in Templo. Patet ſiquidem, quod ſermones illi & cæt. quamuis fuerint palam, & non in occulto (ut reſpondebatur:) non tamen fuerunt in Sinagoga, & in Templo. Reſpond. obiectio iſta procedit ex mala intelligentia illius tex. Semper docui in Sinagoga, & in Templo, & ideo nihil re uera contra præmiſſorum ſufficientiam dicit, licet ex eis non ſatisfiat quoad docere ſemper in Sinagóga, & Templo. Sufficientia enim tunc ſunt aliqua (ut præmiſſa:) Quando faciunt bene, quod debent, etiam ſi non extendantur ad faciendum, quod non debent, quamuis ſi ad hoc extenderentur, id eſſet ex abundanti. Porro ſciendum pro huius reſponſionis faciliori captu, quod ille tex. Ego ſemper docui in ſinagoga, & templo, nõ vult dicere, quodcunque docuit, docuerit ibi .i. quod ſolum in ſinagoga, & templo, & nunquã alibi, docuerit, ſed ſolum vult dicere, ꝙ horis debitis docendi in ſinagoga, & templo, ipſe non defuit officio tali, vtpote tunc ſemper in ipſis locis aſſiſtens & docens. Vnde patet, quod cum docuiſſe alibi (puta, ſecus ſtagnum Geneſareth Luc. 5.) non falſificat textum hunc, Ego ſemper docui in ſinagoga, & in templo, & cõſequenter quod ab authoritatibus teſtificantibus, Chriſtum nunquam in occulto, ſed ſemper palam docuiſſe, non requiritur (cuius contrarium credebat obijciẽs:) quod etiam ſimul per hoc ipſum teſtificari intelligantur, cum ſemper docuiſſe in ſinagoga, & templo. Quod autem hic tex. Semper docui in ſinagoga, & templo, debeat illo modo exponi, manifeſtum eſt ex eo, quod ſi exponeretur, vt vult obijciens, ſequeretur hoc magnum inconueniens, ſcilicet quod alij tex. Ego palam locutus ſum, & nihil in occulto, eſſent ſuperflui. Si .n. docuit ſemp in ſinag. & tẽplo, ideſt ibi ſolum, ad quid exprimere, quod locutus eſt palam, & non in occulto? Superfluum ſiquidem hoc eſt. Ne igitur aliquod inconueniens admittatur in verbis Domini, ſed omnia (vt cõdecet) ſint ponderoſa, exponendus eſt ſic tex: Ego palam locutus ſum mundo. Et mox, quaſi tacite interrogetur. Quomodo palam? declarat illud ſubdens: Ego ſemper, ſcilicet horis debitis, docui in ſinagoga, & templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & ſcilicet quandocunque alibi, quaſi extraordinarie, docui, locutus nihil ſum in occulto. Vides ne tu nunc, quomodo tota hæc reſponſio Chriſti ſapientiſſime ab ipſo ordinata eſt, & nihil intactũ reliquit? Si enim quæris, an publice tradita ſit doctrina: reſpondet, quod palam, ideſt publice. Si autem de probatione huius, ſcilicet, quod palam docuerit ſubinde quęras reſpondet, quod ideo palam, quia ſemper ordinarie docuit in ſinagoga, & templo, extraordinarie uero, ideſt quando extra ſinagogam & templum docuit, nihil locutus eſt in occulto. Cæterum ex his, licet uera ſint, videri poterit quibuſdam, quod quando teſtes ſuæ doctrinæ adhibet Dominus præſentes Iudæos dicens, Ecce hi ſciunt, quę dixerim ego, videri inquã poterit, ꝙ non intendat tunc, niſi de doctrina tradita in ſinagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniebant. Nã teſtes illi non audierãt illam doctrinam, quæ à Domino data fuerat extra templum, & ſinagogã alijs turbis, maxime autem quę data fuerat ſolis diſcipulis. Sic ergo Dominus non probaſſet ſufficienter à teſtimonio aſtantium Iudęorum, doctrinam ſui ipſius eſſe bonam (ut intendebat probare per illum tex. Ecce hi ſciunt, quę dixerim ego,) quoniam non audierant teſtes adducti totam doctrinam. Nunquid ergo dicemus, Chriſtum inſufficienter probaſſe illud, quod intendebat? Reſpond. Abſit. Re uera enim de tota doctrina ſua uoluit teſtes illos adhibere, & conſequenter teſtes adducti de tota ipſius doctrina teſtificari poterant (vt patet per hoc verbũ tex. Sciunt.)

Quę dicãtur ſufficientia.

Pulchra claraque textuũ expoſitiones pro dubio rũ illorum ſolutione.

Dubium ſubtile.

Reſpon. optima.

Sciunt.) Ad Chriſtum enim prædicantem etiam alibi, puta in ſtagno Geneſareth, in deſerto, &cę. concurrerant Iudæi multi, & in ſermonibus ſeorſum factis aſfuerant diſcipuli. Ab ijs autem iſti nunc præſentes poterant audiſſe, quid Dominus prędicaſſet illis in locis. A cæteris quidem turbis Iudæorum, qui illum immediate audierant, ſcire, per relationem rerum ab eo auditarum (vt ſolet fama vagari. Id quod quotidiana experientia apud nos patet:) à diſcipulis vero potuerunt ſcire per prędicationem eis commiſſam Matth. 10. Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta, & ab eiſdem executioni mandatam Luc. 9. Duodecim Apoſtoli egreſſi circuibant per caſtella euangelizantes vbique. Impoſſibile ergo ex his apparet, quod illi Iudæi aſtantes non ſciret per aliquem modum prædictorum (maxime coniuncta fama volante) totam Chriſti doctrinam. & ſic de illa vel mediante relatione aliorum, vel immediate ab ipſo audita teſtificari poſſent. Vnde in teſtes illos adducens Chriſtus ſufficienter probat non partem tantum doctrinæ ſuę, ſed totam poſſe manifeſtari per eos, eſſe (ut erat) abſque vlla ſuſpicione reali veram, & per conſequens probauit Chriſtus totum, quod intendebat. Addi etiam poteſt, quod in tex. Ecce hi ſciunt, accipitur illud uerbum, Hi, non pro aſtantibus ſolum tunc (vt hactenus loquebamur:) ſed etiam pro omnibus communiter ſiue tūc aſtantibus illic, ſiue poſtea aduenturis, ſiue pro alijs, qui facillime poterant in domum Annæ pro ferendo teſtimonio illo per nuncium vocari. Ad quod ſic communiter intelligendum videtur facere illud in contex. Quo omnes Iudæi conueniūt, & illud: Eos qui audierunt (ſcilicet quicunque ſint illi.)

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Euangelium quoad omnes, & ſingulas partes ſuas eſt tantæ veritatis, vt nec ab inimicis poſſit rationabiliter de falſitate aliqua taxari, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt, quid locutus ſum ipſis; ecce hi ſciūt, quæ dixerim ego. Patet enim vniuerſaliter, quod nullus ſapiens, niſi ſit certus de totali veritate ſuæ doctrinæ, ſupponet eā iudicio teſtificatiuo inimicorum ſuorum (vt vocant) capitalium. Ex hac proinde maxima, ideſt vniuerſali animi cōceptione, ſequitur mox tanquam ſimul manifeſtum omnibus, quod hoc ſcilicet ſapientem aliquem adducere huiuſmodi inimicos ſuos pro teſtibus qualitatis doctrinę à ſeipſo traditæ, eſt ſignum euidentiſſimum veritatis doctrinæ ſuæ, ſeu (& in idem redit) quod tota ſua doctrina eſt uera, adeoque vera: vt nec ab eiuſmodi inimicis poſſit rationabiliter de vlla falſitate taxari. His omnibus, tanquam maiori propoſitione, ſtantibus, explicetur textus adductus, qui eſt tanquam propoſitio minor, & mox ipſo facto ueritas huius ſecundæ partis concluſionis patebit. Ad Annam igitur de qualitate doctrinæ, ideſt vtrum ſuſpecta, vel falſa, aut vera, ſit interrogatus Chriſtus, reſpondet (alijs, quæ tunc præmiſerat, ſuppoſitis:) Quid me interrogas? Interroga eos &c. Quid ſibi vult, in propoſito præſenti, reſponſio hęc: Quid me interrogas? &c. De veritate meæ doctrinæ, cum ſemper palam docuerim, non eſt opus, quod ego quicquam loquar, quoniam res ipſa de ſe publice loquitur. In ſignum cuius, ſcilicet quod publice ipſa loquatur, eſt, quod hi, qui audierunt quid locutus ſum eis, poſſunt de illa tota ferre teſtimoniū, quia hi ſciunt quæ dixerim ego. Cæterum Chriſtus ipſe, quaſi præoccupans illud, de quo Annas potuiſſet dubitare vtrum videlicet de teſtimonio eorum contentaretur, an vellet illud refellere, declarat, quod ipſum illorum teſtimonium de hac re libenter acceptat: & ideo ad hoc totum Annæ ſignificandum dicit, interroga eos. Ac ſi apertius dixiſſet. Non tantum ego non timeo doctrinæ meę aliquod inconueniens ex eo, quod ipſi poſſunt, ſi volunt, ferre de illa ſyncerum teſtimoniū (ut patet ibidem: Quia ſciunt, quæ dixerim ego:) ſed etiam & opto, ut ipſi velint tale teſtimonium ferre, & rogo teipſum, vt pro tali teſtimonio ferendo eoſdem efficaciter (ideſt aſtringendo uestris præceptis) inter-

Vniuerſalis animorum omnium conceptio.

Quando res de ſe clara eſt, non eſt neceſſaria reſponſio.

Maxima de maxima ueritate ducia.

Digitized by Google

interroges. Ecce tota, & ad ſenſum literalem aperte explicata, reſponſio Domini.

PORRO tantam in reſponſione hac de Euangelio, quod eſt doctrina Chriſti veritatem puriſſimam perſpicaciter introſpiciens B. Chryſoſtomus, magna cum admiratione dixit. Volens autem ex ſuperabundantia, fide dignum conſtituere ſuum teſtimonium, ſubdit. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt, quid locu. Sum ip. Ecce hi &c. Quaſi dicat. Tu me de meis interrogas: interroga inimicos meos, qui inſidiantur mihi. Sunt autem hæc verba confidentis in eorum, quæ dicta erant, veritate. Hæc eſt enim veritatis inaltercabilis demonſtratio: cum inimicos quis inuocat teſtes. Hæc ille ſuper Ioan.

Per textus ergo præmiſſos demonſtrauit Dominus: quod doctrina ſua eſt veritatis inaltercabilis, ideſt quæ nullis rationibus de aliqua falſitate veritati ſuæ commixta ideſt de hoc, quod veritas ſua non ſit totaliter ſyncera, conuinci poſſit. Nec mirum, ſi Dominus per illud, tex. Interroga eos, qui audierunt, oſtendit ſui Euangelij veritatem eſſe inuincibilem, nec ab vllo inimicorum timere: quoniam B. Auguſtinus examinans illud verbum, tex. Eos, de tanta Euangelij firmitate reddit rationem dicens. Ipſi enim, quæ audierant, & non intellexerant ſcilicet inimici Iudæi talia erant: vt non poſſent iuſte ac veraciter criminari. Et quotieſcunque interrogando tentarunt, vt inuenirent, vnde accuſarent eum: ſic eis reſpondit, vt omnes eorum retunderentur doli, & calumniæ eorum fruſtrarentur. Hæc ille, ſuper Ioan.

Regula vniuerſalis de capite, & mēbris.

Ex quibus, QVONIAM, QVÆ PRÆCESSERVNT IN CAPITE, FVERVNT FIGVRA EORVM, QVÆ ERVNT IN MEMBRIS ideſt in Eccleſia, prima, quæſtione prima, articulo decimo, inferas tu hanc veritatem, ſcilicet, quod contra doctrinam Euangelicam multi multifarie, multiſque modis [Vt hæretici propriæ imaginationis phantaſmatibus conſpurcantes ipſam; Turcæ armis eam deſtruere, Alcorano ſuo poſtponentes, moliuntur: Iudæi &c. Schiſmatici &c. diabolorum omnium furores ad hoc vnum tendentes ſcilicet, ad inueniendum aliquid, vnde doctrinam illam de aliqua, vel minima falſitate accuſant &c.] inſurgent, atque impugnando laborioſiſſima vigilantia inſudabunt: ſed omnes contra eam quorumcunque illorum conatus, & doli, necnon calumniæ &c. tandem ſuccumbent cum ſuis authoribus, retundentur, fruſtrabuntur.

Veritas Euangelica ſemper præualebit: hoc figurante hic, & poſtea operāte Chriſto.

Porro, ſecundum regulam præmiſſam de capite Chriſto, & membris myſticis, tertio, de Sal. quęſtione octaua, articulo primo, procedens in cognoſcendo omnia etiam alia, quæ futura ſunt in Eccleſia, vt de malis ibi reperiendis non ſcandalizeris, & de bonis infinitas gratias referas DEO; immo vt & vtrobique DEO ipſi gratus maxime fias ex eo, quod vtrobique te ſimilem ſibi facere dignatus eſt. Exempli cauſa (pro aperienda tibi via ad reliqua huiuſmodi.) In CHRISTI duodena familia vnus fuit diabolus, ideſt prauus, hypocrita, fur, auarus, inuidus, ſub ſpecie boni murmurans, moleſtuſque alijs de ipſorum benefactis, magiſtri ſui iniquiſſimus traditor, ad finem deſperatus, impœnitens, ſuijpſius per laquei ſuſpenſionem occiſor (vt de ſingulis horum patet in Euangelio:) Ergo non mirum, cum hoc de futuris figura fuerit, quod in Eccleſia ſint tales, inter bonos.

De conformitate mēbrorū ad caput ab ipſo in ſeipſo figurata.

De CHRISTI familia vnus ideſt, Petrus fuit varie tentatus, & perſecutionem patiens propter hoc ſolum, quod erat diſcipulus CHRISTI: ergo & in Eccleſia iſtud, tanquam inde figuratum, futurum erat, quod à tyrannis &c. multi varias perſecutionum & tentationes habituri eſſent propter hoc ſolum, quod eſſent Chriſtiani. Cecidit Petrus, poſtea adiutus à CHRISTO non tantum ſurrexit, ſed in perſecutione Neroniana poſitus viriliter vſque ad mortem conſtantiſſime confitens ipſum de omnibus inimicis glorioſam victoriæ palmam reportauit; ergo id figura fuit de multis

Digitized by Google

tis & in perſecutione defecturis, & de plurimorum ſancta conſtantia inter illas mirabiliter, ex diuino auxilio, apparitura. Chriſtus multiformiter paſſus, multa bona opera agens eſt ab inimicis ſeductor, malefactor, dæmoniacus &c. reputatus: in ſignum ſcilicet eorum, quæ circa electos ſuos fienda erant à mundo. Sapiētiſſime, & humilliime nunc reſpondens pontifici dicendo, Quid me interrogas? inſipienter, & ſuperbe reſpondiſſe, iudicatus eſt à ſeruo & dictis, ſic reſpondes pōtifici? Et factis, Dedit ei alapam. Omnia vero hæc, atq; ſimilia quæ tibi per Euangelium inuenienda relinquuntur, ſunt verè facta in figura noſtri, & ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: Vt ſequamur veſtigia capitis, videamuſque in his, ſponſam Eccleſiam fieri conformem ſponſo ſuo Chriſto.

QVID ME INTERROGAS.

PArticula hæc textus videtur & ſuperflua, & indecens, vel ſaltem non decens, tunc temporis Chriſtum, qui loquebatur. Superflua quidem: quia Annæ interroganti de doctrina ſufficiebat, Chriſtum dixiſſe (vt dixit,) doctrinam ſuam fuiſſe publicā, proptereaq; examinandos eſſe publicos teſtes, qui ſeipſum docentē audierant. Vnde non oportebat apponere; Quid me interrogas? Indecens vero aut ſaltem non decens: quia Chriſtus tūc ideſt tempore paſſionis ſuæ, ſe gerebat ut ſubditum (ſic enim voluntarie de ſeipſo præordinauerat humilitatis magiſter.) Patet autem: quod non eſt ſubditi arguere iudicem, præſertim de tàm paruo defectu ſcilicet quod iudex non debeat interrogare ipſum de doctrina tam publica. Et hæc irreuerentia, ſeu indecentia, aſſiſtentibus tanta viſa eſt, vt propterea miniſtrorum vnus maxillam Chriſti percuſſerit, dicens; Sic reſpondes Pontifici? Reſpondetur, negando, quod illa reſponſionis particula, Quid me interrogas? ſit ſuperflua, aut non decens: immo etiam oppoſitum affirmando, ſcilicet quod illa eſt opportune, & decenter poſita. Pro cuius reſponſionis captu ſciendum eſt: quod Dominus ex voluntate ſatisfaciendi ad plenum interrogationi de doctrina ab Anna factæ motus, appoſuit quoque illam particulam in reſpondendo. Vidit enim quod in interrogatione illa implicabantur duo, ſcilicet res, & perſona. Res, de qua fiebat interrogatio, erat doctrina (cum diſcipulis:) perſona autem interrogata erat ipſe Chriſtus. Satisfacturus ergo, quo ad vtrunque, reſpondit. Et primo quidem, quo ad rem, de qua erat interrogatio, dixit: quod ſua doctrina erat in publico poſita (vt ſuprà dictum eſt:) tum ex loco publico ſcilicet ſinagoga & templo, ita quod locus non tantum erat publicus abſolute, ſed etiā publicus ad hoc ideſt ad officium docendi (doctrinæ etenim publicæ locus erat ſinagoga; & templum,) tum ex temporis qualitate: quia ſemper, ideſt quando tempus expoſtulauit, quod in templo, docuit in templo; quando autem in ſinagoga, tunc in ſinagoga tum ex frequentia communi, quia illuc omnes Iudæi conueniebant: tum ex qualitate dictorum, quia in occulto locutus ſum nihil. Proſequens vero reſponſionem de re, ſubiunxit, qui nam de ſua doctrina eſſent interrogandi. Interroga (inquit) eos, qui audierunt. Profe-rens vniuerſos, vt publicos teſtes [Nam ſic fit congruens correſpondentia ad publicam doctrinam:] non quidem mortuos, non abſentes, non neſcios, aut immemores, ſed viuos, ſed præſentes, ſed ſcientes; Ecce (inquit) hi ſciunt, quæ dixerim ego. Secundo autem, ſcilicet quo ad perſonam interrogatam, reſpondendo dixit: Quid me interrogas? Quæ particula duobus modis exponi poteſt: Et vtroque, bene. Primo modo ſic. Quid me interrogas? ideſt, quid eſt hoc, cur me interrogas? Et ſic petit cauſam, non quidem, quare pontifex abſolute interroget, ſed quare interroget ipſum Chriſtum de doctrina tam publica. Non enim apparet cauſa, quare Chriſtus ipſe interrogandus ſit de tàm omnibus aperta doctrina: cum potius ex natura rei, de qua tractatur, ſit manifeſtum, quod de hoc interrogandi ſunt illi, qui audierant, & ſciūt. Dicamus, pro faciliori captu, ſub exemplo. Si alicuius doctrina eſſet ſcripta in libro communiter habito, tunc ille author non eſſet interrogandus de illa doctrina, qualis ſit, an ſcilicet vera, ſuſpecta,

Toto tempore paſſionis ſuæ ſe, vt ſubditum gerere deſtinauerat dominus.

Secundo.

Primo.

Exemplū.

Publicū dēt, ex natura rei inquiri, a publicis teſtibus.

cta,uel falſa,ſed liber, ubi doctrina ſcripta eſt, eſſet examinandus. Quia igitur Annas interrogauerat de doctrina publica Dominum,qui,ex natura ipſius rei,nō debebat, ante examinatam ex aliorum teſtificatione talis doctrinæ qualitatē, examinari, ideo ſubditus Dominus humiliter petit cauſam, quare ipſe examinatur, ut ſi forte ex cauſæ manifeſtatione oporteret aliq̄d reſpondere, poſſit obedire. Sic ergo, iuxta hunc primum ſenſum, verba Domini illa inueniuntur decentia, & opportuna.

CÆTERVM, Secundò modo eadem uerba ſic exponuntur. Quid me interrogas?id eſt, quid eſt,quod interrogando a me quæris? & ſic petit materiam interrogatam.i.rem, de qua ipſe interrogatur[vt eſt,a ſimili, illud Sauli Chriſto dictum Actu. 9. Domine, quid me uis facere? Vbi petit quid.i.rem, quæ præcipiatur]. Sic igitur iuxta hunc ſecundum ſenſum, ſupponebat Chriſtus, tanquam humilis ſubditus: Pontificem interrogare ipſum de aliquo circa doctrinam, quod oporteret illum ab ipſo Chriſto cognoſcere, & non de ijs, quæ oportet aliunde,puta ab alijs cognoſci. Quia uero cōmunis illa de doctrina interrogatio, pro quanto manifeſte quærebat qualitatem doctrinæ, ſpectabat (ut declaratum eſt) ad alios, qui audierant, & non apparebat, pro quo alio articulo ſpectaret ad ipſum Chriſtum:ideo humiliter petit,Quid me interrogas? ac ſi apertius diceret. Quia nō apparet,quid ſit illud, ad quod ego interrogatus reſpondere debeā, aperi,quid eſt,quod a me in ſpeciali ſcire uelis.Nam forſitan aperuiſſet pontifex,aliquem particularem articulum ſe quærere: ad quem Chriſtus tunc reſpondiſſet. Se etenim ad hoc paratum demonſtrat Dominus per illud: Quid me interrogas? Sic igitur percipere poteſt quiſque prudens faciliter, quòd Dominica hæc reſponſionis particula eſt ſecundum rei veritatem nō ſolum opportuna, ac decens, (vt declarādum promittebatur), ſed etiā humilis, & reuerentiam erga pontificem continens. Secundum rei veritatem, inquam: quia ſecūdum prauam diſpoſitionem, & ignorantiam, affectos poteſt de eadem reſponſionis particula diuerſum, ideoque iniquum dari iudicium:quandoquidem (ut omnis, tum de ſpiritualibus, tum de corporalibus,experiētia teſtatur) vnumquodque recipitur per modum recipientis. Vnde quia ille miniſter iniquitatis,ſuo pontifici ſimilis,& ſuperbus, & ignorans,& aduerſus Chriſtum male affectus plurimum erat: ideo reſponſionē illam arguit ſuperbiæ, nec dignum arbitratus,quòd Dominus noſter peteret etiā id, quod ad ſeipſum ſpectabat noſce ut pontificis interrogationi ad plenum ſatiſfacere poſſet.

Secundū affectionē, & non ſecundum veritatē, indicātes aſſimilantur huic miniſtro Chriſtum percutienti.

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET, Euangelica veritas ab eius inimicis ex inſano quodam mentis eorum furore nō acceptatur, & ex prauę diſpoſitionis ignorantia uel in totum, vel in partem aut reiicitur, aut male interpretatur: demonſtratur ab Euangeliſta per text. Hæc cum dixiſſet, unus aſſiſtens miniſtrorum dedit &cęt. uſque ad, quid me cædis? Patet ſiquidem ex ſupradictis circa tex. Quid me iterrogas? quòd nulla reprehenſione, ſed magna & reuerentiæ & humilitatis commendatione, ſunt digna illa,de quibus dicit text. Hæc cum dixiſſet: & conſequenter ſimul inde paret, quòd unus ille (inſigniter,propter malitiæ excellentiam,ſic in textu notatus) miniſtrorum, qui his auditis dedit alapam Chriſto, motus ad hoc eſt & ex inſano ſuæ mentis furore,& ex prauæ diſpoſitionis ignorantia. Niſi enim inordinatiſſima furoris inſania obcæcatus illorum uerborū Domini uerū ſenſum ignoraſſet: nunquam ipſi Chriſto & alapam dediſſet,& increpatiue dixiſſet,ſic rn̄des Pontifici? Id quod.ſ.ipſum ex malitioſa, furibundaq; ignorantia ad faciendum, dicendumque, talia incitatum fuiſſe mōſtrant etiam uerba hęc Domini eidem miniſtro directa: Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo,ſi autem bene, quid me cædis? Hunc uerò miniſtrū geſſiſſe figuram omnium inimicorum Euangelicę ueritatis,ſeu (quod idem eſt) uerborum Chriſti,conſtat ex ſupradicta regula de capite & membris eius.

DICIT ERGO text. Hæc cum dixiſ-

Digitized by Google

dixiſſet. Quaſi miniſtri furioſam inſaniã per hoc inſinuans, dicat: Non expectata Chriſti reſponſione ad alterum articulũ, ſcilicet de diſcipulis, unus aſſiſtens miniſtrorum inſurrexit in eum. Audiſti ab Euangeliſta illius furiã: audi nunc eiuſdem ignorantiam in illo textu notatam, Sic reſpondes Pontifici? Modum .n. reſpondendi & factis, ſ. dando alapam; & verbis, ſ. talia dicendo, punit, ex eo quòd Chriſtus & dixerat, Quid me interrogas, & remiſerat Annam ad auditores in tex. Interroga eos, qui audierunt: Cum tamen nihil ſuperbæ præſumptionis, aut irreuerentiæ, tam petitio, quam remiſſio illa contineret. Audierat forſan (quod ſatis probabile eſt) miniſter hic, & quòd phariſei alias miſerant diſcipulos ſuos cũ Herodianis ad ipſum Chriſtum, ut caperent eum in ſermone, qui non potuerãt, Matt. 22. & quòd miſerant alia uice miniſtros, vt apprehenderent eum, qui tamen capti ab eius uerbis redeuntes ad eoſdem phariſæos dixerant, Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic loquitur, Io. 7. propterea miniſter iſte iniquitatis, audita illa per Chriſtum facta remiſſione ad auditores, timens ex hoc factioni phariſęorum cum complicibus, mox quaſi ad verecundiam phariſaicam tum præteritam uindicandam, tum futuram pręoccupandam, ideſt ne eueniret, impediendum, inſcuit nimia (ut uiſum eſt) crudelitate in ipſum. Porrò ad eius furioſam iniuſtitiam, craſſamque ignorantiam redundandam (ut oportebat, iuxta illud Prouerb. 26. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe uideatur) reſpondit, uelut uerbo, factoque interrogatus ab eo, Dominus: Si male locutus ſum &c. Reprehenderat miniſter modum per aduerbium tex. Sic, & ideo ſapienti, congruaque reſponſione Dominus directè tangit modum per text. Male, Bene. Nõ enim dicit, ſi malum (quod eſſet res, de qua locutus eſt), nec, ſi autem bonum, ſed ſi male (qđ eſt modus, quo locutus eſt), &, ſi autem bene. Teſtimonium, inquit, perhibe de malo. Vide & hic (ut ſupra cum dixit tex. Interroga eos, qui audierunt) magnam de ſua loquela, etiam paruula, etiam de repente prolata, etiam inter inimicorum acies audita & poſita, confidentiã Chriſti, quod uidelicet tanta ſit undique, etiã in modo loquẽdi, veritate ſuffulta, ut nec ab inimicorũ rationabili iudicio timeat. Quid enim eſt text. Teſtimonium perhibe, niſi affer tu, qui de præſenti cõtra me furis, affer teſtimonium non aliunde (ſi forſan eſſent amici mei, ſed per teipſum? De quo? De illa re. i. modo rei, quem tuipſe controuertis. [O uere infrangibilis, & inuictiſſima ex omni parte veritas ſacroſancti Euangelij, q̃ ab hoſtibus quantumcunque furibundis, diuinę protectionis muro inexpugnabili circumuallata, iudicari per rationem non timet]. Non dicit textus, Affer teſtem, ſed tuipſe teſtimonium perhibe de malo, ſ. morali, ad quod tua ratio naturaliter ſe extendit, ſi tale malum interuenerit in hac reſponſione mea. Ac ſi apertius dixiſſet ad illum. Tu dicis in genere, ſic reſpondes Pontifici? explica in ſpecie rationem aliquam teſtificantem, morale malum eſſe in locutione mea ad pontificem (Hoc nanq; eſſet, perhibere teſtimonium de malo). Si autem, inquit, bene, ſ. locutus ſum, quid. i. cur, me cædis? Porrò Sanctus Thomas Eccleſiæ Catholicæ Doctor, poſtquã ſub alijs uerbis ſenſum ſimilem præmiſſo ſuper tex. ſi male locutus ſum &c. expreſſit, ſubiungit & alium textus eiuſdem ſenſum dicẽs. Vel, hoc poteſt referri ad hoc, quod dixit ſupra, Interroga eos, qui &c. Vt ſit ſenſus. Si male locutus ſum, ſ. in ſynagoga, & in templo, quod non debui: Teſtimonium perhibe de malo, ſ. quod dixi, coram principe ſacerdotum. Sed hoc non potuiſſet miniſter oſtendere. Si autem bene, ſ. docui, quid me cædis? Quaſi dicat iniuſtum eſt, Hier. 18. Nunquid redditur pro bono malum? Hæc ille ſup Io.

Zelat pro verecundia phariſæorũ etc. miniſter.

Ab inimicis, non timet de falſitate loquela Chriſti.

Inuictiſſima, et infrangibilis veritas eſt Euangeliũ.

SI, BENE: QVID me cœdis?

HOC in loco uidetur Dominus agere contra doctrinam illam ſuam (qđ eſſet magnum inconueniens) qua dixit, Matt. 5. Si quis te percuſſerit in unã maxillam præbe ei & alteram. Vt enim hic patet, non ſolum non præbuit alterã maxillam percuſſori, ſed argumẽto rationis in faciem eius reſiſtit: Inconueniens, inquam, Domino eſſet illud, ſ. non ſeruare, quod

Digitized by Google

quod ab alijs ſeruandum voluit, cum de ipſo ſcriptum ſit Actu. 1. Cæpit facere, & docere. Hoc eſt, Fuit doctor noſter magis facto, quam verbo. In illo enim textu præponitur, Facere, ad Docere, vt denotetur comparatio hæc, quam dicimus. Reſpondetur negando, quòd Dominus ſic agens fecerit contra illã ſuam doctrinam, quinimo & dicitur, quòd ipſe ſic agendo fecit pro doctrina illa ſua, id eſt illam quomodo in vero ſenſu intelligenda ſit, facto ſuo declarauit. Huius autem reſponſionis, ceu fundamentum, eſt: quòd ipſe Chriſtus Dominus noſter, in ſuæ paſſionis tempore, ita ſe exhibere voluit ſubditum, & patientiæ exemplũ, vt meminiſſet, ſe eſſe doctorem noſtrum, id eſt totius mundi. Ad illam ex Matth. quinto authoritatem; quæ pro minori propoſitione in argumento obijcientis ſtat, reſpondetur, quòd uerum bonumque ſaluciferum dicit, ſi bene intelligatur, non autem, ſi male, immo tunc multis laqueum inſtruit, id eſt (vt rectius dicatur) ex illa eadem male intellecta multis, ſcilicet ipſam male intelligentes, laqueũ ſibiipſis inijciunt. Ecce Dominus noſter ibi docuerat diſcipulos ſuos, ut percutienti unam maxillam præberent alteram? Niſi ergo ipſe dignatus fuiſſet interpretari hanc doctrinam ſuam (quòd, ſcilicet intelligitur pro loco, & tempore, non autem in omni loco, tempore, negotio, euẽtu &c.) quis alteri tã apertam literæ doctrinam ſic interpretanti crederet? Suſpicatus enim facile de altero interprete fuiſſet, quòd ſic dicens literam apertiſſimam motus ex ignorantia, uel ex priuato ad ſeipſum amore, offuſcaret. Item, ſi ipſe Dominus huic ſe percutienti præbuiſſet alteram maxillam, quis ſe uerum Chriſti diſcipulum vnquam crediſſet, niſi ſemper, & ubique, ſimile quid feciſſet? ſimiliter, niſi tollenti tunicam dediſſet & pallium? & ſic de cæteris huiuſmodi, quæ ibidem ponuntur. Nunc autem, poſtquam Dominus facto illo ſuo, ſcilicet non præbendo alteram maxillam, interpretatus eſt præmiſſam doctrinam ſuam, non ſemper videlicet, & ubique oportere exteriori opere executioni mandari; tales prædicti ſcrupuloſorum nimis laquei de cordibus Chriſtianorum ablati ſunt. Exteriori, inquam, opere, ad differentiam operis interioris, ſcilicet ad innuendum, quòd documenta illa patientiæ, Matth. quinto. ſunt ſemper exequẽda in pręparatione animi, etiam pro illo tempore, quomodo aliter fit, ut hic a Domino, propter aliquod bonũ tunc occurrens (puta, propter & ueritatem dicendam, & inſaniam temeritatis aliorum ex ratione retundendam, & ad claudendam viam malis, ne ex inuerecundia, quaſi a nullo reprehenſi, glorientur, cum malefecerint, aliique ad ipſorum imitationem, & a faciendis operibus bonis retrahantur, & in faciendis malis accendantur, ac multiplicentur).

Chriſtus facto ſuo declarauit veros ſenſus doctrinæ ſuæ.

BEATVS Aug. examinando tex. Si male locutus ſum &c. inſinuauit totũ hoc dicens. Quid iſta reſponſione uerius, mãſuetius, iuſtius? Qui. n. accepit alapam, nunquid uellet eum, qui percuſſit, aut cæleſti igne conſumi, aut terra dehiſcente, ſorberi, aut correptum a dęmonio uolutari, aut etiam alia huiuſmodi qualibet pęna, uel etiam grauiori, puniri? Quid horum per potentiam iubere nõ potuiſſet, per quem factus eſt mundus: niſi patientiam docere non maluiſſet, qua uincitur mundus? Hic dicet aliquis. Cur nõ fecit, quod ipſe præcepit, percutienti ſ. non ſic reſpondere, ſed maxillam alterã præbere? Quid quòd & manſuete reſpõdit, & non ſolum maxillam alteram iterum percuſſuro, ſed totum corpus figendum præparauit in ligno? Sed hic potius demonſtrauit, ſua illa præcepta patientiæ non oſtenſione corporis, ſed cordis præparatione, fienda. Fieri enim poteſt, ut alteram maxillam uiſibiliter homo præbeat iratus. Quanto ergo melius, & reſpondet uera placatus, & ad perferenda grauiora, tranquillo animo ſit paratus? Hæc ille ſuper Ioan. Cui ſubſcribens Angelicus Doctor eundem textum examinans concludendo ait: Chriſtus nõ præbuit iſti aliam maxillam. Nec Paulus Actu. nono, 23. Vnde non eſt intelligendum, quòd Chriſtus mandaſſet, ꝙ præberent maxillam aliam corporalem ad literam ei, qui percutit unam. Sed hoc debet intelligi, quantum ad præparationẽ animi, ſ. ꝙ ita debet eſſe diſpoſitus, ut non turbetur animo contra percutientẽ,

Patientia pro Deo, noſtraq; ſalute habita uincit mundum.

ſed

ſed paratus ſit, ſi neceſſe fuerit, ſimile, & etiam amplius ſuſtinere. Et hoc Dominus ſeruauit, qui corpus ſuum præbuit occiſioni. Sic ergo excuſatio Domini fuit utilis ad noſtram inſtructionem. Hæc ille, ſuper Ioan.

REGVLA PRO Scripturis.

Iter tutũ ad ſcripturarũ veram intelligentiam.

EX Sanctis Doctoribus præmiſſis, S. Auguſtino, & Thoma, habes uniuerſalem regulam, & hanc ſecuriſſimam, pro ſacrarum interpretatione ſcripturarum, quæ talis eſt. Dicta, & præcepta diuinæ ſcripturæ ex factis ſanctorũ interpretari poſſunt, & debent, ſeu (quod in idem redit) ſacra ſcriptura intelligenda eſt, ſecũdũ quòd Chriſtus, & alij ſancti, ſeruauerunt. Ratio huius regulæ eſt: quia idẽ Spirituſſanctus, quo inſpirati canonicarum literarum ſcriptores locuti ſunt, 2. Pet. 1. eſt, qui mouit ſanctos ad opera ipſorum, iuxta illud Ro. 8. Qui ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei. Vnde cum a directione Spirituſſancti ſit utrunque, ſ. & opus ſcripturarum, & opus ſanctorum, nullibi poteſt eſſe error. Veruntamen q̃a ſanctorum opus eſt nobis quid notius, q̃ ſenſus ſcripturarum, ideo, vt a notioribus quo ad nos ad cognitionem minus notorum nobis procedamus [id quod recta ratio naturalis dictat]: ex ipſorum ſanctorum operibus, tanquam ſine errore uiam nobis parantes, venimus ad hunc uiæ terminum, ſ. ad intelligentiam veri ſenſus ſcripturarũ. Vis de tali regula exẽplũ aliquod, ut inde ſcias tu, abundantius eadẽ regula practicè vti ꝓ ſcripturę pluribus locis? Ecce. Scriptum eſt, Matth. 5. Dico vobis, non iurare omnino: Item ibidem. Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis, & ibid. Eſto conſentiens aduerſario tuo. Nunquid ex primo ſcripto damnabis Apoſtolum iurãtem, Ro. 1. Teſtis eſt mihi Deus? Aut ex ſecundo eundem fratres ſuos uocantem fatuos, Gal. 3. O inſenſati Galathæ? Aut ex tertio. Sanctum Thomam Cantuarienſem Epiſcopum, qui noluit, irrentata etiam ſibi morte, aduerſario ſuo quò ad iura Eccleſiæ cõſentire, ſed pro ipſis iuribus defendendis mori prælegit? Neutrũ plane, immo ex utriuſque actis ad ſanã ſcripturarum illarum intelligentiam, quę mihi prius ignota erat, perueniam, dicendo. Nolite iurare omnino, ſ. abſque magna neceſſitate, & cautela (quod ſic facto ſuo gloſſauit Apoſtolus). Item. Ne dicas fratri tuo, fatue, ſcilicet niſi ad correctionem, & non ut fratri, ſed ut erranti, cum dilectione videlicet hominum, & odio uitiorum (id quod ſic intelligendũ facto ſuo docuit Apoſtolus). Item. Eſto conſentiens aduerſario tuo, ſcilicet in rebus tuis proprijs, quãdo recta ratio ſuadet, non autem in rebus non tuis, ſed fidei tuæ commiſſis, de quarum alienatione diſponere non potes, ſed iura ipſarum ſolum tueri (ut facto ſuo talem ſenſum habere illam ſcripturam annotauit Thomas prædictus). Patet ergo, quòd ex ſcripturis ſic, vel ſic, apparentem ſenſum pręſeferentibus non damnamus geſta ſanctorum in ſuperficie nobis uiſa in cõtrarium, ſed ex eorum geſtis diſcimus, apparẽti ſenſu ſcripturarum depoſito, verum earundem firmiter apprehendere.

Eadẽ regula, tam quã dictis eã, & approbans vtitur Chriſtus.

PORRO TANTI EST præmiſſa regula, ut & Chriſtus magiſtrorum quorumcunque optimus, ad docendum eius firmam ſecuritatem, ipſa uoluerit uti. Idem enim, qui dixerat Matt 5. Nolite omnino iurare, & Ne dicatis fratri, fatue, ipſe frequenter in Euangelio iurat, uel ſimpliciter dicendo, Amen, uel dupli cando, Amen, Amen, ruſumque diſcipulos uerbis pungitiuis alloquitur, Luc. 24. O ſtulti, & tardi corde ad credendum. Per ſua itaque facta dignatus eſt oſtendere, quis nam ſit verus ſenſus uerborum ſuorum. Quòd autem ex magna neceſſitate, & cum magna cautela, iuramentum ſuum ubique intelligatur eſſe factũ, patet conſideranti, & quòd nos docebat tunc excedentia naturalem uim rationis noſtræ, & quòd maxime prudenter agẽs, ut ipſe ſemper agebat, non niſi cum magna cautela, id eſt circunſpectione agit. Quòd uero cum dilectione hominum, & odio uitiorum ſtultos eos, non ut fratres, ſed ut errantes, dixerit, habetur ex dictis Mar. 16. Exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis. Quaſi ex hoc aperte dicatur, ꝙ Dominus uerba

ba illa exprobatiua ſcilicet. O ſtulti, & tardi corde ad credendum, non propriè diſcipulos, ſed eorum vitia ideſt ſtultam incredulitatem, & duritiam cordis exprobrant.

DILATATVR REGVLÆ vtilitas.

CÆTERVM, ſi Regulam præmiſſam extenderis ad defenſionem tui à quotidianis tentationibus circa mores à diabolo ſub ſpecie variæ fraudulentiæ tibi immiſſis: mirabiliſſimam inde vtilitatem vniuerſaliter ſenties, & nullo fere negotio ideſt facillime uidebis uiam bonam, quam tenere debeas, non obſtantibus diabolorum illuſionibus prædictis. Sic igitur ex tentationibus illis, ductu ipſius regulæ diuinæ, proficies, de hoſte fallaciſſimo, adiutus à Domino, triumphās.

Practica implicite oēs etiam alios diaboli laqueos etc. depingēs.

Vis practicam de hoc? Ecce. Tentando te de quadam vana ſpe diabolus dicit, ne conſideres nimis [addit nimis, ne appareat ruina, quam tibi ſic tentando præparat, cum tamen ſub illo, Nimis, intelligat, Nihil. Vult.n.re uera: te nihil, tanquam aliquod magnopere ad tuam ſalutem pertinens, cōſiderare profundius] nouiſſima tua ideſt mortem, iudicium, infernum (ad quem tua te merita vocant, paradiſum (quem tibi tua merita auferunt:) Volens te per horum obliuionem, ſeu leuem conſiderationem, inducere ad non timendum, vt oportet, quę timenda ſunt, ſciens, quod qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari, Eccl. 1. & ꝙ digna ideſt condecens, ſerioſaque & continua nouiſſimorum memoratio eſt aptiſſima via ad nunquam peccandum; Eccl. 7. & quod vana ſpes, & mendacium viro inſenſato, & quaſi qui apprehēdit vmbram, & perſequitur ventum, ſic qui attendit ad viſa mendacia; Eccl. 34. & alia huiuſmodi. Tu ergo ad euadendas has laqueorum ſubtilium tricas recurre ad præmiſſam de ſanctorum actis regulam: & dum ibi videris BB. Hieronymum, Blaſium, Vincentium, Bernardum &c. feciſſe diligentiſſime oppoſitum, & cū timore iudicij magno &c. uixiſſe [Taceo: quod ſæpe ad hoc faciendum etiā ſcriptis ſuis nos admonuerunt,] cognoſce pro certo tentamēta diaboli periculoſiſſima eſſe illa, quæ tibi ſuggerebant obliuionem vel negligentiam circa conſiderationem peccatorum tuorum, & aliarum rerum timorem Domini tibi incutientium, & hæc mox cognoſcens, ſpretis omnino illis diaboli ſuggeſtionibus, ad imitationem actorum à ſanctis toto virium omnium tuarum conatu practicaliter accingere &c. Item. Cum tibi miſericordem eſſe Deum, inculcat &c. Volens ſub hoc miſericordiarum Domini extento pallio torporem aliqualiter, ſi non poteſt in totum, circa ſalutem tuam concernentia in te paulatim, & quaſi inſenſibiliter, introducere: vt tādem à ſeruitio Domini tui totaliter cadas, iuxta illud Eccl. 27. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua. Ne igitur ſub velamine illo miſericordię Dei largiſſimæ decipiaris ab eo, qui tentat, ab utendo per modum dictum miſericordiarum eius infinitate: mox clauſis auribus ad huiuſmodi tentationum inſidias, conuertere ad regulam actorum ſanctorum, tibiipſi ſerio dicens. Nunquid non ſciebant BB. Hieronymus, Vincētius, Blaſius, Bernardus &c. qui ſic trepidarunt continue de nouiſſimis ſuis &c. ideoque timore pęnarum, & ſeparationis à Deo vehementer concuſſi pęnitentiam continuam in ſe cuſtodierunt &c. gaudijſque tranſitorijs totaliter vale dixerunt, ſeminantes in lachrymis, vt in gaudio æterno mererent &c. Nunquid, inquam, tales ſancti, doctiſſimique patres ignorabant, quod miſericordiarum Dei nullus eſt numerus, &c. quod Deus non vult mortem peccatoris, &c. quod in tempore mortis ſuæ, ſi cōtritionem de negligentijs, ſeu iuuentutis ſuæ peccatis, debitam haberent; Deus omnia illorum, quęcunque & quantacunque peccata (ſi ea habuiſſent) miſericorditer deleret &c. Cur ergo (ſubiungas pro laqueis illis vitandis in totum) non ſe dederunt vitæ diſſolutorum hominum, vel tepidorum &c. Cur e contrario multis laboribus, vigilijs, vitæ auſteritatibus, fugientes hominum cōuerſationem pro ſuo poſſe, mancipamnt ſemetipſos? Et (vt ſemel dicam) cur dulcia mundi pro amaris abiecerūt: & eidem amara pro dulcibus elegerunt? Regula ergo illa proculdubio monſtrat ex geſtis ſanctorum, quod hæc omnia

Tentationum laqueos effugiendi modus facilis & ſecurus.

Quō diabolus vult nos abuti (ꝙ multi faciunt) miſericordia Dei.

Digitized by Google

omnia grande forum de miſericordia diuina tibi promittentia, cum ſuggeſtione laxioris vitæ interim admiſſæ, & poſteà de peccatis ibi commiſſis pęnitentiam ſe cuturam affirmante, nihil aliud ſunt, niſi abuſus miſericordiæ Dei & nequiſſima animi præſumptio magnarum ruinarum cauſa, & præparatio: tantum abeſt, vt ſint aliquod bonum ſpei, vel fiduciæ in Deum. A regula ergo ipſa ſic de veritate edoctus nullam penitus audientiam præſtas amplius prædictis, & ſimilibus ſyrenarum diabolicarum cantilenis venenatis: ſed factus, vt homo non audiẽs, & nõ habens in ore ſuo redargutiones, Pſal. 37. viam ſanctorum ex regula illa tibi monſtratam ſolicitus ingrederis, ſecurus perambulas, & currens non habebis offendiculum, Prouerb. 4. Nec mirum, quoniam tunc ſpeciali adiutorio & Chriſti per authoritatem, & aliorum ſanctorum, quorũ viam elegiſti, per interceſſionem contra omnes inſidias diaboli munieris, donec ad ipſius viæ terminum fęlix peruenias ideſt ad uidẽdum Deum Deorũ in Syon.

Redeuntes modo ad primum intẽtum ideſt ad probationem tertiæ partis concluſionis, unde ex neceſſitate declarandorum ſenſuum, dubiorum, & regularum naſcentium ex litera textuali, ſumus aliquãtulum digreſſi, dicimus: quod illi, qui ab illo miniſtro iniquitatis ſunt (iuxta illam priorem regulam de capite & membris) figurati, conueniunt in vno, & diſconueniunt in multis, ſecundum correſpondentiam ſcilicet ad illam ſuam figurã. In vno quidem conueniunt: quia omnes ex inſano ſuæ mentis furore, & ignorantia inexcuſabili (poſt Euangelium ſcilicet publicatum. Id quod fuit à tempore prædicationis Sanctorum Apoſtolorum) moti nõ acceptant Euangelicam doctrinam. Diſconueniunt vero in rebus multis: quia alij eorum reijciunt in totum illam doctrinã (vt Iudæi, Pagani, Apoſtatæ à fide. 2. 2. q. 12. ar. 1.) alij partim recipiunt, partim obijciunt (vt multi hęreſiarchę, cum ſuis,) alij quam recipiunt, peſſimis expoſitionibus ſuis, plus vel minus, corrumpunt, laniant, dilacerant, (vt hæreſiarchæ, & omnes hæretici, qui de ſcripturis his ſacratis differunt.) Proinde, vt omnium hic dictorum varietatem illam cõfuſione plenam cognoſcas: vide omnino Elucidationes formales pri. par. Sancti Thomæ. q. 1. art. 1. Append. & ſi indicem particularium errorum & hæreſum inibi colligatum perſpexeris, ampliorem de varietate ipſorũ in concluſione capituli, & hic narrata, videbis: quod totum tibi cędet in vtilitatem melius diffuſiuſque cognoſcendi veritatem prædictæ tertiæ partis concluſionis, eandemq; probandi.

Hæretici ſcripturarum ſanctarũ varij delaniatores.

CONFIRMATIO
Concluſionis III.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ S. Dei.

QVod hęreticum eſt dicere: quod Euãgelio aliquid vltra veritatem [ſic ẽt in alijs ſcripturæ locis nihil, quod non ſit verum, continetur] addiderint Euangeliſtæ ad decorem: vide ex ſacroſanctis ſcripturis &c. declaratum eſſe, in Elucidationibus primę par. articulorum numero 71. & 2. 2. art. num. 245. 574. & 3. de Sal. articulorum nu. 229. & Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem, Numer. 4. concl. 1. Vnde & impijſſimus iudicatus eſt, & pro tali tractatus, Hermãnus Riſſuuich: qui ſũmè diabolico ſpiritu ductus dixerat, fidem noſtram eſſe fabuloſam, vt probat noſtra fatua ſcriptura, ficta Biblia, & falſum, delirumque Euangelium [Contra quas horrendiſſimas hæreſes vide etiam Elucidationes 2. 2. articulorum numero 3. 30. & pri. par. articulorum num. 1. 289. ultra id, quod habes ſuprà cap. eod concluſ. 3. probation. partis ſecundæ.] Pro tali, inquam, ideſt pro impijſſimo ille Riſſuuich fuit iudicatus, & tractatus, Nam (vt patet ex Bernardo Lutzemb. in ſuo Catalogo hæreticorum) iſte, cum in multos errores, ac hæreſes lapſus, poſtquam admonitus, ac iãdẽ pęnitentia motus palinodiam cecinisſet, à Magiſtratu miſericordiam conſecutus ad perpetuos carceres damnatus eſt. Alexand. VI. Papæ, & Maximiliani Imper. tempor. anno Domini, 1499. At cum poſteà e carceribus egreſſus in priorem dementiam relapſus, multò peiora effutiſſet, dicens: ſe quidem Chriſtianum natũ, ſed à Chriſtianiſmo deſciuiſſe, eo quod

Chri-

Digitized by Google

Chriſtianos omnes amentiſſimos diiudicaret, curiæ ſeculari traditus, viuus exuſtus eſt. Quod Chriſtiani mouentur ratione efficaci ad credenda, ex fide Catholica, ſibi ſuppoſita (inter quæ in primis eſt, quòd Euangelium eſt ex omni parte veriſſimum) uide ex ſacroſanctis &cęt. in Elucidan. ſecunda ſecundæ articu. nume. 19. Porrò, veluti regulam uniuerſaliter obſeruandam ad vnguem, habebis, quòd quandocunq; allegantur Elucidationes, debes uidere ibi in textu Doctoris Angelici rationem ſiue vnam, ſiue plures, quæ in ipſarum Elucidationum appendice tangitur in principio ſic: Habes, quomodo per rationem &c. Hoc etenim modo hæreſes non ſolum concilijs & ſcripturis confutabis, veritatemque Chriſtianam comprobabis, ſed etiam ratione naturali narrata a ſancto Thoma, & ſic tam contra recipientes concilia, atque ſcripturas, quam contra non recipientes (ratio enim naturalis, quam ibi ex Diuo Thoma adduces, eſt cuicumque homini, vtpote ſecundum naturam ſuam rationali, communis) concludes quæcunque tibi tunc iuxta ſubiectam materiam concludenda occurrent. Quòd &c. vide ſupra per probationes partium concluſionis capituli.

Regula uniuerſalis pro citationib. Elucidationum.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. XVIII.

A Temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me?] ſcilicet, quòd ego ſim rex Iudæorum. Dixerat ſiquidem, interrogando, Pilatus. Tu es rex Iudæorum. Vbi textuale dubium mox oritur, quare, ſcilicet Dominus, qui interroganti ſe pontifici Cayphæ Matth. 26. Dicas nobis, ſi tu es Chriſtus (quod tanti valet, quanti, Rex Iudæorum) reſpondit ſtatim ad immediata veniens, & dixit: Tu dixiſti. Cur ergo hic, cum a Pilato de eadem re interrogatur, antequam ad immediatum reſponſum ueniat præponit hoc quæſitum, A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Ad hoc, ex conſideratione perſonarum, quæ vtrobique in textu interrogantes ponuntur, facilis patet reſponſio. Cayphas erat Iudæus, & ideo capax quòd a Deo per legem fuerat promiſſus Rex Iudæorum, qui dicitur Meſſias. Quapropter non erat neceſſarium prædeclarare terminum, Rex Iudæorum, vel CHRISTVS, Cayphæ, in quo ſcilicet ſenſu ab eo acciperetur (cum accipi intelligeretur in ſenſu legis), antequam directe ad interrogata reſponderet.

Reſponſiones in modo temperanda ſūt ſecundum conditionem perſonarū interrogantium.

Item. Caypham ex ſemetipſo loqui tunc, manifeſtum erat CHRISTO, etiam ſecundum exteriorem apparētiam loquendo, cum prius non exierit a præſentia Chriſti ad ſumendum huius interrogationis materiam ab aliis, et poſtea ad eius præſentiam reuerſus interrogationis formā expreſſerit. Vnde nec propter hoc ad taliter prærequirendū a Caypha, non erat opus, antequam formaliter reſponderetur. De Pilato autem non ſic. Nam ipſe & gentilis erat, neſciens terminos legis de tali negocio, & a Chriſti præſentia remotus materiam taliter interrogandi a Iudæis acceperat, cuius formam rediens ad Chriſtum expreſſerat. Duplici ergo ratione fuit neceſſe, quæſitum illud ad eum præmittere directæ reſponſioni. Dicit ergo conuenienter Chriſtus Pilato & gentili, & ab extra reuertenti: A temetipſo hoc dicis &c. i. hanc interrogationem facis a te, an ab aliis, motus? Ratio igitur principalis iſtorum verborum fuit, vt Pilatus gentilis fieret capax reſponſionis poſtea dandæ ad interrogationem a ſe propoſitam ſcilicet. Tu es Rex Iudæorum. Ratio autem ſecundaria, ſeu potius occaſio præponendi eadem verba: A temetipſo &cęt. fuit iſta, quæ tangitur in textu. Ipſi non introierunt in prætorium, exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit &cęt. Introiuit ergo iterum Pilatus in prætorium, & dixit ei: Tu es Rex Iudæorum? Ex qua textura tota datur intelligi, quòd, Chriſto in prætorium introducto, Iudæi remāſerunt extra, & hoc, ne ingrediendo domum viri gentilis, durante ſolemnitate paſchali, contaminarētur, id eſt redderentur indigni, ad manducandum Paſcha, id eſt azimos panes, quorum manducatio, & diebus ſeptem durabat, & ſolis incontaminatis, id eſt mundis lici-

ta erat. Exod. 12. Leuit. 23. numero 28. Quod autem appellatione Paſchæ intelligantur etiam reliqui dies ſex à primo in quibus manducabantur azimi panes (& conſequenter, quod bene exponatur hic tex. Vt manducarent Paſcha. i. azimos panes) patet manifeſte ex illo dicto, Actu. 12. Erant autem dies azimorum, ſubnectendo, volens poſt Paſcha producere eum populo. Sic iſti perſecutores Chriſti, qui iam veſpera præcedente manducauerant Paſcha, ideſt agnum Paſchalem, timebant impediri à manducatione Paſchæ, ideſt panum azimorum, reliquis diebus, ſi fuiſſent ingreſſi prætorium. Pilatus ergo iſtorum Iudæorum ceremonijs condeſcendens exiuit ad eos auditurus, quam accuſationem aduerſus Chriſtum afferrent. Iudæi autem (vt hic ſubintelligitur ex interrogatione poſtea à Pilato reuerſo in prætorium facta Chriſto) accuſauerunt eum, quod ſe feciſſet Regem. Pilatus igitur in prætoriũ ſine Iudæis ingreſſus interrogauit Saluatorem, an verum eſſet, ipſum eſſe regem Iudæorum. Quia igitur: (vt dictum eſt) ſaluator erat corporaliter abſens, quando de hoc fuerat à Iudęis accuſatus, ideo rationabilem occaſionem habuit quærendi à Pilato, vtrum ex ſemetipſo, an ex ore aliorum ideſt Iudæorum faceret hanc interrogationem.

ANNOTATIO SECVNDA. Cap. XVIII.

NVNQVID ego Iudæus ſum? Gens tua, &c. Regnum meum non eſt de hoc mundo.] Declarat Pilatus per hanc ſuam reſponſionem tex. Nũquid ego &c. vſque ad tradiderunt te mihi: quod à ſemetipſo non dixerat, Tu es rex Iudeorũ, ſed ex relatione gentis Iudaicæ. Ac ſi exponatur per ſingula tex. A temetipſo hoc dicis? Reſpon. Non. Qnia ego nô ſum Iudæus. An alij tibi dixerunt de me? Reſpon. Sic. Quia gens tua, & Pontifices tui, tradiderũt te mihi. Porro ſaluator noſter habita hac, quo ad vtramque partem, quęſtionis deciſione à Pilato, ad primam de regno interrogationem directe reſpôdet; Simulque reſpondendo reddit breuiter & ſubtiliter rationem illorum verborum ſuorum ſpecialem, cur ſcilicet illa præmiſerit. Reſpondens ergo dicit. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Quaſi dicat. Ne mireris, o Pilate, quod præmiſerim verba illa contex. A temetipſo hoc dicis an &c. de eiſdemque expectauerim reſponſum tuum: quoniam hoc exigebat ratio ſpecialis, ſcilicet vt tu intelligeres abſque æquiuocationis & vanitatis errore poſſes meam, quam nunc do, reſponſionem, ſcilicet Regnum meũ non eſt de hoc mundo. Et vere aut vanitas, aut æquiuocatio circa hoc interueniſſet: niſi per illius quæſiti Dominici, præmiſſionem, & Pilati ad illud reſponſionem, manifeſtatum fuiſſet, primam interrogationem ſcilicet Tu es rex Iudæorum, dependere ex eorũdem accuſatione. Pro cuius ampliori captu ſciendum: quod hoc nomen, Regnũ, & eſt re vera æquiuocum apud fideles (qui tunc erant Iudæi, iuxta illud Rom. 3. Credita ſunt illis eloquia Dei) ſcilicet regnum de hoc mundo, regnumque non de hoc mundo: & eſt re vera vanum apud infideles, qualis erat Pilatus, quod reperiatur regnum aliquod non de hoc mundo, ſicque apud eoſdem infideles hoc nomen, Regnum, remanet vniuocum. Ratio igitur ſpecialis præſciendi, an Pilatus ex ore proprio, vel Iudæorum de regno interrogaſſet (vt multa paucis côcludamus) fuit: vt ipſe non deciperetur ſub nomine tituli Regij, in examinando cauſam tunc præ manibus habitã (id quod Iudæi, æquiuocantes, intendebant, iuxta illud ſuum continuatum ſemper deſiderium, Matth. 26. Vt IESVM dolo tenerent, & dolo occiderent.) Hinc eſt: quod, ſi Pilatus ex ſeipſo de Regio titulo inquireret, Dominus reſpondendo non locutus eſſet de regno, quod non eſt de hoc mundo. Nam Pilatus, cum eſſet gentilis ideoq; nullum reputans hominis regnum, niſi de hoc mundo, intendiſſet interrogare ſolum de regno regeq; mundano, quando dixit, Tu es rex Iudæorum? Vnde quia ad iudicem debet quis reſpondere ſecundum mêtem ipſius interrogantis (vt patet in Legiſtis, & Caſuiſtis, doctoribus:) ideo Dominus tunc reſpondiſſet, Non ſum rex (qualem ſcilicet tu intelligis.) Cæterum, quando Pilatus de regio titulo interrogat ex accuſatione Iudæorum, oportuit Dominum reſpon-

Ego nõ ſũ & ego ſũ, rex: quorum vtrũque dixit Saluator quõ verifi cetur.

reſpondere de regno, quod non eſt de hoc mundo, & dicere (ſicuti dixit apertius in ſequenti contextu) ego ſum rex. Nã Iudæi ipſum ideo dicebant Saluatorem ſe feciſſe regem, quia dixerat ſe eſſe Chriſtum ideſt Meſſiam in lege promiſſum. Quia vero regnum Meſſiæ debebat eſſe non de hoc mundo (vt patet exercitatis in ſacra ſcriptura. Cuiuſmodi eſſe tenebantur ſcire & ſcribæ, & phariſæi, ac Põtifices Iudæorum: qui talem accuſationẽ attulerant:) ideo prudentiſſime, accepto prius reſponſo de accuſationis dependentia à Iudæis, reſpondit; quod eſt rex non de hoc mundo, ſicut talem regem ſe eſſe dixerat prædicans in aperto. Per illam ergo Domini interrogationem, A te metipſo &c. & iſtam reſponſionem data eſt occaſio ipſi iudici Pilato intelligendi propriam vocem, ſcilicet Rex, audiendo ab ipſo Domino æquiuocationem regni inter Meſſiæ regnum, de quo loquebatur Pilatus ex ore Iudæorum neſciens quid diceret, & regnum mundanum, de quo ipſe putabat, accuſationem fieri. Ac ſi à Domino tunc reſpondente. Regnum meum non eſt de hoc mundo, audiſſet. Tu putas facere officium tuum, inquirendo de vſurpato titulo regio, ſecundum regna huius mundi: & neſciens à Iudæis per æquiuocationem deciperis: quoniam regnum Meſſiæ, de quo illi me accuſant, nõ eſt tale.

Summa reſponſionis.

ANNOTATIO TERTIA. Cap. XVIII.

REGNVM meum non eſt de hoc mundo.] Textus hic, præcipue tunc allatus, quando pendebat lis de morte Domini, videtur ad literam planam contrauenire ijs, quæ à ſcripturis ſæpius dicuntur, ſcilicet quod ipſe ſit voluntarie paſſus. Nam ſecundum textualem expoſitionem nunc præcedentem, quæ vera eſt, apparet: quod Dominus, ſic reſpondendo, voluerit iuſtificare ſemetipſum coram Pilato. Tanquam aperte dixiſſet: Ego non me impedio de regno huius mũdi, de quo, ſecundum tuam regni intelligentiam, accuſor. Sic autem dicere iudici cauſam de regno agitanti, non videtur conſentaneum eſſe oblationi ſuijpſius ſpontaneæ ad patiendum, & ſubeundum ſententiam mortis. Ille enim, qui iuſtificare cauſam ſuam ſtudet coram iudice, non quærit condemnari: ſed quærit condemnationem euadere. Ad hoc antequam formaliter reſpondeatur: præmittenda eſt vna regula in talibus, immo in quibuſcunque cuiuſuis materiæ dubijs, maxime ponderanda: quæ eſt hęc. Nunquam relinquendum eſt certum propter incertum: ſed ex ipſo certo firmiter (vt prius) in mente retento debet ad incertum, vt certo non diſſentire realiter oſten datur, procedi. Porro, regula hæc concordat dictamini rationis naturalis, quẽ & philoſophus in primo Phyſic. expreſſit, & nos aliàs ſuprà memorauimus, ſcilicet. Innata eſt nobis uia ab his, quæ notiora nobis ſunt, ad ignotiora procedere (cuius regulę, dictaminique naturali, contrauenire hæreticis familiare eſt, vt qui certa ſibi per tot ætates dogmata fidei ab Apoſtolica ſede declarata à ſeipſis deuotiſſime ſuſcepta, & firmiſſime retenta, poſt iſtis notioribus obcæcati dimiſſis ad ignotiora amplexanda, per quæ & illa notiora pro toto ſuo conatu reddãt ignotiora, ſe præcipites conuertant. En quanta regulæ ſenſus naturalis peruerſio. Sed non mirum: quandoquidem ab ijs fit, qui dati ſunt in reprobum ſenſum Rom. 1.) Modo cum certiſſime notum ſit nobis ex mille ſanctarum ſcripturarum locis, quod paſſioni vſque ad mortem crucis obtulit ſeipſum voluntarie Dominus noſter: oportet, ex hoc notiſſimo (ſecundum dictamen rationis naturalis) firmiſſime retento procedere ad ignotius manifeſtandum ideſt ad videndum quomodo præmiſſæ veritati de voluntaria paſſione conformiter verificetur. Impoſſibile ſiquidem omnino eſt: quod veritas huius (ſicut & alterius cuiuſcunque) dubij apparenter naſcentis aduerſus principium notiſſimum contineat veritatem contrariam veritati illius principij. Et hoc etiam ſecundum philoſophi doctrinam, in lib. Poſterio. ab omnibus ratione vtentibus receptiſſimam: quod ſi qua ratione tenendum eſt, principia eſſe firmiſſime vera eadem ratione tenendum eſt, contraria quæque principiorum eſſe firmiſſime falſa.

Regula vniuerſalis & neceſſariſſima.

Senſus reprobus hæreticorũ iſte ab ethnico etiã condemnatur aperte.

Notãdum pro ſuper hoc impoſſibile veriſſimum.

Tt 2 Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondetur ergo, iuxta præmiſſam infallibilis veritatis regulam, ad illud ex textu occaſionatum dubium: quod illa propoſitio, Qui ſtudet iuſtificare cauſam ſuam coram iudice, quærit per hoc euadere pęnam, puta crucifixionis, mortis &c. non eſt vniuerſaliter vera, cum iuſtificationi huiuſmodi ſtudere, contingat dupliciter ideſt propter duos fines. Nam poteſt quis iuſtificationi cauſæ propriæ intendere vel vt euadat pęnalem ſententiam: vel vt per hoc tollat occaſionem ſcandali apparentem. Primum, quod inquit obijciens, nunquam fecit Dominus, ſed ſecundum. Idem enim, qui pro nobis venerat occidi, venerat & ad inſtruendum nos remouere, quantum poſſumus, ſcandalorum occaſiones ex nobis ideſt ex dictis noſtris, aut factis, ortas. Propter hoc nanque ſicut dixit, Matth. decimoſeptimo. Vt autem non ſcandalizemus eos, & Ioan. iſto capit. militi ſe percutienti reſpondit rationabiliter, ne ſcilicet parum curare videretur, de ſcandalo apparenter nato ex ſuis illis ad Pontificem verbis; Quid me interrogas? &c. ita nunc ad occurrendum apparenti ex dictis ſuis occaſionaliter venturo, ſtudet præmiſſæ ſuæ cauſæ iuſtificationi. Nam ex hoc ipſo, quod ſe affirmauerat CHRISTVM, ac per hoc regem (prout accuſatio data Pilato contra ſe ad literam continebat) poterat nonnulla occaſio apparere viro gentili Pilato, cogitandi: quod Dominus noſter aſpiraſſet ad regnum Iudæorum, & ideo prædicaſſet populo. Propter hoc ergo Dominus ipſe hanc, quæ apparere poterat, occaſionem ſcandali tollere curauit: diſtinguendo Regnum Meſſiæ ideſt ſuum à regno aliorum regum. Diſtinxit vero à ſe inuicē regna hæc, penes cauſam, & effectum.

Occaſionibus ſcandalorum debet Chriſtianus remediū adhibere.

ANNOTATIO QVINTA, Cap. XVIII.

NON EST DE HOC mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, &c.] Ecce cauſa, ecce effectus, penes quam, & quem Dominus ſuum regnum ab aliorum regno diſtinxit: vt vir gentilis capax & accuſationis, & reſponſionis, re vera fieret. Penes cauſam quidem: quia Regnum eius non eſt de hoc mundo. Non dicit, In hoc mundo, vt per hoc excludat hæreſim Manichæorum pręuiſam. Dixerunt enim Manichęi duos eſse Deos, & duo regna: Deum bonum, qui habet regnum ſuum extra hunc corporalem mundum ſcilicet in regione lucis, & Deum malum, qui habet regnum ſuum in hoc mundo corporali ideſt (ſecundum eoſdem ponentes omnia corporalia eſſe tenebras) in regione tenebrarum. Vnde ſic ipſi hęretici extorquebant tex. Regnum meum non eſt de hoc mundo ideſt non eſt in hoc mundo, ſed in alio ideſt non in regione hac tenebrarum, ſed in regione lucis. Quaſi quod non ſit Dominus viſibilium ſed tantum inuiſibilium. Contra quorum Manichæorum phantaſiam ſtat non ſolum Chriſtus ipſe, Matth. vigeſimooctauo. Data eſt mihi poteſtas in cęlo, & in terra: ſed etiam Pſalmus, quadrageſimuſſextus. Rex omnis terrę Deus. Non ergo negat, quod regnum ſuum eſt in hoc mundo, ſed negat, quod ſit de hoc mundo. Vt ſic catholice exponatur tex. Regnum meum non eſt de hoc mundo ideſt poteſtas, & authoritas, qua rex ſum non habet originem ex cauſis mundanis, & electione hominum, ſed aliunde. Et vere patet: quod in hoc diuerſificatur regnum Chriſti à regno aliorum. Regnum ſiquidem aliorum eſt Aut à natura [vel prout regnum patrisfamilias, qui naturaliter eſt rex in domo ſua: id quod in principio mundi maxime parebat. Vel prout regnum eorum, qui naſcuntur reges hęreditario iure: id quod patet in filiis, & hęredibus, Regum.] Aut ab intellectu, adiuto arte, ſeu induſtria [Prout ſunt illi: qui vigentes ingenio induſtria multa, ſeipſos ad regnum prouehunt.] Aut à potentia [Vt, Tyranni.] Aut à voluntate [Vt ſunt ij, qui per electionem ab aliis voluntarie de ſe factam ad regnum perueniunt.] Horum omnium regnum eſt de hoc mundo: quia ab ijs, quæ huius mundi ſunt, cauſantur. Sed Chriſti regnum non eſt de hoc

Damnat Chriſtus hæreſim Manichæorum.

de hoc mundo, quoniam ex nulla talium cauſarum procedit. Cæterum aliunde eſt regnum ſuum ſcilicet à patre: iuxta illud, quod poſteà, tanquam huius textus Euangelici optimus expoſitor, promulgauit Apoſtolus dicens, Philip. ſecundo, Factus eſt (Chriſtus) obediens vſque ad mortem crucis; Propter quod [Ecce regnum & origo ſui regni] Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen; vt in nomine IESV omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESVS Chriſtus in gloria eſt Dei patris.

Vnde sũt regna mũdana, & regnum Chriſti.

MANIFESTAVIT etiam ab effectu (vt dicebatur) quod regnum ſuum, ad differentiam aliorum, non eſt de hoc mundo. Nam ſequitur in tex. ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis. Hoc eſt ſi quæſiſſem, aut quærerem, regnare mundialiter, feciſſem mihi miniſtros, & ſequaces, tales, qui decertarent in fauorem meũ: ne traderer Iudęis (id quod per experientiam mundanorum regum patet.) Cæterum hocipſum tàm longe fuit à Saluatore noſtro: vt etiam Petrum diſcipulum pro defenſione magiſtri, nè traderetur Iudæis, gladio euaginato abſcindẽtem auriculam venientis ad ipſum capiendum repreſſerit vehementer (vt patet in textu ſuprà:) nec vnquam permiſerit, quod vel Ioſeph ab Arimathia, vel Nicodemus princeps Iudæorum, vel Lazarus ab ipſo reſuſcitatus, nec alius quiſpiam, vnico ſaltẽ verbo decertauerit pro ſe, cauſa mortis ſuæ adhuc pendente coram Pilato. [Vere & hinc clariſſimum reſtat: quod Saluator obtulit ſemetipſum omnino volũtarie ad mortem crucis.] Ex hoc igitur effectu, qui vniuerſis erat re vera manifeſtatus, potuit faciliter percipere Pilatus, quod regnum ſaluatoris non erat de hoc mundo, & quod non quæſierat auertere populum, vt eum pro rege mundano haberent: & conſequẽter quod regnum eius non erat contrarium Cæſari, nec in aliquo Cæſareę dignitatis ſuper Iudæos diminutiuum, & per conſequens etiam, quod Iudæi eum calumnioſe, & contra rationem manifeſtam de tali re accuſabant. Hinc de facto audita hac Domini ſententia, motus intantum rationabiliter eſt Pilatus: ut & omnis apparentia ſcandali ab eius mẽte ſublata ſit, & exiẽs ad Iudæos dixerit eis, tex. Ego nullam inuenio in eo cauſam. [Vide hinc: quod etiã ab ethnicis, & alijs, qui foris ſunt, habet teſtimonium, poſt multum quoque rigoroſum examen, innocentia Chriſti, atque prædicationis eius ideſt Euangelij veritas: dummodo ipſi velint vti, & utantur, recta ratione.

Vide quã voluntarie obtulerit ſe Dominus paſſioni pro nobis.

Inimici noſtri sũt iudices. Deut. 32.

ANNOTATIO QVINTA, Cap. XVIII.

EGO in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati, &c. [Verba hæc Saluatoris noſtri ordinantur ad propoſitam materiam de regno ſaluatoris: & quidem cõuenientiſſime inducta ſunt tum ex parte materiæ, de qua erat ſermo in tex. Regnũ meum non eſt de hoc mundo; tum ex parte perſonæ, ad quam ſermo ipſe dirigebatur. Ex parte quidem materiæ, quæ erat, quod ſaluator erat rex, non de hoc mundo, & per conſequens, quod regnum non de hoc mundo in rerum natura inueniebatur. Porro hæc reputantur figmenta eſſe à ſapientibus huius mundi, vtpote conficta (vt aiunt) ab iis, qui religionis curam profitentur, ad populos alliciẽdos, &c. Et ideo ſaluator noſter veritatẽ proponit ſe adeo tueri, ut in hoc natus ſit, & ad hoc venerit in mundum, non vt adinuẽtiones humanas, confictaque mendacia prædicet, ſed ut teſtimonium perhibeat veritati. Ex parte autem Pilati inducta ſunt cõueniẽtiſſime illa verba. Ego in hoc natus ſum &c. quia oportet, bonum magiſtrum (vt ex rationis dictamine patet) & ex cõmunibus ſibi, atq; auditori, & (quantum fieri poteſt) ex gratis eidem auditori, procedere: vt ſic auditor fiat capax, & quidẽ facilius, eorum, quæ ſibi à magiſtro dicuntur. Porro nec ratio ſcripturarum, nec religionis cultus, erat quid commune Chriſto, & Pilato: ſed ſolummodo naturalis mens, & ideo veritatis amor. Nihil etenim & communius, & amabilius eſt hominibus ſecundum mentem, quam ſit veritas. Merito igitur proceſſit CHRISTVS à veritatis ſtudio dicens: Ego in

Digitized by Google

hoc &c. vt teſtimonium perhibeam veritati: dum voluit ſuadere viro gẽtili, quod' illud non erat figmentum, quod de regno ſuo non de hoc mundo dixerat. In huius euidens ſignum eſt: quod Pilatus, audito quod veritati ſolum à Chriſto ſtudebatur, facile conquieuit (vt in contextu patet) ad ea, quæ ab ipſo dicebantur.

DICENS VERO, EGO in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, monſtrat Dominus (contra præuiſas hæreſes aliquorum:) quod habet in ſe duas naturas, diuinam ſcilicet & humanam, & conſequenter (vt Pilato dicenti, Ergo rex es tu? quaſi ex obliquo reſpondeat) quod ſecundum vtrãque naturam eſt rex. Ego; inquit, in hoc natus ſum ideſt natiuitate æterna à Patre, ſicut Deus de Deo, ita rex ex rege: Et ad hoc veni in mundum ſcilicet per natiuitatem temporalem aſſumpta natura humana. 3. de Sal. quæſt. 35. artic. ſecundo, ſicut homo de homine ideſt de virgine deſcendente ex ſtirpe regali Dauidis, ita rex ſecundum quod homo ex homine rege, 3. de Sal quæſt. 31. artic. ſecundo, quarto, & quæſt. 35. artic. ſeptimo. In multis Elucidationum notationibus. Quid eſt illud tex. In hoc, & Ad hoc? Eſt magna propenſio faciendi hanc rem ideſt perhibendi teſtimonium veritati. Ac ſi per duo hæc verba in tex. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati; dicat apertius: Ego & naturali, & voluntaria, & æterna, qua Deus, & temporali, qua homo ſum, firmiſſime indefectibiliterque inclinatione feror ad perhibendũ teſtimonium veritati, ita vt mihi inclinationem talem exequi neceſſarium ſit, & contra, vel præter illam aliquid velle aut agere, mihi omnino ſit impoſſibile. Porro totum hoc de Chriſto verificatur: quia ipſe eſt veritas, Ioan. decimoquarto, & ſe ipſum negare non poteſt, ſecundo Tim. ſecundo.

Quãta ſit & quam infallibilis inclinatio Chriſti ad tuẽdũ fidei veritatem.

CÆTERVM quod teſtimonium ipſius de veritate non erat ab omnibus fide debita ſuſcipiendum; Dominus ſubſequenti ſententia tex. Omnis, qui &c. demonſtrat: diſcernendo ſuſcepturos à non ſuſcepturis ex diuerſa habitudine ad veritatem. [Ne mirentur ergo pluſquam oportet diſcipuli Chriſti, puta prædicatores, Doctores &c. ſi quando teſtimonium eorum, quod Catholicæ, vtilique veritati & verbis & factis perhibent, non ſuſciperetur ab omnibus: quoniam non eſt ſeruus maior domino ſuo &c. Ioan. decimoquinto.] Dicit ergo tex. Omnis, qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Hoc eſt. Quicunque eſt amator, inquiſitor, ſuſceptor, defenſorque veritatis, non in hac tantum, vel illa, materia (puta, Logicali, Phyſicali &c.) ſed veritatis ſimpliciter ſcilicet ita vt nulli vero repugnet: omnis inquam talis, audit vocem meam. Omnis enim talis eſt ex veritate.

ANNOTATIO SEXTA, Cap. XVIII.

OMNIS, qui eſt ex veritate, audit vocem meam.] Eſt ſcilicet per affectum, non tantum per creationem. Nam ſi ille, qui eſt per creationem tantum ex veritate, audiret vocem CHRISTI; nullus eſſet infidelis in mundo; ſed omnes, & ſinguli eſſent Chriſtiani, ideſt CHRISTI fideles: cum omnes, & ſinguli à prima veritate ſcilicet DEO, creati ſint, prima quæſtione quadrageſimaquarta, articulo primo, & quæſtione quadrageſimaquinta, articulo ſecundo. Patet autem intelligenti terminos, quod omnis, qui ex veritate eſt per affectum, audit vocem CHRISTI: quandoquidem manifeſtum eſt, & quod vox CHRISTI non poteſt eſſe niſi vera, ideſt continens veritatem, cum CHRISTVS ſit veritas, Ioan. decimoquarto, & quod affectus ex veritate, vt taliter affectus, non poteſt tendere niſi ad veritatem. Porro notandum eſt (contra Pelagianam arrogantiam:) quod non dicit text. omnis, qui audit vocem meam, eſt ex veritate, quia ſequeretur, quod ideo eſſemus ex veritate, quia CHRISTO credimus. [Et ita operis boni principium eſſet ex nobis:] ſed dicit tex. Omnis, qui eſt ex veritate, audit vocem meam, vt ex iſto ordine verborum det intelligere, quod ideo credimus CHRISTO, quia ſumus ex veritate

Affectus noſter ad bonum eſt à Deo nobis ex gratis donatus.

tate, id eſt quia accepimus donum Dei qui eſt ueritas, per quod credimus Chriſto, & amamus ueritatem ab ipſo prædicatam. [. Et ita, ſecundum hunc textum. Deus eſt principium boni operis in nobis: iuxta illud etiam Phil. j. Vobis datum eſt, & vt in eum credatis, & ut pro illo patiamini, itemque illud Epheſ. ſecundo. Gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc, non ex vobis, Dei enim donum eſt, non ex operibus, ut ne quis glorietur]. Aduertas quoque quam opportune dixerit Dominus præmiſſa tria. Reſpondit primo, regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, ad tollendum ſcandalum Pilati Zelantis pro regno Cæſareo, quod erat de hoc mũdo, & hoc de ſuo regno dixit Dominus, quia publice acclamatus fuerat, ipſo conſentiente, Meſſias, Matth. vigeſimoprimo. Mar. vndecimo. Luc. decimonono, Ioan. 12. Affirmauit ſecundo, ſe eſſe teſtem veritatis, ad tollendum falſitatem, & falſitatis ſuſpicionem. Dixit tertio, ſe habere credulos auditores omni vanitate in credendo ſibiipſi carentes, utpote qui ſint affecti ad ueritatem. Vnde patet, quòd Dominus hoc tertium dixit, ad defenſionem ſuorum credẽtium, videlicet, quòd non ſunt leues corde in credendo talia, & conſequenter ꝙ iniuſtiſſime reputantur inde uani, & ſine ſufficienti ratione credentes, ab infidelibus. [Puta, ab Auerroe maledicto dicente: Chriſtianos eſſe garrulatores, & ſine ratione ſeipſos mouentes ad credendum ex fide Catholica ſibi ſuppoſita. Contra quem, & conſequenter pro correſpondẽte expoſitione ad hunc textum Euangelicum, uide Elucidationes formales, ſecunda ſecundæ articulorum numero decimonono.]

Chriſtianis redditur teſtimoniũ a Chriſto, ꝙ non ex aliqua vanitate ſed ex magna ueritate, mouentur ad credẽdum.

PORRO (vt clarius, diſtinctiuſque præmiſſa nunc explicemus) textum hunc, ſcilicet: Omnis qui eſt &cę. apponere pro ſigillo, oportuit Dominum, ut hinc & quantum ſit Zelotes (ſic enim antiquitus uocabatur, Exo. vigeſimo, trigeſimoquarto.) pro auditorum ſuorum honore, cauſaque eorum defendenda, oſtenderetur, & Pilatus poſſet intelligendo penetrare qualitates duas. Videlicet. Qualitatem primo illorum, qui ipſius Domini doctrinam interiori etiã auditu cordis, cuſtodiaque bonæ operationis, audiebant, [ſic intelligitur textus, Audit] quòd, ſcilicet erant homines rationales, non autem animales, primo Corint. ſecundo hoc eſt, quòd non erant fabuloſa, ac ſenſui externo placentia, vanaque ſectantes, ſed erant veritatis amatores præcipui, auidiſſimique, ac indefeſſi ſectatores. Hoc enim totum importat verbum illud textus: Qui eſt ex ueritate. Ita quòd eſſe ex veritate, eſt eſſe hominem non animalem, ſed rationalem, id eſt non fabularum, non ſenſualitatum, non uanitatum, ſed ueritatis amatorem, ac ſectatorem, & hoc non uulgariter, ſed auide, præcipue, indefeſſe. Sicut enim in textu ueritas ſumitur principaliter pro ueritate anthonomaſtice dicta, id eſt pro ueritate, certiſſima. [Talis enim eſt ueritas fidei, ſecunda ſecundæ, quæſtione quarta, articu. octauo. De qua veritate hic propriiſſime loquitur CHRISTVS]: ita huiuſmodi ueritatis amator, atque ſectator, debet correſpondenter cointelligi, quòd ſit anthonomatice talis, id eſt amator non uulgaris, ſed vehementer auidus, indefeſſus, præcipuus.

Secundo.

Secundò qualitatem regni, ſui quam intelligere poſſet Pilatus, Dominus oſtẽdit per eundem textum: Omnis, qui eſt ex &cęt. Per hoc enim oſtendiſſe eum conſtat, quòd regnum ſuum, & ſchola, eſt regnum, & ſchola veritatis. Dignatus eſt ergo Dominus inſinuare de regno ſuo non ſolum negatiuam, id eſt quòd non eſt de hoc mũdo, ſed etiam affirmatiuam, ſcilicet quòd eſt regnum veritatis. Ex tali igitur dicto ſicut excludebatur Iudæorum accuſatio illa, ſcilicet ipſum uſurpaſſe regium titulum Cæſari contrarium, ita ſimul excludi intelligebatur illa alia, ſcilicet ipſum ſubuertiſſe ac ſeduxiſſe populum. Nam ex eo, quòd regnum ſuum, & ſchola, erat regnum & ſchola veritatis. [Hoc eſt, quòd & ipſe ſoli ueritati operam dabat, & audientes ipſum erant ex ueritate] ſequitur manifeſte, quòd nulla ab ipſo erat ſubuerſio, nulla ſeductio, nullus ad malum aliquod, ſeu ad uanum, prouocabatur, ſed tota CHRISTI doctrina, tota prædicatio,

Regnum Chriſti, i. Eccleſia Catholicæ, eſt regnum veritatis.

Digitized by Google

catio, tota vita, totum regnum, & ex veritate, & in veritate, & ad veritatem ſyncere, id eſt nulla commixta falſitate, erat.

ANNOTATIO SEPTIMA. Cap. XVIII.

QVID EST VERITAS? & cum, hoc dixiſſet, exiuit iterum ad Iudæos]. En fructus, ſeu effectus, reſponſionis Domini præmiſſæ, motio videlicet mentis Pilati ad bonum. In hoc enim, quòd Pilatus, audita tota reſponſione CHRISTI, dicit ei, Quid eſt veritas? attractum ab eius uerbis intelligimus ipſum, & ad hoc, ut eſſet de ſchola eius, accenſum. Vnde Beatus Thomas illud Pilati a domino quæſitum ponderans, inquit. In quo datur intelligi, quòd Pilatus, propulſa ſuſpicione regni terreni, ac intelligens, CHRISTVM eſſe regem in doctrina veritatis, cupit ueritatem ſcire, ac effici de regno eius. Vnde dixit, Quid eſt ueritas? non quærens, quæ ſit diffinitio veritatis, ſed quæ eſſet ueritas, cuius virtute de Regno eius efficeretur, [Dans per hoc intelligere, quòd veritas mundo erat incognita, & ferè ab omnibus euanuerat, Dum eſſent incre duli]. Hæc ille, ſuper Ioann. Intellexerat ſiquidem Pilatus ſaltem in quodam generali ex verbis CHRITI; quòd quoddam dominium inuenieba- tur extra communem modum hominum exiſtens: Quod utique verum eſt, ſi magis in particulari conſideretur, quia veritas diuino filio appropriatur, prima quæſtione trigeſimanona, articulo ſeptimo, octauo. & veritas, per quam in præſenti homines fiunt de Regno CHRISTI, eſt quædam impreſſio, & participatio veritatis Diuinæ, ſcilicet fides, ſecunda ſecundæ quæſtione quarta, articu. tertio, quarto. & Gratia Dei, prima ſecundæ quæſtione centeſimadecima, articu. primo, ſecundo. & quæſtione centeſimadecimatertia, articu. primo, ſecundo, tertio, & cęt. De quibus duobus ſcriptum eſt, Ioann. primo. Gratia, & veritas per IESVM CHRISTVM (qui eſt illa prima veritas eſſentialis) facta eſt.

Multis datur bene incipere, quib. ex ſuo ipſorũ defectu in pœnã nõ datur bene perſeuerare vſque in finem.

Cæterum Pilatus ſuæ illius interrogationis non expectaſſe reſponſionem, inſinuat ſequens text. Et cum hoc dixiſſet, exiuit iterum ad Iudæos. Cur autem eam, non expectauerit, multiplex cauſa ſolet a Doctoribus aſſignari. Prima eſt, quia talis materia erat de Regno ſpirituali (ut textura docuit), ipſe autem, ut Vicarius Cæſaris, non habebat ſe intromittere, niſi de temporalibus. Ideo hoc ille mox, ut interrogauerat, aduertens dimiſit illius quæſtionis proſecutionem.

Primo.

Secunda cauſa fuit, quia iam perceperat & Chriſti innocentiam, & Iudęorum malitiam, quòd ſcilicet per inuidiam tradidiſſent eum, Matth. 27. Mar. 15. Ideo, prætermiſſa illa quæſtione, uoluit ſtatim procedere ad eius liberationem (vt ex ſequenti contextu patet). Quam cauſam ſecundam explicans B. Auguſtinus dicit: Cum dixiſſet Pilatus, Quid eſt veritas? credo, in mentem illi veniſſe continuo conſuetudinem Iudæorum, qua ſolebat, eis dimitti unus in Paſcha. Et ideo non expectauit, ut reſponderet ei IESVS, ne mora fieret, cum reuoluiſſet morem, quo poſſet eis in Paſcha dimitti, quod eum ualde voluiſſe; manifeſtum eſt. Hæc ille ſuper Ioann. Quibus ſubſcribit Beatus Chryſoſtomus dicens. Sciebat quidem Pilatus, quoniam hæc interrogatio indigebat tempore, oportebat autem eum eripere ab impetu Iudæorum. Ideirco & exiuit. Hæc ille, ſuper Ioann. His quoque omnibus concors Beatus Thomas inquit: Subito uenit Pilato in mentem, quomodo per quandam conſuetudinem liberare CHRISTVM poterat, qua ſolet eis dimitti unus in Paſcha. Et ideo reſponſionem non expectans, totaliter contulit ſe ad hoc procurandum. Et ideo dicit textus: Cum hoc dixiſſet: audiebat Iudæorum tumultum. Et credens, ſe illum poſſe compeſcere, & poſtmodum quietius difficilis quæſtionis reſponſionem audire, exiuit iterum ad Iudæos. Hæc ille ſuper Ioannem.

Secunda.

Tertia denique non expectandi cauſa (ſecundum Alcuinum) fuit, quia Pilatus forſitan non erat dignus prædi-

Tertia.

ctæ

Digitized by Google

Quarta.

ſtæ queſtionis audire reſponſionem. Addi poteſt & quarta, ex parte tamen permiſſionis Chriſti, quia ſi tūc audiſſet ſuæ interrogationis reſponſionem, liberaſſet vtique illum, vtpote ab ipſa trahendi in diuinum amorem efficaciſſima, quam audiſſet, veritate omnino attractus. Ideo Dominus noſter, ne ſuam paſſionem impediret, noluit retinere Pilatum reſpondendo ſtatim, ſed voluit permittere, illum exire inaudita quæſiti ſolutione. Nec mirum de hoc. Nam vidimus in Euangelio ſemper Chriſtum eſſe auidiſſimum patiendi pro nobis. Vnde & Petrum impedientē &c. repreſſit multoties.

Saluatoris auiditas ad ſal uãdũ nos.

ANNOTATIO OCTAVA, Cap. XVIII.

EGO nullam inuenio in eo cauſam.] Ego, inquit, qui ſcilicet Romanū regnum, ne per vllius perſonæ intruſionem vel ambitionē aut ſubdolā vſurpationē, diminuatē, vel in parte ulla à Cæſare deficiat; ego, inquā, tantus zelator integritatis Regni Cæſaris, vtpote Vicarius eius in regione veſtra (ò Iudæi,) poſtquam nunc, nunc, examinaui diligenter hunc hominem circa articulum accuſationis eius à vobis mihi oblatæ, ſcilicet de regio titulo ſuper Iudæos vſurpato, non inuenio in eo cauſam. En textus pre ſentis ex ſuis contextibus (ut patet circunſtantias literæ conſideranti) ſenſus literalis. Grande utique & irrefragabile eſt hoc teſtimonium Innocentiæ CHRISTI à iudice Pilato coram tantis eiuſdem inimicis expoſitum. Ergo per hoc faretur ipſe Pilatus, quod regnum CHRISTI non tangit Regnum Cęſaris, & conſequenter quod CHRISTVM dixiſſe ſe regem (de quo accuſauerant eum Iudæi) nullam continet cauſam læſæ Maieſtatis eius, ideoque nec mortis. Ego (inquit) nullam inuenio in eo cauſam. Teſtimonium hoc ſemper Pilatus reddidit CHRISTO, nec vnquam à teſtificando hoc ipſum deflexit, id quod apertiſſime conſtat ex lectione conformi omnium Euangeliſtarum. Contra conſcientiam ergo fecit, & ſe facere cognouit, cum tradidit eis illum, ut crucifigeretur Ioan. decimonono, in cuius ſignum certiſſimum ſtat illud Luc. vigeſimotertio, IESVM tradidit uoluntati eorum. Non dicit, Rationi, ſed voluntati, nec voluntati cuicunque, ſed tumultuanti, vocibuſque irrationabiliter more beſtiarum ſylueſtrium ad cœlum uſque ſublatis perſtrepenti: iuxta illud eiuſdem ibidem. Inſtabant uocibus magnis, poſtulantes vt crucifigeretur, & inualeſcebant uoces eorum, & illud Matthæ. vigeſimoſeptimo, videns Pilatus, quod nihil proficeret, (ſcilicet in replicando teſtimonium de innocentia CHRISTI, per tex. Quid enim mali fecit?) ſed magis tumultus fieret.

Conſequētia, ex ore Pilati, neceſſariiſſima, q̃ ſ. cõtra cõſciētiam tradiderit xp̃m morti.

Quare autem contra conſcientiam volens fecerit, patebit legenti, & ponderanti, quo ordine procedat Euangeliſta noſter capite decimonono, ad narrandum condemnationem mortis CHRISTI à Pilato factam. Ibi enim antequam dicat tex. Tunc ergo tradidit illum eis, vt crucifigeretur, præmiſerat illum tex. Exinde quærebat Pilatus dimittere eum, Iudæi autem clamabant dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris, omnis enim qui ſe regē facit, contradicit Cæſari. Quid tibi hic ordo narrationis, ſi uel tantillum prudentis naturaliter rationis in diſcurrendo adhibeas, demonſtrat? Quod timor mundanus, quo ſcilicet perdere amicitiam Cæſaris ex delatione Iudæorum (prout minabantur) timuit, impulit Pilatum & ad deſiſtendum ab inquiſitione dimittendi CHRISTVM, & ad tradendum illum Iudæis, ut crucifigeretur. Patet ergo, quod timor ille mundanus fuit cauſa illius peſſimi effectus, ſcilicet, quod Pilatus contra conſcientiam illam ſuam toties multis modis à ſeipſo manifeſtatam faceret, & quidem dupliciter. Dictabat nanque ei ſua conſcientia duo hęc (ut ipſemet oſtendit,) ſcilicet quod dimitteret CHRISTVM, & ex neceſſariiſſima ſequela, quod non traderet eum Iudæis ad crucifigendum, quorum neutrum is agitatus timore ſeruauit. Cęterum hæc loco ſuo capite 19. examinando textus prædictos, magis diſtincte patebunt.

Timor mũdanus fuit ruina Pilati, trahendo efficaciter voluntatem eius ad faciendũ cõtra ſanũ iudiciũ intellectus ſui.

Digitized by Google

bunt. Nunc enim tanquam per occaſionem illius teſtificationis Pilati, Ego nullam inuenio in eo cauſam, adducti ſunt, & pro quanto contra conſcientiam feciſſe teſtificantem monſtrabant, ſecundum veritatem ſummariam ſolummodo ponderati. [De timore mũdano, quod, & quare ſit ſemper malus, vide 2.2.q.19 art.3. De conſcientia, vt ſcias melius quomodo fecit contra cõſcientiam, vide 1.q.79. ar. 13. Quod metus.i timor, non cauſet inuoluntarium ſimpliciter, vide 1.2.q.6. art.6. Ad propoſitum uero Pilati peccatum adde argumentum illud: Si uoluntas diſcordans à ratione errante eſt mala ſemper, 1.2.q.19.art.5. ergo multo magis erit mala ſemper illa voluntas, quæ diſcordabit à ratione recta, ibid. Et talis fuit in propoſito, voluntas Pilati.

ANNOTATIO NONA, Cap. XVIII.

CAVSAM in eo nullam inuenio.] In his verbis concluſionem examinis Pilati exprimentibus debere ſubintelligi aliquid aliud, ſcilicet, quod ad accuſationem de regno affectato Saluator ſic, & ſic, reſponderit: ſuadet indubitanter ratio humani iudicij, quod tunc Pilatus in iudiciorum forma Romano more expertus exequebatur. Iuxta igitur talis iudicij rationem procedentibus dicendum eſt, quod Euangeliſta explicando concluſionem illam, Ego nullam inuenio in eo cauſam, cointellexit implicite docere, concluſionis eiuſdem præmiſſas fuiſſe ſimul ab eodem Pilato relatas ad Iudæos, cum nõ fuerint præſentes examini facto in prætorio. Retulit ergo eis Pilatus, quod Saluator ad articulum de regno ſibi ab ipſis obiectum reſpondit affirmatiue, cum declaratione tamen qualitatis regni, ſcilicet quod Rex eſt, ſed regnum ſuum non eſt de hoc mundo, quod & manifeſte probauit per hoc, quod non fecit ſibi mundanos miniſtros ad ſuimet, ſuique regni, defenſionem (ut reges de hoc mundo facere ſolent, & debent.) Manifeſta eſt autem iſta probatio, quoniam ſi tales miniſtros ſibi feciſſet, miniſtri illi vtique decertarent, vt nõ traderetur vobis Iudæis.

Ex concluſione narrata cointelligitur, & præmiſſarum concluſionis narratio.

Hucuſque ſunt præmiſſæ illæ, quas Pilatus retulit Iudæis, & ex quibus ſententiã illam coram eiſdem concluſit. Vis videre, quomodo coram eis? Ecce. Vos Iudæi accuſaſtis eum apud me, quod dixit ſe regem, & quod ideo contrariatur Cæſari: propterea inferentes vlterius, quod ipſe, vt contrarius Cæſari, meretur mortem. Totius ergo veſtræ accuſationis cardo ſtat in hoc puncto, ſcilicet, quod ipſe eſt contrarius Cæſari. Vnde ſi dicere ſe regem, poſſet non trahere ſecum contrarietatem ad Cæſarem, tunc profecto, ſecundum etiam cuiuſque alterius ſanum iudicium, nulla eſſet mortis cauſa in aliquo homine ex eo, quod diceret, ſe taliter eſſe regem. Hucuſque omnia clara, inquit Pilatus ad Iudæos. Modo ad rem de hoc homine quem mihi obtuliſtis, applicentur prædicta.

PVNCTVM illud, quod veſtræ accuſationis robur eſt, homo iſte diſſoluit, reſpondens regnum ſuum nõ eſſe de hoc mundo, & per conſequens tota ueſtræ accuſationis intentio, quæ ad mortem eius inde tendebat, fruſtratur omnino. Et ego propter hoc idem dicere, ſi iuſte iudicem (ut debeo) coactus ſum, quod nullam cauſam mortis inuenio in eo, quandoquidem manifeſtiſſimum eſt, quod regnum non de hoc mundo non contrariatur regno Cæſaris, vtpote exiſtenti de hoc mundo. Tunc Iudæorum primates, his à Pilato auditis, nihil quod ad rationes iudicis reſpõderent, habuerũt, niſi iſtud. ſ. q. homo ille vidẽs, ſe nõ poſſe negare articulũ primum accuſationis, videlicet quòd dixerit ſe eſſe regem Iudæorum, in[...]rtere uolebat, tanquam aſtutus, materiam regni per illam ſuam fictionem de regno non de hoc mũdo, & hoc illũ finxiſſe, vt mortem euadat. Subintulit ad hæc Pilatus. Si regnum non de hoc mundo ficte, vel realiter reperiatur, neſcio, nec de tali re ſolicitor, vt quæ mihi ex officio non incũbat: vnũ ſcio de quo, vtpotè ad officium meũ pertinente, ſolicitari debebam, q, iſte homo non habet, nec habere procurauit, regnum de hoc mundo. Et hoc mihi, tanquam pro Cæſare vices iudicialiter gerenti, ſufficit ad abſolute, & firmiter concludẽdum illud ſuperius, ſcilicet:

Ego

Innocētia Christi à Pilato, & cognita, et Iudæis annunciata.

Ego nullam inuenio in eo cauſam. Quod autem homo iſte neque habeat, neque procurauerit habere, regnum de hoc mundo, ego ipſe rationabiliter & credere, & palam vobis ex officio meo intimare, coactus ſum ex eo, quod ille nullum fecit ſibi miniſtrum ad tēporalis regni acquiſitionem, tuitionem, ſeu conſeruationem, id quod nobis ad oculum patet, quia nullus de tot, tantarumque regionum populo [nūc ſcilicet in Paſcha, ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt Actu 2.] comparuit, vel in ſecreto, ad faciendum, dicendum, aut mouendum, aliquid ſaltem minimum in fauorem eius.

ANNOTATIO DECIMA,
Cap. XVIII.

EST conſuetudo vobis, vt vnum dimittam &c.] Antequam ad hunc locum veniret Pilatus, eum multa feciſſe Euangeliſta implicite in his verbis intelligit, nempe omnia illa, quę in coeuangeliſta Luc. 23. prælegerat. Pro cuius meliori captu ſciendum eſt, quod Iudæorum Pontifices, audito iudicio Pilati præmiſſo ægreferentes liberationem Chriſti, quam Pilatus ſic loquendo inſinuabat, ad multiplicationem accuſationum ſeſe totos conuerterunt, vt vel ſic, ſcilicet multitudine rumorum vincerent, quem ratione ſuperare non poterant. Inualeſcebant ergo dicentes Luc. 23. Commouit populū docens per vniuerſam Iudęam, incipiens à Galilæa vſque huc, & prohibuit tributa dari Cęſari. Has autem duas accuſationes hic attulerunt primates Iudęorum ad oſtendendum Pilato, quod regnū vſurpatum ab illo homine, quem tanquam innocentem pronunciabat, erat de hoc mūdo, ad quod mox ſequebatur contrarietas aduerſus Cęſarem.

Notoriſſime redditur falſa Iudæos, totam eorūdē accuſatiōnē cōtra Chriſtum.

Notauit apud ſemetipſum Pilatus illud iam communiter ita notorium mendacium, vt nulla tergiuerſatione poſſet celari, quod .ſ. homo ille prohibuiſſet, tributa dari Cęſari. Quis enim non ſolum Iudæorum, ſed & Gentilium (cum ad quæſtionem de tributis eſſent præſentes etiam Herodiani) ignorabat, deciſionem illius quæſtionis ab hoc homine factam fuiſſe in fauorem Cęſaris? Quis, vel cęcus, non uideat, quod dicere populo, Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cęſari, non eſt prohibere tributa dari Cæſari? Math. 22. Mendacio igitur publico tam inuerecunde à Iudæis in accuſationibus commixto per ipſius iudicis prudētiam animaduerſo, cointellexit per eandem Pilatus, reliquas etiam accuſationis partes ex hoc mendacio ipſius, & contra hominem illum nihil omnino, & contra ipſos accuſatores plurimum efficaciter, valere. Rurſus, Mendacium illud, cum totam accuſationum maſſam, ſecundum iura Romanis iudicibus nota, redderet vicioſam, faciebat hoc aliud, quod .ſ. Pilatus & magis aperte cognoſceret, quod Iudęorum Pontifices non per ueritatem, ſed per inuidiam veritatis inimicum tradidiſſent eum Mar. 15. & magis firmaretur in iudicio proprio, quod prædixerat de innocentia Chriſti. Attamen idem Pilatus, audito ab accuſatoribus nomine Galilææ, volens, tanquam aſtutus, effugere tam inſolentium Pontificum & turbarum cauſam contra Chriſtum, reijciendo totum huius rei negocium in alium, miſit ipſum ad Herodem Galilæorum ordinarium iudicem, qui Herodes, nihil dignū morte inuento in ipſo, remiſit eum ad Pilatum.

TVNC Pilatus, pronunciata iterum coram Iudæis innocentia Chriſti, etiam de mente Herodis Luc. 23. & expertus, quod nec iudicio ſuo proprio, nec iudicio Herodis, ſatisfacere poterat primatibus Iudæorum, aggreſſus eſt tentare aliā viam, ſi forte, etiam inuitis primatibus (quos nimium inuidia obcęcatos nouerat) liberare poſſet Chriſtum fauore populi. Porro uia hæc erat conſuetudo, quæ (ſecundum Bedam) ex antiqua patrum traditione deſcenderat, ut ob recordationem liberationis ex Ægypto, vnū in die Paſchæ Iudęi dimitterent uinctum.

Quod Pilatus ſemper poſt primū examen factum cum Chriſto, tenuit fixum ī corde eū eſſe regē Iudæorū, non de hoc mūdo.

Quæ quidem cōſuetudo etiam à Romanorum præſidentibus (ſecundum Sanctum Thomam) poſtea fuerat eis in fauorem populi conceſſa, & conſeruata. Dicit ergo, hāc viam arripiens, Pilatus Iudæis. Eſt conſuetudo vobis, vt vnum dimittam uobis in Paſcha. Deinde exhortatiue infert, vultis ergo, dimittam vobis Regem Iudæorū? Quaſi aperte dicat: vos deberetis hoc velle. Nota ſuper tex. Regem Iudæorum,

illud

illud mirabile, quod hic ponderat Beatus Auguſtinus dicens. Auelli ex eius (.ſ. Pilati) corde non potuit Ieſum eſſe regem Iudæorum. Tanquam hoc ibi, ſicut in titulo ipſa veritas fixit, de qua, Quid eſſet, interrogauit. Hæc ille ſuper Ioan. Ex quibus patet hoc valde mirum, videlicet quod Pilatus fuerat adeo per Saluatoris de regni eius examine ſatisfactus, vt ex tunc in corde ſemper firmum tenuerit, non obſtantibus tot, tantiſque clamoribus omnium Iudæorum in cõtrarium, quod Saluator ipſe eſſet vere Rex Iudæorum, non de hoc mundo. i. ſine præiudicio Cæſaris. Id quod eodem ſenſu intellectum, etiam in titulo eiuſdem crucifixi poſtea poſuit, tanquam ſuum veritatis intentum publice manifeſtans falſitatẽ Iudæorum dicentium: Noli ſcribere &c. cõſtantiſſime reiecta, per tex. Quod ſcripſi, ſcripſi, Ioan. 19. Huculque omnia virtualiter de mente B. Aug. qui & ſententiam illam de Saluatore, i. de regno ſuo dicit (vt vidiſti) fuiſſe fixam in corde Pilati ab illa veritate, de qua ipſe, quid eſſet, interrogauerat Chriſtum, dicendo: Quid eſt veritas?

ANNOTATIO VNDECIMA Cap. XVIII.

VVLTIS ergo, dimittam vobis regem Iudæorum?] Signum illud illationis, Ergo, pondera. Niſi enim eſſet põderandum, breuius diceret Pilatus; Vultis, Dimittam vobis &cæ. Illud itaque ſignum denotat, quod ex conſuetudine illa bona ſequebatur directe hoc. ſ. & ꝙ ipſe paratus erat dimittere illum, & quod ipſi Iudęi ad hoc idem parati eſſe debebant. Ratio illationis huius eſt (inquiebat:) quia conſuetudo illa eſt introducta ad dimittendum aliquem vobis. i. ad complacentiam veſtram, non vtique nociuã, ſed vtilem. Porro, vtilitatis veſtræ ratio, meiq; officij debitum, dictat: quod, ſi aliquis dimittendus eſt (ut eſt, ne conſuetudo pereat,) innocens potius, quam nocẽs minuſque nocens potius, quam magis nocens, eſt dimittendus. i. è vinculis liberandus. Iſte autem homo eſt reuera innocẽs, [ideo vobis dixi, nullã inuenio cauſam,] & dato, quod eſſet nocens, eſt multo minus nocẽs, quam Barrabas [cum hic Barrabas ſit, vt ſcitis, publicus latro, ſeditioſus in ciuitate, & homicida Mar. 15. Luc. 23.] ergo recta ratio naturalis dictat, & quod ego illum hominẽ à vinculis abſolutum dimittam, & quod uos eundem dimitti uelitis, ac poſtuletis. Accedit ad hęc, quod homo iſte eſt Rex veſter, abſq; vlla offenſa Cæſaris [alioquin ego, qui apud vos ſum Vicarius Cæſaris, non permitterem, quod aliquis eum nominaret, & multo magis ipſe eum non nominarẽ, Regem Iudęorum, & conſequenter ſecũdum legem naturalem, atque ciuilem, debetis inclinari ad diligendum eum, ideo que ad liberationem eius. Huculque & Pilati tex. Vultis ergo dimittam uobis Regem Iudæorum? & textus eiuſdem uerus literalis ſenſus.

Perſuaſio Pilati, de ſeipſa efficax valde, ad Iudaos, pro liberãdo Chriſto.

Nota illud, Alioquin ego, &c. efficaciſſimũ eſt argumentum.

CLAMAVERVNT rurſum omnes dicentes: [Non hunc, ſed Barrabam.] Nota illud, clamauerunt. Super quo principaliter cadit hoc, clamauerunt? Super tex. Non hunc. Nolebant ſiquidem de principaliſſimo ſuo communi ſtatuto, ꝙ Chriſtus dimitteretur, & ideo ad manifeſtandum, quod erant ſiue per fas, ſiue per nefas, reſoluti totaliter in hoc, qđ Pilatus non dimitteret eum, vocibus quãtiſquantis poterant, clamauerunt. Quaſi clamore iſto ad exhortatorias rationes, quas pro Chriſto dimittendo præmiſerat Pilatus coram eis, reſponderent: nolumus vllam à te rationem in fauorem huius, etiam ſi mille alias adduceres, audire, quoniam firmiſſime apud nos ſtatutum pro ſemper eſt, vt non hunc velimus dimitti. Rurſus. Quod illud, clamauerũt, nõ cadat principaliter ſuper nomen, Barrabam, patet ex illo dicto Matth. 27. Quẽ vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabam. Ecce, quod de clamore non facit mentionem, quãdo de ſola Barrabę liberatione loquitur. Notabis quoque ſuper tex. Omnes, quod tanta fuit efficacia perſuaſionis à Principibus, & Senioribus, erga turbas. [Hanc enim implicite præſupponit hoc in loco Euangeliſta, ex Matth. 27. Principes Sacerdotum, & Seniores perſuaſerunt populis, vt peterent Barrabam, Ieſum uero perderent:] vt, nullo diſcrepante, omnis turba aduerſus Chriſtum, veluti furijs inuecta, verteretur. [En quanta mala in ſuis populis efficaciter

Digitized by Google

Vniuerſale pūctum .i. regula, ruinarum plebis.

ficaciter cauſant maiores, ſeu capita, quando mali, ſeu mala, fuerint. Quod ſit pro uniuerſali puncto ex hoc, aliiſque ſimilibus locis, exculpto]. Præſupponit etiam implicite Euangeliſta noſter illud temporis ſpacium, quo Principes illi cōmodius potuerunt modo prædicto ſubuertere turbas, quod ſpacium inſinuatur ex illo inter Pilati interrogationem de duobus, & turbarum reſpōſionem dicto Matth. 27. Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad eum uxor eius dicens. Nihil tibi, & iuſto illi. Multa enim paſſa ſum per uiſum propter eum. Item nota ſuper tex. Sed Barrabam, quòd Chriſtus elegit etiam pati pro nobis ignominiam hanc, q̄ poſtponeretur uni publico latroni, facinoroſoq; homicidæ, ſeditionumque commotori, ipſemet, qui & uitæ, & pacis, & omniū bonorum, liberaliſſimus largitor eſt.

ANNOTATIO DVODECIMA, Cap. XVIII.

NON hunc, ſed Barrabam]. Implicite ſubintelligit hoc in loco Euangeliſta noſter & quid, audito hoc uoto populi, fecerit Pilatus, & quid Iudęi ſubinde Pilato contrauenientes fecerint, vtpote narrata explicite ab alijs coeuangeliſtis, & ſpeciatim ſic a Matt. 27. Quid igitur faciam de IESV, qui dicitur Chriſtus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præſes. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifigatur. Videns, autem Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens. Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius. Vos uideritis. Et reſpondens uniuerſus populus dixit: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Tunc dimiſit illis Barrabam. Huculque ex Matthæo. Cum ergo dicitur in hoc tex. Non hunc, ſed Barrabam ſubintelligitur, ad explicādum ſingillatim ambas partes: quòd Pilatus, antequā actualiter dimitteret illis, idest ad preces illorum Barrabam (quod erat pars affirmatiua, ſcilicet ſed Barrabam) fuit ſollicitus de parte negatiua (.ſ. Non hunc). Vnde intendens liberare etiam Chriſtū, mediāte fauore populi, ſubiunxit ſtatim: Quid igitur faciam de IESV, qui dicitur Chriſtus? Quod utique per modum conſilij ſub forma talis interrogationis, proponere intendebat, ut uel ſic populus liberationem quoque Chriſti peteret. Ac ſi Pilatus per hoc turbis aperte dixiſſet: Ego in gratiam ueſtram, & ſolemnitatis feſti ueſtri præcipui .i. Paſchatis, ſum paratus dimittere non ſolum Barrabam, ſed etiam Chriſtum, ſi & hunc (quod uelim) petatis. Reſponderunt ad hoc omnes: Crucifigatur. Reſpondiſſent ſaltem (ut de alijs uinctis, poſt unius liberationem feciſſent, aut etiam ſolebant, alias, ſimili optione ſibi oblata), Nobis ſufficit, quòd pro conſuetudine noſtra ſeruanda vnum liberaſti, de reliquo nos non intromittimus, ſeu nihil (ut aiunt) ſcire uolumus. Tu proinde fac, quicquid uis, aut fac iuſtitiā; Tractarūt igitur in hoc caſu Chriſtum multo peius alijs omnibus quibuſcumque dicendo, Crucifigatur, cum tamen, ſecundum nunc dicta, de cæteris puniendis, uno dempto, ſe nunquam impedirent. Porrò uolēs Pilatus adhuc Iudęos ipſos extra omnē rationis modum a longe poſitos reuocare ad ſeſe, id eſt ad recordandum, ſe natura nō eſſe beſtias, ſed rationales, ſimulque (ut inquit B. Hierony. ſuper Mat.) iuxta ſuggeſtionē vxoris, quæ mandauerat, Nihil tibi & iuſto illi, facere, reſpondit ad illum clamorem turbarum: Quid enim mali fecit? Pondera illam coniunctionem, enim, quæ ſecundum grammaticos, cauſalis ſeu rationalis coniunctio uocatur, & uidebis, hoc reſpōſum Pilati eſſe idem, ac ſi aperte dixiſſet: Ad hoc, quod quis ſecundum rationem crucifigatur, requiritur neceſſario, quòd ipſe fecerit aliquid mali digni crucifixione: Sed iſte qui dicitur Chriſtus, nihil penitus mali fecit, &, ſi fecit, uos ex ratione in medium adducite mihi (quod non poteſtis), Ergo iſte, ex cauſa, id eſt ſecundum rationem iuſtitiæ, non debet, nec poteſt crucifigi. Quid ergo, o uos Iudęi? Iſte ſecundum eandem, i. iuſtitiæ, rationem debet abſolui, &, ut uere iuſtus, liberari. Totus hic expoſitionis diſcurſus, ſuper illam Pilati interrogationem retractiuam populi à tam iniuſta petitione ſua, eſt uirtualiter à B. Hieron. inſinuatus,

Quòd & qua ratione ualidiſſima Chriſtus a Pilato iuſtificetur.

Digitized by Google

tus, pauciſſimiſq; verbis comprehenſus,
textum ſic exponente. Quid.n.mali fecit?
Hoc dicẽdo, Pilatus abſoluit Ieſum. Hęc
ille, ſuper Matth. At illi, inquit textus ma
gis clamabant dicentes: Crucifigatur. Pe-
tenti Pilato cauſam, per tex. Quid enim
mali fecit? iſti, tanquam ſe ſine ratione in
tali negocio procedere factis ipſis profi-
tentes, loco cauſæ reddunt clamores prio
ribus maiores, quaſi quod bona cauſa cru
cifigendi eum, qui ſecundum ſententiam
iudicis nihil mali fecit, ſint clamores, &
tanto melior cauſa ſint, quanto fuerint al
tiores Tũc videns Pilatus, quia nihil pro
ficeret. ſ. ſtudium ſuum in turbis ad liberã
dum Chriſtum, accepta aqua, lauit &c.

TEXTVM hunc examinans B. Au
guſtin. inquit. Sæpius Pilatus cum Iudęis
egit, volens, vt dimitteretur Ieſus. Quod
pauciſſimis verbis teſtatur Matthæus, cũ
ſubdit: Vidẽs Pilatus, quia nihil profice-
ret, ſed magis tumultus fieret. Quod non
diceret, niſi multum ille conatus fuiſſet
(quamuis tacuerit, quoties hoc tentauit)
vt erueret Ieſum furori eorum. Hæc ille,
De conſen. Euang. Lauit vero manus co-
ram populo dicens, innocens ego ſum à
ſanguine iuſti huius, vt ſatisfaceret uxo-
ri, quæ ei per nuncium dixerat, nihil tibi,
& iuſto illi, ſimulque ut tali cauſæ, ſe exo
nerans, renunciaret [cum ad hoc ex una
Tribus de parte à propriæ conſcientiæ ſtimulis, ex
cauſis la- alia autem à Iudæorum omnium inſaniſ
uat manus ſimo furore, vrgeretur,] ac tandem vt tur
Pilatus, co bas uidentes iudicem trepidare mitteret
ram popu in timorem, quo medio in ſeipſas reuerſę
lo. conſenſum ei darent ad liberationẽ Chri
ſti. Porro hunc locum Euangelij pulchre
exponit B. Hieronymus his verbis: Pila-
tus ergo accepit aquã iuxta illud ꝓpheti
cũ, lauabo inter innocẽtes manus meas,
quodãmodo in hoc conteſtans, & dicens.
Ego quidem innocentem volui liberare,
ſed quoniam ſeditio oritur, & rebellionis
mihi contra Cæſarem crimen impingi-
tur, innocens ſum à ſanguine iuſti huius.
Iudex ergo, qui cogitur contra Dominũ
ferre ſententiam, non damnat oblatum,
ſed arguit offerentes, iuſtum eſſe pronun-
cians eum, qui crucifigẽdus eſt. Sequitur:
Vos videritis. Quaſi dicat: Ego miniſter
legum ſum, vox veſtra ſanguinẽ fundit.
Hæc ille ſuper Matth. Ad huiuſmodi fa-
ctum, vocemque Pilati reſpondens uni-
uerſus populus, in ſeipſum cum poſteris
præ auiditate obſtinatiſſima damnandi
Chriſtum aduocans peſſimam illam mul
tiplicemque maledictionem, quæ & ve-
nit, & veniet ei Pſal. 108. dixit: Sanguis
eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Ru
mor iſte concors turbarum monſtrat non
ſolum inſtabilitatem ipſarũ [utpote quæ
quinto die præcedenti. ſ. die palmarum
acclamauerant vniformiter Chriſto, Be-
nedictus, qui uenit in nomine Domini,
Rex Iſrael, Oſanna in excelſis. Matth. 21.
Mar. 11. Luc. 19. Ioan. 12. & deinceps con
currebant ad illius prędicationem audiẽ
dam in templo:] ſed etiam ſimul demon-
ſtrat, quod nullis artibus, nullis attractio
nibus, nullis medijs vſus fuerat Chriſtus
ad captandum fauorem hominum tam
magnatum, quam plebeiorum, id quod
eſt, factis monſtrare, regnum ſuum, ideſt
Chriſti non eſſe de hoc mundo. Toto ſi
quidem paſſionis eius tempore. i. tot ho-
ris decurſis ab hora comprehenſionis vſ-
que ad mortẽ incluſiue, nullus diues, aut
pauper comparuit in fauorẽ ipſius Chri-
ſti, nullus interceſſor pro eo uerbulum ex
pendit, nullus inter tãtam turbam vel Iu
dæus, vel Galilæus, vel cæterorum conue
nientium ad Paſcha fuit pro Ieſu, ſed om
nes contra (ut patet ex illo verbo tex. Vni
uerſus populus &c. omnes clamat &cæ.)
Porro, admirabili Conſilio diuino. (Non
enim ſine cauſa, vocatus eſt ab Iſaia, cap.
9. Admirabilis, conſiliarius Deus) Chri- *Nimis pro*
ſtus hæc ab hoſtium non verbis tantum, *funda ſunt*
ſed etiam factis, teſtimonia elegit, vt hinc *cogitatio-*
& mũdus, vel coactus, agnoſcat, quod ip *nes Dei,*
ſe non fuit author ſectæ, ſicut alij homi- *Pſal. 91.*
nes capita ſectarum, ſed diuinitatis [cu-
ius viæ à uijs humanis, vt cœli exaltan-
tur à terra Iſai. 55.] virtute fidem nomi-
nis ſui propagauit, & ſic teſtimonia diui
nitatis ſuæ. i. quod eſt uerus Deus, credibi
lia fierent nimis Pſal. 92.

CAPI-

CAPITVLVM DECIMVMNONVM.

Tunc ergo apprehendit Pilatus IESVM, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius &c. & veniebant ad eum, & dicebant: Aue Rex Iudæorum &cæt. vſque in finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

Intentio bona opus, quod de ſe eſt malum, non poteſt facere bonum (contra inſaniam Almarici:) nec ſuperiores excuſantur à ſubditorum peccatis, ſi ipſis conniuentibus cum debeant & poſſint impedire, ſubditi mala operentur (contra quorundam phantaſias:) ſcientique bonum, & non facienti, ſcire ipſum eſt peccatum, ac diſpoſitiò etiam quandoque efficax ad facienda alia maiora peccata (contra Lutheri dolos.)

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quoad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Tunc ergo apprehendit Pilatus &c. vſque ad tex. Maius peccatum habet. Prima itaque pars, ſ. inten. bo. op. qu. de ſe eſt mal. non po. facere bonum, patet ex hoc, quod Pilato, poſtquam Chriſtum flagellauerat, bona intentione, dictum eſt ab ipſo, quod ſic agendo peccauerat. Per illum enim tex. Propterea qui tibi me tradidit maius peccatum habet, indicauit Chriſtus Pilato, quod peccatum commiſerat, licet minus, quam illi, qui tradiderant ipſum ei. Qui enim dicit comparatiue alicui de alio, ille in tali re maius peccatum habet, quam tu, proculdubio commonſtrat ei, cui loquitur, quod & ipſe in tali negocio peccauit. Cæterum, ſi quæras, ubi peccatum Pilati fuit, reſpondetur, quod in flagellãdo Chriſtum. Cognouerat enim Pilatus, Chriſtum eſſe innocentem, iuxta illud tex. Ego nullam inuenio in eo cauſam Ioan. 18. & tex. A ſanguine iuſti huius, & ideo male tractando illum, hoc fecit contra iuſtitiam, propterea que ipſum ſic agẽdo peccaſſe dubium non eſt. Certum tamen eſt ſecundum Beatum Auguſtinum, quod Pilatus illa omnia fecit intentione bona, qui examinando tex. Tunc ergo apprehendit &c. dicit. Hoc Pilatus non ob aliud feciſſe credendus eſt, niſi ut eius iniurijs Iudæi ſatiati, ſufficere ſibi ęſtimarent, & uſque ad eius mortem ſęuire deſiſterent. Ad hoc pertinet, quod idem pręſes etiam cohortem ſuam permiſit facere, quę ſequuntur, aut fortaſſis & iuſſit. Dixit enim (Euangeliſta,) quid deinde fecerint milites: Pilatum tamen id iuſſiſſe, non dixit. Hæc ille ſuper Ioan. Taceo, qꝫ partem hanc primam concluſionis confirmauit poſtea, optimus Euangeliorum expoſitor, Apoſtolus dum his uerbis ad omnes vniuerſaliter extenſis vſus eſt Roma. 3. Non ſunt facienda mala, vt ueniãt bona. De quibus etiam bonę ſuę intentioni, de impunitate, confiſis, quantum in hoc decipiantur oſtendit ſubdens ibid. Quorum (ſ. mala facientium, ut ueniant bona) damnatio iuſta eſt. Ex quo, ad propoſitum hoc Euangelij applicando patet, quod peccatum illud Pilati, quamuis

Quare Pilatus flagellauerit & iniurijs affecerit Chriſtum.

Digitized by Google

bona illa intentione veſtitum, fuit mortale, quoniam illi peccato iuſte debebatur, ſecundum Apoſtolum, damnatio anthonomaſtice dicta, id eſt damnatio infernalis.

SECVNDA vero pars concluſionis, ſcilicet ſuperiores non excuſantur à ſubditorum peccatis, ſi ipſis conniuentibus (cùm debeât, & poſſint impedire) ſubditi mala operentur, patet ex eo, quod militum opera mala narrata in tex. Milites plectentes coronam de ſpinis &c. dabant ei alapas, imputantur Pilato in peccatû. Prędictus enim tex. Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet, demonſtrat, quod huiuſmodi opera militum fuerunt Pilato peccata. Nam textus ille extenditur (vt recta ratio dictat) ad illa omnia, quæ Pilatus contra Chriſtum egerat, & conſequenter ad coronationem de ſpinis &c. vtpote quæ aduerſus eum proxime facta ſint. Cæterum dicat quis. Pilatus contra Chriſtum illas ſuorum militû iniurias quomodo egit, ſi (ut Beato Auguſtino ſupra admitti poſſe videtur) huiuſmodi ſolum permiſit, & milites non ex illo, ſed ex ſeipſis iſta fecerunt? Adde, quod & Beatus Chryſoſtomus hoc ipſum expreſſius affirmat dicens. Non erat iniunctio principis, quod faciebant, ſed ad gratiam Iudaicam hoc faciebât. Quia neque circa initium ab illo iuſſi fuerant nocte, ſed Iudæis pecuniarum gratia gratificantes omnia audebât. Hæc ille ſuper Ioan. vbi & declarans, quid intelligat per illud quod faciebant, adiungit. Quia Pilatus dixit eum Regem Iudęorum, ſchema ei contumeliæ de reliquo apponunt. Nam pro diademate, ſpineam illi impoſuerunt coronam, & pro purpureo veſtimento, quo reges veteres vtebantur, veſtem purpuream ei circundant. Vbi non debet videri contrarium, quod Matthæus dicit, circundediſſe clamidem coccineam, quia vnius ſunt materiæ coccus, & purpura. Cucullæ enim inciduntur, & ex eis gutte ſanguinis fluunt, ex quibus vtriuſque generis tingitur ueſtimentum. Quamuis autem hęc milites illudendo facerent: nobis tamen operabantur myſteria. Nam per ſpineam coronam noſtrorum deſignatur peccatorum ſuſceptio: quæ, ſicut ſpinas, terra noſtri corporis germinat. In veſtimento purpureo caro paſſionibus ſubiecta ſignificatur. Purpura etiam ueſtitur, cum de triumphis Sanctorum Martyrum gloriatur. Sic enim (inquit Beatus Auguſtinus) implebantur, quę de ſe dixerat CHRISTVS: ſic Martyres informabantur ad omnia, quæ perſecutores libuit facere, perferenda, ſic regnum, quod de hoc mundo non erat, mundum ſuperbum non atrocitate pugnandi, ſed patiendi humilitate uincebat. Hæc ille ſuper Ioan. Reſpondetur ad illam obiectionem, quod Pilatus illas ſuorum militum contra CHRISTVM fecit iniurias, quamuis, ſecundum Doctores prętercitatos ſolum ipſas ab eis fieri permiſerit. Nam aliquis dicitur facere aliquid non tantum, quando illud facit per ſeipſum, ſed etiam quando facit illud per alium, & hoc multipliciter, ſcilicet, vel iubendo illi alteri, quod faciat illud, uel conſulendo, uel alias adiuuando, uel non prohibendo, cum ſcilicet debet, & poteſt, uel (quod in hoc idem redit) permittendo, cum ſcilicet debet non permittere & poteſt. Patet ergo ex his, quod Pilatus illa omnia fecit per milites, quoniam illa ab ipſis fieri non prohibuit, ſed permiſit, cum tamen deberet, & poſſet non permittere, ſed prohibere. Dico, cum tamen & cætera, quod etiam concluſio dixit, cum debeant, & poſſint impedire, quia alias nec Pilato militum, nec uniuerſaliter facta ſubditorum mala imputarentur iuſte ipſorum ſuperioribus in peccatum, quia nec tunc ſuperior uere poſſet dici facere illud per alium, cum de facto illo eſſet ignorans. Quod autem Pilatus debuiſſet, & potuiſſet ab illis factis prohibere ſuos milites, quodque facta illa non ignorauerit, patet. De debito quidem, quia ſciebat CHRISTVM innocentem, de poſſe vero, quia erat præſes, de non ignorantia autem, quia hoc ex textu habetur. Sic enim dicit Beatus Auguſtinus exponendo tex. Exiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis, Ecce adduco & cætera. Hinc apparet, non ignorante Pilato, hęc à militibus facta, ſiue iuſſerit ea, ſiue permiſerit, illa ſcilicet cauſa, quam ſupra diximus, ut hæc eius ludibria inimici libentiſſime

Obiectio.

Quanta bona ex coronatione Domini.

Reſpon. ad obiectionē prædictā.

Digitized by Google

Ira, & odium, cupiunt nocere proximo differenter.

tiſſime viderent, & vlterius ſanguinem non ſitirent. Hæc ille ſuper Ioan. & reuera ſatiati fuiſſent his Chriſti ludibrijs viſis, ſi ex ira contra ipſum mouerentur: quoniam naturale eſt, ut ira quieſcat, ſi videat eum, contra quem iraſcitur, humiliatum, & punitum (ut inquit philoſophus in Rhetoric.) & hoc, quia ira quęrit nocumentum proximi cum menſura. Sed quia mouebantur ex odio, iuxta illud Pſal. 119. Odio habuerunt me gratis, Chriſtoque literaliter applicatum Ioan. decimoquinto, ideo tot, tantiſque eius tormentis ſatiati non ſunt, quoniam odium totaliter, idest ſine menſura, quęrit exitium eius, qui odio habetur, iuxta illud Eccleſi. 12. Inimicus, ſi inuenerit tempus, non ſatiabitur ſanguine.

RESPONSIO Tacitæ obiectionis.

EX præmiſſa parte ſecunda concluſionis poſſet facile aliquibus parum eruditis aduenire dubium, ſecundum eoſdem, indiſſolubile, vnde & ſcandalizarent, & ſic ſcandalizati in multos errores, immo & hæreſes, inciderent. Nec mirum. Quoniam omnis error, omniſque hæreſis, ex ignorantia naſcuntur, id quod de hæreſibus verificari tunc ſignificauit Apoſtolorum princeps, quando hęreticos cognominauit indoctos, dicens 2. Petr. 3. Indocti deprauant ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem. Dictum eſt igitur ſupra, quod tunc mala inferiorum reputatur in peccatum ſuperioribus ſuis, quando ſuperiores poſſunt, & debent impedire, ne fiant, & non impediunt, ſed permittunt illa fieri. Quid ergo (obijciet quis) dicemus de Deo? Præſcit ille peccata omnia, & ſingula, quæ fient à creaturis, poteſt impedire, cum ſit omnipotens, ne fiant, & hoc (vt videtur) debet, cum ſit miſericors. Nam miſericordis patris eſt, nolle mala filiorum ſuorum, idest, quod ipſi peccent, & conſequenter ipſius eſt, impedire eos à peccando, ſi & inquantum poteſt. Cum ergo Deus omnipotens, & miſericors, omnia, ſingulaque peccata, quæ fiunt in mundo, permittat fieri (aliter enim fieri non poſſent:) quid hic dicendum? Nunquid

Eſſe indoctum, maxime in ſcripturarum intelligētia, eſt nomen hæreticorū. 2. Petr. 3.

peccata creaturarum facient Deum eſſe peccatorem? Quod ſi hoc eſt (ut omnino eſt) falſiſſimum, quomodo non erit etiam falſum id, quod ſecunda pars concluſionis dicebat? Etenim eadem ratio videtur vtrobique inueniri. Reſpondetur formaliter, quod falſum eſt, eãdem rationem vtrobique inueniri, proptereaque ſimul ſtare veritatem illius ſecundæ partis concluſionis, & falſitatem illius obiectionis, ſcilicet peccata, quæ fiunt à creaturis, redundare in Deum, faciendo videlicet eum peccatorem. Ratio duplex huius reſponſionis eſt, & quia Deus non debet vnquam cum ſit iuſtitiæ ac ſapientię regula, impedire, quando non impedit, à peccando, & quia Deus eſt uniuerſalis omnium rerum præteritarum, præſentium, ac futurarum prouiſor. Horum autem neutrum reperitur in creaturis, quas diximus ſuperiores: cum nullus ſuperiorum aut ſit illo modo vniuerſalis prouiſor, aut non debeat, tanquam iuſtitiæ, ſapientiæque regula impedire, quandocunque non impedit, ſubditos à peccando. Cum igitur in ſuperioribus humanis non inueniantur duo illa, vnde fit, quod inferiorum peccata nõ poſſint ſuperioribus illis imputari ad peccatum, non mirum ſi pars illa concluſionis dixit illud de huiuſmodi ſuperioribus, quod de Deo poſſe verificari, quantumcunque peccent creaturę, impoſſibile omnino eſt.

Deus eſt infallibilis regula iuſtitiæ & ſapientiæ.

PORRO, EX EISDEM duobus in reſponſionis ratione poſitis conſtat, quid reſpondendum ſit ad illius obiectionis probationẽ de hoc, quod & Deus eſt miſericors, & ad miſericordẽ patrem quid pertineat. Dicendum enim eſt primo, quod Deus eſt miſericors, prima quæſtione vigeſimaprima, articulo tertio, ſecundo quod Deus eo quod bonus & miſericors eſt, non vult aliquod culpę malum in nobis, prima quæſtione decimanona, articulo nono, tertio quod Deum eſſe miſericordiarum patrem non facit, quod ſemper impedire debeat homines à peccando. i. quod nunquam debeat permittere peccata ab ipſis fieri. Ratio huius eſt: quia cum hoc, quod eſt miſericors, eſt etiam iuſtus, prima quæſtione vigeſimaprima, articulo primo, ſecun-

Vu do,

Digitized by Google

do, omniumque abſolute vniuerſalis pro uiſor, 1. quæſt. 22. art. 2. Ex eo enim, quod iuſtus eſt, conuenit eum, permittere aliquando, & quod aliquis peccator in pœnam peccati ſui præcedentis peccet iterum [poteſt enim vnum peccatum eſſe pœna alterius, prima ſecundæ, quæſtio. 87. art. 2.] & quod obduretur, ac excæcetur, in peccato, prima ſecundæ, quæſtio. 79. artic. 3. & quod aliquis ſibijpſi homini derelinquatur ad effrenate vtendum libero ſuo arbitrio, eundumque in adinuẽtionibus ſuis, 2. 2. q. 2. art. 5. ad primum, & Pſal 80. 105. Ex eo autem, quod Deus eſt prouiſor vniuerſalis, decet eum ſe habere differenter ad particularem (qualis eſt homo) prouiſorem. Quomodo autem vtrique ſe habere conueniat, declarat optime (pro more ſuo) fideliſſimus Eccleſiæ catholicæ Doctor Sanctus Thomas, 1. q. vigeſimaſecunda, art. 2. ad argumentum ſecundum [quod erat. Omnis ſapiens prouiſor excludit defectum, & malum, quantum poteſt, ab his, quorum curam gerit, videmus autem multa mala in rebus eſſe, aut igitur Deus non poteſt ea impedire, & ſic non eſt omnipotens, aut non de omnibus curam habet] reſpondens ſic. Dicendum, quod aliter de eo eſt, qui habet curam alicuius particularis, & aliter de prouiſore vniuerſali. Quia prouiſor particularis excludit, quantum poteſt, defectũ ab eo, quod eius curæ ſubditur, ſed prouiſor vniuerſalis permittit aliquem defectum in aliquo particulari accidere, ne impediatur bonum totius. Vnde corruptiones, & defectus in rebus naturalibus dicuntur eſſe contra naturam particularem, ſed tamen ſunt de intentione naturæ uniuerſalis, inquantum defectus unius cædit in bonum alterius, uel etiam totius uniuerſi. Nam corruptio unius eſt generatio alterius, per quam ſpecies conſeruatur. Cum igitur Deus ſit uniuerſalis prouiſor totius entis, ad ipſius prouidentiam pertinet, ut permittat aliquos defectus in aliquibus particularibus rebus, ne impediatur bonum uniuerſi perfectum. Si enim omnia mala impedirentur, bona multa deeſſent uniuerſo. Non enim eſſet uita Leonis, ſi non eſſet occiſio animalium, nec eſſet patientia Martyrum, ſi non eſſet perſecutio Tyrannorum. Vnde dicit Auguſtinus in Enchiridion. Deus omnipotens nullo modo ſineret, malum aliquod eſſe in operibus ſuis, niſi vſque adeo eſſet omnipotens, & bonus, ut benefaceret etiam de malo. Hęc ibidem. Denique, quod in Deum nec directe, nec indirecte, vllum peccatum cadere poſſit, vide prima ſecundę, quæſtione ſeptuageſimanona. articulo primo, cum ſolutionibus hoſtilium argumentorum.

Vtilitas defectuū elicita ex malo à ſapientia diuina.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, ſcienti bonum facere, & non facienti, ſcire ipſum peccatum eſt illi, ac diſpoſitio etiam quandoque efficax ad facienda alia maiora peccata, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Tunc ergo apprehendens & cætera. Ex eo enim, quod flagellationem hanc à Pilato factam introducit cum illatiua cõiunctione, Ergo, habetur intentum. Nam talis coniunctio cum ex præcedentibus inferri ſolet (ut patet,) præcedentium examinationem præſupponit ad hoc, ut illius rei, quæ per ipſam infertur, plena intelligentia habeatur. Vt in propoſito, dicamus. Quæ res per illam coniunctionem, ergo, hic infertur? Quod Pilatus apprehendit CHRISTVM, & flagellauit. Vis igitur plene intelligere originem, vnde proceſſerit, quod eum flagellauit? Ad præcedentia recurre, quoniam ex illorum examinatione tibi occurret illa origo, quam quæris. Quid igitur in præcedentibus bene penſaris uides? Quod Pilatus & cognouit CHRISTI innocentiam. [Ego, inquiens, nullam inuenio in eo cauſam Luc. vigeſimotertio, ex his, in quibus eum accuſatis,] & quod ideo uolens eum ex toto abſolue re, id eſt actualiter liberare, ad uocem turbarum in contrarium irrationabiliter clamantium non liberauit eum, hoc eſt, ut ſatisfaceret eis, uel ſaltem ne contriſtaret eas, ſuſpendit ſententiam actualis liberationis CHRISTI, quem ſciebat eſſe tunc de iure actualiter liberandum. [Incœpit ergo tunc facere contra

Quō incœpit Pilatus facere cōtra cōſcientiam, & quare.

tra

tra propriam conſcientiam, minus timens offendere Deum, & iuſtitiam, quã turbas, & Pontifices.] Origo igitur, vnde ad Chriſti flagellationem proceſſit Pilatus, fuit: quod ipſe ſciuit bonum tunc de iure faciendum, & non fecit. Hoc ergo ſuum ſcire, fuit ei peccatum, non quia ſciuit, ſed quia conformiter ad ſcientiam non fecit. [Quod & confirmatur ex Apoſtolo Iacobo vniuerſaliter dicente, capite quarto. Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi.] Ex hoc autem, quod conformiter ad ſcientiam nõ fecit, in peius mox poſtea corruit, quod ſcilicet contra conſcientiam fecit, dum videlicet Chriſtum flagellauit. A non facere ergo ſecundum ſcientiam, quod minus eſt, trãſijt ad facere contra conſcientiam, quod maius eſt. Proinde uis videre diſtinctius, & ponderare, ad quantum malum Pilatus, ne diſpliceret hominibus, proceſſit à principio? ſciebat Chriſtum debere ex toto liberari, ſi ſecundum leges iuſtitię res fieret. Sciebat per conſequens de neceſſitate, Chriſtum non debere non dico flagellari, ſed nec in minimo male tractari, niſi contra leges iuſtitiæ veniretur. Et tamen non ſolum non liberauit eum, non ſolum non male in aliquo minimo tractauit eum, non ſolum iuſtitiæ terminos nõ ſeruauit erga eum, ſed etiam ad flagella multa, ad coronam ſpineam, ad purpureum pro ludibrio veſtimentum, ad ſalutationes pro rege irriſorias, ad ignominioſas alapas, condemnauit eum. Ne mireris igitur, ſi hoc totum, tantumque peccatum fuerit efficax diſpoſitio ad peiora (quod affirmabat concluſio.) Ratio ſiquidem probans particulam concluſionis hanc, eſt illud philoſophicum dogmã, Phyſicorum primo. Vno inconuenienti dato, neceſſe eſt multa ſequi, & illud Metaphyſic. t. Paruus error in principio magnus eſt in fine. Quid ergo putas dicendum, iuxta hoc non tam philoſophiæ, quam frequentis experientiæ dogmã, quando error in principio eſſet magnus? Quantum errorem tunc in fine produceret? Et, ſi uno paruo inconuenienti dato, neceſſẽ eſt multa ſequi: ex vero magno inconuenienti dato, quam multa, & quam magna, fore ſecutura oportebit inferre? Talis, ſecundum textum flagellauit & cætera, fuit in principio error Pilati, ſcilicet magnus, & ita magnus, ut uix æſtimari poſſit. Nam flagellationem hanc diligentiſſime per ſingula examinans Beatus Vincentius ordinis Prædicatorum, in ſermone Paraſceues, inquit.

Duo de erroribus à philoſopho & ab experientijs, dogmata.

MILITES, qui flagellabant eum (ſecundum aliquos) erant quatuor. Quorum primi duo (ſecundum Hieronymum in Gloſſa) uirgas de ſpinis, & vepribus acutiſſimis habuerunt confectas: quibus cutem aperuerunt. Illis vero fatigatis, alij duo flagella habuerunt, in quorum ſummitate erant nodi aculeis acutiſſimis transfixi, carnem ſanctam ſcindentes. Alij autem duo habuerunt cathenas habentes vncos in ſummitatibus, quibus carnem extraxerunt. Vnde Euſebius, & Chryſoſtomus ſuper illo uerbo, Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, dicunt, quod illa diſciplinã fuit triplex, ſcilicet dura, quia uirgis & ſpinis durior, quia flagellis nodatis, duriſſima, quia catenis ferreis, CHRISTVS fuit cæſus. Vnde, cum ſecundum Medicos in corpore humano ſint ducenta ſeptuaginta ſex oſſa, itã CHRISTVS fuit flagellatus, quod quodlibet os recepit triplicem ictum, vnum de uirgis, alium de flagellis, tertium de catenis. Hæc ille ſanctus. Qui & ibi accedens ad declarandum textum. Milites plectentes coronam de ſpinis & cætera, aſſumens etiam ex coeuangeliſtis illa, quæ ex eiſdem implicite cointellexit Euangeliſta noſter, inquit. Solutus igitur CHRISTVS de columna, ueſtes proprias induerẽ uoluit, ſed non fuit permiſſus. Nam milites ſuſcipientes eum de loco flagellationis introduxerunt in atrium, & conuocant totam cohortem. Induerunt eum ueſte purpurea antiquã, & aſpera, in ſignum Regiæ Maieſtatis.

De flagellatione, & coronatione Dominica, &c.

(Nam purpura reges utebantur.) Et plectentes coronam de ſpinis marinis, quæ acutiores, & longiores ſpinas habent cæteris ſpinis, & capiti eius impoſuerunt, quæ eum in capite in locis ſeptuaginta duobus crudeliter vulnerauit. Nam erat ad modum pi-

Corona de ſpinis.i. iũcu marinis &c.

Digitized by Google

lei, ita quod vndique caput tegeret, & iã geret, ita ꝙ aculei oſſa penetrarent. Iſti iunci, ſecundum Iſidorum, fuerunt intra concaui, ſugentes ad ſe ſanguinem Chriſti. Arundinem vero dederunt in dexterã eius, quaſi pro ſceptro regali, & illudebant ei, & genuflexo cęperũt ſalutare eũ, irriſorie dicentes. Aue Rex Iudęorum. Quaſi dicerent. Regem te dixiſti Iudęorum, iam coronatus es &c. Et expuentes in eum, dederunt ei alapas, tanquam fatuo. Hucuſque ille ſanctus. Quibus & optime explanatus eſt præſens Euãgelij textus, & abunde probata illa tertia pars concluſionis.

COROLLARIVM PRO Expoſitione textus.

EX prædictis ergo omnibus maximè ex vltimo S. Vincentii verbo, patet, quod totus hic text. ſi referantur acta ibi narrata ad intẽtionem agentium illorũ, exponendus eſt ſic. Tunc Pilatus per miniſtros apprehendit eum, ſ. tanquam fatuum [adeo videlicet, ut apprehenſionis modus, & qualitas præſeferret conformitatem quandam ad qualitatem & modum, quo apprehenduntur fatui: Aliter enim, id eſt alijs modis qualificantur, vt ad ſenſum patet, actuales apprehenſiones fatuorum, quando ſcilicet milites apprehendunt fatuos, & alijs hominum ſenſatorum, quando videlicet vadunt actualiter ad apprehendendum, actualiterq; apprehendunt, homines ſenſatos, id eſt non fatuos. Quod autem dixi nunc de fatuorum apprehenſione, quo ad qualitatem, & modum, cointelligi volo etiam in cæteris, quæ dicuntur in text. flagellauit, Plectentes, &c. impoſuerunt capiti, &c. Hoc eſt. Ita flagellauit, vt flagellationis modus, & qualitas pſeferret quandam conformitatem ad qualitatẽ & modum, quo flagellãtur fatui. Puta, quod flagellantes riderent, cachinnarẽtur, vocib. altis ſeſe ad flagellandum nullius momẽti homuncionem &c cohortarentur &c. Vt ſi tu uidiſſes actus, geſtus, habitus illorum, dicteria, ſales mutua (quod aiũt), neſciendo alias, quis flagellaretur, dixiſſes: Fatuus eſt, quem nudum ad columnã ligatum uideo flagellari, ſicq; peſſime

Qualitates in externis cõfictę probant etc.

tractari. Nam omnia, quę faciunt, faciunt in contemptum eius talem, ut ex uiſis illis uenias in cognitionem, quod iſte eſt, qui tali modo contemnitur eſt fatuus.] Et milites, inquit text. coronam de ſpinis, ſcilicet pro coronando fatuo (dicebant) aptiſſimam. Tex. Impoſuerunt capiti eius ſcilicet tanquam capiti fatuitatis pleno. Text. Veſte &c. circundederunt, ſcilicet modo fatuum condecente. Tex. Aue Rex ſcilicet fatue. Tex. Dabant alapas ei, ſcilicet tanquam fatuo. Interim, dum ſingula hæc, aliaque implicite ex coeuangeliſtis ſubintellecta, ab ipſis agerentur, vociferantes: Fatue &c. Fatuitas &c. Fatui, hæc ſunt: Fatuo iſta conueniunt &c. Vis, vno verbo dicam? & corde, & ore, & opere, ſe totos in fatuitatem transformabãt, vt ſeipſis totis Saluatorem noſtrum de aliqua fatuitate notarent.

CÆTERVM, ſi eadem omnia, & ſingula quæ textus dicit ad intentionem Chriſti referas, ſapientiam vndique ſpirant infinitam. Ita videlicet, ut ſecũdum intentionẽ militum illa conſiderans Euãgeliorũ optimus expoſitor dixerit 1. Cor. 1. Chriſtum Iudęis ſcandalum, Gentibus autẽ ſtultitiam, & ſecundũ intentionem Chriſti ipſamet introſpiciẽs dixerit ibid. Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapiẽtiã. Vide igitur in his omnibus in textu narratis extrema de eodem ſecũdũ diuerſas conſiderationes. Nam idem Chriſtus, vt a mundo. [Hic per milites nunc repreſentatur] conſideratus, non ſtultus tñ, ſed & ſtultitia reputatur, & ut iuxta realem veritatem introſpectus, non ſapiens tñ, ſed & ſapientia, & hæc utiq; diuina, exiſtit. Audiſti intentionem priuorũ ſupra explicatam. Audi nunc intentionem Chriſti circa hæc explicandam. Dixerat Chriſtus Pilato illud, quo totum negociũ ſui regni, ꝗ. ſ. non contrarietur Cæſari, oſtendebatur aperte, & hoc fuit c. 18. tex. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Quia vero totius quæſtionis inter ſe, & accuſatores Iudęos, & iudicem Pilatum, cardo pendebat hinc [nam ſublata contrarietate illa a regno Chriſti, iam nihil haberi a malignantibus cõtra ipſum, licet ſit rex, manifeſtum adeo reſtat, vt nihil ſupra], propterea voluit CHRISTVS, & per ſeipſum, & per ſuos inimicos

cos

Digitized by Google

Chriſtus hoſtes probat, q regnum ſuū non eſt cōtrariū Cæſari.

cos tum maioris tum minoris conditionis, probare illud. ſ. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Quod per ſeipſum probauerit, patet ibi in tex. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utique decertarent, vt non traderer Iudæis: Qđ autem per inimicos idipſum [& conſequenter, quod innocens eius ſanguis ſine cauſa dānatur] probauerit, patet in hoc tex. Flagellauit, &cær. coronam de ſpinis &c. Aue Rex &c. & aliorum coeuangeliſtarū textibus ſimilia narrantibus hic implicite ſubintellectis. Ecce inimicorum de illa re probationes Pilatus, & Herodes factis ipſis indicarunt, ſe iudicaſſe Chriſtum eſſe ſtultum, & pro ſtulto habendū Luc. 23. inde moti, quod dixerat ſe regē, & vijs omnino contrarijs ad eſſe regem, ſeu (quod in idem redit ad obtinendum regnum proceſſerat. Quid igitur per hoc dicere voluerunt? Regnum huius hominis, ſi tamen eſt Rex, non eſt de hoc mundo. [Et hoc eſt veritas quamuis vtrunque ſcilicet & tale eiuſdem hominis procedere, & regnū non de hoc mundo dari, nos reputemus multam inſaniam.] De Herode quidem, quod iudicauerit, iudicariq; ab alijs voluerit, Chriſtum pro ſtulto, patet ex illo tex. ſpreuit illum Herodes cum exercitu ſuo, & tex. illuſit indutum ueſte alba. De Pilato autem idipſum patet ex eo, quod poſtquam ad ſe remiſſum Chriſtum pro ſtulto iudicatum vidit ab Herode, tunc cum illatiua coniunctione dixit in tex. Corripiam ergo illum & dimittam, ideſt ego etiam, vt conforme oſtendam eſſe iudicium meum Herodi, correptionem flagellorum, inſigniumque regalium cum illuſione ei adhibitorum, declarabo, me non inuenire in homine ipſo, niſi ſtultitiam. Vnde conſtat, quod quando dicitur hic Ioan 19. Apprehendit, flagellauit eum, milites &c. ſubintelligitur Pilatus hæc omnia feciſſe, tanquā ſigna oſtenſiua ſtultitię hominīs illius, circa quem iſta agebantur.

Concluſio ex dictis neceſſaria, multumq; notanda.

QVID ERGO ex his indubitanter eſt concludendum? Quod Saluator noſter uoluit ab Herode prius, & poſtea à Pilato proprijs factorum eorundem iudicijs puniri, tanquam ſtultus, ut ſic homines etiam increduli cogerentur (ſi tamen vel tantillum rectæ rationis haberent) mentibus firmiter tenere, & uocibus uniformiter confiteri, quod ipſe Saluator non fuerit uſus malis, aut humanis, artibus ambiendo primatum (uti nanque talibus artibus ſicuti eſt ſignum talis ambitionis, ita non uti illis eſt ſignum contrarij.) Locupletiſſimi ſiquidem teſtes adſunt Herodes & Pilatus Saluatoris noſtri regnum non de hoc mundo eſſe proteſtantes: dum illum pro uirorum ſtultiſſimo tractant, eo quod ad regnum, de quo accuſabatur, contraria mundanorum principum uia proceſſerat. Nam hi, ad quos negocium primatus ſpectabat, ſcilicet Herodes & Pilatus factis ipſis multarum irriſionum oſtenderunt, quod geſta CHRISTI ad principatum relata ludibrio, & maximo quidem, ſecundum humanum iudicium digna erant. Et uere ludibrio tali digna fuiſſent, ſi per talem uiam, ſeu (quod idem eſt) per talia geſta intendiſſet ambire principatum mundanum, id eſt (ut verbis Euangelij dicamus) regnū de hoc mundo exiſtens. Prædictis autem duorum iudicum opinionibus adhęſerunt ſui exercitus, milites, & tota cohors. Regem eum uocant (ut patet in textu:) & tamen illudunt. [Nunquid non & Pilatus in titulo Crucis uocabit eum regem? & tamen crucifiget:] Ac ſi per hoc aperte dicant. Non negamus, hunc eſſe regem, ſed negamus, eum eſſe regem de hoc mundo. Ecce ſapientia Chriſti infinita, quod ab inimicis habet vſque in finem teſtimonium, ſe eſſe regē ſupra humanum.

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD erroneum eſt illud Almarici dogma, ſcilicet, quod ex charitate carnaliter commiſcentes, quęcunque ſtupra, adulteria, &cæt. committant, non peccare, ſeu (quod in idem redit) mulieres non peccant carnaliter ſeſe uiris commiſcendo, dummodo ex charitate id agant. [Quaſi uidelicet Almaricus ſic inſaniens affirmet aper-

Digitized by Google

te, quòd bona intentio opus de genere ſuo malum, poſſit facere aut quòd non ſit malum, aut ꝙ ſit bonum], vide ex concilijs, ſcripturis &c. eſſe definitum, in Elucidatio. 2. 2. articulorum numero 116. & 3. de ſacram. Addit. articulorum num. 51. Item in Veritatibus aureis ſuper totam legem ueterem Leuit. 9. concluſ. 1. Quòd erroneum eſt illud quorundam relaxatorum dogma, ſcilicet quod ſuperioribus non imputentur peccata ſubditorũ ſuorum, ſi poſſint & debeant, ea impedire: Nec excuſantur dicendo, nec etiam Deum impedire peccata (cum ipſe, ſumma regula iuſtitiæ infallibilis, non debeat illa impedire) per hoc volentes, quaſi ex obliquo, attribuere Deo peccata, quæ fiunt a creaturis eius [cùm tamen de hominibus ſuperioribus per negligentiam peccata ſubditorum cõniuentibus, ſub perſona ſua dicat Dauid, Pſal. 18. Ab alienis peccatis, parce ſeruo tuo: Ad differentiam Dei peccata permittentis, de quo idem ait, p̃s. 91. Rectus Dñs Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo], id quod ſummã blaſphemiam hęreticalem eſſe, vi deas, ex Concilijs, ſcripturis &c. in Eluc. 1. par. artic. numero 123. 259. 515. & 1. 2. articul numero 428. & 3. de ſacram. Addit. articu. num. 198. Item in Veritatib. aureis &c, Gen. 3. conclu. 6. & Exod. 6. concluſ. 3. per totũ. Quod erroneum eſt illud Eunomij dogma. [quòd Deus a nobis nihil aliud requirit, niſi ut ipſum ſolum cognoſcamus [ex oppoſitis ergo catholicũ dogma eſt concluſionis pars illa, ſcilicet ſcienti bonum facere, & non facienti, ſcire ipſum eſt peccatum illi Iacob. 4.] vide in Elucid. prima par. artitu. numero 4. & 2. 2. art. nume. 242. Item in Veritatib. aureis &c. Geneſ. 2. concluſ. 6. & cap. quarto, conclu. decima. & cap. 17. conclu. quinta. & numero 11. concluſ. ſecunda & Deuter. 11. conclu. prima. Quòd erroneum eſt illud Lutheri dogma, ſcilicet ſolam fidem iuſtificare (quaſi quòd & Deus a nobis nil requirat, niſi vt ipſum cognoſcamus, & falſum dixerit Apoſtolus Iacob. cap. 4 ſcienti bonum &c & illud eiuſdẽ, ſcilicet fidem habenti nullum flagitium, nullum ſcelus, imputatur, vide ex ſacroſanctis Conciliis &c. in Eluci. prima parte articulorum numero quarto. 437. & 1. 2. articulor. nu. 602. & 1. ſecundæ articulorum numero 600. & 3. de ſacram. Addition. articulorum numero 56. 442.

Item in Veritatib. aureis &cęt. Geneſ. 17. concluſione quinta. & Leu. 11. conclu. ſeptima. & cap. 15. concluſ. 4. & capitu. 4. concluſ. 6. & numero 14. concluſ. nona. & Deuter. 7. conclu. 1. & cap 29. concluſ. 5. Quòd erroneum eſt illud Iouiniani monachi dogma, ſcilicet peccata omnia eſſe parta (quaſi quòd vnum peccatum non poſſit eſſe diſpoſitio ad pe ora), vide ex ſacroſanct. &c. in Elucida. pri. ſecundæ, articulorum nume. 389. 464. & 2. 2. articulorum numero 108. 794. & 3. de ſacramen. Additio. articulorum numero 400. Item in Veritatib. aureis &c. Exo. 9 cõcl. 6. & Leuit. 4. concluſ. 1. & Deuteron. 29. concluſione quinta.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. XIX.

CHRISTI veram Diuinitatem apparituram tempore paſſionis ſuæ, et per conſequens illum, qui patiebatur, eſſe verum Deum, fuit antiquitus prophetatum, quam prophetiam ipſe tunc adimpleuit pluries, cuius & innocentiam, vt homo erat, futuram maximam propheta docuit, eamque Pilatus etiam ſæpius agnouit, & coram Chriſti accuſatoribus, ad ipſorum confuſionem, pertinaciamq; (ſi poſſibile fuiſſet) reuincendam, manifeſtauit.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionẽ, quo ad omnes eius partes, probat Euangelista per tex. Vt cognoſcatis, quia nullam inuenio in eo cauſam, & text. Accipite eũ vos, & crucifigite, ego enim &cęt. & per tex. IESVS reſponſum non dedit ei Veritas itaque primæ partis, ſcilicet Chriſti veram diuinitatẽ, &c. vſque, adimpleuit pluries, conſtat ex eo: ꝙ Chriſtus Pilato dicenti: Vnde es tu? reſponſum non dedit. Ad cuius conſequentię, ſ Chriſtus reſponſum Pilato tunc non dedit, ergo per hoc & verificata eſt prophetia de ipſo, ꝙ eſt verus Deus, & ipſe tunc adimpleuit eam,

Digitized by Google

tam,ſciendū,ꝙ de eo dicit̄,Iſai.53.Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. Generationem eius quis enarrabit? Propter ſcelus populi mei percuſſi eū. Ex eo igitur, ꝙ Chriſtus coram interrogationem illā faciente,tanquam agnus coram tondente ſe non dedit reſponſum, ſed ſapienter(ut omnia facit)obmutuit,nec aperuit os ſuum,patet; ꝙ ipſe eſt ille,de quo ſubiūctum eſt,ibid. Generationem eius quis enarrabit? Hæc autem generatio omnibus ineffabilis (ſecūdū ſanctorū doctorum expoſitiones) procul dubio eſt generatio diuina, qua videlicet Chriſtus,vt Deus, a Deo patre fuit æternaliter genitus. Per taciturnitatem ergo illā Chriſti adimpleta eſt prophetia illa,quod ſcilicet is,qui tunc patiebatur, erat & verus agnus ibi figuratus, & verus Deus, nō quidem in perſona patter,neque Spirituſſanctus, ſed filius ineffabili generatione a Patre productus.

Pluries autem,inquiebat concluſio, hanc eandem prophetiā adimpleuit Chriſtus, quia & text.Matt.26. IESVS autem tacebat,& tex. Matth.27. Cum accuſaretur a principibus ſacerdotum, nihil reſpondit,& text. ibidem. Non reſpondit ei ad vllum verbum,ita vt miraretur præſes vehementer, & tex.Luc.23.At ipſe nihil illi,Herodi,reſpondebat, omnes, inquam hi textus probant illud intentum. Nonne & per hoc, quod tempore tot illuſionum Mar.14.tantæ flagellationis, tantęque coronationis Matth. vigeſimoſeptimo.Ioann.19.obmutuit, nunquam aperiens os ſuum,adimpleuit prophetiam illam,ideſt monſtrauit, ſe eſſe verum Deū inibi prænunciatum? Vnde B. Auguſt. locum hunc examinans,cuius examine illuſtrantur ſupradicta, inquit. Hoc ſilentium Domini Noſtri Ieſu Chriſti non ſemel factum collatis omnium Euangeliſtarum narrationibus reperitur, & apud principem ſacerdotem,& apud Herodē, & apud Pilatum, vt non fruſtra de illo prophetia prædixerit, ſicut agnus coram tondente ſe ſine uoce, ſic non aperuit os ſuum,tunc vtiq;, quādo interrogantibus non reſpondit. Quamuis enim quibuſdam interrogantibus ſæpe reſponderit, tamen propter illa, in quibus noluit reſpondere, ad hoc data eſt de agno ſimilitudo,ut in ſuo ſilentio non reus, ſed innocens haberetur, id eſt nō ſicut male ſibi conſcius, qui de peccatis conuincebatur ſuis,ſed ſicut manſuetus,qui pro peccatis immolabatur alienis. Hæc ille, ſuper Ioan. Quibus & adde,id quod idem ſuper tex. Non haberes poteſtatem &cęt. dixit.Ecce, reſpondit prouide. Vbi non reſpondebat,non ſicut reus,ſine doloſus, ſed ſicut ouis ſilebat: Vbi reſpondebat, ſicut paſtor docebat. Hæc ille. Et licet particulariter pro textus exigentia loquatur,tamen illud pro regula etiam vniuerſali de Chriſto ſumendum eſt: Vbi non reſpon.&c.Vbi reſpon. &c.

Chriſtus tacendo probat, ſe eſſe verū Deum patris filiū.

CÆTERVM, ſi quæratur pro textus ſpecialiori intelligentia,cur Pilato Dominus in præſentiarum non reſponderit interroganti: Vnde es tu? Ratio plana in promptu eſt, quia iā diſcuſſum fuerat, & a Pilato cognitum (vt Euangeliſta noſter implicite ex Luc.23.ſubintellexit ſuperius),ꝙ ipſe Chriſtus erat Galilæus,quod erat Nazarenus, ſub Herodis iuriſdictione exiſtens. Ideo,tanquam ſuperflue interroganti reſponſum non dedit Pilato,per hoc inſinuans,quod doctrina ſua non ad ſuperfluitatem, ſicut nec ad curioſitatem (putà, cum non reſpondit Herodi), nec ad uanam contentionem (puta,cum non reſpondit falſis teſtibus Matth. 26. & furibundis atque tumultuantibus Iudęorū Pontificibus Math.27)eſt ordinata,ut deſeruiat, ſed tantum ad puram, & ſimplicem ueritatem, ideoque ad humanæ ſaluti neceſſaria, ſiue utilia.[Taceo,quod non reſpondendo tūc moraliter nos docuit,qđ ſuperfluæ interrogationi congrua reſponſio eſſe debet ſilentium]. Poteſt & ad proximiora prædictæ interrogationi accedendo, reſponderi,quod ideo Chriſtus tunc nō reſpondit, quia Pilatus non erat æternæ generationis filij Dei capax, vtpote gentilis, & idolatra exiſtens.Tunc ergo adimpleuit illam ſcripturam Eccleſ.32. Vbi auditus non eſt, non effundas ſermonem (quod & feciſſe illum dicere ultra alias expoſitiones, poſſumus, quando dicenti Pilato, Quid eſt veritas? nullum reſponſum dedit). Poſſumus quoque præmiſſis adijcere examen B. Chryſoſtomi ſuper text. Reſponſum non dedit ei, dicentis.

Regula vniuerſalis de vſu linguæ Chriſti.

Quia audiuit Pilatus, quoniam in hoc natus ſum, & ad hoc veni, & quoniã regnũ meum non eſt hinc, cum debuiſſet reſiſtere, & eripere eum: hoc quidem non fecit, ſed ſecutus eſt Iudaicum impetũ. Propterea ergo nihil ei reſpondit, quoniam inaniter omnia interrogabat [.i. ex interrogatis nõ proficiebat]: Hæc ille ſuper Ioan. Ex quorum extremis uerbis, ſ. quoniam ina. omn. inte. docet nos, quod Deus ceſſat plerunque a reſpondendo, i. benefaciendo nobis, quando ex reſponſis, id eſt beneficiis ab ipſo receptis non (vt decet) fructificamus.

SECVNDA PARS Concluſionis.

Scilicet, Chriſti innocentiam, vt homo erat, futuram maximam propheta docuit, demonſtratur ex tex. Reſponſum non dedit ei. Iam. n. in primæ partis probatione dictum eſt, & declaratum, ꝙ & quomodo præſens Euangelij text. Reſpon. no. ded. e. uocat tex. propheticum Iſa. 53. ſicut agnus non aperiet os ſuum, & conſequenter pro manifeſto ibi connotatum eſt, quod etiam contextu eiuſdẽ prophetę per eundem Euangelij tex. uocari ratione conſignificatur, vtpotè qui ad eandem perſonam Chriſti, tanquam agni patientis pertineat, iuxta literalem ſenſum. Porro ipſius prophetæ de Chriſto dicit context. eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Vides ne hic, quantam innocentiam propheta in Chriſto futuram certiſſime (ideo enim loquitur in præterito) prænunciet? Etenim Iacobus Apoſtolus dicit capi. 3. Si quis in uerbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Dum ergo inquit Iſaias, quod in hominis Chriſto ore non fuit dolus (quod eſt, Chriſtum nunquam in verbo offendiſſe), ſignificat, quod Chriſtus fuit perfectus uir, hoc eſt, quod illius innocentia fuit maxima.

AB Iſaiæ igitur clariſſimo text. Neq; dolus inuentus eſt in ore eius, cõuincunt Iudæi de mendacio, quotieſcunque attribuunt Chriſto, ꝙ doloſe in ſuipſius verbis ſe habuerit. Vt. Qñ Pilato poſt examẽ de regno Iudęorũ teſtãti, ꝙ nullam cãm de hoc inueniebat in Chriſto, utpote cu- *Primo.* ius regnum, de quo ſe fuiſſe locutũ accuſabatur, non eſſet de hoc mundo (vt ipſe examinatus reſponderat) dixerunt, quod homo ille, veluti aſtutus, ad inueniendum ſermonem, quo ſe regem dixerat, fictionem hanc de regno alterius mundi, tanquam fugam pro euaſione mortis ſibi deſeruientem, inuenerat tunc in examine dicens: Regnum meum non eſt de hoc mundo. [Ergo, ab oppoſitis conuincitur, quod Pilatus verum ſenſum in præmiſſis Chriſti uerbis habuerit, dum verba ipſa ſine dolo prolata accepit. In cuius rei ſignum, auditis his eius uerbis, ipſe iudicauit, regnum eius nõ contrariari regno Cæſaris, ideoq; nullam cãm læſæ maieſtatis Cæſareæ, quam Iudæi in accuſando prætendebant, ſe in eo inuenire dicebat. *Iudæi in his tribus verbis Chriſtum commiſiſſe dolum, dicunt, Pilatus negat.* Item. Quando Iudæi Pilato nolenti propter articulum de regno, tanquã re vera ab accuſato Chriſto euacuatum, eundẽ crucifigere, dixerunt: Filiũ Dei ſe fecit. Quaſi non eſſet, ſed ſm calumniam Iudęorũ, ipſe de ſeipſo hoc doloſè confinxiſſet [Ergo, ab oppoſitis, Pilatus bene ſe habuit in hoc, ꝙ dolum in Chriſto ſic nouiter accuſato non ſuſpicari, ſed veritatẽ talis filiationis potius admirari ſe oſtendit, dum, audito hoc accuſationis articulo, ut dicitur in text. Magis timuit. Alioquin ſi fictionem, a ueritate rei alienam, in illo nouo articulo eſſe crediderit, non timuiſſet: &, ſi timuiſſet, non tantum, id eſt non tanto timore, quem importat text. Magis.] *Secundo.*

Item. Quando Iudæi Pilato in Crucis titulo ſcribenti, Rex Iudæorum, ſe oppoſuerunt dicentes: Noli ſcribere, Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum. Ac ſi aperte dixiſſent. Non eſt verum, quod ipſe ſit Rex Iudæorum: ſed verum eſt, quod ipſe doloſe fingendo, & per conſequens mentiendo, dixit: Rex ſum Iudæorum. [Ergo, ab oppoſitis, Pilatus dolum de Chriſto ſic dicente non arbitrari ſe monſtrauit, ſed ad hoc potius, quod ſic dicens ueritatem pronunciauerit, declinare, dum Iudæis illis reſpondit: Quod ſcripſi, ſcripſi. Hoc eſt: Nolo mutare ſcriptum, vtpote non credens, fuiſſe dolum in ore eius dicentis, Rex ſum Iudæorum. *Tertio.*

TER-

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſti innocentiam Pilatus ſæpius agnouit, & eam coram Chriſti accuſatoribus, ad ipſorum confuſionem, pertinaciamque (ſi poſſibile fuiſſet) reuincendam, manifeſtauit, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Ego nullā inuenio in eo cauſam, & tex. Adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis, quia nullam inuenio in eo cauſam, & tex. Accipite eum uos, & crucifigite, ego enim non inuenio in eo cauſam, & tex. Exinde quærebat Pilatus dimittere eum, & tex. Regem ueſtrum crucifigam? [Taceo nunc ea omnia, quæ à coeuangeliſtis expreſſe dicta noſter Euangeliſta implicite, pro ſuorum locorum exigentia, ſubintellexit. Puta. Ex Matth. vigeſimoſeptimo. Quid enim mali fecit? Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. Ex Mar. decimoquinto. Vultis, dimittam vobis regem Iudęorum? Hoc enim, vt habetur Luc. vigeſimotertio. Locutus eſt ad eos, volēs dimittere Ieſum. Item ex eodem Luc. ibidem. Ecce ego coram vobis interrogans nullam cauſam inuenio in homine iſto ex his, in quibus eum accuſatis. Sed neque Herodes.] Accuſauerant ſiquidem Iudæi Chriſtum de crimine læſę maieſtatis, quando dixerunt eum affirmaſſe, ſe eſſe regem Iudæorum, & ad hunc finem, vt ſcilicet conſtitueret ſe practicaliter regem ipſorum, commouiſſe populum vniuerſæ Iudęæ, ac prohibuiſſe tributa dari Cęſari. Cauerat enim Cęſar, ne quis alius à ſe ibi ſub pœna rebellionis, & ſuæ indignationis vocaret Rex Iudæorū. Ideo q cunque regē ſe Iudæorū facere attentaſſet, & crimen ipſius læſę maieſtatis incurrebat, & Iudæos apud Cæſarem de rebellione ſuſpectos reddebat. Dum ergo Iudæi dicunt, Chriſtum ſe regem Iudæorum dixiſſe, de duobus ipſum accuſare intendunt, ſcilicet de crimine illius maieſtatis offenſæ, & de totius populi per ipſum rebellione ſuſpecta. Vnde cum ſupra in concluſione dicitur, & per Euangelij apertas authoritates probatur, quod Pilatus innocentiam Chriſti, & agnouit, & coram eius accuſatoribus manifeſtauit, hoc intelligitur de innocentia Chriſti nō abſolute, ſed pro quanto pendebat ex accuſationum euacuatione. Sufficit enim ad verificandum illius concluſionis dictum, & illarum authoritatum atteſtationem, quod Pilatus agnouerit, & manifeſtauerit Chriſtum innocentem in tali caſu ſibi iudici propoſito, quod (vt patet) ſtat ſimul cum hoc, quod Pilatus Chriſtū eſſe in omnibus abſolute vniuerſaliter sūptis ſumme innocentem (ſicut erat) non agnouerit, iuxta illud 1. Cor. 2. Quam (ſcilicet ſapientiam, quę Chriſtus eſt) nemo principum huius ſeculi cognouit.

Pluries Pilatus uerbis, & factis, i. lotione manuū proteſtatur Chriſtum innocentem.

AD ipſorum (dicit concluſio) confuſionem. Quis enim neſciat, magnam fieri confuſionem accuſatori, quando à iudice illi in faciem dicitur. Ecce ego hunc accuſatum à te coram te interrogās nullam inuenio cauſam in eo ex his, in quibus eum accuſas? Nonne & eorundem inuerecundiam cōfuſionis contemptricem ſtomachatur, cum irriſorie dicit. Accipite eum vos, & crucifigite? Quaſi apertius dicat. Vos, qui neque timetis Deum, neque homines reueremini, ſed nec quid ſit iuſtum, aut conſcientiæ rectæ conſonum, attenditis, vos, inquam, tales acciperetis eum, & quamuis innocētem ſcienter crucifigeretis, ſi poſſetis, hoc eſt, ſi à Romanis non eſſent vobis ligatę manus. Ego autem non ſum talis, id eſt tam ab omni iuſtitia remotus, & ideo licet de facto poſſim eum crucifigere, tamen quia non poſſum de iure (cum nullam in eo cauſam, poſt tot tantaque examina, inueniam) nolo, ſed horreo ipſum crucifigere. Nunquid non & confuſionem maximam ingerere voluit, & increpatiue ingeſſit eis Pilatus, dum inquit: Regem veſtrum crucifigam? Vtique. Sed tamen præ inuidia eos nimis excęcante confuſionis proprię non erant capaces. Regem, inquit, veſtrum crucifigam? Stat Pilatus in ſua prima ſententia fixus, quod. ſ. hic homo re uera ſit rex Iudæorum. Vt enim dixit B. Auguſt. ſupra citatus, auelli ex Pilati corde non potuit Ieſum eſſe Regem Iudęorum. Quod ipſius Auguſtini dictum adeo uerum eſt, ut etiam in titulo Crucis ſcripſerit de illo Rex Iudæorum, nec unquam à Pontificibus etiam rogatus voluerit mutare ſcriptum.

Notanda verba Pilati cōtra inſaniam peruerſitatis omnis Iudęorū.

VT

VT COGNOSCATIS, &c.

ADDVCO (inquit) VOBIS EVM foras, vt cognoſcatis, quia nullã inuenio in eo cauſam. Scilicet, Mortis. Ac ſi dixiſſet. Ex hoc, quod flagellaui, & totupliciter (vt videtis) dehoneſtaui eum, cognoſcere poteſtis, & debetis: quod, ſi inuenirẽ in eo cauſam qua mereretur mortẽ, ego abſque dubio facerem eum mori. Fecit ergo Pilatus, iuxta quod ex his eius verbis habetur, Chriſtũ flagellari & tam male tractari: vt Iudæis non verbo tantũ, ſed etiam facto demonſtraret, ſe non inueniſſe cauſam mortis in illo, & quod ſi talem cauſam inueniſſet, eum iam cõdemnaſſet ad mortem abſque tot ipſorum Iudæorum clamoribus. Quaſi per hoc factum dixerit. Vos Iudæi non petijſtis à me, quod ego flagellarem, coronaremque de ſpinis &c. eum: & tamen, vt vobis rem gratam facerem, animoſque veſtros aduerſus eundem nimis furibundos, ac pertinaces (ſi poſſibile eſſet) mitigarem, ego illum flagellaui, coronaui ſpinis &c. Cognoſcite ergo hinc: quod multo magis, cũ vos ſępe clamorib. multis eius à me mortem petieritis, ego ipſe vobis in hoc ſatiſfeciſſem, ſi mortis cauſam inueniſſem in eo. Vnde patet: quod Pilatus non ideo flagellauit &c. Chriſtum, quia in ipſo inueniſſet cauſam flagellationis &c. ſed quia credidit tali medio ideſt tali flagellatione frãgere duriſſimam Iudæorum pertinaciam, qua Chriſti mortem obſtinatiſſime poſtulabant. Id quod & B. Auguſtinus ſuprà adductus docuit his verbis. Hoc (ſcilicet quod flagellauit &c. Chriſtum) Pilatus non ob aliud feciſſe credendus eſt: niſi vt Iudæi eius iniurijs ſatiati ſufficere ſibi æſtimarent, & vſque ad eius mortem ſæuire deſiſterent. Hęc ille, ſuper Ioan. Adduco, inquit, vobis eum foras, vt cognoſcatis &c. Nonne poterãt ex verbis Pilati antea dictis, Ego nullam inuenio in eo cauſam, cognoſcere hoc Iudæi? Cur ergo neceſſe viſum eſt Pilato flagellare, flagellatumque Chriſtum Iudęis oſtendere: vt inde cognoſcerent, quod nullã mortis cauſam inueniſſet in eo? Vt cognoſcatis, inquit, quia cauſam in eo nõ inuenio, ego flagellaui, eumque ſic flagellatum vobis adduco foras. Ex iſto textu implicite innuit nobis Pilatus reſponſionem ad illa interrogata. Ac ſi ibi diceret aperte. Iudæi, ex ſua mala animorum diſpoſitione, credebant, me dicere non inuenire cauſam in eo, non quia hoc eſſet uerum: ſed quia reuerentiam nimiam (quod aiũt, Reſpectum) haberem ad Chriſtum. Vt ergo hanc illorum de me opinionem de nimia reuerentia oſtẽderem eis eſſe falſam, & conſequenter meum dictum de innocentia Chriſti eſſe verum: Ego & flagellaui, & flagellatũ adduxi eis foras. Hinc enim poterant videre, quod ſi reuerentia nimia (vt ipſi arbitrabantur) affectus fuiſſẽ erga Chriſtũ, non flagellaſſẽ vtiq; illum, maxime cum nec ipſi Iudæi me ad hoc ſolicitarent. Quid ergo, hac opinione ſua ex mentibus eorum ſic euulſa, reſtabat de eiſdem rationabiliter putandum? Quod credulitatem illam ſuam priorem Iudæi mutarent ideſt quod audientes me dicere, Ego nullam cauſam in eo inuenio, crederent: me dicere hoc non in fauorem Chriſti indebitum (quem cauſaſſet ille ad eum nimius reſpectus, de quo ipſi me in mente ſua prius taxabant,) ſed in gratiã veritatis ſic realiter exiſtentis. Patet igitur ex his, quam accommode, quam vere, quam correſpondenter ad propoſitum diſtorſionis animorum Iudaicorum prædictæ, Pilatus poſt flagellationem intulerit; Ecce adduco vobis eum foras, VT COGNOSCATIS, quia nullam inuenio in eo cauſam. Flagellauit ergo Chriſtum, non quia inuenerit aliquã veram cauſam flagellationis in Chriſto: ſed quia voluit per hoc conuincere Iudæos de falſitate opinionis eorum de ſeipſo, quando dicebat; Ego nullam mortis cauſam inuenio in eo.

Opinio Iudæorũ de Pilato dicẽte; Ego nullã etc. & quõ Pilatus mõſtrauit eſſe falſam.

CONFIRMATIO
Concluſionis II.

CONTRA HOSTES
Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus, qui pro nobis vt ſcilicet nos ſaluaret, paſſus eſt, erat verus Deus (contra multorum ingratiſſimorum hæreſes ignorãtia plenas:) vide coniungendo omnia ex Concilijs, ſcripturis &c. definita eſſe, in Elucidationibus

Digitized by Google

nibus 3.de Sal.articulorum numero. 94. 95.96.246. Vt nos ſaluaret, 3.de Sal. articulorum num.2.247.268.& 3.de Sacram. Addition. articulorum num. 332. Vetus Deus, 3.de Sal artic.numero, 17.107. 42. 108.139.189.8.42.113.195.297. Pro omnibus hominibus paſſus, 3.de Sal.261.Itẽ in Veritatibus aureis ſuper totam legem ueterem.Leuitic.4 concluſ.6. & capit.16. concluſ. 8. Quamuis autem is, qui erat Deus paſsus ſit, non tamen natura diuina eſt paſsa.3.de Sal.art.num.104.257 & in Veritatibus aureis &c. Geneſ.37. cõcluſ. 7. Quod Chriſtus fuit ille verus Meſſias, qui à prophetis prænunciatus eſt, & in lege promiſsus contra Iudæorum perfidas fictiones:)vide ex ſcripturis &c.in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum nume. 262.28.112.Item in Veritatib.aureis &c. Exod.34 concluſ.8.9.Quod Chriſtus fuit innocentiſſimus, vtpote abſque omni peccato, peccatique originalis fomite, 3.de Sal.q 15.artic.1.2. perfectus omni gratia, ibid.q 7 ar.1.2.5. 6. 9. Simul viator, & ſummus comprehenſor, ibid.q.15.art.10. & q 34.ar.4 ſemper, vt homo, voluntati diuinę conformis, ibid.q.18.ar.4 5.Quod fuit agnitus pro vero Meſſia, immo etiam cognoſci potuit pro filio Dei vero, à Iudæorum principibus(contra eoſdem nũc in tex. Præ inuidia eum pro tali negantes ſæpius, coram Pilato ipſum eſſe talem aſſerente:)vide, ex ſcripturis &c. in Elucidationibus 3.de Sal.q. 47. artic. 5. Quod Chriſtus per viam tot, tantarumque contumeliarum, iniuriarum, irriſionum &c. & verbis & factis vſque ad mortem ſibi illatarum, patienterque receptarum, adeptus eſt tum ſuipſius exaltationem(vt ſuprà dicebatur,) tum noſtri liberationem tàm à peccato, ac pęna peccati, quã à poteſtate diaboli, 3. de Sal. q.49.ar.1.2.3.6.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. XIX.

CAVSA ſola, quare IESVS Nazarenus eſt a Iudæis crucifixus, fuit hæc ſcilicet, quia ipſe erat Chriſtus id eſt Meſſias: quam cauſam licet Iudæi ipſi mẽdaciter, & audacter negent, tamen ſpiritusſanctus quondam per os prophetæ, & nunc per os Pilati, veram eſſe confirmat.

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM iſtam, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem; Erat autẽ ſcriptũ, IESVS NAZARENVS, REX IVDÆORVM; & tex. Dicebant ergo Pilato &c. vſq; ad quod ſcripſi, ſcripſi. Prima itaque pars ſcilicet quod cauſa ſola crucifixionis Chriſti ab inuidis Iudæis fuit, ipſum eſſe Meſſiam, patet ex eo: quod titulus ille, Rex Iudæorum, erat expreſſio cauſæ talis crucifixionis id eſt quare Saluator fuerit crucifixus. Hoc ſiquidem aperte conſtat ex textu Matth 27. Impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam; Hic eſt IESVS, Rex Iudæorum:& ex, Mar.15. Erat titulus cauſæ eius inſcriptus Rex Iudæorum: quorum textus Euangeliſta noſter (iuxta regulam ordinariam ſcriptorum canonicorum ſæpius dictam)implicite hic ſubintellexit. Quod autem nùlla alia cauſa crucifixionis fuerit, ſed ſola iſta (vt dicit concluſio,)conſtat ex hoc: quod ſola iſta exprimitur in titulo: in quo tamen aliqua alia etiam exprimeretur, ſi aliqua alia ſimul affuiſſet. Mos enim Romanorũ erat: cauſas interfectionis apponere ſuper capita interfectorum: vt inde toti mundo interfectos inſpecturo oſtenderent, quo iure talem pęnam in eos exercuiſsent. Ex hoc igitur more, ſi ad iudicis iuſtitiam cęteris oſtendendam (vt intendebant iudices Romani) ſeruabatur, explicandæ erant omnes cauſæ: quando plures fuiſſent, Vnde nec vnam tantum explicare ſufficiebat, ſi eſsent duæ, nec duas tãtum, ſi tres, aut quatuor &c. Ratio huius eſt: quia ad iudicium ab inſpecturo mundo ferendum, an iure, vel iniuria, talis fuerit à iudice Romano interfectus, non ſufficit (vt patet in philoſophorum, Legiſtarum, & Canoniſtarum frequenti doctrina expertis)conſiderare vnam, vel duas, ſi ſunt plures cauſæ, ſed de neceſſitate requiritur, quod conſiderentur omnes. Cũ enim ſcire ſit, rem per cauſam cognoſcere(vt dicitur lib. primo Poſterior.) ad integram ſcientiam, quę eſt iudicium de re perfectum,

Quare in ſcripto exprimebatur cauſa interfectionis interfectorum.

Digitized by Google

Cauſa diminutę cognitio cauſat diminutam de re ſcientiã, & cauſe integrę cognitio è cõtra.

ctum, non poteſt vnquam perueniri, niſi per cognitionem cauſæ integræ, ideſt omnis cauſæ rei illius. Alioquin neceſſe omnino eſt, quod iudicium ſit imperfectum, ſi cauſæ rei cognoſcantur imperfecte, ideſt ſi res habens multas cauſas cognoſcatur ſolum per vnam. Hinc fit, ꝙ ille deridendus eſſet, qui alicui, quem vult recte iudicare de aliqua re plures cauſas habente, vnam tantum illius rei cauſam proponeret. Si ergo plures cauſæ fuiſſent iudici Romano, ex quibus crucifixio Chriſti cauſata eſſet, & non, niſi vnam explicaret: talis iudex eſſet vtique propterea deridendus. Quare? Quia, ſic faciẽdo impediret finem: propter quem fuit à Romanis adinuentum, vt explicaretur cauſa crucifixionis crucifixorum (vt patet ſuperius dicta conſideranti.)

Reſtat ergo ex præmiſſis omnibus, ad multa quoque inconuenientia tollenda, ſimpliciter concludendum: quod cauſa quare Iudæi crucifixerint Chriſtum, nulla alia ſecundum mentem Pilati, qui in hoc de Iudæis non decipiebatur, fuit, niſi hæc, quod ipſe erat Rex ipſorum.i. Meſſias in lege promiſſus, & à prophetis prophetatus. [Quod per hoc nomen, Rex Iudæorum, intelligatur ad literam Meſſias à Deo per prophetas promiſſus Iudæis, & declaratus, vbi.ſ. naſceretur, &c. vide cap. 2. Matth. tex. Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? Et ſuper ipſum expoſitiones illas.]

DVBIVM EX DICTIS; Cum ſolutione optima.

INTER deſiderabilia maxima Iudæorum, hoc fuit vnum ſcilicet Meſſias. Id quod & clamores feruidi ſpiritus omniũ ſanctorum prophetarum Meſſiam, vt veniret, inuocantium, & annunciationes de Meſſia ab eiſdem cum iubilo magno, quoties de hoc ſermo incideret, factæ Iſraelitis (vt de vtriſque in teſtamẽto veteri abũde patet) ſatis, ſuperque declarant. Vix ergo poſſibile, immo & impoſſibile videtur, quod Iudæi Meſſiam ſuum tam diu, & tantis animi ſui votis deſideratum crucifixerint hac de cauſa: quia Meſſias ſuus erat (vt dicunt concluſio, titulus, & præmiſſa eius declaratio.) *Reſpon.* Reſpondetur formaliter, negando conſequentiam ibi virtualiter contentam, ſcilicet Iudæi maxime deſiderarunt Meſſiam, antequam veniret, ergo, poſtquam venit non crucifixerunt eum hac de cauſa, quia Meſſias erat. Ratio negationis huius eſt amor proprius Iudæorum, quo inordinate amauerunt ſe metipſos. Hinc etenim originaliter proceſſit & quod omnia ſibi promiſſa in ſcripturis per Meſſiam actualiter danda reflexerunt ad commodum carnis ſuæ, intelligentes.ſ. de bonis, maliſque corporaliter conferendis, vel etiam auferẽdis, & quod Meſſiam verum ideſt Saluatorem noſtrũ pro Meſſia non receperunt, immo cognitum, præualente illo amore proprio, crucifixerunt. Dicamus itaque apertius. Quare Iudæi ſecundum carnem, non ſecundũ ſpiritum [Ad differentiam Sanctorum Patrum illorum.i. Abrahæ, Moyſis, Dauidis, &c.] deſiderauerunt maxime Meſſiam? Quia ſibimetipſis ventura multa bona corporaliter per eum ſperauerunt? Et quare hoc ſperauerunt? Quia in lege veteri, & prophetis, multa bona à Deo Iudæis promiſſa fuerunt, quæ per Meſſiam eis actualiter exhibenda, dicebat. Ergo illa promiſſa, & illorum exhibitiones, intelligebant corporaliter Iudęi, talem ſenſum ſibi ſuggerente amore proprio inordinato, quo ad carnis commoda vehementer anhelabant. Hoc de tali eorum ſenſu dixerim: quoniam re vera alium ſenſum ab illo diuerſum ſcripturæ ſanctæ bona illa, eorumque exhibitionem per Meſſiã, promittentes habebant, ſenſum videlicet litterale, quo talia omnia ſpiritualiter, & quo ad promiſſionem, & quo ad exhibitionẽ, intelligebantur. Item, dicamus. Quare Iudæi illi ſecundum carnem tantum non receperunt IESVM Nazarenum pro vero Meſſia (ſicuti erat,) & tandem crucifixerunt? Quia ipſe bona illa promiſſa non exhibuit illis corporaliter ideſt ſecundũ ꝙ ſcripturas de talib. loquentes ipſi intelligebant. Corporaliter, inquam, quia ipſe aliàs iuxta verum earundem ſcripturarũ ſenſum.i. ſpiritualiter exhibebat illis omnia ad plenum. Immo, quia exhibebat promiſſa illa ſpiritualiter eis, ideo ipſum crucifixerunt. Et hoc eſt, quod innuebat concluſio: videlicet quod ideo crucifixerunt eum, quia erat Meſſias, ideſt quia adim-

Amor proprius inordinatus fuit, & eſt ruina Iudæorum et aliorũ hominum.

Digitized by Google

adimplebat officium Meſſiæ. En hactenus declarata eſt ratio negationis illius conſequentiæ, ſ. Iudæi maxime deſiderauerunt Meſſiam, antequam veniret, ergo ipſi eum, poſtquam venit, non crucifixerunt hac de cauſa, quia Meſſias erat.

Ignorare ſcripturarũ ſenſum verũ eſt cã maximarũ ruinarum.

CÆTERVM QVIS DICAT. Quòd amor Iudæorum priuatus, quo ſcilicet inordinate ſe amauerunt, fuerit origo [ſicut & in hæreticis eſt], male intelligendi ſcripturas, inquantũ ſ. talis amor, & niſus eſt, trahere ſcripturas ad ſeipſum .i. ad proprium cõmodũ ſenſuale, & recuſauit trahere ſemetipſum ad uoluntatẽ ſcripturarũ .i. ad uerũ ſenſum illarũ ſpiritualẽ, hoc inquam, de tali amore audiui abs te, & intellexi. Similiter, ꝙ talis amor, poſt prædictã deprauationẽ ſcripturarũ a ſe factam, ſimul cum ipſa fuerit origo, ꝙ Iudæi non reciperent Saluatorem Nazarenum pro Meſſia, audiui abs te & intellexi. Sed ꝙ talis amor fecerit, ꝙ ipſi crucifigerent Meſſiam (cognouerant ſiquidem eum pro Meſſia. 3. de Sal. q. 47. ar. 5.) hac de cauſa quia erat Meſſias, audiui quidem abs te, ſed nondum bene intellexi. Quamuis enim ſciam, hoc a me abs te auditum eſſe conforme titulo crucis pro cã crucifixionis aſſignanti, Rex Iudæorum (ad differentiam illius tex. Ipſe dixit, rex ſum Iudæorum), non tamen adhuc clare illam propoſitionem intelligo.

PROSECVTIO Reſponſionis.

AD clariorem, quæ petitur, manifeſtationem veritatem illius propoſitionis, ex titulo illo ad literam extractę, conditio & Meſſiæ veri, & Iudæorum malorum, prænotanda eſt, quoniam ſic facillime apparebit apertum id, quod 2 principaliter quæritur. Conditio igitur Meſſiæ eſt ſimilis illi conditioni Spiritus Sancti deſcriptæ Ioann. decimoſexto. Ille arguet mundum de peccato. Nec mirum. Oportebat enim adimpleri prophetiam de Meſſia ad ipſum ſub perſona Hieremiæ dictam capitulo primo. Ecce dedi uerba mea in ore tuo [iuxta etiam illud ad literam de eo dictum Deuteron. 18. Ponam verba mea in ore eius], vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Neque enim (vt ibi. Beatus Hieronymus inquit) ædificari poterant bona, niſi prius deſtructa eſſent mala, nec plantari optima, niſi eradicarentur peſſima. Porro, veniens Meſſias in mundum ad oues, quæ perierant domus Iſrael, Matth. decimoquinto. Inuenit illas oues impediri a conſequenda ſalute per mala, & peſſima vitia eorum, qui eis in cuſtodiam dati erant, ſcilicet Scribarum, Phariſęorum, & Principum. Ideo regulam ſapientiæ ſapientia ipſa infinita, i deſt Meſſias, amplexus eſt, & uſus eadem. Quæ eſt regula ſapientiæ? Quòd ſalus multitudinis eſt præferenda paci quorumcumque hominum, & quod ideo, quando aliqui ſua peruerſitate ſalutem multitudinis impediunt, non eſt timenda eorum offenſio a prædicatore, vel doctore, ad hoc, ut multitudinis ſaluti prouideat. Patet autem non ſolum ex Euangelio, ſed etiam ex hiſtoriis de moribus tunc Iudæorum tractantibus, quod Maiores ipſorum, puta ſcribæ, phariſæi, & principes Sacerdotum, ſua malicia plurimum impediebant populi ſalutem, & hoc dupliciter: tum quia repugnabant doctrinæ ipſius Meſſiæ, per quam ſolam poterat eſſe ſalus (vt habetur ex illo Actu. quarto. Non eſt in aliquo alio ſalus) tum quia prauis ſuis moribus, exemplis, & ſcripturarum veterum falſificatione, vitam populi corrumpebant. Ideo oportuit, quod Meſſias, non obſtante maiorum illorum offenſione, & veritatem publice doceret, quam ipſi odibant, & eorundem vicia argueret. Cuius neceſſitatis ſignum eſt, quod diſcipulis Domino dicentibus Matth. 15. Scis, quia phariſæi, audito hoc uerbo, ſcandalizati ſunt? reſpondit ipſe, Sinite illos, cæci ſunt, & duces cęcorum. Cæcus autem ſi cęco ducatum pręſter, ambo in foueam cadunt. Nec obſtat premiſſę Chriſti conditioni, quod uitandę ſunt offenſiones, & ſcandala aliorum, ſiue fideles, ſiue infideles ſint, iuxta & rectæ rationis dictamen, & illud monitum talis dictaminis expreſſiuum, 1. Corinth. 10. Sine offenſione

Conditio Chriſti nobis utiliſſima quantũ eſt de ſe.

ęſtote

Digitized by Google

eſtote Iudæis,& Gẽtib⁹,& Eccleſiæ Dei. Hoc,inquam,non obſtat: quoniam illud dictamen intelligitur ſic,quod homo nulli ſuo facto,vel dicto,minus recto det occaſionem ruinæ(quod eſt ſcãdalũ actiuũ 2.2.q 43.ar.1.&.)& Chriſtus nunquam factum,vel dictum minus rectum fecit,immo nec tale quid facere potuit, cum eſſet totaliter impeccabilis, etiam ſecundum humanitatem, nõ ſolum ex confirmatione in gratia, cum ſemper fuerit comprehenſor,3.de Sal.q.15.ar.10.& q. 14.ar.4. ſed etiam ex hypoſtatica vnione humanitatis ſuæ ad diuinitatem. 3. de Sal.q.2.ar. 2.Vnde patet,quod impoſſibile eſt,quod ſcandalizauerit,vel offenderit, aut ſcandalizare vel offendere potuerit aliquem. Quid ergo? Veritatem Chriſtus docebat, & aliqui,audita hac veritate,ſcandalizabantur.i. ex propria malitia ſcandalizabant ſeu offendebant ſemetipſos, 2. 2. q. 43.artic.6.ad primum. Proinde B Gregorius dicit:Cum de veritate ſcandalum oritur,magis eſt ſuſtinendum ſcandalũ, quã veritas relinquatur. Chriſtus igitur,vt ſecundum illud Hier. 1.ædificaret,ac plantaret bona in minoribus Iudæis, conuenienter conditionem arguitiuam habuit contra maiores:quę(ultra prædictas vtilitates) promouit effectum doctrinæ ſuæ. Nam, cum per ſuam arguitionem vicia Maiorum minoribus innoteſcebant,auertebantur minus à Chriſti doctrina propter verba ſcribarum, & phariſæorum, qui ſemper ipſius doctrinæ obſiſtebant.

Impoſſibile omnino eſt, q Xps potuerit offendere, ſeu ſcãdalizare aliquem.

Cæterum,conditio Iudæorum,malorũ fuit [Et hæc vtique ex inordinato amore proprio naſcitur:] quod & increpationes ſemper neglexerunt,velut inſipientes, ac morituri; Prouerb. 12. 15. & odio habuerunt corripientem in porta; Amos cap. 5. Quam ipſorum conditionem peſſimam expreſſiſſe tunc B. Stephanum intelligimus,quando ad eos dixit, Actu. 7. Durã ceruice,& incircuncifi cordibus, & auribus,vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. Quem prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Ex qua B. Stephani veritate patet, quod Iudæorum malorum mali patres ideo perſecuti fuerunt ſanctos Dei prophetas,quia erant dura ceruice,& cordibus, auribuſque incircuncifi.i. quia ex ſuperbia,quam dura ceruix importat,nõ recipiebant,immo(vt ſpiritualiter incircuncifi,) negligebant increpationes ſibi à prophetis factas,& (quod peius eſt)eoſdem prophetas in porta ideſt publice, eorum peccata corripientes odio vſque ad mortem habebant. In cuius rei ſignum, ab oppoſitis eſt,quod illos prophetas malos,qui eos de vicijs non increpabant,ſed eis loquebantur placentia,non perſequebantur,ſed amabant,paſcebant, & defendebant. Vide 3.Reg.18. malos prophetas octingentos quinquaginta comedere de menſa Iezabel;& cap. 19. ipſam Iezabel perſequi Heliam in vindictam occiſionis illorũ prophetarum; & cap. 22. Achab prophetis placentia ſibijpſi loquentibus amicum,contraria autem,quamuis vera, prophetantibus inimicum.

Conditio peſſima Iudæorũ: ex qua omne malum procedit in habentib. illam.

SVPRADICTORVM Applicatio.

EX PRÆMISSIS ergo quid ad intentũ illud principale dicendum ſit,patet. Quòd videlicet Maiores Iudæi ideo Saluatorem noſtrum crucifixerunt: quia eorum vicia publice, cum eſſent publica,arguebat. Ideo nanque in eum inuidia magna,& odio exarſerunt;ideo poſtea populum minorem aduerſus eũ perſuaſionibus peſſimis commouerunt: ita vt nullus ipſorum ab eis ſeductorũ eſſet, qui de Chriſto non conclamaret,Crucifigatur. Porro,dic vlterius. Quare Meſſias increpabat illos Iudæos? Quia id (vt ex ſcripturis ſupra adductis patuit)erat Meſſiæ officium. Meſſiam ergo crucifixerũt, quia faciebat officium Meſſiæ. Et quare faciebat officium Meſſiæ? Quia ipſe erat Meſſias. Niſi enim fuiſſet Meſſias, non feciſſet Meſſiæ officium(vt bene conſideranti patet.) Ergo Iudęi illi crucifixerũt Meſſiam hac de cauſa, quia erat Meſſias. En omnia clara. Sed applica hæc, prædicti textus Euangelici expoſitione, ad crucis titulum: & dic. Quomodo Meſſias alio nomine vocatur? Rex Iudæorum. Matth. 2.Quomodo iacet titulus cauſam crucifixionis aperiens? IESVS Nazarenus [Hoc eſt ſuum nomen,& patria,]Rex Iudæorum [Hoc ibi eſt pro cauſa,quare crucifixus ſit, explicanda poſitum. Matt.27. Mar.15.] Ergo ad planam literam notiſſimum

Officium Meſſiæ erat arguere, tãquã prędictũ authoritatẽ habendo, Iudæos de peccatis eorum.

Digitized by Google

mum reſtat, quod crucifixerunt eum, quia erat Rex Iudęorũ. Vide expoſitionẽ ſup illud Matth. 21. de Agricolis: quare, ſ. eiecerunt filium Hic erat Meſſias] & occidecerunt. Comperies & ibi, ex Euangelico textu, Meſſiam à Iudæis occiſum hac de cauſa, quia erat Meſſias ideſt quia faciebat officium ſuum.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Iudæi licet mẽdaciter, & audacter negent prædictã cauſam ideſt quod hac de cauſa, quia erat Meſſias, crucifixerint Saluatorem noſtrum, tamen Spiritusſanctus olim per os prophetæ, & nunc per os Pilati, idipſum confirmat: demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Dicebant Pilato pontifices Iudæorũ, Noli ſcribere Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum: Reſpondit Pilatus, Quod ſcripſi, ſcripſi. Hoc enim, quod pontifices ipſi dicunt Pilato, idem eſt ad planum literæ ſenſum, ac ſi dicerẽt; Noli ſcribere, quod crucifixus ſit hac de cauſa, quia eſt Rex Iudęorum: ſed ſcribe, quod fuit crucifixus hac de cauſa, quia ipſe regem Iudæorum ſe eſſe dixit. Nam ſuprà ex Matth. 27. & Mar. 15. iam textualiter oſtenſum eſt: quod illud, Rex Iudæorũ, ſtabat ꝓ cauſa crucifixionis. Per hoc ergo, quod dicunt, Noli ſcribere, Rex Iudæorum, negant ſe illum Crucifixiſſe hac de cauſa, quod .ſ. eſſet Rex Iudæorum. Quod vero hoc negent mendaciter, patet ex eo, quod ipſi ſciebant, ipſum eſſe hæredem vineæ, Matth. 21. & 3. de Sal. q. 47. art. 5. Mẽdaciter enim negat, vel affirmat, tunc quis aliquid, quando ſua negatio, vel affirmatio non concordat veracitati cordis ſui: id quod eſt, quando aut negat illud, quod ſe non poſſe licite negare, ſcit; aut affirmat illud, quod licite affirmare ſe non poſſe, cognouit. Quod autem id negent audacter, patet ex eo: quod quaſi ex authoritate loquentes, aggrediuntur Pilatum verbis his imperioſis; Noli ſcribere, &c.

Mendaciter loqui, quid ſit.

Sed unde moti ſunt, inquit, pontifices iſti ad volendum, & procurandum, quod mutaretur inſcriptio tituli? Ex inuidia aduerſus crucifixum: & ex verecũdia propria, quam ſibijpſis ab vniuerſo mundo euenturam timebant. De horum quidem primo dicit B. Chryſoſtomus ſuper Ioan. Inuidebant Iudæi Crucifixo: vnde & dicebant Pilato, Noli ſcribere, Rex Iudæorum. Nam hæc quidem enunciatio eſt, & communis ſententia. Sicut etiam tropheo literæ ponuntur victoriam oſtendentes, ita titulus hic, Rex Iudæorum, pro crucifixo illo ideſt in gratiam illius, reſpondet, vtpote à communione latronum eum diſcernens, & eiuſdem adhuc habere victoriam de nobis Iudæis inſinuans. Si vero adijciatur, Quoniam ipſe dixit, ipſius petulantiæ, & extollentiæ, oſtenderetur crimen eſse. Ex his Chryſoſtomi dictis conſtat: quod inuidia Iudæorum in illis eorum verbis conſecta ferebatur ad duo, ſcilicet ad excellentiam crucifixi tollendam, quæ in titulo, Rex Iudæorum, apparebat [Vt. Quod non vſurpauerit, tanquã latro, regnum illud, ſed legitimo iure ipſum poſſideat. Rurſum, quod à Iudæis, quamuis crucifixus, non fuerit victus, immo ipſe, ſic patiendo, remanſerit rex de eiſdem victorioſus:] & ad afflictionem eius augmentandam, quæ ibi, Quia dixit Rex ſum Iudæorum, apparuiſset [Vt. Quod ex eius tali dicto reputaretur ſuperbus, arrogans, & uane ſe iactãs atq; extollens.] Sed nunquid non dixit, Rex ſum Iudæorum. Vtique Mar. 14. Tu es Chriſtus &c. Ego ſum, & Matth. 16. per hoc, quod dictum Petri, Tu es Chriſtus &c approbat dicendo, Beatus es Simon. Et Ioan. 4. Scio, quia Meſſias venit. Reſp. Ego ſum, qui loquor tecum. & cap. 11. Dictũ Marthæ, Ego credidi, quia tu es Chriſtus &c. remunerat reſuſcitãdo Lazarum fratrem eius. Si ergo dixerat, Rex ſum Iudęorum: quid mali afflictionis crucifixo addebatur in tituli poſtulata ſcriptione; Quia dixit, Rex ſum Iudęorum? Magna quidem afflictio, ſi intelligatur modo illo, quo petentes Iudęi intelligebant: licet nulla, ſi idem intelligatur modo, quo Saluator intelligebat. Cum enim dixit, Rex ſum Iudęorum, intellexit: quod erat talis Rex, & conſequenter quod ipſe ſic dicendo dicebat verum. Ergo in ore Saluatoris illud, Rex ſum Iudęorum, concernit duo ſcilicet, & quod ipſe hoc dixit; & quod verum dixit. Cęterum petentes illi, multo

Duæ res mouerunt Iudęos ad mutationem tituli petẽdam.

aliter

alirer intelligebant: quorum intellectum Pilatus, veluti aſtutus, & bene percepit, & optime in faciem eorum retecit. Intelligebant ſiquidem illud Dixit, Rex ſum Iudęorum, vt diſtinguitur hoc dictum cōtra veritatem: Ac ſi pontifices dixiſſent Pilato; Dixit, Rex ſum Iudæorum: ſed dicendo ſic, non dixit verum, ſed falſum. Hunc autem fuiſſe ſenſum pontificum in tex. Sed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum: patet ex aduerſatiua coniunctione, Sed. Nam cōiunctio hæc ponitur ab eis, tanquam aduerſa ei, quod à Pilato fuerat ſcriptum. ſ. Rex Iudæorum. Conſtat enim, quod pontifices per hoc aduerſum intendentes deſtruere, quod crucifixus eſſet Rex Iudæorum, non potuerunt, intelligere proprium dictum, niſi modo nunc à nobis expoſito. Vnde ſecundum illos ſic eſt neceſſario exponendus tex. Noli ſcribere, Rex (eſt) Iudæorum: ſed quia ipſe dixit (falſo) Rex ſum Iudæorum.

Verecundiā Iudęorum magnam propalare uoluit toti mundo Pilatus.

De ſecundo autem illorum, vnde moti ſunt Iudæi ad procurandum tituli mutationem ſcilicet de verecundia propria, quam ſibi à toto mundo venturam timebant, dicit B. Chryſoſtomus. Pilatus titulum cruci Chriſti inſcripſit de Iudæis vlciſcēs, oſtendens. ſ. ipſorum malitiam: dū in ſuum regem inſurrexerunt. Vnde ſequitur. Erat autem ſcriptum, IESVS Nazarenus, Rex Iudæorum. Hęc ille ſuper Ioan. Ex quo habetur, quod Pilatus ſic aſſertiue, Rex Iudęorum, ſcripſit titulum, ad verecundiam Iudęorum, in deteſtationem horrendiſſimi criminis, quo ſeipſum nomine Cęſaris terrentes, quaſi violenter coegerunt ad Chriſti crucifixionem eis concedendam. Ad hanc quoque eorum verecundiam toti mundo manifeſtandā, vt ſcilicet inde omnibus hominib. Iudęi redderētur odibiles, ipſe Pilatus eundē titulū ſcripſit Hebraice, Grece, & Latine, ad hoc videlicet, vt omnes poſſent eum legere & intelligere. Ecce ergo à qua verecundia euitanda moti fuerunt pontifices ad tituli corruptionem.

QVOD SCRIPSI, SCRIPSI.

PARTICVLAM aliam illius ſecundę partis concluſionis ſcilicet ꝙ Spirituſſanctus quondam per os prophetę, & nunc per os Pilati, confirmat idem ſcilicet Iudęos crucifixiſse Chriſtum hāc de cauſa, quia erat Chriſtus, particulam, inquam, hāc probat Euangeliſta per tex. Reſpondit Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi. Ad cuius probationis claram notitiā ſciēdum eſt: quod Pſalmi 56. 57. 58. qui, ſecūdum Diuum Thomam, maxime pertinēt ad paſſionem Chriſti, ſic intitulantur; Ne diſperdas Dauid in tituli inſcriptione. Vbi nomine Dauid intelligitur Meſſias (ſicut plerumque eſt mos ſcripturarum. Vt Oſeę. 3. Et poſt hęc filij Iſrael quęrent Dauid regem ſuum, in nouiſſimo dierū) vt qui ſit filius Dauid ſecundum carnem. Speciatim vero hic nomine Dauid debet intelligi Meſſias: quia Dauid ille propheta regius non legitur (ſecundum B. Auguſtinum ſuper Pſal. 56.) habuiſse aliquem titulum inſcriptum, de quo poſset mandari, ne diſperderetur idest corrumperetur inſcriptio. Reſtat igitur, ꝙ de titulo Meſſię, qui poſitus eſt ſuper crucem eius, intelligatur illud à Spirituſancto per os prophetę Pilato mandatum; Ne diſperdas Dauid in tituli inſcriptione. Porro & B. Chryſoſtomus hocipſum ſenſit, tantam conſtantiam Pilati attentius conſiderans & ſic. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudęorum, Noli &c. Sed Pilatus in priori ſtetit mente. Vnde ſequitur: Reſpondit Pilatus. Quod ſcripſi, ſcripſi. O ineffabilem vim diuinę operationis, etiam in cordibus ignorantium. Nonne occulta vox quędam Pilato intus quodam, ſi dici pōt, clamoſo ſilentio perſonabat, quod tanto ante in Pſalmorum literis prophetatum eſt? Ne corrumpas tituli inſcriptionem? Sed quid loquimini inſani pontifices? Nunquid enim propterea non erit verū, quod IESVS ait, Rex ſum Iudęorum? ſi corrumpi nō poteſt, quod Pilatus ſcripſit, corrumpi poteſt, quod veritas dixit? Ideo enim Pilatus, quod ſcripſit, ſcripſit, quia Dominus, quod dixit, dixit. Hęc ille ſuper Ioan.

Cōſtantia Pilati circa titulū, fuit à ſpiritusancto.

Mirāda ergo certe fuit illa cōſtantia Pilati, cum antea immediate iam inconſtans fuerit, ſed antea agebatur à ſemetipſo, nunc agitur à ſpiritusancto. Vis admirationis ſummam videre, & conſequenter ineffabilem (vt dixit D. Chryſoſtomus) vim diuinę operationis? Ad ſuaſionem illorum pontificum Pilatus

perſua-

perſuaderi potuit, ut contra cõſcientiam propriam ſæpius publice manifeſtatam crucifigeret Chriſtus, & nunc ad ſuaſionem eorundem pontificum non poteſt perſuaderi, ut paruulam cartam corrumpat? Nunquid non difficilius grauius & magis contra conſcientiam eſt, occidere innocẽtem, quam cartulam diſrumpere? Et tamẽ illud Pilatus facere potuit, illud vero non. Scis, quare? Quia illud permiſit omnipotens Deus, vt fieret (vt in ſcripturis, maxime in Iſaia, patet), illud autem, ut fieret, non permiſit (ut ſupra ex titulis Pſalmorum 56. 57. 58. habetur). Ex his denique omnibus patet intentum illud primarium, ſcilicet quod Spiritus Sanctus & per prophetam, & per Pilatum veram eſſe confirmauit propoſitionem hanc, Iudæos videlicet crucifixiſſe Meſſiam hac de cauſa, quia erat Meſſias. Vt enim conſtat ex ſuperius præmiſſis, dicere crucifixum pro eo, quod erat Rex Iudæorum, eſſe occiſum, eſt dicere ipſum eſſe occiſum propter hoc, quia erat Meſſias. Hoc totum igitur confirmat ille, qui confirmat tituli crucis inſcriptionem, & hic (vt prædicta monſtrarunt) eſt proculdubio Spiritusſanctus.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Iudæi crucifixerunt Chriſtum (contra hæreſim & Baſilidis dicentis, quod Chriſtus non eſt crucifixus, ſed Simon Cyrenæus pro eo, qui angariatus ſuſtulit crucem, & Agarenorum dicentium, quod Chriſtus non fuit interremptus, ſed quidam ei ſimillimus. Deus enim, inquiunt, ad ſeipſum accerſiuit CHRISTVM), vide, ex Sacroſanctis ſcripturis &cęt. eſſe declaratum in Elucidationibus 3. de Saluat. quæſtione quadrageſimaſeptima, articulo. primo, quarto, ſexto. & quæſtione quinquageſima, artic. primo. Item in Veritatibus Aureis ſuper totam legem veterum, numero 17. concluſione prima, & Deuter. nono, concl. ſeptima. [Ibi etiam numero 17. concluſi. prima. plurima ſcitu digniſſima per quinque examina, treſque notationes, videbis, quæ tibi ad textum hunc Euangelicum amplius intelligendum ſubſeruiant]. Quod Iudæis malis fuit hoc familiare, proprium ſuum verum Deum derelinquere contra omnem iuſtitiam rectamque rationem, & adhærere ſuis contrarijs [& hoc in figuram, quod Meſſiam verum ſuum, etiam a ſeipſis prius & ſpeculatiue per ſcripturas, & practice per multa beneficia, cognitum, reprobaturi erant, atque ad mortem perſecuturi, adhærendo ijs, quæ ſuarũ omnium tum corporalium, tum ſpiritualiũ, ruinarum cauſa exiſterent], vide illud 1. Reg. 8. Non enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eo: iuxta omnia. &cę. Nec, audita regis ab eis tunc Deo antepoſiti magna tyrannide ibi a Samuele iuſſu Domini deſcripta, voluerunt reſipiſcere mutando electionem ſuam, ſed pertinaciſſime uſque ad nauſeam in ſua peſſima voluntate perſeuerauerunt, ita ut Deus tandem, tanquam eos iuſtiſſime dimittẽs in adinuentionibus ſuis, dixerit Samueli: Audi uocem eorum, & cõſtitue ſuper eos regem. Rurſum ad idem vide illud Exod. 32. Hi ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerũt de terra Ægypti. En pluſquam mirandũ circa inſenſatam huius populi inſaniam. Viderat paulo ante populus Iudæorum hic proprijs oculis, quod Deus verus, id eſt Deus Abraham, Iſaac, & Iacob patrum ſuorum, & non vitulus iſte de nouo conflatus, (cum non eſſet adhuc) eduxerat eos de terra Aegypti, per mareque rubrum mirabiliter traduxerat, cap. 13. 14. eiſque manna de cœlo pluerat carnium abundantia pauerat, aquam de petra eis ad bibendum copioſe dederat, & illucuſque per columnam nubis, & ignis, perduxerat, 13. 16. 17. & tamen, acſi propriorum ſenſuum obliti, omnia hæc ſub vno nomine, eductionis uidelicet de Aegypto, attribuunt idolo a ſe confiсto nouiter, quod ſciunt pro certo (ſi ſenſu exteriori ſaltem, vt beſtiæ, vtantur) non fuiſſe tunc, quando ex Aegypto educti fuerunt, & tanta beneficia ſupra communem æſtimationem acceperunt. Poſtpoſuerunt ergo verum ſuum Deum, qui

Primo.

Vitium familiare Iudæis, proprios adinuentionib. poſtponere verũ Deũ ſuum.

Secundo.

Idolatræ nec ſenſu, ut beſtiæ, vtuntur.

Xx propter

Digitized by Google

propter immenſum eſſendi pelagus vocatur, Qui eſt, Exod. tertio, rei illi, quæ non eſt. Quam loquitur idolum nihil eſt in mundo, primo Cor. octauo, tanquam adorabile, ſed tantum inſenſata materia, iuxta Pſal. decimotertiũ, Simulachra gentium argentum & aurum &c. [Cęterum pro meliori horum capiu videas omnino Elucidationes prima parte articulorum numero 108. & tertio de Sal. articulorum numero 146.147. Item, Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. vigeſimotertio, concluſ. ſecunda, & capit. quadrageſimoſeptimo, concluſ. quinta, & Numer. cap. duodecimo, concluſ. ſeptima, & capit. vigeſimoprimo, concluſ. octaua.] Rurſum ad idem principale, de peruerſo guſtu Iudæorum, vide illud primo Reg. decimooctauo Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid, à die illa & deinceps. Nulli autem dubium eſt, quod regi Saul plurimi Iudæorum adhęſerint in perſecutione aduerſus Dauid. Porro quid mali fecerit contra Saul, quære in toto libro illo, & nihil mali, immo multum boni feciſſe eũ erga ipſum Saul & Iudæorum vniuerſitatem, inuenies. Nonne pro ſubleuatione ipſius à tortura ſpiritus diabolici pſallebat Dauid? primo Reg. decimoſexto, decimooctauo. Nonne ipſum cum toto Iſraele liberauit de manu Goliath? primo Reg. decimoſeptimo. Nonne potuit, & uoluit occidere eum, & prohibuit ſuos uolentes ipſum occidére? primo Reg. vigeſimoquarto, vigeſimoſexto. Nõne Dauid, audita morte ipſius Saul, doluit & planxit multũ, ieiunauit, & eum, qui ſe regis eiuſdem dicebat fuiſſe interfectorem, occidit? ſecundo Reg. primo.

Tertio.

21 EST ne tandem inuenire aliquid, propter quod Saul Rex (figura principum ſacerdotum, aliorumque Maiorum, contra Chriſtum, hic fuit) perſequeretur tam acriter cum ſibi adhærentibus (figura hi fuerunt Minorum Iudęorum contra Chriſtum adhęrentium ſuis Maioribus, vt etiã excuſando ſe dicunt de ſeipſis hæretici ſe adhærere ſuis maioribus) ipſum Dauid? Eſt ſolummodo hoc, primo Reg. decimooctauo. Egreſſæ sũt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael &c. ludentes atque dicentes: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus autem eſt Saul nimis, & diſplicuit in oculis eius iſte ſermo. Dixitque, dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt. Quid ei ſupereſt, niſi ſolum regnum? Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid, à die illa & deinceps. En ex ſcripturis cauſa, cur Saul cum ſibi adhærentibus perſequi incæpit ipſum Dauid ad mortem, vſque in finem, nunquam à perſecutione ceſſans (hoc totum importat illud verbum tex. & deinceps,) Superbia ſcilicet & zelus regni indiſcretus, quæ duo ex inordinato amore proprio naſcuntur. Quid cauſæ offenſionis regis Saul habuit Dauid ipſe culpabiliter, ſi mulieres veritatem ſimplicem dicebant laudando Dauidem præ Saulo? Etenim veriſſimum erat, quod Dauid percutiendo Goliath, percuſſerat decem millia, immo & plura, cum totum robur exercitus Philiſtinorum conſiſteret tunc in illo gygante. In cuius ſignum clarum eſt, quod occiſo illo omnes fugerunt, primo Reg. decimoſeptimo. Tantam vero victoriam nũquam fecerat rex Saul, & ideo percuſſit ſolummodo mille, in cõparatione ad Dauid. Sine vlla culpa igitur Dauid à Saul perſecutionem patiens eſt figura, quod Chriſtus ſine vlla culpa ſua à Iudęis paſſurus erat, iuxta illud Pſ. 119. Impugnabant me gratis. Item. Saul, perſequens Dauid hac dé cauſa, ne ad regnum veniat cum tamen re vera eſſet rex a Deo electus & factus, primo Reg. decimóſexto, figurat, quod Iudæi (vt dicit concluſio) Chriſtum perſequerẽtur ad morté hac de cauſa, ne ſit Chriſtus, ideſt ne regnet ſuper eos (cum tamen ſit, rex, Pſal. ſecundo. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, ſuper Syon mõtem eius) iuxta etiã ſupradicta, primo Reg. octauo. Me abiecerunt, ne regnem ſuper eos. Quam figuram adimpleuerunt hi Iudæi, dum abiecto Domino, alium pro ſuo rege elegerunt, in tex. Non habemus regem, niſi Cæſarem. Quod, & quomodo, etiam nunc perſequantur Chriſtum in ſcripturis, ne regnet ſuper eos, vide in Veritatibus aureis ſuper totam legem veterem. Exod. 34. concluſ. 8. 9.

Sine culpa vlla, Xps, &c. figuratur optime, 1. Reg. 17.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIO PRIMA, Cap. XIX.

SCRIPSIT titulum Pilatus &c. IESVS Nazarenus, Rex Iudæorum.] Reiecta falſa cauſa quam pontifices ſuggerebant ſcilicet. Quia dixit, Rex ſum Iudæorum, amplexus eſt Pilatus veram ſcribens, Rex Iudæorum. Mirabile vehementer eſt, illud ſcilicet Rex Iudæorum. Nã fuit ſufficienter euacuata iſta cauſa, non tantũ iuxta rei veritatem, ſed etiam iuxta mentem Pilati, qui ideo poſt examen non ſuperficialiter de hoc, ſed cum diligentia magna, factum dixit: Non inuenio in eo cauſam. Si igitur hæc cauſa fuit euacuata in iudicio Pilati, cur eam nunc pro cauſa adducit in titulo? Quia euacuationem illam non acceptauerant Iudæi. Per hoc enim, quod regnum ſuũ dixerat Dominus non eſſe de hoc mundo, euacuatio illius cauſæ facta fuit (vt ſupra per textum vidimus,) & Iudæi, dictũ hoc ſaluatoris ſcilicet Regnum meum non eſt de hoc mundo, dicebant eſſe confictum ab eo ad inuertendum cauſam, de qua accuſabatur, & conſequenter ad efugiendum crimen læſæ Maieſtatis Cæſareæ, & mortem (vt etiam ſupra vidimus.)

Quare Pilat' acceptat tandem illud, Rex Iudæorũ, pro cauſa mortis Xpi, valde notandum.

Quia ergo Iudæi non quieſcebant ad illam euacuationem, ſed comminabantur Pilato, ſe eſſe delaturos eum Cæſari, tanquam minus, quam oportet curam habentem honoris eius, vtpote qui dicenti ſe regem eſſe, pepercerit à morte, ductus ex vana cauſa, ſcilicet quod rex talis ſit de regno non de hoc mundo, propterea his minis territus Pilatus in Iudæorum partem declinauit, quod videlicet propter hoc eius dictum, tanquam cauſam mortis, condemnaret Chriſtum ad crucem. Non facile admittet Cæſar (inquiebat intra ſe Pilatus) doctrinam illam crimen læſæ Maieſtatis excuſantem ſcilicet quod detur regnum non de hoc mundo, & talis rex de tali regno non ficte, ſed veraciter, ſe eſſe dixerit, vnde me, negocium totum ad ipſius tribunal Iudæis deferentibus, ad pęnam capitis adiudicabit, tanquam Maieſtatis ſuæ minus, quam opus erat, defenſorem. Et ego, ſic me de vanitate regni talis deluſum iudicante Cæſare, & condemnante, quid faciam? Melius eſt ergo mihi, vt ſcrupulo conſcientiæ condemnandi innocẽtem reiecto in Iudæos per lotionem manuum, & tex. Vos videritis, Matth. vigeſimoſeptimo, condeſcẽdam ad accipiendum, ſcribẽdumq; quod Rex Iudæorum, eſt cauſa crucifixionis hominis iſtius, id eſt quod ideo iſte crucifigitur, quia eſt Rex Iudæorum. In quo ſcripto etiam vindicabo me de Iudæis ſua infrangibili pertinacia ad talis iuſti condemnationem impellentibus, dum toti mundo per titulum hunc, Rex Iudæorum, tribus linguis inſcriptum oſtendam illorum ſumme grandem inſaniam, ſcilicet quod non erubuerunt, ſeu verecundati non ſunt, crucifigere proprium ſuum regem. Dicet enim tunc totus mundus de illis (quãdoquidem & hoc notiſſimum eſt.) Ecce, Iudæi ingratiſſimi regem ſuum illũ, à quo tot tantaque beneficia receperant, crucifixerunt, nimiam crudelitatem in eũ exercentes, & (Proh, ingratitudinem maxime deteſtandam) retribuentes ei mala tanta pro tantis bonis, & odium tantum pro dilectione tanta. Pſal. 108. Et ſic ego Iudęos reddam odibiles mundo uniuerſo.

Vindicta Pilati contra Iudæos infeſtos ſibi ipſi, in tali caſu.

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. XIX.

SI hunc dimittis, non es amicus Cęſaris. Omnis enim qui ſe regem facit, contradicit Cęſari.] Iſta ſunt verba de quibus intendebamus loqui dicentes in prima annotatione, quod Iudęi comminabantur Pilato. Poſtquam enim viderũt Iudęi, quod multoties tentauerat Pilatus dimittere Chriſtum, & quod non obſtante noua ipſorum accuſatione de filiatione Dei male vſurpata (ſic enim accuſarant eum in tex. Quia filium Dei ſe fecit) quærebat adhuc multo magis dimittere eum aſtrictus ex nouo peccati ſcrupulo per Chriſti reſponſionem [Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet] ſibi inſinuato, Iudæi inquam, ex his in Pilato viſis, quaſi iam de negotio ſuo ipſorum deſperantes, relictis accuſationum

Digitized by Google

agglomerationibus, miſerunt manum ad fortiora, ideſt ad terrores Pilato immittendos, ſi forte hac via iuſtam eius mentem de Chriſto dimittendo corrumpere poſſent, ad iniuſtitiam ſcilicet condemnationis iuſti ſæpius à ſeipſo prædicati ipſum trahendo. Comminatorie ergo dixerunt ei; Si hunc dimittis, non es &c. Hoc eſt. Si hunc, qui ſe regem fecit (etiam ipſo tibi inſinuante per tex. Tu dicis, quia rex ſum ego) dimittis morte impunitum: tunc facto ipſo probabis, & quod non es amicus Cæſaris, & quod es illi contrarius. Non amicus quidem, quia non punis contradicentes ei, contrarius autem, quia abſoluis eoſdem. Omnis enim, nullo excepto, qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. Dimittendo ergo illum tu, incurres duo mala, & vtraque grandia. Vnum, quod amittes Cæſaris amicitiam, quam hactenus habuiſti, alterum, quod acquires indignationem eius, quam prius non habuiſti. Per textum hunc ſic (vt oportuit) expoſitum intendebant etiam Iudæi, ex obliquo inſinuare Pilato, quod ipſi delaturi eſſent eum ad Cæſarem, tanquam parui, immo & nihili, pendentem illius amicitiam & honorem. Habebant enim tunc Iudæorum primates Romæ agentes ipſorum cauſas, & per eos ſe ſignificaturos minantur, quod Pilatus ſic, & ſic, in tali materia (quæ tunc agitabatur) procedendo, oſtendiſſet ſe non eſſe amicum Cæſaris. Cuius rei (inquiebant per tex. Omnis enim, qui ſe &c.) in promptu eſt ratio, quia fauet contradictoribus Cæſaris in cauſa tàm præcipua ſcilicet tituli regij.

Cōminationes Iudęorū Pilato, ad extorquēdā ab eo crucifixionē Chriſti.

IN PRÆDICTIS comminationibus memento ſubintelligere ſemper id, quo adiuncto Iudęi ſuas minas reddere magis efficaces contendebant: Et hoc eſt illud, quod ſuprà explicauimus, quod videlicet Iudęorum malitia clamabat ad aures Pilati non eſſe admittendum à Cæſarea Maieſtate illud tex. Regnum meum non eſt de hoc mundo, niſi pro vanitate quadam ab homine illo conficta ad inuertendum cauſam, & euadendum mortem. In hac ſiquidem peruerſione, quam faciebant, de illo CHRISTI dicto, tanquàm in totius negocij cardine, confidebant Iudęi s & extremam faciebant vim, vt quę & à CHRISTO omnem excuſationem læſæ Maieſtatis Cæſareæ auferret, & ad eum pro doloſo à iudicibus tenēdum faciliter induceret, et ad eius crucifixionem animos iudicum vehementius inflammaret.

ANNOTATIO TERTIA. Cap. XIX.

REX IVDÆORVM.] Cauſa hæc in titulo crucis à Pilato poſita fuit, non quia non fuerit ſufficienter, etiam ſecundum Pilati iudicium, euacuata (vt in prima annotatione patet,) ſed quia, cum à contradicentibus Iudæis euacuatio illa pro bona prout erat) non acceptaretur, reliquum erat, vt illud, Rex Iudæorum, pro vera cauſa diceretur, & eſſet. Hæc eſt ratio ex humanis vijs conſiderata, qua titulus à Pilato ſcriptus illud pro cauſa, continebat. Cæterum, ſi ex ſuprahumanis vijs idipſum totum attendemus, dicemus, quod diuina prouidentia ab ęterno diſpoſuit, talem cauſam, Rex Iudæorum, debere & poni & conſeruari (non obſtantibus pontificum, ſeu etiam quorumcunque contradictionibus) in titulo crucis, veluti admirabile quoddam trophæum Domini crucifixi. Talis ergo inſcriptionis tituli cauſa fuit duplex, vna humana, & ideo ſecundaria, alia diuina, & ideo principalis. Porro, cum de illa ſecundaria ſatis locuti ſuprà fuerimus, nunc de iſta principali loquamur. Hoc igitur. ſ. Rex Iudęorum, quod ſuper crucem Saluatoris noſtri ſcribendum eſſet, collocandum, & nunquam immutandum, habetur ad literalem ſenſum ex libro Numerorum, & ex libro Pſalmorum, qui libri, cum à Deo authore ſint (Concilio Tridentino ſeſſione quarta docente) ſic dicendo, vt patebit, proteſtantur, quod ſcripturæ huiuſcemodi titularis veriſſimam rei exiſtentiam concernentis cauſa ęterna, & principalis, fuit omnipotens Deus. Porro, ſic dicitur in lib. Numer. cap. decimoſeptimo, vniuſ-

Digitized by Google

vniuſcuiuſque nomen ſuperſcribes virgæ. Ergo per hoc mandatum voluit Deus, vt, & nomen Aaronis ſuperſcriberetur virgæ eius, alioquin non verificaretur illud verbum, vniuſcuiuſque. Quinimmo & ibidem expreſſe ſtatim ſequitur; Nomen autem Aaron erit in tribu Leui. Hoc eſt. Virgæ, quæ Leuiticam tribum totam repræſentabit, ſuperſcribetur hoc nomen, Aaron. Quid eſt ergo, quod in ſummitate virgæ figuralis huius ſuperſcribitur nomen, Aaron? Figura, quod in ſummitate crucis Chriſti de mandato Dei ponendum erat nomen Chriſti. Et ſic factum poſtea actualiter eſt. Nam Pilatus poſuit titulum ſuper crucem Domini ſcriptum, IESVS NAZARENVS, Rex Iudæorum. Ecce, & quod non Pilatus, ſed Deus, fuit cauſa principalis illius inſcriptionis, & quod titulus crucis nihil aliud continet, vt figuræ figuratum correſpondeat, niſi nomen eius, cuius eſt virga, plenius tamen, quam in figura (vt obſeruetur regula illa. Semper excellentius eſt figuratum, quam figura ipſius.) Nam IESVS eſt nomen perſonæ crucifixi, Nazarenus eſt nomen patriæ eius; Rex Iudæorum eſt nomen dignitatis eiuſdem. Hæc de inſcriptione tituli virgæ figuratæ dicta ſint.

Pulcherrima figura tituli crucis, & inſcriptionis eius.

VIS MODO, breuibus audire ex præmiſſa figura originem, vnde natum ſit, quod talis inſcriptio ſuper crucem poneretur, vt ſimul inde cognoſcas, vnde moti ſint Iudæi ad interturbandum titulum hunc? Inſurrexerunt quidam Iudæi ex magna ſuperbia ducti (vt ibid. ex lib. Numeri habetur) & inuidia contra Aaron volentes ſibimetipſis arrogare ſummi ſacerdotij gradum, quem vſque ad illud tempus Aaron ipſe de beneplacito Domini exercuerat. Quapropter multas rumorum perturbationes excitauerunt in populis, ad multaſque murmurationum quærelas iniuſtas contra Deum laxauerunt linguas ſuas. Idcirco mandauit Deus Moyſi, vt, vltra virgam Aaron, virgas duodecim à tribubus Iſrael, iuxta numerum earum acceptas, poneret in tabernaculo fœderis, hoc pro veritatis rei controuerſæ ſigno inde recepturus, quod electi à Deo ad ſummum ſacerdotium virga germinaret. Sic ergo Moyſes virgas omnes accepit, in loco tabernaculi poſuit, & ſequenti die inuentum eſt, quod ſola virga Aaron germinaſſet, atque ideo vniuerſis etiam murmuratoribus aperte manifeſtatum, quod ſoli Aaron de voluntate Domini conueniebat ſummus ſacerdotij gradus. Ex hac figura quid habes videndum in figurato? Quod Iudæorum pontifices in textu Euangelico narrati, ideo inſurrexerant pro inuertendo titulo, contra Pilatum; quia inuidebant crucifixo eius magnam dignitatem ſcilicet ſummum ſacerdotium. ¶ quod in cruce Domini maxime refulſit. tertio de Sal. quæſtione vigeſimaſecunda, articulo ſecundo. In nomine etenim iſto, Rex Iudæorum, non tantum regalis authoritas ſignificabatur ſed etiam prærogatiua ſacerdotalis tunc conſignificabatur. Tunc, inquam, cum ſcilicet de Meſſia loquebantur, quoniam dignitas & regalis & ſacerdotalis ei vni ſimul conueniebant. Vnde & ad ſignificandum, quod Meſſias futurus erat rex ſimulque ſacerdos, ipſum Euangeliſtæ dicunt eſſe natum ex regali ſtirpe, Matth. primo, ſacerdotali cōiuncta, Luc. primo. Nam B. virgo mater eius fuit cognata Eliſabeth, quæ erat de filiabus Aaron, Luc. primo. Origo igitur, & inſcriptionis tituli, Rex Iudæorum, & commotionis aduerſæ pontificum, fuit ſummum Chriſti ſacerdotium: ſed hoc ſacerdotium illa quidem inſcriptio ſub nomine regio conſignificabat; in idem vero ſacerdotiū, vtpote illud inuidens Meſſiæ, pontificum inuidia ferebatur. ¶ Quod tale ſacerdotium per mundum vniuerſum diffundendum eſſet, vt figurabat illa inſcriptio trium linguarum principalium idiomate facta. Quod crux Chriſti ſola erat germinatura, floritura, fructus vbique productura, vt per virgam Aaron figurabatur. Quod ipſa crux, virtute diuina, nunquam à bona ſua germinatione præmiſſa cadet, ſed ſemper conſeruabitur, ut oſtendit figura, qua in tabernaculo Domini ad perpetuam rei memoriam uirga reponebatur. De his tribus, inquam, & alijs multis mirabilibus de cruce dictis, vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem, numer. decimoſeptimo, conclul. 1. De

Ex ſuperbia & inuidia, ad tituli corruptionē mouebantur Iudæi.

Plurima ſcitu vtiliſſima & multū neceſſaria.

Xx 3 crucem

crucem exam. prima, ſecunda, tertia, quarta, quinta, Append. & Notatio. prima, ſecunda, tertia. Item, Concluſ. ſecunda, tertia, quarta.

ANNOTATIO QVARTA. Cap. XIX.

RESPONDIT Pilatus Quod ſcripſi, ſcripſi.] Dicebatur in Annot. 3. quod liber Pſalmorum ſtabat pro veritate inſcriptionis tituli crucis, & conſequenter quod per ipſam Pſalmi teſtificationem obſtruebatur os horum pontificũ contra Chriſtum loquentium iniqua. Pro cuius dicti, & conſequenter pro meliori captu illius tituli Euangelici, hic nunc diſtinctius ponẽdum eſt, quod ibi tunc ſummatim dicebatur. Pſalmum igitur quinquageſimumſextum exponens B. Auguſtinus eiuſdemque Pſalmi titulum (qui eſt; Ne corrumpas Dauid in tituli inſcriptione, cum fugeret a facie Saul in ſpelũcam) diligentiſſime ponderans, inquit. Referentes nos quidem ad ſanctam ſcripturam, inuenimus, ſanctum Dauid illum regem Iſrael perſecutorem paſſum fuiſſe Saulem regem illius populi. Inuenimus ergo illo tempore, quando Saul rex iam reprobatus perſequebatur Dauid regem futurum & prædeſtinatum, quod ipſe Dauid fugeret à facie Saul in ſpeluncã. Quid ergo hoc ad Chriſtum? Si omnia, quæ tunc agebantur, figuræ erant futurorum, inuenimus ibi Chriſtum, & multo maxime. Nam illud, Nẽ corrumpas tituli inſcriptionem, non video, quomodo pertineat ad illum Dauid. Non enim aliquis titulus inſcriptus erat ipſi Dauid, quem corrumperet Saul. Videmus autem, in paſſione Domini ſcriptum fuiſſe titulum, Rex Iudæorum, vt ipſe titulus exprobraret frontem ipſorum, quod à rege ſuo manus non abſtinuerunt. In illis enim Saul erat: in Chriſto Dauid erat. Chriſtus enim eſt ex ſemine Dauid, ſecundum carnem, quia de tribu Dauid natus eſt, vnde eſt virgo Maria, quæ peperit Chriſtum. Inſcriptus itaque titulus ille eſt, Rex Iudæorum. Saul (vt diximus) populus Iudæorum erat, Dauid Chriſtus erat. Indignati ſunt Iudæi, quia inſcriptus erat titulus, Rex Iudæorum, puduit illos habere regem, quem crucifigere potuerunt. Non enim viderunt, quod ipſa crux, in qua eum fixerunt, futura erat in frontibus regum. Cum ergo indignarentur ex illo titulo, adierunt Pilatum Iudicem, cui obtulerant occidendum Chriſtum, & dixerunt ad eum. Noli ſcribere, Rex Iudæorum, ſed ſcribe, quia ipſe dixit, regem ſe eſſe Iudæorum. Et quia iam cantatum erat per ſpiritumſanctum, Ne corrumpas Dauid in tituli inſcriptione. Reſpondit eis Pilatus: Quod ſcripſi, ſcripſi. Quid mihi ſuggeritis falſitatem? Ego non corrumpo veritatem. Audiuimus ergo, quid ſibi velit; Ne corrumpas tituli inſcriptionem.

Oia, quæ antiquitus apud Iudæos agebantur, erant figuræ futurorum.

Titulus crucis, rex Iudæorũ, exprobrat frontẽ ipſorum.

QVID ergo eſt; Cum fugeret à facie Saul in ſpeluncam? Quod quidem & Dauid ille fecit. Nam in hoc inuenimus fugam in ſpeluncam. Figurabat enim aliquid illa ſpelunca, qua ſe texit Dauid. Quare autem ſe texit? Vt occultaretur, & non inueniretur. Quid eſt, contegi ſpelunca? Contegi terra. Portabat autem terram IESVS carnem, quam acceperat de terra, & in ea ſe occultabat, ne à Iudæis inueniretur Deus. Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Quare ergo Dominum gloriæ non inuenerunt? Quia ſpelunca ſe texerat ideſt carnis infirmitatem oculis obijciebat, maieſtatem autem diuinitatis in corporis tegmine, tanquam terræ abdito, contegebat. Illi ergo non cognoſcentes Deum, crucifixerunt hominem. Nec mori potuit, niſi in homine, nec crucifigi potuit, niſi in homine, quia nec teneri potuit, niſi in homine. Oppoſuit male quærentibus terram, ſeruauit bene quærentibus vitam. Fugit ergo ſecundum carnem in ſpeluncam a facie Saul.

Cõtexit ſe Xp̃s terra, nè cognitus à Iudæis nõ crucifigeretur pro nobis.

QVOD SI VELIS, & hoc accipe, ita Dominum fugiſſe in ſpeluncam à facie Saul, quia paſſus eſt, vſque adeo, vt moreretur, & ſe occultaret Iudæis. Inſultantes erant pendenti in ligno, & caput agitantes Iudæi: Si filius Dei es deſcende de cruce, alios ſaluos fecit ſeipſum ſaluare non poteſt. Quid magnum erat, de cruce deſcendere, cui facile fuit

de ſe-

Digitized by Google

Monumẽtũ Xpi eſt ſpelunca ſancta ad protegendũ ab inimicis.

de ſepulchro reſurgere? Sed quare deſcendere noluit? Quia vſque ad mortem voluit eſſe patiens, vt fugeret à facie Saul in ſpeluncam. Etenim ſpelunca inferior pars terræ poteſt accipi, & certe corpus eius in monumento poſitum eſt, quod erat excifum in petra. Hoc ergo monumentum ſpelunca erat, illuc fugit à facie Saul. Tandiu enim perſecuti ſunt illum Iudæi, quoaduſque poneretur in ſpelunca. Nam etiam mortuum in cruce pendentem lancea vulnerauerunt. At vbi inuolutus, curatus funere, poſitus eſt in ſpelunca, iam nihil habuerunt, quod carni facerent. Hucuſque Auguſtinus. Ex quibus conſtat, quod ab ęterno titulus antequam à Pilato in tempore ſcriberetur, ſcriptus erat in mente diuina. Porrò quod in mente diuina ſcriptum, ſeu determinatum eſt, immutabile eſt, ſicut & illa immutabilis eſt, prima quæſtione quinta, articulo primo, cum vnumquodque receptum in aliquo recipiatur in eo per modum recipiẽtis (vt tota philoſophia docet.) Vnde & omnino impoſſibile eſt, quod ibi ſcriptũ eſt, non adimpleri in tempore: quandoquidem voluntas ſimplex Dei neceſſario ſemper adimpletur, prima quæſtione, decimanona, articulo ſexto. Relinquitur ergo ex his omnibus, & quod impoſſibile omnino erat, titulum illum crucis immutari, & quod ex hac immutatione voluntatis diuinæ proceſſit illa firma Pilati ſententia, Quod ſcripſi, ſcripſi: & conſequenter quod omnino impoſſibile eſt crucifixum, cui talis titulus à Pilato inſcriptus fuit, non eſſe ſecundum ſcripturas verum Regem Iudæorum ideſt verum Meſſiã Iudæis à Deo promiſſum.

ANNOTATIO QVINTA, Cap. XIX.

TITVLVM, IESVS NAZARENVS Rex Iudęorum, Pilatus poſuit ſuper crucem.] Vt ſcilicet poſitus in altiſſimo loco non poſſet non videri ab omnibus nec tantum videri, ſed & legi. Propterea enim & Hæbraice, & Græce, & Latine, ſcriptus eſt à Pilato. In loco inquam altiſſimo poſitus, quoniam ſuper crucem. Nam crux terminabatur in ſuperiori parte per lignum tranſuerſum in quo extenſæ erant crucifixi manus. Accepit ergo paxillum Pilatus, & paxillo illo in media ſummitate crucis, vbi ſuper lignũ trãſuerſum pendebat caput crucifixi poſito affixit vel cera vel aliquo alio glutino cartulam expanſam, in qua ſcriptus erat ille titulus. Porro quod cauſa iſta crucifixionis, Rex Iudęorum, publice poſita ibi à Pilato, fuerit, tenendum eſt firmiter ab illa æterna prouidentia eſſe præordinatum, quę & eandem cauſam mandauerat non corrumpendam dicens (vt ſupra ex lib. Pſal. retulimus:) Ne corrumpas tituli Dauid ideſt Meſſię filij Dauid, inſcriptionem, ſeu (quod in idem redit) ne corrumpas Dauid ideſt Meſſiam filium Dauid, in tituli inſcriptione. Quare diuina prouidentia ſic ponendam voluit cauſam crucifixionis? Vt toti mundo nota fieret, per irrefragabile etiam apud homines teſtimonium, videlicet iudicis, & grandis innocentia Crucifixi, & grandis malignitas Iudęorum ipſum crucifigentium. Quis enim crederet vnquã ex Chriſtianis, quod IESVS NAZARENVS pro hac cauſa, ideoque innocenter, crucifixus fuiſſet; niſi Pilatus ipſe qui eum crucifixit, publico titulo idipſum proteſtaretur? Quid autem eſt, ipſum fuiſſe crucifixum propter hanc cauſam quia Rex eſſet Iudęorum, niſi dicere, ipſum eſſe crucifixum propter veritatem à ſe prędicatum, & ſic exiſtentem? Et hanc veritatis exiſtentiam ſibi ne ipſe crucifixus vſurpauerat? Non: iuxta illud Hebrę. cap. 5. Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt põtifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum. Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. Sic & à ſimili, per connexionẽ maximè vnius dicti, Heb. 1 Vnxit te &c. Vt dicamus. Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt fieret Chriſtus [ꝙ hic eſt Rex Iudæorum:] ſed qui locutus eſt ad eum: Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Etenim vnctus & Chriſtus, idem ſunt. Cęterũ dicet quis, Nunquid non, dicere ſe regem Iudæorũ eſt crimen læſæ maieſtatis Cæſareæ, &

Quare Deus monuit ſpecialiter Pilatũ ad ſcribẽdũ hãc cauſã, rex Iudæorũ.

conſequenter offendens innocẽtiam crucifixi? Ita, vt volebant tituli corruptores Pontifices i. ſi dicere ſit falſum. Veruntamen, vt grandis. i. remoto quocunque dubio, appareat omnibus innocentia crucifixi, Pilatus ſcripſit, Rex Iudæorũ: & noluit ſcribere, Ipſe dixit Rex ſum Iudæorum (quamquam hoc etiam poſſet accipi in ſenſu vero. i. dixit, & verum dixit.) Nõ enim pro crimine læſæ maieſtatis haberi poteſt, nec ambitioſus indè iudicari ille, qui ſecundum rei veritatem eſt Rex Iudæorum: prout iacet in titulo Pilati. Nec hoc illius expoſitionis capax eſt, qua ſolent homines interpretari titulos aliquorum malefactorum ſuſpectorum, qui, vt puta, ſic ad illorũ occiſionis cauſam notificãdam ſcribuntur, Titius, Princeps Rauennæ, vel Titius, dux Antuerpię. Solent enim huiuſmodi tituli ſic intelligi, quòd talis, vel talis, eſt occiſus aut ſuſpenſus, hac de cauſa, quia ipſe ſe dicebat ſeu (vt vulgò dicitur) faciebat principem Rauennæ, vel ducem Antuerpiæ. Hoc, inquam, non poteſt afferri pro vera expoſitione ad titulum crucifixi, quoniam cõtextus Euangelii contra ſimilem interpretationem è diametro pugnat. Quid dicit contextus? Dicebant Pilato, Noli ſcribere, Rex Iudæorum, ſed quia dixit, Rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus. Quod ſcripſi, ſcripſi. Ideſt, Nolo ſcribere, quia dixit, Rex ſum Iudæorum. Secundum igitur Pilatum titulus non debet intelligi, vt intelligebantur illi de Titio, de &c. ſcilicet, quia dicebat ſeu faciebat ſe Regem Iudæorum, ſed debet intelligi ſimpliciter, vt iacet, adeo, quod Rex Iudæorum, contraponitur illi, Dixit, Rex ſum Iudæorum. Taceo, quòd eſſe Regem Iudæorum modo, quo crucifixus erat, & Pilatus ſcriptor tituli intelligebat ſupra ex tex. Regnum meum non eſt de hoc mundo, nec eſt, nec eſſe, nec verè intelligi poteſt, crimen læſæ maieſtatis.

Titulus Crucis nõ exponitur modo titulorum latronũ vel reorum.

ERGO, cum nulla alia cauſa à iudice Pilato, quare ſit crucifixus, adducatur, reſtat firmiter concludendum, quòd Saluator noſter eſt, etiam ſecundum Pilatum, innocenter crucifixus. Vnde ſi interroges Pilatum, quare illum crucifixerit, inſinuat quaſi in occulto per titulum hunc, quod ex timore humano minarum Iudaicarum ad Cæſarem (vt ſuprà declarauimus) cauſam per dolos inuoluentium, crucifixit eum impulſus ab eis agere contra propriam conſcientiam, qua certò nouerat, & confeſſus fuerat, eum eſſe innocentem. Sed tamen ſubiunget, (Licet hoc non excuſet eum) proteſtatus fui prius eis, quod innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius, reiiciendo totam culpam ſuper illos, per tex. Vos videritis, quam culpam cum pœna ipſi voluntariè receperunt per tex. Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Matthæ. 27. Ergo & aliud per, Rex Iudæorum, oſtenſum eſt, ſcilicet malignitas Iudæorum: tũ quia regem ſuum verum, legitimum, & ſibi à Deo datum, tum quia vndique re vera innocentem. [Hæc enim omnia per illud, Rex Iudæorum, importantur] tam crudeliter tractauerunt, & crucifixerunt.

Vera confeſſio Pilati ex titulo ſuo, quare crucifixerit Chriſtum.

ANNOTATIO SEXTA, Cap. XIX.

VT Scriptura impleretur, &c. Videbunt, in quem transfixerunt] Illud, Vt, non tenetur cauſatiuè, ideſt, finaliter, ſed conſecutiuè. Non enim miles ad hũc finem aperuit latus Chriſti, vt ſacra hæc ſcriptura, cum nec eam aliquando ſciuiſſet, impleretur, ſed ad hoc, quod miles ipſe fecit, conſecutum eſt hoc aliud, ſcilicet, quod illa ſcriptura, quam Spiritusſanctus ab æterno iſtam militis actionẽ videns prænunciauerat, impleretur, ideſt, vt quod dixerat ſcriptura, actualiter, certificaretur. Tunc ſiquidem actualiter transfixerunt latus Domini, transfixũq; præſentes ibi viderunt, ſed & in die iudicij nouiſſimo Chriſtum in latere transfixum glorioſius apparentem videbit omnis oculus, & qui eum pupugerunt, Apocaly. 1. Intelligi porro conſecutiue, non autem finaliter, omnia ſimilia, Vt, diximus, quoniam ſi aliter intelligerentur, ſequeretur magnum inconueniens, hoc eſt quod nouum teſtamentum eſſet propter vetus, cum tamen contrarium ſit verum, (vt patet ex Apoſtolo multipliciter excellentiam noui teſtamenti ſuper vetus probante, Hebr. 1. 2. &c.) Sic & ſemper de alijs ſimilibus, Vt, dicendum eſt, vbicũq; in no-

Google

in nouo teſtamento inueniantur, quemadmodum ibi tex. Vt ſcriptura impleretur dicens: Partiti ſunt veſtimenta mea, &c: & tex. Vt conſummaretur ſcriptura dicit, Sitiô. Non enim ideo ſitijt (vt inquit Sanctus Thomas,) quia ueteris teſtamenti ſcriptura hoc prædixit, ſed ideo hoc, & ſimilia ab ea ſunt prædicta, quia per Chriſtum conſumanda erant. Si enim dicamus, quod Chriſtus ideo hoc fecit, quia ſcripturæ hoc prædixerunt, ſequeretur, quod nouum teſtamentum eſſet propter veteris impletionem, cum tamen ſit è conuerſo. Hæc ille ſuper Ioan. Finis enim legis Chriſtus eſt. Rom. 10. hoc eſt in propoſito, nouum teſtamentum de Chriſto tractans eſt illud, ad quod ordinatur lex antiqua, quemadmodum finis eſt ille, ad quem ordinantur ea, quæ ſunt ad finem. Vidit ſiquidem ab æterno Deus omnia, quæ circa Chriſtum futura erant, &, vt eum poſtea à deſcriptione rerum ei conuenientium cognoſcere certo poſſemus, illa prophetis reuelata expreſſit in libris eorum ad noſtram, qui eramus venturi, inſtructionem. Porro CHRISTVS adueniens eadem iam prophetata, ſecundum quod prophetata erant, id eſt ſecundum quod prophetiæ illæ à Deo ſcripturarum authore intelligebantur, adimpleuit: hoc eſt, ſecundum quod de Chriſto prophetatum fuerat, ita factum eſt. Ecce, quod prophetæ ſunt propter Chriſtum, non autem Chriſtus propter prophetas, & conſequenter hac ratione vetus eſt propter nouum teſtamentum, non autem nouum propter vetus, & eadem ratione vetus propter impletionem noui, non autem nouum propter impletionem veteris (niſi, vt diximus, conſecutiue.)

Nouum teſtamentū eſt, vt finis vetus aūt vt ad finem.

EX præmiſſis itaque conſtat, quod, & quomodo, poſſumus per illa, quæ prædicta ſunt de Chriſto in teſtamento veteri, venire in cognitionem certam, quod Ieſus Nazarenus crucifixus eſt Chriſtus. Hinc fit, vt Euangeliſtæ, quia volunt nos in talem ſaluberrimam cognitionem perducere, ad omnes fere paſſus Saluatoris noſtri allegent teſtamentum vetus, monſtrando ſcilicet, quod ibi antiquitus prænunciata de Chriſto, ſunt nunc temporis plene verificata de Saluatore noſtro.

Vt cognoſcamus, ꝙ Saluator noſter eſt Meſſias, allegantur ſcriptura antiqua.

Quoties hic, & alibi dicunt tex. Vt ſcriptura impleretur, vel tex. Vt adimpleretur, quod dictum eſt per Prophetam, vel tex. Conſumabuntur omnia, quæ per prophetas dicta ſunt de filio hominis, vel ſub alio ſimili verborum tenore, Quid dicendo ſic de Saluatore noſtro, volunt vlterius dicere? Ecce, Saluator ille eſt verus Chriſtus, & hoc ſcilicet ipſum eſſe uerum Chriſtum, tibi per huiuſmodi allegationes ad digitum demonſtramus. Aduertas, quod ille tex. Vt ſcriptura impleretur, os non comminuetis ex eo, non eſt contrarius (ut uidetur) illi tex. Conſummatum eſt. Nam licet omnia, quæ prædicta ſunt de illo ante mortem explenda per ipſum, fuerint adimpleta, id quod ſignificat tex. Conſummatum eſt, non tamen omnia, quæ abſolute dicta ſunt, fuerint ante mortē adimpleta, de quorum numero ſunt tex. os nō comminuetis ex eo, & tex. Videbunt in quem transfixerunt. Vbi & nota regulam hanc. ſ. ꝙ Chriſtus non tm̄ adimpleuit ea, quæ de ipſo prænunciata fuerant, ſed et ſecundum quod prænunciata erant (ut ſupra diximus.) Hæc etenim de CHRISTO regula habetur ex eo, ꝙ ante mortē dixit Dominus, Cōſummatū eſt. i. omnia pro tpe iſto explēda circa me ſunt adimpleta, cum quo eius dicto ſtat hęc alia veritas. ſ. quod prænunciata de illo fienda alio tempore, per ipſum alio tempore adimpleta ſunt. A conditione enim illa de tempore, tanquam à ſimili, argumentare ad alias conditiones, puta de loco, de modo, &c. ſicque videbis, præmiſſam regulam de Saluatore prænunciata à Prophetis adimplente eſſe veram. Vnde & ordine retrogrado à Saluatoris ſ. noſtri factis ad plenam intelligentiam ſcripturarum de ipſo allegatarū, vel vniuerſaliter, quę de eo ſunt licebit procedere. Exempli gratia. Ex hoc, quod Saluator poſitus in cruce dixit ſitio, & datum eſt ei acetū, ipſumq; guſtauit. i. parum bibit, ſed bibere noluit. i. ad magnam quantitatem non bibit. [Eligendo videlicet pati etiam pro nobis hoc, quod. ſ. non ſatiaretur. Tam ardentiſſima enim tunc erat eius ſitis, vt, ſi multum de illo bibiſſet non incongrue dici poſſe videatur, quod refocillatus aliquanto melius præ anguſtia ſitis fuiſſet]

Regula de Saluatore noſtro.

Chriſtus eſt perfectiſſimus adimpletor ſcripturarum.

Digitized by Google

fuiſſet] venis in cognitionem omnium eorum, quæ non explicite, ſed implicite tantum, continebantur in illa prophetia Pſal.68. In ſiti mea potauerunt me aceto. Ita vt illinc edoctus exponas ſic pſalmũ: In ſiti mea .ſ. extrema, mei pendentis in Cruce, & dicentis, Sitio: Potauerunt.ſ.milites, ad inſtantiam Iudæorum; Me aceto .ſ.quo plena erat ſpongia circumpoſita arundini, eique circumligata per herbam Iſopi, & ori meo per eleuationem arundinis in altũ applicata. Et ſic de reliquis. Patet igitur, quod illa duo viciſſim ſe iuuant, quoniam ſcriptura vetus rem implẽdam prænunciat, & eiuſdem rei impletio ſcripturæ veteris ſenſum abundantius explicite declarat.

ANNOTATIO SEPTIMA. Cap. XIX.

VIDEBVNT, in quem transfixerunt.] Authoritas hęc ſub his verbis ponitur *Zacharię* 12. Aſpicient ad me, quem confixerunt. Porro Domini Dei, verba ſunt hæc loquentis de domo Dauid, & de habitatoribus Hieruſalem pro tempore illo, quo de peccatis ſuis cõuerſi ad Deum agent pœnitentiam. Sic enim dicitur in principio capituli: Dixit Dominus extendens cœlum, & fundans terrã, & fingens ſpiritum hominis in eo. Deinde, poſt multa à ſeipſo continua ſucceſſione dicta inquit. Effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum. Et aſpicient ad me, quem confixerunt, & plangent ſuper eum, & dolebunt, ſicut doleri ſolet in morte primogeniti. Vbi patet, quod Propheta hic loquitur de Deo in prima perſona i. introducit Deum de ſemetipſo loquentem, & Euangeliſta eandem ſententiam referens loquitur in tertia perſona de Chriſto crucifixo. Putaſſes forſan, ꝙ ſententia illa ſic tantum exponeretur tex. Ad me, quem confixerunt.ſ.peccatis ſuis, inquãtum contra voluntatem meam, abſque vllo tamen damno meo, fecerunt (ut quotidie de omnibus peccantibus uerificatur.) Sed Euangeliſta ſenſum de illa prophetia abundantiorem explicauit (ſecũdum quod ſupra de ſimilibus de Chriſto dictis exẽplariter docebamus,) quod videlicet illa verificatur etiam ſic tex. Ad me, quem confixerunt .ſ. peccatis ſuis, inquantum contra voluntatem meam, cum damno meo corporali à lancea latus meũ perforante ſubſecuto, fecerunt. Hoc autem, quod importat Euangeliſta, non poſſe verificari de Deo patet, niſi Deus fuiſſet incarnatus.i.verum corpus humanum habuiſſet. Ergo crucifixus, de quo loquitur Euangeliſta, erat ſecundum *Zacharię* prophetiam hanc Deus verus exercituum cœli, terræ, hominumque creator, quandoque carnem aſſumpturus, ſecundum quam verificari poſſet hoc, quod eum lancea in latere confixerunt.

CERTE hæc Euangeliſtæ authoritas, licet alijs verbis expreſſa, ſi ad *Zachariam* coniunctim ſumatur, & bene ſecundum planiſſimam literam (vt oportet) cõſideretur, ita conuincit de ſumma ignorãtia illos omnes, qui negant veram diuinitatem Chriſti.i. quod Chriſtus crucifixus eſt Deus verus, vt nulla tergiuerſatione talis ignorantiæ conuictio cęlari poſſit. Quomodo enim non manifeſte, & irrefragabiliter, de mendacio tali cõtra Chriſtum conuincatur quicunque conſiderauerit, quod Euangeliſta attribuit Chriſto crucifixo id, quod Propheta dicit in perſona Dei veri? Lanceatũ ergo crucifixũ dum ſub his verbis videbunt, in quẽ tranſfixerunt, Zacharię in ſenſu vniformi correſpõdẽtibus, narrat Euãgeliſta, nobis omnibus, totique mundo per hoc oſtẽdit efficaciſſime: Crucifixum illum eſſe Deũ omnipotentem, qui.ſ infinita virtute ſua extendit cœlum, & fundauit terram, & finxit ſpiritum hominis in eo, & effundet tandem aliquando ſuper domum Dauid, & ſuper habitantes Hieruſalem ſpiritum gratiæ, & miſerationis, quo ſpiritu à malitia conuerſi ad crucifixum ipſum, in quẽ transfixerunt cognoſcent eundem eſſe Deum Iſrael, & plagent ſuper eum, & dolebunt, ſicut doleri ſolet in morte primogeniti. Notabis denique circa transfixionem iſtam errorem in fide eſſe illum, quẽ nonnulli ſub falſa pietate, vt.ſ.magis cõmouerent populum ad compatiendum Chriſto lanceato, adinuenerunt, videlicet quod vulnus hoc lateris fuerit à milite inflixum Chriſto adhuc viuenti. Ne autem cõtra Euangelium apertum, ideſt

quod

Digitized by Google

Cōdemnatur hæreſis quædā, cū eius reſpōſionis fulcimento.

quod apertiſſime ordinat latus fuiſſe perforatum, poſtquam Chriſtus inclinato capite emiſerat ſpiritum, fictionem quandā pro reſpōſione finxerunt, videlicet, quod hoc per replicationem dictum eſt ab Euangeliſta, vtpote illud, quod ante mortem factum erat, repetente, licet hocipſum prius loco ſuo, quando factum fuit, non expreſſiſſet. Cæterum & reſponſio hæc pro mero figmento, & poſitio illa falſo piorum pro hæreſi à ſacro Concilio Viennenſi ſub Clemente Quinto (vt patet in Clementina titu. de ſumma Trin. & & fide cath.) iudicata eſt. Declaratum. n. ibi definitiue fuit à Pontifice, quod Euāgeliſta nō per recapitulationem, ſed per rei geſtę ordinatam proprio in loco narrationem, ſcripſit hoc. Vide etiam Elucidationes, 3. de Sal. artic. nu 279.

ANNOTATIO OCTAVA, Cap. XIX.

OS non comminuetis, &cæ. Et uidebunt, in quem tranſfixerunt.) Illa authoritas eſt de agno paſchali Exod. 12. qui erat figura Chriſti pro nobis immolandi. Cuius agni figuralis os præceptū eſt non debere comminui in ſignum certum, quod os crurium agni figurati, ideſt Chriſti, non erat frangendum. Et ideo, quamuis ad frangendum crucifixorum crura veniſſent milites (ut patet in textu) duorumque hinc & hinc poſitorum fregiſſent illa, non tamen Chriſti oſſa crurium fregerunt, quoniam impoſſibile erat non impleri ſcripturam illam Exodi, quę de agno figurato principaliter ſub figuralis agni nomine præceperat Iudæis, os non comminuetis ex eo. Illa uero alia authoritas, quam diximus, eſt *Zach.* 12. qui ſub figura Dei ab Iſraelitis quotidie per peccata cōfixi ſignificat ibi, quod aliquando erit tēpus, quo ab Iſraelitis Deus homo factus, in cruceque ſuſpenſus, lancea transfigetur. Porro circa has, aliaſque veteris teſtamenti, authoritates frequenter in nouo teſtamento citatas, notādum eſt diligentiſſime vnum, quod. ſ. illæ omnes antiquæ authoritates in ſenſu literali ab Euangeliſtis &c. allegantur, ſicque allegatas eſſe neceſſario & intelligi debēt, & de iure intelliguntur. Ita vt ſenſus literalis fuerit 21. Exod. Os, ſcilicet crurium, non comminuetis ex eo. ſ. Chriſto per agnum hunc brutalem figurato. Item ſenſus literalis eſt Zach. 12. Aſpicient ad me, quem cōfixerunt. ſ. lancea militari, in cruce ſuſpenſum.

Senſus citationum antiquæ ſcripturæ quis ſit.

RATIO, quod in ſenſu literali ſemper ueteris teſtamenti nouū ad authoritates à Chriſto, Apoſtolis, & Euangeliſtis, adducantur, eſt, quia aliter periret efficacia ſcripturæ nouæ tum in docendo fideles, tum in repellendo infideles: id quod vel ſomniare impijſſima, omninoque intolerabilis blaſphemia eſt. Patet enim ex B. Auguſtino in epiſt. contra Vincentium Donatiſtam, quod ex ſolo ſenſu literali pōt trahi argumentum efficax, non autem ex his, quę dicuntur ſecundum allegoriam. i. ſecundum quemcunque ſenſum ſpiritualem, ſiue ſit proprie allegoricus, ſiue moralis, ſiue anagogicus (vt declaratur in 1. q. 1. artic. 10.) Oportet ergo ad ſaluandam in talibus citationibus efficatiam noui teſtamenti pro concludendis illis, quæ concludere intendit, firmiter tenere, quod ſenſum literalem illum habebant ueteres ſcripturę, quem dant eis Euangeliſtæ &cæt. dum allegant eas. Exempli gratia. Ad propoſitum Chriſti, quod. ſ. ſit uerus per naturam filius Dei, Apoſtolus ex 2. Reg. 7. allegat illud Heb. 1. Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium, & contra Iudæos ex ſcripturis Chriſtus illud Matth. 21. Lapidem, quem reprobauerunt ędificantes hic factus eſt in caput anguli: & ex Oſeæ 11. illud Matthæ 2. Ex Ægypto vocaui filium meum. Ecce. Niſi illa authoritas ſecundo Regū ſeptimo, habuiſſet antiquitus ſenſum literalem de patre ad coęternum filium loquente, Apoſtolus illā ad id concludēdum non allegaret. Item niſi illa authoritas de lapide, nō habuiſſet antiquitus ſenſum literalem de Chriſto à Iudæorū principibus reprobando, duoſque populos prius diuerſos in unum cōiuncturo, Chriſtus eam ad hoc non citaſſet, item niſi Oſeę dictum illud ſenſum literalem de filio Dei coæterno ex Ægypto à patre vocando, Matthęus hoc ad probandum intentum iſtud non adduxiſset. Et ſic de cęteris. Alioquin, vltra hoc quod ex illis ſcripturarum citationibus nihil efficaci-

Efficaciā conuincendi intellectum ſolus literalis ſēſus habet.

tes

ter concluderent (ut dictum eſt,) ignorantiam ſenſus proprij ſcripturarum uiderentur habere (cum illæ ad vnum ſignificãdum proprie tendere voluiſſenr, & iſti citatores extorquerent eas ad aliud extra illarum proprietatem ſignificandum:) & ab aduerſarijs Iudęis, contra quos, uel quorum tempore adducebantur, haberẽtur deriſui, ideoque ab eiſdem in librorum allegatorum intelligẽtia literali eruditis redarguti erubeſcerent, & confunderentur. Vnde, ne iſta quattuor inconuenientia maxime horribilia incurrant noui teſtamenti tractatores, eſt de neceſſitate dicendum, vt ſupra, ideſt, quod in ſenſu literali, & proprio, fiunt ſemper ab illis ipſæ allegationes.

Incõueniẽtia multa cogũt nos ad uerum ſenſum literalem.

ANNOTATIO NONA, Cap. XIX.

QVID ergo pro huius veritatis faciliori captu dicemus? Quod ſcripturæ omnes, quæ ab Euangeliſtis &c. citantur, habent ab initio ſuę reuelationis per Spiritumſanctum factę duplicem ſenſum literalem, vnum videlicet principalem, alium ſecundarium, qui .ſ. ad illum principalem connotandum ordinabatur. Vt, Secundarius erat ille, qui tunc extrinſecus in teſtamento veteri apparebat (puta, quod Salomon, pro tempore bonorum morum ſuorum, eſſet filius Dei adoptiuus, quod lapis materialis reiectus pluries ab ædificantibus eſſet poſtea ad connectendum duos parietes in vnum angulum aptiſſimus, quod populus Iſraeliticus pro filio Dei adoptiuo habitus exierit Aegyptum, tanquam à Deo inde vocatus:) principalis vero ſenſus eſt ille, qui in veteri teſtamento intrinſecus latebat, poſtea adimplendus, puta: Quod Chriſtus per Salomonẽ illum figuratus, ſit verus Dei per naturam filius, tãquam figuratum ſuperexcedens figurã: Quod Chriſtus per lapidem illum figuratus à Iudęorum primoribus ſit multoties reprobatus, qui poſtea duos populos multipliciter à ſeipſis diuerſos, ſcilicet Gentiles & Iudęos, coniunxerit aptiſſime in vnam fidem catholicam. Quod Chriſtus à populo illo Iſraelitico figuratus poſt aliquorum annorum moram in Aegypto fuerit à Deo patre ex eodem Aegypto vocatus per Angelum dicentem Ioſeph Matth. 2. Surge, & accipe puerum & uade in terram Iſrael.]

Duplex ſẽſus literalis in antiquis ſcripturis maxime notãdus.

Pręmiſſos autem duos literales ſenſus neceſſario poni debere in antiquo teſtamẽto, docuit Apoſtolus ſubtiliter per hęc verba 1. Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis. Ex hoc enim patet, quod ſenſus illarum omnium rerum erat figuralis, quoniam aliter illa omnia non fuiſſent figura eorum, quæ noſtris temporibus euẽtura erant. (quod eſt contra Apoſtolum ibi.) Senſum vero figuralem trahere ſecũ de neceſſitate ſenſum figuratum, conſtat ex eo, quod ſicut figura & figuratum, ita ſenſus figuralis, & figuratus, ſunt ad inuicem relatiua, & relatiuorum hæc eſt conditio (philoſopho teſte, in Prædicamen.) vt vno ipſorum dato detur & aliud. Quia igitur omnia illa erant in figura, oportet, quod ſenſum vtrunque haberent, ſed inęqualiter .ſ. figuratum ſenſum, tanquam principalem, & figuralem, tanquam minus principalem. Sicut enim figura eſt aliquid minus figurato, vtpote ordinata ad figuratum, tanquam ad ſuum finem, ſic, vel ſic, repręſentandum, ita ſenſus figuralis eſt quid minus figurato ſenſu, utpote ordinatus ad hunc, tanquam ad ſuũ finem connotandum. Hinc mox regula iſta neceſſario fit, quod ſicut figuratum excedit figuram, ita illa, quæ dicuntur de figura, non tam excellenti modo de figura ipſa intelliguntur, quemadmodum de figurato (ut ſupra ex exemplis de Salomone, de lapide, & de Aegypto, patet.) Quando igitur Spiritusſanctus dicit Exod. 12. Os non comminuetis ex eo, & Pſal. 117. Lapidem, quem &c. & Oſeę. 11. Ex Aegypto &c. & 2. Reg. 7. Ego ero illi &cæ. tunc principalius loqui intendebat de Chriſto ab ijs figurato, quam de rebus ipſis figurantibus.

Regula de figura, & figurato.

EX præmiſſa ergo illorum duorum ſenſuum literalium ſub una litera, 1. q. 1. art. 10. ueritate, relinquitur concludendũ totum oppoſitum illorum inconuenientium, quæ ſecutura neceſſario dicebantur, ſi allegationes in teſtamento nouo repertæ non fuiſſent ex ueteri ſecundum ſenſum literalem factæ. Cognita ſiquidem illa ſenſuum ueritate, patet faciliter;

Primo,

Digitized by Google

Quatuor conuenientia ex ſenſu literali, contra illa quatuor incōuenientia ex non literali.

Primo quod allegantes ex antiquis concludunt efficaciter, quod volunt tum in docendo fideles, tum in reijciendo infideles. Secundo quod tales non poſſunt de ignorantia ſcripturalium ſenſuum, quaſi extorquentes eos, taxari. Tertio quod ab inimicis Iudæorum Rabbinis non poſſunt de iure haberi deriſui, aut etiam de aliqua falſitate circa authoritatum citationes redargui. Quarto quod nullam habere hinc excuſationem poſſunt Iudæi, ſi ad veteris teſtamenti, quod profitētur, teſtificationem de nouo teſtamento allegatam non conuertantur. Quam excuſationem aliàs habuiſſent, dicendo Euangelij prædicatoribus: Nolumus vobis credere propter talia inefficatia motiua, hoc eſt, propter allegatos prophetas in ſenſu iſto, quoniam ſenſus iſte quem vos aſſeritis, non eſt literalis, id eſt nec a prophetis, nec a Spirituſancto, in prophetiarum illarum litera intentus. Cæterum videas etiā circa huiuſmodi Elucidationes formales ſup 1. par. q. 1. ar. 10. appē.

ANNOTATIO DECIMA, Cap. XIX.

STABANT autem iuxta Crucem IESV mater eius &c. Mulier, ecce Filius tuus]. Si ſtabant iuxta Crucem Domini mulieres iſtæ, quomodo verificatur illud Matth. 27. Erant ibi multæ mulieres a longe, inter quas erat Maria Magdalene, & illud Mar. 15. Erant & mulieres de longe aſpicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & illud Luc. 23. Stabant omnes noti eius a longe, & mulieres, hæc videntes? Item. Si verificatur dictum præcedens aliorum trium Euangeliſtarum, quomodo verum erit, quod dicit Euangeliſta noſter? Nunquid non viderat iſte alios tres, antequā Euangelium ſuū ſcriberet, & ipſorū narrationē, oēm tanquam veram approbauerat? Viderat vtique, & (vt aliàs ex B. Auguſti. adduximus) omnia illa eſſe vera comprobauerat, ſed ea, quæ ipſorum ſcriptis explicitē deerant, ſupplere per expreſſam ſcripturam ſimul etiam determinauerat, vt ex eodem Auguſt. in prologo ſuper Io. Euangelium, patet). Vnde ſuppletionis talis locus hic vnus eſt. In cuius ſignum, quod ſuppleat: Quis mētionem fecit de matre Domini aſtante morienti filio, niſi Euangeliſta noſter? Reſpondendum igitur ex his ad obiectionem reſtat, quod pro regula firma, infallibilique tenendum eſt, quod aliud eſt Euangeliſtas aliquos non dicere totum, aliud eſt illos non dicere verum, & quod licet ſinguli non dicant totum, nullus tamen ipſorū dicit falſum, id eſt non verum. Priores igitur tres (applicando regulam hanc infallibilem ad propoſitum) non dixerunt de matre Domini aſſiſtente ad crucem, ſed tamen per ſuum hoc ſilentium neque negarunt, neque negare intenderunt aſſiſtentiam illam. Quocontra de quibuſdam alijs aſſiſtentibus commemoratis ab eis B. Ioannes tacuit, cum tamen dicta eorum non negauerit, ſed præſupponere intenderit. Item. Illud de aſſiſtentia mulierum, ſiue a lōge, ſiue prope, nullam habet contradictionis apparentiam, ſi inſpiciatur ordo texturæ Euangeliſtarum, quamuis nō inſpicientibus illam (vt accidit obiicienti) videatur interuenire diſſenſio. Nam tres priores ſtatum illarum mulierum, poſtquam fuit mortuus Dominus, narrant, Euāgeliſta vero vltimus, antequam moreretur. Patet autem, quod eaſdem fuiſſe iuxta, id eſt prope crucem, antequā mortuus eſſet Dominus, nihil contrarietatis habet ad dictū illud, ſcilicet eaſdē ſteiſſe a longe, poſtquam Dominus expirauit. Ex quo textuali ordine intelligi datur, mulieres has cum matre Domini ſtetiſſe a principio crucifixionis iuxta Crucem, ita quod eis Dominus loqui poterat (quod & fecit, recommēdans matrem diſcipulo) ſed procedente poſtmodū paſſione propter multitudinem irridentium ſuperuenientem retraxiſſe ſe, & ſteiſſe a longe ad videndum quæ fiebant. Verificantur ergo, abſq; ulla diſſenſione Euāgeliſtarum omnia.

Regula infallibilis de Euangeliſtis.

MVLIER (inquit), ECCE Filius tuus &c. Ac ſi matri dicat. Vſq; mō curam tui, corporaliter pſens habui; nūc ēt corporaliter diſcedēs tui memor, hunc tibi loco mei derelinquo ꝓ filio, ſicut viciſſim te illi ꝓ mře. Vt videlicet iſte tibi ſeruiat, vt filius matri [quod ſic declarat text. ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam, ſ. curam, diligenter & reuerenter ei obſe-

quendo]

quendo:) & tu diligas illum, vt mater filium. Vnde B. Ambroſius textum præſentem conſiderans ait. Teſtabatur de cruce Chriſtus, & inter matrem, atque diſcipulum, diuidebat pietatis officia. Condebat Dominus non ſolum publicum teſtamentum. Bonum teſtamentum non pecuniæ, ſed vitę æternę, quod non atramento ſcriptum eſt, ſed ſpiritu Dei viui. Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Hæc ille in epiſt. Maria mater Domini ante crucem &c. Porro (vt inquit B. Auguſtin. ſuper Ioan.) Chriſtus in cruce pendens, ſe habuit ſicut magiſter in cathedra. Vnde & docet nos, parentibus exiſtentibus in neceſſitate ſubuenire, & de eis curam habere, ſecundum illud Exod. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Hære ſim quoque per hunc tex. Mulier, ecce fil. &cæt. Dominus excludit. Id quod docet B. Chryſoſtomus dicens. Itaq; etiã Marcionis obſtruit inuerecundiam. Si enim non genitus eſt ſecundum carnem, neque matrem habuit: cuius gratia tantam circa eam ſolam facit prouidentiam? Intuere autem, qualiter cum crucifigeretur, vniuerſa imperturbate agebat, diſcipulo loquens de matre, prophetias implens, latroni bonam ſpem tribuens. Hæc ille ſuper Ioan. Cæterum quis dicat: Si Chriſtus matrem hanc habuit (quod negabat Marcion:) cur eam neque hic, neque alibi vocat matrem? Etenim Ioan. 2. dicit ei: Quid mihi & tibi eſt mulier? Et hoc in tex. Mulier, ecce &c. Reſpondetur: quod licet eam non uocaliter uocauerit unquã matrem (quod legatur:) tamen effectualiter eam matrem uocauit. Effectualiter, inquam, quia ad intuitum eius, prę omnibus alijs, tanquam honorando illam, vt vere matrem, fecit miraculum de aqua in vinum, cap. 2. & nunc, alijs omnibus

Teſtamẽtum pietatis, à Chriſto imperturbato in cruce, factum.

licet multum dilectis (maxime B. Magdalena) aſtantibus prætermiſſis, pro illa ſola etiam taliter moribundus ſolicitudinẽ magnam oſtendit. Vnde hoc aduertens B. Chryſoſt. ſuper Ioan. indicauit ſic. Cũ aliæ mulieres aſtarent, nullius alterius meminit, niſi matris, docens nos, plus aliquid matribus prębere.

Sed inſtat adhuc, dicens. Quare nunquam nominaliter eam vocauit matrem? Quia illius de ſua humilitate precibus voluit condeſcendere. Virgo enim hæc præ omnibus, dempto filio, humillima eidem filio ſupplicauit (vt probabiliter à nonnullis, attenta eius humilitate, æſtimatũr:) ne matris nomine tam ſupra modũ altiſſimo, vtpote maternitatem Dei concernente, ſeipſam vocaret, ſed nomine tãtum communi .ſ. mulier, ſignificante ſexum. Sicut uos, fili mi dulciſſime (inquiebat ſupplicans) licet ſitis verus filius Dei, vocatis voſmet præ ſanctiſſima humilitate veſtra non illo nomine ſpeciali, & mirabiliſſimo .ſ. filium Dei, ſed nomine communi, & humano .ſ. filium hominis, ita hoc mihi (quæſo) pro magna gratia, ad veſtram illam humilitatem imitandam, condonetis, vt nunquam me, niſi nomine illo mihi cum alijs communi vocetis. Crediderim ego, ſalua humilitatis eius precatione dicta, quod B. Virgo ipſa in exceſſum mentis raperetur, quando ſe eſſe Dei viui matrem (ſicuti vere erat, 3. de Sal. q. 35. art. 3. 4. cum Elucid.) recordabatur, iã incomprehenſibilem dignitatem conferens in corde ſuo, & hinc etiam (ut decet) mota ſit ad exorandum filium pro gratia ſupradicta, & obtinuerit. Denique quod cum hoc tex. Mulier, ſtet, quod ipſa ſit uera mater Dei, uide ſupra Matth 1. conclu. 2. 3. Veritates catholicas.

Cur Dominus ſuã matrẽ nõ vocet matrem, ſed mulierẽ.

CAPI-

Digitized by Google

CAPITVLVM VIGESIMVM.

Vna autem Sabbathi Maria Magdalenę venit mane [cum adhuc tenebræ eſſent] ad monumentum, & vidit lapidem ſublatum à monumento. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium diſcipulum, quem dil. &c. Tulerunt Dominum de monumento, & neſcimus &c. vſque in finem capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

Quod Diſcipuli CHRISTI furati ſint corpus eius de monumento, eſt apertiſſimum mendacium (contra perfidiam Iudæorum narratam Matth. 28. tex. Diſcipuli eius venerunt nocte, & furati ſunt eum:) Quem CHRISTVM tanquam hominem ſanctiſſimum, ſibique benefactorem, præcipuè in dimittendo peccata, ſingulariſſimum, Maria Magdalena præ cæteris (excepta Beatæ Virgine Dei matre) feruentiori ſpiritu ſynceriſſimę deuotionis diligebat, licet nondum eum crederet firmiter eſſe verum Deum, & à morte reſurrecturum, ſed nec Diſcipuli etiam primores eum tunc reſurrecturum firmiter credebant.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quoad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Vna Sabbathi Maria Magdalene venit ad monumentum &c. Tulerunt Dominum meum de monumento &c. & per tex. Exiuit ergo Petrus, & alius diſcipulus, & venerũt ad monumentum, & per tex. Vidit linteamina poſita, & ſudarium non cum linteaminis poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum, & per tex. Vidit & credidit, nondum enim ſciebant ſcripturam, quia oportuit eum à mortuis reſurgere. Prima itaque concluſionis pars, ſcilicet quod diſ. Chri. fur. ſint cor. ei. de monumento, eſt apertiſſimum mẽdaciũ, patet ex eo, quod & Maria corpus de monumento ſublatum diſcipulis nunciauit, proteſtans, ſe neſcire, vbi poſuerint ipſũ, & diſcipuli iuerunt ad videndum, an verum eſſet hoc Mariæ nuncium, & viderunt in monumẽto linteaminam, & ſudarium à linteaminibus ſeparatim poſitũ, in vnumque locum inuolutum, ipſum uero Chriſti corpus non inuenerunt (vt implicite hic Euangeliſta ſubintelligit ex Luc. 24. explicante.) Ex his enim tribus pręmiſſis adeo conſtat prima illa concluſionis pars, vt quicunque hoc non videt, vel etiam de huius contrario aliqualiter dubitat, ſit iudicio quorumcunque uere prudentium cęcus omnino, & inſenſatus. Ecce. De horum præmiſſorũ primo, quid habes in textu? Vna Sabbathi Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum &c. Cucurrit ergo &c. & dicit eis. Tulerunt Dominum, & neſcimus, ubi poſuerunt eum. Vide ſingula. Vbi, & quales erant illi diſcipuli? Clauſi in vna domo, meticuloſique ſupra modum, maxime tunc, tanquam de recenti habentes furibundã capturam magi- *Primo.*

ſtri

ſtri ſui à Iudæis facta, propter quod omnes relicto eo fugerunt Matth. 26. Maria illa quanto tempore ab illa captura, & per conſequens à maximo illo diſcipulorum tremore, ſtetit ad veniendum ad monumentum? Pauciſſimo. Nam à die ſexto .i. Veneris, quoad pręcedentem noctem, facta eſt illa captura, & fuga, paruiſſimũ tempus intercedit vſque ad vnam .i. primam Sabbathi, cum adhuc tenebræ ſunt .i. vſque ad diem, quem nunc vocamus, Dominicam, in aurora: qua hora, & die (ſecundum præmiſſum Euangelij textũ) venit ipſa Maria ad monumentum. Adhuc ergo perſeuerabat quaſi recentiſsima illa in diſcipulis trepidatio. Quæ etſi tentaſſent nocte ipſa ire ad monumentũ fuiſſet (etiam multis alijs de cauſis) augmentata in immenſum. Et neſcimus, inquit, vbi poſuerunt eum. Hoc autem ideo facit ad illud intentum probandum, quia eſt valde rationi conſentaneum, quod ſi diſcipuli furati fuiſſent corpus, ipſa Maria tam familiaris, de corporeque eius tã ſolicita, ſciuiſſet aliquid de tali facto, quapropter nec etiam ad inungendum corpus eius antea iuiſset ad monumentum. Cum ergo proteſtatur nunc, ſe neſcire, vbi ſit corpus, probat per hoc, quod diſcipuli non ſunt furati illud.

Secundo.

DE illorum trium præmiſsorum ſecũdo, quid habes in textu? Exijt ergo Petrus & ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentum. Putas ne, diſcipulos, ſi ipſimet furati eſsent corpus, iuiſsent ad monumentum, ſecundum quod intelligit textus, vt .ſ. certo per ſeipſos cognoſcerent id quod ſibi à Maria fuerat nunciatum, an videlicet verum eſser, corpus non eſse in monumento? Nec ſtultus quidem hoc putaret. Quod ſi diſcipulorum aliqui fuiſſent furati corpus, nonne de feruentioribus, minuſque timidis inter illos; hoc eſſet magis veriſimile? Vtique. Petrus autẽ & diſcipulus ille, quem ratione puritatis virginalis diligebat Chriſtus feruentiores cæteris erant erga ipſum magiſtrum, minuſque timidi (dempto caſu illo negationis Petri,) id quod oſtendunt facta ipſorum hæc .ſ. quod paſsionis tempore hi ſoli captum magiſtrum, amore timorem vincente, ſequebantur, Ioan. 18. & tempore perſecutionis magnæ Apoſtolorum

Petrus & Ioannes, reliquis feruentiores, animoſioreſque ſunt.

ipſi duo aſcendebant in templum ad horam orationis nonam Actu. 3. & de eiſdẽ ſpeciatim dicitur Actu. 4. Principes populi videntes Petri conſtantiam & Ioannis, admirabantur, & duo illi ad Samaritanos in Domino perficiendos, tanquam negocio huic apti magis ab omnibus reputati, miſsi fuerunt Actu. 8. Si igitur ij, de quibus magis videbatur, quod furarentur Domini corpus, non ſunt furati illud (ut ſatis, ſuperque probat eorum anxium deſiderium ad inueniendum corpus, quorum hęc anxietas per curſum in textu ſignificatur:) multo minus alij ſunt illud furati, de quibus, quod talem rem feciſsent, minus videbatur. Vera nanque ſemper eſt regula illa dictata à ratione naturali, quam expreſsit philoſophus, in lib. Topicor. dicens: Si de quo magis uidetur ineſse, non ineſt, tunc de quo minus videtur ineſse, minus inerit: & è contrario .i. ſi de quo minus videtũ ineſse, ineſt, tunc de quo magis uidetur ineſse, magis inerit. Dum ergo textus explicite dicit, ꝙ primores Apoſtolorum neſcierunt (teſtãte id abundanter ipſorum ad monumentum curſu,) vbi eſset corpus, ideoque ꝙ illud furati non ſunt, tunc per hoc ſimul implicite dicit etiam, quod cæteri diſcipuli multo minus furati fuerunt illud.

Nota regulam vniuerſalem, & quod optime concludit propoſitum.

LINTEAMINA, & Sudarium &c.

HACTENVS probauit Euangeliſta per textus prædictos, quod diſcipulos fuiſse furatos corpus credere, eſt multum irrationabile: nunc nõ ſolum de diſcipulis, ſed etiam de quibuſcunque alijs, negatiuam illam .ſ. quod non furati ſunt, & quod irrationabiliſsimum eſt hoc credere, probat per textum ſequẽtem: De tertio igitur illorum trium præmiſsorum quid habes in textu? Vidit linteamina poſita, & ſudarium non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. Hoc eſt. Vterque illorum Apoſtolorum (vt ex contextu patet) vidit, quod intus in monumento erant omnia hæc bene, & plicata, & proprijs in locis diſpoſita .ſ. linteamina, quibus cum myrrha, aloe, & alijs aromatibus Ioan. 19. inunctum Domini corpus fuerat incluſum, inuo-

Tertio.

inuolutũ, aptiſsimeq; circumligatum (ſicut mos eſt Iudæis ſepelire, Ioan. decimo, decimonono,) & ſudarium, quod fuerat ſuper caput eius, extra linteamina ſeparatum, concinneque alia in parte collocatum. Ecce textus realitatem facti narrãs. Quid ad literam ipſiſſimam per horum factorum tam minutiſſime narratorum vocem vult dicere? Quod & impoſſibile eſt, aliquem hominem furatum eſse corpus illud, & omni ratione priuatus eſt, quicunque contrarium concipere poteſt. Dico, concipere, quia exterius dicere poteſt (vt perfidi Iudæi faciunt,) licet interius mente non concipiat. [Simile enim eſt in re iſta illud, quod de primis principijs dicit philoſophus, in lib. Metaphyſi. quod ſcilicet contraria eorum quamuis ore dici poſſint, corde tamen concipi nõ poſsunt.]

Porro, quod ex circunſtantijs illis ab Euangeliſta narratis, ſcilicet linteaminũ, & ſudarij pateat omnibus ratione recta vtentibus id, quod dicebatur, quod videlicet impoſſibile ſit, aliquem furatum eſse corpus, res ipſa de ſe loquitur. Ideo nanque deſcribit hæc omnia ſic diſtincte, vt omnis ſuſpicio, cadaueris inde aſportati tollatur. Ecce. Si cadauer fuiſset à furibus aſportatum, certe non fuiſsent relicta linteamina, cum & ipſa ex mixtione vnguentorum mirrhæ, atque aloes grandi .i. centum fere librarum Ioan. 19. eſsent viſcata, ac tenaciſſime adhærentia ipſi corpori intus diligentiſſima cura inuoluto, & facilius fuiſset eis cum linteaminibus aſportare corpus, puta linteaminum initijs acceptis celerius ſubleuatum atq; quo voluiſsent, delatum. Præterea ſudarium capitis non fuiſset ſeparatim à linteaminibus, adhibita decenti inuolutionis cura, poſitum. Suapte enim natura & actus furandi, & furum, rerum harum in textu narratarum contrarium è diametro docet, quandoquidem ex furtiuis experientijs conſtat, quod fures ad id quod principale ipſis eſt, ideſt ad celeriter & ſecrete, rem furatam auferre, intendunt, vt omnem aliam curam de impertinentibus ad furtum omnino poſtponant. Et licet hæc eorum natura, conditio, ſiue proprietas (quæ tria nunc pro eodem ſumuntur) ſeruetur ab eiſdem communiter

Proprietas & actꝰ furtiui, & furum, deſcribitur.

in quibuſcunque furtis, diligentius tamẽ tunc obſeruatur, quando rem ualde pretioſam, ſibique chariſsimam volunt furari, ita vt quanto plus, aut minus res furanda eſt pretioſa, ſibique chara, tãto magis, & minus ſtudeant conditionem illã, ſeu naturam, & proprietatem, cum diligẽtia inuiolabiliter obſeruare. Patet ergo ex his, maxime cum Xp̃i corpus eſset, & ſm ſe pretioſiſsimum, & diſcipulis chariſsimum, quod, ſi furati corpus fuiſsent, ipſum, vt iacebat, abſtuliſsent. ſ. linteaminibus inuolutum, & circumligatum, ſudario item ſuper caput relicto, quo & facies erat ligata Ioan. vndecimo. Ex præmiſsis quoque patet, quod ideo hæc de linteaminum, ſudarijque diſpoſitionibus Euangeliſta dixit, ad demonſtrandum, quod etiam ex his minutulis teſtimonia veræ Domini reſurrectionis adſunt]. Vnde & Beatus Chryſoſtomus, introducens Euangelij textum ait. Vidit linteamina poſita, & ſudarium non cum lint. poſ. ſed ſepar. inuol. in un. loc. Quod erat reſurrectionis ſignum. Neque enim quidem cum tranſtuliſsent, corpus eius denudaſſent, neque ſi furati eſsent, huius rei fuiſſent ſoliciti, ut leuarent ſudarium, & inuoluerent, & ponerent in unum locum ſeorſum à linteaminibus, ſed ſimpliciter, ut ſe habebat, ſuſcepiſsent corpus. Ideo enim Ioannes præmiſerat, quoniam eſt ſepultus cum mirrha, quæ cõglutinat corpori linteamina, ut non decipiaris ab his, qui dicunt, eum furto ſublatum eſse. Non enim ita inſenſatus eſset, qui furaretur, ut circa rem ſuperfluam tantum ſtudium conſumeret. Hæc ille ſuper Ioan. Quæ Sanctus Thomas declarare uolens magis, atque declarans, inquit. Quare Euangeliſta ſic diligenter omnia narrat? Ad quod dicendum, ſecundum Chryſoſtomum, ut excluderet falſam opinionem à Iudæis diuulgatam, quod corpus Chriſti furtim ſublatum eſset Matth. ultimo. Nam ſi hoc modo aliqui tranſtuliſsent illud, non utique eum denudaſsent, præcipue cum oportuiſset eos hoc feſtinanter facere propter præſentiã cuſtodum. Neque etiam fuiſsent ita ſoliciti, ut leuarent ſudarium, & inuoluerent, & in unum locum ſeorſum ponerent, ſed eum ſimpliciter, ut contigiſset, ſuſce-

Minutula etiam, reſurrectionem Chriſti eſſe veram, confirmant.

A Sanctis Chryſo. & Thoma, ꝑ Euãgeliũ, Iudæi mirifice confundũtur.

Digitized by Google

pro corpore dimiſiſſent. Huius etiam rei cauſa præmiſit, quod ſepultus fuit cum mirrha, & aloe, quę conglutinant corpori linteamina, ita quod non potuiſſent tã cito à corpore ſeparare. Hæc ille ſuper Ioan. Videas quoque illa de ſepulchro exciſo in petra, de militibus ad cuſtodiã monumenti poſitis, de grandi lapide ad eius oſtium aduoluto, cum Pilati ſigillo, quæ dicta ſunt ſuper Matthæ. 27. Vt amplius ex omnibus circunſtantiarum monumẽti Dominici partibus, & veritatem reſurrectionis aſtruas, & mendacium illud Iudæorum atque ſimilium toti mundo ex ſibilandum apertiſſime demõſtres.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Maria Magdalena prę cæteris (excepta B. Virginæ Dei matre) feruẽriori ſpiritu ſynceriſſimę deuotionis diligebat Chriſtum, tãquam hominẽ ſanctiſſimum, ſibique benefactorem prę cipue in dimittendo peccata ſingulariſſimum, licet nondum crederet firmiter, eũ eſſe verum Deum, & à mortuis reſurrecturum, demonſtratur ex tex. Vna Sabbathi Maria Magdalena ven. mane, cum adh. ten. eſſ. ad monumentum, & tex. Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorãs, &c. dicito mihi, vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam, & tex. Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum. Ex omnibus ſiquidem his redditur probatũ totum illud concluſionis intentum, vt patebit magis per ſingula. *Primo.* Primo ergo dicit tex. Venit Maria Magdalena ad monumentum vna Sabbathi mane, cum adhuc tenebræ eſſent. Clarum eſt ex alijs Euangeliſtis Matth. 28. Mar. 16. Luc 24. quod Maria Magdalena non venit ſola ad monumẽtum, ſed cum alijs. Cur ergo de Maria tantum mentionem facit Euãgeliſta, quaſi quod ipſa ſola ad monumentum venerit? Non intendit hoc B. Ioannes per taciturnitatem de alijs [cum implicite & hic, & alibi ſemper, cointelligat illa omnia, quæ iam viderat ſuos coeuangeliſtas explicite dixiſse. Vt aliãs, tanquam regulam firmam annotauimus:] ſed ex ſilentio illo nos admoneri eſse vult, quod Maria Magdalena erat inter cæteras & principalior in diligendo crucifixum etiã mortuum, & ſepultum, & illa, quæ ex tam feruida dilectione mota cæteris perſuaſerat eaſque ſolicitauerat, vt venirent ſimul ad monumentum. Per hunc igitur textum inſinuatur nobis, quod dilectio illa Marię Magdalenæ ſupra cęteras erat non tantũ intus in corde ardens, ſed etiam exterius in bonis operibus feruens. Ardoris, & feruoris nomine in hac re vtor, quia textus, ſi bene penetretur, ad id faciendum me aſtringit. Quomodo? Dum inquit, & vna Sabbathi, & mane, & cum adhuc tenebrę eſſent, & venit: ac ſi aperte dicat per ſingula textus. Dilectio illa Mariæ Magdalenæ adeo ardebat intus & feruebat foris, vt fuerit inpatiens, & ad expectandũ ſecundam Sabbathi, quando milites è cuſtodia ſepulchri diſceſſiſſent [iuxta illud tacite inſinuatũ Matth. 27. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum uſque in diem tertium:] & ad expectandum de vna. i. prima Sabbathi horam ſaltem tertiam, quando iam ſole exiſtente actualiter ſuper terram nobilibus matronis (ut erat Maria Magdali caſtelli domina) conueniens magis eſt, quam primo mane, exire domo, & ad expectandum de mane lucem claram, quando magis decet mulieres in vijs apparere, quam cum adhuc tenebræ ſunt, & ad expectandum ſocias, ita ſ. quod nolit ſine ſociabus facere iter, quandoquidem aſſociari velle in via magis conuenit mulieri, quam velle ire ſolam. Et tamen, quoad hoc vltimum dicit tex. Venit. Hoc eſt, tam ex feruore miro Maria hęc determinata penitus ad viſitandum ſepulchrũ erat, vt, etiam ſi ſociæ ſecum ad illud uel venire noluiſsent, vel non uenìſsent, ipſamet ſola & de voluntate, & de facto veniret, ideſt & uenire vellet, & actualiter veniret. Tacendo ergo ſocias, cum dicit, venit: Euangeliſta de Mariæ amore ſancto ſupra cęteras miranda edocuit.

Regula Euangeliſtarum vniuerſalis.

Ex multiplici amoris impatiẽtia per textum deſcripta apparet ipſius feruor, & ardor.

Secundo. SECVNDO VERO dicit tex. Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans. Quid ſibi vult illud autem? Id, quod contextui præcedenti aduerſatur, quoniam iſtud, autem, eſt coniunctio aduerſatiua, ideſt diuerſa à præmiſſis dicens in ſententia ſua. Quid præmiſsum fuerat? Abierunt ergo iterum Diſcipuli ad ſemetipſos. Hoc eſt, Diſcipuli

Digitized by Google

Maria Magdalena excedit tunc oẽs Apoſtolos in amando Chriſtum

ſcipuli, poſtquam viderunt id, ad quod videndum ex relatis à Maria moti venerant, ſcilicet, quod corpus Domini non erat in monumento, abierunt iterum ad ſemetipſos, ideſt reuerſi ſunt ad manendum iterum in domo, vbi prius, quando Maria eis nunciauerat, latitabant. Reſtat igitur manifeſtum, quod Euangeliſta per illud autem, in tex. Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans, ſignificauit: differentes fuiſſe actiones Mariæ ab actionibus diſcipulorum. Ac ſi dixiſſet apertius. Actiones diſcipulorum fuerunt, abire ad ſemetipſos, ſed actiones Mariæ fuerunt, ſtare foris ad monumentum & plorare. Per quod abſque dubio & conſignificauit ab effectu, quod amor Mariæ ad Dominum erat tunc maior, quam diſcipulorum eius, etiam principalium. Maria, inquit, ſtabat, ideſt perſiſtebat conſtanti amore feruida, atque ita tenerrimo, ut de abſentia Dominici corporis uberrime ploraret. Cæterum quomodo verificatur ille tex. Foris: cum dicatur Mar. decimoſexto. Introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem, & Luc. vigeſimoquarto. Ingreſſæ non inuenerunt corpus &c. Maria ergo hæc cum ſociabus introierat, ſeu ingreſſa fuerat monumentum, iuxta illos Euangeliſtas, & per conſequens non erat foris, ſed intus. Reſpon. Nulla eſt in ſenſu diſcrepantia illorum duorum cum noſtro coeuangeliſta, immo iſte dicendo, foris, declarat, quid duo alij intellexerint per hoc, quod denotarunt Mariam eſſe intus. Pro cuius faciliori captu ſciendum eſt, quod (vt ex his tribus Euangeliſtis inſinuatur) monumentum Domini accipitur aliquando large, aliquando ſtricte. Nam cum legatur Ioan. decimonono. Erat autem in horto monumentum nouum, oportet dicere, quod ibi erat & clauſura horti, & intra ipſam clauſuram domuncula quædam exciſa in petra Matth. vigeſimoſeptimo, Mar. decimoquinto, ad modum ſepulchri, ſeu monumenti, vbi immediate collocandum eſſet mortui corpus. Stricte igitur loquendo, non illa horti clauſura, ſed illa domuncula, erat monumentum, & large loquendo, non illa domuncula, ſed tota horti clauſura monumentum vocabatur. Ne igitur ex lectione recitata Luc. vigeſimoquarto, & Mar. decimoſexto, errares, dum ibi inſinuatur, Mariam ſtare intra monumentum, intelligens, quod eſſet intra domunculam illam: ideo Beatus Ioannes, qui vltimus Euangeliſta fuit, vt à te illam erroneam intelligentiam præueniendo remoueret, dixit; Mariam ſtare foris monumentum, ideſt illam domunculam. Ac ſi apertius dixiſſet. Illud, intus monumentum, quod meos coeuangeliſtas dixiſſe vidi, eſt verum [ſicut & omnia alia, ac ſingula, quæ ſcripſerunt:] ſed non intelligitur, niſi de monumento large ſumpto, ideſt de tota clauſura horti, ac ſi clarius dixiſſent; Mulieres illæ erant intra horti clauſuram. Dum igitur ego dico, Maria ſtabat foris, ideſt extra domunculam declaratum relinquo, quod ipſi ſic, ideſt de clauſura tantum, intellexerunt. Exponatur ergo ex omnibus præmiſſis tex. Maria ſtabat ad monumentum ideſt circumcirca domunculam illam proprie dicta ſepulchrum, foris tamen domunculam, licet intus horti clauſuram.

Monumẽtũ duobus modis ſumũt ad literã Euãgeliſta.

Inclinauit nihilominus ſe poſtea, & proſpexit in monumentum, ideſt in illam domunculam, ad uidendum, an ibi eſſet corpus, uel ſaltem aliquod ſpeciale veſtigium corporis Chriſti.

AD MONVMENTVM.

IN SECVNDA illa parte concluſionis aderat hæc particula, tanquam hominem ſanctiſſimum, ſibique benefactorem, præcipue in dimittendo peccata, ſingulariſſimum, quæ particula nunc probatur ex tex. Ad monumentum. Penetrata ſiquidem tota cauſa finali, quare uenerit ad monumentum, apud quod tunc ſtabat, apparebit faciliter intentum, ideſt, quod probata ſit illa concluſionis particula. Finalis ergo huius rei cauſa explicatur Mar. decimoſexto, per tex. Vt uenientes ungerent IESVM. Cur autem Maria hæc voluerit tunc ungere eum, habetur ex verbis illis CHRISTI, Mar. decimoquarto. Præuenit, vngere corpus meum

in ſepulturam. Adeo quod unctio illa, quam Domino exhibuit Maria in cœna illa, computatur iudicio ipſius Domini pro vnctione iſta, quam eidem mortuo nunc exhibere uolebat. Ex conſequenti ergo, quaſi per locum à coniugatis (vt in libro Topicor.) dicamus. Sicut illa unctio actualis computatur pro iſta volita, ſed non actualiter facta, ita Mariæ intentio, qua illam unctionem fecit, debet computari pro eiuſdem intentione, qua iſtam vnctionem facere uolebat: vt uidelicet ſicut ex illa unctione venimus in cognitionem iſtius (ut patuit Mar. decimoquarto,) ita ex intentione Mariæ tunc habita debeamus venire in cognitionem intentionis eiuſdem nunc habitæ. Videamus ergo, qualis eſſet intentio Mariæ in exhibitione illius vnctionis, vt inde ſimul uidere poſſimus, qualis fuerit eiuſdem intẽtio in iſtius vnctionis volitione.

DE ILLA igitur intentione Dominus dicit & Matth. vigeſimoſexto. Mittens hæc vnguentum hoc in corpus meũ, ad ſepeliendum me fecit, & Ioan. duodecimo. Sinite illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud, ſed & de opere vnctionis, quod quoad qualitatem, ideſt quoad eſſe bonum, vel malum depẽdet ab intentione, teſtatur ibidem. Bonum opus operata eſt in me. Ergo illa vnctio, quam veniens ad monumentum exhibere mortuo volebat, erat bonum opus in Chriſtum, ideoque bona intentione ab ipſa Maria factum. Quid importat illud Matth. vigeſimoſexto. Mar. decimoquarto In me? Importat hoc, quod opus ipſum eſt ab illa in charitate factum. Intentio igitur etiam illius operantis erat per charitatem formata. Sicut n. credere Deũ, & credere in Deũ differũt ualde, & ita operari bonũ opus differt ualde ab operari bonũ opus in CHRISTVM. Qũo differt credere Deum à credere in Deum? Charitate. Ita qđ credere Deum nõ exiſtentibus in charitate etiam conuenit, credere autem in Deum non niſi eam habentibus, ſecunda ſecundæ, quęſtione ſecunda, articulo ſecundo, operari ergo bonum opus etiam non exiſtentibus in charitate conuenire poteſt, operari uero bonum opus in Chriſtum ſolis charitatem habentibus conuenit. Domino igitur teſtante Matth. 26. Mar. 14. Maria vnctionem illam primam ex charitate faciebat. Vnde tunc ipſa Maria erat ſine peccato mortali, ſecunda ſecundæ, quęſtione 24. quæſtione 12. & illa vnctio erat vitæ æternæ meritoria, prima ſecundę, quæſtione 114 articu. tertio, quarto. Id quod eſt (vt verbis concluſionis exprimitur) Mariam ipſam dilexiſſe Chriſtum ſynceriſſimæ deuotionis ſpiritu feruentiſſimo, nec tantum verbo neque lingua, ſed opere, & veritate, ideſt per exhibitionem illius pretioſiſſimæ unctionis, vtpote pretioſiſſimo vnguento, nardo, ſpicato Mar. decimoquarto, piſtico, Ioan. 12. & abundanti, ac abundanter factæ, cum & unius libræ eſſet unguentum illud, & totum ipſa in obſequium Chriſti effuderit Matth. vigeſimoſexto, Mar. 14.

Operari bonum cõuenit etiã malis, ſed operari bonum, bene, ideſt in Chriſtum, conuenit ſolum bonis.

PORRO ex tali, tantaque vnctione, tanquam ab effectu exteriori ad cauſam internam argumentando, conſtat, quod intentio, ſeu mentalis diſpoſitio, Mariæ ſic vngentis fuit optima, utpote correſpondens operi ſuo, de quo dixit Dominus; Bonum, ſcilicet per excellentiam, ideſt optimum opus operata eſt. Qualis tamen (ut à lectore percipiatur diſtinctius) mentis illius diſpoſitio fuit? Quod ipſa Maria credebat, IESVM eſſe uerum Meſſiam, ideoque hominem ſanctiſsimum. Cum enim ſoror eius Martha hoc de ipſo crederet, iuxta illud Ioã. vndecimo. Ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei, multo magis hoc ipſum de illo Mariam, quæ optimam partem elegerat Luc. decimo, credidiſſe fatendum eſt. Credebat quoque Maria, eundem habere poteſtatem dimittendi peccata, cum ſibi illa, & ea multa, gratis remiſiſſet, iuxta illud ad ipſam Luc. ſeptimo. Remittuntur tibi peccata tua (cum tamen ipſa non habuiſſet ex ſe, vnde illud debitum redderet, ut dicitur ibidem.) Credulitas autem utraque præmiſſa amore magno erga Saluatorem ipſum erat aſſociata, ſecundum Domini teſtimonium dicentis de ea Luc. ſeptimo. Quoniam dilexit multum.

EX tam ſancta igitur ſuæ mentis diſpoſitione proceſsit, quod Mariã unctionem illam Domino exhibuit, vt tria ſimul, per ipſam exequeretur officia,

Vnctio facta à Magdalena trium virtutum officia cōprehendit.

ficia .ſ. humanitatis, gratitudinis, & religionis. Humanitatis quidem, quoniam mos erat in regione illa vnctionem exhibere hoſpitibus, prout inſinuat illa reprehenſio Chriſti ad Phariſæum Luc. ſeptimo. Intraui in domum tuam, oleo caput meum non vnxiſti. Sicut autem rationi ciuilis humanitatis conſonum erat, inuitato Chriſto ad cœnam Ioan. 11. inuitantem præparare epulas lautiores (quæ ſcilicet ſolent magnis dominis parari:) ita exiſtimauit Magdalena, decere ſe humanitatis ratione in tanti viri inuitati vnctionem exhibere tam delicatum, & pretioſum vnguentum, atque abundans (vt ſupra diximus.) Gratitudinis vero officium exhibuit eadem, quoniam memor recepti beneficij magni, ſcilicet remiſſionis peccatorum ſuorum, vngendo aliàs Chriſtũ Luc. 7. debitricem ſe arbitrata eſt, vt iterum, quam melius poſſet, vngeret ipſum. Vnde prius pedes, ex quorum vnctione veniam delictorum hauſerat, vnxit Luc. 7. poſtea vero caput, à cuius ore verbum vitæ toties perceperat, non ſolum vnxit, ſed quodammodo abluit, inquantum ſcilicet verſando vas vnguenti, effudit illud ſuper caput ipſius recumbẽtis. Matth. 26. Mar. 14. Ioan. 12. Nec putauit Magdalena prę gratitudinis propenſione, aliquid pretioſum eſſe reputandum ad referendam Domino gratiam de tantis beneficijs, & olim Luc. 7. 10. & nunc per tantam dignationem eius veniendi ad cœnam Ioan. 12. ab eo receptis. Religionis denique officium in eadem vnctione Maria Magdalena eſt executa, quoniam Meſſiæ Dei filio vnctionem ipſam offerebat, in ipſius Meſsiæ ſecundum carnem aſſumptam corporale refrigerium. Et propterea putauit, & bene: neceſſarium eſſe, talem vnctionem debére fieri cum optimo, & pretioſiſſimo &c. vnguento.

Nihil reputãdum eſt pretioſum, ſeu magnũ, ad ſeruiendũ Deo, in cōparatione & tanta maieſtatis, & debiti noſtri, & nihileitatis noſtræ.

STABAT AD Monumentum.

EX præmiſsis omnibus collectis patet manifeſte, quod Maria ſecundum rectæ rationis iudicium elegit tum in mentis intentione intrinſeca, tum in illa priori vnctione extrinſeca, bonum, laudeque maxima digniſsimum (contra Iudæ traditoris murmur ex auaritia hoc damnans Ioan. 12.) opus deuotionis feruentiſsimæ, pijſsimique obſequij, erga Chriſtum Dominum noſtrum. Conſequẽter ergo ex eiſdem quoque præmiſsis, tãquam ab exemplari vnctionem hanc votiuam vltimo factam præfigurante, patet intentum quod ſupra quærebatur, qualis videlicet intentio, ſeu mentalis diſpoſitio, Magdalenæ fuerit in hac poſtrema vnctione erga Dominum in uoto tantum ad eius monumentum facta, quod ſcilicet hæc etiam proceſsit ex ſynceriſsimo corde ipſius, & firmiter credentis illum eſſe uirum ſanctiſsimum, ſuumque benefactorem, præſertim in peccatorum remiſsione ſingulariſsimum, & ardentiſſimo amore etiam mortui ipſum diligentis. Per conſequens igitur ex eiſdem denique patet, quod hæc votiua vnctio ad monumẽtum celebrata in ſe continebat triũ virtutum officia. ſ. excellentiſsimę humanitatis, deuotiſsimæ gratitudinis, & altiſſimæ religionis. Dixi, tanquam ab exemplari præfigurante, quoniam (ut ſupra dictum eſt.) vnctionem illam actualem vnctionis huius tantum votiuæ exemplar fuiſſe Dominus declarauit his uerbis, Matth. 26. Mittens hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit. Cæterum, vt de tali actione ampliori nunc videamus, aduerte, quod illa unctio tanquam exemplar huius, fuit ex Dominicis verbis relata ad eius ſepulturam relatione triplici, ſcilicet p ſignificationẽ, per præuentionem, per durationem. Significauit enim vnctio illa, Chriſtum Dominum ſepeliendum eſſe, iuxta nunc citatum tex. Mittens hæc unguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit, ideſt ſepelibilem me indicauit (nam corpora ſepelienda vngebantur, ſecundũ morem Iudæorum Ioan. 19.) Præuenit quoque officium vnctionis pro ſepultura vnctio illa: iuxta illud Mar. 14. Præuenit, vngere corpus meum in ſepulturam. Licet enim Maria ipſa neſciret hoc .ſ. quod ſic præueniret, Dominus tamen iſtud ſciebat, quod videlicet illa impedienda erat ab unctione ſui corporis defuncti (prius enim reſurrexit CHRISTVS, quam potuerit illa actualiter eius corpus vngere,) & quod ideo tunc uere

Correſpōdentia vnctionis exẽplata, ad vnctionem illam huius exemplar.

 dice-

dicebatur,per actualem illam vnctionem prçueniſſe officium ſepulturæ. Durauit etiam vnctio illa vſque ad Chriſti ſepulturam, iuxta illud Ioan. 12. Sinite illam, vt in diem ſepulturç meæ ſeruet illud. Hoc enim verificatur, pro quanto vnctio actualis illa fuit vltima, quantum ad Mariç actionem vngendi, quoniam ſic per negationem ſuccedentis vnctionis illamet vnctio dicitur vſque in diem ſepulturç ſeruata. Ac ſi aperte Dominus dixiſſet: Sinite illam,quia vnctio hçc computatur pro tota vita mea vſque ad ſepulturam, ita φ nec viuo, nec mortuo,mihi actualiter exhibebit amplius officium unctionis. [Porro totus hic ſermo Domini de exemplari illo .i. de actuali vnctione illa dictus, referendo vnctionem ipſam ad ſepulturæ officium intelligitur tendere ad hoc periendum, non quare Magdalena vngebat, ſed quare Dominus ipſe vnctionem illam ſuſciperet. Nam Magdalena, vt dictum eſt, ſic agendo, intendebat ſecundum ſe, impendere Chriſto officium & humanæ pietatis, & debitæ gratitudinis,& deuotæ religionis,ſed Dominus illud Magdalenç vnctionis opus ſuſcipiebat,vt ſepeliẽdus: ac ſi, vt applicans prçmiſſa ad ſe aperte ad Iudam de tali re iniuſtum murmuratorem diceret, ne arbitreris, quod vt delicioſus vngar. Nam vngor, vt quam citius poſt multas paſſiones moriturus, & ſepeliendus, quapropter non eſt tempus hoc deliciarum, vt precioſitas vnguenti huius præſefert, ſed eſt tempus mortis, & ſepulturæ. Quamuis autem Mariç animus ad hoc non tenderet ex ſe, vt ſupra tetigimus,tamen ipſemet, vt motus ac directus à Spirituſancto, ad hoc tendebat & ſignificandum Math. 26 & præueniendum Mar. 14.& ſeruandum Ioan. 12. neſciens tunc ſecundum ſe ille animus, quoad hoc, quid faceret.]

Nota ſenſum clariorem illius triplicis relationis prædictæ inter vnctiones ipſas.

S T A B A T ergo (inquit textus) Ad monumentum. Vt,ſcilicet vngeret, ſi inueniſſet,corpus Domini. Si autem vngendo (quantum ex ſupradictis de vnctione exemplari habetur)faciebat ex charitate opus per excellentiam bonum multipliciter, ipſique Domino acceptiſſimũ. Quid in acceptiſſimum Domino illud opus intentum, ſoloque ardenti deſiderio factũ, dixerim, quãdo ipſe Dominus ſpirituum ponderator Prouerb. 16. eidem Magdalenæ ibid. non multo poſt apparuit,& ſeipſum reſurrexiſſe manifeſtauit? Talis namque apparitio, taliſque ſui manifeſtatio fuit proteſtatio quædam horum trium, φ videlicet & illud Mariæ deſiderium erat Deo acceptiſſimum, & in ſe meritorium, & à Chriſto ſic pro tunc remuneratum. Relinquitur ergo ex omnibus ſuprapoſitis,quod particula illa concluſionis .ſ. tanquam hominem ſanctiſſimum, ſibique benefactorem, præcipue in peccatorum remiſsione,ſingulariſsimum, fit abũdantiſſime probata. Taceo, quod ex eiſdẽ quoque clarius apparet de concluſione illud præ cæteris, & illud ardentiſsima ſynceriſsimæ deuotionis dilectione, &c. Nam Maria deſcribitur ſola, tum quoad ſitum, per tex. Stabat, tũ quoad locum, per tex. Ad monumentum foris, tum quoad fletum, per tex. Plorans. Vt, hac deſcriptione viſa, intelligamus, quod quamuis cæteræ mulieres veniſſent cum Maria ad ſepulchrum,tamen illis aut ſedentibus, aut quaſi vagantibus quærendo, ſola ipſa iuxta oſtium monumenti non ſedebat, ſed ſtabat,& plorabat.

V B I P O S V I S T I S eum &cæt.

Tertia.

TERTIO (de multis textibus ſecundam partem concluſionis probantibus, ibique in ipſius probationis principio adductis) dicebatur ab Euangeliſta in tex. Illa exiſtimans,quia hortulanus eſſet,dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi,vbi poſuiſti eum: & ego eum tollam. Vnde exiſtimauit, quod hortulanus eſſet? & quare adhuc ſtatim alloquẽdum conuerſa eſt retrorſum .i. dimiſſo Angelorum colloquio? Ad hanc ſecundã quæſtionem reſpõdendum eſt ex B. Chryſoſtomo qui dicit. Mihi videtur,quod hçc ea dicente [.ſ. ad Angelos. Tulerunt Dominum meum, & neſcio, vbi poſuerunt eum] Chriſtus poſt eam apparuit,& Angeli conſiderantes dominatorem,& figura & inſpectione & motu confeſtim oſtẽderunt,quoniam Dominum viderent. Et hoc eſt, quod mulierem conuerti retrorſum,fecit. Hæc ille ſuper Ioan. Quia igitur

Digitized by Google

tur vidit Angelos illos facere reuerentiã Domino, quem nondum videbat, apparenti, ideo ad videndum quis ille eſſet, conuerſa eſt, retrorſum. Prima autem quęſtio ſoluitur à Sãcto Thoma dicente. Sciebat illa, quod exterriti cuſtodes propter terræmotum, & aſpectum Angelorum, iam fugerant, & nullum etiam loca illa occupare, niſi eum, qui eorum cultor eſſet. Et hinc opinabatur, quod hortulanus eſſet. Sed & in 3. de Sal. q. 55. art. 4. idem dicit, quod diuina reuelantur hominibus, ſecundũ quod intus in mente affecti ſunt. Quia vero Magdalena intus & Chriſtum amabat & eum non reſurrexiſſe dubitabat, ideo exterius apparentem illum & videbat, & non cognoſcebat. Cæterum, vt B. Gregorius dicit, Maria hęc errando nõ erauit, dum Chriſtum hortulanum credidit, quia ipſe in illius pectore per amoris ſui vim ſemina virtutum plantabat. Si tu, inquit, ſuſtuliſti eum. Quem, eum? Pondera tu hinc feruentiſſimam vim amoris.

Quomodo Maria errãdo non errauit.

Venerat ille hortulanus de nouo, nec ei dixerat Maria quem quęreret, & tamen eidem nunc quaſi ſcienti, quem ipſa quærat, dicit; Si tu ſuſtuliſti eum. Adhuc eandem vim pondera ex tex. Dicito mihi, vbi poſuiſti eũ, & ego eum tollam. Vis enim amoris magna agere hoc ſolet in amante, vt quod ipſe amando ſemper cogitat, nullum alium credat ignorare, & propterea morem hunc ardenter amantium nõ potuit non exprimere Maria: dum; tacendo nomen illius quem quęrebat, pronomine ſolo vtitur dicens, ſi tu ſuſtuliſti eum.

RVRSVM. Vis amoris, dum ſuo ardore totum cor inflammat, tanta eſt, ut non ſinat amantem menſurare proprias vires, ſed omnia, etiam impoſſibilia, fore ei poſſibilia ſuadeat. [Hinc eſt illud vulgatiſſime dictum: Amanti nihil eſt difficile.] Ecce, Amor audaciam tamen mirabilem cauſat in Maria, vt eam & licet muliebre genus ſit pauidum, non terreat mortui aſpectus, & licet idem genus ſit inualidum, offerat ſe ad graue defuncti corpus tollendum, alioquin tranſportandum. Dicito, inquit, mihi, vbi poſuiſti eũ: & ego eum tollam. Exceptionem quoque nullam hic fieri, pondera, vt & hinc amoris Mariæ loquentis magnitudinem ineffabilem penetrare valeas. Vbi, inquit, poſuiſti eum &c. Ac ſi apertius dixerit. Vbicunque, dummodo id mihi dicas, poſueris eum: Ego, nullis in contrarium obſtantibus, ſed omnibus viriliter calcatis, ac ſi nihil penitus eſſent, tollam eum. Etiam ſi in domo Pilati poſueris eum, dicito mihi, & ego eum tollam. Quinimo tandem ſi in domo Annæ, Cayphę, vel alterius ſimilium Pontificum, aut etiam ſi in medio inimicorum ſuorum, poſuiſti eum, dicito mihi (ne dubites) & ego eum tollam. Ex textu igitur iſto ſic (prout requirebat) expoſito conſtat, quod amor charitatis præmiſſus in viſceribus cordialibus Magdalenæ erat, & ſicut ignis validiſſimus, omnia ſibi oppoſita, & appoſita, deuorans in gyro (ut patet ad ſenſum), & ſicut lampades illæ, de quibus legitur Cantic. 8. Lampades eius, vt lampades ignis, atque flammarum; Aquę multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Quomodo enim eam in Beata Maria obruere, aut extinguere potuerunt, quando ipſa fortiter vniuerſa illa extinxit, & obruit, dum animo intrepido, & voce libera nunc ait; Dicito mihi, vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam? Vere in hoc ſe probauit eſſe uiraginem illam, de qua ſcriptum eſt Prouerb. 31. Mulierem fortem quis inueniet? Procul, & de vltimis finibus precium eius. Ex eodem quoque textu ſic (ut ſupra) expoſito conſtat, quod Beata Maria Magdalena ab Eccleſia ſancta iure uocatur Seraphica. i. diuino amore ardens, exemploque ſuo ad amorem talem alios incendens.

Intenſiſſimus amor charitatis Magdalenæ erga Chriſtum, etiam ſic ignominioſe crucifixum, & mortuum atque ſepultum.

Duo mirabilia ex amore charitatis iſto conſequentia aduerte pro ſemper.

NOLI ME TANGERE &c.

Quarto.

QVARTO [De multis textibus ſupra citatis] dicebatur in tex. Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum. Et hæc eſt illa ſententia, per quam Euangeliſta probat eiuſdẽ ſecundæ partis concluſionis particulam illam: licet Maria nondum crederet firmiter, Chriſtum eſſe verum Deum, & à morte reſurrecturum. Nam ideo. i. ad ſignificandum hanc animi eius imperfectam diſpoſitionem Chriſtus prohibuit eam à tactu dicens: Noli me tangere. In huius rei ſignum euidens eſt mox annexa

ſententia; nondum enim aſcendi ad patrem meum. Iſta nanque cōiūctio, enim, (cum iuxta doctrinam grammaticalem ſit coniunctio cauſalis) reddit rationem eius ſententiæ, cui ſuccedit, quæ eſt tex. Noli me tangere. Ac ſi aperte dicat. Quare nolo, vt me tangas? Quia nōdum aſcē di ad patrem meum. Pro cuius meliori capitu ſciendum eſt, ꝙ totus iſte ſermo quo ad principalē ſenſum literalem, eſt de fide. Iſte enim ſāctus hortulanus, qui Chriſtus eſt, plantare volebāt, & procurabat (ſecūdum B. Gregorium ſupra adductū) in corde ipſius Mariæ ſemina virtutum. Et quod eſt ſemen per ſe primum omniū virtutum, niſi catholica fides? 2.2.q.4.art. 7. Propter hoc enim denotandum etiam Apoſtolus fidem vocauit ſubſtātiā Heb. 11. Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, cum proculdubio ſubſtantia ſit primum fundamentum omnium accidētiū. Nonne Maria hæc habebat fidem? Vtiq;. Alioquin non placuiſſet Deo, & conſequēter non habuiſſet charitatem, quæ eſt amicitia quędam inter nos, & Deum, 2.2. q.23.ar.1. cum ſine fide impoſſibile ſit placere Deo Hebr. 11. Veruntamen fidem implīcite habebat de Chriſto, quæ tunc temporis, & ſufficeret ad ſalutem, 2.2.q.2.ar. 7. implicite, inquam, hoc eſt, credendo de Chriſto quicquid ſancti antiqui patres Iudæorum (puta Abraam &c. prophetæque) crediderunt, ſed tamen eam explicite perfectam nondum habebāt. Intendebat ergo ſanctus iſte hortulanus de imperfecta ad perfectam, ſeu de implicite habita ad explicite habendam fidem, per ducere Magdalenam, cum ei i m per illam fidem (more ſolito) in ſeipſum tendenti dixit: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum. Ac ſi virtualiter dicat: Hactenus, cum adhuc eſſem mortalis, credebas quidem in me tantummodo, vt filium Dei per gratiæ ſingularem excellentiam [id quod oſtendebat tua confeſſio in illa ſororis tuæ contenta Ioan. 11. Ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei,] ſed nunc, cum ſim per reſurrectionem ad altiorem gradum, ideſt ad immortalitatem ductus, volo, vt illa credulitas tua meo proceſſui fiat conformis, ideſt vt imperfectione relicta ad altiorem gradum aſcendat, hoc eſt, vt de cętero credas explicite in me, tanquam vere filium Dei patris, coæqualem ei, & conſubſtantialem, & conſequenter, me propria virtute à morte reſurrexiſſe. Iſta fides tua prior pro tempore illo & mihi grata, & tibi ſalutifera, ſufficienter erat, ammodo autem eam nec mihi gratam, nec tibi ſalutiferam, ſufficienter fore, denuncio per verba hæc. Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum.

Fides de Chriſto ꝑfecta habebatur tantū implicite à Magdalena ante reſurrectionē eius & ſufficiebat tunc ad ſalutē.

AD intelligentiam literalem textus præſentis, qua Chriſtus primo intendit (vt nunc ſupra explicauimus) recolendū eſt illud pro regula intelligendi ſacram ſcripturam, dictum à fideliſſimo Eccleſiæ ſanctę Doctore, prima quæſtione 1. art. 9.10. Nam in nono, reſpondendo ad argumentum ſecundum dicit: Ea, quæ in vno loco ſcripturæ traduntur ſub metaphoris, (ideſt obſcure) in alijs locis expreſſius exponuntur. Hæc ille. Item in decimo, reſpondendo ad primum dicit: Nihil fidei neceſſarium continetur ſub ſpirituali ſenſu, quod ſcriptura per literalem ſenſum alicubi manifeſte non tradat. Hæc ille. Porro in textu hoc Euāgelico quid eſt illud, quod quandam obſcuritatem generat, vel etiam ideo ad ſenſum ſpiritualem ſolummodo (ſecundum aliquos) inuitat? Eſt hoc verbum, Tangere. Nam ex eo, ꝙ Dominus mox reuertenti Magdalenæ à monumento cum cæteris ſociabus permiſit, ſe tangi [iuxta illud Matth. 28. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius] naſcitur quædam obſcuritatis difficultas, quare nunc tangi ſe noluerit, qui ad ſe tangendum tunc eas quodammodo inuitauit, dicens; Auete. Propterea quoque, vt illam difficultatem natam euadant, recurrunt aliqui ad ſenſum ſpiritualem: quaſi hic, ſecundum eos, non adſit ſenſus literalis. Vt planam igitur huius tex. (Noli me tāgere, nondum enim aſcendi ad patrem meum) intelligentiam literalem primo intentam quæ difficultatum obſcuritates annullet, conſequamur, dicamus.

Regula vniuerſalis ꝓ intellectu ſcripturarū.

TAN-

TANGERE, NOND. N. &c.

CLARVM eſt ex præcedentibus, quod iſte ſanctus hortulanus venerat (iuxta ſenſum textus literalem) ad plãtandum fidem perfectius, quã prius erat, in corde B. huius Mariæ. Quærendus eſt ergo nobis locus apertior (vt docuit nunc ſupra Sanctus Thomas) vbi tractetur de fide, vtendo nomine hoc, tangere, ex quo loco tunc fiet in ſenſu præmiſſo manifeſtus iſte locus, qui ad intelligẽdum, quod tractet de fide, videtur aliqualiter obſcurus. Legimus igitur in coeuangeliſta Marco, quod de quadam muliere quæ veſtimentum Chriſti ex fiducia ſanitatis tetigerat inde ſperatam ſalutem conſequẽs, dixit Chriſtus capit. 5. Quis tetigit veſtimenta mea? Cui dicebant diſcipuli ſui. Vides turbam comprimentem te, & dicis: Quis me tetigit? & circumſpiciebat videre eam, quæ hoc fecerat. Mulier vero venit, & procidit ante eũ, & dixit ei omnem veritatem. Ille autem dixit ei. Filia, fides tua te ſaluam fecit. Ecce, ad literam apertam tactum accipi pro fide ipſius tactus cauſatiua, & iformatiua. Declarauit enim hic Dominus ſic accipi tactũ, quando inter ipſum ab iſta muliere factum, & compreſſionem turbarum differentiam tantam fecit, vt turbas comprimentes eũ, quæ ſecundum diſcipulorum opinionem illum tangebant, iudicauerit, ſeipſum nõ tangere. Quis, inquit, tetigit veſtimenta mea? Qui & diſcipulis cum multa admiratione dicentibus: Turbç te cõprimunt, & tu dicis: Quis me tetigit? non reſpondit, ſed circumſpiciebat videre eam, q̃ tetigerat. Ac ſi tali facto ſuo illis diſcipulis reſpondens dixiſſet: Non quæro comprimentem, ſed quæro tangentem. Vnde B. Chryſoſt. locum hunc Euangeliſtæ Marci exponens ait. Quæ ſierat Dominus: Quis me tetigit, idelt cogitatione, & fide. Non enim comprimentes turbæ me tangunt, quia non cogitatione, & fide accedunt. Hæc ille. Quia igitur tactus a muliere facti cauſa fuit ipſius fides, & hæc eadem, tanquam forma eiuſdem tactus, fecit eũ eſſe modo ſuo ſanitatis meritorium, ideo tota principalitas, quæ formaliter in tactu iſto conſideratur, eſt fides, & ſic pro ſuo principali (vt decet) exponendus eſt textus. Quis me tetigit? id eſt quis in me fidem ſuam habitam tactu ſuo declarauit? Itaque vides quod tactus non concurrit hic, niſi vt quoddam ſecundarium, & materiale proteſtatiuum principalis rei, & formalis, quæ eſt fides. Quapropter, cum (ut ſępe docet philoſophus) unumquodque videatur id, quod eſt principale in eo, non eſt mirum, ſi dixerimus, quod tactus hoc in textu. Quis me tetigit? accipitur pro fide.

Tactus quandoq; ad literã ſumitur p fide ipſius tactus cauſatiua & informatiua. Vt Mar. 5. Ioan. 20

AD REM ERGO noſtram, ſcilicet. Noli me tangere, dicendum iuxta ſenſum literalẽ ex pręmiſſis relinquitur, quod ibi ſumitur tangere, pro fidem habere in huiuſmodi tactu, tanquam in ſui cauſatiuo & proteſtatiuo importatam. Prohibuit ergo Dominus Magdalenam, ne tangeret eum, non abſolute (alioquin non admiſiſſet eam ad ſe tangendum, Matth. vigeſimooctauo.) Sed ſecundum quid, idelt ut tactus ille conſiderabatur veſtitus tali fide, qua nondum credebat eum eſſe verum Deum, & virtute propria a mortuis reſurrexiſſe. Vis tu ſimile quid, ad hoc facilius penetrandum? Ecce. Prohibuit Dominus mulieres ſibi ipſi deuotas, ne plangerent paſſionem ſuam, dicens Luc. vigeſimotertio. Nolite flere ſuper me. Verumtamen hoc non abſolute prohibuit (cum eius paſſionem plangere ſit optimum, omnique rectæ rationi conſonum. Vt factis ipſius abundantiſſime probarunt, & B. Maria virgo mater Dei, & BB. Vincentius ordinis Prædicatorum, Catherina Senẽſis, Bernardus, Athanaſius, Anſelmus &c. & tota Sancta Eccleſia Catholica): ſed illud plangere prohibuit ſecundum quod, ſcilicet prout erat veſtitum tali earum credulitate, qua videlicet credebant eum & pati inuoluntarie, & non poſſe a talibus paſſionibus ſe tunc, etiam ſi voluiſſet, liberare. In cuius rei ſignum certiſſimum eſt immediate per aduerſatiuam cõiunctionem, ſed, adiunctus text. Sed ſuper voſipſas flete, & ſuper filios veſtros, quoniam ecce &c. tunc incipient dicere montibus, cadite ſuper nos, & collibus, operite nos.

Aliquod tangere Chriſtũ, & aliqđ ſuam paſſionẽ plãgere, eſt bonũ: Aliquod autem non.

Vide, quod Dominus ex hoc, quod per aduerſatiuam declarat, filios earum, & paſſuros inuoluntarie, & impotentes futuros ad liberandum ſeipſos ab il-

lis paſſionibus (ita vt deſperantium more dicant mõtibus, Cadite ſuper nos, collibuſque, operite nos) relinquit ab oppoſitis manifeſtatum eſſe, quod mulieres illæ plangebant eum cum hac infideli credulitatis intentione. ſ. quod & inuoluntarie paterentur ipſemet, & impotẽs ad ſui ipſius adiutorium tunc eſſet. Non igitur planctum earum prohibuit, tanquã planctum, ſed tanquam infidelitate illa veſtitum, ideoque, ſi formaliter loquamur, infidelitas illa, quæ totum planctum illum, aliás de ſe bonum (vt ſupra ex Sanctorũ fletibus oſtenſum eſt) corrumpebat, ideſt faciebat eſſe malum, prohibetur a Chriſto per ſupradictum text. Nolite flere ſuper me, &c.

APPLICATIO Præmiſſorum.

AD principale igitur intentum, ex hoc ſimili, redeũtes dicamus. In tex. Noli me tangere, quid prohibetur? Nunquid tactus? Non: niſi, vt fide quadam minori, quam Chriſtus tunc volebat, veſtitus. Quare non prohibetur ille tactus ſecundum ſe conſideratus? Quia tactus ipſe ſic acceptus non eſt malus, ſed bonus. [ſicut enim beati oculi, qui vident Chriſtum Luc. 10. ita beatæ manus, quæ tangunt ipſum, ideoque ſicut videre eum eſt bonum, ita & tangere eum eſt bonũ]. Quare tactus prohibetur, vt fide tali veſtitus? Quia fides talis continet quandam infidelitatem pure negatiue. 2. 2. q. 10. ar. 1. quæ licet non ſit peccatum, tamen, cum ſit ignorantia rerum diuinarum, eſt pœna ex peccato primi parentis conſecuta, proptereaque non placens Deo. Credere enim Chriſtum eſſe hominem purum, id eſt naturam tantum humanam habẽtem (ut Magdalena tunc explicite credebat) continet in ſe hanc negatiuam, ſ. ꝙ Chriſtus ipſe nõ ſit verus Deus, & quod ideo virtute propria non ſit a mortuis ad vitã immortalem ſuſcitatus [& hæc pure negatiua erat in Magdalena, inquantum, ſ. hanc ignorabat.] Non placebat igitur Chriſto tale non credere ipſius, quod cõmitatiue ſe habebat ad illam de humanitate Chriſti fidem, & ideo tactus ille a tali fide procedens, ut ſic procedens, non placebat Chriſto, in cuius ſignum compeſcuit illud per text. Noli me tangere. Quod enim ipſa ſic derepente voluerit tunc tangere Chriſtum, proceſſit ex hoc, quod hominem quidem ſanctiſſimũ credidit illum (ut prius etiam crediderat), ſed nihil dignius in eo, puta deitatem veram & corporis immortalitatẽ, nõ agnoſcebat. Si enim hoc in ipſo dignius agnouiſſet, ad illum cum maiori reuerentia (ut B. Chryſoſtom. dicit) & in loquendo, & in tangere volendo, acceſſiſſet. Tunc ſiquidem non, Rabboni, dixiſſet, ſed, Domine Deus meus, nec, quaſi minus conſiderate, ad tangendum accurriſſet, ſed procidens in faciem ſuam, & prouoluta ad pedes eius ſuprema veneratione. i. latria eum ſuppliciter adoraſſet.

Reuerentius ſe habuiſſet Magdalena ad Chriſtum cognouiſſet &c.

EX præmiſſis denique omnibus, ſic exponatur text. Noli me tangere, i. noli in me per fidem, qua ſolebas, intendere: Nondum enim aſcendi, ſ. in corde tuo (ut ait B. Auguſt.) ad patrem meum. Hoc eſt, quia non credis me æqualem patri, ideo nec fides tua de me homine, quæ te ad tãtum iſtum te mouet nec, tactus ut ab ea motus mihi placet. His ergo verbis conſequenter notificauit Chriſtus Magdalenę non ſolum fidei eius defectum, ſed ẽt ſe & eſſe verum Deum patri coæqualem ideoque conſubſtantialem, & propria virtute ad vitam excellentiorem, quam prius habuerat, ideſt ad uitam immortalem glorioſamque hominum conuerſationes excedentem, a mortuis reſurrexiſſe. Duo igitur maxima beneficia nunc fuiſſe Chriſtum ipſi Mariæ, docet Euangeliſta per tex. Maria, & per tex. Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrẽ meum. Quorum beneficiorum primum eſt, quod poſt reſurrectionem ſuam ante omnes (excepta Bea. Virgine ſua matre) apparuerit Magdalenæ, iuxta illud implicite hic ſubintellectum, & explicite dictum Mar. 16. Surgens IESVS mane, prima Sabbathi, apparuit primo Mariæ Magdalenæ. Secundum illorum eſt, quod ſimul, dum corporaliter ei apparuit, mentem eius ad altiorem fidem conſiderandam illuminauit, manifeſtando ipſi ſe eſſe verum Deum, ideoque propria virtute ad vitam hominum conuerſationis incognitam

Duo ſingularia beneficia Magdalenæ ante omnes præſtita.

cognitam

cognitam ideſt immortalem, reſurrexiſſe. Corporaliter ergo & ſpiritualiter eã gaudio ineffabili lętificauit.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Diſcipuli, etiam primores, Chriſtum reſurrecturum firmiter tunc credebant, demonſtratur ab Euãgeliſta ex tex. Nondum enim ſciebãt ſcripturam, quia oportuit, eum à mortuis reſurgere. Iſta ſiquidem coniunctio, enim, declarat illud, quod præceſſit immediate ideſt quid credidit Ioannes, & à ſimili Petrus, quod videlicet credidit his, quæ dixerat mulier, ſcilicet quod corpus Domini, cũ ibi ei diligẽtiſſime inſpicienti (vt patet ex ſingulis in monumẽto diſtinctè viſis, & narratis) nõ appareret, fuiſſet ab aliquibus ſublatum. Nec obſtat, ſi dicatur, ꝙ res inibi viſæ ſic ſingulariter accommodatæ ducerent, quantum eſt ex ſe, in cognitionem contrarij.ſ. quod corpus non eſſet ab hominibus aſportatum, ſed potius ꝙ à morte reſurrexiſſet (vt ſuprà, ex earundẽ rerum tali accommodatione haberi reſurrectionem, probauimus,) quia & timor Iudæorum, quo tunc agitabantur, & recens incredulitatis diſpoſitio, qua affecti mulierum de reſurrectione annunciationem iam, iam, putauerant eſſe deliramenta, Luc. 24. non ſinebant eos firmo diſcurſu penetrare in his à ſe viſis Chriſti reſurrectionem. Vnde, ad hoc vtcunque ſignificandum, dicitur Luc. 24. Petrus cucurrit ad monumentum, & procumbens vidit linteamina ſola poſita, & abijt, ſecum mirans quod factum fuerat. Ecce, quod tacito Ioanne, narrans ſuccinctè hoc idẽ, quod habetur hic Ioan. 20. dicit, quod Petrus, poſt viſionem linteaminum ſolorum ideſt ſeparatim à ſudario iacentium, abijt, admirans ſecum, quaſi ſtupefactus, quod fuiſſe factum viderat. Vbi diligenter notato, quod dicitur ibid. Mirans, & non dicitur, Credens, ad innuendum, ꝙ ipſe adhuc.i. etiam quod illas res vidiſſet, non credebat, ſed mirabatur comperta veritate dictorum à mulieribus, quantum ad hoc, quod Domini corpus non erat in monumento. Quapropter & magnus doctor ille Theophilactus ſic exponit hunc textum, Et abijt, ſecum mirans quod factum fuerat.i. apud ſe mirans rei euẽtum, qualiter ſola linteamina derelicta fuere, corpore mirrha peruncto. Vel quantam opportunitatem habuiſſet fur: vt, hic ſemotim inuoluta dimittens, circunſtantib. militibus, corpus auferret. Hęc ille. Ex quibus vtique vides, Petrum non credentem, ſed inter dubioſa ſuæ cogitationi occurrentia vacillantem, & quaſi ſtupidum. Quod ſi de Petro, qui erat præcipuus, verificatur hoc.ſ. quod ex viſis rebus illis nõ credidit Chriſti reſurrectionem, ſed aliquid aliud, idipſum magis de Ioanne dicendum eſt, iuxta regulam topicam dictamen naturalis rationis exprimẽtem. Quæ eſt illa regula, in lib. Topicor. ? Si de quo magis videtur ineſſe, non ineſt, tunc multo magis de quo minus videbatur ineſſe, non inerit. Relinquitur ergo ex his, quod ſic exponendus eſt de Ioanne præſens tex. Vidit, & credidit.i. vidit monumentum corpore Domini vacuum, & tunc credidit, quod (vt annunciauerat Maria Magdalene) corpus fuiſſet ablatum. Quo textu ſic expoſito, optime conſequitur hic tex. Nondum enim &c. tanquam reddens rationem, quare ex vacuitate illa monumenti viſi crediderit SOLVM corporis ablationem.i. non crediderit reſurrectionem. Ac ſi aperte dicatur. Quare ex his viſis non credidit reſurrectionem? Et per illud, Enim, reſpondeatur, quia nõ dum ſciebat ſcripturã, quod oportuiſſet, eum à mortuis reſurgere.

A duobus ipediebantur diſcipuli, ne ex viſis recte diſcurrerent ad reſurrectionem.

Regula topica, concludit propoſitum multaque ſimilia.

Porro B. Auguſtinus omnia fere præmiſſa uirtualiter complectens, & docẽs, inquit. Nonnulli putant, Ioannem hoc credidiſſe, quod IESVS reſurrexit. Sed, quod ſequitur, hoc non indicat. Vidit ergo inane monumentum, & credidit, ꝙ dixerat mulier. Nam ſequitur. Nondum enim ſciebat ſcrip. &c Non ergo eũ credidit reſurrexiſſe, quẽ neſciebat oportere reſurgere. Hæc ille ſuper Ioan. Qui & quaſi ad tacitam obiectionem, ꝙ ſcilicet Dominus ſuam reſurrectionẽ eis prædixerat, reſpondens immediate ſubiũxit. Quando autem hoc ab ipſo Domino audiebant, quamuis apertiſſime diceretur, tamen conſuetudine audiendi ab illo parabolas, non intelligebant, & aliquid aliud eum ſignificare, credebant. Hęc ille.

Quãtum valeat in diſcipulorum animis cõſuetudo audiendi parabolas.

Digitized by Google

ille ibid. Reſtat igitur ex ſupradictis omnibus probata, & quidem abunde, tertia illa pars concluſionis .ſ. Diſcipuli etiam primores, tunc non credebant firmiter, eum reſurrecturum.

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD, admirabili per excellentiā cōſilio Chriſti (ideo etiam propter hoc ſingulare eius nomen fuit vocatum, Conſiliarius. Iſai. 9. factum eſt, vt ſepulchrum ſuum eſſet modo illo, quo deſcribunt Euangeliſtæ, conditionatum, puta linteaminibus &c. militum cuſtodia &c. in Petra exciſum, ſaxo magno occluſum &c. Vt impoſſibile eſſe oſtenderetur, corpus eius fuiſſe furto, vel aliàs ab hominibus inde aſportatum, & conſequenter vt cogerentur omnes recta ratione vtētes confiteri, Chriſtum ibi ſepultum inde vere reſurrexiſſe (id quod erat prima pars cōcluſionis capituli,) vide Elucidationes, 3. de Sal. q. 51. ar. 2. Quod hęreticum eſt dicere (vt Appellitæ dixerunt) Chriſtū ſine corpore reſurrexiſſe [Hi forſan, cum Carpocratianis hæreticis putabāt, quod ipſe corpus ſuum in terra abſconditum dimiſiſſet, nec vnquam glorificaſset.] vide ex ſacroſanctis ſcripturis &c. in Elucidationibus 3. de Sal. articulorum numero 298. 301. 311. Quod & quō, Chriſtus poſt reſurrectionem glorioſam potuerit videri in alia effigie, puta hortulani, & peregrini &c. vide Elucidationes 3. de Sal. q. 54. art. 1. 2. & q. 55. art. 4. Quod reſurrectio Chriſti, quamuis à nullo homine dum reſurgeret viſus ſit, manifeſtari debuit multis modis ad hoc ſufficiētibus (inter quos modo numerabis etiam linteamina &c. ſepulchri non exciſionem in petra, cum militum cuſtodia &c.) Mariæ Magdalenę primo, quia plus ardebat cæteris (vt de ea canit Eccleſia, in priori hymno feſtiuitatis eius, deinde alijs à Deo præordinatis. Actu. 10. quamuis non eſſet eiuſdem conuerſationis, vt prius, cum tamen eſſet eiuſdem nature, vide Elucidationes, 3. de Sal. q. 55. art. 1. 2. 3. 5. 6. Quod diſcipuli nō tm̄ non crediderunt, antequam Chriſtus illis appareret, reſurrectionem ipſius .i. (vt dicit concluſio) ipſum eſſe reſurrecturū, ſed et fuerunt difficiles, & tardi, ad credendū illā poſtquā actualiter apparuit eis [id ꝙ multum valet ad concludendum ſupradicta .ſ. ꝙ in tex. vidit & credidit, nō eſt ſenſus, ꝙ tunc crediderit reſurrectionem, ſed aliquid aliud, quod ibi ſimul cū B. Aug. diximus.] vide Elucidationes, 3. de Sal. q. 54. ar. 1. 3. 4. 5. Quòd in corde Mariæ Magdalenæ non aſcenderat adhuc explicite dum vidit ſanctum hunc hortulanum fides hæc .ſ. ꝙ Chriſtus eſset patri coęqualis & conſubſtantialis, vide Elucidationes, 3. de Sal. q. 55. ar. 6. ad tertium.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. XX.

CHRISTVS eſt fideliſſimus in promiſſis ſuis, & coram omnib. diſcipulis tum factis ſufficienter & euidētiſſime probauit, ſe eundem numero à mortuis reſurrexiſſe ad uitam glorioſam, id ꝙ tandem, ipſo adhuc corporaliter præſente, crediderunt firmiter, & fide per charitatē formata.

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Cū ſero eſset die illo, vna Sabbathorum, & fores eſsēt clauſę, venit &c. & tex. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, uiſo Domino, & tex. Thomas cum eis &c. reſpondit, & dixit, Dominus meus, & Deus meus. Prima itaque pars .ſ. ꝙ ſit fideliſſimus in ſuis promiſſis Chriſtus patet ex eo, ꝙ eodē die, una .i. prima Sabbathorū (quam nos iure optimo .ſ. in memoriā reſurrectionis Domini, vocamus Dominicam) Chriſtus ad diſcipulos in Hieruſalē adhuc exiſtentes venit, de ſuijpſius reſurrectione conſolandos. Promiſerat .n. primum, ſe poſt paſſionem venturum ad eos in Galilæam, Matth. 26. Poſtquam reſurrexero, præcedā vos in Galilęā: nūc autem, antequam in Galilęam ad eum vidēdum vadant, eos pręoccupat, ipſis ſe videndū oſten-

Quare dies prima poſt ſabbathū dicatur, Dominica.

Digitized by Google

oſtendens. Sic igitur (vt B. Ambroſius dicit ſuper Lucam.) Dominus mandauerat diſcipulis, vt in Galilæa eum viderent: ſed illis ob metum intra conclaue reſidentibus, primum ipſe ſe obtulit. Nec eſt (inquit) promiſſi tranſgreſſio; ſed potius feſtinata ex benignitate impletio. Simile quid in Ezechiel decimooctauo. Simul cum Luc. vigeſimoſecundo. (vt cætera ſcripturarum loca taceam) habes de fidelitate Domini in ſuis promiſſis, id quod etiam ad huius primæ partis probationem facit. Nam ibi in propheta dicit Dominus: Si impius egerit pęnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, omnium iniquitatum eius non recordabor, in Euangeliſta vero dicit Petro in negationis peccatum caſuro: Tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Vbi vides, quod Petrus de peccato illo, quod facturus erat, nondum aliquam egerat apud ſe pęnitentiam, & tamen Dominus tanquam pęnitentiam eius futuram in eo cauſaturus, ac in ſe acceptaturus, non recordatur peccati illius, vtpote illud dimittens ei, immò (quod ſuperabundantiam adimpleti promiſſi valdè importat) priſtinam quoque primatus Apoſtolici dignitatem ei conſeruans. Quid enim eſt: Tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, niſi: Tu poſt conuerſionem tuam habeto curam, tanquam primus paſtor, fratrum tuorum? Promiſerat Dominus in propheta daturum ſe veniam peccatori, poſtquam de peccatis egiſſet pęnitentiam. Cur ergo nunc Petro peccaturo dat veniam antequam de peccato illo pęnitentiam faciat? Vt inde agnoſcas: Dominum ipſum eſſe fideliſſimum in ſuis promiſſis: immo pluſquam fideliſſimum, ideſt non ſolum plene adimplere promiſſum, ſed etiam ſuperabundanter citius, & plus admodum, quam promiſerat. Quod quidem Beatus Cyrillus illud Euangelicum cum eius textura profunde meditatus his verbis expreſſit. Admirare igitur exuberantiam diuinæ patientiæ (& bonitatis). Ne diffidere diſcipulum faceret, nondum patrato crimine, largitus eſt veniam, ac iterum in Apoſtolico gradu reſtituit, dicens: Confirma fratres tuos. Hęc ille. Hoc eſt etiam illud, quod per

Pluſquã fideliſſimus eſt Chriſtus in promiſſis ſuis.

anthonomaſiam, ideſt per excellentiam accipiendo verbum, Multus, dicebat Iſaias capitulo quinto. Derelinquat impius viam ſuam, & reuertatur ad Deum noſtrum, quoniam M V L T V S E S T A D I G N O S C E N D V M. Ac ſi propheticum hoc ad prędictorum propoſitum applicando, dicamus: C H R I S T V S eſt anthonomatice multus in adimpletione promiſſorum ſuorum. Porro, quomodo in huiuſmodi ſit multus, declarauit Beatus Bernardus in libro de interiori domo, dicens. Tardius videtur Deo, veniam peccatori dediſſe, quam illi accepiſſe. Sic enim feſtinat miſericors Deus abſoluere reum a tormento conſcientiæ ſuæ: quaſi plus cruciet miſericordem Deum compaſſio miſeri, quam ipſum miſerum compaſſio ſui.

Hæc ille. En, quanta ſunt diuinæ pietatis viſcera. Quæ quidem in Euangelico præſenti textu, Cum eſſet ſero die illa &cęt. apparent, ſi bene ex omnibus præmiſſis conſideretur: id quod per ſeipſum ſtudioſus lector facere poteſt. Ex eiſdem præmiſſis denique videas, quod in concluſione capituli figurata fiebat locutio, dum ibi ponebatur verbum, Fideliſſimus. Dicendo enim hoc minus, ſignificabatur iſtud plus, ſcilicet pluſquam fideliſſimus. Ex qua concluſionis parte per locum ab oppoſitis argumentando (quod eſſe in ſacris literis faciendum, docuit Beatus Hieronymus) dicas: quod inimici ipſius C H R I S T I, vt inimici eius, ſunt in ſuis promiſſionibus infideliſſimi, & pluſquam, (vt mundus, caro, dœmonia &cęt.).

Viſcera pietatis diuina qualia.

Promiſſa ab inimicis Chriſti inania.

Sic enim fit aperta oppoſitio ad illud concluſionis: C H R I S T V S eſt pluſquam fideliſſimus in cunctis promiſſionibus ſuis.

.·.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus coram omnibus diſcipulis ſuis euidentiſſime, tum verbis, tum factis probauit ſufficienter, ſe eundem numeraliter a mortuis reſurrexiſſe ad vitam Glorioſam, demonſtratur ab Euangeliſta ex textu, cum fores eſſent clauſæ, venit, & dixit eis, Pax vobis, & oſtendit eis manus & latus, & ex text. Dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & affer manum tuam in latus meum. Pro cuius captu probationis ampliori ſciendum hic eſt ante omnia, quod hæc textualis lectio eſt illa eadem in ſenſu, quæ habetur Luc. 24. Dum autem hæc loquuntur, ſtetit IESVS in medio eorum, & dixit eis. Pax vobis: Ego ſum, nolite timere &cęt. [Perge legendo, vſque quo includas tex. prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes.

Quod enim hæc Ioan. Sit eadem et Luc. 24. docuit B. Aug. dum examinans ipſam Chriſti de ſe manifeſtationem narratam Luc. 24. in lib. de conſen. Euangeliſt. dixit. Hanc oſtenſionem Domini poſt Reſurrectionem, & Ioannes commemorat. Sed quod dicit Ioannes: Non cum illis fuiſſe Apoſtolum Thomam, (cum ſecundum Lucam duo illi regreſſi ex Emaus in Hieruſalem inuenerint congregatos vndecim) proculdubio intelligẽdum eſt, quod inde Thomas exierit, antequã Dominus hæc loquentibus appareret. Dat enim Lucas locum in ſua narratione, quo modo poſſit intelligi, dum hæc loquerentur, prius inde exiſſe Thomam, & poſtea Dominum intraſſe. Hæc ille ibi. Vbi locum talem in ſua narratione Lucam dare, cognoſcas ex eo, quod ipſa duorũ de uia Emaus regreſſorum narratio fuit ſatis prolixa, cum dicatur in tex. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via [Quæ vtique, vt in contextu patuit, erant multa], & quomodo [Non ſolum: Quod] cognouerunt eum in fractione panis. Vnde clariſſimum reſtat, quod in tam longo tempore, dum fieret ab illis duobus narratio, datum eſt commodum ſpacium Thomæ ad exeundum. Taceo, quod ex textu ipſo difficultas obiecta oſtẽditur eſſe nulla. Non enim dicit Lucas, affuiſſe vndecim, quando venit Chriſtus, ſed quando duo illi diſcipuli redierunt ex Emaus.

Ex præmiſſis ergo poſt B. Aug. tanquam pro clarioris probationis nunc extendendæ fundamẽto ſolido dictis, quid habes? Quod hoc in tex. Cum eſſet ſero &cęt. & fores eſſent clauſæ &cę. Euangeliſta noſter implicite intelligit omnia, quæ ſuus coeuangeliſta in illo text. Dum hæc loquerentur, ſtetit in medio eorum &c. explicite dixerat: ſicut & è conuerſo B Lucas ibi cointelligit implicite omnia, quæ B. Ioannes explicite hic dicit (iuxta regulam ſæpius dictam de mutuo Euangeliſtarum inter ſe coadiutorio). Nec obſtat, quod B. Lucas prius ſcripſerit, quam B. Ioannes, quoniam hanc regulam ſeruare eum (ſicut & alios, qui ſe inuicem in ſcribendo præceſſerant) fecit Spiritus ſanctus, mentis, calamique eius primus moderator, quam ſeruauit B. Ioannes non tantum ex inſtinctu eiuſdem ſpiritus ſpecialiter mouentis, ſed etiam ex lectione præuia, qua priores tres Euangeliſtas eorum totam ſcripturam eſſe veram conteſtans viderat (vt aliàs adduximus dictum a B. Aug. in prologo ſuper Ioan.)

Regula mutui obſequij ab Euangeliſtis ad inuicē facti.

HIS IGITVR cunctis ſtantibus, facillimum eſt apertè totam illam ſecundam partem concluſionis videre ex Euãgelio probatam. Ecce, Chriſtus coram omnibus diſcipulis ſuis &c. vt in principio extenſa eſt pars illa. *Primo.* Quomodo ipſam Reſurrectionem ſuam probauit, coram omnibus diſcipulis, ideſt Apoſtolis vndecim? Quia etiam coram Thoma, idipſum fecit poſt dies octo præſentibus cæteris, qui antea hoc uiderant (vt patet in tex. Ioan.) *Secundo.* Quomodo idipſum probauit, euidentiſſime? Quia ex teſtimonio ſcripturarum, quo nihil certius, cum non poſſit ſolui ſcriptura Ioã. 10. & ſic a Deo authore tota, Concil. Triden. ſeſſ. 4. & ex ſenſu duplicij certiſſimo, ſ. viſu, & tactu. Teſtimonium ſcripturarum eſt mutuãdũ hic ex Luc. 24. Sic ſcriptũ eſt, & ſic oportebat Chriſtum [Ecce, quod ſe dicit eſſe Meſſiam in ſcripturis promiſſum, ibique depictum] pati, & reſurgere a mortuis tertia die. Teſtimonium duorum ſenſuũ illorum eſt, Ioann. 20. Oſtendit eis manus

Digitized by Google

nus & latus. Item, Infer digitũ huc in manus meas, affer manũ tuam in latus meũ. Item Luc. 24. Palpate & videte pedes meos. Quomodo idipſum probauit verbis, & factis? Verbis quidem quia (more ſuo, quẽ & eos docuerat, Math. decimo. Intrantes domum ſalutate eam dicentes, Pax huic domui) dixit Pax vobis. Quo ſigno voluit, vt pro magiſtro ſuo ſeipſum recognoſcerent. Factis autem, quia vltra oſtenſionem cicatricum in manib⁹s, pedibus, & latere, manducauit coram eis, Luc. 24. Quomodo probauit ſe ad vitam glorioſam reſurrexiſſe? Quia hocipſum & dixit verbis illis, Locutus ſum ad vos, cum eſſem vobiſcum .i. mortalis, Luc. 24. & factis monſtrauit per hoc, quod cum fores eſſent clauſæ intrauit, Ioan. 20. De hac enim re dicit. B. Gregorius in homil. Palpandam carnem Dominus præbuit, quã ianuis clauſis introduxit, vt eſſe poſt reſurrectionem oſtenderet corpus ſuum, & eiuſdem naturæ, & alterius gloriæ. [Per hoc, ergo dãnauit hæreſim Seleucianorũ dicentium, reſurrectionem in filiorũ propagatione eſſe, quæ quotidie fit, non illã immortalitatis futuram, atque glorioſam. Clarum enim eſt, quod Apoſtolus reclamat, dicẽs, Philip. 3. quod corpora noſtra tunc erunt corpori Chriſti configurata.] Ad facta autem quibus glorioſam ſe vitã habere monſtrabat, pertinebat etiam, ꝙ ſubito ab oculis eorum euanuit, Luc. 24. Nam per hoc oſtendebatur, quod in poteſtate ſua erat videri, & non videri, id ꝙ pertinet ad conditionẽ corporis glorioſi. 3 de Sacram. Addition. quæſt. 84. artic. 3. & q. 85. ar. 3.

Tertio.

Quarto.

PROBATIONIS EIVSDEM Continuatio.

QVOMODO probauit Chriſtus, ſe reſurrexiſſe eũdem numeraliter? Quia probauit, ſe tunc habere & idem numero corpus, & eandem numero animã, & eandem diuinitatem, ſeu (quod idem penitus eſt) e eſſe eundem hominẽ, & eundem Deum, qui prius erat. Attende per ſingula. Primo probat, corpus ſuum tunc eſſe verum & ſolidum, non autem phãtaſticũ [per hoc damnãdo præuiſam hæreſim Manichæi] nec rarum, ſicut eſt aer [damnando per hoc hæreſim Euthychij dicentis, quod reſuſcitata corpora hominum ſaluandorum erunt aere, & vẽto ſubtiliora, ita vt nec palpari, nec videri poſſint. Ideo autem dicimus, hæreſim hãc prædamnari hic à Chriſto, quia ſurgent corpora iuſtorum talia, quale erat corpus eius reſuſcitatum, iuxta illud Philip. 3. Saluatorem expectamus Dominum noſtrũ, qui reformabit corpus humilitatis noſtrę configuratum corpori claritatis ſuæ.] Porro id. ſ. corpus ſuum eſſe verum, & ſolidũ, monſtrat & per tex. Palpate, & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere, Luc. 24. & per tex. Infer digitum tuum huc, affer manũ tuã in latus meum, Ioan. 20. Secundo probauit, corpus ſuum eſſe humanum .i. rectæ ſtaturæ [Talis enim ſtatura corpori humano ſoli conuenit, iuxta illud Ouidij lib. 1. Metamorphoſ. Pronaque cum ſpectent animalia cętera terram; Os homini ſublime dedit, cęlũmque videre, iuſſit.] Conſequenter igitur per propriam proprietatẽ demonſtrat, corpus ſuum eſſe humanum, dum ipſum rectæ ſtaturæ oſtendit, id ꝙ tunc fecit, quando ſuam veram effigiem, quam oculis intuerẽtur, mõſtrauit, Math. 28. Mar. 16. Luc. 24. Ioan. 20. [Per hoc autem hæreſim Origeniſtarum futurã damnauit, dicentium, quod in reſurrectione corpora hominum erunt rotunda, orbiculari que figura. Patet ſiquidem ex Phil. 3. quod talia erunt, qualia Chriſti corpus, & conſequẽter rectæ ſtaturę.] Tertio probat corpus ſuum eſſe idem numero, per hoc, quod oſtendit eis cicatrices vulnerũ in cruce habitorum Vnde ex talium oſtẽſione infert identitatem corporis ſui, dicens, Luc. 24. Videte manus meas, & pedes, QVIA EGO IPSE SVM. [Per hoc ergo damnauit hæreſim Trinitariorum dicentium, quod non contingit corpus corruptum reſurgere idem numero. Item probauit eis identitatem numeralem ſuæ reſurrectionis ex parte animæ iterato vnitę corpori: Et hoc monſtrauit per opera triplicis vitæ. Primo quidem per opus vitæ nutritiuæ, in hoc, quod cum diſcipulis manducauit, & bibit, Luc. 24. Ioan. 21. Actu. 10. Secundo, per opera vitæ ſenſitiuæ, in hoc, quod diſcipulis ad interrogata reſpondebat, & præſentes ſalutabat

Quinto.

Corp. 1.

Condemnat hæreſim Xps.

Corp. 2.

Condemnat hæreſim Xps.

Corp. 3.

Ani. 1.

Ani. 2.

Digitized by Google

tabat(vt patet,)in quo oſtendebat,ſe audire, & audire. Tertio per opera vitæ intellectiuæ,in hoc,quod eis loquebatur rationabilia verba, & de ſcripturis diſſerebat,Ioan.20.21. Luc. 24. Item probauit, ſe poſt reſurrectionem habere eandem Deitatem(neque.n.poteſt eſſe, niſi vna, & in hoc, quod fecit miraculum in piſcibus capiendis,Ioan.21.Mittite in dexterā nauigij rete, & inuenietis &c. Rete plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus, & cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. Et in hoc, quod ipſe,tanquā Deus,oſtendit inſufflando, Spiritumſanctum à ſe filio procedere,quem etiam tūc dedit eis, authoritatemque primariam remittendi peccata(quod ſolius Dei eſt)mōſtrauit ſe habere, quam quoque inſtrumentaliter exercendam eis cōtulit, Ioan. 20.Inſufflauit,& dixit:Accipite Spiritum ſanctum,quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Et vlterius in hoc,quod ipſis videntibus,ferebatur in cælum, Actu. 1.illuc gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ,Iſai.53.

Ani.3.

Diuinitas.

EX Præmiſſis denique omnibus,ſi bene(quod per ſeipſum lector facile poteſt facere)ſimul conſiderentur,patet illa concluſionis particula.ſ.Sufficienter. Quod enim ex ſingulis ſuis partibus omnibus probatur(etiam philoſopho teſte, lib.Topicor.)id probatur ſufficienter, ſicuti e cōtrā inſufficienter probari dicitur,quod nō ex omni parte probatur.Porro,quod probata fuerit à Chriſto reſurrectio ſua ex omni parte, legenti ſuperius dicta manifeſte occurrit, cum ibi per ordinē videat id monſtrari ex parte tum corporis, tum animæ(& hoc vtriuſque particulis minutatim conſideratis)tum diuinitatis. Vt autem de ſufficientia tali veritas eluceſcat, obiecta quorundam contra ſufficientiam ipſam in medium adducantur, & ſoluantur.

AN PROBATIO ILLA SIT ſufficiens.

LECTIONIS occaſione illius dicti,Actu 1. Quibus & præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam, in multis argumentis apparens eis, & loquens de regno Dei,quæritur,obijciendo, vtrū argumenta,quæ Chriſtus ad probandam reſurrectionem ſuam induxit,manifeſtauerint ſufficienter veritatem reſurrectionis ipſius. Veruntamen ante omnia, ne per ignota procedatur,declarandum eſt, quid ibi ſcriptura intelligat nomine argumenti,& ſic.Argumentum quandoque dicitur ratio rei dubiæ faciens fidem(vt habes in Logica,lib.de locis Dialecticis,) quandoque autem dicitur aliquod ſignū, quod inducitur ad alicuius rei manifeſtationem(& ſic vtitur nomine,Argumenti, aliquando Ariſtoteles in libris ſuis. Cui modo alludere videtur aliqualiter B.Hieronymus in hoc,quod paucula uerba,quę ſummatim præadducit ad alicuius Epiſtolæ vel ad Rom.uel ad Cor. uel ad &c. nominat, Argumentum, vt patet legenti loca illa.)Primo igitur modo accipiendo argumentum Chriſtus non probauit per argumenta ſuam reſurrectionem diſcipulis,quia nihil valet prorſus talis probatio in his,quæ fidei ſunt,cum fidei Catholicę dogmata excedant rationem humanam, immo & Angelicam, cui tamen rationi creatæ innituntur ſolum argumenta primo illo modo dicta. Vnde & B.Ambroſius, tanquam hoc docens, atque conteſtans,dicit in libr.de Sacramentis. Tolle argumenta,vbi fides quæritur.[Hanc auream tanti viri ſententiam diligentiſſime notato, & obſeruato ſemper contra diaboli ſtrophas,ſiue tētationes, uel per ſeipſum ſuggerendo interius menti fidelium immiſſas,maxime in hora mortis noſtræ, vel per antichriſtos,1.Ioan.2.hoc eſt,hæreticos, Zizania ſuą exterius ſeminando in medio tritici,Matth 13. Vide aſtutiam ſerpentinam,& caue.Quare non ſeminat draco antiquus ſiue per ſe, ſiue per illos ſuos primogenitos,Zizania pura ideſt ſic ſeorſum per ſe ſola, ſed in medio tritici, ideſt alicui ſanæ ueritati commiſcendo ipſa? Quia,ſi aliter ſeminaret, nihil utiq; proficeret. Intellectus enim humanus ueritatem habet pro obiecto ſuo proprio teſt.philoſ.in libr.Metaphy.& ideo nunquam acceptat,ſed nec acceptare poteſt, falſitatem vllā, niſi ſibi offeratur ſub ſpecie veritatis. Hinc eſt, quod tales operarij ſubdoli 2.Cor. 11. ſeminare ſolum volunt in medio tritici.i.adumbratione veritatis alicuius,vtendo pro falſitate, quam inten-

Argumētū duplex et q̄ nihil omnino valet p̄[…]mū cōtra fidem.

Quod eſt, ſeminare Zizania ī medio tritici.

Conditio intellectus hominū.

intendunt, introducenda, vt videlicet ſub ſpecie tritici intellectus hominum manducet zizania. Vis, pro huius diſcurſu tibi aperiendo, exemplum? Suos libros, etiam grammaticales, implent veritatibus illarum ſcientiarum, quas antiqui taliũ artiũ authores ab initio tradiderunt, ſed tamen inter impletionẽ illam ſæpius ſpatium adinueniunt aliquod, in quo tan quam inſerendo, zizania ibi doloſe admodum ſubtiliter, & aſtute, ſeminent, vt lectores pro illarum ſcientiarum veritate, quod eſt triticum, habenda venientes in zizania ſub ſpecie adumbrata impingant, & ſicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo Eccleſiaſtici nono. Sic lectores illi capiantur in illa diuerſorum ſeminum quaſi ex inſidijs continuata permixtione. Libros quoque ſacros, ſiue bibliorum diuinorum, ſiue Sanctorum Doctorum, mixtura taliter, vt dictum eſt, artificioſe confecta a ſemetipſis conſpurcare non verentur, immo quanto ſaciatiores fuerint, tanto magis confidunt ſe in eis, tanquam in electiori medio tritici, diuerſo illo ſemine ſerendis non inſtructuoſe ad finem ſuum laboraturos. Faciunt hi, pro familiari more ſuo, contra præceptum Domini illud Leuitici decimonono. Non feres agrum diuerſo ſemine. Ad cuius in propoſito, intelligentiam vide Veritates aureas ſuper totam legem veterem Leuitic. decimonono. concluſione quinta, 7. & Deuteron. vigeſimoſecundo, concluſione tertia.] Secundo autem modo accipiendo argumentum, CHRISTVS probauit per argumenta ſuam Reſurrectionem, inquantum ſcilicet per quædam euidentia ſigna ſe vere reſurrexiſſe declarauit. Vnde vbi nos habemus textũ, In multis argumentis, ponitur in Græco teKmirijs, quod verbum apud Græcos eſt ſignum euidens ad probandum. Declarauit porro ipſe Reſurrectionis ſuæ veritatem diſcipulis & propter ſeipſos, & propter alios. Propter ſeipſos quidem, quia eorum corda non erant diſpoſita ad hoc, quod de facili fidem Reſurrectionis acceptarent, id quod oſtendit illud Luc. vigeſimoquarto. O ſtulti tardi corde adcredendum, & illud Mar. decimoſexto. Increpauit incredulitatem

Hæreticorum vulpinaſ. aus ad trahendum homines in rete ſuum depingitur.

Secundo.

Ad utilitatẽ quoque noſtram maximam oſtenſa eſt diſcipu

illorum, & duritiam cordis, quia his, qui viderunt, eum reſurrexiſſe, non crediderant. Propter alios vero: vt per huiuſmodi ſigna eis oſtenſa teſtimonium eorum de Reſurrectione CHRISTI dandum toti terrarum orbi per ipſorum prædicationem eſſet ad conuertendum illos alios efficatius, iuxta illud primo Ioann. primo. Quod vidimus, & audiuimus, & manus noſtræ contrectauerunt, hoc teſtamur, & illud Actu. decimo. Nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo, poſtquam reſurrexit a mortuis.

lis Reſurrectio Chriſti.

DECLARATO IGITVR (quod neceſſarium erat) quomodo accipiatur hoc nomen, Argumentum Actu. cap. primo. Reuertentes ad quæſitum per obiectiones magis clarificandum, quod in principio huius ſectionis ponebatur, dicendo ſic, proſequamur.

Nihil oſtendit CHRISTVS diſcipulis poſt Reſurrectionem, quod etiam Angeli hominibus apparentes vel non oſtenderint, vel oſtendere non potuerint (nam Angeli frequenter in humana effigie ſe hominibus oſtenderunt, & cum eis loquebantur, & conuerſabantur, & comedebant, ac ſi eſſent homines veri, vt patet Gen. decimooctauo, de Angelis, quos Abraham ſuſcepit hoſpitio, & in lib. Tobiæ de Angelo, qui eum duxit, & reduxit): ſed illi Angeli, quamuis omnia talia oſtenderent, non habebant vera corpora ſibi naturaliter vnita, id quod requiritur ad reſurrectionem, videtur ergo, tanquam ab exemplo ſimili, quod ſigna, quæ Chriſtus diſcipulis exhibuit non fuerunt ſufficientia ad Reſurrectionem eius manifeſtandam. Antequam ad hanc primam obiectionem reſpondeatur, præmittendum eſt unum, quod vniuerſaliter ad rectam huius materiæ intelligentiam faciat, & hoc tanquam ſit regula in huiuſmodi habendum, & eſt tale, licet ſingula argumentorũ, quæ Chriſtus coram diſcipulis adduxit, non ſufficerent ad efficaciter manifeſtandam eius Reſurrectionem, tamen omnia ſimul accepta Reſurrectionem ipſam efficaciter, ſeu (quod idem eſt) ſufficienter & perfecte manifeſtant. Maxime vero hoc ipſum verificatur propter ſcripturæ teſti-

Prima obiectio.

Regula ſufficientia probationum a Chriſto factarum.

Zz monium,

monium, & Angelorum dicta, & etiam ipſius CHRISTI aſſertionem. Quod ſcripturæ teſtimonium? Neceſſe eſt, impleri omnia, quæ ſcripta ſunt de me, ſic autē ſcriptum eſt, quod oportebat Chriſtum pati ſic, & reſurgere a mortuis tertia die Luc. 24. Nondum ſciebant ſcripturam, quia oportuit eum a mortuis reſurgere. Ioan. 20. Quæ ſunt dicta Angelorum? Non eſt hic, ſurrexit enim ſicut dixit Matth. 28. IESVM quæritis Nazarenum Crucifixum, ſurrexit Mar. 16. Recordamini, qualiter locutus eſt vobis, oportet filium hominis tertia die reſurgere. Luc. 24. Quæ fuit Chriſti aſſertio? Data eſt mihi (.ſ. qui a morte ſurrexi) omnis poteſtas in cœlo, & in terra &c. omnia quæcunq; mandaui (ergo ſum idem, qui prius) vobis. Matt. 28. His, qui viderant, me reſurrexiſſe, nō crediditis. Mar. 16. Videte &c. quia ego ipſe ſum. Luc. 24. Infer digitum tuum huc &c. & noli eſſe incredulus (.ſ. quod ego ipſe a morte reſurrexerim), ſed fidelis (.i. credens hoc, & confitens). Ioan. 20.

SOLVVNTVR OBIECTIONES, Prima, &c.

Reſp. 1.

AD primam itaque obiectionem illam, quæ prædicta eſt, reſpondetur formaliter negando conſequentiam hāc ibi virtualiter factam & intentam. ſ. Angeli illi non erant verè homines, licet mā ducarent, & biberent, & alia facerent ibi narrata, ergo nec de Chriſto iſta pro argumentis ſuæ reſurrectionis adducta concludunt ſufficienter, quod uere fuerit homo, & conſequenter nec quod fuerit idem, qui prius, & conſequenter nec quod reſurrexerit. Ratio autem negationis illius conſequentiæ eſt, quia Angeli illi ſic hominibus apparentes, loquentes, commenſales, non aſſerebant, ſe eſſe veros homines: ſicut Chriſtus poſt Reſurrectionem apparens aſſeruit ſe vere eſſe hominē. [Et iſta ratio eſt irrefragabilis, & ad ſoluendum etiam quæcunque huiuſmodi in contrarium adducibilia ſolidum fundamentum.] Ex hac poſtea ratione ſequitur aliarum particularū

Aurea aduerſus obiectiones rē veritatis.

obiectionis clara ſolutio. Quia videlicet Chriſtus manducauit poſt reſurrectionē aliter, quam Angeli. Nam ex eo, quod Angeli illi non erant veri homines, ideoque non habentes corpora illa aſſumpta tanquam vere a ſe informata, & conſequenter nec animata, nec viua, ſequitur aperta, quod illa eorum comeſtio non erat vera comeſtio, licet eſſet vera cibi cō tritio, & in interiorem partem corporis aſſumpti traiectio. Hoc ipſum nanque teſtatus eſt Angelus, cum dixit Tobiæ cap. 10. Videbar quidem vobiſcum manducare, & bibere, ſed ego cibo inuiſibili vtor. Quoniam autem corpus Chriſti tūc erat vere ab anima ſua informatum, & animatum, ideo eius comeſtio, non tantū erat uera cibi contritio, & vera in interiorem partem corporis traiectio (licet ſtatim cibus ille poſt reſolueretur in præiacentem materiam), ſed etiam erat uera comeſtio. Vt enim B. Auguſt. 13. de ciuit. Dei, dicit: Non poteſtas, ſed egeſtas, edēdi corporibus reſurgentium aufertur. Vnde (ſecundum quod ait Beda) Chriſtus manducauit poteſtate, non egeſtate. Aliter quoque de Chriſti locutione &cę. quam de Angelorum, dicendum eſt.

Comeſtio Chriſti, & Angelorum.

Secunda obie.

SECVNDO obiicitur. Reſurrexit Chriſtus Reſurrectione glorioſa, ideſt habens ſimul naturam humanam, cum gloria: ſed ipſe oſtendit diſcipulis & q̄dam, quæ videntur eſſe contraria naturæ humanæ (ſicut quando ab oculis eorum euanuit, ad eoſque ianuis clauſis intrauit): & quædam, quæ videntur eſſe contraria gloriæ (ſicut quod manducauit, ac bibit, habuitque vulnerum cicatrices): ergo videtur, quod illa argumenta non fuerint ſufficientia, neq; conuenientia, ad fidem Reſurrectionis oſtēdendam. Ad hanc ſecundam obiectionem reſpondetur formaliter: negando minorem propoſitionem illam, pro vtraque parte. Argumenta enim quædam inducebantur a Chriſto ad probandū naturæ humanæ veritatem, quædam autem ad probandum Reſurrectionis gloriam, & tamen inducta ad veritatem dictæ naturæ, ſi ſecundum conditionem naturæ abſtrahendo a ſtatu præſentis vitæ conſiderentur (vt conſiderari nunc debent,) contrarietatem non habent ad

Reſp. 2.

ea,

Google

ea, quæ inducuntur ad oſtendendam reſurrectionis gloriam. Aliud ſiquidem eſt, iſta gloriæ eſſe ſupra naturam humanam (quod veriſſimum eſt,) aliud autem eſt, iſta eadem eſſe contra ipſam naturam vt naturam, (quod falſiſſimum eſt.) Sicut & proportionaliter dicimus, quod hæc propoſitio, fides eſt ſupra naturam, vera eſt, & hæc alia, fides eſt contra naturam, falſa eſt, prima quæſtione prima, articulo octauo, ad ſecundum, & quæſtione ſecunda, articulo ſecundo, ad primum. Concludendum ergo ex his eſt, pro faciliori captu præmiſſæ reſponſionis formalis, q̃ conditio naturæ humanæ, ſecũdum quod conſideratur quantum ad ſtatum præſentem, contrariatur conditioni gloriæ, iuxta illud primo, Cor. decimoquinto, Seminatur in infirmitate, & ſurget in virtute. Ideo ea, quæ inducuntur pro conditione gloriæ oſtendenda videntur habere contrarietatem ad naturam, non quidem ſimpliciter, ſed ſecundum preſentem ſtatum, & è conuerſo, ideſt, quæ inducuntur pro veritate humanitatis oſtendenda, videntur habere contrarietatem ad gloriam nõ ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ideſt ſecundum hunc ſtatum mortalitatis accepta. Propterea B. Gregorius in homil. dicit. Duo mirabilia, & iuxta humanam rationem ſibi ualde cõtraria Dominus oſtẽdit cum ſuum corpus poſt reſurrectionẽ & incorruptibile, & tamen palpabile demonſtrauit. Hæc ibi. Porro de cicatricibus vulnerum dicendum ſpecialiter eſt, quod cicatrices illæ in corpore ſuo reſeruatæ non pertinent ad corruptionem vel defectum, ſed ad maiorem cumulum gloriæ. Nam ſunt quædam uirtutis inſignia, & in illis locis vulnerum quidam ſpecialis decor apparebit. Item. Quamuis apertura vulnerum illa ſit cum quadam ſolutione continuitatis (vt patet ex illo textu, quod Thomas digitum ſuum in manuum vulnera & ſuam manum in vulnus lateris, intus miſit) tamen totum hoc recompenſatur per maiorem decorem gloriæ: Vt corpus ſuum nõ ſit minus integrũ, ſed magis perfectum. Quod aũt mãducatio, & bibitio, qualis à Chriſto tunc facta eſt, non deroget gloriæ, iam ſuprà fuit declaratum.

Aliud eſt, eſſe ſuprà, aliud eſt eſſe contra.

PROSECVTIO SOLVTIONIS Obiectionum.

TERTIO ad idem obijcitur. Corpus Chriſti poſt reſurrectionem nõ erat tale, ut tangi deberet ab homine mortali (ut conſtat ex ea, quod ipſe dixit Magdalenæ tex. Noli me tangere, non dum enim aſcendi ad patrem meum,) nõ ergo fuit conueniens, quod ad manifeſtandam ueritatem ſuæ reſurrectionis, ſeipſum diſcipulis palpandum exhiberet. Reſpondetur ad hoc formaliter, gloſſando illud antecedens corpus Chriſti poſt reſurrectionem non erat tale, vt ab homor. tangi deberet (ex tangentis ſtatus merito, non autem ex maxima dignatione Chriſti.) Tunc, ſtante ſcilicet hac gloſſa, negatur conſequentia illa; Non ergo fuit conueniens, quod &c. Ratio negationis huius eſt in promptu, quia hoc, quod ſe ad tangendum Chriſtus diſcipulis exhibuerit, fuit tantum ex maxima ipſius dignatione. Quæ quidem dignatio non tantum ad benignitatis Chriſti oſtenſionem, ſed etiam ad diſcipulorum tangentium ſalutem, facta eſt (vt conſideranti patet.) Ad illud quoque de Magdalena dicitur ex præmiſſa gloſſa, quod Chriſtus per illam tactus prohibitionem, ſtatus ſui diuerſitatem à ſtatu priori declarare intendebat, id quod & tex. Nondum enim aſcendi ad patrem meum, & B. Chryſoſtomus, inſinuauit. Ad quid enim pro ratione non tangendi, ſe adducere: Nondum ſe patri per aſcenſum corporalem in cælum repręſentaſſe? Voluit ergo per hoc dicere Magdalenæ (ſecundum B. Chryſoſtomum:) Non æſtimes, me iam terrenam uitam agere. Quod enim me in terris uides, hoc eſt, quia nondum aſcendi ad patrem meum. Sed in promptu eſt, quod aſcendam. Vnde ſubditur: Aſcendo ad patrem meum. Cur uero dixerit ei Chriſtus, hoc totum ei aperit idem Chryſoſtomus dicens. Volebat hæc mulier adhuc cum Chriſto conuerſari, ſicut & ante paſſionem. Et præ gaudio nihil magnum cogitabat, quamuis caro CHRISTI multo melior reſurgendo facta fuerit. Hæc ille ſuper Ioan. Poſtea tamen,

Tertia obiectio.

Reſpon. 3.

Noli me tangere, &c.

ſine rei huius vllo præiudicio, ſe tangi ab ipſa cum cæteris mulieribus permiſit, quia hoc fecit ex maxima dignatione ſua. Iuxta enim diuerſam conſiderationem diuerſa operari, non eſt inconueniens, ſed valde conueniens, vtpote ſapientis proprium. Vnde, ad hunc ſenſum, illud apud viros doctos in prouerbio habetur. Sapientis eſt, mutare conſilium. Adde, pro reſponſionis huius amplificatione, quod non tantum, vt diuerſitatem ſui ſtatus à ſtatu noſtro mortali oſtenderet, CHRISTVS dixit, Noli me tangere (ſecundum quod hactenus ex B. Chryſoſtomo dictum eſt,) ſed etiam, vt prę monſtraret tempus, quo Eccleſia de gentibus [Huius typum tunc gerebat Magdalena] erat ſpiritualiter tactura ipſum, ideſt creditura in eum. Vnde B. Auguſtinus hoc docens ait. Sic dictum eſt (Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum,) vt in illa fęmina figuraretur Eccleſia de Gentibus, quæ in Chriſtum non credidit, niſi cum aſcendiſſet ad Patrem. Hæc ille ſuper Ioan.

Propriũ ſapientis eſt, operari diuerſa ſecũdũ diuerſã cõſiderationem.

Quarta obie.

QVARTO AD IDEM obijcitur. Inter dotes corporis glorificati pręcipue videtur eſſe claritas, ſed hanc Dominus nullo argumento in reſurrectione diſcipulis oſtendit, ergo videtur, quod illa argumenta fuerint inſufficientiá ad manifeſtandam qualitatem reſurrectionis.

Reſpon. 4.

Reſpondetur formaliter, gloſſando ſic illam minorem, ſcilicet Claritatem Dominus nullo argumento oſtendit, conſulens per hoc diſcipulorum infirmitati. Tunc ideſt ſtante hac gloſſa dicitur, quod nihil ſequitur contra nos. Nam ex eo, quod hac de cauſa non monſtrauit diſcipulis claritatem, non habetur, quod ìſuffi-eter probauerit reſurrectionis qualitatem, immo inde habetur totum contrarium. Nam ſi in hoc, quod non oſtendit claritatem ſuam non conſuluiſſet infirmitati eorum, ſed ipſam eis ſic infirmis oſtendiſſet, tunc profecto non manifeſtaſſet illis reſurrectionem. Nunc autem, quia illam claritatem occultando, alijs argumentis conuenientibus vſus eſt, reſurrectionem ſuam, & conſequenter eius qualitatem, ſcilicet quod dotes omnes reſurrectionem indiuidue concomitantes haberent, manifeſtauit eis, ita ſcilicet vt manifeſtatio ipſa ab eiſdem perciperetur. Porro quod, ſi eis oſtendiſſet claritatem reſurrectionis, illos impediſſet à credenda reſurrectione (quod eſt idem, ac ſi eis non manifeſtaſſet ipſam reſurrectionem,) patet tum ex B. Auguſtino tum ex præcipuo intento Chriſti. Auguſtinus enim ad Oroſium ſcribens ait. Clarificata carne Dominus reſurrexit: ſed noluit diſcipulis in ea clarificatione apparere, quia non poſſent oculi eorum talem Clarificationem proſpicere. Si enim antequam moreretur pro nobis, & reſurgeret, quando transfiguratus eſt in monte, diſcipuli ſui eum videre non potuerunt, quanto magis glorificata carne Domini videre eum non poſſent? Hęc ille ſuper Ioan. Intentum etiam Chriſti idipſum infert. Nam poſt reſurrectionem Dominus hoc præcipue volebat oſtendere, quod idem ipſe eſſet, qui mortuus fuerat. Et hoc multum poterat impedire, ſi eis corporis claritatem oſtenderet. Immutatio enim, quæ fit ſecundum aſpectum, maxime oſtendit diuerſitatem eius, quod videtur quia viſus maxime dijudicat communia ſenſibilia, inter quæ eſt vnum & multa, idem, & diuerſum. A ſeipſo ergo diuerſus videretur per claritatem; & non idem ipſe, qui fuerat antea. Veruntamen Dominus ante paſſionem, ne paſſionis eius infirmitatem diſcipuli deſpicerent, gloriam maieſtatis ſuæ eis oſtendere intendebat, quam gloriam maxime demonſtrat claritas corporis. Ideo ante paſſionem præmonſtrauit gloriam ſuam diſcipulis per claritatem corporis ſui, non autem poſt reſurrectionem, ſed tantum per alia indicia.

Cur claritatẽ ſuã non oſtendit poſt, ſed ante paſſionẽ.

TERTIA PARS Concluſionis

SCILICET, Diſcipuli tandem, Chriſto adhuc corporaliter preſente, in die illo primo Sabbathorum crediderunt firmiter, & fide per charitatem formata, CHRISTVM vere ad vitam glorioſam reſurrexiſſe, demon-

Digitized by Google

demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, viſo Domino: Dixit ergo eis iterum, pax vobis, &. tex. Reſpondit Thomas & dixit, Dominus meus, & Deus meus. Patet ſiquidem ex gaudio illo diſcipulorum, & ex Thomæ affectuoſiſſima illa fidei confeſſione pars hæc tertia, quo ad hoc, quod ipſi omnes crediderunt firmiter veram Chriſti reſurrectionem ad vitam glorioſam. Gloriæ nanque talis & viderant expreſſum ſignum ſcilicet eiuſdem Domini introitum ad ſeipſos clauſis ianuis, & audierant teſtimonium ab eo hoc idem ſignificans, Luc. vigeſimoquarto. Cum adhuc eſſem vobiſcum. Licet enim de dote corporis glorioſi, vt ſic præcisè, non ſit eſſe ſimul cum alio corpore non glorioſo (vt hic contigit) tertio de Sacram. Addition. quæſtione octuageſimatertia, artic. ſecundo, tamen virtus diuina hoc facit, nuncque in tali introitu fecit, vt corpus glorioſum poſſit ſimul cum alio corpore eſſe, ad perfectionem gloriæ, tertio de Sacram. Additio. quæſtione octuageſima tertia, artic. ſecundo, corp. fin. Per id ergo, quod Chriſti verum corpus fuit ſimul cum corpore ianuarum clauſarum eſt oſtenſum, quod illud eius corpus habebat perfectionem gloriæ, ſeu (quod in idem redit) habebat perfectam gloriam. Cæterum eadem tertia pars concluſionis, quo ad alias duas particulas ſcilicet tandem, & Fide per charitatem formata, non videtur eſſe ita patens, & ideo, vt clarior omnibus vere appareat, operoſius inquirendum eſt. Quid ergo denotat in propoſito illud verbum, Tandem? Quod diſcipuli difficulter crediderunt, Chriſto ſibi ipſis apparente, reſurrectionem eius, vtpote non in principio eam credentes, ſed in fine, non ad primam eis exhibitam per argumenta probationem, ſed ad multas. Hoc autem totum conſtat ex iis, quæ B. Ioannes implicite pariter intellexit, & explicite hic ſcripſit. Implicite enim ſubintellexit omnia illa, quæ Luc. vigeſimoquarto circa illam Domini apparitionem exprimuntur, ſecundum regulam mutui obſequij Euangeliſtarum ſępius dictam. Quid ergo ibi exprimitur? Incredulitas diſcipulorum ad Chriſti apparitionem, primamque locutionem. Sic enim habet tex. Stetit in medio eorum, & dixit; Pax vobis; Ego ſum, nolite timere. Conturbati vero & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Videte manus meas, & pedes, quia ego ipſe ſum. Palpate, & videte quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Et cum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes. Adhuc autem, illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetur? Et cum manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis. Ecce, quod viſis etiam Chriſti iam crucifixi manib & pedibus, ſubdit de diſcipulis ille coeuangeliſta: Adhuc illis non credentibus. In textu autem noſtri Euangeliſtæ, qui utique approbauerat iam præmiſſa à ſe lecta in B. Luca, quid exprimitur de diſcipulis? Ipſorum deuota credulitas, ad Chriſti locutionem, ſimulque lateris (id quod non expreſſerat Lucas) perforati oſtenſionem. Sic enim dicit tex. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, viſo Domino. Hoc eſt. Poſtquam viderunt cicatricum, maximeque lateris, inſignia, cognouerunt Chriſtum Dominum eſſe Dominum ſuũ, & hoc cognoſcentes, gauiſi ſunt idest ex tali cognitione gaudium conceperunt. Subdit quoque, vt & diſcipulum ibi non comprehenſum adiungat, tex. Reſpondit Thomas, & dixit: Dominus meus, & Deus meus. Hoc eſt, Credo, te eſſe dominum meum, & Deum meum. In cuius expoſitionis bonæ ſignum ſubdit tex. Quia vidiſti me Thoma, credidiſti. Sed & Lucas, poſtquam incredulitatem diſcipulorum expreſſerat, eorundem fidem ſubſecutam conſignificat per tex. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, & dixit eis. Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die. Patet ſiquidem ex hoc textu, quod ipſi reſurrectionem firmiter crediderunt. Impoſſibile enim eſt, quod diſcipuli habentes ſenſum à Chriſto apertum intelligendi ſcripturas dicentes, eum paſſum, à mortuis reſurrecturum tertia die, non ſimul crediderint firmiter ipſius

Primo. Difficulter, Xp̃o ēt probante illā, diſcipuli crediderũt reſurrectionem.

Lateris perforati viſus, & tactus, ad fidē induxit diſcipulos.

reſurrectionem. Ex præmiſſis ergo omnibus concludendum aperte relinquitur, eſſe verum illud, quod ſuperius dicebatur, quod ſcilicet diſcipuli in principio non crediderunt, ſed tandem ideſt in fine.

DE EADEM PROBATIONE Continuatio.

PRÆDICTVM Euangeliſtarum illorum conſenſum, & conſequenter præſentis textus B. Ioannis expoſitionem ſuprà narratam, docendo Comprobauit B. Ambroſius his verbis. Conſideremus, qua gratia ſecundum Ioannem Apoſtoli crediderunt, & gauiſi ſunt, ſecundum autem Lucam increduli redarguuntur. Et videtur mihi Ioannes, quaſi Apoſtolus, maiora, & altiora tetigiſſe, hic ſequentia (ideſt minora) & humanis proxima, hic hiſtorico vſus circuitu, ille compendio. Quia & de illo dubitari non poteſt, qui teſtimonium perhibet de his, quibus ipſe interfuit. Et ideo vtrumque uerum putamus. Nam etſi in principio Lucas eos non crediſiſſe dicat, poſtea tamen crediſſe demonſtrat. Et ſi prima conſideremus, contraria ſunt, ſi ſequentia, certum eſt conuenire. Hæc ille, ſuper Lucam. Porro, *Secundo.* vt altera pars (quæ ſuprà dicebatur minus patens) ſcilicet fide per charitatem formata, & clarior fiat & ſpeciatim probetur, aduerte, quod charitatem eſſe formam fidei, & quomodo hoc accipi debeat, declaratur ſic ab Angelico, Eccleſiæque Catholicæ fideliſſimo doctore B. Thoma, ſecunda ſecundæ quæſtione quarta, artic. tertio. Actus voluntarij ſpeciem recipiunt à fine, qui eſt voluntatis obiectum, id autem, à quo aliquid ſpeciem ſortitur, ſe habet ad modum formæ in rebus naturalibus. Et ideo cuiuslibet actus voluntarij forma eſt quodammodo finis, ad quem ordinatur, tum quia ex ipſo recipit formam, tum quia modus actionis oportet quod reſpondeat proportionabiliter fini. Manifeſtum eſt autem ex prædictis, quod actus fidei ordinatur ad obiectum voluntatis, quod eſt bonum, ſicut ad finem: Hoc autem bonum, quod eſt finis fidei, ſcilicet bonum diuinum, eſt obiectum charitatis. Et ideo charitas dicitur forma fidei, inquantum per charitatem actus fidei perficitur, & formatur. Hæc ibi. Quia vero forma intrinſeca, & id cuius eſt forma, ſunt in eodem, (quia ex his fit vnum ſimpliciter,) fides autem & charitas in diuerſis (cum fides ſit in intellectu, ſecunda ſecundæ quæſtione quarta, artic. ſecundo, & charitas in voluntate, ſecunda ſecundæ, quæſtione vigeſimaquarta, artic. ſecundo, patet, quod charitas non eſt forma fidei intrinſeca, ſed extrinſeca, prout ſcilicet charitas informat actum eius, modo ſupradicto. Nam quia termini in vnaquaque arte intelligendi ſunt ſecundum ſubiectam materiam illius artis, ideo cum in moralibus (vt hic) vna virtus dicitur forma alterius, hoc non eo modo accipiendum eſt, quo in naturalibus forma dicitur informare materiam. Non enim hoc dicitur, quaſi vna virtus ſit ſubiectum alterius, aut actus vnius virtutis ſit ſubiectũ actus alterius, ſed dictũ tale refertur ad imperiũ vnius ſuper actu alterius. Imperãs.n. alteri trahit ad ſuum finẽ actũ alterius, cui imperat (vt patet in duce exercitus, qui omnes actus ſuorũ militum dirigit ad finem ſuum ideſt à ſeipſo intentum ſcilicet ad victoriam,) & per hoc virtus imperans informat dupliciter actum imperatum (ſicut in litera Sanctus Thomas dixit.) Primo quia eidem actui dat finem, vnde ſpecificatur, ſecundo quia dat ei modum, quo ad illum finem conuenienter ſe habebat. Exemplo id patet. Nam qui ad imperium volentis facere domum, vel nauim, ex his ſcindit ligna, aliam ſpeciem, aliumque modum ſciſſionis, dat lignis illis, quam qui ea ſcindit ad imperium volentis ipſa comburere. Quia igitur & finis, & modus ab imperante datus informat actũ imperatum, ideo virtus imperans dicitur forma virtutis imperatæ.

Regula vniuerſalis eſt, quòd termini ſunt intelligẽdi prout ſubiecta artis materia requirit, vt nõ fiat confuſio.

EX PRÆMISSIS ergo patet, quod charitas eſt fidei forma non quidem intrinſeca, quaſi quod fides ſit ſubiectum charitatis, vel actus fidei ſit ſubiectum actus charitatis, ſed forma extrinſeca, eo quod informat dupliciter actum fidei,

ipſa

ipſa fide ſecundum ſubſtantiam immutata permanente 2.2.q.4.artic.4. Quomodo dupliciter? Dando actui illi finem ex natura ſua conuenientem & dando eidē modum,quo ad illum finem conuenienter ſe habeat. Ecce. Charitas exiſtens in voluntate hominis fidelis dirigit eius credere, qui eſt actus fidei exiſtentis in intellectu, ad finem diuinum,& vltra hoc eidem credere præfigit modum quo ad finem illum diuinum conuenienter ſe habeat. Pro cuius veritatis captu meliori deſcendas ad practicam. Eſt quis habentium fidem,qui dirigit ſuum credere ad finem tranſitoriū ideſt qui ideo credit,ſeu(quod in idem redit) ſe credere vere profitetur, vt conſequatur inde aliquod tranſitorium,puta pecuniam aut æſtimationem bonam inter homines, vel vt placeat alicui mulieri deſideranti eum eſſe Chriſtianum,aut &c. Iſte quidem habet fidem,ſed non charitatem. Nam charitate faciente, ſi haberet eam ipſe dirigeret actum ſuæ fidei ideſt ſuum credere ad finem ſupranaturalem ideſt ad bonum incommutabile, hoc eſt, ideo crederet, vt inde placeret Deo, ac Deum ipſum conſequeretur hic per affectuoſam fidei vnionem, in ſeculo autē venturo per claram ipſius Dei viſionem fidei ſuccedentem. En, quomodo Charitas dat finē actui fidei ex natura ſua ſibi conuenientem. Rurſum.Eſt aliquis, qui vult credere modo illo, qui ſibi iuxta intelligentiam propriam bonus videtur(puta vult credere hoc, quia hoc ſibi ſua mens ſuggerit, non vult credere illud, quia mens ſua illud ſibi non ſuggerit eſſe credendum. Ita quod iſte homo facit ſemetipſum eſſe ſibimetipſi regulam in erendo ac diſcredendo,) & eſt quis putās ſe habiturum vitam æternam abſque bonis operibus, dummodo fidem Catholicam vſque in finem firmiter credat. Iſte quidem vltimus habet fidem, ſed non Charitatem. Vltimus,inquam,quia primus non habet fidem, ſecunda ſecundæ, quæſtione quinta,articulo tertio. Ibi namque veritatis Catholicæ Doctor, ac propugnator Sanctus Thomas dicit. Quicunque non inhæret, ſicut infallibili & diuinæ regulæ, doctrinæ Eccleſiæ (quæ procedit ex veritate prima in ſcripturis ſacris manifeſtata,) ille non habet habitum fidei, &c. Si de his, quæ Eccleſia docet, quæ vult tenet, & quæ non vult, non tenet, non iam inhæret doctrinæ Eccleſiæ, ſicut infallibili regulæ, ſed propriæ voluntati. Hæc ille. Cæterum vltimus, inquiebam, non habet charitatem, quoniam charitas præfigeret modum fidei, quo ad finem illum fides conuenienter ſe haberet, hoc eſt, faceret ipſum fidelem operari conuenientia opera ad vitam æternam promerendam, atque capeſcendam. En: quomodo charitas dat modum actui fidei, qui eſt credere, quem modum Eccleſia tunc petit à Deo, cum in collecta Sanctorum Thomæ Apoſtoli & Petri Martyris dicit. Da nobis quæſumus Domine, vt &c. fidem congrua deuotione ſectemur. Nam ſectari fidem congrua deuotione, eſt fidei habitæ conformia opera facere.

Q̄uo aliquis eſt ſibimet regula i his, quæ fidei ſunt.

Modus à charitate præfixus actui fidei ideſt ipſi credulitati

VTRVM FIDES EORVM Eſſet formata.

EX OMNIBVS ergo præmiſſis exponendus ſic eſt tex. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo Domino, ideſt ad Domini viſam præſentiam & fidem in intellectu, & charitatem(cuius fructus eſt gaudium, Rom.decimoquinto,Galat.quinto,) in affectu ideſt in voluntate habuerunt. Similiter quoque ex eiſdem exponendus eſt tex. Noli eſſe incredulus, ſed fidelis.i.fide affectuoſa. Quæ quidem tunc eſt,quando & habitus fidei infuſus eſt in intellectu credentis, & ſimul infuſus habitus charitatis eſt in voluntate eiuſdem Deum ſuper omnia diligentis. Apoſtolorum ergo fidem tunc de reſurrectione Domini habitam non informem ideſt abſque charitate,ſed formatam ideſt cum charitate fuiſſe, habetur ex illis textibus ita vt oportuit,expoſitis: Ex primo quidē aſſertiue ſimpliciter(Gauiſi ſunt,) ex ſecundo autem aſſertiue ſm̄ quid.i.cointelligendo fidelitatem Thomæ correſpondentem petitioni Chriſti(ſed fidelis.) Hucuſque concluſionis illa particula.ſ.fide per charitatē formata eſt, reddita clarior(vt promittebatur:)nūc reſtat, vt abūdātius ꝓbetur (vt & ſuprà ibi.ꝓmiſſū fuit.)Per hoc igit, ꝙ poſtquā ſcriptum eſt, Gauiſi ſunt diſcipuli viſo Domino, ſubditur in tex. Dixit

Fides affectuoſa, q̄ ſit.

ergo eis iterum: Pax vobis: per hoc, inquam, probatum redditur illud intentũ. Nam ſicut in primo dicto, Pax vobis, intelligẽdũ eſt deſiderium, quo ſaluator noſter eis, nondum eam habentibus, deſiderabat pacem: ita in ſecundo text. Pax vobis itelligitur adimpletio deſiderij ipſius in eis. Ac ſi aperte dicat & in illo tex. Pax vobis. i. deſidero pacem vobis, & in hoc tex. Pax vobis. i. annuncio vobis, vos illã pacem eſſe iam conſecutos, quam deſiderabam. Ad quod ſic intelligendum, valde ſuadet cõiunctio illatiua ibi in vltimo poſita. Sic. n. habet tex. Dixit ergo eis iterũ: Pax vobis. Vbi patet, q; non ſimpliciter, ſed illatiue, profertur hæc ſententia. Si. n. ſimpliciter proferretur, diceretur in tex. Dixit eis iterum, pax vobis, quia uero illatiuæ profertur, dicitur in tex. Dixit ergo eis &cęt. Vnde infertur iſta ſententia? Ex præcedente illo text. Gauiſi ſunt diſcipuli, viſo Domino. Ex illo igitur gaudio concluditur pax. Quare? Vt per hoc demonſtretur, quod gaudium illud erat gaudium procedẽs inde, vnde & pax procedit. A, qua autem cauſa ambo procedant, declaratur ex Roman. 14. Non eſt regnum Dei eſca, & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium, in Spiritusſancto. Per Spiritumſanctũ uero diffunditur charitas in cordibus noſtris, Rom. 5. Teſtante igitur Apoſtolo in his textibus ſimul coniunctis, & gaudium de Deo, & pax vera procedunt a charitate, tanquam effectus eius, & ſunt regnum Dei, ideſt oſtendunt, q; Deus regnat in hominibus illis, in quibus exiſtunt. Per hoc itaque, quod Chriſtus diſcipulis iam de ſeipſo gaudentibus dicit, Pax vobis, teſtificatur, q; Deus ipſe regnabat in eis, & q; ideo erant in charitate. Apoſtolorum ergo fides, qua Dominum ſurrexiſſe ex mortuis vere crediderunt, erat (ſecundum tex. Dixit ergo, pax uobis) per charitatem formata.

Gaudium de Deo, et pax vera, quare dicantur regnũ Dei.

CÆTERVM, pro meliori intelligentia illius tex. Pax uobis, aduertenda ſunt verba B. Thomæ 2. 2. quæſt. 29. art 3. quæ ſunt hæc. Pax eſt vnio appetitiuarum inclinationum. Duplex autem unio eſt de rõne pacis. Quare vna eſt ſecundũ ordinationẽ propriorum appetituum in vnum: alia uero eſt ſecundum vnionem appetitus proprij cum appetitu alterius. Et vtranque vnionem efficit charitas. Primam quidem vnionem, ſecundum quod Deus diligitur ex toto corde, vt. ſ. omnia referamus in ipſum, & ſic omnes appetitus noſtri referuntur in vnum. Aliam vero, prout diligimus proximum, ſicut noſipſos, ex quo contingit, q; homo vult implere voluntatem proximi, ſicut & ſuiipſius. Et propter hoc inter amicabilia unũ ponitur, identitas electionis, ut patet in 9. Eth. & Tullius dicit, in li. de Amicitia, quod amicorum eſt idem velle, & nolle. Hæc ibi. Ex quibus & ipſe infert, quod ſine gratia gratum faciente (& conſequẽter ſine charitate) non poteſt eſſe vera pax, ſed ſolum apparens. Exponatur igitur ſic ſecundus tex. Pax vobis, ideſt unio cuiuſcunque appetitus veſtri ſit, & cum Deo, vt, ſ. omnia referatis in ipſum, idẽque per conformitatem ſit ueſtrum cum ipſius velle, ac nolle, & cũ proximo ut, ſ. velitis implere volũtatẽ eius, ſicut veſtrã. Chriſti autem hoc dicere, pax vobis, fuit efficere has duas vniones in eis (vt ſupra terigimus.)

Vera pax quid ſit.

QVANTA SIT CONfeſſio Thomæ.

QVOD etiam fides Apoſtoli Thomæ fuerit cum charitate, vt illa concluſionis particula connotabat patet ex ſuo tex. Dominus meus, & Deus meus. Hæc ſiquidem eius confeſſio accipienda eſt formaliter & vt reſpondens petitioni Chriſti, & vt in ſe conſiderata. Porro Chriſtus, cum dixit Thomæ text. Sed fidelis, petijt ab illo fidem, non mortuã, ſed viuã, vtpote ſimpliciter ſibi placentẽ, & tunc ſibi ſpeciatim ex reſurrectione viuo conformem. Vt ergo confeſſio Thomę ſatisfaciat Chriſto, oportet dicere, q; ipſa intelligitur de fide non mortua, ſed viua, i. de fide non informi, ſed per charitatẽ formata (ſic. n. viuã fidem intelligi debere, habetur ex Conci Trid. ſeſ. 6. c. 7. cano. 28.) Rurſum. Eadem confeſſio formaliter in ſe conſiderata fidẽ charitate aſſociatã importat. i. ipſum Thomam & Chriſto perfecte credentem, & in amore Chriſti feruentẽ. Perfecte inquã, credentẽ, id quod oſtendit tex. Dñs, & Deus. Perfecta

ſiqui-

Digitized by Google

ſiquidē eſt, cōfiteri, Saluatorē noſtrū eſſe non tantum hominem, ſed etiam Deum (vt B. Athanaſ. docet & in ſymbolo ſuo, verſus finem). Porro Thomas confitetur eum eſſe hoīem per tex. Dominus, & eſſe Deum, per tex. Deus. Id quod maxime patet in textu Græco, cum ibi præponatur articulus & dictioni Dñs, & dictioni Deus, vt ſi latine dicamus: Ille Dominus, Ille Deus, id eſt per excellētiam Dominus, & per excellentiam Deus. Appoſitus eſt autem articulus, ad obſtruēdum os Arrianorum loquentium iniqua, quorum .ſ. hæreſis a Spiritusancto prauita, qua Chriſtum eſſe verum Deum negabant damnabatur ira, vt nullum habeant ſubterfugium huius negationis ſuæ (quemadmodum alibi ſe habere fingunt). Hic enim Chriſtus aperte vocatur ſummus Deus, quoniam Deus cum articulo, & ſummus Deus, (quod eſt per naturam Deus) conuertuntur. Vera ergo Chriſti deitas importatur per tex. Ille Deus: ſicut & ſupremum dominum per tex. Ille Dominus. Vt enim aliàs tetigimus: quid connotetur per articuli Græci adiectionem declarat B. Chryſoſtomus his verbis. Quemadmodum igitur, cum verbum, & filium, dixit (Ioannes), præ cæteris eximium intellexit, ita & agnus, & propheta, & lux vera, & paſtor bonus, & alia, quæ ab eo articuli adiectione dicta ſunt, præcipuum quiddam, & cæteris præſtantius, demonſtrant. Hæc ille ſuper Ioan c. 1. text. Ecce agnus Dei &c. Theophilactus autem dicit. Duplicem naturam, vnicamq; hypoſtaſim Chriſti diſſeruit. Dicendo enim Dominus, humanā naturam, dicendo vero Deus, diuinam, confeſſus eſt, & vnum, & eundem, Deum & Dominum. Hæc ille ſuper Ioā. Vbi dic. Vnum, eundemque eſſe Deum, & Dñm. Conſequenter ergo patet ex his, quod ſicut Thomas fuit ad credendum difficilior, ita in confeſſione ſua de humanitate Chriſti, quod eēt aliarum omnium excellentiſſima, atque ſanctiſſima, & de eiuſdem diuinitate, ꝙ eſſet ſumme, & per naturam, vera (quæ omnia prædicata per articulum ſignificantur) ipſe fuit plenior, & apertior.

Articulus quid importat.

Nam iſte eſt ſolus textus in vniuerſis Euangeliſtis, in quo CHRISTVS adhuc in terra exiſtens pleniſſima voce, & apertiſſima (quod totum articulus indicat) uocatus eſt Deus. Hinc vero, & aliud conſequenter patet, quod vbi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia Roman. quinto. Hoc eſt in propoſito, quod electi quanto in malis per infirmitatem propriam fuerūt peiores, tanto plus in bonis poſtea hoc ſecum faciente Deo, fuerunt promptiores, abundantiores, ſanctiores, feruentiores, firmiores, &cęt. iuxta & illud ad eos ſpeciatim dictum Baruch quarto. Sicut fuit ſenſus veſter, vt erraretis a Deo, decies tantum iterum conuertentes requiretis eum, & illud Rom. octauo. Omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti [vt patet de SS. Petro, Paulo Thoma, Maria Magdalena, Dauide, Auguſt. &c.]

Textus breuis, & eius per articulum ſenſus largior, ideſt plurima continens.

CONFESSIO ILLA (inquiebam) importat Thomam in amore Chriſti feruentem. Hoc enim conſtat ex tex. Meus, & multo magis, quia dicitur bis, Per hoc nanque ſignificatur redamatio, & quidem feruentiſſima, Thomæ erga CHRISTVM. Ac ſi aperte dicat. Tu es meus, & ego uiciſſim ſum tuus. Meus tu es per affectū, & effectū, & ego cū nō poſſim per effectū, ſum tuus per affectū. Porro, quod CHRISTVS ſit Thomæ dominus per affectum ſimul & effectum, patet paſſim in Euangelio ex eo, quod ipſe & magnam dilectionem ſemper monſtrauit erga Apoſtolos ſuos, ideoque erga Thomam, cum eſſet vnus ex illis, & ex tali magna dilectione eiſdem beneficia magna, plurimaque, contulit. Quod vero CHRISTVS ſit Thomæ Deus per affectum ſimul & effectum, patet ex hoc, quod ipſe, vt Deus, ab eterno maxima, immo infinita dilectione ſemper Thomam futurum proſecutus eſt: volendo, ſcilicet ei bonum, multiplex, hoc eſt, volendo eum creare, conſeruare, redimere, ei gratiam, gloriamque, donare: Qui & poſtea in tempore effectualiter eum creauit, conſeruauit, per Crucem Sanctam redemit, gratia in re, & gloria æterna in ſpe, quæ non confundit Roman. quinto. ornauit. Quod autem Thomas viciſſim ſit Chriſti non quidē per effectum [Bonorum. n. noſtrorum non indiget Pſal. 15. Nec Thomas

Secundo.

Quomodo Chriſtus eſt Thomæ, et Thomas Chriſti.

eum

eum creauit, nec conſeruauit, &cæt.]ſed per affectum patuit ex eo', quod ſe Chriſto totum ex nunc, quando dixit tex. Dominus &c.pro ſemper donauit, quoad intellectũ, firmiſſime quicquid fidei eſt credendo, quoad voluntatem, feruentiſſime quicquid & ſpei, & charitatis, eſt ſperando & amando, quoad totam uitam corporalem, diligentiſſime illam pro amore Chriſti expendendo, & in laboribus, & vigilijs, & itineribus, & ieiunijs, & prædicationibus, & varijs tribulationibus, & multis perſecutionibus vſque ad mortem Martyrij incluſiue. Ex his ergo omnibus præmiſſis exponatur ſic ſecundum mentem ipſius Apoſtoli, tex. Meus.ſ.ut Dominus.i.vt homo es, per affectum, & effectũ magnum, & tex. Meus.ſ. vt Deus es, per affectum & effectum, maximum, cui textui ſic expoſito ſuppleas tu illud, quod implicite in eodem continetur.ſ. & ego tuus totus, per affectum ad realitatem poſtea, prout decet, perventurum. Concludẽdum ergo denique ex eiſdem eſt, quod tertiæ illius partis concluſionis particula .ſ. fide per charitatem formata, reſtat abundanter ex Euangelicis textibus probata.

Expoſitio textus ſũmaria, & plena, & notabilis.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Chriſtus eſt verus Deus, vide ex ſacroſanctis ſcripturis, Concilijs &c.definitum eſſe in Elucidationibus 3.de Sal. articulorum numero 17.107.139.47.108.113.195. Quod Chriſtus eſt uerus homo eiuſdem naturæ nobiſcum, vide ex ſacroſanctis &c.in Elucidationibus 3. de Saluatore, art.numero 7.36.35.86.171.184.190.195.33.168.94.95.96. etiam poſt ſuam reſurrectionẽ glorioſam 3.de Sal. articulorum numero 298.301.311. Qđ Chriſtus eſt fideliſſimus in promiſsis ſuis [ſecundum etiam illud Pſal 144. Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & Pſal.88. Quę procedunt de labijs meis, non faciam irrita,] vide ex ſacroſanctis &c.in Elucid.pri.par.articulorum numero 5.16.103. Vnde quoque inferas à fortiori, ſi eſt, vt eſt, verax in eo, de quo videbatur inſipientibus in contrarium, ergo multo magis uerax.i.veraciſſimus eſt in cæteris omnibus. [Quid igitur hinc deduces neceſſario? Quod Eccleſia ſancta, catholica, & Apoſtolica nunquã deficiet, quibuſcunque in contrarium facientibus, quia hoc promiſit Chriſtus Matth. 16. Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & Matt.28. Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Ergo eriã dic primatus Apoſtoli Petri Monarchicus ei, in eoque ſucceſſoribus cunctis (iuxta Concilium Florentinũ in literis Sanctæ unionis) promiſſus eidem fuit proculdubio actualiter datus, & hoc Ioã. 21.tex. Paſce oues meas. Ergo, inferas quoque Euangelium Chriſti nunquam deficiet, quia hoc promiſit Chriſtus. Nam quandocunque Eccleſiam fore indefectibilem dixit, cointelligitur idem promiſiſſe & de Euangelio, quo paſcitur, atque nutritur Eccleſia, & de primatu Petri, ac ſucceſſorum, quo ipſa regitur, ſeu gubernatur. Vniuerſaliter denique dicito hoc ipſum de omnibus à Chriſto promiſſis, quod.ſ.eſt in eis veraciſſimus, ſeu(quod ĩ idem redit) fideliſſimus, quodque ideo impoſſibile omnino eſt, ea omnia promiſſa, & modo illo, quo promiſſa ſunt, non eſſe actualiter adimplenda. Cæterum ſi videre vis & hæreticos in dictis impugnantes indeficientiam Eccleſiæ, & eorum condẽnationem, vide Elucidationes 3. de Sacram. Addition. articulorum numero 74.76.75. Ad quod facit etiam videre eas, 3. de Sal. artic.num.227. Item contra impugnantes primatum Papæ, vide illas 3. de Sal. articulorum numero 61. & 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 81.94.168.24.78.102.93.32.33. & Compendij Alber. Magn. lib.7.capite 9. ſcholia. Item Veritates aureas ſuper totam legem veterem Geneſ.7.concl.3. & Exod.32. concl. 1.& Numer.17.concl.3.& cap.31. concl. 2.& cap.27.concl.1.& Leuit.8.conclu.8. & Deuteron.17.concl.7.8.9. Rurſum Elucidationes pri.par. articulorum nu. 184. Item contra impugnantes durationem Euangelij continuam, vſque ad conſummationem ſeculi, vide Elucidationes 1.2. articulorum num. 568. Item Veritates au

Cœna ſũt Eccleſiæ Chriſti, Euãgeliũ, & primatus ſui Vicarij.

reas

reas &c. Deuteron. 10. cõcl. 1.] Quod Chriſtus propria virtute ſurrexit vere à mortuis, vide Elucidationes 3. de Sal. articulorum numero 294. 295. 298. 301. 297. 312. Quod Chriſtus foribus clauſis, ita vt ſuum glorioſum cum corpore non glorioſo ſimul fuerit, ingreſſus eſt ad diſcipulos (ergo non per rimam, neque per feneſtram, vt quidam hæretici mentiuntur,) vide Elucidationes 3. de Sacramen. Addition. articulorum num. 360. Quod corpora ſanctorum reſurgentium, ſicut & Chriſti, erunt palpabilia &c. vide Elucidationes 3. de Sacram. Addition. articulorum num. 342. 354. 358. 363. erunt ad vitam glorioſam, vide ibid. art. num. 331. & 1. 2. articulorum num. 30. erunt eadem numeraliter, vide Addition. art. nu. 343. Non erunt rotunda &c. ſed rectæ ſtaturæ ſecundum quod conditio naturæ humanæ requirit, vide ibid. articulorum num. 351. Neque erunt in voluptate mundi, vide ibid. articulorum numero 347. 354. & 1. 2. articulorum num. 31.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. XX.

CHRISTVS Sacramentum pœnitentiæ, ex ſola ſua pietate motus, inſtituit, quo Sacramento declarauit à Spiritu ſancto principaliter, quem à ſe procedere monſtrauit, remitti peccata hominibus per ſacerdotes miniſterialiter eadem remittentes, contritis ſolum, atque confeſſis, & fructus dignos pœnitentiæ in voto ſaltem habẽtibus. Id quod eſt, Chriſtum ipſum declaraſſe, pœnitentiæ Sacramentum tunc à ſe inſtitutum habere tres partes, ſcilicet contritionem pęnitentiũ, cõfeſſionem, & ſatisfactionem. [Per quę omnia plurimas hæreſes pręuiſas Chriſtus condemnauit, & miſericordiarum ſuarum magnitudine omnem intellectus creati capacitatem, & maiorem admodũ eſſe omnibus iniquitatibus noſtris, quantumcunque magnis, oſtendit.]

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM cõcluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos, & tex. Inſufflauit eis, & tex. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Prima itaque pars. ſ. Chriſtus Sacramentum pœnitentiæ, ex ſola ſua pietate motus, inſtituit, demonſtratur ex eo, quod dixit: Accipite Spiritũ ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Porro, quod his uerbis loquatur de pœnitentia, patet ex illa particula tex. Quorum remiſeritis, & quorũ retinueritis. Quare enim non dicit, quod omnibus peccata remittant, vel quod eis peccata retineant, niſi propter hoc, quod vult ſic eos ad inuicem diſcernendo connotare illos ſe habituros differenter ad pœnitentiam? Sciebat Chriſtus ordinẽ, quem ipſe, vt Deus, ab æterno in omnibus rebus etiam naturalibus obſeruãdum firmiter ſtatuerat, quod. ſ. nũquam forma reciperetur in materia, niſi bene ad illius introductionem diſpoſita, & ideo æternum hoc ſuum uniuerſale ſtatutum præſupponens differentiam fecit inter ab Apoſtolis iudicij ſententiam ſuſcepturos, dicens in tex. Quorum remiſeritis, & quorum retinueritis. Quin etiam ex hac ſua differenti locutione voluit nos ad retrogradum hunc diſcurſum, qui eſt ab effectu excitare. ſ. Chriſtus aliquibus remittenda peccata, aliquibus non remittẽda, ſubindicat. i. ſub his uerbis tex. Quorum remiſeritis, & quorum retinueritis, indicat, ergo aliquos fore capaces remiſſionis aliquos uero non item pręſupponit. Tũc vlterius. Capaces illi (ut patet ex terminis) ſunt materia bene diſpoſita, non capaces autem materia ſunt nõ bene diſpoſita, ergo ibi in eodem tex. Quorum remiſeritis, præſupponit materiam eſſe diſpoſitam. Vlterius adhuc. Materia illa ideo uere dicitur ad remiſſionem diſpoſita, quia de peccatis commiſſis dolet ex animo, emendationem illorum proponens (ut patet conſideranti & regulam iuris quintam in ſexto lib. de reg. iur. dicentẽ. Venia non datur, niſi correcto, & 3. de Sacramen. q. 86. art. 2.) ergo in eodẽ tex. Quorum remiſeritis, & quorum retinueritis, præſupponit illum dolorem in recepturis remiſſionis gratiam. Adhuc vltra. Dolor

Ordo diuinus irretractabilis vbique, q. ſ. forma nõ niſi in materia ad hoc diſpoſita poſſit recipi.

Dolor ex animo de peccatis, coaſſumens propoſitum emendationis ipſorum, eſt pœnitentia virtus (vt patet legenti 3. de Sacramen. q. 85. ar. 1.) ergo in eodem tex. Quorum rem. & quo. ret. loquitur de pœnitentia, tanquam remiſſioni eam præſupponens, & à retentione eam eſſe remotã commoſtrans. En diſcurſus ille totus, modo retrogrado factus.

EIVSDEM primæ partis concluſionis illa particula Sacramentum pœnitentiæ, probatur ex præmiſſis, ſimulq; declaratur ſic. Propter hoc aliqua dicuntur ſacramenta, quia ſub tegumento rerum corporalium ſiue exteriorum actuũ ſenſibilium, diuina virtus ſecretius operatur ſalutem, 3. de Sacramen. q. 84. art. 1. In pœnitentia uero ſub tegumento exteriorũ actuum ſenſibilium & pœnitẽtis, & ſacerdotis virtus diuina ſecretius operatur ſalutem, vt patet conſideranti in præmiſſis Euangelica dicta.) Nam peccator pęnitens per ea, quæ exterius facit, & dicit, oſtendit, cor ſuum de peccato dolere, ab eoque cum emendationis propoſito receſsiſſe, ſacerdos quoque per ea, quę exterius agit, & dicit circa pęnitentem, ſignificat opus Dei peccata ei remittentis (id quod eſt: Deum illius ſalutem ſecretius operari.) Ex his ergo manifeſtum relinquitur, quod pœnitentia de qua Chriſtus, in tex. Quorum rem. loquitur, eſt nõ tantum virtus (vt ſupra declarata eſt) ſed ẽt Sacramentũ. Nec mireris, qđ Sacramẽtum ſit pœnitentia, ſimul & virtus, licet alia ſacramẽta, quibus pęnitentia connumeratur à Concilio Trid. ſeſſ. 7. Cano. 1. non ſint moralis virtus. Nam in Sacramẽto pœnitentiæ actus humani, de quibus ſupra dictum eſt, ſunt tanquã eius materia proxima, 3. de Sacramen. q. 84. art. 1. 2. & Concil. Triden. ſeſſ. 14. cap. 3. id quod non contingit in alijs Sacramentis, cum actus humani in illis (excepto etiam matrimonio) non ſint de eſſentia Sacramentorum, ſed tantum diſpoſitiue ſe habeant ad Sacramentum 3. de Sacramen. q. 84. art. 1. ad primum. Quia igitur virtus eſt principium alicuius actus humani, dicere oportet, quod pœnitentia Sacramentum eſt etiam virtus, vtpote eligens ea, quæ ſunt ſecundum rectam rationem, ſcilicet dolere de eo, de quo eſt dolendum,

Dolere de quo eſt dolendum, & gaudere de quo eſt gaudẽdũ, ſecundum rectam rationem eſt virtus.

quæ in propoſito ſunt peccata. Dicitur enim in 2. Ethic. quod uirtus eſt habitus electiuus, ſecundum rationem rectam.

CONTINVATIO Probationis.

PARTIS eiuſdem primæ concluſionis illa particula. ſ. Ex ſola ſua pietate motus, probatur ab Euangeliſta ex tex. Sicut miſit me pater, & ego mitto uos Pater nanque miſit ad nos filium ſuum ex ſola paterna pietate motus, teſtante & Apoſtolo ad Titum cap. 2. Non ex operibus, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, & eodem Chriſto Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundũ, vt filium ſuũ vnigenitum daret, nõ enim miſit filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Ecce, quod pater miſit ex pietate filium ad ſaluandum nos, & ex ſola, quoniam non ex meritis noſtris, immo (quia ibi Apoſtolus loquitur figurate .i. per figuram illam, qua dicendo minus, ſignificatur plus) contra merita noſtra, vtpote quibus merebamur damnari in æternum. [Quid ergo mirum, ſi in extremis concluſionis hoc, tanquam appendix ex ipſa, dicebatur: Per quæ omnia Chriſtus miſericordiarum ſuarum magnitudinem excedere omnem intellectus creati capacitatem, & maiorem admodũ eſſe omnibus iniquitatibus noſtris quantumcunque magnis, oſtẽdit? Ex eo enim quod contra merita noſtra infernum nobis die noctuque more ſanguinis Abel contra Caym Genel. 4. inceſſanter clamantia fecit. i. (vt in propoſito ſiſtamus) viam ſalutis æternæ, Sacramentum videlicet pœnitentiæ inſtituendo, nobis aperuit, patet abunde quibuſcunque recta ratione vtentibus, & quod miſericordię eius iam alia eſt abyſſus, vt quantacunque vis, etiam Angelici, intellectus eam penetrare non poſſit, & quod maior eſt admodum Chriſtus in dimittendo vere pœnitentibus quęcunque peccata, quam ſint homines in multiplicando illa.]

Pro appẽdice finali concluſionis declaratio.

PORRO Deum eſſe tunc ex ſola pietate motum (quod erat illa concluſionis particula) eſt ipſum fuiſſe diuitem in miſericordia in Sacramenti talis inſtitutione.

Digitized by Google

tione. Sic enim ſolet eum nominare Apoſtolus, quando aliquam rem ab eo factã vult oſtendere ex ſola ſua pietate fieri (vt Epheſ. 2. Deus autem, qui diues eſt in miſericordia, conuiuificauit nos in Chriſto): quem Apoſtolum imitatur & Concilium Tridentinum ſeſſione decimaquarta. Cum declarans cauſam, quare Deus ſacramentum pęnitentiæ inſtituerit, dicit capitulo primo. Si ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum eſſet, vt iuſtitiam in Baptiſmo, ipſius beneficio & gratia, ſuſceptam, conſtanter tuerentur, non fuiſſet opus, aliud ab ipſo baptiſmo ſacramentum ad peccatorum remiſſionẽ eſſe inſtitutum. Quoniam autem Deus, DIVES IN MISERICORDIA, cognouit figmentum noſtrum, illis etiam vitæ remedium contulit, qui ſeſe poſtea in peccati ſeruitutem, & dęmonis poteſtatem tradidiſſent, ſacramentum videlicet pęnitentiæ, quo lapſis poſt baptiſmum beneficium mortis Chriſti applicatur. Hæc ibi. Vbi etiam, poſt multa de neceſſitate pęnitentię dicta, ſubinferens illud, ex quo & declaratur concluſio capituli noſtra, & confirmatur eiuſdẽ probatio, dicit. Porro nec ante aduentum Chriſti pęnitentia erat ſacramentũ, nec eſt; poſt aduentum illius, cuiquam ante baptiſmum. Dominus autem Sacramentum pęnitentiæ tunc præcipue inſtituit, cum a mortuis excitatus inſufflauit in diſcipulos dicens. Accipite Spiritumſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Hæc ibi. Mox vero ipſius inſtitutionis ſenſum aperiens omnibus (id quod ad noſtram capituli concluſionem optime facit) ſubdit ibidem. Quo tam inſigni facto, & verbis tam perſpicuis, poteſtatem remittendi, & retinendi, peccata, ad reconciliandos fideles poſt baptiſmũ lapſos, Apoſtolis, & eorum legitimis ſucceſſoribus, fuiſſe cõmunicatã, vniuerſorum Patrum conſenſus ſemp intellexit: Et Nouatianos, remittendi poteſtatem olim pertinaciter negãtes, magna rõne Eccleſia Catholica, tanquam hæreticos, explofit, atq; condemnauit. Quare veriſſimum hunc illorum verborum Dñi ſenſum ſancta hęc ſynodus probãs, & recipiens, damnat eorũ cõmentitias interpretationes, qui verba illa ad poteſtatem prædicandi verbũ Dei, & Chriſti Euangelium annunciandi, contra huiuſmodi ſacramẽti inſtitutionem, falſo detorquẽt. Hæc ibi. Sed & in canonibus ea, ex quibus multum declaretur concluſio noſtra capituli, dicit, vt canon. 1. Si quis dixerit, in Catholica Eccleſia Pęnitentiam nõ eſſe uere, & proprie ſacramentũ pro fidelibus, quoties poſt baptiſmũ in peccata labuntur, ipſi Deo recõciliandis a Chriſto Dño noſtro inſtitutũ. Anathema ſit. Et cano. 3. Si quis dixerit, verba illa Dñi, Accipite Spiritumſanctũ, quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis, & quorũ retinueritis, retenta ſunt, nõ eſſe intelligenda de poteſtate remittendi & retinendi peccata in ſacramento pęnitẽtię (ſicut Eccleſia Catholica ab initio ſemper intellexit), detorſerit aũt, contra inſtõnem huius ſacramenti, ad authoritatẽ pdicandi Euangelium: Anathema ſit. Et cano. 7. Quis dixerit, in ſacramento pęnitentię ad remiſſionẽ peccatorũ neceſſarium nõ eſſe iure diuino, confiteri oĩa & ſingula peccata mortalia, quorũ memoria, cum debita & diligẽti pmeditatione habeaẽ, ẽt occulta, & quæ ſunt contra duo vltima Decalogi præcepta, & circunſtantias, quæ peccati ſpeciem mutant, ſed eam confeſſionẽ eſſe tantum vtilem ad erudiendum, & conſolandum pœnitentem, & olim obſeruatam fuiſſe tantum ad ſatisfactionem canonicam imponendam: aut dixerit, eos, qui omnia peccata confiteri ſtudent, nihil relinquere velle diuinæ miſericordiæ ignoſcendum: aut non licere confiteri venialia: Anathema ſit. Hæc ibi. Ex quibus omnibus prædictis probata efficaciſſimè patet tota illa prima pars concluſionis, ſcilicet Chriſtus Sacramentum pœnitentiæ &c.

Notandi, & diligenter cuſtodiendi hi canones contra hæreticos.

Inſigne factum dicitur ista inſufflatio Chriſti.

DENIQVE pro captu ampliori illius textus. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos, aduertas id, quod ſæpius pro regula vidimus ab Euangeliſtis obſeruatum, ut dictorum quorum ſuorum plenus ſenſus haberi poſſet, quod ſcilicet vnuſquiſque illorum implicite intellexit ſemper in ſimilibus narrationibus, quæ ſibi occurriſſent, ea omnia, quæ explicite ab aliquo ſuorum coeuangeliſtarum fuerant vel ante vel poſt, ſcripta.

Regula Euangeliſtarũ obſeruatio.

Secundum

Secundum igitur auream hanc regulam dicere oportet, quod ſic gloſſandus eſt ille textu. Et ego mitto vos. ſ. ad Baptizandum ex Matth.28. Baptizantes eos &c. & ad prædicandum Euangelium, ex Mar.16. Euntes in mundum &c. & ad prædicandum pœnitentiam, ac remiſſionem peccatorũ, ex Luc. 24. Prædicari in nom. eiu. pœni. &c. & ad conferendum Sacramentum pęnitentiæ tunc inſtitutum Ioã. 20. Quorum remi. peccata &c. Sicut ergo miſit me pater videlicet per multas tribulationes ad dandam ſalutem mundo (qđ feci illis quattuor modis Ioan.3. Hic baptizat. Mar.1. Prędicans Euangelium regni Dei. Matth.4. Cœpit prædicare: Pœnitentiam agite Luc. 7. Remittuntur tibi peccata tua:) ita ego mitto vos, ad dandam ei ſalutẽ modis huiuſmodi, per multas tribulationes vobis ab eo inferendas vſque ad mortem.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus declarauit, peccata principaliter à Spirituſancto, quem à ſeipſo procedere monſtrauit, remitti hominibus per Sacerdotes miniſterialiter eadem remittentes, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Inſufflauit, & dixit eis, accipite Spiritumſanctum, quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis. Niſi enim à Spirituſancto remitterentur peccata & ſi abſque ipſo ad hoc operante poſſent ab Apoſtolis remitti, non eſſet opus Chriſto, qđ dicturus illis tex. Quorum remiſeritis peccata, prępoſuiſſet mẽtionem de illo in contex. Accipite Spiritumſanctum. Voluit ſiquidem per huiuſmodi texturam Chriſtus oſtendere ſenſum verborum ſuorum eſſe talem; Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis. ſ. à Spirituſancto. Sunt igitur, ſecundum Chriſti claram ſententiam, duo, qui remittunt peccata, Apoſtoli videlicet (confeſſarios quoslibet legitimos in hoc repræſentantes. Ex Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 1. ſupra narrato,) & Spirituſſanctus. Abſit autem vel tenuiter opinari, quod iſti duo æqualiter ad remiſſionem peccatorum cõcurrant. Quare, abſit? Quia hoc ſentire eſſet ſumma blaſphemia, vt patet ex terminis. Nam Spirituſſancti, vt Spirituſſanctus eſt, operatio eſt infinita, cum ipſe ſecundum eſſentiam ſuam ſit infinitus, 1.q.7.art.1. & Apoſtolorum, vt Apoſtoli homines ſunt, operatio eſt finita, cũ nihil præter Deum ſit, aut eſſe poſſit infinitum ſecundum eſſentiam, 1.q.7.artic.2. oportebit igitur exponere ſic tex. Quorũ remiſeritis .ſ. miniſterialiter, peccata, remittuntur. ſ. à Spirituſancto principaliter eis. Ex ipſo ergo textu conſtat, quod Apoſtoli in remittendo peccata ſunt miniſtri ipſius Spirituſſancti (quod & confeſſus eſt vnus illorum 1. Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros:) Spirituſſanctus autem eſt principalis agens. Nec tantum Spirituſſancti ſunt miniſtri, ſed etiã Chriſti (ut expreſſit Apoſtolus ibid. Vt miniſtros Chriſti) non ſolum vt Deus eſt, ſed etiam, vt homo. Nam Chriſtus, vt homo eſt miniſter. i. habet in Sacramentis actionem miniſterialem per ſingularẽ excellẽtiam, quam nulli hominum vnquam communicauit, 3. de Sacram. q.64.art.3.4. Ex his igitur patet, quod illud, miniſterialiter, poſitum in concluſione intelligitur ſimpliciter. i. nullo addito (quemadmodũ etiam ſumuntur miniſtri, 3. de Sacramen. q.64.art.7.8.9.) non autem anthonomatice. i. per excellentiam. Non enim meritũ, & virtus paſſionis Apoſtolorum operatur in Sacramentis (ſed ſolius Chriſti,) neque in nomine Apoſtolorum ſanctificãtur Sacramenta (ſed ſolius Chriſti,) neq; Apoſtoli potuerunt inſtituere ſacramenta (ſed ſolus Chriſtus, ſicut &, vt homo, inſtituit,) neque Apoſtoli potuerunt conferre effectum ſacramentorum, puta remiſſionem peccatorum, ſine exteriori Sacramento (ſed ſolus Chriſtus, vt patuit & Luc. 7. de remiſſione peccatorum Mariæ Magdalenæ, & Ioan. 8. de abſolutione adulteræ.) Quæ quattuor importantur per excellentiam miniſterij.

Duo ſunt cauſæ veræ remiſſionis peccatorum, ſed differẽter.

Excellens miniſter habet quattuor, quorũ nullũ habet miniſter ſimplex.

QVORVM REMISERITIS Peccata, &cæt.

SI vis peruerſores ſcripturarum ad ſuã ipſorum damnationem 2. Pet. 3. Perſpicere (quod non obcæcatis à Satana

facile,

Regula vtiliſſima. facile,& hic maxime,eſt:) pondera ſemper verborum in ſcripturis poſitorũ proprietatem, quæ tibi, vel ex ipſo ſecũdum ſe vocabulo tunc occurrente, vel etiã ex ſuo contextu, vel certe ex alio ſcripturæ ſanctæ clariori loco,1.q.1 art.9. ad ſecundum,& art.10 ad primum apparebit,iuxta fundatiſſimam Eccleſiæ catholicæ, & Apoſtolicæ doctrinam,cuius eſt (vt dicit Concilium Trid.ſeſs.4.Decreto.2.)iudicare de vero ſenſu & interpretationeſcripturarum ſanctarum.Fuerunt igitur quidam,qui (ut uolucres ſacrificium Abrahæ infeſtantes Geneſ. 15.) vocabulum tex. Remiſeritis, impropriare.i.extra proprietatem ipſius trahere,conati ſunt,interpretantes,Remiſeritis peccata.i.remiſsa oſtẽderitis nullo alio addito, ac ſi dicerent.i. remiſsa ſolum oſtenderitis. Hi ſic impropriantes illum textum dicuntur uere deſtructores eiuſdem, ac per hoc errare in fide.Nam vocabulum, Remiſeritis peccata, ſi ſecundum ſuam proprietatem conſideretur(proprie enim, non autem improprie, loquitur Chriſtus) plus importat, quam dicere, quam oſtendere, quam declarare,peccata eſse remiſsa. Poteſt nanque etiam non ſoluens, iumentum aliqđ, *Exemplũ.* immo nihil penitus ad eius ſolutionem cooperans, dicere ſeu monſtrare, vel declarare alicui, iumentum illud eſse ſolutum(vt experimento frequenti patet.)Vnde, vt veritas verborum Chriſti ſeruetur, dicendum neceſsario eſt, quod illud, Remiſeritis peccata, dicit efficientiam ſoluẽdi à peccatis. Ille ſiquidem vere peccata remittit,non qui ſolum ea declarat eſse remiſsa, ſed qui efficit hoc ipſum.ſ.illa eſſe remiſsa,ſeu(quod idem eſt,ſed clarius) qui efficienter ſoluit ab ipſis. Quod enim dixit nũc diſcipulis Chriſtus in tex. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, illud dixerat prius diſcipulorum principi Petro Matth. 16. Quodcunque ſolueris (.ſ. à peccatis) ſuper terram,erit ſolutum(.ſ.ab illis)& in cœl.Vt inde ad propoſitum nunc textum dicamus. Quorum remiſeritis peccata .i.quoſcunque ſolueritis à peccatis. Dominus ergo per illud, Remiſeritis peccata diſcipulos facit ſemideos.i. (vt ait B. Chryſoſt. ſuper Matth.) eis dat ea, quæ ſunt propria Dei ſolius.ſ. peccata ſoluere. Veruntamen quia non dat eiſdem hæc, quæ ſunt Dei ſolius propria facere æqualiter cum Deo.i. authoritate ſibijpſis propria,ſed inæqualiter ſub Deo .i. authoritate miniſteriali, non per excellentiam (quæ ſoli Chriſto, vt homo eſt,conuenit,) ſed ſimplici, propterea diſcipulos fuiſse à xpõ factos nũc,diximus, ſemideos, non autem Deos. Hanc eis ſupra humanam, immo & ſupra angelicã dignitatem inuidentes hæretici, ad eam de manu illorum eripiendam, confixerũt illam tex. Remiſeritis, improprietatem, quam ſupra vidiſti: Sed eandem Concilium Trident. (ut Abraham abigens illas volucres Geneſ.15.)tuetur eis, atque conſeruat, dum(quo modo poſſis etiam exponere illum textum Euangelij pateat) dicit ſeſs. 14. cap. 6. Quamuis abſolutio ſacerdotis alieni beneficij ſit diſpenſatio, tamen non eſt ſolum nudum miniſterium vel annunciandi Euangelium, vel declarandi peccata eſse remiſsa, ſed ad inſtar actus iudicialis,quo ab ipſo velut à iudice,ſententia pronunciatur.Et cap.7.Quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud expoſcit, vt ſententia in ſubditos duntaxat feratur,perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, & veriſſimum eſse Synodus hæc confirmat,nullius momenti abſolutionẽ eam eſse debere, quam ſacerdos in eum profert,in quem ordinariam, vel ſubdelegatam non habet iuriſdictionem. Et Cano.9. Si quis dixerit: Abſolutionẽ ſacramentalem ſacerdotis non eſse actum iudicialem,ſed nudum miniſterium pronunciandi,& declarandi,remiſsa eſse peccata confitenti &c. Anathema ſit.Hæc ibid. Porro, quia non aliter remittunt peccata aliorum diſcipuli Chriſti, niſi remiſſionẽ ſeu(quod in idem redit)abſolutionem in Sacramento pœnitentiæ exhibendo, propterea neceſsario concludendum eſt id, quod & ſupra dicebamus, quod uidelicet hoc in tex. Quorum remiſeritis &c.inſtituitur Sacramentum pœnitentię.Quia vetere nouus ſtatus à ueteri incœpit tempore Chriſti ſuper terram exiſtentis (vt omnis Theologorum ſacrorum doctrina clamat,) ideo Sacramentum hoc nunc ab ipſo inſtitutum uocari merito debet Sacramentum nouæ legis.

Q̃uo aliqui hoĩes ſint ſemidei, & per hoc dignitatis pluſquam Angelicæ.

Ratio efficaciter cõcludens,inſtitui hic pœnitẽtiæ Sacramẽtum.

HINC ergo .i. quia hoc eſt Sacramentum nouæ legis,confirmantur ſupradicta

dicta de miniſtris, quod .ſ. effectiue remittunt peccata. Nam legis nouæ Sacramenta conferunt gratiam, 3. de Sacram. q. 62. art. 1. qua proculdubio remittuntur peccata, 1. 2. q. 113. art. 2. & per conſequẽs ipſorum Sacramentorum miniſtri, actualiter illa exhibendo hominibus, conferunt eis gratiam, inſtrumentaliter, ideoque vere illis remittunt peccata. Docuit hoc, ac propterea inde ſupradicta confirmantur, Concilium Triden. ſeſſ. 7. Canon. 6. dicẽs. Si quis dixerit: Sacramenta nouę legis nõ continere gratiam, quam ſignificant, aut gratiam ipſam non ponentibus obicem non conferre &c. Anathema ſit. Et Cano. 8. Si quis dixerit, per ipſa nouæ legis Sacramenta, ex opere operato, non conferri gratiam &c. Anathema ſit. Hæc ibid. Aduertendum præterea diligenter eſt, quod hic tex. Remiſeritis, habet pro nominatiuo diſcipulos illos, vt repræſentant ſolum perſonam Epiſcoporum, & Sacerdotum, etiam quod ipſi Sacerdotes repræſentati, & Epiſcopi eſsẽt in peccato mortali Hoc eſt. Quod textus iſte ſecundum literalem ſenſum authoritatem hanc .ſ. remittendi peccata, ad ſolos Sacerdotes, & Epiſcopos extendit, exiſtentes etiam in peccato mortali. In cuius ſignum Iudæ traditori etiam data fuerat poteſtas ligandi, atque ſoluendi, quoniam ille vocatus diabolus Ioan. 6. inter illos tunc aderat, quibus dixit Dominus Matth. 18 Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Per quæ verba mõſtrauit quoque Dominus, quod mala vita miniſtrorum non tollit eorum poteſtatem, neque officit Sacramento, quin .ſ. Sacramẽta per eos rite [i. ſeruando formam, & materiam, & intentionem faciendi tũc quod facit Eccleſia] hominibus collata conferant eis gratiam, & conſequenter per eadem verba hæreſes Valdẽſium, Donatiſtarum, Huſſitarum &c. præuilas condemnauit dicentes; Nullam poteſtatẽ ſiue laicalem, ſiue Eccleſiaſticam, remanere in hominibus, in peccato mortali exiſtentibus, 3. de Sacram. q. 64. art. 5. Expoſitionem prædictam tex. Remiſeritis, velut ab eo prius inſinuatam, confirmare potes ex Trident. Concilio ſeſſ. 14. cap. 6. dicente. Circa miniſtrum huius Sacramenti, declarat ſancta Synodus, falſas eſſe, & à veritate Euangelij penitus alienas doctrinas omnes, quæ ad alios quo ſuis homines, pręter Epiſcopos, & Sacerdotes, clauium miniſterium pernicioſe extendunt. Putantes, verba illa Domini [Quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cœlo, & quorũ remiſeritis peccata, remittũtur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt] ad omnes Chriſti fideles indifferenter, & promiſcue contra inſtitutionem huius Sacramenti, ita fuiſſe dicta, vt quiuis poteſtatem habeat remittendi peccata, publica quidem per correptionem, ſi correptus acquieuerit, ſecreta vero per ſpontaneã confeſſionem cuicunque factam. Docet quoque ẽt Sacerdotes, qui peccato mortali tenentur per virtutem Spiritusſancti in ordinatione collatam, tanquam Chriſti miniſtros, functionem remittendi peccata exercere, eoſque praue ſentire, qui in malis Sacerdotibus hanc poteſtatem non eſſe contendunt.

Mali poſſunt miniſtrare Sacramẽta, ad vtilitatem tamẽ aliorũ, & proprium damnum.

DE EODEM TEX. Quorum &c.

SED & Cano. 10. ſeſſ. ead. 14. ait. Si quis dixerit, Sacerdotes, qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi & ſoluendi non habere, aut non ſolos Sacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis, ſed omnibus Chriſti fidelibus eſſe dictum, Quæcũque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo, & quorum remiſer. pec. remit. eis, & quorum retin. reten. ſunt. Quorum verborum virtute quilibet abſoluere poſſit peccata, publica quidem per correptionem, ſi correptus acquieuerit, ſecreta vero per ſpontaneam confeſſionem: Anathema ſit. Hęc ibi. Quibus concordat & ille anathematiſmus, ſeſſ. 7. Cano. 10 ſi quis dixerit: Chriſtianos omnes in verbo, & omnibus Sacramẽtis adminiſtrandis, habere poteſtatẽ: Anathema ſit. Et Cano. 12. Si quis dixerit, miniſtrum in peccato mortali exiſtentẽ (modo omnia eſſentialia, quæ ad Sacramentũ conficiendum, aut conferendum pertinẽt ſeruauerit) nõ conficere, aut conferre Sacramen-

cramentum: Anathema ſit. Hæc ibi. Vide & 3. de Sacram. q. 64. ar. 4. 6. 8. 9. 10.

Baptiſmꝰ, ſecundum Euangelij ordinē prę cedit Sacramentū pœnitētię.

DICIT tex. Quorū, & Peccata, quo ſuo dicto oſtenditur facultatem datā hic: neq; reſtringi ad iſtos, vel illos, huius vel illius generis homines (dummodo ſint baptizati. Nā baptiſmū explicatum Matth. 28. Euangeliſta noſter implicite præſupponit ſacramento pœnitētiæ hic à ſe narrato,) ſed ad oēs vniuerſaliſſime extendi nullū excipiendo, neq; reſtringi ad iſta, vel illa, cordis, oris, operis vel cōmiſſionis aut omiſſionis, peccata, ſed ad oīa extendi vniuerſaliſſime, nullū peccatū excipiēdo. Item nota, ꝙ dicit tex. Quorū remi. & retin. peccata, & non dicit, Quæ rem. &c. vt per hoc intelligamus, non concedi facultatem remittendi aliqua peccata, & retinēdi alia, ſed oīa integraliter, vel remittenda, vel retinenda. Per hunc ergo textū inſinuat Chriſtus illud apud oēs Theologos tritiſſimū, ꝙ videlicet impiū eſt, dimidiā à Deo ſperare veniā, 3. de Sacr. q. 86. ar. 3. Conſequenter ergo ꝑ eundē textum cōmonſtrare voluit, ꝙ Dei gratia, per cuius infuſionē remittuntur peccata, 1. 2. q. 113. art. 2. non poteſt ſtare cū aliquo peccato mortali, 2. 2. q. 24. ar. 12. Concludēdū ergo inde reliquit Dn̄s, ꝙ aut oīa mortalia remittunt peccatori per illā facultatē datā Apoſtolis, aut nulla. Rurſus. Exponas ſic tex. Peccata. ſ. & pęnas peccatis debitas, tanq̄ eorū effectus, 1. 2. q. 87. ar. 1. Licet. n. in textu denominatio materiæ, ſup quam datur ipſa facultas fiat à principaliori tm̄ expreſſe. i. a peccatis, tn̄ ſub illo principali cointelligit Dn̄s ēt acceſſoriū. i. pęna, tanquā conſequētia quædam ad peccatū formaliter acceptū, 1. 2. q. 71. ar. 6. Docet hanc illius textus expoſitionem Concilium Trid. ſeſs. 6. c. 14. declarans ꝙ & qūo, remittantur pęnæ ipſe per ſacramentū pœnitentiæ. Pęna (inquit) æterna vel ſacramento (.ſ. pœnitentiæ) vel ſacramenti voto, vna cum culpa remittitur, ſed temporalis, non tota ſemper (ut ſacræ literæ docent.) & Cano. 30. Si quis per acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri, dixerit, ita, vt nullus remaneat pœnæ temporalis exoluendæ, vel in hoc ſeculo, vel in futuro, in Purgatorio, antequam ad regna cœlorum aditus patere poſſit: Anathema ſit. Hæc ibi. Et ſeſs. 14. Cano. 15. Si quis dixerit &c. fictionem eſſe, ꝙ uirtute clauiū ſublata pœna æterna, pœna temporalis plerunque exoluenda remaneat: Anathema ſit. Hæc ibid. Eiuſdem quoque textus expoſitionem præmiſſam, ꝙ. ſ. per pœnitentiæ ſacramentum tollantur etiam pœnæ peccatorum, licet non omnes temporales, docuerat fideliſſimus Eccleſiæ Sanctæ Doctor B. Thomas, 3. de Sacramen q. 86 art. 4. 5. vbi & phantaſmata obiectionum contrariarū diſſoluerat. Rurſum. Exponatur ſic tex. Quorum remiſeritis, & quorum retinueritis. ſ. Spirituſancto ad hoc mouente: non abſolute ad arbitrium ſacerdotum, 3. de Sacram. Addition. q. 18. art. 4. Ad illud. n. denotādum præpoſitus huic dicto fuit ille tex. Accipite Spiritum ſanctum. Quod ſi dicas. Qūo ſciam Spiritumſanctū mouere me ad remittēdū, aut ēt retinendum, peccata? Reſpondetur, ꝙ cum Spiritusſanctus ſit ſpiritus conſilij, ſapientiæ, ſciētiæ, intellectus, timoris Domini &c. tunc utique mouet (non dico, inhabitat) Spiritusſanctus, qn̄ ſeruatis ſeruandis, quæ ſunt ſcientię, conſilij, intellectus, & huiuſmodi, recta ratione concluditur, huic tanquam digno, eſſe remittenda, vel tanquam indigno eſſe retinenda, peccata. i. hunc, tanquā dignū, eſſe abſoluendū, illum, tanquam indignū, non eſſe abſoluendum. Propterea in ſacerdote abſoluturo peccatorē multa ſcientia, multa prudētia, requiritur ad hoc, vt digne ſuū officium exequatur. Quod totū importatur per id, ꝙ conformiter ad Euangeliū Matth. 16. dicitur, duas claues eſſe ei neceſſarias. i. non ſolū clauē potētiæ. ſ. ordinis ac iuriſdictionis, ſed ēt ſcientię, vt. ſ. diſcernere ſciat inter leprā & lepram &c. [Pro quo multū iuuabit videre Cardinalē Caietanū, in ſua Summula caſuū conſcientiæ, quæ Caietana vocatur, in uerbo Confeſſori neceſſaria, & in verbo Examen quo. ſ. examinatur quis ſuꝑ decē ꝓcepta. Item 3. de Sacra Addit. q. 17. art. 3.]

Nullā pœnam tēporalem vniuerſaliter dixerūt hęretici non remanere peccatori abſoluto, vt abolerent Purgatorium.

Scientia qualis confeſſario neceſſaria.

TEX. INSVFFLAVIT, &c.

ALIA eiuſdem ſecundæ partis concluſionis particula. ſ. quem Spiritum ſanctum Chriſtus à ſeipſo procedere mō

ſtrauit, demonſtratur ab Euangeliſta ex rex. Inſufflauit dicens, Accipite Spiritum ſanctum. Poterat quidem Dominus, omiſſo hoc facto .ſ. inſufflatione, verba hæc, Accip. ſpir. dicere, ſed, vt nos ex ſenſibilibus ad inuiſibilia cognoſcenda eleuaret, voluit inſufflationis actum facere, antequam illud verbum diceret. Ad quę inuiſibilia cognoſcenda ex illo ſuo flatu, eleuare nos voluit? Ad cognoſcendum, qd' à ſemetipſo, vt Deus eſt, procedit Spirituſſanctus. Talis nanque flatus fuit ſignum huius veritatis, licet ipſe non fuerit ſubſtantia Spirituſſancti. Nam B. Auguſtinus dicens. Flatus ille corporeus ſubſtantia Spirituſſancti non fuit, ſed demonſtratio per congruam ſignificationem, non tantum à patre, ſed etiam à filio, procedere Spiritũ ſanctum. Quis enim dementiſſimus diceret, alium fuiſſe ſpiritum, quem ſufflans dedit, & alium, quem poſt aſcenſionem ſuam miſit? Hæc ille 11. de Trinit. Simile quid, quantum ad ſignificationem tantũmodo congruam habes, quaſi ſenſibiliter dictum Geneſ. 2. Inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculum uitæ. Nonne vita naturalis eſt in toto hominis corpore? Vtique. Sed hoc dicitur tantum ad congrue ſignificandũ, ꝙ in facie hominis apparet vigor virę, cõfortans, ſeu perterrefaciens, ſeu &c. alium videntem magis, quam in alijs partibus corporis. Sicut ergo hoc nõ dicitur ad denotandum, quod vita non ſit alibi, quam in facie ſed ad exprimẽdũ ſignificationẽ congruam rei prædictæ (quam quotidie experimur,) ita illud Ioan. 20. Inſufflauit &c. non dicitur ad denotandum, ꝙ flatus ille corporeus ſit Spirituſſanctus, ſed ad ſignificandum ex ſenſibilibus id, quod ſupra diximus. Per hanc ergo ſuam inſufflationis actionem condemnauit Dominus præuiſam hæreſim Neſtorianorum negãtium, à filio Spiritumſanctum procedere.

Quare dicatur, ꝙ inſpirauit in faciẽ, magis, quã in cor &c.

TERTIA PARS Concluſionis.

SCILICET, Remittuntur peccata ſolum contritis, confeſſis, dignoſq; pęnitentiæ fructus in voto ſaltem habentibus, (id quod eſt, Chriſtũ declaraſſe, pęnitentiæ ſacramentum, tũc à ſe inſtitutũ, habere tres partes .ſ. contritionẽ pęnitentium, confeſſionem, & ſatisfactionem:) demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Quorũ remi. peccata, remittun. eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Hoc eſt. Actio veſtra, ſiue peccatorum remiſſoria, ſiue non remiſſoria, ſit, erit abſq; dubio rata apud Deum, & approbata, ita ꝙ ſoluti à vobis, aut nõ ſoluti, erunt ſoluti, aut non ſoluti, apud illum. Ecce, ꝙ ſecundum literalẽ ſenſum Apoſtoli inſtituunt his verbis à Chriſto iudices iuſti omnium peccatorum, vſque ad ſententiam definitiuam incluſiue, uel remiſſionis, vel retentionis. Et hoc eſt glorioſum priuilegium, quod alloquendo Apoſtolos in primo hymno, canit Eccleſia dicẽs, Vos ſecli, iuſti iudices. Vnde colligit Eccleſia, illos eſse iuſtos iudices totius orbis terrarum? Ex hoc Euangelico tex. Quorum remiſeritis peccata &cæ. Id quod ipſa, velut vnde didicerit declarãs, ſubdit ibid. Qui cęlum verbo clauditis, ſeraſq; eius ſoluitis, &, Quorum præcepto ſubditur ſalus, & languor omnium. Quia enim quorum remittunt, vel retinent, peccata ipſi in terris, eiſdem illa remittit, vel retinet, Deus in cęlis, ideo vere dicuntur Apoſtoli & claudere cęlum verbo, ſeraſque eius ſoluere, & eſse per conſequens tales, vt ipſorum præcepto ſubdatur ſalus, & languor omnium. Cum igitur pateat, eos præmiſsis textualibus verbis inſtitui vniuerſorum iudices iuſtos, [& quõ non iuſtos, ſi eorum de vniuerſis ſniam à iuſtiſſimo Deo approbari, teſtatur?] ab eo, qui ex hoc effectu tam largo declarat, ꝙ ſibi ipſi data eſt oĩs poteſtas in cęlo, & in terra Matth. 28. oportet indubitãter dicere, ꝙ iiſdem textualibus verbis cõplexus eſt Chriſtus omnia, & ſingula, quæ requiruntur ad hoc, ꝙ iudex in iudicãdo ſit iuſtus, ea ſimul eodẽ verborum tenore inſtituendo. Quis vero neſciat, ꝙ ad iudicem, vt iuſte iudicare poſsit, requiritur neceſsario, vt audiat & pſonas illas, quibus datus eſt iudex, & de rebus illis, ſuper q̃ iudicij ſententiã facturus eſt? Quis ẽt neſciat, ꝙ duobus his datis, iudex adhuc non põt eſse iuſtus, niſi ſm merita cauſę ſniam ferat, hoc eſt, niſi & dignũ abſolui abſoluat, & dignũ condẽnari condẽnet? Quis poſtremo neſciat, ꝙ iudex, vt ſit iuſtus, debet ſequi in iudicando leges iudicij. i. fori ſui (puta Eccleſiaſticus iudex leges Eccleſiaſticas: Con-

Iuſtos iudices orbis fecit Xps Apoſtolos per tex. Quorum, &c.

Contentioſus iudex leges fori contentioſi, puta Imperiales, Municipales, Venetas &c.) Ex his igitur cui recta ratione vtenti notiſſimis concludendum ſequitur, ꝙ oĩa præmiſſa cointellexit Chriſtus eſſe à ſeipſo tunc, eiſdemque verbis, inſtituta, quando, & quibus, Apoſtolos inſtituit iuſtos iudices omnium. Sicut.n. in lib. 6. de reg. iu. regula 39. explicite dicit, cum quid prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo, ita cointelligendum implicite innuit, ꝙ quãdo aliquid inſtituitur, inſtituuntur oĩa, q̃ ſequutur ex illo. Patet aũt (vt diximus:) oĩa p̄miſſa ſequi ad eſſe iuſtum iudicem.

IGITVR per illum tex. Quorum remiſe. pec. remit. eis, & quor. retinu. reten. ſunt; Chriſtus inſtituit primo confeſſionẽ peccatorum. Ita ſiquidem eſt illud, quod diximus primo requiri ad iudicem, vt iuſte iudicare poſſit. Nam in cõfeſſione peccatorum, ſacerdos iudex audit & quaſcunque perſonas ad ſuijpſius tribunal. i. ad ſacramentum pœnitentiæ accedẽtes, & de peccatis, ſuper quæ iudicij ſententiam facturus eſt. Porro hoc de confeſſione inſtitutũ ſequi ex eo, ꝙ iudices Apoſtoli ſunt inſtituti, docuit Concilium Trid. [per qđ confirmatur & p̄dicta expoſitio tex. Quorum &cæ. ſ. ꝙ Chriſtus ibi complexus eſt &c.] ſeſſ. 14. c. 5. hoc modo. Ex inſtitutione ſacramenti pœnitentiæ, iam explicata, vniuerſa Eccleſia ſemper intellexit, inſtitutam etiam eſſe à Domino integram peccatorum confeſſionem, & omnibus, poſt baptiſmum lapſis, iure diuino neceſſariam exiſtere. Quia Dñs noſter Ieſus Chriſtus e terris aſcenſurus ad cœlos, ſacerdotes ſuijpſius Vicarios reliquit, tanq̃ Præſides & Iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Chriſti fideles ceciderint, quo pro poteſtate clauium remiſſionis, aut retentionis, peccatorum ſententiam pronuncient. Conſtat.n. ſacerdotes iudicium hoc incognita cauſa exercere non potuiſſe, neque æquitatem quidem illos in pęnis iniungendis potuiſſe ſeruare, ſi in genere duntaxat, & nõ potius in ſpecie, ac ſingillatim ſua ipſi peccata declaraſſent. Hęc ibid. Quid clarius, & firmius, ad Euangelij tex. Quorum remiſeritis, & retin. &c. catholice exponendum? Vnde & fit, vt q̃ rationabiliter, pro huiuſmodi textus ſana expoſitione contra falſos Euãgelicos [Hi ſunt hęretici noĩe hoc .ſ. Euangelici, ſeſe ad ſuam aliorumq; pernicioſam deceptionem, prætitulantes] exurgat poſtea dicens, ſeſſ. ead. Cano. 6. Si quis negauerit, confeſſionem ſacramentalem vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam eſſe, iure diuino &c. Anathema ſit. Hæc ibid.

Confeſſio ſacramentalis inſtituta à xpo vt neceſſaria ad ſalutem in tex. Quorum &c.

Aduerte ẽt, ꝙ in eodem tex. Quor. rem. &c. Chriſtus virtualiter præcipit peccatoribus cõfeſſionem ipſam præcipere ſiquidem ibi Chriſtum confeſſionẽ peccatoribus, neceſſe eſt dicere, ne maximũ hoc ſequatur inconueniens. ſ. ꝙ ipſe fruſtra inſtituerit iudices, & confeſſionẽ [id quod attribuere Chriſto, qui cum ſit infinita ſapientia, nihil fruſtra agere poteſt, ſumma blaſphemia eſt.] Docuit hãc ipſius textus de præcepto expoſitionem Conciliũ Triden. dum ad illa, quæ inſtitutione iudicũ & cõfeſſionis ſeſ. 14. c. 5. dixerat, cõtinuo ſubiungit. Ex his colligitur, oportere à pęnitentibus oĩa peccata mortalia, quorum poſt diligentem ſui diſcuſſionẽ conſcientiam habent, in confeſſione recenſeri, ẽt ſi occultiſſima illa ſint, & tantũ aduerſus duo vltima Decalogi pręcepta cõmiſſa, q̃ nonnunquam animũ grauius ſauciant, & periculoſiora ſunt iis, q̃ in manifeſto admittuntur. Colligitur præterea, etiam eas circunſtantias in confeſſione explicãdas, quæ ſpeciem peccati mutant, ꝙ ſine illis peccata ipſa neque a pęnitentibus integre exponantur, nec iudicibus innoteſcãt & fieri nequeat, vt de grauitate criminũ recte cenſere poſsint, & pęnam pro illis, quam oportet, pęnitẽtibus imponere. [Et infra.] Neque.n. per Lateran. Concil. Eccleſia ſtatuit, vt Chriſti fideles confiterentur; Quod iure diuino neceſsarium, & inſtitutũ eſſe intellexerat, ſed vt p̄ceptum confeſsionis &cæt. Hæc ibid. Vbi uides, expreſſe dici, quod præceptum confeſsionis eſt de iure diuino Et hoc proculdubio eſt inſtitutum, in tex. Quor. remi. pec. &c. Vide omnino eiuſdem Concil. ſeſs. ead. Canonem ſeptimum.

Mortalia omnia. & circunſtãtia, licet non oẽs cadũt ſub p̄cepto confeſſionis.

DE MODO CONFESSIONIS.

AN vero Chriſtus per illũ tex. Quor. remiſ. &c. ſicut confeſſionẽ inſtituit, eiuſq; pręceptum peccatoribus dedit (vt

probatum eſt,)ita & confeſsionis modũ, q.ſ.publice, vel ſecrete ad aurem ſacerdotis,fiat,inquirendum hic reſtat. Et quidẽ, ſi conſideremus bene illum textum, nihil inde habemus expreſsũ pro approbatione talis, vel talis, modi determinati, ſed nec de reprobatione talis,uel talis, modi aliquid ibi apparet Præſens enim textus. Quorum.ſ. confitentium, remiſeritis, uel retinueritis peccata, non excludit aliquẽ illorum duorum cõfeſsionis modum, ſed ſecum,quãtum eſt de ſe, compatitur vtrũ que(ut patet.)Poteſt ſiquidem ille textus, quantum eſt de ſe,exponi ſic; Quorum.ſ. confitentium publice,vel ſecrete,remiſeritis peccata,aut retinueritis,remittuntur eis,aut retenta ſunt.Dixi, Quantum eſt de ſe,vt per hoc manifeſtetur vniuerſis, etiã proteruientibus, q Eccleſiæ ſanctæ liberum ex Euangelio à Chriſto ſponſo ſuo relictum eſt, vt ipſa de modo illo confeſſionis inſtituat, q.cquid ſibi bene placuerit.[Hãc quoque libertatem Eccleſiæ ſanctæ relinqui ſemper intellige in alijs omnibus rebus,de quibus nihil omnino certi in ſcripturis mãdatur determinate, ſic, vel aliter.i. (ut aiunt) pro,vel in contrarium. De tali Eccleſiæ libertate,vide Cõcilium Trident.ſeſ.2 1. cap.2.& eandem conijce ex 3.de Sacram.q.2 1.ar.8. 1 2.]Illa ergo videns hanc ſibi à ſponſo donatã libertatem, & ea pro gratitudine erga donantẽ volens vti, modũ cõfeſsionis ſacramentalis auricularem.i.ſecretũ ad aurem ſacerdotis ſolius,inſtituit ab initio, ac ſẽper continua ſucceſsione ſeruauit. Id qđ ignorãtes etiam cum eorum malitia optime reijciens, Concilium Trid. docuit his verbis,ſeſ.1 4. cap.5. Cæterũ quoad modum confitendi ſecreto apud ſolũ ſacerdotem,etſi Chriſtus nõ vetuerit,quin aliquis in uindictam ſcelerũ ſuorum, & ſui humiliationem,cum ob aliorũ exemplũ, tum ob Eccleſię offenſæ ædificationem, delicta ſua publice confiteri poſsit, non eſt tamen hoc diuino præcepto mandatum,nec ſatis conſulte humana aliqua lege præciperetur, vt delicta,præſertim ſecreta publica eſsẽ confeſsione aperiẽda. Vnde cum à ſanctiſsimis, & antiquiſsimis patribus magno, vnanimique conſenſu ſecreta confeſsio ſacramentalis, quæ ab initio Eccleſia ſancta vſa eſt, modo

Eccleſię catholica libertas data à Domino.

etiam vtitur, fuerit ſemper commendatã, manifeſte refellitur inanis eorum calumnia,qui eam à diuino mandato alienam, & inuentum humanum eſse; atque à Patribus in Concilio Lateranenſi congregatis initium habuiſse; docere non uerentur.Neque enim per Lateranenſe Concilium Eccleſia ſtatuit,vt fideles confiterentur(quod iure diuino neceſsarium, & inſtitutum,eſse intellexerat:) ſed,vt præceptum confeſsionis,ſaltem ſemel in anno, ab omnibus,& ſingulis, cum ad annos diſcretionis peruenifsent, impleretur. Hæc ibi.Quibus & talia confinxit Cano.6.Si quis &c.dixerit: modum ſecrete confitendi ſoli ſacerdoti,quem Eccleſia catholica ab initio ſemper obſeruauit, & obſeruat; alienum eſse ab inſtitutione, & mandato Chriſti,& inuentum eſse humanum: Anathema ſit. Hæc ibi. Vbi diligentiſsime aduertas, perpetuæque memoriæ commendes illud,quod tam in cap.quam in Can. contra Nouatores[ſic.n.hæreticos merito appellat, ſeſ.1 4.cap.8. fin.] dicit.ſ.quod Eccleſia catholica ſemper, ab initio, vſa eſt Confeſsione illa ſecreta.

Leo primus,& Pon.Max.& tãta tũ doctrinæ,tũ vitæ pſtantia inſignis, vt à toto Calcedonẽſi Quarto de principalib. Cõcilio Epũ ſexcẽtorũ vnanimi conſenſu ter ſanctus acclamatus ſit normã cõfitendi hãc ſecretã,& ius fuiſse à pibus, in epiſtola ſua ad quoſdã Epos, teſtatus eſt, & nõ debere mutari, ſed inuiolabiliter obſeruari,mãdauit in hęc uerba.Leo vniuerſis Epis p Cãpaniã,& Picænũ. Quamuis plenitudo fidei videat eſse laudabilis, q pp timorẽ Dei apud oẽs hoĩes erubeſcere nõ uereẽtũ, quia nõ oium hmői ſunt peccata,vt ea,q pœnitẽtiã poſcũt,nõ timeãt publicare,remoueat iſta improbabilis cõſuetudo,ne multi à pęnitẽtiæ remedijs arceanẽ,dũ aut erubeſcũt,aut timẽt,inimicis ſuis ſua facta reſerare, quibus poſsint legũ percelli conſtitutione. Sufficit.n.illa confeſsio, quæ primũ Deo offertur, tunc etiam ſacerdoti,qui pro delictis pœnitẽtium precator accedit. Tunc.n. plures,ad pœnitẽtiã poterunt prouocari,ſi populi auribus non publicentur conſciẽtia cõfitentis.Hæc ibi,& recitanẽ,de pęn.diſt.1. c.quis. Vbi põdera illud verbũ,improbabilis cõſuetudo, quo ſane verbo tãtus uir

non

non ſolum ſimpliciter reijcit publicam priuatorum delictorum confeſſionem, ei ſecretam anteponendo, ſed etiam ſtomachanti voce, reijcit illam; hanc, quæ auricularis eſt, ei commendabiliter præferendo. Item ipſe Leo vere magnus, Euangelicique huius tex. Quorum remiſeritis &c. tunc profundus expoſitor, inquit. Mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus hanc præpoſitis Eccleſiæ dedit poteſtatem, vt confitentibus pœnitentiæ ſatiſfactionem darent, & eadem ſalubri ſatiſfactione purgatos ad communionem Sacramentorum per ianuam recõciliationis admitterent. Hæc ille, quæ recitantur in eod. lib. Decretorum, de pœnit. diſtin. 1. cap. Multiplex. Vbi de confeſſione ſecreta præſupponitur ex altero ſuo Canone ſupraſcripto loqui, & eidem confeſſioni alias pœnitentiæ partes coniungi inſinuauit. ſ. contritionem, & ſatisfactionem. Sed vbi, inquis, contritionem? Ibi. Confitentibus. Reconciliatis. Per ianuam enim recõciliationis admiſſi (quam expreſſe nominat) intelligi non poſſunt, ſi per illam rite admittantur, niſi reconciliati. Reconciliati vero eſſe nequeunt, niſi corde contriti, iuxta regulam iuris quintam, venia nõ datur, niſi correcto (lib. 6. Decretalium, de reg. iur.) Sicut ergo in ſupraſcripto Canone ſuo inſinuauit contritionem, ſub nomine pœnitentium (dixit enim; Qui pro delictis pœnitentium precator accedat:) ita in hoc eandem tetigit, ſub nomine reconciliationis (modo declarato.)

SED ET SANCTVS Dionyſius antiquiſſimus, vtpote Apoſtolis contemporaneus atque rerum diuinarum, non tãtum humanarum, poſt Apoſtolos ſcientiſſimus, vtpote Apoſtoli Pauli, à quo ad fidem conuerſus fuerat Actu. 17. diſcipulus, meminit confeſſionis auricularis, eãque in grandi pretio, reuerentiaque habere ſe, haberique ab alijs debere, monſtrauit, & hoc in epiſtola ad Demophilum Monachum. Ibi ſiquidem ipſum de nimia imprudentia redarguit, eo quod quẽdam ſe ſub Sacerdote humiliantem, & cum verecundia peccatorum remedia quærentem, abiecerat. Legas & hiſtoriam Tripart. libro 6. capite 35. comperieſque, quod Soſomenes dixit Sacerdotem diſcretum pro huiuſmodi confeſſionibus audiendis inſtituendum eſſe, vt ſecundum cuiuſque culpam rationabilis iniungatur pœnitentia. Cæterum, ne prolixior in recitando fiam, vide tu per teipſum Sanctos Doctores, Hieronymum 2. par. epiſt. 14. de diuerſis generibus lepratum, capite 8. & ſuper illud Eccleſiaſtes cap. 10. Si mordeat Serpens in ſilentio. Item Auguſtinum ſermon. 30. ad fratres in Eremo. & in lib. de vera, & falſa pœnit. c. 11. 10. Vt recitatur, de pœnit. diſt. 1. cap. Quem pœniten. Item Ambroſius in Pſal. 118. ſermon. 10. & lib. de inſtitutione virginitat. cap. 4. & lib. de Paradiſo: vt recitatur, de pœniten. diſtinct. 1. capite. Non poteſt. Item Cyprianum, ſermon. 5. de lapſis, & lib. 3. epiſt. 14. 17. Item Cyrillum libro 3. ſuper Leuit. Item Chryſoſt. in ſermon. de pœnitentia, & confeſſione tom. 6. Item Baſilium in regula de inſtitut. Monachorum cap. 98. Item Gregorium Nazanzenum in Monodia. circa principium.

Confeſſio auricularis tpe Apoſtolorũ (Dionyſio innuente) ſeruabatur.

DE CONTRITIONE, &c.

Secundo.

RVRSVS, per illum textum, Quorum remiſer peccata, remit. & quor. retin. reten. ſunt, Chriſtus inſtituit ſecundo contritionem. Iſta ſiquidem eſt illud, quod in principio probationis tertiæ partis concluſionis diximus ſecundo requiri ad iudicem, vt iuſte iudicet. Nam contritione data, vel non data, Sacerdos Iudex ſententiam fert ſecundum merita cauſæ, hoc eſt, dignum abſolui abſoluit, & dignum condemnari condemnat, ſeu (quod dictu mitius eſt) dignum non abſolui nõ abſoluit. Contritio ſiquidem confitentis illum abſolutione dignum facit, & è contra .i. incontritio abſolutione indignum. Porro contritionem, eiuſque oppoſitũ neceſſario importat (velint, nolint, hæretici) Euangelij tex. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retẽta ſunt. Ratio in promptu eſt, quia tam iſti, quam illi, confitentur Sacerdoti, & conſequenter, ſi ſola confeſſio attenderetur in ipſis, remitti deberent ab illo omniũ peccata. Cum igitur Sacerdos aliquorum ſibi confitentium peccata retineat ideſt ab illis eos non abſoluat, iuxta expreſſum tex. Quorum retinueritis, retenta ſunt, oportet omnino dicere, quod vltra

Quo de neceſſitate includitur cõtritio in tex. Quorum &c.

tra confeſſionem voluit Chriſtus ſic loquens requiri aliud ad hoc, vt quis iuſte abſolueretur à confeſſario, & hæc eſt contritio. Ac ſi apertius dixiſſet in tex. Quorum confitentium vobis videritis adeſſe contritionem, remittite peccata, & quorum confitentium vobis videritis non adeſſe contritionem, retinete peccata: illos videlicet abſoluendo, & iſtos non abſoluendo. Quod ſi de contritione nihil loqui intenderet, aut in præmiſſis verbis non loqueretur, Chriſtus tunc indiſtincte dixiſſet: omnium vobis confitentium aut remittite, aut retinete peccata, ſecundum quod pro libito placuerit vobis. Sed abſit hoc ab ipſa iuſtitia eſſentiali, quæ Chriſtus eſt, vt ponat ſalutem noſtram in varia, quæ ſæpius inordinata eſt, affectione hominum, qualem affectionem ſe odiſse ſignificauit olim contra huiuſmodi perſonas dicens Ezech. 13. Interficiebant animas, quę non moriuntur, & viuificabant animas, quæ non viuunt, mẽtientes populo meo credenti mendacijs. Ne ergo ſic mendaciter vtantur confeſſarij authoritate nunc ſibijpſis à Chriſto data: Non dicit, omnium vobis confitentium aut remittite pro libito, aut ſic retinete, peccata, ſed dicit, aliquibus, ſcilicet contritis remittite, & aliquibus ſcilicet non contritis retinete. In quorum proculdio verborum ſenſu oſtendit ſpecialiter de ſe verificari id, quod olim generaliter de ipſo dixit Pſal. 24. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. Nam in his, quorum media contritione remittuntur peccata, adeſt miſericordia [& quidẽ duplex, tum quia eis remittuntur, tum quia eiſdem contritio, qua mediante remittantur, infunditur gratis à Deo,] in his autem, quorum peccata retinentur, apparet veritas, ideſt recta iuſtitia [& ipſa duplex: tum quia eis incontritis non remittuntur peccata, tum quia eiſdem in pœnam ſuorum præcedentium peccatorum à iuſtiſſimo Deo nõ infunditur contritio, 2. 2. quæſtione 2. art. 5. ad primum.]

CÆTERVM & pro termini, & conſequenter pro Euangelici textus intelligentia, quæreret aliquis dicens. Iſta contritio in ſenſu verborum Chriſti (ut patuit) incluſa, & ad confeſſionem pro bono iudicio à Sacerdotibus illis faciendo ram (ut declaratum eſt) neceſſaria, quid eſt? Eſt animi dolor, atque deteſtatio de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero. Sic enim diffinit eam Concilium Triden. ſeſſ. 14. capite quarto. Quod etiam ipſius neceſſitatem, & quot, & quanta contineat, optime (ut omnia, vbique) declarans, immediate ſubiungit. Fuit autem quouis tempore, ad impetrandam veniam peccatorum, hic contritionis motus neceſſarius, & in homine poſt baptiſmum lapſo ita demum præparat ad remiſſionem peccatorum, ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua, coniunctus ſit, quæ ad ritæ ſuſcipiendum hoc Sacramentum requiruntur.

Declarat igitur ſancta Synodus, hanc contritionem non ſolum ceſſationem à peccato, & uitæ nouæ propoſitum & inchoationem, ſed veteris etiam odium continere, iuxta illud proijcite à uobis omnes iniquitates ueſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum, & certe, qui illos ſanctorum clamores cõſiderauerit, Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci; Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum; Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meæ, & alios huiuſmodi generis, facile intelliget, eos ex vehementi quodam ante actæ uitæ odio, & ingenti peccatorum deteſtatione manaſſe. Docet præterea, etſi contritionem hanc aliquando charitate perfectam eſſe contingat, hominemque Deo reconciliare, priuſquam hoc Sacramentum actu ſuſcipiatur, ipſam nihilominus reconciliationem ipſi contritioni ſine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non eſſe aſcribendã. Hęc ibi. De contritione adhuc multa ſcitu digniſſima animarumque ſaluti in primis vtilia, vide in 3. de Sacram. Addition. art. num. 1. 2. 6. 9. 10. 12. 13. 14. De bonis uero effectibus cõtritionis. i. remiſſione peccatorũ, cum annexis [quæ tangi intelliguntur per Euangelij tex. Quorum. ſ. contritionem habentium, remiſeritis peccata remittũtur eis:] vide ibi. articulorum nu. 16. 17. 18. ſemper, & vbique cum Elucidationibus.

Ezech. 18

Pſal. 50. 6

Iſai. 38.

Hactenus de contritione cum principaliter ſit de intentione tex. Quorum remi-

ſeritis.

Digitized by Google

ſeritis &c. locuti ſumus, nunc uero in gratiam eiuſdem textus de ea re, quæ ad illud principale quædam via eſt, quæ & ideo contritio imperfecta dicitur, loquamur. Quamuis enim de directo proprie exponatur ſic tex. Quorum .ſ. contritionem perfectam habentium, remiſeritis peccata, remittuntur eis, tamen per hoc non excluditur, immo indirecte, includitur, ꝙ illorum qui contritionem imperfectam haberent deberet Sacerdos non dico peccata remittere, ſed operã fiducialius ſpecialiter dare, vt ex imperfecta illa ad contritionem perfectam illi ipſi aſcenderent, & ſic tandem eorum peccata remitteret. Communis ſiquidem ſapientium uox eſt, quod cõfitens ſub manu ſacerdotis plerunque vi clauium [adde, & eiuſdem ſacerdotis ex officio ſuo monitionibus ad conuertendũ peccatorem debitis] de attrito fit contritus, ideſt de imperfecta contritione ad perfectam perducitur.

COROLLARIVM.

ATTRITIO igitur dicit acceſſum ad perfectam contritionem, & ideo attritus dicitur ille, qui plus, & minus eſt vicinus contritioni. Vnde in rebus corporalibus, ex quibus originaliter per tranſlationem ſumimus vocem hanc, illa dicuntur attrita, quæ vicina ſunt corporeę contritioni, ideſt quæ aliquo modo diminuta ſunt, ſed non perfecte, puta, in partes groſſas adhuc, ſed nondum in minimas. Tunc vero corporaliter dicuntur contrita, quando omnes partes tritæ ſimul ſunt per diuiſionem actualem ad minima. Hinc ergo poſtea ſacri Theologi tranſumptiue dixerunt, quod attritio in rebus ſpiritualibus ſignificat quandam diſplicentiam de peccatis commiſſis, ſed non perfectam, contritio autem diſplicentiam de eiſdem perfectam. Porro, per diſplicentiam perfectum intellige in propoſito, quod ſit maior, quam eſſe poſſit in natura, per imperfectam autem, quod ad tantam maioritatem non pertingat. Docuit hanc veritatem, probauit, declarauit, atque contra illuſiones diabolicas. [Hæ ſunt argumenta in contrarium] optime reſpondendo defenſauit, fideliſſimus Eccleſiæ catholicę Doctor

Diſplicentia peccati quando ſit pfecta, & quando imperfecta.

Sanctus Thomas, 3. de Sacramen. Additione quæſtione tertia, articulo primo, dicens. In contritione eſt duplex dolor. Vnus in uoluntate, qui eſt eſſentialiter ipſa contritio (quę nihil aliud eſt, niſi diſplicentia præteriti peccati,) & talis dolor in contritione excedit omnes alios dolores. Quia quantum aliquid placet, tantum contrarium eius diſplicet, finis autem ſuper omnia placet, cum omnia propter ipſum deſiderentur, & ideo peccatum, quod à fine vltimo auertit, ſuper omnia diſplicere debet. Alius dolor eſt in parte ſenſitiua, qui cauſatur ex ipſo voluntatis dolore: vel ex neceſſitate naturæ, ſecundum quod vires inferiores ſequuntur motum ſuperiorum, vel ex electione, ſecundum quod homo pęnitens in ſeipſo habens ipſum dolorem voluntarium excitat ſe, vt de peccatis doleat etiam ſecundum partem ſenſitiuam (puta lachrymando.) Et neutro modo oportet, ꝙ ſit maximus dolor, quia vires inferiores mouẽtur vehementius ab obiectis proprijs, quã ex redundantia ſuperiorum virium. Ideo maior dolor eſt in parte ſenſitiua ex læſione corporali, quam ſit ille, qui in ipſa redundat ex ratione. Similiter maior, qui redundat de corporalibus deliberatis, quã qui redundat ex ratione cõſiderante ſpiritualia. Vnde dolor in parte ſenſitiua ex diſplicentia rationis proueniens de peccato nõ eſt maior dolor alijs doloribus, qui in ipſa ſunt. Quia affectus inferior non obedit ſuperiori ad nutum, vt talis, & tanta paſſio ſequatur in appetitu inferiori, qualem (& quantam) ordinat ſuperior. Hęc ibidem. Vbi poſtmodum argumenta contraria diſſoluit abunde, id, quod tibi per temetipſum vidẽdum relinquitur. Vnum tamen diligenter obſeruandum à confeſſarijs erga pęnitentes, quod ibidem in fine reſponſionũ dicitur, explicabimus adhuc, & eſt hoc. Sciẽdum eſt etiã, ꝙ quãuis talis debeat eſſe contriti diſpoſitio [ꝙ .ſ. de offenſa Dei ſecundum voluntatẽ doleat ſupra omne doloroſum, vt dictũ eſt,] non tamen de his tentandus eſt. Quia affectus ſuos homo non de facili mẽſurare poteſt, & quandoq; illud, ꝙ minus diſplicet videtur magis diſplicere, quia eſt propinquius nocumento ſenſibili, quod nobis eſt magis notum. Hæc ibi. Vbi per ver-

ba illa: Non tamen de his tentandus eſt, non intendit Sanctus doctor dicere, quod confeſſarius non debeat interrogare pęnitentem, an ſit contritus, ſed intendit, quod non nimis tētandus eſt, id eſt quod non ponat eum in tentationem deſcendendo ad particularia horribilia, puta dicendo. Doles ne de his peccatis mihi confeſſis plus, quam de morte patris tui? Plus, quam de amiſſione omniū facultatum, poſſeſſionum, & amicorum tuorum? Horres ne iſta mihi confeſſa, & in futurum vis fugere peccata, plus, quam occiſionem tui corporalem? Plus, quam infernum? &c. Licet enim talis debeat eſſe contriti ſecundum voluntatem, quæ eſt in parte ſuperiori, diſpoſitio, poſtquam tamen confitens interrogatus, an ſit contritus, dixit ſe eſſe contritum, non debet poni in prædictis & ſimilibus quæſtionibus, quæ potius & tentationem ingerunt interrogato propter rationem dictam a ſancto doctore, & imprudentiam magnam oſtendunt interrogātis, quam aliquid boni in aliquo vere faciant. Ideo igitur, nec aliquis debet (vt a ſimili ex Bea. Thoma, loquamur) ſemetipſum cogitando ponere in talibus tentatiuis quæſtionibus. Sufficit enim in vniuerſali facta prudens & firma deliberatio talis: Volo potius præmitti in infernum, ſtando in gratia Dei, q̄ offendere Deū mortaliter.

Ad cōfeſſarios monitio neceſſaria ſit a Sancto Tho.

Optima reſolutio bonarum mentium.

PRÆMISSIS, quæ ex neceſſitate coacti interpoſuimu, expletis, ad contritionis imperfectæ, id eſt attritionis, declarationem proſequendam reuertamur. De hac itaque loquens Concilium Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. Sic dicit. Illam vero contritionem imperfectam, quæ Attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennę, & pęnarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat, & ſit cum ſpe veniæ, declarat, non ſolum non facere hoīem hypocritā, & magis peccatorē, verum ēt donum Dei eſſe, & Spiritusſancti impulſum, non adhuc quidē inhabitātis, ſed tm̄ mouentis, quo pœnitens adiutus viā ſibi ad iuſtitiam parat. Et quāuis, ſine ſacramento pęnitentię, p ſe ad iuſtificationē perducere peccatorē nequeat: tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento pęnitentię impetrādam diſponit. Hoc .n. timore vtiliter cōcuſſi Niniuitæ, ad Ionę pdicationē plenā terroribus, pęnitentiam egerunt, & miſericordiā a Dn̄o impetrarunt. Quamobrē falſo quidā calumniatur catholicos ſcriptores, quaſi tradiderint, ſacrm pęnitentiæ, ſine bono motu ſuſcipientiū, gratiam conferre. Quod nunquam Eccleſia Dei docuit, nec ſenſit. Sed & falſo docent: Contritionem eſſe extortam, & coactam, non liberam, & voluntariam. Hæc ibi. Et canon. 5. Si quis dixerit, eam contritionem, quę paratur per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum ſuorum grauitatē, multitudinem, fęditatem, amiſſionē ęternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſum, cum propoſito melioris vitæ, non eſſe verum, & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, ſed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem? Demum illam eſſe dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium: Anathema ſit. Hæc ibi Et ſeſſ. 6. capit. 6. Diſponuntur ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti &c. peccatores ſe eſſe intelligentes a diuinæ iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo in ſpem eriguntur, fidentes: Deum ſibi, propter Chriſtum, propitium fore, &c. Hæc ibi. Et canon. 8. Si quis dixerit: gehennæ metum per quem ad miſericordiam Dei, de peccatis dolendo confugimus, vel a peccando abſtinemus, peccatum eſſe: aut peccatores peiores facere: Anathema ſit. Hæc ibi. Quibus de timore pœnarum (quem ſeruilem vocant) ſepē ſupradictis conformiter prędocuerat vere Angelicus doctor, dum in 2.2. quæſtio. 19. artic. quarto determinauit, quod timor ſeruilis ſecundum ſubſtantiam ſuam ſemper eſt bonus, & eſt a Spiritusſancto, & dum in tertio de ſacramen. quæſt. 85. arti. 5. definiuit, quod principium pœnitentiæ virtutis, id eſt contritionis [nam contritio eſt actus virtutis, ſed non attritio, tertio de ſacramen. Addition. quæſt. prima, articu. ſecundo.] eſt ex timore ſeruili, ſicut a primo motu affectus noſtri.

Timor ſeruilis eſt bonus motus ad gratiā, eſt donum Dei, eſt impulſus Spiritusſancti.

Timor iuſtitię Dei, qui & attritionem ſecū fert, eſt valde vtilis.

DE SATISFACTIONE.

DEnique per eundem Euangelij tex. Quorum remi.pec.rem.e.& quo retin.reten.ſunt: Chriſtus inſtituit tertio ſatisfactionē.i.tertiū, quod ꝑ illa verba inſtituit, eſt ſatisfactio. Iſta ſiquidē eſt illud quod in principio probationis tertię par. cócl. dicebamus tertio requiri ad iudicē, vt iuſte iudicet. Nā oportet illū ꝓ recto iudicio dando ſequi leges diuinas, cū ſit miniſterialis iudex rerum pertinentiū ad forum diuinum.i. conſcientiarum humanarum. Diuinæ ſiquidem leges, remanere peccatorem obligatū ad pęnā ſatiſfactoriam, remiſſa culpa per contritionē, & confeſſionem, declarant manifeſte. En ab exemplis. Adā primus homo, poſt remiſſum peccatum (eduxit.n. Deus eum a delicto ſuo, Sap. 10.) pęnam illam a Deo cōminatam, Gene. 2. Morte morieris, expertus eſt, Geneſ. 5. immo & nos oēs qui in eo peccauimus Roma. 5. etiam ab illo peccato per baptiſmum mundati, quotidie morimur: amicaque mortis.ſ. tamem, ſitim, calorem, frigus, aduerſa multa, patimur, præter illa, quæ verbatim Gene. 3. poſt peccatum in pœnam data ſpecificantur. Dauid. poſt remiſſam ſibi adulterij, & homicidij culpam per contritionē, & cōfeſſionem, 2. Reg. 12. Peccaui Dño. Dominus quoque tranſtulit peccatū tuū, non morieris, pœna ſatisfactoria a Deo eſt caſtigatus, ibid. Verumtamen filius q natus eſt tibi, morietur, nec recedet gladius de domo tua vſque in ſempiternum. De his duobus exemplis, fuſiori mō explicatis, vide BB. Gregorium & Aug. recitatos, in lib. Decretorum, de pęn. diſt. j. c. Si peccatum Dauid, & c. ſicut primi parentes Rurſum Deus Moyſi & Aaron, vltra peccati ipſorum remiſſionem, dixit in pœnam. Num. 20. Non introducetis populum in terrā promiſſionis, Maria ſoror Moyſis, poſt dimiſſam de murmuratione culpā, lepra fuit ī pęnā percuſſa Nec ſtatim, orante ēt pro ea Moyſe, mundata eſt a pęna illa, ſed ſeptem diebus, iubente Deo, extra caſtra leproſa ſeparata fuit. Indulſerat Dominus peccatum Dauidi: quo per quandam internā elationis complacentiam numerari ſuum populum fecerat, poſt hanc tamen remiſſionem, plaga peſtilentiæ ſæuiſſima in pœnam illius ſuperbiæ, in populum eius graſſata eſt, 2. Reg. vlt. Præterea pulcherrimas rationes de ſatisfactionis neceſſitate videbis in Conci. Trid. ſeſſ. 14. c. 8. Quas hic narrare eſſet longum. Ex præmiſſis ergo exponatur ſic tex. Quorum.ſ. non ſolum contritorum, & confeſſorum, ſed ēt ſatisfactionem proponētium remiſeritis peccata, remittuntur eis. Diximus enim iuxta regulam Euangeliſtarū ſæpius dictam de mutuo ſibi inuicem obſequio præſtito, quod B. Ioannes ſemper implicite intelligit in dictis ſuis euangelicis omnia illa, quę coeuangeliſtæ ſui explicite ſcripſerant. Cū igitur ſcriptum ſit Luc. 3. Facite fructus dignos pœnitentię, oportet dicere, quod Euangeliſta noſter in ſentētia, quæ de pœnitentia eſt.ſ. Quorum remiſerit. &cę. ſubintelligit illud literaliter ſignificatum a tex. facite fruct. dign pœnit.i. ſatisfactionem. Quod enim fructus digni pœnitentiæ ſint ſatisfactio conſequens cordis, & oris, pœnitentiam, ideſt contritionem, & confeſſionem, patet per contextum ipſiuſmet Euangelij Luc. 3. Nam interrogantibus poſtea, & dicentibus tex. Quid ergo faciemus? Hoc eſt. Quæ ſunt opera illa, ad quæ facienda nos incitaſti, dicendo, facite fructus dignos pœnitentiæ? Reſpondens dixit: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Ecce, ſatisfactio. Eleemoſyna enim, de qua tex. Qui habet duas, &c. aperte loquitur, eſt vnum de operib. ſatisfactorijs 3. de ſacram. Addition qō. 15. ar. 2. 3. & Conci. Trid. ſeſ. 14. c 9. & cano. 13. Patet etiam ex contextu Matth. 3. ꝙ ſatisfactio, de qua Luc. 3. conſequens eſt ad contritionem, & cōfeſſionē. Nā ſic habet ille contex. Pœnitentiā agite &c. Tunc exibat ad eum &c. & baptizabant ab eo, confitentes peccata ſua &c. facite ergo fructū dignum pœnit. Exitus.n. turbarū ad hoc, vt actualiter a ꝑcurſore Xp̄i baptizarentur, concernit ipſo facto contritionē habitā ab ipſis ſic exeuntibus (vt rō dictat): confeſſionē autē ſonat aperte illud, Confitentes peccata ſua. Ex quibus Euangeliſtis duobus.ſ. Luc. & Matt. Manifeſte conſtat rōne recta vtentibus, ꝙ ſatisfactio eſt tertia pars pœnitentiæ.

Lex diuina eſt, vt ſatisfactio pœnalis ſequatur poſt culpæ remiſſionem.

Regula B. Ioan. Euāgeliſtæ.

Satisfactio ſequitur contritionem & confeſſionem ſecundum tex. Luc. 3. Matt. 3.

CO-

Digitized by Google

COROLLARIVM DE Satisfactione.

EX illo igitur tex. Quorũ remiſer. &c. (vt ſupra expoſitus eſt) ſequitur ꝙ ſatisfactio erga Deum ſit nobis poſſibilis idest quod nos poſſimus ſatisfacere Deo de offenſis ei factis. Alioquin fruſtra dictum videretur; Quorum, ſatisfactionem in voto ſaltem habentium, remiſeritis peccata, remittuntur eis, quoniam tunc .i. ſi ſatisfacere Deo eſſet nobis impoſſibile, nulli remitterentur vnquam peccata. Taceo, ꝙ tunc ſequeretur, Chriſtum ibi præcepiſſe[nam tex. Quorum remiſer. &c. includit præceptum de pœnitentia.ſ. contritione, confeſſione, ſatisfactione] nobis impoſſibilia, id quod attribuere ei ſumma blaſphemia eſt, cum ipſe, & iuxta Pſ. 67. ſit Deus ſalutarium noſtrorum, proſperũ iter faciens nobis, & iuxta Pſ. 118. mandatum ſuum ſit latum nimis. Si enim Chriſti præceptum eſt iter proſperũ, & nimis latum, quomodo non irrationabiliſſimi, ſtultiſſimi, maximeq; blaphemi hominis eſt, concipere in corde ſuo, aut etiam dicere, quod ipſe impoſſibilia præceperit, vel præcipiat vnquam.

Laus maxima à ſũmo, doctiſſimoq; pōtifice aſſignata Beato Thomæ de Aquino. CÆTERVM, vt hoc de ſatisfactione dogma fidei clara (vt decet) firmaque ſententia definitum oſtendamus, vtamur verbis illius Doctoris ſancti, de quo ſic teſtatum reliquit Papa Innocentius. Huius Doctoris ſapientiæ præ cæteris (excepta canonica) habet proprietatem verborum modum dicendorũ, veritatem ſententiarum, ita ut qui eum tenuit, nũquam inuentus eſt, à veritatis tramite deuiaſſe, & qui eum impugnauit, fuit ſemper de veritate ſuſpectus. Hæc ille, & loquitur de Sancto Thoma. Tanti ergo Doctoris Eccleſiæ Catholicæ verba de ſupradicto quæſito circa ſatisfactionem hæc ſunt. Hieronymus dicit. Qui dicit, Deum aliquid impoſſibile præcepiſſe, anathema ſit, ſed ſatisfactio eſt in præcepto, Luc. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ, ergo poſſibile eſt, Deo ſatisfacere. Dicendum, ꝙ homo Deo debitor efficitur, vno modo ratione beneficij accepti, alio modo reſpectu peccati commiſſi. In his autem honoribus, qui ſunt ad parentes & deos, etiam philoſophum, impoſſibile eſt æquiualens reddere ſecundum quantitatem, ſed ſufficit, quod homo reddat, quod poteſt. Quia amicitia non exigit æquiualens, ſed quod poſſibile eſt. Et hoc etiam eſt æquale aliqualiter, ſcilicet, ſecundum proportionalitatem. Quia ſicut ſe habet hoc, quod Deo eſſet debitum, ad Deum, ita hoc, ꝙ iſte poteſt reddere, ad Deum. Et ſic aliquo modo forma iuſtitiæ conſeruatur, & ſimiliter eſt ex parte ſatisfactionis. Vnde non poteſt homo Deo ſatisfacere, ſi ly, ſatis, æqualitatem quantitatis importet, poteſt autem, ſi importet æqualitatem proportionis (vt dictum eſt.) Et hoc ſicut ſufficit ad rationem iuſtitiæ, ita ſufficit ad rationem ſatisfactionis. Hæc ille. 3. de Sacramen. Addition q. 13. art. 1. Ex quib. ẽt (more ſuo laude digniſſimo) reſpōdet ad veritatis determinatę inimicas poſitiones ab inimicis in contrarium obiectas.

Sic igitur obiecta eorum referendo dicit. Satisfactio debet æquari offenſæ (vt ex dictis patet,) ſed offenſa in Deum eſt infinita [quia quantitatem recipit ab eo, in quem committitur: cum plus offendat, qui principem percutit, quam alium quemquam,] cum ergo actio hominis non poſſit eſſe infinita, videtur, ꝙ homo Deo ſatisfacere non poſſit. *Primo.* Ad primum ergo dicendum, quod ſicut offenſa habuit quãdam infinitatem ex infinitate diuinæ Maieſtatis, ita ſatisfactio accipit quandã infinitatem ex infinitate diuinæ Miſericordiæ, prout eſt gratia informata, per quam acceptum redditur, quod homo reddere poteſt. Alij dicunt, quod pro peccato ſatisfieri poteſt virtute meriti Chriſti, quod quodammodo infinitum fuit. Et hoc in idem redit, quod prius dictũ eſt, quia per fidem mediatoris gratia credentibus data eſt. *Reſpon.* Secundo obijcitur. Seruus, quia totũ, quod habet, domini eſt, nō poteſt pro aliquo debito recompenſare, ſed nos ſerui Dei ſumus, quicquid boni habemus, ab ipſo habemus, cum ergo ſatisfactio ſit recōpenſatio offenſæ præteritę, videtur, quod Deo ſatisfacere non poſſimus. *Secundo.* Ad ſecundum dicendum, quod homo, quia ad imaginẽ Dei factus eſt, aliquid libertatis participat, inquantum eſt dominus ſuorum actuum per liberum arbitrium. Et ideo ex hoc, quod per liberum arbitrium agit; *Reſpon.*

Deo

Deo ſatisfacere poteſt. Quia quamuis Dei ſit, prout eſt à Deo ſibi conceſſum, tamen ei libere traditum eſt, vt eius dominus ſit. Quod ſeruo non competit. Hæc ille ibid. Vbi patet cuicunque recte intelligenti, quod ſecundum mentē Sancti Thomæ, homo per liberum ſuum arbitrium actiue concurrit ad opus hoc (ſicut & ad alia, à ſimili) i. ad operandum ſatisfactionem, & conſequenter patet, quod contra mentem huius Doctoris hic & vbilibet in talibus materijs expreſſam loquuntur illi, qui attribuerent ei contrarium .ſ. quod aliquando docuiſſet, liberum arbitrium non actiue, ſed mere paſſiue ſe habere ad ea, quæ facienda ſunt pro ſua ſalute. Spiritusſanctus enim, à quo filij Dei agūtur, Rom. 8. ipſum cum deteſtatione contrarij dogmatis, docuit anteà, eundemque alios docere ſemper fecit, illud, quod poſteà ſacro Concilio Triden. inſpirauit, ſeſſ. 6. Canon. 4. dicenti Si quis dixerit, liberū hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum, nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendā iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac preparet, neque poſſe diſſentire, ſi velit, ſed veluti inanime quoddam, nihil omnino agere, mereque paſſiue ſe habere: Anathema ſit. Hæc ibi. Niſi enim Spiritusſancto mouente. Beatus ipſe Thomas ſemper docuiſſet conformiter ad hanc concilij doctrinam catholicam, nunquam Chriſtus, qui, vt Deus, vnum eſt cū Spiritusſancto approbaſſet ſimpliciter .i. totam ſine vlla exceptione, doctrinam ipſius, ſimpliciter quippe, & non ſecundum quid (vt patet in eius legenda ſcripta ab eo, qui audiuit eum legentem, & prædicantem) dixit ei ſanctiſſimus crucifixus, BENE SCRIPSISTI DE ME, THOMA. Et quia ſimpliciter, non ſecūdum quid, hoc dixit, ideo Papa Vrbanus quintus confirmauit non ſecundum quid, ſed ſimpliciter. i. nō partem ſolummodo, ſed totam ſimul, doctrinam ipſius dicens in Bulla confirmationis. Volumus inſuper, & tenore præſentium vobis iniūgimus, vt dicti B. Thomæ doctrinam, tanquam veridicam, & catholicam, ſectemini, eamque ſtudeatis totis viribus ampliare. Hęc ibi. Alias obiectiones contra ſatisfactionis poſſibilitatē vide 3. de Sacram. Addit. q. 13. art. 1.

Sanctus Thomas ſemper docet de actiuitate liberi arb conformiter ad Cōcil. Trid.

Crucifixus Dominus eſt doctrinæ Thomiſticæ totius approbator, & defenſor.

QVOMODO SATISFACTIO eſt noſtra &c.

SEmper verum & fuit, & eſt, & erit, illud catholicum dogma, quod ſanctū Concilium, in damnationem Pelagianorum ſuperbia ſubtili excæcatorū, ideoque inordinate nimis pro libero arbitrio hominis (id quod in Dei gratiæ iniuriā multam redundabat) Zelantium, protulit dicens. Nemo habet de ſuo, niſi mendaciū, & peccatum. Hæc illud Concilium Arauſicanum, Canon. 22. Quod quidem, ſicut & alia priora concilia prouincialia, approbatum fuit cum eius definitionib. &c., à Concilio Nicęno 2. action. 3. & Canone 1. Item à ſynodo generali octaua, Canone. 1. Hæc præmiſſa ex illo Arauſicano Concilio adduxerim, vt hinc efficaciſſime obſtruatur os loquentium iniqua, dicentium, ſ. quod ſatiſfactio noſtra eſt à nobis, quaſi ex nobis [vt defendamus, inquiunt, libertatem arbitrij noſtri, quod videlicet concurrit actiue, & non tantum paſſiue, ad ſuam ſalutem operādam,] id quod eſt dicere, quod ſatisfactio noſtra eſt de noſtro. Contra ſuperbam igitur illorum imaginationem vide multa ſcitu neceſſaria tum ex Concilijs, tum ex ſcripturis, tū ex collectis, Orationib. Eccleſiæ Catholicæ, tum ex &c. in Ioan. 15. ſuper illum tex. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos; Annotationibus omnibus poſt tertiam concluſionem. Rurſus. Contra idem ſuperbæ phantaſiæ ſupercilii uide ſpeciatim de tali re, quæ præ manib. eſt, loquēs Concilium Triden. & ſeſſ. 14. cap. 8. his Concilio Arauſicano prædicto conformibus uerbis utens. Neque vero ita noſtra eſt ſatisfactio hæc, quam pro peccatis noſtris exoluimus, vt non ſit per Chriſtum IESVM. Nam vt à nobis, tanquam ex nobis, nihil poſſumus, eo autem cooperāte, qui nos confortat, omnia poſſumus, ita non habet homo, vnde glorietur, ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt. In quo viuimus, in quo meremur, in quo ſatisfacimus, facientes fructus dignos pęnitentiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre. Debent ergo ſacerdotes Domini, quātum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerint,

Cōtra Pelagianorū ſub ſpecie libertatis arbitrij ſerpentem ſuperbiā.

Monitio ad cōfeſſarios de iniungendarū ſatisfactionū cōgruitate.

pro-

Digitized by Google

pro qualitate criminum, & pęnitentium facultate, ſalutares, & conuenientes ſatiſfactiones iniungere, ne, ſi forte peccatis conniueant, & indulgentius cum pęnitentibus agant, leuiſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorũ peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, vt ſatiſfactio, quam imponunt, non ſit tantum ad nouæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad preteritorum peccatorum vindictam & caſtigationem. Nã Claues ſacerdotibus non ad ſoluendum duntaxat, ſed & ad ligandum conceſſas, etiam antiqui Patres & credunt, & docẽt Nec propterea exiſtimarunt, Sacramentũ pęnitentiæ eſſe ferum iræ, vel pęnarnm, & (ſicut nemo vnquam Catholicus ſenſit) ex huiuſmodi noſtris ſatiſfactionib. vim meriti, & ſatiſfactionis, Domini noſtri IESV Chriſti vel obſcurari, vel aliqua ex parte imminui. Quod dum Nouatores intelligere volunt, ita optimam pęnitentiam nouam vitam eſſe docent, vt omnem ſatiſfactionis vim, & vſum, tollant. Hæc ibi. & Canon. 14. Si quis dixerit, ſatiſfactiones, quibus pęnitentes per Chriſtum IESVM peccata redimunt, nõ eſſe cultus Dei, ſed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipſum beneficium mortis Chriſti, obſcurantes: Anathema ſit. Et Canon. 15. Si quis dixerit: Claues Eccleſiæ eſſe datas ad ſoluendum, non etiam ad ligandum, & propterea ſacerdotes, dum imponunt pęnas confitentibus, agere contra finem Clauium, & contra inſtitutionem Chriſti, & fictionem eſſe, quod virtute Clauium ſublata pęna æterna, pęna temporalis plerumque exoluenda remaneat. Anathema ſit. Hæc ibi. Sed & ſeſſ. 6. Canon. 30. Si quis per acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pęnitenti culpam remitti, & reatum æternæ pęnæ deleri dixerit, ita, vt nullus remaneat reatus pęnæ temporalis exoluendæ vel in hoc ſeculo, vel in futuro in Purgatorio, antequam ad regna cęlorum aditus patere poſſit: Anathema ſit. Hæc ibi. Ex quibus, in principio de noſtra ſatiſfactione, ex ſeſſ. 14. cap. 8. ſupraſcriptis patet illud idem diffuſe, quod ſeſſ. 6. cap. 16. cum multa diuinæ dignationis admiratione

Ratio ſatiſfactionis imponenda eſt pęna temporalis remanẽt poſt [illegible]ſionẽ.

ſummatim dixerat. **Tanta eſt Dei ergà omnes homines bonitas, vt eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona.** Hæc ibi. Vnde patet, quod noſtra ſatiſfactio (ſicut & quodcũque aliud noſtrum opus meritorium) eſt donum Dei: & conſequenter quod ſtant ſimul hæc duo. i. quod aliquid eſſe meritum noſtrum non tollit, quin illud ſit donum Dei, & aliquid eſſe donum Dei non facit, quod illud idem non poſſit eſſe, ac de facto non ſit, meritũ noſtrum (vt patet apertiſſime, & optime, in eod. Concilio Trid ſeſſ. 6. Canon. 32.

COROLLARIVM.

TRES igitur illæ partes pęnitentiæ, de quibus & tertia pars concluſionis loquebatur, & in eius probatione hactenus ſermo factus eſt, cum ſe teneãt ex parte pęnitentis, non poſſunt eſſe forma ſacramenti Pęnitentiæ, quoniam forma, cum ſit quid nobilius, ſe tenet ex parte ſacerdotis. Erunt ergo materia illius ſacramenti proxima. Nam materia remota illius ſacramenti ſunt peccata, ſecũdũ illud in tex. Quorum remiſeritis peccata, ſcilicet quę ipſi homines pęnitentes proponent, tanquam materiam ſubiectam, ante oculos ueſtros. 3. de ſactam. q. 84. ar. 1. 2. Porro totum hoc didicimus ex Concilio Triden. ſeſſ. 14. cap. 3. dicente. Docet pręterea ſancta Synodus, ſacramẽti pęnitentię formam, in qua pręcipue ipſius uis ſita eſt, in illis miniſtri verbis poſitam eſſe; Ego te abſoluo. Quibus quidem, de Eccleſiæ ſanctæ more, preces quædam laudabiliter adiunguntur, quæ tamen ad ipſius formæ eſſentiam nequaquã ſpectãt, neque ad ipſius ſacramenti adminiſtrationem ſunt neceſſariæ. Sunt autem, quaſi materia huius ſacramenti, ipſius pęnitentis actus, nempe Contritio, Confeſſio, & Satiſfactio. Qui, quatenus in pęnitẽte, ad integritatem ſacramenti, ad plenam, & perfectam peccatorum remiſſionem, ex Dei inſtitutione requiruntur, hac ratione partes pęnitentiæ dicuntur. Hæc de partibus &c. huius ſacramenti ſancta ſynodus tradens ſimul eorum ſententias damnat, qui pęnitentiæ partes, incuſſos conſcien-

Qui actus pęnitentis ſint materiales partes confeſſionis.

tiæ

tiæ terrores, & fidem eſſe contẽdunt. Hęc ibi. Et Canon. 4. Si quis negauerit, ad integram & perfectam, peccatorum remiſſionem requiri tres actus in pœnitente, quaſi materiam ſacramenti pœnitentiæ, videlicet, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur, aut dixerit, duas tantum eſſe pœnitentiæ partes, terrores, ſcilicet incuſſos conſcientiæ, agnito peccato, & fidem conceptam ex Euangelio, vel abſolutione, qua credit quis ſibi p Chriſtum remiſſa peccata: Anathema ſit. Et cano 8. Si quis dixerit: Confeſſionẽ omnium peccatorum, qualem Eccleſia ſeruat, eſſe impoſſibilem, & traditionem humanam a piis abolendam, aut ad eã non teneri omnes, & ſingulos vtriuſque ſexus Chriſti fideles (iuxta magni Concilij Lateranenſis conſtitutionem) ſemel in anno, & ob id ſuadendum eſſe Chriſti fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadrageſimæ. Anathema ſit. Hæc ibi.

IN CONCLVSIONIS Tertia parte dictum eſt illud deſumptũ ex Matt. 3. & Luc. 3. Fructus dignos pœnitentiæ, annuendo, ſcilicet quod iſti actus pœnitentis, contritio, cõfeſſio, ſatisfactio, ſunt pœnitentiæ fructus, ideo pro ipſius concluſionis declaratione complenda, aperiendum eſt, quod ſit fructus. Sic enim patebit, qua ratione tres illi actus, qui & partes huius ſacramẽti ſunt, dicantur fructus a nobis ibi ex Euangelio. Aperiamus autem hoc propoſitum ex verbis Angelici Doctoris, vt clarius, & firmius procedamus. Dicit ergo, prima, ſecundæ quæſtione vndecima, articu. primo. Fruitio, & fructus, ad idem pertinere videntur, & vnum ex altero deriuari. Quantum autem ad hoc, nihil ad propoſitum refert, niſi quod hoc probabile videtur, quod id, quod eſt magis manifeſtum, fuerit etiam prius nominatum. Sunt autem nobis primo manifeſta, quæ ſunt ſenſibilia magis. Vnde a ſenſibilibus fructibus nomen fruitionis deriuatum videtur. Fructus autem ſenſibilis eſt id, quod ex arbore vltimum expectatur, & cum quadam ſuauitate percipitur. Vnde fruitio pertinere videtur ad amorem, vel delectationem, quam aliquis habet de vltimo expectato, quod eſt finis. Finis autem, & bonum eſt obiectum appetitiuę potentiæ. Vnde manifeſtum eſt, quod fruitio eſt actus appetitiuæ potentiæ. Hæc ibi. Ex quibus, ſi fiat applicatio ad noſtrum antea propoſitum, dicendum eſt, quod illi tres actus ideo dicuntur fructus pœnitentiæ quia, & ſunt vltimum ad expectatum a pœnitente, & ſunt cum quadam ſpirituali ſuauitate ab ipſo intellectualiter percipiendi, actualiterque incipiendi, proſequendi, & vſque in finem ſine tædio, ſed hilariter, exercendi. Hoc autem totum [quod & tanquam res, & effectus Sacramenti huius poteſt dici] vt melius intelligas, audi eius, quaſi practicalem, declarationem ſic factam tum ab Iſa. vigeſimoſeptimo. Iſte eſt omnis fructus (quaſi videlicet, vltimo nunc expectatus), vt auferatur peccatum (id quod fit per illos actus, ſcilicet contritionem, confeſſionem, ſatiſfactionem): tum ab eodem Concilio Tridenti. ſeſſione decimaquarta, capite tertio. Sane vero res, & effectus, huius Sacramenti, quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet, eſt reconciliatio cum Deo, quam interdum in viris PIIS, & cum deuotione hoc ſacramentum percipientibus conſcientiæ pax ac ſerenitas, cum vehementi ſpiritus conſolatione, conſequi ſolet. Hæc ibi. Et capi. quinto. Venialia, quibus a gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentius labimur, quamquam recte & utiliter, citraque omnem præſumptionem, in confeſſione dicantur (quod PIORVM hominum vſus demonſtrat) taceri tamen citra culpam, multiſque aliis modis expiari, poſſunt &c. Iam in vniuerſa Eccleſia, cum ingenti animarum fidelium fructus, obſeruatur mos ille ſalutaris confitendi ſacro illo, & maxime acceptabili, tempore Quadrageſimæ. Quem morem hæc Sancta Synodus maxime probat, & amplectitur, tanquam pium, & merito retinendum. Hæc ibi.

Fructus importat ſ eſſe & vltimum, & ſuaue.

Fructus multi, ſi deuotio adſit, proueniunt hominib. ex pœnitẽtia.

DENIQVE EX omnibus, quæ a probatione primæ partis concluſionis huc uſque dicta ſunt, patet abunde illa bene conſiderantibus illud vltimo in ipſa concluſione quaſi per quandam conſequentiam,

tiam, ſuppoſitum, ſcilicet. Per quæ omnia & plurimas hæreſes præuiſas Chriſtus condemnauit, & miſericordiarum ſuarum magnitudinem excedere omnem intellectus creati capacitatem, maioremq; admodum eſſe omnibus iniquitatibus noſtris, quantumcunque magnis, oſtendit. De hæreſum enim damnatione illa conſtat ex conciliis ſæpius adductis, ſi conſideretur, quod propter dependentiam ex dictis CHRISTI fuerint adducta. De miſerationum vero Dei magnitudine, quod ſit & incomprehenſibilis a creatura mundi, & quantiſcunque ſceleribus noſtris maior (contra maledictum Caym, Gen. 4. Similesque de miſericordiarum diuinarũ pelago vaſtiſſimo diffidentes) conſtat ex Euangelicorum textuum frequentiſſimo examine.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Sacramenti pœnitentiæ nõ eſſe tres partes, ſ. contritionem confeſſionem, & ſatisfactionem, ſed tãtum duas. ſ. contritionem, & fidem, eſt hæreſis Lutheri damnata, vide ex Sacroſanctis ſcripturis, Conciliis &cęt. definitum eſſe in Elucidationib. 3. de ſacram. articu. nume. 186. 222. Quod ſacramentum pœnitentiæ (ſicut nec aliquod aliud ſacramentum nouæ legis) non dare gratiam his, qui non ponunt obicem, eſt hæreſis Lutheri damnata, cui ſubſcribentes Armeni hæretici addunt, quod nec poteſt vllum Sacramentum conferre gratiã, quãtumcunq; ad eius ſuſceptionem animam ſuam quis præparet, vide horum omniũ condemnationem ex Sacroſanctis Conciliis &c. in Elucidation. 3. de Sacramen. articulorum nume. 13. & 3. de Sacramen. Addition. articulorum, numero 68. Quod Sacramento pœnitentiæ (ſicut nec aliquo alio) peccata non tolli, ſed relicta non imputari, permanentia velari, non ablui, eſt hæreſis Lutheri damnata: vide ex Sacroſanctis &cęt. in Elucidation. 3. de Sacrament. articulorum numero 5. Cæterum de inconſtantia Lutheri (inſtabilitas enim in rebus fidei eſt hæreticis propria, 2. Pet. 3.) circa ſacramenta, cuius imaginatio mire a diabolo ad libitũ illudebatur, & circumquaque veriebatur, prima quæſtione 111. articul. 3. 4. audi. Sacramenta nouæ legis conferre gratiam, & eſſe ſeptem, dixit ipſe Lutherus, dum concorditer recte cum Eccleſia Catholica doceret Anno Domini, 1515. Sacramentum vnum tantum eſſe pronunciauit, dum in ſua captiuitate Babilonica captiuus ipſe conſcriberet. Anno 1520. Sacramenta voluit eſſe duo: cum perniciosiſſime Catechiſmum ſuum componeret. Anno 1522. Sacramenta tandem eſſe tria profitetur confeſſione illa ſacrilega Auguſtana, quam Lutheri nomine obtulit Melanchthon. Anno 1530. De hac eius variabilitate legas Gabrielem Prateolum, titul. Lutherani, & contra eandem, vide Elucidationes tertio de Sacramen. articulorum numero trigeſimoquinto. & tertio de Sacrament. Addition. articulorum numero vigeſimoquarto. Quod ad eliminandam tertiam partem pœnitentiæ, ſcilicet ſatisfactionem, dicere: Pœnitentiam optimam eſſe nouam vitam, & de cætero non facere peccata, eſt hæreſis Lutheri damnata, vide ex &cęt. in Elucidationibus prima, ſecundæ articulorum numero 460. 466. 602. 612. & tertio de Sacram. articulorum nu. centeſimononageſimoſeptimo. Quod dicere, Pęnitentiam eſſe peſtiferam, quæ a timore gehennæ oritur, eſt hęreſis eiuſdem damnata: vide ex &cęt. in Elucidationibus tertio de Sacrament. articulorum numero 199. Quod dicere, peccatum eſſe remiſſum ſtatim a reſipiſcentia, & dolore, ſine ordine, ſaltem in voto, ad claues, id eſt nullam agentibus pœnitentiam neque confitentibus, eſt hæreſis eiuſdem damnata, vide ex &cęt. in Elucidationibus 3. de Sacrament. Addition. articulorum numero 43. 4. 1. 69. 71. Quod dicere; Non eſſe pęnitendum de peccatis, eſt hęreticum, vide ex &cęt. in Elucidationib. 3. de ſacram. art. num. 1. 89. 202. & 3. de ſacra. Addition. articulorum

Indocti et inſtabiles &c. 2. Pe. 3. de Luthero ſpeciatim verificatur hic.

num.

num.59.61.108.Quod dicere, Confiteri hominem poſt peccatum commiſſum nec poſſe nec debere; Aut quod confiteri ſacerdotibus Romanæ Eccleſiæ nihil valet ad ſalutem,eſt hęreticum,vide &c.in Elucidationibus 3.de ſacramen. Addition.articulorum nu.19.29.41.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. XX.

DICIT ei IESVS, Maria.Conuerſa illa dicit ei, Rabboni &c.] Hinc patet, quod verba illa, quæ prius huic dixerat Dominus.ſ.Mulier, quid ploras? quem quæris? aut non dixit ſolita propriæ vocis reſonantia,aut non peruenit ad Mariam illa reſonantia ſolita.i.licet Dominus more ſolito(vt ante mortẽ) loqueretur tunc, auditus tamen Mariæ non immutabatur ſolito more ab illa voce [Et vtrouis modo acciderit, eſt miraculum ſimile ei, quod in poteſtate corporis glorioſi,dum eſt præſens,eſt videri,& nõ videri,3.de ſacram. Addition. quæſt. 85. ar.2.3.]In cuius ſignum manifeſtum eſt, quod Maria Dominum per illa primo ſibi dicta verba non agnouit, immo pro hortulano illius horti materialis eum ſic loquentem exiſtimauit (vt mox, poſt illa Domini verba, ſubiungitur in textu.) Quamprimum igitur ſolitæ vocis gratioſam ſuauitatem Magdalena in loquella Chriſti percepit(id quod non fuit, niſi in verbo illo,Maria)cognouit eũ. Niſi enim ſuauitatem quandam ſolitam in illa voce magiſtri ſui percepiſſet,ipſum non cognouiſſet.Immo,cum ſe proprio nomine,Maria,vocari ab eo audiſſet,mox(vt experiẽtia teſte inter prius ignotos fieri ſolet) ei dixiſſet: Vnde me noſti? Nunc autem non dixit hoc, ſed (vt B Gregorius ait) quoniam ſic à Domino vocatur recognoſcit authorem,quia & ipſe erat, qui quærebatur exterius,& ipſe,qui eam interius, vt quęreret,docebat,& Maria ipſa(vt inſinuatur ex tex.Noli me tangere) amplecti voluit eius veſtigia,quem recognouit.Porro,vltra præmiſſa ſuperius de reſurrectione Chriſti argumenta,vnum non vulgare eſt hoc,quod ſonum eundem in loquẽdo, quem prius habuerat,retinuit ipſe,vt hinc videlicet cognoſcerent omnes, quod reſurrexerat eiuſdem naturæ penitus exiſtens,licet alterius gloriæ(quod etiam per tex. Noli me tangere,innuitur, vt ſuprà declaratum fuit.)

Poteſtas ad ſẽſum, & intellectum noſtrũ corporis glorioſi.

En ipſe ſtat poſt parietẽ noſtrũ (forma.ſ.hortulani.) En dilectus meus loquitur mihi.Cãt.2. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt Cant.5

VADE (inquit) AD FRATRES MEOS. Hoc eſt,ad Apoſtolos. Vide hic & veram identitatem Chriſti reſurgẽtis, & eius mirandam humilitatem. Quos enim ipſe mortalis exiſtẽs vocauerat amicos,Ioan.15. nunc immortalis factus vocat fratres. Hoc ſiquidem nomen, Fratres,magis explicat(vt experientia teſte, patet)eiuſdem naturæ identitatem, quam illud nomen, Amicos.Nam per fraternitatem importatur non tantum eadem natura(vt fit in amicitia hominis ad hominẽ,) ſed etiam conſanguinitas,& quidem ſtrictiſſima.Chriſtus ergo per hoc,quod nũc Apoſtolos vocat fratres,teſtatur,ſe per reſurrectionem non mutaſſe quicquã de natura ſpecifica,ut natura hęc eſt,quã cõmunem cum Apoſtolis prius habebat. Per hocipſum quoque humilitas miranda in illo apparet,dum ipſe,qui iam ad ſummũ gradum reſurrectionis(neque.n.in tanta gloria reſurget alius vnquam) peruenerat,dignatur, eos appellare ſuos fratres, qui inter homines totius mundi ſecundũ ſe viliores erant,qui nunc,nunc, ſeipſum in manibus inimicorum captum fugiẽtes reliquerant,Matth. 26. qui etiam in præſenti pro ſuo magiſtro confiteri, & tanquam diſcipuli eius apparere, non audebant propter metum Iudæorum,Ioan 20. Per quod vtique ad literam commonſtrauit Dominus,quod in illa glorioſa ciuitate,Pſ. 86. totius beatitudinis plena ſimul ſtant & maxima ſanctorum,pro cuiuſque portione, ſublimitas, & profundisſima eorundem,pro maioritatis excellẽtiæ ſuæ correſpondentia,humilitas.Itaque in tanta beatorum omnium omnifaria,fęlicisſimaque,altitudine verificatur & illud Eccleſiaſtici 3.Quanto maior es, humilia te in omnibus,& illud Matth.18. Quicunq; humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cælorum, adeo quod ille,qui maior eſt in regno cęlorum, eſt ẽt maior in ſui coram oculis proprijs humiliatione.i.(ut breuius dicam) magis in cęlo beatus, eſt magis in ſeipſo humilis.

Maior in cęlo,eſt minor.i. humilior, in ſeipſo ideſt oculis proprys.

Maior

Maior ergo eſt humilitas in ſanctis, comprehenſoribus cunctis, quam in quibuſcunque ſanctis uiatoribus, iuxta quod & denotatum hoc eſt in Pſ. 112. Humilia reſpicit in cælo, & in terra. Ecce prius in cælo, tanquam in primo exemplari: poſt, in terra, tanquam in ſubſequente exemplato. Vnde tàm mirabilia habes? Ex tex. Ad fratres meos. Ecce enim his, qui ſemper fuit humilis corde, Matth. 11. maiorẽ nũc in carne glorificatus humilitatem oſtẽdit, quam anteà, dum ſe piſcatorum, idiotarũ nulliuſque in mundo reputationis hominum, fratrem confitetur, & in primo quidem, ac tanto verbo, quo de ſuo imminẽte aſcenſu ad Patrem loquitur. Vt hinc ad literam ulterius ab ipſo edoctus addiſcas, quod nullus, quantumlibet parum, ſuperbus aſcendet, nec aſcẽdere poterit unquã (donec ſic permanſerit) ad Patrem. i. ad regnum cælorum paratum nobis à Patre, Matth. 20. 25. ſed ſolum ex omni parte humilis. Id quod & quondam fuit prophetatũ, & quaſi in huius textualis expoſitionis cõfirmationẽ ex ore Patris dictũ, Pſ. 100. Nõ habitabit in medio domus meæ, qui effertur per ſuperbiã. Quare? Quia ſuperbi (vtpote diſſimiles Chriſto viuo, mortuo, & per reſurrectionem ſumme glorificato) ab initio non placuerunt tibi, Iudith. cap. 9. quinimmo (quod peius eis eſt) Deus ſuperbis reſiſtit, Iacob. 4. item 1. Petr. 2. Et, ſi Deus, ne aſcendant in cælum ſuperbis reſiſtit, quomodo illuc vnquam poterunt aſcendere?

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. XX.

DIC eis: Aſcendo ad Patrem meum, & patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum.] Chriſtus per tex. Vade, & Dic eis, Magdalenam facit Apoſtolorum Apoſtolam. Id quod tantæ dignitatis & maxime in tanto negotio. ſ. reſurrectionis, aſcenſioniſque Chriſti, eſt, vt Eccleſia non ſine admiratione ipſi Magdalenæ cantet. O mundi lampas, & Margarita pręfulgida, quę reſurrectionem Chriſti nunciando, Apoſtolorum Apoſtola fieri meruiſti. Apoſtolus. n. Gręce, eſt miſſus, Latine, quapropter Apoſtola Apoſtolorum dicitur. i. Miſſa ad Apoſtolos. i. ad docendum de vera ſalute mundum uniuerſum mittendos. Ecce mirum. Mulier hæc mittitur ad uiros totius orbis magiſtros futuros, ut ipſa doceat eos fidei Chriſtianæ prima elementa. ſ. reſurrectionem Chriſti a mortuis, & ejuſdem e terris aſcẽſionem ad Deum patrem. Adeo ut dicere per tex. Vade, Dic &c. quod Chriſtus eam fecit Apoſtolorum Apoſtolam, ſit dicere, quod eam fecit præcipuorum orbis terræ magiſtrorum principalem de maximis rebus magiſtram. Cæterum, declaratione etiam hac ſtante, non plene hoc. B. Mariæ Magdalene priuilegiũ intelligitur adhuc niſi acceſſerit examinatio tex. Aſcẽdo ad patrem &c. quæ eſt legatio eius. i. illud, quod ipſa eis nunciatura eſt.

Magdalenam eſſe Apoſtolorum Apoſtolã, quã tum ſit ad mirabile.

Aſcendo ad Patrem &c. Mediatorem Dei & hominum ſe in tex. Aſcendo ad patrem, ſignificat Chriſtus. Implicite. n. ſubintelligitur hic (ſecundum Regulam ſcripturarum ſæpius dictam) id quod explicite dixit Apoſtolus: Epheſ. 4. Aſcendit ſuper omnes cælos, ut adimpleret omnia, Mediantibus. ſ. ſuis continuis orationibus ad Patrem. Id quod ipſe explicauit dicẽs poſteà, Hebr. 7. Accedẽs per ſemetipſum ad Deum, ſemper viuens ad interpellãdũ pro nobis, & cap. 9. Introiuit in ipſum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Vt, inquiebat adimpleret omnia. i. (vt ab effectu ibidem ad Epheſ. mox ſubiuncto exponamus hoc) ut daret quoſdã quidem Apoſtoſos, quoſdam autem prophetas, alios uero Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſummationẽ ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti (quod, Coloſſ. 1. eſt Eccleſia.) Ex his ergo omnib. præmiſſis, pro uera interpretatione textus Euangelici ſummatim dicamus: Aſcendo, ut homo, ad Patrem, adimpleturus, medijs orationibus meis ad illum omnia, quæ ſunt Eccleſiæ actualiter danda, prout ſua neceſſitas, uel ſaltem utilitas, requirit.

ANNOTATIO TERTIA. Cap. XX.

PRÆTEREA per tex. Aſcendo ad Patrem, Chriſtus connotat, ſe eſſe uerum hominem, & uerum Deum. Porro, ſe naturam uere humanã habere, indicat

per

Breuiſſime & pulcherrime, oſtēditur per tex. ꝙ Chriſtus eſt verus Deus genitus, & verus hō.

per tex. Aſcendo, naturam autem diuinam per tex. Ad patrem. Aſcēdere enim, cum ſit motus localis, quo, ſcilicet aliquis primum locum, vbi erat, deſerens incipit mouendo ſe eſſe in alio loco, vbi prius non erat, non poteſt conuenire Chriſto ſecundum naturam diuinam cōſiderato, quoniam de eo, vt Deo, ſcriptum eſt, Malac. 3. Ego Deus, & mutor, quia Hierem. 23. Cœlum & terram ego [.ſ & nō alius] impleo, ideoque illud aſcendere conuenit Chriſto ſecundum naturam tantum humanā. Vnde & hoc ipſum docuit Apoſtolus his verbis. Epheſ. 4. Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primum? Ex hoc enim loco gloſſa ait, cōſtat, quod Chriſtus ſecundum humanitatem aſcendit, ſecundum quam & prius deſcenderat. Hæc vero dicta ſunt attendendo conditionem aſcendentis, quę eſt, quod localiter moueatur ad aliquid altius: non autem attendendo cauſam primariam Aſcenſionis. Sic enim Chriſtus aſcendit, vt Deus, quoniam principalis cauſa, cuius virtute aſcendit, fuit natura diuina 3. de Salu. quæſt. 57. art. 2. 3. Quam primam Aſcenſionis cauſam B. Auguſt. in quodam ſermo. de aſcenſ. conſiderans, dicebat: De noſtro fuit, quod filius Dei pependit in cruce, ſed de ſuo, quod aſcendit. Cæterum naturam diuinam ſe habere demonſtrabat per illum tex. Patrem. Manifeſtum ſiquidem eſt, quod Deus nō eſt pater Chriſti per adoptionem, ſed per naturam (contra Arrium ideo damnatum in Concilio Nicæno primo) 3. de Salua. quæſt. 23. art. 4. Vnde ad denotandum, quod loquitur de patre, aliter ſuo, quam ſic noſter, non dicit. Ad patrem meum, & veſtrum, ſed differenter ſeorſum ponit patrem noſtrum, a ſuo, dicens in tex. Patrem meum, & patrem veſtrū. Ac ſi perſona illa, quæ Chriſtus eſt, aperte dicat. Alia ratione eſt pater veſter (.ſ. creatione, & adoptione): ſed alia eſt pater meus (.ſ. natura tantum). Per hoc ergo, ꝙ non dixit indiſtincte, Patrē meū, et veſtrum, damnauit illam præuiſam hæreſim Arrianorū, auferens ab eis anſam confundēdi modum paternitatis Dei ad nos, & ad filium: per hoc vero, quod ſeparatim dicit, patrem meum, & patrem veſtrum, docuit, & approbauit præuiſam determinationem Epiſcoporum Catholicorum Concilij Nicæni 1. contra illos Antichriſtos. Exponatur ergo breuiter textus, Ad patrem meum, ſcilicet naturalem, & patrem veſtrum, ſcilicet adoptiuum.

Nicænum, primū Cōciliū docetur, & approbatur a Chriſto hic.

DEVM MEVM (inquit) ET DEVM veſtrum. Diſtinctio iſtius ſententiæ ab immediate præmiſſa monſtrat (ne fiat in textu, nugatio, quod eſſet vitium ſuperfluitatis): quod per iſtud, Deum, non demonſtratur pater, ut pater, ſed Deus, ut Deus. Per hæc etiam verba, Deum meum, & Deum veſtrum, Chriſtus, vtranque naturam, ſcilicet diuinam, & humanam, eſſe in ſeipſo, demonſtrat, ſed alio modo, quam prius. Ex hoc enim, quod dicit, Aſcendo, hominem ſe eſſe manifeſtat, ex eo autem, quod dicit, Ad Deum meum, oſtendit, quod natura ſua humana eſt iuncta perſonæ diuinæ, per gratuitam Dei voluntatem. [Id quod alio breuiori modo vocatur, Gratia unionis perſonalis tertio de Salua. quæſtio. ſecunda, articu. 10. 12.] Nam uerus ſenſus eſt text. Aſcendo ad Deum, ſcilicet ſingulariſſima gratia, meum. Licet enim gratia habitualis, quę in anima Chriſti fuit 3. de Salu. quæſt. 7. articu. 1. communis ſit etiam aliis ſanctis 1. 2. quæſt. 113. artic. ſecundo, tamen gratia vnionis perſonalis, qua, ſcilicet gratuita Dei voluntate factum eſt, vt natura humana diuinæ vniretur in perſona, Chriſto ſoli conuenit 3. de Sal. quæſtio. 2. articu. 9. &c. Porro ad hocipſum ſubtiliter, veraciterque, denotandum dicit ſeparatim in tex. Deum meum, & Deum veſtrum, non autem indiſtincte, Deum meum, & Deū veſtrum. Indiſtincta ſiquidem locutio hæc inſinuaret, quod Deus eadem ratione eſt Deus CHRISTI, & aliorum: ſicuti ab oppoſitis, ſeparatim facta locutio indicat, quod Deus alia ratione eſt Deus illius, & alia eſt Deus iſtorum. Eſt enim (vt declaratum fuit) Deus Chriſti perſonaliter, eſt autem Deus omnium noſtrum nō perſonaliter, ſed ſolum prouidentia, communi vel etiam ſingulari cura (vt de iuſtis patet) adoratione ſuprema cultu quoque exteriori &c.

Quid ſit gratia vnionis perſonalis.

ANNOTATIO QVARTA. Cap. XX.

MVLTA quidem & alia, &cęt. Hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis &cęt.] Excellentia operum Chriſti ad ſcripturam hanc, huiuſque ſcripturæ magna vtilitas hic oſtenditur. Circa primũ dicit tex. Multa alia fecit, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Per illud verbum, Multa, intellige & magna ita quod multa ſit non ſolum quantitate Arithmetica.i.numerali, ſed etiam quantitate Geometrica, i. magnitudinis, ſeu (quod in idem redit) non tantum multa extenſiue, ſed etiam multa intenſiue. Per nomen illud, Fecit, intellige & dixit, quoniam facere, eſt verbum vniuerſaliſſimę ſignificationis, ideſt ad omnia ſe extendens (vt patet apud Grammaticos & Calepin. verbo. Facere), vnde dicimus, Facio ſermonem, facio verba, &cęt. Per illud, In libro hoc, intellige Euangelium B. Ioannis ſolum directe. Licet per locum a ſimili, de aliis etiam coeuangeliſtis intelligatur. Neque enim alii multa dicta, factaque, Domini ſcripſerunt, quod patet conferenti ſcripta cuiuſque ad Euangelica ſcripta alterius. Ne igitur multa reiici licite poſſint ab hæreticis, quæ ab Eccleſia Catholica tanquam a CHRISTO dicta vel facta prædicantur, licet expreſſe ſcripta a nullo Euangeliſtarum ſint, ideo, ad eorum os obſtruendum ſic loquentium iniqua. [Non eſt hoc in Euangelio ſcriptum, ergo hoc non eſt a CHRISTO dictum vel factum] Beatus Ioannes pro ſe directe, & pro cæteris ex conſequenti, aſſignauit nobis hunc tex. Multa quidem (ideſt certe. Ecce, quam aſſertiue loquitur) & alia ſigna fecit IESVS, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Item. Ne poſſet quis aliorum ſcripta reiicere tanquam falſa, vtpote omiſſa ab eorum coeuangeliſta Ioanne: ideo ipſemet pro Zelo, & ſalutis hominum, & honoris coeuangeliſtarum, dixit; Multa quidem & alia fecit &cęt. Ac ſi apertius diceret.

Per tex. Multa alia fecit, &c. Euangeliſta claudit hæreticis viã calũniandi catholicos in multis.

Scripta a meis coeuangeliſtis, quamquam in meo euangelio ſcripta non ſint expreſſe, ego non reprobo, ſed potius tanquam ea ſupponens in omnibus approbo, tanquam veridice (vt ſunt) ab eis ſcripta. [Et hoc eſt illud, quod B. Auguſtinus Euangelii huius examinator profundiſſimus annotauit, ueluti ex textu præſenti motus, dicens. Legerat ſiquidem Ioannes Euangelia trium euangeliſtarum, & approbauerat fidem eorum & veritatem. Hæc ille, in prologo ſuo ſuper Euangelium ſecundum Io.]

PORRO quod illud in textu. Fecit, comprehendat etiam dicta, docuit Apoſtolus dicendo, Actu. vigeſimo. Oportet, meminiſſe verbi IESV quoniam ipſe dixit: Beatius eſt, magis dare, quam accipere. Et 1. Cor. 7 Pręcipio non ego, ſed Dominus, uxorem a viro nõ diſcedere, quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut uiro ſuo reconciliari. Hęc utique verba, ſicut & illa, Beatius &c. dixiſſe Chriſtum ex teſtimonio Apoſtoli certiſſimum eſt, quæ tamen in nullo euangeliſtarum leguntur, quamuis poſſit pro dicto illo 1. Cor. 7. adduci tex. Mat. 19. Quicunq; dimiſerit vxorem etc. & qui dimiſſam duxerit męchatur, ex quo tanquam principio, eliciatur illud vltimum. ſ. q̃ ſi diſceſſerit, manere innuptã, aut viro ſuo reconciliari. Similiter illa in canone Miſſæ, eleuatis oculis in cęlum, et in conſecratione ſanguinis. Ęterni. Miſterium fidei, facta fuiſſe a Chriſto, & dicta, tępore conſecrationis, certum eſt ex teſtimonio Eccleſię, licet de hoc nullam ſcripturã legamus Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. Io. 13. Vnde ex huiuſmodi facto eccleſię confirmationem magnam habet preſens tex. Multa alia fecit. ſ. et dixit etc. Ceterum de talibus rebus uideas pulchram decretalem Papę Inno. III. in lib. Decret. Greg. IX. a S. Raym. Ordin. Fratr. Prędic. (qui tunc eius Cappellanus, et pęnitẽtiarius erat. Vt in eiuſdem lib. principio dicitur) cõpilatarum ti. De celeb. miſſ. c. Cum Marthę. Vbi tandem cõcluditur ſic. Credimus igitur, quod formam uerborum, ſicut in Canone reperitur et a Chriſto Apoſtoli, et ab ipſis eorũ acceperunt ſucceſſores. Hæc ibi. Vñ a ſimili, dic de aliis traditionibus Eccleſiaſticis idem. Rurſum dic. Si multa alia, quæ nullibi ſcripta ſunt (ſecundum huius textus aſſertionem) Chriſtus fecit & dixit,

Promouis valde S. Raym. Or di. Prædic. ſtudia Eccleſia.

Digitized by Google

dixit, quid garriunt nebulones ideſt nebulis ignorantiæ pleni, contra ſanctam Eccleſiam de traditionibus tum cæremoniarum, tum modi conficiendi Chriſmatis, tum multarum circa Altaria, templa, aquas, oleum, panes, palmos, oliuas, campanas, &c. benedictionum, tum Miſſarū, Canonum, horarum ſeptem canonicarū ſimul vnitim, & alternatim, cum cantu etiam iubilationis exterioris in Deum, tum aliorum quoque ſimilium dictorum, factorumque Eccleſiaſticorum? Foris ergo canes, foris venefici (Apocalip. 22.) foris animarum homicidæ, & idolis propriarum fantaſiarum ſeruientes, foris denique omnis, qui amat & facit, mendacium. Quare omnes hi nebulones, foris? Quia hic tex. Multa quidem alia fecit IESVS, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc, miram afferendo (vt re uera affert) confirmationem de ſanctis Eccleſiæ catholicæ Traditionibus, mittit eos foras, & nolentes eoſdem, vel ſic ad literam Euangelij apertam, reſipiſcere ſtatuit eſſe conſempiterno obſtinationis tempore foris. Proinde ab eodem etiam tex. Multa alia fecit &c. videas Eraſmi Roterodami prædamnatum fuiſſe aſſertum hoc, quod in Epiſt. Nuncupatoria Operum B. Hilarij exprimit dicens: Nihil vltrà, quam ſacris literis proditum, eſſe definiendum, cætera omnia eſſe problemata in illud reijcienda tempus, cum ſublato ſpeculo videbimus Deum de facie. Item aſſertum ſimile Arrianiſmum ſcilicet. In quæſtione fidei, præter diuinas ſcripturas, nihil omnino recipiendum. Item illud Brentij conſimile ſcilicet. Patrum Traditiones ſunt prorſus reijciendæ. Contra quæ aſſerta, pro diffuſiori eorum condemnatione, videas Elucidationes pri. par. articulorum numero 170. & tertio de Sacram. articulorum numero 3. 92. 232. Item Veritates aureas ſuper totam legem veterem, numero vigeſimoprimo, concluſio octaua. Poſtremo hic nota, quod tex. Multa alia fecit &c. qui tanquam Epilogus Euangelij ſui hic ponitur à B. Ioanne, ſubintelligitur implicite poſitus pro omnibus etiam coeuangeliſtis (ut ſuprà probatum eſt) ſupplet nanque pro ſingulis, quod illi tacuerunt. Ac ſi ab ipſo dicat vniuerſaliter. Multa Chriſtus fecit, & dixit, quæ nec in meo, nec in cuiuſuis aliorum iſti, Euangelio ſcripta ſunt. De ſanctis traditionibus, vide libr. Decreti, diſt. 11. c. Eccleſiaſticarum, & diſtin. 12. cap. Illa autem, quæ non ſcripta. & cap. Ridiculum eſt. Et Concilium Trid. ſeſſ. 4. Decreto de Canonicis ſcripturis.

Traditionū Eccleſiaſticarū inimici ſugantur à tex. Multa &c.

ANNOTATIO QVINTA. Cap. XX.

CIRCA ſecūdum, quod in principio annotationis quartæ dicebatur ſcilicet vtilitatem huius Euangelicæ ſcripturę (intellige, à ſimili, etiam de ſcriptura aliorum coeuangeliſtarum,) dicit tex. Hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis, quia IESVS eſt filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Vbi ſe intendiſſe fines duos mōſtrat, ſcilicet proximum, & vltimum. Vt credatis, quia Ieſus eſt filius Dei [Ecce finis proximus.] Vt credentes uitam habeatis in nomine eius [Ecce finis vltimus.] Monſtrat ergo, quod ex Euangelio duplex nobis vtilitas reſultat, vna in uia, quæ eſt credere, alia in termino, quæ eſt habere vitam æternam, ita ſcilicet quod credere illud, ſtat pro ipſius vitæ merito, habere autem vitam æternam, ſtat pro illius credulitatis præmio. Vt, inquit, credentes habeatis vitam, ideſt non vt dum creditis, habeatis uitam illam, quaſi quod credulitas ſtet ſimul cum actuali vita æterna, ſed ut uos, qui fuiſtis credentes, habeatis poſteà vitam æternam. Vbi aperte monſtratur recto diſcurſu rationis utentibus, quod fides, & conſequenter opera ex fide procedentia, ſunt apud Deum meritoria ſummi præmij ideſt uitæ æternę, & hoc, contra multos hæreticos à Spirituſancto, qui loquebatur in Euangeliſta, præuiſos. Puta, contra Melanchthonem dicentem, opera noſtra bona mereri quidem præmia corporalia, non autem ſpiritualia. Item contra Lutherum dicentem, Meritum nullum eſſe hominis ad gloriam aſſequendam. Item contra hos, qui, ad tollenda merita hominum, eorumque liberum arbitrium, dicebant: Meritis, & iuſtitiæ hominum nihil penitus eſſe tribuendum, ſeu (quod in idem redit.) Non propter iu-

Hereſes aduerſus merita damnantur.

ſtitiam, & æquitatem cordis, tribuit Deus quicquam hominibus, ſeu(quod ſub alijs verbis refert idipſum) Metita humana nō æſtimari apud Deum. Ad quorum hære ſum ampliorem condemnationem, vide Elucidationes 1.2. articulorum numero, 134.611.612.613.618.620.& 3. de Sacramen. Addition. articulorum numero, 57. 435. Itē Veritates aureas ſuper totam legem veterem, Geneſ. 18. concluſ. quinta, & Exod. 32. concluſ. 3. Hic tex. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt filius Dei, monſtrat, quod quæcunque in Euangeliſtis dicuntur (nam ad omnes extenditur Epilogus iſte) pro uniuerſis viatoribus uſque ad conſummationem ſeculi (hos enim omnes reſpicit tex. Credatis) ordinata ſunt ad hoc vnum, ut omnes hi credant, Chriſtum eſſe filium Dei. Dico, vſque ad conſummationem ſeculi, quia ad illud uſque tempus durabit viatrix Ecclеſia, Matth. 28. ad quam totam excolendam miſſi ſunt Apoſtoli, & Euangeliſtæ &c. Matth 10. Tex. Credatis, ſi pro bonis intelligatur, accipitur ſimpliciter, ut iacet, ſi uero pro malis, accipitur ſecundum quid, ideſt ut habeatis ſufficientia motiua ad credendum. Nam boni ideſt uenientes ad amplexandam fidem non tantum ſufficientia motiua ad credendum habēt in Euangelijs ſcripta, ſed etiam motiua illa conſiderant, illiſque bene uſūtur, dum actualiter credūt, mali autem ideſt in ſua infidelitate permanentes habent in eiſdē Euangelijs eadem motiua (nam omnibus nullo excepto, Euangelium de ſe commune eſt) ſed illa non conſiderant, ut oportet, illiſque abutuntur, dum non credunt.

Ad quid ordinantur omnia Euāgeliorum ſcripta.

Non itaque fruſtratur intentio Spirituſſancti, quo dictante ait Euangeliſta illud, vt credatis, quia ad hoc verificādum non requiritur, quod omnes actualiter credant, ſed ſufficit, quod omnes habeant ſufficiens motiuum ex Euangelio ad credendum, & ſic potentialiter credant ideſt poſſint credere. Porro de ſufficientia horum motiuorum, uide ſupra, Ioan. 15. Si non ueniſſem, & locutus eis &c. ſi opera non feciſſem in eis &c. uide & fideliſſimum Eccleſiæ ſanctæ Doctorem, 3. de Sal. q. 43. art. 4. ubi patet, miracula ſola fuiſſe ſufficientia ad oſtendendum Chriſti diuinitatem, & q. 47. ar. 5. vbi Iudæorū maiores habuiſſe ſufficiens motiuum ad cognoſcendum, ꝙ Chriſtus eſſet verus filius Dei, oſtenditur. Tex. Vt credatis, loquitur de fide per charitatem formata. In cuius ſignum certum eſt contex. Et, vt credentes uitam habeatis. Manifeſtum enim eſt, quod credentes fide informi non habebunt uitam, quandoquidem hocipſum docet Apoſtolus, 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habeā [Ecce fides informis,] nihil mihi prodeſt. Tex. Quia IESVS eſt filius Dei, loquitur de eſſe filium Dei per naturam. Id quod eſſe verum demonſtrat contex. Vitam habeatis in nomine eius. Non. n. in nomine ideſt in uirtute (ſic. n. exponi debet illud uerbum, textus) creaturę cuiuſcunq; pōt dari uita æterna, ſed ſolum in nomine. i. in virtute Dei, cum nullus, excepto Deo, habeat authoritatem ſuper uitā ęternā. i. ius dandi illā. Euangeliſta igitur dicendo, ꝙ in nomine filij Dei habent fideles uitam, connotat, ꝙ ſic exponendus eſt tex. Quia Ieſus eſt filius Dei. ſ. per naturā. Ex ſupradicto quoq; c. 3. habetur hoc idem, qm̄ familiare eſt ſcriptoribus canonicæ ſcripturæ, unum locum ſuum breuiuſcule dictū declarare, aut declaratum præſupponere, per aliū à ſe clarius ſcriptū (ut indicaſſe uoluit B. Thomas, 1. q. 1. ar. q. 9. ad ſecūdū, & ar. 10. ad primū) Nā c. 3. dicit tex. Vt filiū ſuū unigenitū daret. Per hoc ergo, ꝙ Chriſtus non tm̄ ſe filiū Dei, ſed ēt unigenitum, nominauit, uoluit ab omnib. recta ratione utentib. intelligi, ꝙ ubicunq; de ſe facit ipſe (ut Ioa. 9. Credis in filiū Dei?) uel facit fieri ab Euangeliſta (ut in pręſenti tex.) mentionē, ꝙ ſit filius Dei, cointelligi ſine dubio debet, Vnigenitus. Clariſſimū uero eſt, ꝙ eſſe filiū Dei unigenitū, & eſſe filiū Dei per naturā, cōuertūtur, quādoquidē filios plures naturaliter habere Deū, impoſſibile eſt, 1. q. 27. art. 5. & q. 41. ar. 6. licet per adoptionē filios plures habere poſſit. ſ. quotcūq; creaturas ſibi iunxerit per gratiā iuſtificantē, quæ à ſpiritu adoptionis eſſe dr̄ Rom. 8. Exponatur ergo Euāgelicus ille tex. Quia Ieſus eſt filius Dei. ſ. unigenitus. Ergo p textū hūc patet, ꝙ Arriani, & quicunq; alij naturā diuinā eādē numero naturæ patris in Chriſto negantes, non ſunt fideles, & conſequenter ꝙ nunquam uitam æternam habebunt.

Inexcuſabilis eſt omnis nō credens, Chriſtum eſſe verū filium Dei.

Regula familiaris ſcriptoribus canonicis.

ANNO-

Google

ANNOTATIO SEXTA, Cap. XX.

Mirabile ex Euangelio, & ex epiſto. B. Ioann.

VT credatis, quia eſt filius Dei, & vt credentes &c.] Mirum certè eſt, ꝙ Euangeliſtæ per omnia ſcripta ſua ad nihil aliud credendum (vt patet ex litera textuali) nos aſtringunt, niſi ad hoc vnũ, Chriſtus eſt filius Dei, & ꝙ ex alia parte ab Eccleſia proponantur tot nobis credẽda in ſymbolo fidei, i. Credo in Deũ patrem oĩpotẽtẽ. Augetur autem mirũ hoc ex eiuſdem Euangeliſtæ dicto, 1. Ioan. 4. Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Vnde infertur, quod ad ſalutem verã, quæ conſiſtit in mutua coniunctione noſtra ad Deum, ſufficit, quod credamus, & confiteamur rem vnam. ſ. ꝙ Chriſtus eſt filius Dei. Ergo ne cætera in Symbolo fidei Apoſtolorum, in quo ſtatuendo affuit & Ioann. erunt ſuperflua? Ergo ne doctrina de operibus neceſſario fidei Catholicæ aſſociandis, quę p diuinas ſcripturas frequenter legitur, erit inualida? Abſit, & in ęternũ abſit, ꝙ vel articulorũ fidei quiſquam, vel neceſſitatis operum quicquã, tollatur aut diminuatur, ex hoc, quod ſufficit ad vitæ æternæ conſecutionem credere, ꝙ Chriſtus eſt filius Dei, ſi eo modo illud accipiatur, quo B. noſter Euangeliſta tum in Euangelio, tũ in Epiſtola accepit, & ab alijs accidi voluit. Quinimò ex eodẽ vno credito, ſ. ꝙ Chriſtus eſt filius Dei, firmantur, & omnes fidei articuli, & operum neceſſitas. Adeo ꝙ ſic exponendus, vt plene ſenſus eius exprimatur, eſt præſens tex. vt credatis, quia Ieſus eſt filius Dei. i. ut credatis totũ fidei ſymbolũ, neceſſitatemq; operum ad vitã capeſcendã, & quicquid aliud dixit ipſe Dei filius. Porro ad huius veritatis faciliorem, amplioremq; captum ſcito, ꝙ in

Senſus plenus, qui ſit in tex. aperitur.

hac ſnĩa IESVS eſt filius Dei comprehenduntur duæ naturę. ſ. humana, ꝑ illud nomen, Ieſus, diuinaque, per illud filius Dei, & per conſequens, ꝙ in eadem ſententia, tanq̃ in quodã breuiſſimo principio, continetur totũ fidei ſymbolum. Ad eadẽ. n. illa per ſe pertinent, & quorũ viſione in vita ęterna perfruentur, & per q̃ ad ipſam vitã æternã ducimur, hæc autẽ duo ſunt natura diuina, & humana Chriſti. Nã duo iſta nobis videnda in illa vita proponuntur. ſ. occultum diuinitatis, cuius viſio nos beatos facit, & myſterũ incarnationis Chriſti, per quod in gloriam filiorũ Dei acceſſum habemus (Roma. 5.) iuxta illud Io. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum verum Deum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. Hinc ergo fit, ꝙ prima diſtinctio credibilium. i. eorũ, quę nobis credenda in Symbolo proponuntur, eſt, quod quædam pertinent ad Maieſtatem diuinitatis, & quædam ad myſterium humanitatis Chriſti (quod eſt pietatis ſacramentum, 1. Timo. 4.) Porro circa Maieſtatem diuinitatis, tria nobis credenda ſunt: primo vnitas diuinitatis [En primus articulus, ſ. Credo in vnum Deum]: Secundo trinitas perſonarum [En tres articuli, ſecundum tres perſonas, ſ. Patrẽ omnipotentem, Filium eius vnicum, & Spiritumſanctum]: Tertio opera diuinitatis propria. Quorum quidem operum primum pertinet ad eſſe naturæ [En articulus creationis. ſ. Creatorem cęli, & terræ]: ſecundum vero opus pertinet ad eſſe gratiæ [En articulus comprehendens omnia, quæ pertinent ad ſanctificationẽ humanam, ſ. Sanctam Eccleſiam Catholicã Sanctorum Communionem, Remiſſionẽ peccatorum]: Tertium autem opus pertinet ad eſſe gloriæ [En articulus alius. ſ. Carnis reſurrectionẽ, vitã æternam]. Circa humanitatẽ quoque Chriſti ponuntur ſeptem credenda: Primo de eius Sacratiſſima incarnatione [En articulus. ſ. Qui conceptus eſt de Spiritusancto]: Secũdo de eius Natiuitate [En arti. Natus ex Maria virgine]: Tertio de eiꝰ Paſſione morte, & ſepultura [En alius artic. Paſſus ſub Põtio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultꝰ] Quarto de eius deſcẽſu ad inferiores partes terrę [En arti. deſcendit ad inferos]: Quinto de eius Reſurr. [En art. tertia die reſurrexit a mortuis]: Sextò de Aſcẽſione [En arti. Aſcẽdit ad cęlos, ſedet ad dexterã Dei pr̃is oĩpotẽ.] Septimo de eiuſdem aduentu ad iud ciũ [En arti. Inde venturus eſt, iudicare viuos & mortuos].

Duo nobis, & credenda in via, & videnda in patria, ſunt, ex quibus, ut principijs, eſt totum Credo.

VIDES ne, igitur, ꝙ in hac diſtinctione articulorũ fidei facta ex p̃te rei credité. ſ. diuinitatis, & humanitatis Xp̃i, apparet manifeſte, ꝙ qui plene credit (vt tex. Credatis, intelligitur) IESVM eſſe filium Dei, is proculdubio implicite cre-

dit totum fidei ſymbolum nunc explicatum? Per hoc ergo, quod ad vitam ſalutis habendam ſufficit iuxta Euangelicum textum, credere, quod Chriſtus eſt filius Dei non tollitur aliquid de ſymbolo, immo totum ſtabilitur, atq; completur. Hinc eſt, et in confirmationem huius expoſitionis textualis facit, ꝙ Philippus examinando de fide Eunuchum baptizandum, expreſſa ſola credulitate de filio audita ab eo, nil amplius requiſiuit, tanquam vtiq; ſciens, eſt nobis ſignificans, ꝙ implicite continentur in hoc vno, Chriſtus eſt Dei filius, omnia credibilia ad ſalutem æternam neceſſaria. Sic enim de tali facto legitur, Actu. 8. Ait Eunuchus: Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus. Si credis ex toto corde, licet. Et reſpondens ait. Credo, filium Dei eſſe IESVM. Et deſcenderunt vterq; in aquam Philippus, & Eunuchus; et baptizauit eũ.

Chriſtus eſt filius Dei, quod dã credibile eſt omnia continens.

ANNOTATIO SEPTIMA.
Cap. XX.

DICEBATVR ſecundo, quod ex hoc ſolo expreſſo in tex. Vt cred. ꝙ eſt filius Dei, non tollebatur aliquid, immo totum firmabatur, de neceſſitate operum ad ſalutẽ vitæ æternæ, & addebatur tertio, quod ex eodem ſolo expreſſo nihil de rebus fidei(puta dictorum in ſcripturis, vltra ea, quæ ponuntur in ſymbolo 2. 2. q. 1. ar. 6. ad primum) diminuitur, immo totum firmatur. Hæc autem duo ſimul ratione nna probantur. Nam qui credit, quod IESVS eſt filius Dei, credit & indubitanter, quod omnia illa, quæ ipſe dixit & ſunt vera eo modo, quo dixit, & pro veris taliter per fidem firmiſſime credenda. Ratio eſt in promptu, quia eſt omnino impoſſibile, quod filius Dei vnigenitus mentiatur, immo etiam, quod vllo modo poſſit vel leuiſſime mentiri, ex quo ulterius fit, quod omnino neceſſe eſt, ipſum in dictis omnibus ſuis, atque factis eſſe vſquequaque veracem. Ad propoſitum ergo duorum ſupradictorum quid dixit Chriſtus Dei filius? Si vis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Math. 19. Item cap. 7. omnis arbor, quæ non facit fructũ bonum excidetur, & in ignem mittetur. Rurſus ibid. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatẽ Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cęlorum. En de neceſſitate operum, quæ & in multis alijs locis à Chriſto prædicatur. Pro vltimo tandem præmiſſorum dic. Si filius Dei creditur, quid à fidelibus non credetur ei? Si filius Dei eſt Chriſtus. Ergo & pati, vt homo, & ſuprahumana facere, vt Deus, omnia poterat, quæ in Euangelijs de ipſo narrantur. Vniuerſa ergo bona nobis viatorib. Euangeliſta optat, dum ait in tex. Vt credatis, quia IESVS eſt filius Dei.

Secundo.

Tertio.

Per tex. Vt credentes habeatis vitam, oſtenditur aperte contra ſuperbos quoſque, quod noſtra credulitas nõ affert ipſi filio Dei aliquam vtilitatem, ſed ſolum nobis. Quod & annotauit B. Chryſoſtomus dicens. Vt oſtendat, quoniam non illi, qui creditur, ſed nobis ipſis, vtile eſt credere, ſubdit. Et vt credentes vitam habeatis. Rurſum contra ſuperbos ibi de ſuo aliquid boni arrogantes (quales ſunt Pelagiani) ait tex. In nomine eius .i. in virtute non veſtra, ſed eius. Refertur autem illud, In nomine eius, ad illud, vt credatis, & ad illud, Vt credẽtes habeatis, per quod vtiq; manifeſtatur, quod & noſtrum credere, & noſtrum media credulitate habere uitam procedunt ex virtute ſua in nobis. Adeo quod licet & ipſum credere ſit noſtrum. (Vt credatis enim inquit textus) & ipſum habere vitam ſit noſtrũ (inquit enim tex. Vt habeatis,) tamen utrunque ſcilicet credere tale, & habere, eſt donum Dei nobis gratuito datum. Alioquin non diceret tex. Vt credatis in nomine eius, quia eſt filius Dei, nec diceret tex. Vt habeatis in nomine eius uitam, ſed ſuffeciſſet dicere, Vt credatis, & vt habeatis, abſque adiectione hac ſcilicet. In nomine eius. Nec obſtat huic ueritati, ſi dicatur, quod huiuſmodi & credere eſt meritũ noſtrũ, & credendo habere, eſt ipſius noſtri meriti præmiũ (ut ſupra ex tex. oſtẽdebatur.) qm̃ bonitas Dei voluit, ut dona ſua ſint merita noſtra, & per cõſequẽs ꝙ præmiũ meritorũ noſtrorũ ſit præmiũ donorũ ſuorũ. Iuxta illud B. Auguſtini qñ Deus coronat merita noſtra, tũc coronat dona ſua, id ꝙ & patet ex Cõcilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 16. & Can. 32. obſtaſſet aũt ſuprapoſitę ueritati obie-

Confunditur ex textu ſuperba arrogãtia Pelagianorum.

Quicquid boni eſt in nobis, uel à nobis hoc totum eſt donum Dei. Ex tex. Euangel. Cõcil. Patribus.

obiectio illa de meritis, ſi noſtra merita eſſent aliquid boni à nobis quaſi ex nobis (quod dogma erat Pelagianum,) & non quicquid boni eſſent ex dono Dei eſſent (vt ſemper Eccleſia catholica contra Pel. ſenſit, & docuit.) Porro doctrina hæc catholicorum fontaliter, ſeu originaliter habetur ex eodem textu Euangelico pręmiſſo ſi bene illæ à nobis expoſitiones literales prædictæ ponderentur, &, vt decet, expendantur. Dictum etenim fuit primo, ꝙ ille tex. Vt credatis, ſignificabat meritum, & ille tex. Vt credẽtes habeatis vitã, connotabat meriti præmium. Dictũ item fuit ſecundo, ꝙ ille tex. Vt credatis in nomine (.i. in virtute) eius, importabat, illam credulitatem noſtram eſſe donum Dei, ſicut & ſequens tex. Vt credentes habeatis, in nomine eius, uitam, commonſtrabat, ꝙ credulitatis illius præmiũ eſt donũ Dei, vtpote à nomine .i. à virtute munificentiſſima, eius procedens. Per textum ergo hũc ſic (vt oportuit) expoſitũ prædamnauerat Euangeliſta hæreſim ſuperborum illorũ, ſicut & commendauerat veram humilitatem catholicorum, quos poſtea primos Eccleſia ſancta Apoſtolica de ſuperba arrogantia condemnauit, quemadmodum ſecundos è veſtigio de humili veracitate collaudauit.

CAPITVLVM VIGESIMVMPRIMVM.

Poſtea manifeſtauit ſe iterum IESVS ad mare Tyberiadis. Manifeſtauit autem ſic. Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Canà Galileæ, & filij Zebed. &c. vſque in fin. capituli.

CONCLVSIO PRIMA.

Vicarium generalem ſuum inſtituit CHRISTVS Petrum Apoſtolum; ſolum, & ſub eius perſona quemlibet ipſius legitimum ſucceſſorem vſquequo durabit mundus, dans ſoli Petro, in eoque ſucceſſori eius, plenam poteſtatem paſcendi, regendi, et gubernandi, uniuerſalem Eccleſiam. [Et hoc eſt, CHRISTVM nunc actualiter ædificaſſe Eccleſiam *ſuam ſuper Petrum, petram; ideo ideſt ratione congruitatis ædificandi, nominatum, Matth. 16. clauesque cęlorum ad ligandum, et ſoluendum ei tradidiſſe, ſecundum quod ipſi promiſerat. ibidem,] quod totum tàm apertiſſimè, et certiſſimè factum etiam ſecundum iudicium legum humanarum, CHRISTVS eſſe uoluit, et fecit, ut prorſus inexcuſabilis ſit, qui Vicariatum Petri præmiſſum negat, aut etiam, ſine obedienti ſubiectione ad Petrum ſalutem ſe conſequi poſſe arbitratur.*

PROBATIO Concluſionis.

PRÆSENTEM concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euãgeliſta per tex. Dixit Simoni Petro IESVS, Simon Ioannis diligis me, plus his? Paſce agnos meos: Dicit ei iterum, Simon Ioannis diligis me? Paſce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Ioannis amas me? Paſce oues meas. Prima itaq; pars. ſ. ꝙ Chriſtus Petrum inſtituerit vicarium ſuum generalem, patet ex eo, quod committit ei vices ſuas ideſt vt vice ſua faciat officium paſcendi agnos ſuos & oues. Quod non intelli-

Digitized by Google

Cauſa prima, præſertim Xp̄s. magis influit i effectū, quā ſecūda, puta Petrus.

telligitur ſic, quaſi Chriſtus deferat officium hoc ideſt quaſi ceſſet paſcere ſuos agnos, & oues, quoniam ſine Chriſto paſcente Petrus vicarius paſcere non poſſet, iuxta illud ad omnes dictum, Ioan. decimoquinto. Sine me nihil poteſtis facere, ſed intelligitur ita, quod Chriſtus officium illud à ſe, tanquam à cauſa prima, continue factum communicat Petro, poſthac pro tempore ab eo, tanquam à cauſa ſecunda, faciendum. Specialis quoque nunc ratio faciendi Vicarium Chriſto fuit, quia corporaliter ab Eccleſiaſtica familia ſua (quam vocat in tex. Agnos & oues) per aſcenſionem ad cęlos diſceſſurus erat, licet nunquam ſpirituali Deitatis pręſentia. Ex qua ſpeciali ratione vlterius patet, quod Eccleſiæ ſuæ viſibili Chriſtus de capite uiſibili, ut omnia membra ſibi inuicem conſortia eſſent (quod ad ſapientiam diuinam ſuauiter diſponentem omnia, ſap octaua pertinebat) uoluit prouidere, Matth. decimoſexto, & prouidit nunc, Ioan. vigeſimoprimo. De Vicario igitur ſuo inſtituendo Dominus noſter ſolicitus fuit & pro utilitate Eccleſiæ ideſt ut hæc haberet uiſibiliter, ad quem peritura pactum ſibi opportunum recurreret, & pro dignificando mirabiliter ipſo Vicario ideſt ad tantam altitudinem eum eleuando, ut alter Chriſtus in terris, quo ad paſtorale officium, diceretur, & eſſet, non autem pro ſe exonerando, quaſi quod à Vicario quandoque fieret, aut fieri poſſet aliquid ad paſtoris officium pertinens, quod ipſe Chriſtus non faceret in Vicario illo, & per illum. In illo quidem, inſpirando ſcilicet ei, quid in tali, vel tali, paſtoralis curæ occurrente negocio facere debeat, per illum uero, tanquam per manum ſuā (Vicarius.n. eſt inſtrumentū eius, licet perſonaliter diſiunctū) exterius bene exequēdo inſpirationem illam.i. illud, ꝙ per illā inſpiratū eſt. Hæc dicta ſint & ad differētiā aliorū hominū Vicarios ſuos in tali, uel tali, rehabentiū, cum uideamus ab eis hanc Vicariorū inſtitutionē fieri ad exonerandū ſemetipſos à multis curis, operibuſq; per induſtriā ſuorū Vicariorū fiendis, quæ ipſi primates per ſe facere uix uel nullo modo poſſent, & ad abundatiorem in Petri Vicariatus propoſito intelligentiam ſupracitati tex. ſine me nihil poteſtis facere.

Tex. Paſce agnos, & oues meas, eſt forma inſtitutionis præmiſſæ i. qua Xp̄s Petrū cōſtituit Vicariū ſuū generalē (modo iā declarato.) Pontificatus ergo cōmittitur Petro ad ſimilitudinē paſcētis agnos, & oues, ut Petrus per hoc intelligat, ſuū officiū eſſe dare cibū animę conuenientē Eccleſiæ toti ſibi cōmiſſæ. Ideo aūt Eccleſia nomine agnorum, & ouium in textu à Xp̄o deſcribitur, ut per hoc oſtēdatur, & ꝙ ſoli fideles, & ꝙ nō ſoli prædeſtinati, ſunt de Eccleſia ſua. Per oues .n. cū ſuprà de eis dixerit, cap. 10. oues meæ uocē meā audiunt, & ſequūtur me, intelligūtur prędeſtinati, in cuius ſignū addit in eod. tex. Ego agnoſco eas. ſ. notitia prædeſtinationis. Hæc ſiquidē prædeſtinatio, quæ & firmū fundamētum Dei ſtans uocatur ab Apoſtolo, habet ſignaculū hoc, 2. Tim. 2. Cognouit Dn̄s, qui ſunt eius. Oues ergo Xp̄i habēt duas cōditiones, primā in tex. Vocē meā audiūt. ſ. credēdo mihi loquēti ſecūdā in tex. Sequūtur me. ſ. imitādo ueſtigia mea. i. exēpla uitę meæ. Adeo quod oues eius et credūt, & ſeruāt mādata, uſq; in finē ſic perſeuerādo. Per agnos aūt, q ſunt filii ouiū, intelligūtur ſolū fides. i. q habēt tm̄ illā conditionē primā tex. Vocē meā audiunt. ſ. credendo mihi ſiue modo ſint de p̄deſtinatis, ſiue nō, nec mirū, qm̄ filij licet aſſimilētur parentib. nō tn̄ ſēper in omnibus Ratio, ꝙ per agnos, ēt fideles nō p̄deſtinati, cōprehēdātur, eſt, quia nō tm̄ legitur, Hier. 11. Quaſi agnus māſuetus, ſed ēt, Prou. 7. Quaſi agnus laſciuiēs, & ignorās. Vbi manifeſtè pōt prudēs quilibet uidere, ꝙ de agnis hominib. nō oēs ſunt prædeſtinati, ſicut nec oēs reprobati, ſed aliqui, puta manſueti ſunt prædeſtinati, aliqui aūt, puta laſciuiētes & ignorantes, reprobati. Agnorū igitur, de quib. in tex. Paſce agnos meos, quilibet eſt fidelis, cū de quolibet uerificetur illa cōditio prima tex. Vocē meā audiunt, ſed nō quilibet eſt prædeſtinatus, cū nō de ſingulis verificetur ſecūda conditio tex. ſequitur. Credunt.n. oēs, ſed nō oēs mādata uſq; in finē ſeruāt ex imitatione Xp̄i dicētis, Ioā. 14. ſicut mādatū dedit mihi pater, ſic facio, ſequētes potius eos, de quib. dr̄, Tit. c. 1. cōfitētur, ſe noſſe Deū, factis aūt negāt.

Eccleſia ſolos fideles Xp̄i, ſed nō ſolos prædeſtinatos, continet.

Deniq;

Digitized by Google

Deniq; ut illa cóclusionis particula, Generalē, manifeſtior fiat, probatur ex eo, quod Dñs abſoluta locutione, nullā pęnitus exceptionem connotans committit ſuos agnos & oues, Petro dicens, Paſce agnos meos, Paſce oues meas. Sacrilegium enim eſt illud, quod ſine vlla exceptione & dixit & intelligi voluit, Chriſtus (in cuius volitionis ſignum eſt, quod ter eadem verba proferens, vt patet in textu, nunquam eis appoſuit ullam exceptionem) velle nos cum exceptione aliqua intelligere. Si ergo dixit, Paſce oues meas, & agnos meos, non autem, Paſce has, vel illas, oues, hos, vel illos, agnos, quis hic non videat generale eſſe officium paſtorale commiſſum Petro, hoc eſt, nullas oues aut agnos eximi ab ipſa cura Petri? Non ergo hęc, vel illa, tantum Eccleſia, ſed hæc & illa, & omnis, & ſingula (quod totum importat nomen Catholica) Petro eſt hic a CHRISTO commiſſa. Ex quo textu. Paſce &cęt. ſic (vt oportuit) intellecto patet, quod Petrus a Domino hic factus eſt Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, & quod ideo iure ſuo vtitur Papa, cum ſemetipſum exprimens ſcribit: Pius [puta quintus] Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus.

Eccleſia Petri, cura cōmiſſa eſt Catholica, ꝑ tex. Paſce oues, &c.

AD QVID EXTENDATVR tex. Paſce &c.

POTEST & aliter (ſecundum doctores aliquos) bene, ſi tamen declarandorum ibi declaratio connectatur, exponi ille tex. Paſce agnos, & oues meas. Vt dicamus. Licet omnium Chriſtianorum, inter quos proculdubio aliqui ſunt reprobi finaliter, iuxta illud Matth. vigeſimoſecundo. Multi ſunt vocati, pauci vero electi, cura hic commiſſa intelligatur Petro, ſoli tamen prædeſtinati (qui ſoli agni communiter in ſcripturis accepti, & oues, CHRISTI ſunt) explicantur paſcendi a Petro. Porro hoc non facit Dominus, vt denotet, ſolos prædeſtinatos pertinere ad Eccleſiam militantem hic Petri commiſſam cum non poſſit negare ſcriptum, ſecundo Timo. 2. qui pluries contrarium aperte docuit (vt patet in Euangeliis de Sagena Matth. 13. de bonis, & malis ad nuptias congregatis Mat. 22. de decem virginibus, ca. 25. de duobus exiſtentibus in vno lecto, mola vna, vno agro diuerſos fines ſortientibus Luc. 17. de ipſiſſima Chriſti duodena familia, Eccleſiam Catholicam in primis repreſentante, cuius familiaris vnus erat diabolus Io. 6. de &c.) ſed illud de prædeſtinatorum tantummodo nominatione fecit Dominus, vt monſtraret per hoc; ad quem finem principaliter & tendit ſuiipſius inſtituentis vicarium, & tendere debet inſtituti vicarij, intentio. Ac ſi aperiendo literalem ſenſum verborum ſuorum, dixerit Petro, ideo de ſolis prædeſtinatis ego paſcendi ſimulque regendi officium tibi committens expreſſam mentionem facio, vt hinc agnoſcas, quod huc maxime tendit paſtoralis officij, & curæ, inſtitutio præſens, vt prædeſtinati paſtu & regimine ſpiritus ſeruentur, & perducantur ad beatitudinem. Nec nouum eſt hoc, quod a nobiliori parte ſola, etiam ſi aliæ partes adſint, fiat denominatio: cum (vt docet Philoſophus) vnumquodq; videatur illud, quod eſt pręcipuum in eo. Sic dictum quoq; legimus, Gen. 14. Da mihi animas, ideſt homines, & iudicū ca. 5. Obtuliſtis animas veſtras, ideſt voſipſos, ad periculum, & 4. Reg. 7. Animas, i. ſemetipſos, tantum ſaluare cupientes, & Leu. 2. 4. 20. Anima, quæ &c. .i. homo, qui &c. Porro partem in Eccleſia nobiliorem eſſe prædeſtinatos docuit ipſe Chriſtus & Apoſtolus per hoc, quod omnia fieri propter electos indicauit, Matt. 24. Mar. 13. item 2. Tim. 2. Cęterum, vt adhuc melius ex ſcripturarum more capias præmiſſum illorum verborū Chriſti ſenſum, audi ſimile duplex. Vnum eſt Matt. 24. Mittet Angelos, & congregabūt electos eius a quatuor &c. Nunquid non congregabūt etiā reprobos? Vtique, cum & hi ſint ſuſcitandi, & coram iudice comparituri Mat. 25. Sed a nobiliori tantum, tanquam a magis intentio, expreſſit denominationem ca. 24. Secundum ſimile eſt, Heb. 1. In miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. i. prędeſtinatorum. Nunquid non mittuntur Angeli in miniſterium etiam eorum, qui hæreditatem ſalutis non capiunt, ideſt reproborum? Vtique, cum ſingulis etiam reproborum, etiam Antichriſto, detur a Deo Angelus cuſtos, id quod eſt ipſos Angelos

Nobilioris partis expreſſio nō infert excluſionē partis ignobilioris.

gelos

Digitized by Google

gelos in miniſterium damnandorũ mitti 1. quæſt. 112. art. 1. q. 113. ar. 2. 4. Verumtamen a nobiliori tantum parte, ſicuti a magis intenta, expreſſam mentionem fecit ibi Apoſtolus.

I L L V D, in tex. M E O S, dicit rationem formalem, qua & Chriſtus vult paſci agnos a Petro, & Petrus eſt in conſcientia ex hoc eius mandato aſtrictus paſcere illos. Ac ſi apertius dixerit ei: Paſce agnos, & oues, non qualicunque ex ratione motus, ſed ex hac, quia mei, & meæ ſunt, hoc eſt, ex charitate ad me. Ecce, ꝙ nulla merces, nulla mercedis expectatio, nulla Petri vtilitas, nullum eius commodum, proponitur ei, ſed ſolus charitatis amor erga Chriſtum affertur, vt ratio motiua paſcendi oues, & agnos, ipſius tex. Paſce, ſignificat tria (ſecundum Concilium Florentinum) .ſ. paſcere, regere, & gubernare, tex. oues, agnos, vniuerſalem Eccleſiam, & alius tex. Dixit Simoni Petro, non ſolum ſingularem perſonam Petri, ſed etiam perſonam vniuerſalem. i. perſonam cuiuſcunque in Petri officio ſucceſſoris. Vnde & inferendum eſſe reſtat (iuxta idem Concilium): quod quilibet ſucceſſor Petri (Hic eſt Romanus Pontifex, ex quo Petrus illic & reſedit, & moriendo ſedem reliquit) habet primatum ſuper totum mũdum, & in ipſo Petro accepit plenariam hic a Chriſto poteſtatẽ paſcendi, regendi, & gubernandi totam Eccleſiã. Porro Florentini Concilii, quaſi ex induſtria hunc tex. Paſce oues &cęt. exponentis, verba ſunt hæc. Definimus, ſanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem, in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Pontificem Romanũ ſucceſſorem B. Petri principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem, ac Doctorem exiſtere, & ei in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernandi, vniuerſalem Eccleſiam a Domino Noſtro I E S V C H R I S T O plenam poteſtatem traditã eſſe. Quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum Cõciliorum, & in ſacris Canonibus, continetur. Hæc Concilium Florentin. tum ex Latinis, tum ex Græcis, Patribus vnanimiter congregatum, ſeſſione vltima in literis ſanctæ vnionis. (Mirabile hoc, non prætereundum, hic de victoria veritatis, vigilanter aduerte, quod præmiſſa ſacræ fidei definitio fuit primum facta a Patribus Græcis, inter ſe ſolos. Nam ante illas ſanctę vnionis litteras, circa finem eiuſdem vltima ſeſſ. videbis, ꝙ Græci coram ſuo ipſorum Imperatore, in palatio videlicet ei Florentiæ aſſignato conſiſtentes, poſt multam diſputationem ad inuicem præhabitam, & librorum ſuorum Doctorum Græcorum reuolutionem, A B S E N T I B V S L A T I N I S (inquit translator, Græcus, & ipſe) eadem hæc, quæ ſupra, de Romano Pontifice, tanquam ab ipſa veritate coacti, inter ſeſe inuicem concluſerunt. Poſt autem ipſam a ſe factam deciſionẽ patribus Latinis notificarunt, & ſic ex cõmuni omnium conciliari concilio decretata fuit, atque locata ibi, vbi titulus eſt: Litteræ ſecundæ vnionis.)

Expoſitio tex. Paſce oues &c. per Concilium Flo. pulcherrima, & uſque ad vnũ apicẽ veriſſima.

Magna eſt veritas, & preualet.

D E C L A R A T I O
cuiuſdam præmiſſorum.

TRES denique illi actus ex concilio in tex. Paſce &c. incluſi, ſ. paſcere, regere, & gubernare, poſſunt reduci ſummatim ad duos tantum, maxime cum & gubernare videatur tandem eſſe idem, quod regere, & textus Euangelii Græcus ſecundo loco dicat in tex. Rege, licet in primo, & tertio loco dicat in tex. Paſce. Per duos igitur actus illos, ſcilicet paſcere, & regere, voluit Chriſtus indicare Petro vniuerſa officia neceſſaria animabus, eaque ab eo ex charitate (vt ſupra ex textu diximus) eſſe exercenda. Paſcere enim eſt prouidere de cibo ouium, agnorum, id eſt de cibo animæ opportuno: Regere autem eſt prouidere ouibus & agnis educendo, introducendo, ſtabulando, & alia etiam faciendo, quæ in Ezech. 34. deſcribũtur, hoc eſt, Regere eſt, gubernare animas ſecundum quod expedit ſaluti animarum ipſarum. Ex eodem quoq; tex. Paſce, Rege, oues &c. datur ſub nomine agnorum, & ouium, intelligi, quod regimen Petri & inſtitutum ad hoc, vt ſit regimen hominum ſecũdum ſe inermiũ, appetentium paſci, & regi a paſtore, id eſt exiſtimantium ſe non poſſe ſemetipſos per ſe paſcere, aut regere (contra

ſuperbos,

Modus certus non admiſſendi in ſeipſo ullā hæreſim.

ſuperbos, præſertimq; contra hæreticos,] ſed oportere ſe regi, & paſci .i. nolentium viuere ſecundum proprium caput, ſed eligentium actualiter omnino viuere ſecundum ſanctam obedientiam alterius. ex quo textu conſequenter etiam a Domino innuitur, quod nullus vnquam de Eccleſia ſua poterit egredi cadendo .ſ. in hæreſim, quā diu voluerit, paſci, & regi a Petro .i. ſtare ſub obedientia eius, & è contra .ſ. quod origo omnium errorum in fide eſt recedere ab obedientia Petri. Item. Dicens in tex. Paſce, Rege, notificat qualitatem regiminis .i. qualiter ſe habere debeat Petrus in gubernatione Eccleſiæ, quod videlicet ſit ſuum regimen vtens baculo paſtorali; non ad percutiendum, ſed ad dirigendum oues, & qualificatum alijs conditionibus requiſitis ad bonum paſtorem, tum Ioan. 10. tū Matth. 18. prædictis explicite, hicque implicite neceſſario ſubintellectis. Cæterū, antequam conditiones illæ exprimantur, aduertas, ter dici in tex. Paſce: & ſic exponi, paſce .ſ. vitæ exemplo, paſce .ſ. ſanæ doctrinæ verbo, paſce .ſ. temporali ſubſidio. Primum quidem paſce, ſic exponendum eſſe docuit Apoſtolus 1. Tim. 4. Exemplū eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate, ſecundū vero paſce, Hieremias ex perſona Domini loquens cap. 3. Dabo vobis paſtores ſecundum cor meum, qui paſcent vos ſcientia & doctrina. Tertium autē paſce, Ezechiel c. 34. Nonne greges paſcuntur a paſtoribus? Veh paſtoribus, qui paſcebant ſemetipſos: Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Dicit ergo tex. paſce .ſ. vt paſtor bonus oues meas, triplici pabulo.

Cōditiones denique illæ regiminis Petri qualificatiuæ ita vt Petrus ſit paſtor bonus, ſunt Ioan. 10. Proprias oues vocat nominatim; Ante eas vadit; Animam ſuam dat pro ouibus ſuis, item Matth. 18. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus. Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo. Vide tu per teipſum in illis locis Ioan. & Matth. ipſarum ſingillatim conditionum intelligentiam, & ſenſum earum, tanquā in hoc tex. Paſce &c. de neceſſitate ſubintellectarum, applica huc de regimine Petri. Interim nunc ſummatim accipe, quod paſtorem bonū vocare nominatim oues proprias, eſt, illum diligenter agnoſcere vultum pecoris ſui, [quod aut nō, aut vix, poteſt ſine reſidentia. De qua Concil. Tridentin. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1.] Ante eas ire, eſt, illum docere vita ſua, magis quam lingua, populum ſuum de via ſalutis. Animam ſuam dare pro ouibus, eſt, illum expendere omnia ſua, etiam corporalem uitam, ſecūdum quod opus fuerit, pro ſpiritualiter ſaluandis populis ſibi commiſſis. Alligare pertinaces Eccleſiæ ſubditos, eſt, illum ſuperioritatis ſuæ Eccleſiaſticæ uim coactiuam, ſimulque ſalubriter vindicatiuam ſeu punitiuam oſtendere in practica, hoc eſt, excōmunicare eos, qui ſe dignos excommunicatione puniri fecerunt, id quod eſt, eos arcere à caulis ouium, ne illorum contagioſo conſortio periclitentur oues. Vides ergo ex his conditionibus in præſenti tex. Paſce &c. (vt dictum eſt) neceſſario ſubintellectis, quod in iſto paſtorali regimine Petri cointelligitur etiam hoc .ſ. ſeruare agnos, & oues à Lupis, Leonibus, Vrſis &c. prout ex debito officij decet paſtorem ſeruare gregē ab his. Ergo Petrus maxime, & proportionaliter minores prælati tenentur ex hoc mandato Domini, paſce &c. tueri ſeu defendere, inquātū, pōt, populū ſuum à conuerſatione &c. Luporum, Leonum, Vrſorum .i. hominum irrationabiliter viuentium; & ad perditionē animarū (non ita rerum, & corporum) varijs modis tendentium .ſ. falſa doctrina, peruerſis ſtudijs, malis inſtitutis, ſuaſionibus, libris, epiſtolis, moribus, exēplis &c. Ac ſi conformiter ad ſuperius de paſtore bono ſcripta Ioan. 10. dixerit nunc Dominus, paſce &c. ita etiam quod cum videris lupum uenientem non dimittas oues, & fugias (ſicut mercenarius, & qui nō eſt paſtor,) ſed reſiſtas viriliter illis, & latronibus, atque furibus, qui veniunt occulte ſeu violenter, occultādo .ſ. doctrinā ſuam falſam ſub ſpecie veritatis, adijciendoq; tot media, vt quaſi vim inferant mētibus hominum, quos ſeducunt. Itaque omnib. his reſiſtas, nihil vnquām in me dubitās, quoniam ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua; & confirmes fratres tuos .i. digne paſcas oues meas, defendendo eas ab omni aduerſariorum incurſu Luc. 22.

Regimen Petri, & proportionaliter aliorū prælatorū quale eſſe debeat. Ex Ioā. 10. 21 Matth. 18

Hæc

Digitized by Google

Hęc omnia hic ſubintellecta ſunt neceſſario à Chriſto, utpote ab eo iam de paſtore prædicta, & ipſi Petro.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Petrum ſolum (ad differentiam.ſ.coapoſtolorum,) demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. Simon Ioannis diligis me, plus his? Iterum; Simon Ioannis diligis me? Tertio; Simon Ioânis amas me? Adeo enim per iſtas vocum differentias Petrum diſcreuit ab alijs, & per hoc, ſe loqui ſoli Petro manifeſtauit, vt nihil ſupra. Ecce. Simon, eſt nomen Petri antiquum ideoque toti Iudeæ notum, Ioânis eſt nomen patris eius naturalis (quod per diminutionem vulgatam aliàs dicebatur Iona Matth. 16. Bar.i. filius, Iona) quo etiã nomine facit differentiam huius Simonis à Simone Cananæo Matth. 10. Diligis, eſt verbum numeri ſingularis perſonam illam ſecundam; ad quam fit ſermo, indiuidualiter deſignans: Plus his, eſt comparatio Petri dilectionem conferens ad omnes alios coapoſtolos. Vbi vides aperte per hæc quattuor diſtinctiua perſonam Petri indiuiduam, non qualitercunque, ſed ad digitum, demonſtrari. Et, vt proteruos quoſque præuiſos de hoc manifeſte conuinceret Chriſtus, vltimum illud diſtinctiuum, quamuis tria præmiſſa ad diſtinguendum Petrum à cæteris ſuffeciſſent, appoſuit, velut irrefragabile quoddam efficaciſſime obſtruens os loquentium iniqua. Et vere ſic eſt. Nam comparatio facta in tex. Plus his.i. plus, quã hi, non ex accidenti aliquo, ſed ex propria comparationis natura, cõuincit, quod ipſe Chriſtus alloquitur Petrum; prout diſtinguitur à reliquis Apoſtolis. Quo videlicet tam inſigni diſtinctiuo voluit clare cognitum fieri omnibus recta ratione, ſaltem tenuiter, vtentibus, paſtoralem officium, de quo mox locuturus erat, commiſſum eſſe ita Petro, quod nulli alij Apoſtolorum. Solum ergo Petrum (vt dicebat ſecunda pars concluſionis,) excludẽdo quoque expreſſe omnes, & ſingulos, alios (id quod importat illa comparatio) ſuũ eſſe Vicarium generalem per hæc declarauit.

Porro ad maiorem adhuc & ſuæ voluntatis præmiſſæ expreſſionem, & ipſorum proteruorum conuictionem, addidit ſecũdo, & tertio, eandem interrogationẽ Dominus dicens in tex. Simon Ioannis diligis me? Simon Ioannis amas me? Cæterũ noli mirari, ſi in hac ſecunda, & tertia, interrogatione non vides repeti illam comparationem tex. Plus his, quoniam & ad conſeruãdam modeſtiam animi Petri in ſuo primo reſponſo clauſam, & ad faciliorem intelligentiam iſtarum duarum interrogationum dãdam Petro, factum eſt hoc.i. comparatio non eſt repetita. Vis: videre Petri modeſtiam illam? Pondera ſuũ reſponſalem primo tex. Etiam Domine, tu ſcis, quia amo te. Nam dicendo etiam Domine, affirmat quæſitum ſibi à Domino propoſitum: dicendo, tu ſcis, affert in teſtem affectus proprij ipſum Dominum confitens per hoc illum eſſe ſcrutatorem cordium, ideoque & cordis ſui: Dicendo, Quia (.i. quod ſæpiſſime enim in ſcripturis ſumitur quia, pro quod) amo te, explicat, quod ſua affirmatio illa, etiam Domine, cadit tantum ſuper primã quæſiti partem .i. ſuper, Diligis me, non ſuper plus his. Refugit enim Petrus & præ ſua modeſtia affirmare, ſe diligere Chriſtũ plus, quam alij coapoſtoli, & præ ſua prudentia, negare hoc ipſum, cum reuera neſciret cor aliorum .i. an ſic, vel plus, aut minus, diligerent Chriſtum. Ideoque per explicationem hanc, Amo te, inſinuauit tacite, quod refugiebat reſpondere ad ſecũdam interrogationis partem .ſ. plus his, ne aut temerarius & præſumptuoſus affirmando, aut falſarius & mendax negando, videretur & eſſet. Ecce ergo modeſtia animi Petri, quam videre volebas, & quidem duplex. Vna, honorando magiſtrum per tex. Tu ſcis.ſ. ſcientia ſpeculatiua, qua noſti omnia (1.q.14.art.9.10.11.12.13.) & practica, qua cauſas.i. facis res, huncque meum in te amorem (1.q.14.art.8.16.) altera modeſtia, honorando condiſcipulos per ſilentium ad tex. Plus his. Nota ergo conſequenter humilitatis Petri virtutem in tex. Tu ſcis, quia amo te, quoniam ſic dicendo confitetur, amorem ſuum erga Chriſtum non eſſe à ſeipſo.i. non eſſe cauſatum à ſe, tanquam de ſuo (contra ſuperbam arrogantiam Pelagianorum,) ſed eſſe à Chriſto cauſatum in ipſo, à Chriſto

Primo.

Quia, pro q ſumitur frequẽter.

videli-

Apoſtolus Petrus dãnat ꝑ tex. Scis, quia &c. ſuperbiam Pelagianã.

videlicet infundẽte illum amorem in voluntatem ipſius Petri, ſimulque faciente, quod ipſa voluntas Petri concauſet actiue eundem amorem, acceptando.ſ.libenter illum ſibi infuſum, & ſpirando.i.dirigendo, prout decet, eundẽ in ipſum Chriſtum. Alioquin, ſi non ſic adiuuaretur ſpeciali auxilio voluntas à Chriſto, non tantum non aſſentiret ei infundenti, acceptãdo.ſ. libenter amorem ſibi ab eo infuſum ſed etiam diſſentire.i.recuſaret acceptare illum. Libera.n.eſt voluntas ſemper & ad aſſentiendum Deo eam in bonum vocãti, ac mouenti, non quaſi ex ſeipſa hoc poſſit, ſed quia ſpecialiter adiuta a Deo (contra eoſdem Pelagianos,) & ad diſſentiendum ex ſemetipſa eiuſdem vocationi ac motioni Concil. Trid. ſeſſ.6.c.5. Cano.4. Vnde ſi Chriſtus, poſtquam primo excitauerit, vocauerit, ac mouerit, non ſuperaddat auxilium ſpeciale, ſed eam ſibi dimittat, tunc voluntas ex ſeipſa (quandoquidem prona eſt ex ſe ad malum Geneſ. 8.) Deo excitãti, vocãti ac mouenti dicet illud Iob 20. Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Petrus ergo per illum tex. Tu ſcis, quia amo te, vult dicere: Amorem tui.i. quo ego amo te, tu cauſaſti in me [nam ſcientia Dei eſt cauſa rerum, 1.q.14.art.8.] ſimulq; feciſti, ꝙ ego actiue aſſentiendo acceptarem illum a te. Alioquin ſi tu cauſaſſes ipſum amorem in me & non feciſſes, ꝙ ego concurriſſem actiue ad aſſentiendum receptioni talis amoris à te mihi gratis infuſi, nunquam verũ eſſet, ꝙ ego amarem te, quoniam meum amare te, dicit (vt patet) actionem meam erga te, quam vtique non feciſſem, niſi te faciente eam in me.i. niſi te operante in me, ꝙ ego ad ipſam actionem eliciẽdam cooperarem tibi. Iſte eſt ſenſus verus, & apertus Beati Petri in præmiſſo tex. Tu ſcis, q.a.te: per quem veraciter & amorẽ, quo diligit Chriſtum, dicit eſſe ſuum.i. à ſe per uolũtatem libere aſſentiente à Deo acceptum, necnon à ſe actiue elicitum (cõtra Lutherum actiuitatem liberi arbitrij negantem:) & amorem ipſum immo (ut à ſimili loquamur) quicquid boni ibi, uel alibi eſt, non eſſe de ſuo, ſed a Chriſto, fatetur (contra Pelagianum ſupercilium veracis humilitatis huius inimicum.) Veracem hanc humilitatem eſſe docuit Concilium Arauſicanum his uerbis Cano 9. Quoties bona agimus: Deus in nobis, atque nobiſcũ, vt operemur, operatur. Hæc ibi. Docuit & hoc idem Concilium Trid. ſeſs.6.cap. 5. Adulti vocantur, vt, per Dei excitantem, atque adiuuantem, gratiã ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratię libere aſsentiendo & cooperando, diſponantur. Hæc ibi. Docuit & hoc S. Thomas, 1.2.q.113.ar.3. Ita Deus infundit donum gratiæ iuſtificantis, quod etiam ſimul cum hoc mouet liberum arbitrium ad acceptandum donum gratiæ. Hæc ibi.

Petrus Apoſtolus vna ſuia textuali cõdemnat Lutherũ, & Pelagium.

Secundo.

DE comparatione, plus his, non repetita in duabus vltimis interrogationibus dicebatur, quod hoc factum eſt etiam ad faciliorem intelligentiam de hic interrogatis dandam Petro. Credidiſset enim Petrus hoc falſum.ſ.ꝙ ſua modeſtia, qua nõ reſponderat ad comparationem, non placuiſset Chriſto, ſi comparatiuam illã particulã, plus his, replicari ab eo in aliqua interrogationem vltimarum. Ideo ibi Dominus dicens, diligis me, non repetit ſecũdam particulam.ſ. plus his, ne incurreret Petrus in illius falſitatis credulitatem, & vt intelligeret repeti ab ipſo Domino interrogationem propter ſolam particulam primam.

DE TEX. DILIGIS ME? DVbium, cum Reſpon. optima.

INDOCTI, & inſtabiles, quorum eſt præ ſua ignorantia & inſtabilitate deprauare ſcripturas ad ſuam ipſorũ perditionem (ut habetur ex teſtimonio Beati Petri Apoſtolorum principis 2. Pet.3.) cõquiſierunt nodum in ſcripto.i. dubitationem confixerunt in re omnino indubitabili. Nec mirum. Excęcauit enim illos (ꝙ eis familiare eſt) malitia eorum Sap. 2. qua primatum B. Petro, ſucceſsoribuſque eius in pręſenti tex. Paſce oues meas, aperte à Domino collatum inuident vſque ad mortem. Obnubilare ergo, qui potius de medio tollere, eum volentes annituntur, prout ſuæ mentis confuſio eos furere facit, in vnum ſenſum confundere duas ſententias, ideoque duos ſenſus textuales.ſ. Diligis me? paſce oues meas. Sic igiẽ obijciunt. Chriſtus non dixit Petro, paſce &c.

niſi

niſi poſtquam eum ſe diligere audiuit (ut apertius ordo textus docet:) ergo nõ fecit Petrũ Vicarium ſuum, niſi quatenus charitate veſtitum, ergo perſona ſucceſſoris .i. perſona Romani Põtificis, ſi non ſit in charitate, non eſt Papa, hoc eſt, nõ eſt verus Chriſti vicarius. Ad huius obiectionis ſolutionem facilem pro fundamento ſtabili accipiendum eſt ſuperius dictum .ſ. ꝙ textus illi ſunt duo, & cõſequenter diſtinctim cõſiderandi ſeorſum, & non tanquã vnus confundendi. Ideo autem ſunt duo, ſeorſumque diſtinctim .i. tãquam duo, cõſiderandi, quia ſecundum intentionẽ Domini illos proferentis, q̃ intentio duplex erat, attendendi ſunt, & ponderandi. Intendebat ſiquidem Dominus manifeſtare, ſe Petro dare duas res, non autem vnã tãtum .ſ. paſtorale officium (vt putat obijciens.) Quæ erant illæ res duæ? paſtorale officium, & bonum vſum talis officij. Patet .n. quod ipſe, cum de eo ſcriptũ ſit Iſai. 48. Ego Dominus docens te vtilia, intẽdebat vtilitatem Petri in officio eidem collato, hoc eſt, intendebat, ꝙ Petrus tale officium ad ſuijpſius vtilitatem exequeretur, id quod eſt, vti bene officio illo. Porro ſicut Petrus non poterat ſine Chriſti beneficio illud officium (quod eſt generalẽ vicariatum habere, ita nec eiuſdem vicariatus vſum bonum ſine Chriſti dono. Vtrũque igitur Chriſtus tũc habiturum Petrũ demonſtrare volebat, ſicut & in textibus illis re vera demonſtrauit. Nam charitas, de qua loquit̃ in tex. Diligis me, facit bonũ vſum officij in Petro, & poteſtas, ſiue iuriſdictio, gubernãdi Eccleſiam, de qua loquitur in tex. Paſce oues meas, eſt illud officiũ, ſuper quod cadit ille bonus vſus. Nec hoc eſt nouum in dictis Dñi a ſcriptura narratis, ꝙ .ſ. [vt inde pateat, ipſum eſſe illum, de quo ſcriptum eſt Deute. 32. Dei perfecta ſunt opera] dum loquitur de aliquo beneficio, loquatur ſimul & de bono vſu illius beneficij, [ad ſignificandum quoque, ꝙ Deus, quando confert aliquod beneficium alicui, cõfert ẽt, quantum eſt de ſe, eidem bonum vſum illius beneficij ſeu facultatem ſufficientem bene vtendi illo beneficio.] Quod .n. id non ſit nouum patet ex illo eius dicto Ioan. 20. Accipite Spiritumſanctum, quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis. Ecce, ꝙ ibi cum poteſtate, quam donat, remittendi peccata, loquitur ſimul & de bono vſu illius poteſtatis, qui ſubintelligitur ibi, Accipite Spiritumſanctum, cum ipſe bonus vſus depẽdeat à Spirituſancto. Veruntamẽ quis neſciat, ꝙ ſacerdotes etiam mali, qui procul dubio nõ habent in ſe Spiritumſanctum remittunt peccata, quando intendunt ſm intentionem Eccleſiæ, abſoluere a peccatis pœnitentes? 3. de Sacram. q. 64. art. 5. 8. Alioquin, cum nemo ſciat, ſacerdotẽ abſoluentem habere in ſe Spiritumſanctũ, ſeu (quod in idem redit) eſſe in gratia Dei ſequeretur, ꝙ nemo ſciret, ſe eſſe abſolutũ a peccatis, ideoque ꝙ nemo poſſet dicere, nihil mihi conſcius ſum, & conſequenter ꝙ omnes neceſſario fere eſſent deſperati. Quorum tamen inconuenientium nullum ſequitur, ſi verus textui illi Ioan. 20. detur ſenſus, videlicet ꝙ bonus vſus poteſtatis illius ſacerdotalis ponitur ibi Accip. SS. ad ſignificandum, ꝙ illum vſum deberent habere ſacerdotes, ſi volunt ſibijpſis vtiliter exequi poteſtatem ſuam, non autẽ ad ſignificandum, ꝙ ſacerdotes illam poteſtatem non habeant, ſi illum bonum vſum nõ habeãt. Adeo ꝙ ſit hoc pro regula firma: Carentia boni vſus poteſtatis non tollit poteſtatem ab eo, qui habebat illam (nec enim poteſt, vt ordo rerum naturaliũ docet,) ſed tollit vtilitatẽ poteſtatis propriã .i. facit, ꝙ illam ſuã poteſtatem inutiliter, immo & pernicioſe, pro ſeipſo quis exerceat. Nam mali miniſtri adminiſtrãdo ſacramenta, immò ẽt tangendo ex ſuo officio res ſacras, peccant mortaliter, & toties, quoties, 3. de Sacra. q. 64. art. 6. Dixi, ꝙ præmiſſam nunc regulam ordo rerum naturalium docet, qm̃ priora in his rebus non tollũtur per abſentiam poſteriorũ .i. poſterioribus ablatis adhuc priora remanent. Animal .n. remanet tum in intellectu tum in re exteriori, ẽt ꝙ rationale ibi nõ ſit (vt patet in boue,) & remota qualitate albedinis a pariete, adhuc remanet in eo prior quãtitas, & ſuperficies. Sic ergo vſu bono poteſtatis amoto, remanet adhuc poteſtas, cum vſus poteſtatis ſit illa poſterior (vt de ſe patet,) & qui negant hoc, ordinis etiam naturalis ſunt deſtructores.

Xpo, Petro ſe duas res dare innuit in textibus.

Deus donat bonũ vſum deni ſui, contra Pelagianos.

Regula vniuerſalis, & naturalis.

Conformiter ergo ad præmiſſa, reſpõdendo obiectioni in principio factæ, negatur vltima cõſequentia .ſ. ergo perſona

Pon-

Digitized by Google

Pontificis Romani, ſi non ſit in charitate, non eſt Papa.i.non eſt verus Chriſti vicarius. Ex antecedente.n.illo.ſ. Chriſtus nõ fecit Petrũ vicarium ſuum, niſi quatenus charitate veſtitũ, non ſequitur conſequẽs hoc.ſ.perſona Pont.Rom. ſi nõ ſit in &c. Ratio illius negationis eſt, quã Chriſtus ideo non niſi veſtitum charitate, vicariũ ſuum fecit, quia poteſtatẽ ſimul cum bono ipſius vſu conferre tunc Petro volebat docens per electores vicarij ſui, quid facere debeant, non autem, quia poteſtas ſ. in ſe nõ poſſit ſine bono vſu ſtare (vt putauit obijciens.) Ex facto igitur Chriſti iſto nõ licet inferre id, quod obijciens de Romano Pontifice inferebat, ſed tñ de electoribus eius inferre licebit, quod .ſ. ipſi electores non debent in conſcientia eligere aliquẽ ad Pontificatum Romanum, niſi quem probabiliter crediderint, eſſe charitate veſtitum. Quod ſi aliter elegerint, peccabunt quidem ipſi mortaliter, vtpote cõtrauenientes Chriſto, qui electoris perſonam in hoc Euangelij loco induens cæteris electoribus vniuerſis dedit rectã normam eligendi, ſed tamen ipſe electus, ſi alia ad canonicam electionem neceſſaria concurrerint, erit verus Pontifex Romanus.i.verus Chriſti vicarius, veram poteſtatem generalis iuriſdictionis habens paſcendi agnos, & oues illius. Hoc autem ẽt tunc uerum fore intelligas, qñ ſic electus eſſet in peccato mortali etiam graui, (dempta hæreſi,) quoniam poteſtas non dependet, quamuis ornetur, à bono illius vſu (ut ſupra declaratum eſt.)

Chriſtus eligendo nunc Petrum &c. ſit forma cæterorum electorũ.

Denique contra illos indoctos in principio adductos, ſuam ipſorum ignorãtiã manifeſtius conuertas, dic eis. Si ab exiſtere in charitate depẽderet vicariatus Chriſti.i.ſi nullus eſſet verus vicarius Chriſti, niſi eſſet in charitate (vt vos ex præſenti tex. Dil.me, paſce &c. contẽditis inferre,) quis vnquam hominum cognoſceret, aliquem eſſe verum vicarium Chriſti? Quis etiam ab omnibus quoque & ſingulis electoribus vnanimiter electus, cognoſceret ſeipſum eſſe Chriſti verum vicarium? Etenim nemo poteſt ſcire, quod aliquis ſit in charitate, 1.2.q.113.art.5 & Eccleſ.9 Nemo ſcit, vtrum amorẽ dignus ſit, & Concil.Trid.ſeſs.6.c.9. Nullus ſcire valet certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſse falſum, ſe gratiam Dei eſse conſecutum. Hęc ibi Quomodo ergo ſapientia diuina, quę Chriſtus eſt, prouidiſset ſapienter Eccleſiæ de ſummo in terris paſtore dicens in tex. paſce &c. ſi nec Eccleſia cognoſceret paſtorem, ad quẽ pro paſtu ſecura recurreret, nec paſtor cognoſceret ſeipſum eſse paſtorem, qui de Eccleſia bene paſcenda ſolicitum ſe præbere deberet?

TERTIA PARS
Concluſionis.

SCILICET, In perſona Petri inſtituit Chriſtus etiam vicarium ſuum quẽlibet ſucceſsorem eius legitimum, vſquequo durabit mundus, dans Petro, in eoq; ſucceſsori eius, plenam poteſtatem paſcẽdi, regendi, & gubernandi, vniuerſalem Eccleſiam, demonſtratur ab Euangeliſta ex tex. paſce oues meas. Per hoc.n. quod oues Chriſti erunt vſque (ut patet per illud Matth.28. Vobiſcum ſum vſq; ad cõſummationem ſeculi,) & eas vult paſci à Petro (ut dicit in hoc tex.) patet, quod in perſona Petri cointelligit etiam ſucceſsorem eius, vſquequo durabit mundus. Nã manifeſtum eſt, quod illa pſona Petri in ſe conſiderata non erat vſque ad finem mundi duratura. Vnde ſi perſonam Petri in ſe tantum conſideratam alloqueretur Chriſtus, cum ait: Paſce oues meas, nõ pꝛouidiſset ſufficienter (ut intendebat) de paſtore toti Eccleſię ſuæ, ſed ſolum parti.ſ. illi, quæ fuiſset tempore Petri, & non ultra. Id quod eſset maximum inconueniẽs tum ex parte Chriſti, tum ex parte ouiũ. Ex parte quidem Chriſti, quia tunc ſapiẽtia infinita defeciſset in prouiſione tam neceſsaria, vtpote prouidens non ſufficiẽter. [Quod & impoſſibile omnino eſt, & vel ſuſpicari eſt omnino blaſphemum,] Ex parte autem ouium, quia tũc oues, vtpote ſine paſtore viſibili (quod.ſ.eſse paſtorem ſuum viſibilem natura ouium requirit) derelictę morſibus luporum & de facto paterent, & à Chriſto proiectæ uiderentur. Quam impietatem de pijſſimo Chriſto, ouiumque ſuarum amantiſſimo vſque ad mortem Ioan. 10. quis, niſi inimicus Chriſti, & omnino impijſſimus, cõcipiat? Quaſi quod dictum ſit cum limitatione Petro: paſce oues meas tibi, dum in terra

Perſonam Petri non vt in ſe tãtũ conſideratam alloquitur, &c.

terra

Digitized by Google

terra uixeris, co*tuas. Igitur ad euitanda tot, tantaque inconuenientia prætacta oportet dicere, ꝙ Petri perſonam, vt ſucceſſores etiam repræſentantem, alloquitur Chriſtus, cuius veritatis & hoc vult eſſe certum ſignum, quod non cum limitatione, ſed ſine, de ouibus dicit ei, paſce oues meas. Nobis ergo ſic (ut oportet) ponderantibus textũ hunc, neceſſarium erit imitari Apoſtolum dicendo; In Petro omnes eius ſucceſſores vicariatum Chriſti ſuſceperunt, quemadmodum ipſe Apoſtolus dixit de poſteris Adæ Rom. 5. In quo (.ſ. Adamo) omnes peccauerunt. Altera vero partis eiuſdẽ particula, ꝙ videlicet Chriſtus dederit tunc Petro, ſucceſſoribuſque eius plenã poteſtatẽ paſcẽdi, regendi, & gubernandi, vniuerſalem Eccleſiam, patet ex eodem tex. Paſce oues meas. Hoc eſt. Accipe à me ius, & poteſtatem, paſcẽdi oues meas, & ne hæc iuriſdictionalis poteſtas à te in vacuum accipiatur, paſce actualiter, quandocunq; opus fuerit, eas. Ecce, explicatus literalis ſenſus totus, qui implicite continebatur in tribus illis verbis, paſce oues meas. Nunquid poteſtatẽ, quam Petro dat, limitat? Non, ſed abſolute totam, pro officio paſcendi requiſitam ei dat dicens, paſce .i. accipe ius, & poteſtatem paſcendi. Sicut ergo non limitabatur iſta poteſtas ad oues has, vel illas, ſed extendebatur in textu ſimpliciter ad omnes. [Quod patet ex illo ſimili dicto Ioã. 10. Animam meã pono pro ouibus meis. Proculdubio, nulla excepta, licet non addatur explicite ſignũ vniuerſale hoc, omnibus,] ita quoque eadem poteſtas non limitatur in ſemetipſa, vt .ſ. ad talem, vel tantam, quantitatem coarctetur, ſed abſolute, & a Chriſto datur, & per conſequẽs à Petro accipitur. Petro, & a Petro, ergo ſucceſſori omni datur, & ab omni ſucceſſore accipitur, iuxta illud probatum ſupra, in quo omnes Vicariatũ ſuſceperũt. Porro, quod tota hic pręmiſſa Euangelici textus expoſitio ad probandum tertiam partem concluſionis ſit vera, confirmatur efficaciſſime ex Concilij Florentini ſtatuto illo: Definimus Romanum Pontificem eſſe ſucceſſorem B. Petri principis Apoſtolorum, & ei in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi, vniuerſalem Eccleſiam à CHRISTO plenam poteſtatem traditam eſſe. Hæc Concil. illud ſeſſ. vlt. (vt ſupra.)

Totus ſenſus, & pulcher, tex. paſce oues meas.

QVARTA PARS Concluſionis.

SCILICET, hoc totum de vicariatu Petri ſolius, & ſucceſſorum eius dictum tam apertiſſime, & certiſſime factũ etiam ſecundum iudicium legum humanarum, Chriſtus eſſe voluit, & fecit, vt penitus ſit inexcuſabilis ille, qui vicariatum Petri præmiſſum negat, aut etiam ſine obedienti ſubiectione ad Petrum, ſalutem ſe conſequi poſſe arbitratur, hæc inquam pars demõſtratur ab Euangeliſta ex tex. cum ergo prandiſſent dixit Simoni Petro &c. Simon Ioannis dilig. paſce &c. [Nota, quod illud ſupra in principio concluſionis capituli partibus inſertum per modum parentheſis pro correſpondentia ad tex. Matth. 16. non indiget probatione, vt patet ex terminis vtriuſque Euangeliſtarum ad inuicem collatis Ideo illud inter partes probandas non fuit quarto loco, vt forſan expectabas, adductum, neq; adducetur.] Igitur illa pars quarta, quoad eſſe à Chriſto apertiſſime, & certiſſime factam, patet ex eo, quod coram omnibus, qui prandio illi præſentes fuerant, hoc in Euangelio narratum Chriſtus egit, & tribus quidem uicibus. Cum inquit, prandiſſent &c. Simonem Petrum etiam ter confirmauit ſuum vicarium eiſdem præſentibus, & teſtibus. Secundum iudicium quoque legum humanarum apertiſſimum & certiſſimum, eſt tale à Chriſtum factum. Sufficiunt enim duo, vel tres, teſtes, iuxta leges humanas, ad hoc, ꝙ aliquid actum coram eis iudicetur publicum, & certũ, tantoque magis, quanto ij teſtes fuerint omni exceptione maiores. Hic autem affuerunt ſex, dum Petro paſtorale officiũ comiſit, qui vt inquit tex. Erant Thomas, Natanael, filij Zebedæi, & alij ex diſcipulis duo, hos vero ſex fuiſſe, præ noſtri tẽporis hominibus, omni exceptione maiores, nullus Chriſtianorum dubitat, maxime cum hi diſcipuli, & poſt reſurrectionem Chriſti fuerint in melius reformati, & ſint de prioribus Ioan. 1. 20.

Ratione, & confirmationis trina, & pluralitatis, bonitatiſq; teſtiũ certiſſim⁹ oium eſt Vicariatus Petri.

Ex hac ſtatim, quaſi naturaliter dependens, ſequitur alia concluſionis particula de

de inexcuſabilitate & negantis illum primatum Petri, & ſperantis ſine obediētia ad Petrū poſſe ſaluari. Tollit.n. tex. aliqua excuſabilitatē, & de ignorantia, q̄ñ conſtat, rē illā eſſe in aptu factā, & de ſuſpitione falſitatis, q̄ñ patet, rē illā eſſe irrefragabili certitudine ſuffultā. Ita quod et ignorantiā notorietas facti, & dubitationē indeclinabilis certitudo eiuſdē, excludit. Porro fctm̄ p̄ſens in Euāgelio ſcriptū nō pōt, nō eſſe notoriū, ſimul & indubitabile, qm̄ & cōfirmatio trina vicariatus p̄ tex. Paſce &c. Paſce &c. Paſce &c. & pluralitas magna, magnaq; bonitas, teſtium vtrunq; ipſorum manifeſte demōſtrat. Sicut aūt notorium, & indubitabile eſt per tex. p̄ſtis Euāgelij, qđ Petrus eſt Vicar. Xp̄i, ita notorium & indubitabile eſt per eoſdē tex. q̄ nemo ſperare pōt (niſi fallaciter) ſalutē verā, niſi ſub obedientia ad Petrū. Dicit ſiqdē tex. oues meas, per qđ dictum monſtrat Xp̄s, vt ēt ex ſuperius examinatis patere pōt), ſe nullas in terris habere oues, quas nō cōmittat Petro paſcendas. Nā ſi dicendo, Oues meas, non oēs, ſed aliquas tm̄, ei cōmittit, proculdubio, cum non ſpecificet, q̄ ſint ille, quæ committuntur, et quæ non committuntur ei, nihil notificat Petro, ſed eum in ancipiti, ſeu (quod idem eſt) in ſuſpēſo ponit. Id qđ, q̄tum ab ipſa luce veritatis, q̄ Chr̄s eſt, dicentem eodem Io. 8. Ego ſum lux, q ſeqt me, non ambulat in tenebris, totaliter alienum ſit, conſtat pluſq̄ manifeſte ex terminis. Petrus ergo nullas a Chr̄o accepiſſet oues paſcendas qđ eſſet, negare Euangeliū); niſi forſan oues ſibimet incognitas, & inuiſibiles, qđ eſt maximus error, cum alludat hæreſi dānatæ dicentium, Eccleſiam eſſe inuiſibilem. Si .n. ipſi Petro eſſent inuiſibiles oues commiſſe, qūo eas paſceret? Qūo impleret illud mandatum tex. Paſce etc.? Quomodo teneretur tunc Petrus reddere rōnem Chriſto in die iudicij de ouibus paſcendis ſibi ab eo commiſſis? Quam tamen rationem, ſe ſub nomine aliorum a ſe dependentium paſtorum, Deo redditorum oſtendit 1. Pet. 5. Neceſſario igitur cōcludendum ex his omnibus reſtat, quod Petro Chriſtus oues omnes ſuas, nullam excipere intendens, commiſit Petro, ac per hoc uolunt, omnes a Petro paſci, quo vtrique facto declarauit ad planum litteræ ſenſum, q̄ nullus homo eſt ouis ſua, qui non paſcitur a Petro. i. qui ſub eius obedientia in paſtu doctrinæ tum fidei tum morum, tum intelligentiæ ſanctarum ſcripturarum, viuere non vult. [Per hunc ergo tex. Paſce oues meas Chr̄s damnauit oēs ſchiſmaticos, hæreticos, infideles, & quoſcunq; qui ſub vmbra Petri ſedere recuſant.] Deniq; ad illam cōcluſionem vltimam propius accedendo, dicamus. Sicut vicariatum datum Petro eſſe notorium & indubitabile, facit, quod inexcuſabilis oīno eſt, quicunq; negat Petrum eſſe Vicarium, ita ouium oīum, nulla excepta, cuſtodiā Petro datam notorium eſſe & indubitabile facit, quod oīno inexcuſabilis eſt, & decipitur a proprio ſenſu illuſus, quicunque ſine ſubiectione ad Petrum ſalutē verā ſe poſſe conſequi ſperat.

Nullas oues i terru habet Chriſtus, quas nō cō miſerit Petro paſcēdas.

Dānatur ſchiſ. hæret. & c. a Chriſto.

CONFIRMATIO Concluſionis I.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Papa eſt immediatus Vicarius Chriſti (contra Vuiclef hæreſim): vide ex Sacroſanctis Concilijs, ſcripturis &c. definitum eſſe, in Elucidationibus 3. de ſacram. Addition. articul. numero 65. 74. 78. Quod Petrus Apoſtolus fuit verus Chriſti vicarius ab eo ſolemniter inſtitutus, & caput Eccleſiæ Catholicæ (contra hæreſim Ioan. Huſſ.): vide ex Sacroſanctis & cęt. in Elucidationibus primæ par. articulor. numero 184. Quod Pontifex Romanus legitime inſtitutus eſt verus ſucceſſor principis Apoſtolorum, & verus Vicarius Chriſti (cōtra hæreſim Io. Vueſtphali): vide ex ſacroſan. &c. in Elucid. 3. de ſacram. articu. nu. 94. Item in veritatib. aureis ſuper totā legē veterem, Leui. 8. conclu. 8. Quod Papa ſuper alios Pontifi. eſt de iure diuino, vtpote a Chriſto (per tex. Plus his) exaltatus, & quod ēt ſi ſit malus, & præſcitus eſt vniuoce, id eſt ſecundum nomen, & rem, verus paſtor (contra hæreſes Luther. et Ioann. Huſs.): vide ex &c. in Elucidationib. 3. de ſacrament. Additionib. articulorum numero 94. 168. Quod Deus poteſtatem

malis etiam hominibus dat, & conſeruat, nec propter malum ipſius vſum poteſtas amittitur (contra hæreſes Valdenſium, Anab. &c) vide ex ſacroſ. &c. in Elucid. 3. de Sacram. Addition. q. 19. art. 5. notation. 1. 2. poſt ad primum, & q. 26. art. 4. appen. Item in Veritatibus aureis &c. Geneſ. 41. concluſ. 4. & Exod. 32. concluſ. 5. Quod Beatus Petrus habuit plus authoritatis, quam alij Apoſtoli. & ſucceſſor eius plus, quam alij Epiſcopi, & ꝙ ſucceſſori eius. i. Romano Pontifici omnes iure diuino ſunt ſubiecti, & obedire tenentur de neceſſitate ſolutis, ac ideo eſt impoſſibile eſſe veram ſpem, qua quis ſperaret æternam ſalutem aſſequi ſine obedientia ad Papam. i. Romanum Pontificem [Quare? Quia ſic voluit, & decreuit Deus. Contra multorum hæreticorum ignorantes, inſtabileſque phantaſias 2. Pet. 3. doctrinas varias, & peregrinas. quibus tenemur nõ abduci Hebr. 13.] Vide in Elucid. pri. par. articulorum num. 184. & 3. de Sacram. Addit. art. num. 78. 168 33. 94. 102. 93. 94. & 1. 2. articulorum num. 513. & 2. 2. art. nu. 551. 22. 88. 888. Item in Veritatibus aureis &c. Num. 2. concluſ. 10 & cap. 14. cõcluſ. 13. 14. & cap. 27. conclu. 1. & cap. 31. concluſ. 2. & cap. 16. concluſ. 3. Item Leuitic. 8. concluſ. 8. & Deuter 17. conclu. 7. 8. 9. & Geneſ. 3. concl. 2. & c. 16. conclu. 4.

CONCLVSIO SECVNDA, Cap. XXI.

CHRISTVS maxime odit ſchiſma in Eccleſia ſua ſancta Petro commiſſa, ac ideo vnum tantummodo ſummum Pontificem in terris vſque ad mortem eſſe vult diſpliceтque multum ei, quod illo Põtifice adhuc viuente, tractetur de alio eligendo quantumcunque aliàs idoneo electoribus caro, ſanctitatiſque ſingularis viro.

PROBATIO Concluſionis.

CONCLVSIONEM hanc, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta per tex. Conuerſus Petrus &c. vſque ad tex. Sic eũ uolo manere don. uen. Quid ad te? Tu me ſequere. Ad cuius intelligentiam prænotãdũ eſt, quid uoluerit Petrus à Chriſto impetrare per id, quod dixit ei de Ioanne in tex. Domine, hic aũt quid? Vt autem de hoc plenius inſtruamur, ſciẽdum, ꝙ Chriſtus, poſtq̃ Petro cõmiſerat officium vicariatus per tex. Paſce &c. & prædixerat martyriũ per tex. Cum ſenueris alius te &c. tunc ſurgẽs è loco illo, vbi hæc duo illi dicebat, incępit ambulare, innuens Petro, vt iret poſt ipſum dicendo, ſequere me. Petrus tunc, dum poſt Chriſtum ambulare corporeis greſſibus cœpiſſet, conuerſus poſtea retrorſum (vt quãdoque fieri ſolet inter eundum) vidit Ioãnẽ Euangeliſtam, qui & ſequebatur a tergo. Hunc ergo cum vidiſſet, mox Dñm præeuntem interrogauit de illo dicens, Dñe, hic autem quid? Hoc eſt, quid erit de iſto? Reſpondit Dñs. Sic eum volo manere donec ueniã. Quid ad te, Tu me ſequere. Porro, ſi quæratur, quare Dñs poſt allocutionem cum Petro de paſtorali regimine, & de martyrio crucis, dixerit ei (ut inqt textus ibi immediatus) ſequere me, reſpondẽdum eſt, qđ per hanc corporalẽ ſequelã, quã iuſſit, voluit ẽt factis confirmare duo illa, quæ verbis prius declarauerat, & hoc vt certo certius monſtraret eſſe verum, de ſuaq; determinata intentione, illorũ vtrũque. ſ. qđ Petrus eſſet & vicarius generalis ipſius in prædicto regimine, & tandẽ crucifigendus. Adde, qđ voluit ẽt per illum tex. Sequere me, manifeſtare intentionem Petri vtrobiq;, qđ videlicet Petrus utrunque illorũ. ſ. regimen executurus erat, & mortẽ ſubiturus, ex obedientia ad Xpm, q̃ per ſequelã illã corporalẽ importari, certũ eſt. Sicut ergo factis ipſis confirmauit Xps p̃miſſum tex. paſce, &c. Alius te cinget &c. ita factis his. ſ. ſequela externa confirmauit Petrus eũ quẽ ex intimis uiſceribus ter dixerat tex. Dñe, tu ſcis, quia amo te. Ex cõtextib. igit̃ ſic (ut oportuit) declaratis cõſtat, qđ Petrus p illã interrogationẽ, Dñe, hic aũt quid intendebat impetrare a Dño, qđ Ioãnes fieret ſuus collega in officio illo vicariatus. Licet. n. poſſit quoq; hic textus interpretari de martyrio, qđ uidelicet Petrus per textũ hunc uoluerit q̃rere a Dño, vtrũ Ioãnes paſſurus eſſet mortẽ martyrij. [Quaſi tũc dixerit. Ecce: Ego ſequor te in paſſione. Hic aũt nunqd taliter morietur, tũ ſm B. Chryſo. principalius

Digitized by Google

lius intelligitur de illa vicariatus platione, Petrus.n. ſuper oēs alios condiſcipulos di ligebat Ioanē, in cuius ſignum ſemper le guntur fuiſſe ſimul, & in Euangelio Luc. 22. Ioā. 13. 18. 21. &c. & in Actib. Apoſtolorum c. 3. 8. ideo volebat habere eum ſocium in officio tali, quapropter. vt ſuum hoc intentum cum bona gratia magiſtri obtineret, dixit ei, hic autē quid? Scilicet, faciet. Veniat (quæſo) mecum, ad paſcēdū agnos, & oues, quos, & quas, cōmiſiſti mi hi. Hæc B. Chryſoſtomus in ſenſu, cuius verba ſunt hæc. Quia igitur magna Petro prædixerat Dñs, & orbē terrarū cōmiſerat, & martyriū prænunciauerat, & amorem proteſtatus eſt ampliorem, volens & Ioannem cōicatorem accipere, dixit, hic aūt quid? Quaſi dicat. Nonne eadē mecū veniet via? Valde.n. Ioannem amabat Petrus, vt per Euangelium oſtenditur corū colligatio, & i actibus Apoſtolorū. Quia vero non oportebat eos de reliquo ſibi inuicem eſſe coniunctos, quod eſſet dānum orbi terrarum, propterea Dñs dixit, ſm literam Græcā. Si eum volo manere, donec veniam, quid a te? Quaſi dicat. Opus tibi commiſſum attēde, & perfice, hunc uero ſi voluero manere hic, quid ad te? Hęc ille ſuper Ioā. Ergo ſoli Petro ſe dediſſe Eccleſiam monſtrat Chriſtus per hoc, quod nō exaudit Petrum .i. non vult, quod Ioannes ſit par Petro in vicariatu.

Orbis terrarum Petro cōmiſſus eſt, & ſoli.

Cognito igitur illo in gratiam probationis fiendæ ſuppoſito, quod requirēdū prędicebamus quid. ſ. impetrare intenderit Petrus a Xpo ſub illa interrogatione, Dñe, hic autem quid, pars prima cōcluſionis faciliter probatur, & ſic. Petrus in ſummo vicariatu exiſtens petebat a Xpo com participem [id quod erat, ac ſi viderentur eſſe ſimul duo ſummi pontifices:] At Xps hanc petitionem Petri, modo quodam increpatorio retundens, ſibi ipſi multum diſplicere mōſtrauit, ergo maxime odit Xps ſchiſma in ſua S. Eccleſia Petro cōmiſſa. Ecce probatio textualis. Maior.n. probationis huius propoſitio ſumitur, & patet, ex declarato illo tex. Dñe, hic autē quid? Nā hoc dicēs Petrus volebat ſm B. Chryſoſtomum, accipere Ioannē cōicatorē officij paſtoralis ſibi a Dño mandati. Conſtat autem, quod velle hre Ioannem cōicatorem talis officij reddit eūdē ſenſum, quē facit illa maior. ſ. Petrus in ſummo vicariatu exiſtens petebat a Xpo comparticipē [id quod erat, ac ſi uiderentur eſſe ſimul duo ſummi Pontifices.] Nā ſi Petrus intendiſſet accipere Ioānem illius officij cōicatorem .i. ſub ſe coadiutorem, Beatus ille Doctor pmiſſis ſuis verbis non ſubintuliſſet hæc alia, Eos de reliquo ſibi inuicem eſſe coniunctos, eſſet damnum orbi terrarum Patet.n. qđ pontifi. ē ſummum ſub ſe hre coadiutores non tm̄ non eſt dānoſum, ſed ēt eſt ualde vtile, orbi terrarū. Alioquin Petrus ipſe nō ordinaſſet Linū, & Cletum, q tanq̄ ſui ſub ſeipſo coadiutores, pſentialiter exhiberent oē miniſteriū ſacerdotale in Vrbe Roma populo, aliiſque ſuperi enēbus (ut hr ex Petri vita in ſūma Concil.) Ex maxima igitur dilectione ad Ioānem, & minima ambitione ad ſeipſum, volebat Petrus, eum ſibi eſſe parem in regimine paſtorali totius orbis terrarū. Porro Dñs vt probationis minor dicebat) ſibi hāc Petri petitionem diſplicere mōſtrauit per hoc, qđ modo quodam increpatorio īndit, ſic eum uolo manere, qd ad te? Qui ſane increpatorius modus apparet manifeſtius in Gręco tex. Si eum volo manere, qd ad te? Hoc eſt. Non tua intereſt, velle ſcire, qd ego apud me ordinauerim de Ioan. Ecce, qđ Xps non tm̄ non exaudit Petrum, concedendo. ſ. ei illud, qđ eum uelle impetrare ſub illa petitione ſciebat, ſed ēt per modum illū increpatorium, quaſi in occulto, ei dixit, Tu neſcis, qd petas. Et vere Petrus erat i hac ſua petitione, neſciens, qd diceret (vt innuit Xps.) Nā duos ſummos Pontifices ſimul tpe uiuentes in Eccleſia petere eſt petere illud, cuius euentus (experiētia teſte) eſt ſchiſma, vel magna ſchiſmatis occaſio. Hoc autem neſciuit Petrus eſſe venturū in Eccleſia, ſi exauditus tūc fuiſſet à Xpo, cum tamen inde poſtea euenisſet faciliime. Nam ſub exemplo illo Petri parem pontificem habentis (ſi impetraſſet) cæteris in ſucceſſu temporis patuiſſet uia creādi impune duos ex æquo ſummos Pontifices in Eccleſia, & ſic ſchiſmatibus nutriēdis fomenta darentur [cum in eiuſdem Eccleſiæ ſit, ſchiſmata tollere vt ſemp patuit de ſacris Concilijs &c. non autē fouere.] Duorum nanque ſummorum pontificum voluntates faciliime à ſe inuicē diſcordaſſent,

Dannoſū ſoret orbi terrarum eſt ſchiſma.

Minor.

Chriſtus odit ſchiſma, ut patet ex petitione Petri repulſa.

Maior.

ſent, cum à nullo ſuperiori tanq̃ oĩno libere potuiſſent coerceri, vnde voluntatum ſciſſura facta in illis pontificibus, nõ poſſet non ſequi ſciſſura magna in ouibus Xp̃i gubernatis ab illis. Per illũ ergo tex. Sic eum volo manere (.i. nolo, eum in paſtorali officio, qđ nunc tibi dedi, tecum uenire) Xp̃s obuiauit ſchiſmatibus, ne in futurum euenirent, ẽt dato, quod dubitaſſet de vniformi ſemper concordia uoluntatum Petri & Ioannis in uno ſummo pontificatu.

PROSECVTIO EIVSDEM Probationis.

AD faciliorẽ veritatis ſuper illum textum præmiſsæ intelligentiã recolendum eſt quoddam de Clemẽte poſtea factum ab ipſo Petro Apoſtolus hic adhuc in terris viuens, & præſidens, Clemẽtem ſibi ſucceſſorem in cathedra pontificali elegit, vt vniuerſam Eccleſiam, quam ipſe à Chriſto acceperat paſcendã poſt mortem ſuam gubernaret (quẽadmodum idẽ Clemẽs, in epiſtola ſua ad Apoſtolum Iacobum fratrem Dñi, explicat.) Mortuo tamen Petro Clemens ſingulari modeſtia vſus, & (vt ab authoribus probatis creditur) ex inſpiratione ſpeciali diuina ad tollendam confuſionem, quæ proceſsu temporis inde poterat in Eccleſia ſuccedere, motus non immediate poſt Petrum præfuit, ſed Linum, & Cletum, per electionẽ communem Pontifices creatos ſibijpſi voluntarie in officij paſtoralis honore prætulit. Talem horum trium Pontificum ordinem, & conſequenter modeſtiam illam Clementis ex impulſu Spiritusſancti factam, inſinuare videtur Eccleſia per hoc, quod in Canone Miſsæ, Apoſtolis ordine enumeratis, ad Pontifices connumerãdos ueniens dicit, Lini, Cleti, Clementis. Quod ſi Clemens fuiſset de facto poſt Petrum Secundus, illa ſic ordinaſset, Clementis, Lini, Cleti.] Stantibus his, quid dicemus? Quod vtrunque factum, Petri uidelicet, & Clementis, fuit bonum, licet illud Petri, ex occaſione temporum futurorum, non fuerit expediens (nam &, a ſimili, legimus 1. Corint. 6. 10. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt,) hoc autem Clementis expediens ſit iudicatum, & fuerit. Ex occaſione, inquam, temporum futurorum, quia non omnis Pontifex ſecundum mentem, licet ſecundum authoritatem, eſt Petrus. Vnde id, quod Petrus fecit ſimplici corde, Spiritu ſancto plenus, & in charitate, quæ nõ eſt ambitioſa, nec quærit, quæ ſua ſunt 1. Corint. 13. confirmatus, facere veriſimiliter potuiſset alius ex ambitione &c. ac iterũ alius, ſucceſſiueq; alius, & ſic non ad vtilitatem Eccleſiæ, ſed ad quandam hæreditariam poſseſſionem ſanctuarij Dei .i. ſedis Apoſtolicæ, proſpectum ex parentela carnali fuiſset, atque deuentum: Quo quid peius? Ne igitur tanta malorum peſtis in Eccleſiã cum tpe ſeuiret, Spiritusſanctus, cui oĩa, anteq̃ fiant, patent, fecit, vt talis via eligendi ſucceſsorem precluderetur per antedictam ceſſionem Clementis. Certum quoq; eſt, qđ Petrus ab illa electione ſucceſsoris abſtinuiſset, ſi tanta mala inde occaſionaliter ventura certo cognouiſset. Verum ex animi ſui candore Pontifices reliquos proſpiciens, ideoq; nihil mali inde naſciturum ſuſpicatus, ſibi de ſucceſsore prouidit. In hac tamen prouiſione Petrus, quatenus à Spiritusſancto mouebatur, non durationem huiuſmodi ſucceſsoris intendebat, ſed hoc vnum pro certo nobis declarare .ſ. quod in perſona ſua, quando a Chriſto ad illud regimen eſt, omnes etiam ſucceſsores ad idem ab ipſo celeſti ſunt (quod poſtea clarius aperuit ille ſpiritus veritatis per Concilium Florentinum, vt ſupra.) Non enim ſucceſſorem tantam authoritatem, quantam ipſe a Domino acceperat, ei dando (ut ex illa Clementis epiſtola conſtat) elegiſset, niſi ſe poſse facere hoc agnouiſset, & hoc vtique non cognouiſset, niſi in ſui electione a Domino illud incluſum eſse didiciſset.

Quotus de probabili mente Eccleſię Clemens fuerit Pontifex.

IN prædicto igitur exemplo, tanquã in ſpeculo, uidere poſsumus, & quo animo Petrus ſibi compontificem Ioannem voluerit per tex Domine, hic autem quid? & quare Dominus petitionem eius, quaſi indignatus, repulerit per tex. Sic eum volo manere. Animus namque Petri ſicut in illa electione ſucceſsoris ad nihil mali futuri ſciens tendebat, ſed ſolum ad quandam boni communis præſentem apparentiam, quod uidelicet ſibi fideliſſi-

De animi Petri qualitate in duplici facto.

mum

Digitized by Google

mum, Eccleſiæque tum ſanctimonia vitę; tum ſanitate doctrinę vtiliſſimum promouebat, ita in illa petitione Ioannis cōpontificis nihil mali occaſionaliter inde poſtea venturi ſuſpicabatur, ſed ſolum boni communis quandam inſtantem apparentiam attendebat, q̄ videlicet per duos melius fieret officium paſtorale, q̄ per vnū. At Chriſtus è contra Monarchicum eſſe iſtud regimen iudicauit melius, q̄ duorū, maxime cū ex dualitate ſchiſma naſci magis, q̄ ex monarchia poſſit, & ſoleat. Quia igitur Chriſtus præuidebat malum ſchiſmatis ex Petri petitione exaudita ſecuturum (vt diximus) ideo cum indignatione repulit eam, quamuis non bonum animū Petri, ſicut & quia malum ambitionis hæreditatię &c. præuiderat ex actuali obſeruantia de ſucceſſore taliter (vt diximus) electo prouenturū, ideo ſucceſſionem talem repudiauerat; quamuis non bonam intentionem Petri. Denique probationis illius textualis propoſitione tum maiore, tum minore declarata patebit concluſio ſapienti faciliter.

Monarchichum quāreſit regimen eccleſiæ.

Ex illis tex. Hic autem &c. Sic eum &c. habetur etiam ſecundum ſenſum literalem, quod nullus Apoſtolorum erat par Petro in regimine Eccleſiæ, hoc eſt, quod ſolus Petrus inter Apoſtolos erat Papa. i. Summus Pontifex, ſic ordinante, & irreuocabiliter cōfirmante Chriſto. Adeo. n. odiuit, & ſe odiſſe monſtrauit Dominus ſchiſma in Eccleſia, vt ab omni ſpecie ..., quæ poſſet occaſionaliter aliqua ſchiſmata ibi generare[id quod eſſet, ſi duo æquales Pontifices eodem tempore inuenirentur]& reuera abſtinuerit, & ſe abſtinuiſſe per tex. Sic eum volo manere (vt ſupra expoſitus eſt) declarauerit. Cæterum de ſchiſmate quid ſit, quantum malum ſit & quis uere dicatur ſchiſmaticus: fideliſſimum Eccleſię catholicæ Doctorem, cui a domino de tota eius doctrina dictum eſt, Bene ſcripſiſti de me Thoma, videas in ſecunda ſecundæ, quæſtione trigeſimanona, ar. primo, ſecundo, tertio, quarto, item vide omnino (vt omnia recte de hac materia percipias) librum, qui dicitur, Veritates aureę ſuper totam legem veterem Leuitic. capite vigeſimoprimo, concluſ. 2. per totum.

De ſchiſmate tractatur in libris &c.

SIC EVM VOLO MANERE. Quid ad te ... ?

LATINI Patres, quamuis in textu Græco legatur, ſi eum volo &c. prælegerunt, hanc ſniam enunciare per, ſic. Quamuis autem hoc videatur quibuſdam minus bene factum, vtpote & varians ſenſum literalem, & ab originali textu (nam Euangeliſta noſter ſcripſit Græce) diſcordans, tamen qui conſulto idipſum de ſi, in ſic, mutatum a patribus diligenter cōſiderabit, non vituperabit factū, ſed cōmēdabit, vtpote nec varians, ſed declarans, ſenſum literalem, nec textum Græcum eſſe falſum affirmans. Variabatur ſenſus ſecundum illas ſuperficiem tantum literæ attendētes, quoniam a ſuſpenſiuo. ſeu dubitatiuo, modo fiebat tranſitus ad modū loquendi aſſertiuum, de diſcordantia uetito literarum, ſic a ſi, patebat. Nam propoſitio hac, ſi eum volo manere, neque affirmat, neque negat, actum volitionis, ſed ſuſpenſiue loquitur de actu illo, ita vt dubitare quis poſſit ad vtranque partem. ſ. an illam propoſitionem dicens velit, aut non velit, determinate. Ex quo etiam hoc aliud ſequitur, q̄ ſ. nondum perfecta eſt ſententia dicendo, ſi eum volo manere, ſed neceſſario ad ſui perfectionē expectat aliquid aliud, puta quid ad te, ita vt ſub vnica tantum periodo dicamus, ſi eū volo manere, quid ad te? Propoſitio autē illa, ſic eum volo manere, affirmat actum voluntatis determinatum, & facit in animo auditoris perfectam ſniam, non expectando ad ſui perfectionē aliud, ita ut nō ſub vno, ſed ſub duplici periodo dicamus, ſic eū volo manere. Quid ad te? Porro à Latinis conſulto facta mutatio ſuperficiales has omnes difficultates ſoluit. oīa clara relinquens, ſi eam, non ad taxandū de falſitate Græcum textum, ſed ad declarandum illum, fuiſſe introductam (vt fuit) diligenter conſideremus.

Proprietas dictionis, ſi, quæ ſit.

Pro captu igitur veritatis præmiſſorū ſciendum eſt, quod Georgius Trapezuntius Græcus, & in Græca Lingua doctiſſimus, in libro ad Eugenium Pontificem, examinans præſentem Euangelij textum circa ſi, & ſic, optimā vtriuſq; dictionis ꝓ loco iſto cōſonātiā demōſtrat. Dicit. n.

Regula de ſi, Græca.

quod hæc dictio, Si, apud Græcos eſt talis conditionis, videlicet. Quando coniūgitur verbo indicatiuo, affirmatiue capitur, quando autem ſubiunctiuo, ſuſpenſiue, ſeu dubitatiue. Quia igitur, Si, iūgitur indicatiuo in hoc tex. Si eum volo manere, ideo Latini patres non ex inſcitia Græcę lectionis (multi enim illorum & literas Græcas nouerant,) ſed ex induſtria regulam præmiſſam ſecuti, non ſi, ſed ſic, interpretati ſunt: ne videlicet illa particula, ſi, Græce linguæ ignaros, propter duplicem conditionis prædictæ poteſtatem turbaret, atque deciperet. Videntes ergo, ꝙ particula, ſi, in hoc textu iuncta eſt indicatiuo, quodque ideo affirmatiue, non ſuſpenſiue, tenetur, ipſi tanquam hoc declarare cupientes, affirmationem in Græco quaſi implicitam. i. Græce neſcientibus obſcuram, expreſſerunt per, ſic. Quod quidem facientes & textum Græcum ſaluarunt, dum eius verum ſenſum aperuerūt, & difficultates ſolitas naſci inter ſic, & ſi, (quæ ſupra tactæ ſunt) effugauerunt, & ab errore, qui poſſet legētibus occurrere, omnes liberauerunt, ita vt nemo ambigeret amplius Græcam quoque particulam, ſi, nō aliter, quam affirmatiue, ibi poſitam eſſe. Porro doctrinę huic ſanæ fauet etiam cōtextus dicens: exijt ergo ſermo inter fratres, ꝙ diſcipulus ille non moritur. Pōdera lector illud, ergo, ꝗ. ſ. opinio hæc fratrum ex præmiſſo tex. Si eum volo manere, ab ipſis deducitur, & vide ſimul, quod opinionem illam fratres proferunt affirmatiuam, non dubitatiuam aut ſuſpenſiuam. Non enim ex Domini verbis auditis dicunt, diſcipulus ille forſan, aut ſi Dominus voluerit, non morietur, ſed dicunt, vt in tex. Diſcipulus ille non moritur. Iſti igitur fratres. i. Apoſtoli, intellexerunt, quod Dominus in verbis ſuis præmiſſis non fuerat vſus hac particula, ſi, ſuſpenſiue, ſed aſſertiue, ut. ſ. tantundem fuerit dictū, ſi, eum uolo manere, ac ſi dixiſſet, ſic eum uolo manere, &c.

Apoſtoli ſenſum verum illius ſi, intelligunt eſſe, ſic

DVBIVM, CVM OPTIMA Solutione, &c.

PROPTER tex. Quid ad te? dubitatur apud quoſdam ſciolos, quorū proprietas eſt, ad pauca reſpicere, & propterea faciliter decipi, quorum dubitatio, licet ſecundum rei ueritatem friuola ſit, immo nulla (ut infra patebit) talis eſt. Petro commiſſa fuerat cura ouium Chriſti, per tex. paſce &c. ergo ipſi de iſta oue. i. de, &c. Ioanne, gerenti curam, per tex. Domine, hic autem quid? non debuit fieri reprehēſio per tex. Quid ad te? quaſi diceretur, cura illius ad te non pertinet. Tunc vltra, &c. Reprehenſio hæc Petri, cum à Chriſto facta ſit, non potuit non eſſe recte facta, ergo non pertinebat ad Petrum cura de, &c. ouibus, ergo per illum tex. Paſce &c. non fuit inſtitutus generalis paſtor ouiū, tanquam Chriſti vicarius. Ad iſtam eorū dubitationem, vt facilius veritas ſolutionis percipiatur, præmittenda eſt radix erroris, qua iſti cum ſibi ſimilibus decipiuntur à propria ipſorum phantaſia circa intelligentiam ſcripturarum, licet alibi eadem radix generaliter tacta fuerit. Norunt hi (nec enim poſſunt aliter, attenta apertiſſima tex. paſce &c. veritate literali vt ſupra in primæ concluſionis probatione declaratum eſt) norunt, inquam, Petro commiſſam fuiſſe curam ouium a Chriſto, ſuum vicarium ibi eum inſtituente. Poſt hanc uero notitiam legēdo inueniūt aliquem locum ſcripturarum (vt hunc ſupra adductum ab ipſis,) qui ſuperficietenus videtur contrariari notitiæ illi de vicariatu, quem, quoniam neſciunt intelligere ſecundum rectam intentionem authoris illarum. i. Spiritusſancti, qui nunquam ſibiipſi contrarius eſt, retrocedentes ad ſuam notitiam præhabitam negāt eam, vel ſaltem reuocant in dubium. Deberent tamen, ſi rationem naturalem ſequerentur, oppoſito modo ſe habere, hoc eſt, notitiam illam priorem firmiter retinere, & ex illa ſic retenta aut procedere ad inquirendū vel per ſe, vel per aliquos peritos, veram intelligentiam illius ſcripturalis loci nouiter occurrentis, ſcientes pro certo, quod uerum uero non contrariatur (ut dicit philoſophus in lib. Phyſic. & Concilium Lateranenſe ſub Leo. X. ſeſſ. 8.) aut ſaltem imitantes diſcipulos Domini humiliter de illa noua ſibi ſcriptura dicere, neſcimus, quid loquitur Ioā. 16. Reſpondetur ergo ad dubitationem illorum prædictam, & admiſſo primi argumenti antecedente. ſ. Petro per tex. paſce

Dubitatio ſciolorum videnda prudentibus.

Contra illam errorum radicē, vera medicina.

Reſpon.

Digitized by Google

ſce &c. commiſſa fuerat cura ouium Chriſti, negatur conſequentia. ſ. ergo ipſi de iſta oue .i. de Ioanne &c. Tunc vlterius. Admiſſo ſecundi argumenti antecedente .ſ. q reprehenſio illa fuit recte facta negatur conſequentia prima. ſ. ergo non pertinebat ad Petrum cura de ouibus, qua negata, mox corruit, & ſecunda conſequentia ex illa pendēs. ſ. ergo per illum tex. Paſce &c. nō fuit inſtiturus generalis paſtor ouium, tanquam Chriſti vicarius. Ratio autem iſtarum negationū eſt, quia & cura de omnibus ouibus commiſſa Petro extenditur ad id, quod reuera ſub cura non continetur, & tempus, quo talis cura exercenda à Petro eſt, non ſeruatur. Hoc eſt. Ratio negationum illarum eſt, quia non intelligitur ab illis ſciolis textus, quo Petrū Chriſtus vicarium ſuum inſtituit. Nō enim (vt ipſi ſuperficiem ſolam attendentes putant) ille intelligitur de ouium cura quomodocunque ſumpta, ſed aliter, ita vt vere exponatur tex. Paſce. ſ. modo, & tempore opportuno oues meas. Cęterum Petrus curam ſic ſibi commiſſam de ouibus paſcendis non bene ſeruauit in illo tex. Domine, hic autem quid? & ideo fuit à Chriſto merito reprehēſus per tex. Quid ad te? Non ergo illum reprehendit, quia non eſſet verus ſuus vicarius in cura ouiū habenda, ſed quia non ſeruabat modum, & tempus, quæ in vicariatu ei dato cointelligebantur. Reprehenſio igitur hęc nō infert deſtructionem, ſed potius cōfirmationem, vicariatus Petri, hoc eſt, non infert, q Petrus non ſit vicarius, ſed infert, q eſt vicarius, terminos tamen vicariatus excedere non debens (vt tunc ex aliquali ignorantia faciebat.)

De modo. MODVS paſcendi oues a Chriſto ibi cointellectus, eſt (ut etiam ſupra dicebamus) illas & verbo & exemplo inſtruere de his, quæ fidei, bonorumque morum ſunt; inſuper, ſi neceſſe ſit, eaſdem etiam ſubſidio corporalis cibi, atque veſtitus adiuuare. Porro in præſenti tex. Domine, hic autem quid? patet, quod nec de inſtructionē fidei, aut bonorum morum, nec de ſubſidio corporalis neceſſitatis, circa Ioānem ſolicitus eſt Petrus. Exit vero terminos ſibi circa curam ouium à Chriſto præſtitutos, quoniam in interrogatione hac quærit, quid nam ordinauerit Dominus de Ioanne pro tempore futuro (vt in prōptu occurrit conſideranti tex. Hic autem quid?) Vnde mirum non eſt, ſi a Domino reprehenditur in tex. Quid ad te? quandoquidem talis rei inquiſitio eſt aliqualiter de numero illarum, quarum inueſtigationem prohibuit vniuerſaliter Chriſtus dicendo Actu. 1. Non eſt veſtrum, noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Tempus quoque minus opportunum, quo talem curam habere ſe monſtrauit Petrus, dum fecit merito reprehenſione illa, Quid ad te dignum. Vicario ſiquidem nō conuenit exercere actualiter ſpecialem familiæ ſibi commiſſæ curam tempore, quo principalis, cuius vicarius eſt, præſens immediate eſt, maxime ſi talis omnia ſingillatim ad familiam ſuā pertinentia per ſeipſum videat, & prouidere velit, ac poſſit. Hoc enim. ſ. vicarium tali tempore ad curam familiæ ſpecialem ſe ingerere, facit aliqualem iniuriam illi principali domino, quaſi q eſſe ſuū præſens corporaliter nihil, aut parum, conferat cuſtodiæ illius familiæ. Quapropter videmus, vicarios hominū abſtinere prudenter à cura tali, quamuis ſibi aliàs conuenienti, dum corporaliter adſunt principales, ne ſub oculis ipſorum agentes curā talem vicarij videantur offendere ipſos, tanquam minus ſolicitos de his, quæ tunc occurrere vident circa gregem ſuum. Ex præmiſſis ergo etiam humanitus notis cōſtat, quod Petrus non debuerat, præſente adhuc corporaliter Chriſto, circa curam ſpecialem de ouibus ſolicitari, quamuis eſſet vicarius eius quoad cuſtodiam ouiū. Nam textus, Paſce oues meas, intelligēdus eſt pro tempore, quo Chriſtus erit corporaliter & viſibiliter abſens .i. poſtquam aſcenderit in cœlum. Hinc intelligens Petrus tēpus exercendi officij vicariatus ſui, ſtatim poſt eius corporalem ad cęlos aſcēſionem incœpit paſcere oues ſibi ab eo commiſſas Actu. 1. quoad ſupplendum numerum duodenarium collegij Apoſtolorum Actu 2. quoad defenſionē coapoſtolorum a perfidis eos ebrios dicentibus Actu. 3. quoad ſubſidium & corporale, ſanitatis. ſ. claudi, & ſpirituale. ſ. ſalutaris doctrinæ ad Iſraelitas Actu 4. quoad conſutationem luporum ouile Chriſti diſcerpere volentium .i. principum omnium *De tempore.*

Digitized by Google

populi Iudaici Actu. 5. quoad prouiſionem de cibo, veſtituq; corporali, ouibus debitam, dum vitæ communis, quam inſtituerat cap. 4. defraudatores. ſ. Ananiā, & Saphiram corporali morte puniuit, itē Actu. 6. &c. Item ipſe ſolus, tāquam re vera primus poſt Chriſtum paſtor ouium, mittitur à Spirituſancto ad docendas gentes Actu. 10. cui Petro, pro ſui vicariatus dignitate Angelus etiam honorem detulit per hoc, q; abſtinens ipſe à docendo Centurionem de via ſalutis miſit eū pro tali doctrina habenda ad Petrum, ibid. Mitte & accerſi Simonē qui cognominatur Petrus; Hic dicet tibi quid te oporteat facere. Denique vicariatus ſui digniſſimū executus eſt munus tunc, quando ad expugnandum Simonem magum, qui deuaſtabat principalem Eccleſiā ſibi inter omnes alias commiſſam perrexit Romā (ut patet in Prologo B. Hieronymi ſuper epiſtolas Sancti Petri.) Vide Veritates aureas ſuper legem veterem Leuit. 21. concluſ. 2. Exam. 2.

SECVNDA PARS Concluſionis.

SCILICET, Chriſtus vnum tantūmodo ſummum Pontificem in terris, vſque ad mortē eſſe vult, præſupponitur demonſtrata implicite ab Euangeliſta ex eiſdem præcedentibus textibus. Et merito. Nam ex eo, quod Petro petenti compontificem per tex. Domine, hic autem quid? (ſecundum expoſitionem B. Chryſoſtomi) reſpondit Chriſtus negatiue per tex. Sic eum volo manere, ſequitur manifeſte, q; voluntas Chriſti eſt, vnum ſolum modo Papam (qui tunc Petrus erat) in terris exiſtere vſque ad mortem, ita vt nec ad horam alter ſit ei æqualis. Et nota, quod Chriſtus ad oſtendendum ſuam voluntatem eſſe omnino in hac re determinatā, de Ioanne conſobrino ſuo, & tam caro, vt ſemper pro inſigni priuilegio ſic deſignetur (quem diligebat Ieſus) dat Petro illam negatiuam. Dicendum igitur ex textuali ad Petrum reſpoſione a fortiori eſt. Si ad volentem Petrum, quod Ioannes ſit ſibi par in pōtificatu, nō acquieſcit Chriſtus, cum tamē hic honorificus titulus magis Ioanni, quam alicui cæterorum uouē videretur à Chriſto tribuendus, ergo multo minus acquieſcet, quod aliquis alius talem cum Petro parilitatem habeat.

Hinc etiam demonſtrata implicite intelligitur concluſionis eiuſdem pars tertia ſ. multum diſplicet Chriſto, q; Pontifice ſummo adhuc viuē, tractetur de alio eligendo, quantumcunque aliàs idoneo, electoribus caro, ſanctitatiſque ſingularis viro. Talem etenim diſplicentiam ſibi ineſſe monſtrauit Chriſtus per hoc, quod Petro tractanti de alio compontifice eligendo nō ſolum reſponſionem negatiuā dedit, ſed ēt reſponſioni indignationem quandam ſubintulit, quæ innuitur in tex. Quid ad te? Quantumcunq; inquit cōcluſionis particula, aliàs idoneo, electoribus charo, ſanctitatiſq; ſingularis uiro. Patēt tria hęc de Ioanne. Nulli ſiquidē in ſacris literis, & in eius legēda (quā uocant) experto dubium eſt, q ſ Ioannes fuerit aliàs ad paſcēdas oues Chriſti, idoneus, & electoribus (qui tunc erat Chriſtus) admodū charus, & ſanctitatis ſingularis vir, virgo .n. puriſſimus ſemper fuit, ac ob id, & a Dño cęteris prædilectus, iuxta illud Prouer. 22. Qui diligit cordis munditiam habebit amicū regē, & beatiſſimæ Matri virginis pro filio ad cuſtodiā deputatus Ioā. 19. Quantæ ēt fuerit pro paſcendis ouib. ſolicitudinis, ſimul & idoneitatis patet tū ex ſcriptis a ſe in Euangelio, in epiſtolis, in Apocalypſi, tum ex multiplici fructu conuerſionis animarū in Iudæa, in ſeptē Eccleſijs Aſiæ &c. pro quibus quoque ſeipſum ad Martyrium obtulit in feruentis olei doliū miſſus ante portam Latinam, & in exilium relegatus (vt de his, alijſque patet in prologis Beati Hieronymi ſuper eius & Euangelium, & epiſtolas, & Apocalypſim. Ex præmiſſis ergo abunde patet probatam eſſe totam partem illam cō cluſionis tertiam.

CONFIRMATIO Concluſionis II.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD ſtolidiſſima, ignorantiſſima, impijſſimaque hæreſis eſt quorūdam recitatorum in Directorio Inquiſit. 2. par.

2.par.q.10. & damnatorum a Papa Gregor.XI.dicens, quod Chrs, cum Apoſtolis,Angelis,oibuſq; beatis, eſt ſchiſmaticus, & addens, qđ eſſe ſchiſmaticum eſt pfectius,q̃ eſſe catholicum: Vide ex ſacro ſanctis ſcripturis,Concilijs &c. declaratum fuiſſe,in Elucidat.2.2 art. nu.221.& 3.de ſacram.Addit.arti.nu.77. Crediderim ego, prędictos homunciones ipſius illius ſtultitiæ ſuæ, ignorantiæ, impietatiſq;, occaſionem accepiſſe ex eo,quod et Chriſtus dixit,ſe nō veniſſe in terram ad ponendum pacem,ſed gladium ſeparando. ſ.hominem aduerſus patrem ſuum, Matth. 10. & Apoſtolus diſceſſionem a Moyſe (vt dicebatur) docebat, Actu.21. Peſtifer quoque ac ſeditionem concitans ab inimicis appallabatur, Actu.24. Chriſtianamq; Religionem audierant,a perfidis vocari ſuperſtitionem, ſeu nouorum demoniorum annunciationem, Actu. 17. Et ſectam, cui ab hominibus vbiq; contradicitur, Actu.28.& prælium magnum in cęlo ab Angelis contra draconem inde exturbandum factum fuiſſe legerunt, Apocal.12. Hæc vel ſimilia non data ſed accepta, occaſio fuerunt, quod in tam horrendas hæreſes inciderent. Neſcientes.n.verum ſenſum illarum,& ſimilium, ſcripturarum,& præ ſuperbia ſibimetipſis veram earundem intelligentiā arrogātes, iōq; a ſapiētib.ſm̄ S.Eccleſ. Roma. addiſcere ipſarum veritatē dedignantes (quæ tria ſunt familiaria hęreticis,& radix oīum errorum) crediderunt, qđ gladius ille Matth. 10.diſceſſio illa, Actu.21. &c.eſſent idē,qđ ſchiſma,cum ıñ a ſchiſmate, pluſq̃ cœlum a terra,diſtent. Sicut .n.alia pax eſt bona,quę.ſ.ſm̄ Deum eſt, alia autem mala,q.ſ.contra Deum eſt: ita alia ſciſſuta (ſic.n Latine interpretaſ hoc nomen Grecum,ſchiſma) eſt bona, q̃ videlicet eſt bonorum a malis, & catholicorum ab hęreticis, cęteriſq; infidelibus, alia autē eſt mala, q̃ videlicet eſt malorū a bonis, & infidelium a catholicis. Malū ſiquidē eſt malis,qđ ſeparenſ a bonis, & malum eſt infidelib.qđ ſeparenſ a catholicis.licet bonū ſit bonis,qđ ſeparentur a malis, & bonum ſit catholicis,qđ ſeparēſur ab hrticis, aliiſq; infidelib. Pro intelligētia ergo ſchiſmatis de quo loqſ conclu ſio,et illi impijſſimi damnati quod maximum vitium eſt, videndus eſt fideliſſimus Eccleſiæ Catholicę Doct. S. Tho.2.2.q.39.ar.1.videndęq; ſimul omnino ſunt Veritates aureę ſuper totam legem veterem, Leu.21.conclu.2.per oia examina.

Mos hæreticorū radixq; omniū ruina rum.

CONCLVSIO TERTIA, Cap. XXI.

Apoſtoli non fuerunt ſtolidi, cum nolentes abiurare Chriſtum permiſerunt,ſe occidi(cōtra hęreſim Georgij David):& peccatores,vere pęnitentes ab Eccleſia ſunt recipiendi (cōtra hæreſim Nouatianorū)& pñt ab eadē ad priſtinas dignitates admitti,(cōtra hſim quorūdā.)

PROBATIO Concluſionis.

PRæſentem concluſionem, quo ad omnes eius partes, probat Euangeliſta p tex. Paſce agnos,oues meas,& tex. Hoc autē dixit,ſignans,qua morte eſſet clarificaturus Deū. Per hāc ſiq̄dē ſntam vlimā patet abunde prima pars concluſionis. ſ. q Apłi permittēdo ſe occidi potius,q̃ negarēt Dñm Chrm̄,nō fuerunt ſtolidi. Qđ .n.de occiſione Petri in tex. dr̄.ſ.qđ ipſe per talē mortem clarificauit Deum, hoc intelligitur,a ſimili, de oibus ēt coapoſtolis occiſis. Abunde, inq̃ patet, quia clarificare Deum non ıñ non eſt ſtoliditatis. (Quis.n. contrarium huius concipiat ?) Sed etiā excellentiſſimę,prudentiſſimæque ſapientiæ. Cum igitur Apoſtoli volē do occidi potius, quā negare Chriſtum clarificauerint Deum (hoc Euangelio teſte, manifeſtiſſimum reſtat,quod inde non ſtolidi,ſed ſumme ſapiētes, prudentiſſimique dicendi ſunt,& vere fuerunt.

TEX. Clarificaturus erat Deum,referē nō ad tēpus Euāgeliſtę,ſed ad tēpus Xpi tunc loquentis. Nā Petrus iā per mortem Cruci ſuæ actualiter clarificauerat Deū, antequā Ioannes ſcriberet Euangelium, quoniam ſub Nerone Imperatore Cruci fixus eſt Petrus, & Ioannes non ſcripſit Euāgelium, niſi poſt mortē Domitiani,a quo fuerat in exilium relegatus, inter quē & Neronem fuerunt multi Imperatores. Exponitur vero ſic idem tex. Qua, ideſt quali morte erat clarificaturus,ideſt clarum

Quando ſcripſit Ioan. Euan.

rum facturus, Deum. Qualitas.n.mortis,
.ſ.crucifixi, præſignificata erat in illo cõ-
tex. Alius te cinget, & ducet quo tu non
uis. Nã per cincturã, qua alius cinxit Pe-
trũ, denotatᷓ ad literã, ꝙ nõ clauis, ſed fu
nib. ipſe affixus eſt cruci. Tunc ẽt ductus
eſt ab alio, quo non volebat, qñ ibi mor-
tuus eſt. Mors nanq;, cũ ſit vltimũ.i.maxi
mũ terribiliũ, ſenſui, naturaliq; illinctui,
maxime cõtrariatᷓ, et vice verſa, i.mortem
maxime abhorret ſenſus, naturaliſq; ap-
petitus, et iõ ſicut p cincturã ligatio i cru
ce, ita p illud, Ducet, quo tu nõ uis, mors
in Cruce apte importatᷓ. Voluntas ſiqui-
dem q̃dã ſenſualitatis, et per modũ natu-
ræ, inuenitur in ſcripturis Matt. 26. Mar.
14 Luc. 22. Non ſicut ego volo. Nõ quod
ego uolo: Non mea voluntas fiat 3. de
Salu.q.18.art 2. ſecundũ quã Petrus ſine
peccato non voluit mori, qm̃ volũtas ta-
lis ad obiectũ ſuum terrificũ ſolummo-
do fertur, et nõ ſe extendit ad hoc, ꝙ mo
ri, vel non mori, ſit ſecundũ Deũ, vel con
tra Deum. Vñ non tm̃ in pſona Petri, et
ſua, ſed ẽt oĩum ſanctorũ, Apoſtolus di-
cebat 2. Cor. 5. Nolumus explicari. Eſt ve
ro alia volũtas eſſentialiter dicta [ad dĩfiã
illius ſenſualiter, quæ dr̃ voluntas per par
ticipationem, & illius actus, quo volun-
tas fertur in finem ſecundum ſe tantum-
modo conſideratum, qui dr̃ voluntas ſim
plex, ſeu voluntas per modum naturæ 3.
de Sal.q.18.ar.2.3.] quæ eſt in rõne, & ſe-
cundum quam volumus aliquid p modũ
rõnis, de qua proculdubio voluntate non
Voluntas multipliciter conſideratur.
verificatur ille tex. Quo tu non vis. Neq;
.n. Petrus, neq; a ſimili aliquis aliorũ ſan
ctorum recuſauit mortem pro Chriſto,
quin potius & Petrus, & ſimilium quili-
bet illud Apoſtoli in pſona oĩum ſancto-
rum loquentis clamabat Phil. Cupio diſ
ſolui, & eſſe cum Chr̃o. De Petro igitᷓ ſe-
cũdum progreſſum ſolummodo naturalẽ
cõſiderato intelligendus eſt ille tex. Quo
tu non vis, id quod ẽt docet ſic intelligen
dum ſuus contex. Cum ſenueris: ac ſi per
vtranque texturam dicatᷓ Petro. Sicut ſe-
neſcere tuũ ineſt tibi ſm̃ naturam, non ſm̃
electionẽ [nunq̃.n.ſeneſcere, ſed ſemper
iuueneſcere.i.in iuuentute manere, velle
hõ, ſi ſuæ electioni ſtaretur]: ita nõ vellet
tuum cingi ab alio inerit tibi ſm̃ natura-
lem appetitũ, non ſm̃ electionem ad me
relatã [Eliges.n.pro amore meo pati eĩa,
quæ paſſurus es]. Ex præmiſſis ergo bene
cõſideratis cõſtat, ꝙ in Petro, & quoli-
bet alio ſanctorũ, nõ eſt cõtrarietas volũ
tatum, dum eodem tempore volũt, & no-
lunt, aduerſitates pati, volunt, & nolũt,
mori, qm̃ hoc eorum velle, & nolle, non
attenditur ſm̃ idem [quæ eſt una cõditio
oppoſitionis contrariæ. Vt dicit Philoſo-
phus in lib. Poſt prædicam.]: ſed ſm̃ diuer
ſa. Voluntas.n.ſeu appetitus ſenſualita-
tis, et ẽt p modum naturę cõſideratus fer
tur in obiectum ſm̃ ſe, voluntas vero per
modum rõnis ſumpta fertᷓ in obiectũ ſm̃
ordinẽ.i.ſm̃ relationẽ ad aliud. Hinc fit:
ꝙ voluntas ſiui ſenſualitates, & p modum
naturæ, ſi ſibi offeratur a ui apprehenſi-
ua, ſiue ab intellectu obiectum ſecũdum
ſe delectabile (vt uita, ſanitas, cibus &c.)
ſtatim vult illud, & ſi offeratur obiectum
ſecundum ſe triſtabile (vt mors, infirmi-
tas, inedia &c.) ſtatim non vult. Quod
ſi voluntati per modum rõnis ſumptę of-
feratur ab intellectu obiectum ſecũdum
ſe quidem delectabile, ſed in ordine ad
Deum triſtabile (vt vita ſecundum mun-
dum gaudioſa, cum negatione Chriſti,
qualẽ proponebant tyranni ſanctis mar-
tyribus,) ipſa ex deliberatione conſtan-
ti non vult. & abominatur, illud obiectũ,
ſin autẽ ei offeratur obiectum ſecundum
ſe quidẽ triſtabile, ſed in ordine ad Deũ
delectabile, ſeu (quod in idem redit) ſe-
cundum ſe malum, ſed in ordine ad Deũ
bonum [vt mors violenta, cruciatibuſq;
multis comitata, cum fidei Catholicę, ſeu
etiam alterius virtutis Chriſtianæ digna
defenſione] ipſa ex deliberatione con-
ſtantiſſima vult, & amplectitur, quaſi cõ-
cupiſcendo illud obiectum.

QVO NON VIS &c. Qua morte &c.

MIRABILEM adhuc doctrinam
affert nobis Euangeliſta ſecundum
ſenſum literalem in hoc textu. Quo tu
tu non vis ſi connectatur ſequenti ſuo
contextui. Qua morte clarificaturus erat
Deum: quæ quidem doctrina, nonnul-
lis ad pauca reſpicientibus ignota, talis
eſt, & quod homo non teneatur con-
formare voluntatem ſuam Deo in om-

ni

nī volito, & conſequenter quod homo nō conformans ſuam voluntatem Deo in aliquo volito non peccat. Ecce. Petro de ſui crucifixione loquens Dominus ait, Alius te ducet, quo tu non vis, & de eodē Petro dicit Euangeliſta; Qua morte. ſ. crucis, clarificaturus erat Deum. Pondera Lector, conferens ad inuicem, hos tex. Deus vult mortem Petri, alioquin Petrus per mortem ſuam, ſeu (quod idem eſt) mors Petri, non clarificaret Deum, quia videlicet Deus non complaceret ſibi de morte Petri, Petrus autem ex alia parte nō vult mortem ſuam, teſtāte Deo ad ipſum. Quo tu non uis. Volitum vnū, quod eſt? Mors crucis Petri. Cōformat ne Deo Petr⁹ uolūtatem propriam in hoc uolito? Non, ut au diſti, qm̄ Deus vult Petro mortem crucis. Petrus non vult ſibi mortem crucis. Tenetur ne Petrus conformare uoluntatē propriam Deo in hoc volito? Non. Alioquin, ſi ad hoc teneretur, peccaret non ſic uolēdo mortem ſuam, & ſic cum in actu peccati exiſteret (nam de illo eunte ad mortem dicitur in tex. Quo tu non uis) non clarificaret per ſuam mortem Deum. Simul ergo ſtant duo hæc mira. ſ. ꝙ Petrus, dū vult aliud, quam Deus vult, hoc eſt in propoſito, dum non conformat uoluntatem propriā Deo in uolendo mori, clarificet propria morte Deum. Nunquid non Petrus in hoc eſt Deo contrarius? Non. Quomodo, niſi in hoc eſſet Deo contrarius, poſſet in hoc ſtando, per hoc clarificare Deum? Quod ſi, dum moritur nolendo mortem, non clarificaſſet Deum, Euangelium hoc eſſet falſum, quod eſt omnino tám hic, quam ubique alibi, impoſſibile.

Tenetur ne homo cōformis eſſe Deo ī omni volito?

Præmiſſorum mirabilitatem ſ. & ꝙ voluntas Petri non uolens mortem non ſit Deo eā volenti contraria, ideoq; ſit bona, & ꝙ talis voluntas non ſit Deo cōformis in hoc volito, cum tñ omnis uolūtatis bonitas dependeat ex conformitate ad uolūtatem diuinam, mirabilitatem, inquā, hāc poſſumus cōgruēter intelligere ex dictis fideliſſimi Eccleſiæ Catholicæ Doctoris, eiuſdemq; acerrimi propugnatoris, Sācti Thomæ in 1.2.q.19. Nam ibi ar. 9. inquirens, an voluntatis noſtræ bonitas dependeat ex conformitate ad voluntatem diuinam, inquit. Dicendum, ꝙ (ſicut dictū eſt) bonitas voluntatis dependet ex intentione finis. Vltimus autem finis humanæ voluntatis eſt ſummum bonum, ꝙ eſt Deus (vt ſuprà dictum eſt.) Requiritur ergo ad bonitatē humanæ volūtatis, ꝙ ordinetur ad ſummum bonum. Hoc autē bonū primo quidem, & per ſe, comparatur ad voluntatem diuinam, vt obiectum propriū eius. Illud autem, ꝙ eſt primū in quolibet genere, eſt menſura & ratio omniū, quæ ſunt illius generis. Vnūquodq; aūt eſt rectum, & bonum, inquantum attingit ad propriam menſuram. Ergo ad hoc, ꝙ voluntas hominis ſit bona, requiritur, ꝙ conformetur volūtati diuinæ, & hoc per imitationem, non autem per æquiparētiam. Hæc ibi. Inquirens aūt ar. 10. an hominis voluntas debeat ſemper conformari diuinæ in volito, ait. Dicendū, ꝙ (ſicut ex prædictis patet) voluntas fertur in ſuum obiectum, ſecundum ꝙ à ratione proponitur. Contingit autem aliquid à ratione conſiderari diuerſimode, ita ꝙ ſub una ratione eſt bonum, & ſecundum aliam rationē non eſt bonum. Et ideo uoluntas alicuius, ſi velit illud eſſe ſecundum ꝙ habet rationem boni, eſt bona, & uolūtas alterius, ſi uelit illud idem non eſſe ſecundum, ꝙ habet rationem mali, erit ēt bona. [Sicut iudex habet uoluntatem bonam, dum vult occiſionem latronis, quia iuſta eſt, uoluntas autē alterius, puta uxoris uel filij, quæ vult non occidi ipſum inquantum occiſio eſt ſecundum naturam mala eſt ēt bona.] Cum aūt uoluntas ſequatur apprehenſionem rationis uel intellectus, ſecundum ꝙ ratio boni apprehenſi erit communior, ſecundum hoc & uoluntas ferretur in bonū communius. [ſicut patet in exemplo propoſito. Nam iudex habet curam boni cōmunis, ꝙ eſt iuſtitia, & ideo vult occiſionem latronis, quę habet rationem boni, ſecundum relationem ad ſtatum communē. Vxor aūt latronis cōſiderare habet bonū priuatum familiæ, & ſecundum hoc vult, maritum latronem non occidi.] Bonū aūt totius uniuerſi eſt id, ꝙ eſt apprehenſum à Deo, qui eſt uniuerſi factor, & gubernator. Vnde quicquid vult Deus, vult ſub ratione boni communis, quod eſt ſua bonitas, quæ eſt bonum totius uniuerſi. Apprehenſio autem creaturæ ſecundum naturam ſuam eſt alicuius boni particularis proportionati ſuæ naturæ. Contingit autem,

Declarationis illorum mirabiliū via congrua.

Voluntas fertur in ſuum obiectum, ſecūdū ꝙ à ratione proponitur.

tem aliquid eſſe bonum, ſecundum rationem particularem, ꝙ non eſt bonum ſecũdum rationem uniuerſalem, aut è conuerſo (ut dictũ eſt.) Et inde eſt ẽt, ꝙ poſſunt diuerſę uoluntates diuerſorum hominum circa oppoſita eſſe bonæ, prout ſub diuerſis rationibus particularibus uolunt hoc eſſe, uel non eſſe.

Non eſt autem recta uoluntas alicuius hominis uolentis aliquod bonum particulare, niſi referat illud in bonum commune, ſicut in finem (cum etiam naturalis appetitus cuiuſlibet partis ordinetur in bonum commune totius,) ex fine aũt ſumitur quaſi ratio formalis uolendi illud, ꝙ ad finẽ ordinatur. Vnde ad hoc, ꝙ aliquis recta uoluntate uelit aliquod particulare bonũ, oportet, ꝙ illud particulare bonũ ſit Volitum materialiter, bonum aũt cõmune ſit Volitum formaliter. Voluntas igitur humana tenetur cõformari diuinæ uoluntati formaliter (tenetur.n. velle bonum diuinum, & commune,) ſed nõ materialiter (ratione iam dicta) Sed tñ. quantum ad utrunque, aliquo modo uoluntas humana conformatur uoluntati diuinæ. Quia ſecundum ꝙ conformatur uoluntati diuinæ, in communi ratione uoliti, conformatur ei in fine ultimo, ſecũdũ aũt, ꝙ non cõformatur ei in uolito materialiter, conformatur ei ſecundum rationẽ efficiẽtis, quia hanc propriam inclinationem, conſequentem naturam uel apprehenſionem particularem huius rei, habet res à Deo, ſicut à cauſa effectiua. Vnde conſueuit dici, ꝙ conformatur quantum ad hoc, uoluntas hominis uoluntati diuinę, quia vult hoc, ꝙ Deus vult eum uelle. [Eſt & alius modus conformitatis, ſecundum rationẽ cauſæ formalis, ut.l. homo uelit aliquid ex charitate, ſicut Deus vult. Et iſta ẽt conformitas reducitur ad conformitatem formalem, quæ attenditur ex ordine ad ultimum finem, quod eſt proprium obiectum charitatis. Hæc ibi.

Ad hoc, ꝙ voluntas noſtra ſit recta, q̃d requiratur.

APPLICATIO DICTORVM
Ad tex.

EX præmiſſa ergo Sancti Thomæ doctrina conſtat, ꝙ Petri uoluntas deſignata in tex. Quo tu non uis, erat cõformis diuinæ formaliter, ſed non materialiter, niſi ſecundum rationem cauſæ efficiẽtis. Formaliter quidem, quia, cum talis uoluntas Petri eſſet in genere ſuo recta, & bona, ad bonum commune ordinabatur illud particulare bonum, quod Petrus, nolendo mortem, uolebat.i. uita corporalis. Rectitudo ſiquidem uoluntatis de neceſſitate requirit hanc quaſi naturalem ſubordinationem (ut dictum ibi fuit) .ſ. quod uolens homo particulare bonum referat illud ad bonum commune, imitando uidelicet naturalem cuiuſlibet partis appetitum. Vnde & in 1.2.q.1.ar.6 dr, quod quęcunque homo appetit, appetit propter ultimum finem, explicite .ſ. uel implicite, actualiter, uel uirtualiter. Quod & ibi probatur, tũ quia homo appetit quicquid appetit ſub ratione boni, quod, ſi non eſt ultimus finis, tendit ad ultimum finem, tũ quia appetibilia ſecunda non mouent appetitum, niſi ſecundum quod in eis eſt uirtus primi appetibilis.i. ultimi finis (ſicut & cauſæ mouentes nunquam mouẽt, niſi ſecundum quod mouentur a primo mouẽte.) Materialiter autem non erat cõformis Petri uoluntati diuinæ, quia (ut patet ex prædictis) Deus uolebat Petri mortem, & Petrus ea uoluntate, qualem ſuprà declarauimus, ſuam mortem nolebat. Secundũ tñ rationem cauſæ efficientis conſiderata hæc ipſa uoluntas Petri, erat conformis diuinæ uoluntati (ut dicebatur,) qm̃ hoc ſuum uelle erat ſibi à Deo conditore, inquantum creauerat in uoluntate illa talẽ inclinationem, qua obiectum ex natura ſua triſtabile fugeret abſque ullo peccato. Cæterum, ut adhuc præmiſſum de Petro tex. Quo tu non uis, amplius & certius intelligas, recordare, Chriſtum etiam noluiſſe mori, ipſomet ſic de ſenſualitatis, & naturæ ſuæ uoluntate uerbis & factis.ſ. ſudore ſanguinis cõteſtãte, Matth 26. Mar. 15. Luc. 22. quam uoluntatem, proculdubio certiſſimum eſt & nullum ſic faciẽdo habuiſſe peccatum, & nullam contrarietatem ad ſuæ rationis uoluntatem importaſſe, 3. de Sal. q. 18. ar. 5. 6. Ille ergo tex. Quo tu non uis, non impedit hunc tex. Qua morte clarificaturus eſſet Deũ ideſt non facit quod Petri mors non clarificet Deum.

Eſt nõ cõformis & conformis Deo volũtas ſenſus, & naturæ Petri.

Porro, cum Deus ſecundum ſe nullius auxilio quippe qui bonorum noſtrorum

non

non eget Pſ.15. ſit clariſſimus, non apparet hucuſque quomodo Petrus morte crucis clarificauerit Deũ. Vt igitur appareat aduerte, quod clarificare Deum, intelligi pōt dupliciter, uidelicet ſm ſeipſum, & ſm hominum cognitionem. Primũ.ſ. clarificare Deum ſm ſeipſum eſt omnino impoſſibile, quia ipſe eſt ita in ſe clariſſimus id eſt omnium perfectionum claritate ad plenam ſummitatem ſplendidiſſimus, 1. q.4. art.2. ut nihil claritatis uel ab eo ſubtrahi, vel ei poſſit addi. Secundum uero ſcilicet clarificare Deum apud homines, eſt poſſibile, quia, cum Deus non ſit cognitus à multis, puta infidelitate uel pagana, vel Iudaica, uel hæretica, 2.2.q.10.ar.5.6. laborantibus, pōt fieri ei cognitus ab aliquo veritatis prædicatore (quemadmodũ nunc uidemus factum fuiſſe olim ab Apoſtolis educendo gentes è tenebris ignorātiæ ad lumen veræ cognitionis Dei.) Exponatur ergo tex. Qua morte clarificaturus eſſet.ſ. apud homines, Deum. Mors autem Petri fecit clarum eſſe hominibus Deum, quādo edocuit homines, quod Deus erat Deus. Nam Deus (ut dictum eſt) ſecundũ ſe eſt clariſſimus, & propterea is uere dr̃ facere apud aliquos Deum clarum, qui facit eos intelligere, Deum eſſe Deum. Docuit uero Petrus morte ſua homines mundanos hanc veritatem.ſ. Deum eſſe Deũ. Cum.n. Petrus voluerit rationis voluntate deliberata mori pro cultu, & honore Dei manutenendo, nonne per hoc oſtendit hominibus, quod Deus ſolus eſt ſumme colendus, & ita ſumme, ut mors corporalis nihili pendenda ſit ad illius cultum, & honorem comparata. hoc eſt, ut magis æſtimandus ſit honor Dei, debituſque cultus, quam noſtra corporalis uita (2.2.q. 81.art.1.& q.82.83.84. articulis ſuis &c. Item. Cũ Petrus pro ueritate fidei catholicæ, qua in Deum eius authorem credimus, elegerit mori potius, quam ueritatē ipſam diffiteri, uel etiam ſuo tempore pro ſalute proximorum non confiteri, nonne per hoc mōſtrauit hominibus, ꝙ Deus in ſuis dictis eſt ſumme uerax, & ita ſumme, ut noſtra ueritas, qua uiuere nos corporaliter experimur, nihil ſit ad illam eius veritatem comparata, hoc eſt, ut non ſolũ ſpeculatiue ſed ēt practice, magis æſtimāda id eſt in maiori precio habenda, ſit ueritas fidei Catholicæ, eiuſq; defenſio, quam ueritas noſtræ corporalis exiſtentiæ, ipſiuſque defenſio, 2.2.q.1.ar.1.3. Item. Petrus, cum uoluit mori.i. perdere eſſe ſuum corporale ut conſeruaret eſſe Dei per gratiam & in anima propria, & in animab. proximorum ſuorum, nonne per hoc inſtruxit homines, & ꝙ noſtrum eſſe pro nihilo tenendum, contemnendumq; eſt, ad hunc finem, ut Deus per gratiam habitet in nobis, & ꝙ eſſe noſtrum nihil eſt, ſi cōferatur ad Dei eſſe qui ſolus uere, ac maxime proprie, per ſe eſt? 1.q.13. art.11. Mors ergo Petri fuit clarificatio Dei, inquantum illa homines [omnes quidem, quantum erat ex parte ſuiipſius, licet ſolos prædeſtinatos ad hoc, quātum erat ēt ex conuerſionis actuali efficientia] duxit ad cognoſcendum, ad colendum, ad amādum ſuper omnia Deum, ad deficiēdũq; prorſus in ſemetipſis, ut Deo per fidē, per ſpem, per charitatem magna operantem, uiuere poſſent. Exponatur ergo ſic tex. Morte clarif. eſſ. Deum.i. conuerſuris hominum ad uerum Dei cultum.

Mors Petri, aliorumque martyrũ (à ſimili) eſt magna doctrina veritatis Dei.

Proinde ex eodem tex. Clarificaturus eſſet Deum conſtat ad literā, ꝙ Chriſtus eſt Deus, non quidem Pater aut Spiritusſanctus, ſed filius. Manifeſtiſſima.n. res eſt & ꝙ homo mendacijs ſuis non clarificat Deum pp ꝙ ſignificandum dr̃, in Iob.13. Nunquid Deus indiget veſtro mendacio, vt pro illo loquamini dolos? & ꝙ Petrus eſt mortuus pp hoc, quia Romanis prædicabat (ſicut ēt alijs prædicauerat (illud ꝙ ſemel pro ſemper de ſaluatore noſtro fuerat confeſſus, Matth.16. Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Quia n hanc Petri teſtificationem, ſanctum uidelicet à Iudæis Crucifixum, eſſe Deum Dei Patris filium. audire non poterat Nero imperator, tēplorum dęmoniorum pontifices &c. ludificati a quodam Simone Mago, Actu. 8. qui Romā ſeſe iam contulerat, ideo Nero mādatũ de morte Petri dedit, ut qui gloriam crucis crucifixiq; pdicabat crucē experiretur. Cũ igiť Petrus ad mortē ſit à Nerone damnatus hac de cauſa quia ſaluatorē noſtrũ cōſtātiſſime fatebatur eſse Deũ, ſequitur neceſsario, qui ipſe, ſi de ſaluatore illud à Petro aſſertum non eſset uerum, morte propria non Clarificaſset Deum. Qm̃ ergo huius cōtrariũ dicit textus, ꝙ ſ. morte

Mors Petri ducit homines ad Deum & dicit, Xp̃m eſſe verũ Dei filium.

Digitized by Google

morte ſua Petrus clarificauit Deum, oportet ad ſaluandam huius Euangelij veritatem dicere, illud teſtimonium Petri de Chriſto fuiſſe, & eſſe, verum. Prius ergo voce, poſtea morte ſua Petrus eſt cõfeſſus Chriſtum eſſe Deũ, ita ut uox fuerit morti præuia, tanquam eius ab impijs accepta occaſio, & mors fuerit vocis approbatiua, tanquam eius apud Deum, & homines, confirmatio.

ORIGO PRIMA CLARIFIcationis huius.

SI vſque ad primam radicem expoſitionis huius tex. Morte clarificaturus eſſet Deum, penetrare volumus, oportet, ipſum exponere ſic, vt principalis nominatiuus uerbi clarificaturus, ſit Deus, & inſtrumẽtalis ſit Petrus morte ſua. Dicatur ergo, tex. Significans, qua morte Petrus. ſ. vt actiuum Dei inſtrumentum, & Deus ut principale mouens ipſum inſtrumentum, clarificaturus eſſet Deum. Vel breuius, & clarius (ꝙ ĩñ redit in idem.) Tex. Significans, qua morte &c. i. ſignificans, ꝙ per crucis Petri mortem Deus clarificaturus eſſet ſeipſum Deum. Ratio expoſitionis talis eſt, non ſolum hoc, ꝙ Deus operatur in omni operãte, 1. q. 105. ar. 5. diſponens omnia in ipſo ſuauiter Sap. 8. [hoc eſt, ſm modum ipſius operantis ita, ut ſi liberum ſit & actiuum (vt homo, & Angelus) Deo cooperetur liberè & actiuè, ſi autem ſit cõtingens vel neceſſarium, modo illo ſuæ naturæ conformi retento operetur cum Deo,] ſed ẽt eiuſdẽ expoſitionis ratio eſt hoc aliud ꝙ in clarificatione illa, de qua textus loquitur, interuenit miraculum, & miracula ſolus Deus facere põt, 1. q. 105. ar. 6. & q. 110 ar. 4. Porro, ꝙ ibi interuenerit miraculum, conſtat ex eo. ꝙ ad mortẽ Petri gentiles nõ fuiſſent cõuerſi ad Deũ [id ꝙ importat ille tex. Qua morte clarif. eſſet Deum,] niſi, ultra ipſius mortem, uidiſſent aliquid præter curſum naturæ occurrẽs circa corpus eiuſdem mortuũ, quo uiſo ad cognitionẽ Dei manuducerẽtur. (Et iſtud, ſupra curſum naturæ, eſt miraculum. 1. q. 105. ar. 6. 8.) In ſignum autem, ꝙ ad Petri mortem conuerſi non fuiſſent, niſi miraculum interueniſſet, eſt, ꝙ ipſi erant (vt patet in Petri, ſicut & aliorum Apoſtolorum, martyrumq; vitis, qui ẽt cõ ſimiliter mortib. ſuis clarificauerũt Deũ) male affecti erga Petrum viuum, & multo magis mortuum, quo malo affectu fiebat, ut à conuerſione ſua ad Deum Petri idest quẽ Petrus prædicauerat, magis elõgarentur. Vt ergo malus ille affectus conuerſionis impeditiuus ab illis remoueretur, & bonus conuerſionis promotiuus in illos introduceretur (ꝙ pro illorum ſalute neceſſarium erat) oportuit, ut à Deo ipſo, qui cognouit figmẽtum noſtrum, Pſ. 102. & diſponit omnia ſuauiter, Sap. 8. hoc eſt in propoſito, qui ſcit homines eſſe natura rationales. i. moueri demonſtrationib. ad rationem factis, diſpoſitionem illam malam expelleret inducendo bonam per ſupernaturalem (qualis Deum condecet) demonſtrationem hominibus illis oſtẽſam. Oſtenſam, dico, non tantum oculis illorũ exteriorib. ſed ẽt oculis interioribus. i. intellectui, faciendo. ſ. ꝙ intellectus ſine ulla erroris commixtione ueritatem demonſtrationis exterius oſtenſæ caperet. Nam & in demonſtrationibus naturalib. quæ alicui à ſuis doctoribus fiunt, hoc idem requiritur neceſſario, ꝙ uidelicet doctores illi, qui exterius demonſtrationes tales ei faciunt, ad hoc ẽt maxime annitantur, ut ipſe intellectu bene percipiat demonſtrationem illam, quam externis auribus ab eis audit. Cæterum dicet quis. Demonſtratio ſupernaturalis quid eſt? Eſt miraculũ. Sicut. n. demonſtratio naturalis uocatur illa, quæ fit ex ueris lumine naturali adinuentis, & ex neceſſarijs. i. neceſſario conſtringentibus ad aſſentiendum ſibi intellectum bene capiẽtem ipſam, ita illud, ꝙ nõ, niſi ex ueris à ſuprema uirtute factis, conſtare poteſt, quæ vtiq; intellectum bene id capientem ad aſſentiendum ſibi cõſtringũt, [Et hoc eſt, Miraculũ] merito uocatur demõſtratio ſupernaturalis. Ad hoc aũt, ut bene capiatur demõſtratio hæc ſupernaturalis requiritur lumen ſupernaturale [quemadmodum ad naturalis captũ, correſpondenter, requirebatur lumen naturale,] & hoc eſt lumen illud, ꝙ tãgit Pſ. 67. Dño luminis huius proprio authori dicẽs; Accepiſti dona in hominib. Quod, in propoſito tale eſt. Donum hoc datum hominibus. i. miraculum gratuito factum ad ſalutẽ hominũ, tũc bene accipit homo, qñ

Neceſſitas miraculorum poſt mortẽ Sãctorũ Petri Pauli, et ſimiliũ.

Deus

Digitized by Google

Deus accipit illud in homine. Ac ſi dicatur. Vnde fit, ꝙ homo donum Dei miraculoſum bene intelligat. i. ꝙ ex ipſo viſo ad Deum conuertatur? Fit inde, quod donũ illud, à ſe datum hominibus, Deus ipſe acceperit in hominib. homines illud accipiat. Donat igitur Deus homini & miraculũ, & quod bene vtatur miraculo. [Id ꝙ apertiſſime eradicat peſtiferam, occultamque ſuperbiam Pelagianorum. Quid. n. apertius contra illam, quam ſententia hæc, Pſ. 67. Accepiſti dona in hominibus? Vnde patet uniuerſaliter, quod non tñ dare bonum, ſed ẽt recipere bonũ, eſt donũ Dei, ne quis, cum Pelagianis ſuperbia obcæcatus, glorietur. Qui. n. dat, ipſemet accipit, ſed dat ſine hominibus, & accipit, in hominibus. Hoc eſt. Quod homines libero, actiuoq; voluntatis cõſenſu recipiant dona Dei, non eſt, niſi ex nouo dono ipſius Dei cooperantis bonum illum cõſenſum in hominum uoluntate.]

Retundi tur vento ſa arrogã tia Pelagianorũ.

Declaratum eſt hactenus, quod prima origo clarificationis Dei à Petri morte, eſt Deus ipſe, faciendo miracula ad corpus, oſſa, reliquias, Petri mortui, quib. viſis, tanquam rerum ſupernaturalium demonſtrationibus ſupernaturalibus, homines efficaciter ad veram conuerſionem moti glorificauerunt Deum per verum ipſius cultum. Porro ex his ſic ſummatim recollectis dubitare quis põt, quõ ſimul. i. eiſdẽ ſtantibus, ſaluetur verbum tex. Clarificaturus eſſet, & dicere. Miraculũ, ratione cuius Deo attributa eſt originalis illa clarificatio, non fit à morte, ab oſſib. à reliquijs, Petri, ſed à ſolo Deo, Pſ. 71. Qui facit mirabilia Solus, Ergo non Petrus morte ſua clarificaturus erat Deum, ſed Deus ſolus morte Petri clarificaturus erat ſemetipsũ. Quod ſi reſpondeas, quod licet corpus mortuum, oſſa &c. Petri, miraculum nõ fecerint authoritatiue (vt intelligit Pſalm*,) fecerunt tñ ſecundario, tanquã inſtrumẽta Dei, per quæ Deus miracula operabatur, tunc admiſſa ẽt hac reſponſione, ſtat dubium prædictum in ſuo robore. Nam hoc verbum tex. Clarificaturus eſſet, non eſt uerbum paſſiuũ (vt patet,) ſed actiuũ. non ſufficit ergo ad ſaluandam proprietatem uerbi huius textualis, quod oſſa mortua &c. Petri concurrant inſtrumentaliter paſſiue [Non. n. aliter, cum mortua ſint, concurrere poſſunt] ad miraculorum operationem, ſed ad eandem proprietatẽ ſaluandã oporteret, ꝙ actiue ad id ſub Deo principaliter agente concurrerent. Cum igitur hoc, quomodo poſſibile ſit, non videatur, reſtat & inuiſum, quõ textus præmiſſus proprie intelligatur.

Epilogus dictorũ, et dubiũ dicendorũ.

DVBII PRÆDICTI SOLVTIO Optima.

MIRACVLA etſi à ſolo Deo (ut dictum eſt) fieri poſſint, 1. q. 105. art. 7. & q. 110. ar. 4. & 2. 2. q. 178. ar. 1. tñ impetrari poſſunt ab homine vel per orationẽ vel aliàs per meritum ſaltem congrui, 1. 2. q. 14. ar. 6. ut ab ipſo Deo fiant. Item licet per mortem corporalem tempus merendi finiatur, ita ꝙ mortuus, vt ſic, nõ poteſt aliquid de nouo mereri, tñ per eandẽ mortem non finitur tempus recipiendi de nouo illud, ꝙ quis in præſenti vita meruerat, ita ꝙ mortuo homini conferri poteſt de nouo aliquid ad intuitum meriti eius antiqui i. dum in corpore viueret. Hoc. n. vniuerſaliter habemus ex illa doctrina B. Auguſtini, qua dicit. Neq; negandum eſt, defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis ſacrificiũ mediatori offertur, vel eleemoſynæ in Eccleſia fiunt. Sed eis hæc proſunt, qui, cũ viuerent, hæc ſibi, vt poſteà poſſent prodeſſe, meruerunt &c. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo poſt hanc uitã poſſit quis releuari, uel grauari &c. Hoc meritum ẽt ſibi quiſq; cũ in corpore viueret, cõparauit, vt ei poſſent iſta prodeſſe. Nõ. n. omnib. proſunt. Et quare non omnibus proſunt, niſi pp differẽtiã uitæ, quã quiſq; geſſit in corpore? Hæc illẽ in Enchiridion, c. 18. Ex his igitur & de miraculo, & de merito præmiſſis, facile ſoluitur dubitatio præinducta. Reſpondetur nãque, ꝙ Petru mortuus concurrit actiue ad miraculũ circa oſſa &c. eius factum. Nam Petrus mortuus dũ in corpore viueret, meruit vel aliàs impetrauit, ꝙ pro ſalute aliorũ talia miracula à Deo fierẽt ad reliquias ſuas poſt mortẽ. [Nec hoc, de tali eius merito &c eſt uerẽdũ in dubiũ, cum multa meruerit &c. Petrus, quæ ſcripta nõ ſunt.] Qñ igitur ad reliquias Petri ſuſcitatẽ mortuus, illuminatur cæcus, uel ſanatur leproſus &c. tunc Petrus mortu* ex merito antiquo ſuo .i. dũ viueret in corpore cõcurrit

In præſenti vita meritum omne & eſt. et finitur.

acti-

actiue inſtrumẽtaliter ad operãda illa miracula: qm̃ id eius meritum, ſiue etiã aliàs impetratio ad hoc, proceſſit actiue ab ipſo Petro per ſuum liberum arbitrium. Talem quoq; actiuitatem reliquiarum Petri mortui (nam & in reliquiis .i. in corporeis membris poſitus meruit &c) confirmat vulgatiſſima vox hæc fidelium: Petri corpus, caput, digiti, oſſa &cęt. fecerunt hoc, & hoc, miraculum .i. ſanauerunt illũ, vel illum infirmum, claudum, dęmoniacum &cę. Cum igitur Petrus mortuus ad miracula, ex quorum ſana viſione hoĩes ad Deum conuertuntur, cõcurrat actiue, nulli recta ratione diſcurrenti dubium relinquitur, quod Petrus mortuus, ut cauſa actiua, concurrit ad glorificationem Dei, ita vt vere ſecundum verbi proprietatẽ de ipſo dixerit tex. Qua morte clarificaturus eſſet Deum.

SECVNDA PARS Concluſionis.

Scilicet, peccatores uere pœnitentes, ab Eccleſia ſunt recipiendi, & pñt ab eadẽ ad priſtinas dignitates admitti demonſtratur ab Euãgeliſta ex tex. Diligis me, amas me, etc. Dñe tu ſcis, qa amo te, Tu oĩa noſti &c. Paſce oues meas. Patet ſiquidẽ & qđ Petrus fuit maximus ex genere tñ peccati .ſ. negatione Chriſti, peccator Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. et quod vere pœnitens de hoc fuit, Matt. ibi. Mar. ibi. Luc. ibid. (Fleuit amare), Io. 21. (Domine, tu ſcis, quia amo te), et quod a Chriſto capite Eccleſię, quem ideo Eccleſia imitari debet, receptus eſt, ad priſtinãque dignitatem, quam promiſerat ei, Mat. 16. (Aedificabo etc. Dabo etc. Quodcunque ſolueris etc.) reſtitutus Io. 21. (Paſce agnos etc.) Cæterum, cum omnia clara ſint, unum dictum cõcluſionis ſolummodo, in quo tota vis huius negocij pendet, examinandum diligenter eſt. ſ. vere pœnitentes. Quis igitur eſt vere pęnitẽs? Eſt ille, quę ex toto corde ſuo ad bonam vitam viriliter inchoatam cum firmo ꝓpoſito perſeuerandi, ſuperaddit vindictã priorum ſuorum delictorum. Vnde eſt, ꝙ vere pęnitẽs duo hęc .ſ. ꝓbitatẽ illã, illãq; vindictã, dẽt neceſſario hẽre? Ex obligatione ſua ad Deũ. Aliter quippe obligamur Deo, rõne bñficiorum acceptorũ, & aliter, rõne peccatorum cõmiſſorum, qm̃ rõne bñficiorũ debemus ei gratitudinem & probam vitam, rõne vero delictorum pęnitentiã .i. vindictam de peccatis. Hãc .n. dñam docuit B. Hier. cõtra Iouinianũ, li. 2. c. 47. epiſ. 6. dicens. Aliud eſt, pęnitentẽ eſſe, & lachrymis veniam deprecari: aliud, ſemper eſſe cũ patre, quod eſt, probe viuere. Et idẽ, in regula monachorũ, ait. Saccus, & ieiunium, arma ſunt pœnitentię. Ieiunium curat vulnera delinquẽtis, curatoſq; ſanctificat. Ieiunio paſſiones corporis, oratione peſtes ſanãdę ſunt mentis. Talem quoq; pœnitentiam commendat Chriſtus Luc. 10. loquens de Niniuitis, qa hanc ab eis factam in ieiunio, çinere, & ſacco, teſtat̃ Ionas propheta c. 3. Vnde & B. Aug. ad idem, in ſerm. de pęnit. dicit. Nõ ſufficit, mores in melius cõmutare, et a ꝑteritis malis recedere, niſi etiam de his, q̃ facta ſunt, ſatisfiat Dño ꝑ pęnitentiæ dolorem, ꝑ humilitatis gemitum, per cõtriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis, et ieiuniis. Rurſus idem in lib. de pęni. Pęnitere eſt pęnam tenere, vt ſemper puniat in ſe vlciſcendo, qđ cõmiſit peccando. Pęna .n. ꝓprie dicit̃ lęſio, q̃ punit, vindicans, quod q̃lq; commiſit. Ex his itaq; patet, ꝙ pęnitentia eſt vindicta ſemper puniens in ſe, quod dolet cõmſiſſe. Qualis autẽ eſſe ipſa vindicta debeat, declarat B. Amb. li. 2 de pęn. c. 10. dicens. Renunciandum eſt ſeculo: ſomno ipſi minus indulgẽdum, quam natura poſtulet. Interpellandus eſt gemitib. Deus: interrumpendus eſt ſuſpiriis, ſępe rogandus orationib. Viuendum ita, vt vitali huic moriamur vſui. Seipſum ſibi hõ abneget, & totus mutetur. Declarat & B. Chryſ. eiuſdem vindictę qualitatem, de pęnit. homil 41. Sic dicens. Pęnitentẽ, iraſci nõ oportet, neq; ſeuire, ſed cõteri, tanquam cõdenatum non hñtem fiduciam, tanq̃ iudicatum reum, tanq̃ ex ſola ſaluatoris miſericordia debentem, tanq̃ ingratũ erga bñfactorem redargutum, tanq̃ immundũ, & reprobum, tanq̃ innumeris dignum ſupplicijs. Si hęc cogitat, nõ iraſcetur, non indignabit̃: ſed lugebit, et flebit, gemet, et cõqueretur, per noctem, & diẽ. Pęnitentem nunq̃ oportet obliuioni peccatum tradere, ſed Deum quidem rogare,

Vere pœnitere qd ſit.

Vindicta pœnitentialis deſcribitur.

Digitized by Google

re, ne eius meminerit, ipſum vero ipſius nunquam obliuiſci.

Ex præmiſſis omnibus patet, quis ſit ſenſus illius particulæ concluſionis. ſ. vere pęnitentes. Neque. n. omnes pęnitentes, ſunt vere pęnitentes. Vnde ſimul etiam patet, ꝙ aliud eſt probe viuere, & aliud, pęnitere, iuxta illud B. Chryſoſtomi, homil 80 ad populum; Non à priſtinis tm̃ malis deſiſtere, ſed ẽt meliora ſequi officia, dicitur pęnitentia. Dicendum ergo inde erit, ꝙ vita illa proba quæ neceſſario requiritur ad ſalutem & eſt obſeruatio mãdatorum Dei, Matth. 19. Si vis ad vitã ingredi, ſerua mandata, non ſufficit pęnitẽti. Vltra. n bonam illam vitam exigitur à pęnitente condignus planctus præteritæ conuerſationis, & cætera, quæ ſupradicta ſunt. [Exemplum huius pęnitentiæ ſit B. Maria Magdalena, in hoc, quod quot in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta (ut dicit B Gregorius homil. 33.) In cuius non ſufficientiæ ſignum, eſt Luc. 15 quod iuſti, qui vtique indigent manere ĩ bona vita, nõ indigẽt pęnitẽtia.

Quod & quõ, bene viuere nõ ſufficit pœnitenti.

RADIX VERÆ POENITENTIÆ.

Chriſtus non admittit Petrum ad priſtinam dignitatem, antequã ipſum inueniat vere pęnitentem (vt volebat vniuerſaliter concluſio, (ſm̃ quod ex Euangelico textu conſtat. En ordo textualis. Primo Dominus dicit Petro, Diligis me plus his? Secundo reſpondet Petrus. Tu ſcis, quia amo te. Tertio Dominus eum ad priſtinam dignitatem admittit dicens, Paſce agnos, & oues, meas. Quem ordinem non duplicatum ſolummodo, ſed etiam triplicatum, habes in textu. Vt videlicet hinc ad literam ſignificetur, quod diligenter, diligentius, & diligentiſſime, examinãdum eſt ab Eccleſia Chriſti capitis imitatrice, utrum quis ſit uere pęnitens, antequam ab ea ad honores priſtinos, ſeu dignitates, admittatur, maxime autem, quãdo in tali admiſſione illius concernitur ſalus, ſeu periculum ſalutis, aliorum. [Vt. ſi ille ſit futurus aut priceps ſecularis Chriſtianorum, aut prælatus Eccleſiaſticus.] Agebatur ſiquidem, in admiſſione Petri, de ſalute aliorũ, vt patet per illud, Paſce oues &c. unde à ſimili cointelligitur idẽ ꝙ ſupra, eſſe modo illo examinãdũ ẽt de ſeculari principe in prædicto caſu. Proinde cur examinãdo Petrũ apponit in tex. Plus his? Vt per hoc ſignificetur ad literã planam, quod à peccatore maiore debet exigi pęnitentia maior. Ex Euãgelio quippe conſtat, Petrum fuiſſe cęteris coapoſtolis peccatorem maiorem, ex genere tamẽ peccati (vt ſupra dictum eſt,) qm̃ non ſolũ capto Dño, ſugit Petrus, ut alij, ſed ẽt eũ negauit, ꝙ non fecerunt alij Matth. 26. Sicut ergo ipſe plus alijs peccauit, ita ab eo plus alijs de pęnitentia requiritur. Ponderandum quoq; eſt in Petri examinati reſponſo illud de tex. Tu ſcis. Ad cognitorẽ porro cordis cum reſpondens dicat, Tu ſcis, ſe ex intimo corde amare eum, per dictionem hanc additam, proteſtatur Petrus. Per hoc ergò ad literã ſignificari, ꝙ cordialis debet eſſe peccatoris pęnitẽtia, cordialemque eam eſſe, examinator cognoſcere debet, quantum ſibi poſſibile eſt, antequam illum ad priſtinam dignitatem vel ẽt abſolute ad dignitatem ſuper alios admittat. Ponderari quoq; in tali caſu voluit Chriſtus, ꝙ coram cæteris tale Petri examen fecit (vt patet in tex. Cũ ergo prandiſſent, dixit Simoni Petro &c.) vt ad literam ſignificaret, ꝙ eorũ, qui publice peccauerunt debet publice pęnitentia conſtare, ne ſcandalum aliquod de illis remaneat apud alios priorum delictorum eorum conſcios, antequam ad dignitates, & honores priſtinos ab Eccleſia admittantur. [Ad præmiſſa de peccatoribus an vere eos pęniteat de malis quæ commiſerunt, & de alijs multis, quæ neceſſaria ad illam concluſionis ultimam partẽ ſunt, iuuabit vehementer videre veritates aureas ſuper totam legem Veterem, Leu. 13. concl. 2. 3. 4. 5. & c. 14. concl. 1. 2. 3. 5. & c. 15. concl. 1. 2. Ex doctrina veritatũ harũ proportionaliter cognoſcere poteris quid vniuerſaliter de peccatoribus circa occurrentes materias dicendum ſit, quãuis inibi ad literam locutio fiat tm̃ de hereſi & hæreticis. De hac ẽt re. i. de reſtitutione pęnitentis ad dignitatem, uide omnino 3. de ſacram. q. 89. ar. 3. notando diligentiſſime ultima uerba, in reſpõſione ad ſm̃ ſcilicet experti, ut Credo &c.

Pœnitẽtiã maiorẽ tenetur facere peccator maior.

Plurimũ neceſſaria eſt hæc allegatio.

Cæterum dicet quis. Examinatũ in præſenti Euangelico textu fuiſse de pęniten-

Digitized by Google

tia Petrum, hucuſque dictum eſt. Quo, cũ nec vllum verbum de pęnitentia in eodẽ textu legatur, præmiſſa de Petri pœnitẽtia verificari põt? Modo illo, quo dicit philoſophus: Totam arborem eſſe in radice. Radix quippe ſola in actu eſt in potentia tota arbor. Porro ſm hoc philoſophicum dictum ſequitur, ꝙ qui tractat de arboris radice tractat fundamentaliter, ſeu tanq̃ in fundamento, de tota arbore. Sic igitur in propoſito. Radix optima verę pœnitẽtię eſt charitas. Optima, inquam, quia per charitatẽ peccatũ ꝑp ſeipſũ .i. ꝑp Dei offenſam, & peccati turpitudinẽ, diſplicet peccatori. Dixi quoq;, Radix optima, ad differẽtiã radicis bonæ, ſed nõ optimæ. i. timoris ſeruilis, quo peccatũ propter ſupplicia peccatori diſplicet, ſeu (quod in idem redit) quo quis timore ſuppliciorum a peccatis retrahitur 3. de ſacramen. quæſt. 85. arti. 5.

APPLICATIO &c. Ad Petrum.

RElinquitur ergo ex præmiſſis clarũ, quod in tex. Diligis me plus his, Dominus examinat Petrũ de pęnitentiã peccati eius, ſciens, & per hoc docens nos, ꝙ pęnitentia eſt proportionaliter tanta, quanta fuerit charitas, a qua procedit. Sicut.n. ipſa ex charitate profluit, ita maior, uel minor, ſm cõmenſurationem ad virtutem charitatis eſt. Additur etiã pro ſigno talis examinis, ibi a Dño facti, ꝙ ter ipſum de dilectione interrogat, ſicut Petrus ter illum negauerat, vt vel hinc agnoſcamus, ꝙ ad Petri pęnitentiã oſtendendam ſufficienter ab ipſo eſſe factam ordinauit Dominus totum hoc examen, antequam eum ad priſtinam dignitatem reciperet. Quam pęnitentię ſufficiẽtiam oſdit et eſſe perfectam per hoc, ꝙ mortẽ pro ſui dilectione ſubiturum ex volũtate rationali ſenſualitatem ſuperante Petrũ declarauit in tex. Alius te cinget, & ducet, quo tu non vis. Notorium ſiquidem abſq; dubio eſt, ꝙ perfectiſſime dilectionis ſignum hoc eſt, aliquem mori ꝓ amico ſuo, iuxta illud Ioan. 15. Maiorem dilectionem nemo habet, q̃ vt aĩam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Pęnitentiam ergo Petri de trina negatione ſufficientiſſimam eſſe monſtrauit Dñs per tex. illum, & hæc demonſtratio ab ipſo facta eſt in virtute charitatis, tanq̃ in optima radice pęnitẽtię, qua charitate pro ſe amico moriturum Petrum teſtatus eſt. Charitas nãque amicitia eſt inter Deum, & hoĩem, qua .ſ. vterque alteri tanq̃ amico amicus eſt. Vnde Charitas importat tria .ſ. beneuolentiam, qua vnus alij vult bonũ, & redamationem .i. mutuã amationem, qua amicus eſt amico amicus, & ideo cõicationẽ, qm̃ mutua beneuolentia fundatur ſup aliqua cõicatione. Porro, amor, quo bonũ volumus alicui ꝑp ſeipſũ cũ mutuo amore fundatus (vt patet) ſup cõicatione aliqua, puta ſanguinis (vt inter conſanguineos) vel parentelę (inter affines) vel viuendi ſm talis aut talis regulę inſtitutum (vt inter regulares talis aut talis ordinis) vel militiæ (vt inter commilitones) vel &c. amor, inquam, talis habet rõnẽ amicitiæ, non autem concupiſcentię, quo rebus amatis non volumus bonum, ſed earum bonum volumus nobis (vt quando amat quis vinum, piſces &c.) & ſi his coniungas, quod cõicatio ſuper q̃ talis amor amicitiæ fundatur, attenditur in ꝑcipuis animæ bonis, tunc non ſolum habebitur ibi rõ amicitiæ, ſed etiã amicitiæ in ſummo gradu honeſtæ. Et ſi adhuc his cõiunxeris, quod cõicatio talis conſiſtit in ſupernaturali conſortio naturę diuinæ (qd' fit in charitate): tunc habebit rõ amicitiæ, non cuiuſcunque, ſed diuinæ. Quid ergo eſt charitas, de qua Dominus Petrũ interrogat dicens: Diligis me? Eſt amicitia, non quęcunque, ſed diuina, conſequens cõicationem naturę diuinæ in creatura intellectuali, per quam charitatem beatitudinis diuinæ participes ſumus, hic in ſpe, & in patria in re.

Charitas eſt amicitia, continens tria magna bona.

Optima diffinitio Charitatis.

HÆC vero cõicatio q̃ tanq̃ ſuũ fundamentum, charitas conſequitur, exprimitur in ſacra ſcriptura ſub multis rõnibus, aliqñ ut conuiuium, aliqñ vt domeſticorum (Epheſ. 4. Eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei) aliqñ vt ſociorum (1. Io. 1. Vos ſocietatem habeatis nobiſcum) aliqñ vt fratrum (Matth. 25. Vni de his fratribus meis) aliqñ vt ſponſę, & vxoris (Cãtic. 4. Veni de libano ſponſa. ps 127. Vxor tua ſicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ) aliqñ ut pris & filiorum Matth. 20.

Digitized by Google

20 Simile eſt regnum cęlorum hōi patrifamilias pſ. 127. Filij tui ſicut nouellę oliuarum, in circuitu menſæ tuæ). Quarum expreſſionum præcipua, magiſque propria vſ iſta vltima, quæ eſt cōmunicatio pr̄is ad filios, et è conuerſo.ſ.filiorū ad patrem. Vſi er frequentiſſime Chriſtus, qua ſi talem communicationem prę cęteris valde cōmendans, patris noſtri nōie Deum vocat, cum nobis loquiť, vt Matt. 6. Pater tuus, qui videt in abſcondito. Pater nr̄, q es in cœlis. Pater veſter cęleſtis paſcit. Item c. 10. Spiritus patris veſtri, qui loqť in vobis, &c. 23 Vnus eſt pater veſter, qui in cęlis eſt. Item Mar. 11. Luc. 11. 15. & Ioan. 20. Aſcendo ad pr̄em meum, & patrem veſtrum. In hac ſiquidem, quæ eſt inter patrem, & filium, cōicatione magis ex primi vř(vt ſapiens per ſe iudicabit) & cōſortium naturæ, & reuerentia, & inæqualitas, & proportio iuſtitiæ atq; amoris, & excellentia, & relatio ad alios (puta, vt cōfratres) diligēdos, & quare diligendi ſint (puta, intuitu Dei patris ēt qđ inimici noſtri eſsent.) Ex his oībus ergo conſtat, & qđ Xp̄s per tex. Diligis me? quęrit, an ſibi amicus amicitia diuina, conſequente naturæ diuinę cōicationem, ſit Petrus, & qđ Petrus p̄ tex. Amo te, affirmat, ſe tali amicitia eſse illi amicum. Id qđ apertiſſime, tanq̄ neceſſario præſuppoſitā, importat & pęnitentiam Petri de peccato contra Chriſtum antea commiſſo, & ipſam eſse conſummatam ex amore conſummato.i. perfecto, qui charitas illa eſt.

Cōicationis charitatis varietas, & nomina, & q̄ melior.

QVALE BONVM VELIT Petrus Deo.

IN tex. Amo te, monſtrat Petrus, ſe velle bonum Chriſto, & per conſequens Deo (cum non ſolum homo, ſed etiā Deus ſit Chriſtus,) mōſtrat & ibi conſequenter a ſimili, q̄ oīs exiſtēs in charitate vult bonum Deo. Nam amare eſt idem, q̄ bonū velle, & propterea amo te, idem eſt, quod volo tibi bonū. Et quia de amore, qui charitas eſt, ibi ſit ſermo, ideo cōſignificatur ibidē, q̄ charitas eſt illa, qua volumus bonum Deo. Exponatur itaque & tex. Diligis me?.i. vis bonum mihi, & tex. Amo te .i. volo bonum tibi. Sed quale bonū charitas, ſeu in charitate exiſtens, poteſt velle Deo totius boni plenitudine per ſuperexcedentem abundantiam perfectiſſimo, 1. q. 4. art. 2. & noſtrorum bonorum non indigenti Pſ. 15. & nullius boni, quod actualiter non habeat, capaci, vt pote qui ſit & bonus, & bonum, & ſumme bonus, & ſūmum bonum, per eſſentiam? 1. q. 6 art. 1. 2. 3. Rurſus. Cum ipſa charitas nihil in uanum faciat, iuxta illud 1. Cor. 13. Charitas non agit perperam, qūo non in vanū p̄ poteſt velle bonū Deo, cui aliquid boni aduenire de nouo impoſſibile oīno eſt? Qđ ſi ex altera parte arguendo, charitatē habens non poteſt vtiliter (q̄ eſt, non agere fruſtra.i. in uanum, ſeu perperam) uelle bonum Deo, quare dr̄ & in tex. Dili. me? .i. vis mihi bonum? Et in tex. Amo te.i. Volo tibi bonum? Ergo neque charitas erit, qua amamus Deum, neque habens charitatem amabit Deū. Ergo charitas nō erit charitas, & habens charitatē non erit habens eam, qñquidem charitas eſt amor, & habens eam habet amorem. Quid ergo? Amor non erit, quo quis amat, & amorē habens non amabit? Poteſt ne amans non amare, vel per amorem, ſi amat, non amare? Neutrum plane. Porro ad ea, quę in contrarium hactenus attulit obijciens, cum fuerit prius declarata ueritas ſenſus textuum facilis patebit rñſio.

Argumenta multa contra veritatem eclusam in textu.

Textus hos.ſ. Dilig. me, & amo te, exponi debere, vt ſupra in principio ante argumenta fuerunt expoſiti, certū eſt. Cæterum, cum inde audis, charitatē eſſe amicitiam honeſti, qua Deo pp̄ ſeipſum volumus bonum, ne plus, q̄ oportet, mireris (vt fecit obijciens) quaſi q̄ hoc ſit indecens, aut impoſſibile, ſed, vt vere prudens intelligas, qđ bona Dei ſunt duplicia.ſ.q̄dam in ipſo, quædam ad ipſum. Vtraque aut bona hæc volumus Deo per charitatem, ſed diuerſimode.i. alio, & alio, ſenſu. Nā bona, q̄ ſunt in ipſo.ſ. ſua vita, ſapientia, bonitas, potentia, iuſtitia, pietas, miſericordia, & ſimilia, quæ nihil aliud realiter ſunt, q̄ ipſemet Deus, volumus ex charitate Deo, quia complacet nobis, Deū ſic eſſe, ſicuti eſt. Ita qđ exiſtens in charitate, tanq̄ ab ea motus, gaudet de his bonis cū uoluntate non tm̄ ſimplicis, ſed etiā conditionalis, cōplacentiæ dicens Deo. Ex toto corde meo, Deus gaudeo mihi, tibique cōgratulor, qđ ſis ſumma & uita, & ſapiē

Feruor charitatis congaudēs Deo de bonis i eo exiſtentibus. tia,& bonitas, & potentia,& iuſtitia, & pietas, & miſericordia, &(ut uno verbo oīa dicā) qđ ſis ille Deus verus, qui es, intantumq; cōplacet mihi totum hoc tuū bonum, ut ex voluntate mea tota uellē, ſi poſſem, dare tibi bonum hoc totum, ſi tu illud non haberes, facereq; te eſse Deum oī ex parte pfectiſſimum, ſi tu non eſſes. En, quō charitas Dei eſt, qua uolumus bonūm Deo in ipſo exiſtens. Hinc patet, qđ charitas Dei. i. qua diligimus Deum, facit cor noſtrum. i. voluntatem, ſeu appetitum noſtrum eſse rectū. [Rectitudo igitur cordis noſtri eſt effectus charitatis.] Quēadmodum. n. intellectu recto in Deum ferimur tūnc, qñ intelligimus eum eſse, ſicuti eſt, ita uoluntatem rectā erga Deum tunc habemus, cum eſt cōformis intellectui recto. i. cum uoluntati complacet, Deum eſſe, ſicuti eſt (vt exemplificauimus.) Per oppoſitum igitur voluntas illa dicet in Deū non recta. i. diſtorta ſeu peruerſa, qua alicui diſplicet Deum eſse, ſicuti eſt. ſ. oīpotentem, oīſciētem, iuſtiſſimum &c. uel ēt *Voluntas recta contrapoſita.* qua vellet, Deo auferre illa bona, ſi poſſet. ſeu (quod in idē redit) qua uellet, facere, Deū non eſse Deum, ſi poſset. [Et hęc eſt peruerſitas volūtatis Luciferi ſ. diabori cōſequenterque oīum ſibi ſimiliū. Id qđ abunde patet in Cōpendio Alberti Magni lib. 2. c. 28. i ſcholijs, per totū.] Poſtremo, reliqua bona Dei. ſ. bona, q̄ ad ipſum Deum ſunt (ut homo, regnum, obediētia, cultus, timor. amor, &, breuiter, vt oīa in gloriam Dei fiant) ex charitate volumus Deo non ſolum per complacentiam, qua de illis prioribus bonis diximus, ſed etiā per deſiderium, per procurationem, per &c. Hoc eſt. Nobis in charitate exiſtentibus, & ex char. motis, hæc Dei bona nō ſolum complacent, q; ſint, ſed ēt deſideramus, vt ſint, & augeantur (dicēndo illud *Zelus charitatis, comedit me. Pſal. 68.* Matth. 6. Adueniat regnū tuum,) procuramus, quātū poſſumus, q; ſint, gaudemus, cum ſunt, triſtamur, cum non ſunt, timemus, ne deſint, audemus, & pugnamus, contra huiuſmodi bona impedientes, & ſic de cæteris, quæ occurrerint, intuitu illorum Dei bonorum ſimiliter facimus, prout charitas Dei vrget nos 2. Corin. 5. Hęc ergo oīa pricipaliter a charitate edocti facimus, vt Deo, vel aliqua ex parte, viuamus, cui oīa oino debent, q a Deus eſt.

COROLLARIVM.

EX præmiſſis patet facilis tum expoſitio illorum Euangelicorum textuum, tum ſolutio illorum obijcientis argumentorum. Nam ſic inde exponitur ad literā tex. Diligis me?. i. vis mihi bona & in me *Primo.* exiſtentia, & ad me ordinata? Hoc eſt. Viſne, me Deum, & hoīem eſſe ſicuti ſum? Et vis honorem meum, regnum meum, timorem, amorem, cultum meum, in mundo. i. in cunctis hoībus, & creaturis, eſſe atque augmentari, & breuiter vniuerſa mihi obedire, oīaque in gloriam meam fieri? ſimiliter quoque exponitur inde tex. Amo te. i. volo tibi bona, & in te exiſtentia, & ad te ordinata. Hoc eſt. Volo: te Deum, & hoīem eſſe, ſicuti es. Et volo: honorē tuum &c. in mundo eſſe, augmentariq; vniuerſa tibi obedire, oīaque in tuam gloriā fieri: Intellige, prudens lector, illud, vis, & volo, cū hac ſubintellecta particula. ſ. vſq; ad mortem incluſiue. Porro, ſubintelligere hoc eſt hic neceſſariū, quia charitas pręponit ſemper corporeæ morti Deum, ita q; habēs charitatem, dum manet in ea, ex eaque mouetur, ſemper in præparatione animi habet potius mori corporaliter, q̄ derelinquere amorem Dei, & hoc ſuū bonum animi propoſitum de facto exequit, quotieſcunque opus fuerit. Quod quidem inſigne propoſitum charitatis Xps, ſe intellexiſſe in ſua interrogatione, & Petrū in ſua rñſione, declarauit ſpecialiter nunc per tex. Alius te cinget &c. dū Petri amorem erga ſeipſum vſq; ad mortem corporis extēdi, his verbis oſtendit, licet vniuerſaliter oī habenti charitatem intelle ſi: intelligeretur iuxta illud Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit &c. animā ſuā, non *Propoſitū charitatis* pōt meus eſſe diſcipulus. i. non habet charitatem, quę facit hoīem eſſe meū diſcipulum (vt patet per illud Ioā. 13. In hoc cognoſcet omnes, quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.)

Quod etiam ex eiſdem præmiſſis ha- *Secundo.* beatur ſolutio illorum argumentorū, patet. Nā aliud eſt, velle bonum Deo, quaſi q; addi poſſit ei ſin ſeipſum aliqua bonitas (in quo ſenſu loquuntur oīa argumenta,) & aliud eſt, velle Deo bonum. i. cōplacere ſibi de bono, quod Deus in ſeipſo habet, & procurare bonū, quod a creaturis

Deo

Digitized by Google

Deo debetur [in quo ſenſu intelligebant illi duo Euangelij textus de charitate loquentes. ſ. Diligis me? Amo te.] Primum ſi quidem horum eſt impoſſibile, vt obijciebatur, ideoque charitas, vtpote nihil agẽs perperam, ad illud volendum non extenditur, ſin vero eſt poſſibile, & a nobis ratione multiplicis gratitudinis Deo debitum, ideo charitas ad illud volendum maxime nos incitat. Hinc fit (vt ad cętera in argumentis tacta rñdeatur, quod charitatem habens bonum Deo vult vtiliter non quidẽ Deo, ſed ſibijpſi, & per conſequens charitas eſt, qua quis habens ipſam amat Deum. Sic igitur reſtat clarũ, & quod charitas eſt amor, habenſque charitatẽ habet amorẽ, & quod amor eſt, quo quis amat, amoremque habens, vt ſic, infallibiliter amat. Ex his ergo oĩbus tandem patet, primum illud intentum, quod in principio proponebatur. ſ. quale bonũ ſe velle Xp̃o ſignificauit Petrus dicendo, in tex. Amo te. A ſimili quoque patet illud vniuerſale inibi quęſitum. ſ. quale bonum velit Deo oĩs exiſtens in charitate. Ex quibus poſtremo, lector peruigil, poteſt agnoſcere, ad quantã perfectionẽ pœnitentia Petri peruenerit antequam ad dignitatem priſtinam a Chriſto admitteretur.

CONFIRMATIO Concluſionis III.

CONTRA HOSTES Eccleſiæ S. Dei.

QVOD Apoſtoli, & à ſimili, Martyres, non fuerunt imprudentes, dum pro Xp̃o occidi ſe permiſerunt. i. dum potius elegerunt mori pro amore, & honore, aut Euangelio Xp̃i defendendo, q̃ tali defenſione omiſſa, viuere, vide ex ſacroſan. Concilijs, ſcripturis &c. definitũ eſse in Elucid. 2. 2. art. nu. 96. & 3. de Sacram. Addit. art. nu. 33. 415. Itẽ in Veritatib. aureis ſuper totã legẽ ueterem Geneſ. 44. cõcl. 1. & Exod. 2. concl 4. Quod in peccatũ prolapſi, ẽt poſt baptiſmum, [non ſunt ad prædam diaboli proijciendi, ſed ad pęnitentiam admittẽdi, nam falſum eſt, eos, q̃ poſt baptiſmum peccauerunt, non poſſe pœnitere ita, vt in remiſſionem conſequãtur, ideoque falſum ẽt peccatores, imo & apoſtatas, pęnitentes uere non debere recipi ab Eccleſia, vide ex ſacroſ. Concilijs ſcripturis &c. in Elucid. 1. 2. ar. nu. 255. & 2. 2. art. nu. 22. 141. & 3. de Sacram. art. nu. 201. & 3. de Sacram. Addit. ar. nu. 260. 43. Itẽ in Veritatib. aureis ſuper &c. Geneſ. 3. concl 21. & c. 4. concl. 17. & c. 45. cõcl. 1. & Nume. 15. concl. 2. & Deut. 30. concl. 1. Adhæc proinde notato, quod in vitis Pontificum Romanorum legitur S. Fabianũ Papã & Martyrem dãnaſſe hæreſim Nouati. Eccleſiæ Romanæ presbyteri, negantis, apoſtatas, etiam pœnitentes, ab Eccleſia recipi debere. Quod poſt verã pœnitentiã ad dignitates etiã, & priſtinos honores pñt peccatores licite admitti, uide in Vitis Romanorum Pontificum. Nã ibi hr̃, qd' B. Calixtus Papa & Martyr eos cenſuit hæreticos, qui arbitrantur, ſacerdotes poſt crimen admiſſum, etiã ſi dignã egiſſent pœnitentiã, ad priſtinos honores redire non poſse. Nec obſtant Canones Cõcilij Nicęni, ſi bene intelligantur, de quibus Papa Innocentius dicit. Apud Nicænam conſtituti Canones excludunt pœnitentes ab infimis etiã officijs clericorum. Rñdet. n. his canonibus, verum eorum ſenſum aperiendo B. Aug. Bonifacio ſic ſcribens. Ne quiſq̃ poſt alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ. Alioquin cõtra claues datas Eccleſiæ diſputabitur, de q̃bus dictum eſt; Quęcunque ſolueris ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlo. Nã & S. Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiã, & tñ in honore ſuo perſtitit. Et B. Petrum, qñ amariſſimas lachrymas fudit, vtique Dñm negaſſe pęnituit, & tñ Apoſtolus permanſit. Sed non ideo putãda eſt ſuperuacua poſteriorum diligentia, qui, vbi ſaluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt; Experti (vt credo) aliquorum fictas pęnitentias, per affectas honorum pompas. Hæc ille.

ANNOTATIO PRIMA, Cap. XXI.

EXijt ergo ſermo iſte inter fratres, q̃a diſcipulus ille non moritur. Et nõ dixit ei Ieſus, nõ morit: ſed ſic eum uolo manere. Illa coniunctio illatiua, ergo monſtrat, quod illi qui hic dñr fratres a noſtro

Euan-

Digitized by Google

Euangeliſta, ideſt ſui coapoſtoli, ex verbis antedictis Domini traxerunt iſtam ſuijpſorum opinionem, quam & ſermone uocali expreſſerunt, quod uidelicet diſcipulus ille, de quo Dominus ad Petrum immediate locutus fuerat, non moritur. Traxerunt, inquam ex illius verbis hanc opinionem, cum tamen Dominus eis ſic opinandi non dederit occaſionem per ſua verba prędicta. Quomodo enim falſum cogitandi, aut loquendi, potuiſſet daré occaſionem ille, qui ſemper quantum eſt de ſe, docet nos vtilia? Iſai. 48. Qui eſt Deus ſalutarium noſtrorum, & Deus ſaluos faciendi? Pſal. 77. Qui eſt Deus non falſitatis, ſed veritatis? Pſ. 30. Acceperunt ergo Apoſtoli occaſionem illam ex verbis Domini, ſed Dominus talem occaſionem ipſis, ſic loquendo, non dedit. Ille ſiquidem dat alicui occaſionem mali, qui aliquid minus, quam deceat, dicit aut facit, ipſo ſciente. Quis vero neſciat, impoſſibile omnino eſſe, Chriſtum (vtpote Deum, a Deoque, vt homo ei perſonaliter unitus erat, indeclinabiliter efficaciſſimo auxilio aſſidue in omnibus gubernatum) potuiſſe aliquando, dicere aut facere quicquam, vel tantillum, minus quam ſecundum rei veritatem deceret? Implicat enim contradictionem talis potentia deficiendi, quoniam tunc, ideſt ſi in Chriſto daretur, & Deus non eſſet Deus, & auxilium Dei efficaciſſimum ſemper aſſiſtens homini illi non eſſet Dei auxilium efficaciſſimum ſemper illi aſſiſtens. Reſtat igitur ex his concludendum, quod non datam a Chriſto tale occaſionem acceperunt (ut eis viſum eſt) Apoſtoli. Poteſt enim quis, ex alterius dicto bene, & bene facto, accipere occaſionem malam, vel minus bonam, aut ad mores, aut ad intellectuales operationes pertinentem, aut cum peccato (vt Iudæi, & hæretici, ſcandalizantes ſe ex verbis Domini, in ſcripturis &c. 3. de Sal. quæſt. 42. art. 2.) aut ſine peccato (vt hic Apoſtoli.) Nam falſum hoc, ſcilicet quod diſcipulus ille non moreretur, quod ipſi auditis Chriſti verbis conceperunt, pertinebat ad intellectualem operationem (ut patet,) & erat ſine peccato, utpote error nihil contra fidem, vel bonos mores, continens.

Dans occaſionem mali, quis eſt.

Non datā occaſionē mali acci piens, quis eſt.

Sed nec iſta occaſionis acceptio ab Apoſtolis proceſſit ex mala diſpoſitione voluntatis ipſorum [id quod eſt in Iudæis, & hæreticis, alijſque impijs, 3. de Salua. &cæt.] ſed tantum ex quodam minimo, & excuſabili defectu intellectus eorum. [Ad quod ſignificandum ſupra diximus. Vt eis viſum eſt.]

ANNOTATIO SECVNDA, Cap. XXI.

ET non dixit ei, non moritur, ſed ſic eum volo manere donec veniam.] Per hæc verba, Non dixit ei &c. demonſtrat Euangeliſta, quod prædicta opinio Apoſtolorum fuit falſa, vtpote ex mala intelligentia ipſorum de ſanis Chriſti verbis accepta. Vide ſingillatim correſpondentes literas. Quid dixerat de illo diſcipulo, ideſt de Ioanne, Chriſtus ad Petrum? Tex. Sic eum volo manere, donec ueniam. Quid traxerant Apoſtoli ex illis eius verbis? Tex. Diſcipulus ille non moritur. Quid dicit Euangeliſta de illa Apoſtolorum opinione inde tracta? Tex Non dixit Ieſus, non moritur. Quid autem dixit? Sic eum volo manere, donec veniam. Pondera modo illam textuum correſpondentiam, & dic. Ex illo primo tex. Sic eum volo manere donec veniam, eſt ne verum deducere hoc ſcilicet, quod diſcipulus ille non moritur? Non eſt verum. Quare non? Quia non dixit Chriſtus; Non moritur. Quid vero dixit? Sic eum volo manere donec veniam. Ergo, ſecundum planam texturam, deducitur falſo ex his Chriſti verbis illa Apoſtolorum opinio, ſcilicet quod Ioan. non moritur. Exponendus ergo ad literam eſt ſic tex. Et non dixit, non moritur, ſed ſic eum uolo manere, donec ueniam, ideſt. Hæc Domini verba, ſic eum volo manere, donec veniam, habent alium ſenſum diuerſum a ſenſu illo, Non moritur: Quem tamen traxerant inde fratres, ut præmiſſum eſt in cōtextu. Cum ergo per illam ſuam ſententiam Euangeliſta corrigat, modeſtia ſeruata nunc expreſſa, erroneam fratrum ſuorum opinionem, tenendum eſt pro certo, & quod diſcipulus ille moritur, & quod verborum illorum, ſic eum uolo manere

Exponitur textus per ſuum contextū.

Digitized by Google

manere donec veniam, ſenſum verum Apoſtoli (cum reuerentia debita loquendo) tunc non perceperunt. Si enim bene illum percepiſſent, confrater ipſorum B. Ioannes non correxiſſet eos, ſed approbaſſet. Prænarrata igitur illorum fratrũ opinione, mox dimiſſa illa correctionis modeſtæ ſententia, approbationem ſubiunxiſſet, formando ſic tex. Et quidem dixit Ieſus non moritur, dicendo. Sic eum volo manere, donec veniam. Vnde ſicut tunc ſcilicet ſi ſic ſubiunxiſſet Euangeliſta, nemini eſſet dubium, quod illa opinio fratrum ſuorum fuiſſet uera, vtpote ex verbis Chriſti literaliter tracta, ita nunc, quando ab oppoſitis dicit in tex. Et non dixit, non moritur, ſed ſic eum volo manere, donec veniam, nulli dubium eſſe debet ſecundum Euangeliſtam, & quod diſcipulus ille moritur, & conſequẽter quod opinio contraria a fratribus illis concepta, ſermoneque ad inuicem expreſsa, fuerit falſa.

ANNOTATIO TERTIA, Cap. XXI.

SIC eum volo manere, donec veniam.] Hoc eſt [reſpondendo ad intentum Petri, quo petierat Ioannem ire ſecum in paſſione mortis martyrij. Vt ſuperius multo antea declaratum eſt.] Volo: Ioannem manere ſic, idest viuere in pace ſicut viuit nunc, donec veniam, ſcilicet ad inuitandum, & per mortem tranquillam aſſumendum, eum ad nuptias regni cœlorum. Quod quidem ex conſequenti eſt (ut uides) reſpondere Petro illud intentum explicanti; Nolo, Ioannem eſse tuum conſocium in morte martyrij. Ille ergo tex. Donec ueniam, debet intelligi non de uenire in die nouiſſimo ad iudicandum omnes (in quo ſenſu intellexerunt uerba Domini illa,) ſed de uenire multo ante illum diem ad aſſumendum Beatum Ioannem ad nuptias cęleſtes.

Inuitatur B. Ioãnes per mortẽ trãſire ad nuptias cæli &c.

Confirmatur, & per hoc uera eſse oſtenditur, expoſitio hęc ab Eccleſia in Breuiario ordinis Prædicatorum, dum in officio matutinali ſollemnitatis Sancti Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ in tertio eius Nocturno dicitur. Apparuit caro ſuo Ioã ni Dominus Ieſus Chriſtus, cum diſcipulis ſuis, & ait illi. Veni dilecte meus ad me, quia tempus eſt, vt epuleris in conuiuio meo cum fratribus tuis. Ioannes uero expandens manus ſuas ad Deum dixit. Inuitatus ad conuiuium tuum venio, gratias agens, quia me dignatus es Domine Ieſu Chriſte ad tuas epulas inuitare, ſciẽs quia ex toto corde meo deſiderabam te Domine, ſuſcipe me, vt cũ fratribus meis ſim, cum quibus veniens inuitaſti me. Aperi mihi ianuam uitę, & perduc me ad conuiuium epularũ tuarum. Tu enim es Chriſtus filius Dei viui, qui præcepto Patris mundum ſaluaſti. Tibi gratias referimus, per infinita ſeculorum ſecula. Huculque Antiphonę illius tertij Nocturni. Sed & ſpecialiter venerabilis Beda preſbyter, homil. ſuper præſentem locum Euã gelij confirmat, ac per hoc veram eſſe oſtendit expoſitionem noſtram præmiſſam, dicens. Commendat nobis beatiſſimus Euangeliſta & Apoſtolus Ioannes placidam ſuæ carnis abſolutionem, quam Domino ſpecialiter ſe uiſitante, percepit. Hæc ille, examinando illam particulam tex. Donec ueniam.

Ex ſupradictis conſtat illud, quod in Annot. prima diximus, ſcilicet quod opinio illa Apoſtolorum non erat contra fidem. Non enim dixerunt, quod diſcipulus ille non morietur nunquam. [Id quod eſset contra illud 1. Cor. 15. Omnes quidem reſurgemus,] ſed quod diſcipulus ille non moritur, donec venerit dies uniuerſalis iudicij.

CÆTERVM de corpore eius, qd factum ſit, poſtquam ipſius anima ad cęleſte conuiuium a Chriſto inuitante (ut diximus) aſſumpta eſt, dicendum probabiliter ſecũdum BB. Auguſtinum, & Thomam arbitror, quod reſuſcitatum poſtea fuerit, ſicque anima ſibi ex miraculo Dei priuilegiato reunita in cęlorum patriam trãslatum, ibi ſecum in beata fęlicitate ſine fine victurum. Hoc enim ſummatim oſtendens ipſe Doctor Angelicus præmittendo quorundam minus firmam opinionem, dicit. Alij dicunt, quod in ſepulchro ſuo, quod viuens intrauit, viuit adhuc dormiens, donec veniat Chriſtus, habẽtes in argumentum huius, quod illic terra furſum, quaſi ebulliens, ſcaturit, quod eius anhelitu fieri, dicunt. Sed hoc excludit Augu-

De corpore huius Euangeliſta magno rũ Doctorum ex ratione opinio. &c.

Auguſtinus dicens, quod minus eſt, ſi dormiens viuit, quam ſi viueret beatus. Cur ergo Chriſtus diſcipulo, quem præ cæteris diligebat, pro magno munere longum donaſſet ſomnum, & priuaſſet eum tanto bono, pro quo Apoſtolus cupiebat diſſolui, & eſſe cum Chriſto? Philip. 1. Et ideo non eſt hoc credẽdum, ſed quod mortuus fuit, & reſurrexit etiam in corpore. Et huius ſignum eſt, quod corpus eius non inuenitur. Et ſic manet cum Chriſto, ſecundum quod inuitauit eum Apocal. vlt. Dicit, qui teſtimonium perhibet iſtorum. Etiam venio cito. Hæc ille ſuper Ioan. Qui, pro ſua iam perfecta charitate, de noſtra multiplici miſeria ſolicitus & bene viuendi, & bene moriendi, gratiam nobis impetrare dignetur ab illo dulciſſimo Ieſu, qui tantis ipſum priuilegijs tum in vita, tum in morte, tum poſt mortem, decorauit. Amen.

Oratio breuiſſima, & pleniſſima, vtinã & efficaciſſima &c.

F I N I S.

Expoſitionis Euangelij huius MVNERE CHRISTI, cui ſoli honor & gloria.

	ERRATA.	CORRECTA.
facie 14. columna 2.	inuiſibilia.	viſibilia.
fac. 21. col. 1.	vniuerſa.	viuere.
ibid.	ſpecialibus	ſpecialius.
ibid.	quia	qua
ibid.	&	eſt
f.25.c.1	oſtendunt	oſtendens.
f.33.c.1	& Diuina perſona	Diuinam perſonam.
f.38.c.1	Multum	Nullum.
f.46.c.1	facilitate	falſitate.
f.57.c.1	Aliorum	Alioſum.
f.61.c.2	Tacere	facere.
f.66.c.1	Multò igitur	Multò magis igitur.
f.81.c.1	Baptiſmam, contrarium	Baptiſmum, ſtatuens contrarium.
f.86.c.1	Addere tum per fidem, tum per claram viſionem, regnum Dei habet.	Ad regnum Dei tum per fidem, tum per claram viſionem habet.
f.99.c.1	ſecundum	ſecum.
f.105.c.1	Vtpotè te ab	Vtpotè ab.
f.110.c.1	tantaquè	tanquam.
ibid.c.2	eſt, & contra	eſt, contra.
f.130.c.2	pro dediſti	pro quo dediſti.
ibid.	quod ſuum	quod ſum.
f.538.c.2	Innituntur	Inniti videntur.
f.544.c.2	plus æquo	ex obliquo.
f.561.c.1	innumerabiles	immutabiles.
f.567.c.1	abſolutionem	conſolationem.

Notatio. *Errata cætera per ſeipſum Lectori vigilanti rectè intelligenda relinquuntur; & impreſſoribus, ſimul cum prænotatis, corrigenda.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1-5-3

Digitized by Google

